



EX BIBLIOTHECA  
SEMINARII TAURINENSIS.

BIBLIOTECA DEL SEMINARIO METROPOLITANO  
di Torino

Sala

I  
C

Scaffale


piano N.º

V

nel piano N.º

11

*Dalla Biblioteca di*  
Mons. Giacinto Della Torre









S A N C T I  
LEONIS MAGNI  
ROMANI PONTIFICIS  
O P E R A

post PASCHASII QUESNELLI recensionem ad complures & præstantissimos MSS. Codices ab illo non consultos exacta, emendata, & ineditis aucta: Præfationibus, Admonitionibus, & Adnotationibus illustrata.

Adduntur etiam quæcumque in Quesnelliana editione inveniuntur, eaque ad crisin revocantur.

C U R A N T I B U S  
PETRO ET HIERONYMO  
FRATRIBUS BALLERINIIS  
PRESBYTERIS VERONENSIBUS.

TOMUS SECUNDUS

continens Opera S. LEONI attributa, quæ nec ad Sermones, nec ad Epistolas pertinent.

*Accedunt S. HILARII Episcopi Arelatensis Opuscula, ad codd. exacta & aucta.*

*Subjiciuntur Dissertationes XI. Quesnelli in S. Pontificis Opera, ejusque Notæ in Epistolas, criticis observationibus appositis.*



V E N E T I I S  
A N N O M D C C L V I .

A P U D S I M O N E M O C C H I .  
S U P E R I O R U M P E R M I S S U A C P R I V I L E G I O .

LEONIS MAGNI  
ROMANUS  
OPERA  
TOMUS SECVNDVS

Digitized by the Internet Archive  
in 2013



# I N D E X

## E O R U M O M N I U M

quæ in hoc volumine continentur.

**P**refatio in librum Sacramentorum Romanæ Ecclesie. pag. 1.  
 Liber Sacramentorum Romanæ Ecclesie omnium vetustissimus, S. Leoni Papæ in vulgatis tributus. col. 1.  
 Allocutio Archidiaconi ad Episcopum pro reconciliatone pœnitentium, in eamque Monitum. 161.  
 Admonitio in libros de Vocatione omnium Gentium. 163.  
 De Vocatione omnium Gentium libri duo, Leoni Magno a Quesnello perperam attributi, qui ignoto cuidam Prospero ad iudicandi videntur. 167.

### LIBER PRIMUS.

**CAP. I.** **M**ateriam hoc libro tractandam proponit, ostenditque non recte sentire eos qui prædicatione gratiæ liberum negari arbitrium contendunt. ibid.  
 II. **O**mni animæ humanæ naturaliter inesse qualemcumque voluntatem; quæ aut sensualis, aut animalis, aut spiritalis est. 169.  
 III. **D**e voluntate sensuali. ibid.  
 IV. **D**e voluntate animali: qua nihil supra mercedem temporalis gratiæ acquiritur, etiamsi dono Dei in ea sublimius sapiatur. 170.  
 V. **O**mnes gentes in elementis accepisse præcepta legalia, ut inexcusabiles sint in idololatria. 171.  
 VI. **Q**uod absque divina gratia voluntas tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni, quia non in gloriam Dei vivit. 172.  
 VII. **I**n homine, cum ad pietatem redit, non aliam in eo creari substantiam, sed eandem quæ fuerat labefactata, reparari; nec aliud ab ea auferri nisi vitium, priore voluntate correctâ. 173.  
 VIII. **G**ratiam sic reparare opus Dei ut liberum arbitrium non auferat, sed potius per ipsummet illud sanet. 174.  
 IX. **Q**uod Scriptura, sive de bonis, sive de malis loquatur, sive de electis, sive de reprobis, ita meminit unius partis, quasi neminem hominum prætermittat. 178.  
 X. **Q**uod Scriptura de electis & reprobis ejusdem populi loquitur tamquam de iisdem. 183.  
 XI. **Q**uod Scriptura de diversorum hominum temporibus loquitur, quasi de ejusdem temporis generatione. 184.  
 XII. **Q**uod illud Apostoli, Vult omnes homines salvos fieri, de omni genere hominum intelligitur. 185.  
 XIII. **S**ecreti illius profunditas, quo Dei salvantis gratia aliquos pro quibus Ecclesia orat, præterit, nobis in hac vita patere non potest. 186.  
 XIV. **M**ulta esse in dispensatione operum divinorum, quorum causis latentibus, soli monstrantur effectus. 188.  
 XV. **Q**uod pars hominum liberatur, ascribi non potest meritis voluntatum; veluti bonos elegerit gratia, malos præterierit. 189.  
 XVI. **E**x eo quod parvum parvulorum alii ad æternam vitam, alii ad mortem æternam ante

intelligentiæ usum hinc migrent, ostenditur inscrutabilitas divinorum iudiciorum. col. 190.  
 XVII. **E**x impiis qui in extremis vitæ conversi salvantur, ostenditur & gratiam sine meritis dari, & inscrutabile esse Dei iudicium. 191.  
 XVIII. **G**ratia, sine qua bona merita esse nequeunt, non accipitur a quoquam nisi ex Dei voluntate, sine meritis. 193.  
 XIX. **Q**ualis sit natura sine gratia. 194.  
 XX. **V**iscera misericordiæ Dominus ad omnium nationum impendit salutem, omnesque salvat; & tamen etiam verum est, quod testimonium ejus nemo accipit. ibid.  
 XXI. **N**on esse scrutandum, cur Deus alios eligit, alios non eligit; sicut nec cur antea omnibus gentibus prætermittis, unum Israeleni elegit. 196.  
 XXII. **E**os qui discretionem qua Deus alios eligit, alios non eligit, ad merita referunt voluntatis humanæ, docere neminem gratis, sed ex retributione salvari; & ex parvulis aperte confutari. 197.  
 XXIII. **O**mne bonum hominis meritum ab initio fidei usque ad perseverantiæ consummationem donum esse divinum. Et primum hoc ostenditur de fide, spe &c. 198.  
 XXIV. **O**mne bonum in homine esse ex gratia, & fidem dari non petitam, ut ipsius petitionibus cetera bona consequamur. 201.  
 XXV. **Q**uestionem, cur potius hic quam ille accipiat gratiam, esse impenevabilem, nec posse ex libero arbitrio solvi. 208.

### LIBER SECUNDUS.

**CAP. I.** **T**ria esse in hac questione certa: Deum velle omnes homines salvos fieri, cognitionem veritatis, & salutem esse ex gratia, & iudicia Dei esse impenevabilia. 211.  
 II. **S**criptura docet Deum velle omnes homines salvos fieri. 212.  
 III. **I**nscrutabile est cur Deus judicavit quarundam gentium vocationem differendam. 213.  
 IV. **I**n præteritis seculis semper admonuit divina bonitas homines sui cultus per elementa, sicut populum Israel peculiari-ter per legem & prophetas. 214.  
 V. **Q**ui inter gentes Deo placuerunt, spiritu fidei & gratiæ sunt discreti. 216.  
 VI. **N**on omnibus etiam nunc eadem mensura gratiæ confertur. ibid.  
 VII. **C**um omne bonum ex gratia Dei sit, imparitas meritorum nec in liberum arbitrium est referenda, nec in querelam est vocanda. 217.  
 VIII. **U**nique sine merito datur, unde tendat ad meritum; & a gratia jam donato expectatur ut id quod accepit, augeatur per illum qui dat incrementum. 218.  
 XI. **V**arietate per diversa tempora gratiæ causæ a nobis non est investiganda. 219.  
 X. **O**mnibus seculis misericordia Dei & corpora aluit, & mentes juvit. 220.  
 XI. **H**ominibus fere paulatim & particulatim a-

- crefcit quod fuperna largitas eis dare decrevit.* col. 221.
- XII. *Divinae constitutionis non eft noftra a Deo averfo, fed propriae voluntatis: ideoque meriti hominis efle fi ftercrit, quia cadere potuit.* 222.
- XIII. *Bonitatem Dei non folum fanctis, fed & impiis inftituendis affuiffe ante diluvium.* 223.
- XIV. *In diluvio & poftca ufque ad Chriftum revelata funt opera divinae gratiae, & chriftianae gratiae miracula praefigurata, tametsi abundantia gratiae, quae nunc mundum rigat, pari largitate non fluxit.* 224.
- XV. *Meliora non nafci nunc ingenia, quam ante Chrifti adventum: quin uno tempore adventus Chrifti inventa eft iniquitas robustior, ut gratia Dei manifeftraretur.* 226.
- XVI. *Quod Chriftus pro omnibus fit mortuus.* 228.
- XVII. *Nationes quibus nondum gratia Dei illuxit, difpofito tempore vocandas efle ad Evangelium.* 230.
- XVIII. *Prioribus feculis abfconditam efle Gentibus gratiam Chrifti, non tamen Prophe- tis.* ibid.
- XIX. *Deus pro omni tempore vult omnes homines falvos fieri aut generalibus donis, aut etiam peculiaribus,* 232.
- XX. *Objeftio ex parvulis contra illud: Qui vult omnes homines falvos fieri.* 233.
- XXI. *Iufte agi cum parvulis pereuntibus tam in hoc faeculo, quam in futuro, propter originale peccatum.* 234.
- XXII. *Divina iuftitia cuilibet menfuram & modum miferiae ordinat.* 235.
- XXIII. *Parvulis pereuntibus generalis gratia tribuitur, dum parentibus datur.* 236.
- XXIV. *Non efle iuftam querelam ex difcretionc parvulorum, fed magnam divinae iuftitiae & gratiae Chrifti commendationem.* ibid.
- XXV. *Deum ob generalem gratiam omni tempore velle omnes homines falvos fieri: ac peculiari gratia quofdam tantum.* 237.
- XXVI. *Quod in omnibus iuftificationibus gratia quidem praemineat, fed voluntas ei fubjungatur: quia gratia primo fibi tamquam recepricem, & famulam donorum fuorum praeparat voluntatem.* 238.
- XXVII. *Confenfum voluntatis per gratiam gigni, non folum ex gratia & illuftratione, fed etiam ex terrore & metu.* 239.
- XXVIII. *Polle eos qui gratia Dei in Chriftum credunt, non credere, & eos qui perfeverant, a Deo recedere.* 240.
- XXIX. *Promiffio benedictionis omnium gentium ita completur quotidie, ut nec pereuntibus fit excufatio iufta, nec falvatis de fua iuftitia gloriatio.* 242.
- XXX. *Reperitio primi capitis libri fecundi.* 243.
- XXXI. *Omnibus faeculis adfuiffe omnibus hominibus gratiam Dei bonitate generali, fed falvandis peculiarem gratiam.* ibid.
- XXXII. *Inter fideles varios efle gradus munerum Dei, idque non ex meritis eorum, fed iufto & latenti Dei iudicio.* 244.
- XXXIII. *Nemo electorum perit; fed omnes ab aeterno electi falvi fiunt.* 245.
- XXXIV. *Non fruflra laborari ad acquirenda bonorum operum merita, vel orationibus infifti, quamvis incommutabile fit Dei propofitum fuper falute electorum.* 246.
- XXXV. *Gratia datur electis, non ut orientur, vel a nullo hofte impetantur; fed ut bene operentur, & hofitem vincant.* 247.
- XXXVI. *Electio non tollit orandi ftudium; fed e ius ef-*
- fectus per orationem, & bona opera comple-*  
tur. col. 249.
- XXXVII. *De nullo ante finem vitae huius pronuntiari potefl, quod in electorum gloria fit futurus: & nullius lapfi eft de fperanda reparatio.* 250.
- Præteritorum Sedis Apoflolice Epifcoporum Aucto- ritates de gratia Dei, quas a S. Leone Romanæ Ecclefiae tunc Diacono collectas Quæfnellus credidit.* 251.
- Incerti Auctoris epiflola ad facram Virginem Demetriadem, feu de humilitate Tractatus, quem Leoni Magno Quæfnellus attribuit.* 259.
- CAP. I. *Præfatio. Quanta fuerit Demetriadis nobilitas & virtus.* ibid.
- II. *Veras virtutes a falfis efle difcernendas.* 261.
- III. *Primum humilitatis bonum, dilectionem & concordiam inter homines fervare.* 262.
- IV. *Verum humilem, gloriam & opes faeculi faftidire.* 263.
- V. *Non folos pauperes, fed etiam divites humilitate chriftiana ornari polle.* 264.
- VI. *Omnes fanctos Ecclefiae filios aliis rebus difpares, fola humilitate pares effici.* 266.
- VII. *Veram humilitatem in perfecta & integra gratiae confeffione confiftere.* ibid.
- VIII. *Superborum ruinam omnium efle graviffimam.* 267.
- IX. *Superbiam, qua quis fuorum fibi vult auctor efle bonorum, omnis efle peccati initium.* 268.
- X. *Ex bonis operibus superbiam, & Pelagianam hærefim efle natam; nec non & Pelagianorum reliquias.* 269.
- XI. *Omnes in peccato natos, a falute alienos efle, nifi in Chrifto renafcantur.* 270.
- XII. *In folo Deo efle gloriandum, a quo omnis virtus, gloria, & fapientia eft.* 271.
- XIII. *Sine Chrifti operantis in nobis auxilio nihil boni nos agere; nec ita auferri liberum arbitrium, fed juvari.* 272.
- XIV. *In nullo gratiae operationem ab humana voluntate preveniri.* 273.
- XV. *Ideo dari præceptum, ut præcipientis queratur auxilium, cui homo obediendo cooperetur.* 274.
- XVI. *Quantopere cavenda fit in bonis operibus elatio, qua omnia corrumpit.* 275.
- XVII. *Per humilitatem homo vere Deo fubditur & unitur.* 276.
- XVIII. *Demetriadi magis humilitate opus efle propter & virginitatis puritatem, & familiae fplendorem.* ibid.
- XIX. *Sine caritate, quæ non querit quæ fua funt, nihil prodelle.* 277.
- XX. *Vanam proprii meriti gloriam omni efle peccato nocentiorum.* 278.
- XXI. *Superbiae virus fola humilitate, & caritate, quæ fe invicem complectuntur, excludi.* ibid.
- XXII. *Nihil boni efle a nobis, quando nec ipfa recta oratio.* 279.
- XXIII. *Omnem rectum affectum, cogitatum, & fermonem noftrum efle a Deo.* 280.
- XXIV. *Quidquid virtutis & caritatis Sancti habeat in hac vita, a Deo habent: quoniam & in caelo quidquid habituri funt, ab illo erit: ab eo portio, a quo erit plenitudo.* ibid.
- Admonitio in Breviarium adverfus Arrianos.* 283.
- Breviarium adverfus Arrianos, in quibusdam MSS. LEONI Papæ infcriptum, in aliis vero, ejus operibus intextum, cujus auctor incertus, at eidem Pontifici fuppar.* 287.
- Vita & Opufcula S. HILARII Arelatenfis Epifcopi, in hac editione auctiora quam in Quæfnelliana, & ad præftantes MSS. codices emendata.*
- Præfatio.* 309.

- Admonitio in Vitam S. HILARII Episcopi Arelatensis.* col. 313.
- S. HILARII Arelatensis Episcopi Vita ab Auctore ejusdem S. HILARII discipulo scripta. 317.
- Admonitio in S. HILARII Arelatensis Opuscula.* 343.
- De Vita S. HONORATI Episcopi Arelatensis Sermo S. HILARII Arelatensis Episcopi.* 347.
- De miraculo S. GENESII Martyris Arelatensis Sermo seu narratio S. HILARII Episcopi Arelatensis ex Surio die 25. Augusti.* 371.
- Epistola S. HILARII Arelatensis Episcopi ad S. EUCHERIUM Lugdunensem.* 373.
- S. HILARII versus in Natali MACHABÆORUM Martyrum. 374.
- Merrum in Genesim ad LEONEM Papam, quod HILARII Arelatensis Episcopi Opusculis a Quesnello subiectum fuit.* 387.
- Paschafii Quesnelli Dissertationes in S. LEONIS MAGNI Pontificis Romani Opera cum annotationibus, & observationibus in eisdem.
- Admonitio in primam Quesnelli Dissertationem.* 397.
- Paschafii Quesnelli Dissertatio prima de vita & rebus gestis S. LEONIS MAGNI Ecclesie Romanæ Episcopi: in qua servato annorum ordine cum præclare ab eo gesta, tum scripta ejus singula recensentur.* 399.
- Appendix, in qua documentum affertur, quo S. LEONEM MAGNUM a BENEDICTO XIV. Summo Pontifice Doctoris titulo & cultu honorandum statuitur.* 609.
- Paschafii Quesnelli Dissertatio secunda de Auctore Librorum de vocatione omnium Gentium, qui PROSPERO Aquitano vulgo tribuuntur: in qua & abjudicantur PROSPERO, & LEONI MAGNO vindicantur.* 615.
- Editorum Observationes in Dissertationem secundam Quesnelli de Auctore Librorum de vocatione omnium Gentium.* 661.
- Paschafii Quesnelli Dissertatio tertia bipartita, qua S. LEONI MAGNO asseruntur Capitula, seu præteritorum Sedis Apostolicæ Episcoporum Auctoritates de gratia Dei, & libero voluntatis arbitrio, quæ CÆLESTINO PAPÆ vulgo tribuuntur: & celebris Exceptio de profundioribus difficilioribusque incurrentium questionum partibus ad examen revocatur. Pars prima.* 689.
- Ejusdem Dissertationis pars altera.* 705.
- Editorum Observationes in Dissertationem tertiam Quesnelli, qua S. LEONI MAGNO asseruit Capitula seu Auctoritates de gratia Dei, S. CÆLESTINI epistolæ ad Gallicanos subiecta.* 719.
- Paschafii Quesnelli Dissertatio quarta de Auctore libelli seu epistolæ ad Demetriadem Virginem, PROSPERO hætenus adscriptæ: in qua nec PROSPERO esse, nec alterius quam S. LEONIS PAPÆ I. ex conjecturis asseritur.* 727.
- Editorum Observationes in hanc Dissertationem.* 743.
- Paschafii Quesnelli Dissertatio quinta, seu Apologia pro S. HILARIO Arelatensi Episcopo, & antiquis S. Ecclesie Arelatensis juribus, in tres partes distributa: ad epistolam x. al. lxxxix. S. LEONIS PAPÆ ad Episcopos Viennensis Provincie.*
- Præfatio.* 753.
- Dissertationis pars prima de causa Celidonii.*
- CAP. I. Totius controversie origo & status. 756.
- II. In qua Provincia Celidonius Episcopatum obtinuerit? An in Maxima Sequanorum? Ubi Vita S. Romani Abbatis locus expenditur. col. 761.
- III. Celidonium nec Vefontionensem, nec cuiusvis Metropoleos Episcopum fuisse, aliis argumentis probatur. 768.
- IV. S. Hilarium Arelatensem legitimum judicem fuisse Celidonii, eo quod Arelatensi Episcopo potestas metropolitana in Provinciam Viennensem competere. Hujus potestatis vestigia ab ætate S. Trophimi usque ad Taurinensem Synodum. 772.
- V. Quid pro Primatu seu metropolitana potestate contulerit Arelatensi Episcopo Synodus Taurinensis. 776.
- VI. Zofimi Papæ decreta, quibus metropolitana potestas asseritur Arelatensi Episcopo, expenduntur, & a falsi suspicionibus vindicantur. 780.
- VII. Honorium Augustum, Bonifacium, Celestinum, & Leonem ipsum, Pontifices Romanos, nec non & Valentinianum III. Augustum habuisse Hilarium pro Metropolitano. 787.
- VIII. Ex his quæ post Hilarii reditum in Gallias usque ad ejus obitum, & in Ravennii ordinatione sunt gesta, metropolitanam Arelatensis Ecclesie dignitatem confirmari. 791.
- IX. Idem evincitur ex ordinatione Episcopi Vassensis, & quæ eam secuta est, Provincie divisione, Leonisque epistola in eam rem missa. 796.
- X. Solvitur obiectio petita ex Notitia Provinciarum & civitatum Gallie adversus antiquitatem metropolitanæ dignitatis in Ecclesia Arelatensi: illiusque Notitiæ ætas nunc primum figitur. 801.
- XI. Objectiones aliæ diluuntur, quibus metropolitana dignitas Viennensi Episcopo asseri videtur. 805.
- XII. De statu Viennensis Ecclesie temporibus Marci Aurelii Imperatoris, cum Martyres Lugdunenses agonem compleverunt. 808.
- XIII. Probabile esse unicui in Galliis fuisse Episcopum, quo tempore Lugdunensi Ecclesie præpositus est Irenæus. 814.
- XIV. Quid de Celidonii appellatione ad Sedem Apostolicam sentiendum sit; & utrum eidem contradicens Hilarius Arelatensis ordinem a majoribus suis custoditum turbaverit? ubi primum de causa Marciani Arelatensis Episcopi. 824.
- XV. Ex ejusdem ævi disciplina illustratur Marciani Arelatensis causa in Synodo absoluta. 831.
- XVI. Excutiuntur aliæ Episcoporum causæ, quæ ante Hilarium exortæ sunt in Galliis post Nicænum & Sardicense Concilia. 834.
- Dissertationis apologetice pro S. HILARIO Arelatensi Episcopo Pars secunda, de Projecti Episcopi negotio.*
- CAP. I. Status questionis aperitur, & cujus Provincie Episcopus fuerit Projectus, inquiritur. 842.
- II. Arelatensem Episcopum, Solide olim Narbonensis Provincie Metropolitanam, merito jure præcipuas ejus partes sibi post divisionem vindicasse: ubi & divisio hæc examinatur, & de subscriptionibus primæ Synodi Arelatensis inquiritur. 847.
- III. Utramque Narbonensem Arelatensi Episcopo olim fuisse subiectam, ex epistolis Zofimi Papæ comprobatur. 853.
- IV. Bonifacii decretum expenditur, cum Zofimi episto.

- epistolis confertur, & ista a subreptione vindicantur. col. 857.
- V. Utrum Bonifacii constitutio effectum sortita sit in Galliis? & quid post ipsum circa istud negotium contigerit in utraque Narbonensi? 861.
- VI. De jure Arelatensis Episcopi in Provinciam Alpium Maritimarum. 867.
- VII. De Alpium Grajarum Provincia. Quid in eam juris habuerit Arelatensis Episcopus? 871.  
Dissertationis apologeticae pro S. HILARIO Arelatensi Episcopo Pars tertia. 875.
- CAP. I. An, & quo sensu Hilarius Arelatensis ordinationes sibi omnium per Gallias Ecclesiarum vindicavit, aut vindicare potuerit? 876.
- II. Utrum in hac agendi ratione, quam Pontifex redarguit in Hilario, aliquid superbiae, praesumptionis, & arrogantiae emicuerit? 881.
- III. Quid ad illud epistolae, quod Hilarius rationabile quod in sanctorum Concilio Saccardorum posset responderi, non habuit? quid de testibus a Celidonio productis? 884.
- IV. Cetera accusationum momenta discutiuntur, ac praesertim ea quibus Hilarius tamquam immitis & inhumanus arguitur. 887.
- V. Hilarii pietas erga pauperes expenditur, nonnullaque de eodem clarissimorum virorum testimonia referuntur. 890.
- VI. An fuligo Semipelagiana adversus Hilarium hac infectum commoverit S. Leonem? An in ea ad mortem usque ille perseveraverit? Veterum testimonia pro Hilario referuntur. 892.  
Editorum Observationes in hanc Quesnelli Dissertationem. 899.  
Praefatio. 899.  
Observationes eorundem in primam Partem. De causa Celidonii: ubi de jure appellationum episcopali ad Apostolicam Sedem fufius differitur.
- CAP. I. Documenta quae in hac causa suppetunt, eorumque auctoritas statuitur. 901.
- II. Celidonius Vesonionis Episcopus constituitur. 909.
- III. Depositio Celidonii per Hilarium, & ejusdem restitutio per Leonem expenduntur. 915.
- IV. De Leonis jure in causa Celidonii iudicata in Galliis ab Hilario Arelatensi, seu de jure appellationum ad Apostolicam Sedem. Praemittuntur nonnulla principia, ex quibus tota res dirimenda est. Quesnellianae disputationis omissiones. Hilarii Apologia quam male a Quesnello contexta. In quaestione facti, quam tantum agendam proposuerat, involvit quaestionem juris, Hilariumque apostolicum jus in Appellationibus Episcoporum non agnoscentem, ac juste renitentem audacissime exhibet. 919.
- V. Consuetudinis titulus circa Episcoporum appellationes ad Romanam Sedem a Leone assertus vindicatur; & Quesnelli conatus, ut eum illi eripiat, eliduntur. 927.
- VI. De appellationibus ad Romanam Sedem ex jure ecclesiastico. Expenditur canon quartus Antiochenus, qui omnem appellationem videtur excludere. Sardicenses canones explicati. Quesnelli commenta circa istos disjecta. Quam recepti fuerint etiam in Galliis. Quid de Africanis? De pontificiis constitutionibus circa appellationes. Observatio in canonem primae Synodi Constantinopolitanae. 943.
- VII. De appellationibus ad Romanam Sedem ex divino jure: & quatenus appellationum jus in Primatu radicem habeat. 977.
- VIII. Duo Leoni obiecta in Celidonii negotio reseluntur. col. 989.  
Observationes in secundam Partem de causa Projecti: ubi de ecclesiasticis Galliarum Provinciis, ac Metropolitibus.
- CAP. I. Duo accusationum capita adversus S. HILARIUM Arelatensem in Projecti causa a Quesnello perperam constituta ostenduntur. 993.
- II. Ordinatio in aliena Provincia ab Hilario peracta demonstratur. Narbonensis prima Narbonensi Metropolitae semper subiecta, abjudicatur a Metropolitanano Arelatensi. Zosimo subreptum fuit a Patroclo circa missionem S. Trophimi. 997.
- III. De dispositione civili Provinciarum Galliae praesertim circa Narbonensem solidam. Quinque Provinciae non ex sola Narbonensi excise, sed Aquitaniam, & Novempopulanam comprehendebant. Alia divisio Provinciarum sex sub Theodosio I. Divisio septem Provinciarum quarto saeculo facta ostenditur. Omnium Galliarum divisio in duas Dioceses, quae duobus Vicariis Praefecti Praetorio Galliarum suberant. De notitia Provinciarum ex MS. Veronensi edita, quae libello Provinciarum, & notitia dignitatum utriusque Imperii vetustior ostenditur. Catalogus Episcoporum Concilii Arelatensis I. vindicatur: aliaque anterior Narbonensis solidae divisio conjicitur. 1005.
- IV. De Arelatis, & Vienna praerogativis in dispositione civili. Utriusque Metropolis initia statuuntur. Notitia Galliarum civilem, non ecclesiasticam dispositionem exhibet. Ejus antiquitas a Quesnelli censuris vindicatur. 1021.
- V. De antiqua institutione & dispositione Provinciarum ac Metropoleon ecclesiasticarum in Galliis, ac praesertim in Provinciis disjectis e Narbonensi Solida. Sera earumdem initia, nec ad civilem formam omnino exacta demonstrantur. 1029.
- VI. De jure metropolitico in Ecclesiis Provinciarum Narbonensis secundae, Alpium maritimarum, & Alpium Grajarum. 1041.  
Observationes in tertiam Partem.
- CAP. I. Duae LEONIS adversus S. HILARIUM censurae a Quesnello perperam dilatae. Aequior ejusdem S. HILARII defensio proponitur. 1053.
- II. LEONIS decreto nec HILARIUM, nec Episcopos Gallicanos restituisse, adversus Quesnellum probatur. 1057.
- III. Vindicantur LEONIS verba, quibus HILARIUM nihil rationabile protulisse tradidit. De testibus a Celidonio productis. Judicium S. LEONIS vindicatur. Quid sentiendum de aliquot accusationibus adversus HILARIUM LEONIS epistolae insertis. 1063.  
Paschasii Quesnelli Dissertatio sexta, de jejunio Sabbati in Ecclesia Romana observato, tempore S. LEONIS PP. I. ad haec verba epistolae ejusdem XI. (nunc IX.) ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum, cap. I. Continuato Sabbati jejunio: & ad clausulam hanc Sermonum de jejunio mensium septimi & decimi, atque Pentecostes: Quarta igitur & sexta feria jejunemus; Sabbato autem apud B. Petrum Apostolum pariter vigilemus: quae verba a sermone IV. de Quadragesima, cui male hactenus inserta leguntur, rejicienda esse; & unde nata interpolatio demonstratur. 1069.
- Ejusdem Dissertatio septima de causa Eutychis Archimandritae Constantinopolitani a Flaviano Episcopo CP. in Synodo damnati; ad

- ad epistolas S. LEONIS Papæ XX. ( nunc  
XXIII. ) ad Flavianum eundem, & XXI.  
( nunc XXIV. ) ad Theodosium Augu-  
stum. col. 1095.
- Appendix ad hanc Dissertationem de appella-  
tio Eutyche libello, quem ex Cassinensi co-  
dice edidit Christianus Lupus : an revera  
sit appellationis libellus. 1119.
- Editorum Observationes in hanc Quesnelli Dis-  
sertationem de causa Eutyche. 1123.
- Paschafii Quesnelli Dissertatio octava de causa  
Flaviani Episcopi Constantinopolitani in  
Pseudosynodo Ephesina damnati atque de-  
positi: ad epistolas XXXIX. & XL. ( nunc  
XLIII. & XLIV. ) S. LEONIS ad Theodo-  
sium Imperatorem. 1133.
- Editorum Observationes in hanc Quesnelli Dis-  
sertationem de causa S. Flaviani. 1153.
- Paschafii Quesnelli Dissertatio nona de causa  
Domni Antiocheni Episcopi, ejusque damna-  
tione; deque Maximi successoris ejus ordi-  
natione: ubi epistole S. LEONIS, Concilii-  
que Calchedonensis acta illustrantur, &  
actio de Domino his actis inserta, commen-  
taria esse demonstratur: ad epistolas S. LEONIS  
IX. LXXXVII. & LXXX. nunc autem LXXX.  
civ. & CVI. 1183.
- Editorum Observationes in hanc Dissertationem.  
1215.
- Paschafii Quesnelli Dissertatio decima de causa  
THEODORITI Episcopi Cyri, Pseudoephesine  
Synodi sententia depositi, a S. LEONE Pa-  
pa restitui, in Calchedonensi Synodo pur-  
gati: ad epistolam S. LEONIS XCIII. ( nunc  
CXX. ) ad eundem THEODORITUM scri-  
ptam. 1237.
- Editorum Observationes in hanc Dissertatio-  
nem. 1257.
- Paschafii Quesnelli Dissertatio undecima de sup-  
positione epistolæ ad Germaniarum & Gal-  
liarum Episcopos de privilegio Chorepisco-  
porum, sive Presbyterorum, LEONIS Papæ  
I. nomine confictæ, que est in prioribus edi-  
tionibus LXXXVIII. 1265.
- Paschafii Quesnelli variaz lectiones, notæ,  
& observationes in epistolas S. LEONIS MA-  
GNI PP. I. ad calculos in subjectis adno-  
tationibus revocatæ.
- Ad epistolam I. apud Quesnellum VI. Episcopo  
Aquilejensi. 1279.
- Ad epistolam II. apud Quesnellum VII. Septi-  
mio Altinensi Episcopo. 1285.
- Ad epistolam III. Paschafini Lilybæi Episcopi  
ad S. LEONEM de Paschate, apud Ques-  
nellum post epistolam II. 1289.
- Ad epistolam IV. apud Quesnellum III. Episco-  
pis per Campaniam, Picenum, Tusciam,  
& universas Provincias constitutis. 1292.
- Ad epistolam V. Metropolitanis per Illyricum  
Episcopis. 1298.
- Ad epistolam VI. apud Quesnellum IV. Anasta-  
sio Episcopo Thessalonicensi. 1300.
- Ad epistolam VII. apud Quesnellum VIII. Epi-  
scopis per Italiam constitutis. 1304.
- Ad epistolam IX. apud Quesnellum XI. Dioco-  
ro Episcopo Alexandrino. 1305.
- Ad epistolam X. Episcopis Gallicanis Viennen-  
sis Provinciæ. 1315.
- Ad epistolam XII. apud Quesnellum I. Episco-  
pis Africanis Mauritaniz Cæfariensis. 1327.
- Ad epistolam XIII. Episcopis Metropolitanis  
Achajæ ( lege Illyrici. ) 1349.
- Ad epistolam XIV. apud Quesnellum XII. Ana-  
stasio Thessalonicensi Episcopo. 1352.
- Ad epistolam XV. Turribio Asturicensi Episco-  
po. col. 1362.
- Ad epistolam XVI. universis Episcopis per Si-  
ciliam constitutis. 1386.
- Ad epistolam XVII. Episcopis per Siciliam con-  
stitutis. 1393.
- Ad epistolam XVIII. apud Quesnellum XIV. Ja-  
nuario Aquilejensi Episcopo. 1395.
- Ad epistolam XIX. apud Quesnellum XVIII. Do-  
ro Beneventano Episcopo. 1398.
- Ad epistolam XXII. apud Quesnellum post epi-  
stolam XXXIII. Flaviani Episcopi CP. ad  
Leonem. 1401.
- Ad epistolam XXIV. apud Quesnellum XXI. Theo-  
dosio Augusto. 1402.
- Ad epistolam XXV. S. Petri Chryfologi E-  
piscopi Ravennatis ad Eutychem Archi-  
mandritam, apud Quesnellum post epi-  
stolam XXIII. 1403.
- Ad epistolam XXVIII. apud Quesnellum  
XXIV. Flaviano Episcopo CP. 1407.
- Ad epistolam XXIX. apud Quesnellum  
Theodosio Augusto. 1433.
- Ad epistolam XXX. Pulcheriæ Augustæ. 1436.
- Ad epistolam XXXI. apud Quesnellum XXVII.  
Pulcheriæ Augustæ. ibid.
- Ad epistolam XXXII. apud Quesnellum XXVIII.  
Faufto, Martino &c. 1438.
- Ad epistolam XXXV. apud Quesnellum XXV. Ju-  
liano Coenfi Episcopo. 1439.
- Ad epistolam XL. apud Quesnellum XXXVI. Epi-  
scopis Provinciæ Arelatensis. 1441.
- Ad epistolam XLI. apud Quesnellum XXXVII.  
Ravennio Arelatensi Episcopo. 1442.
- Ad epistolam XLII. apud Quesnellum XXXIX.  
Theodosio Augusto. 1443.
- Ad epistolam XLV. apud Quesnellum XLI. Pul-  
cheriæ Augustæ. 1444.
- Ad epistolam LIII. seu ad Fragmentum epistolæ  
Anatolii Constantinopolitani Episcopi ad  
S. Leonem, apud Quesnellum post epi-  
stolam LI. 1445.
- Ad epistolam LIX. apud Quesnellum XLVI. Cle-  
ro, & Plebi urbis CP. ibid.
- Ad epistolam LXV. seu ad preces Episcoporum  
Provinciæ Viennensis S. Leoni PP. obla-  
tas, apud Quesnellum post epistolam XLIX.  
1448.
- Ad epistolam LXVIII. Ceretii, Salonii, & Ver-  
rani ad Leonem Pp. apud Quesnellum post  
epist. lxxvi. 1459.
- Ad epistolam LXX. apud Quesnellum LIV. Pul-  
cheriæ Augustæ. 1461.
- Ad epistolam LXXX. apud Quesnellum LX.  
Anatolio Episcopo CP. 1462.
- Ad epistolam LXXXVIII. apud Quesnellum LXVIII.  
Paschafino Lilybatano Episcopo. 1464.
- Ad epistolam XC. apud Quesnellum LXXXIII.  
Marciano Augusto. ibid.
- Ad epistolam XCIII. apud Quesnellum LXXII.  
Synodo Calchedonensi. 1466.
- Ad epistolam XCVII. Eusebii Mediolanensis E-  
piscopi ad S. Leonem Papam, apud Ques-  
nellum post epistolam LXXVII. 1467.
- Ad epistolam XCIX. Episcoporum XLIV. Gal-  
lorum S. Leoni Papæ, apud Quesnellum  
post epist. lxxvi. 1474.
- Ad epistolam CII. apud Quesnellum LXXVII.  
Episcopis Gallicanis. 1481.
- Ad epistolam CIII. & exemplar Sententiæ con-  
tra Diofcorum latæ, apud Quesnellum  
LXXXII. 1482.
- Ad epistolam CIV. apud Quesnellum LXXVIII.  
Marciano Augusto. 1483.
- Ad epistolam CV. apud Quesnellum LXXIX.  
Pulcheriæ Augustæ. 1484.
- Ad

- Ad epistolam* cvi. *apud Quesnellum* lxxx. Anatolio Episcopo CP. col. 1487.  
*Ad epistolam* cvii. *apud Quesnellum* lxxxi. Juliano Coensi Episcopo. 1493.  
*Ad epistolam* cviii. *apud Quesnellum* lxxxiii. Theodoro Forojulienfi Episcopo. 1494.  
*Ad epistolam* cx. *apud Quesnellum* lxxxiv. Marciano Augusto. 1507.  
*Ad epistolam* cxiii. *apud Quesnellum* lxxxvi. Juliano Coensi Episcopo. 1514.  
*Ad epistolam* cxiv. *apud Quesnellum* lxxxvii. Episcopis qui Synodo Calchedonenfi interfuerunt. 1522.  
*Ad epistolam* cxv. *apud Quesnellum* lxxxix. Marciano Augusto. 1525.  
*Ad epistolam* cxix. *apud Quesnellum* xcii. Maximo Antiocheno Episcopo. 1528.  
*Ad epistolam* cxx. *apud Quesnellum* xciii. Theodorito Cyri Episcopo. 1536.  
*Ad epistolam* cxxi. *apud Quesnellum* xciv. Marciano Augusto. 1537.  
*Ad epistolam* cxxii. *apud Quesnellum* xc. Juliano Episcopo Coensi. 1539.  
*Ad epistolam* cxxiv. *apud Quesnellum* xcvi. Monachis Palæstinis. 1540.  
*Ad epistolam* cxxv. *apud Quesnellum* xcvi. Juliano Episcopo Coensi. 1541.  
*Ad epistolam* cxxvii. *apud Quesnellum* c. Juliano Episcopo Coensi. ibid.  
*Ad epistolam* cxxix. *apud Quesnellum* cxiii. Proterio Episcopo Alexandrino. 1542.

- Ad epistolam* cxxxiii. S. Proterii ad S. Leonem Papam I. *apud Quesnellum post epist. cxiii.* col. 1544.  
*Ad epistolam* cxxxv. *apud Quesnellum* cvi. Anatolio CP. Episcopo. 1546.  
*Ad epistolam* cxxxix. *apud Quesnellum* cx. Juvenali Jerosolymitano Episcopo. 1549.  
*Ad epistolas* cxli. cxlii. & cxliii. *apud Quesnellum* cxii. cxiii. & cxiv. anni 455. 1550.  
*Ad epistolam* clvii. *apud Quesnellum* cxxxvi. Anatolio Episcopo CP. 1551.  
*Ad epistolam* clxix. *apud Quesnellum* cxxxix. Nicetæ Episcopo Aquilejensi. 1552.  
*Ad epistolam* clxiv. *apud Quesnellum* cxxxiii. Leoni Augusto. 1555.  
*Ad epistolam* clxv. *apud Quesnellum* cxxxiv. Leoni Augusto. 1556.  
*Ad epistolam* clxvi. *apud Quesnellum* cxxxv. Neonæ Ravennensi Episcopo. 1563.  
*Ad epistolam* clxvii. *apud Quesnellum* ii. Rustico Narbonensi Episcopo. 1567.

## APPENDICULA.

- Admonitio in eandem.* 1613.  
*Fragmentum I. LEONIS Papæ ad THEODOSIUM Imperatorem de divini Verbi incarnatione.* 1619.  
*Fragmentum II. FLAVIANI Episc. CP. ad S. LEONEM Papam.* 1621.  
*Fragmentum III. LEONIS Papæ ad Anastasium Episc. Thessalonicensem.* 1627.

F I N I S.

L I B E R  
SACRAMENTORUM  
ROMANÆ ECCLESIAE  
OMNIUM VETUSTISSIMUS

*e millenario codice Capituli Veronensis editus, & LEONI MAGNO  
in vulgatis adscriptus, non pauca continens, quae  
eundem Pontificem habent auctorem.*

1875

SACRA AMERICANORUM

ROMANA ECCLESIAE

OMNIVM VEBRARIORUM

AD SACRAM AMERICANORUM ROMANA ECCLESIAE  
OMNIVM VEBRARIORUM  
AD SACRAM AMERICANORUM ROMANA ECCLESIAE



# PRÆFATIO.

I.



Ibrum Sacramentorum absque ulla dubitatione omnium antiquissimum, quem primo loco proferimus, LEONI MAGNO adscriptum, anno 1735. typis dedit P. Joseph Blanchinius tomo quarto Anastasii Bibliothecarii cum hac inscriptione: *Codex Sacramentorum vetus Romanæ Ecclesiæ a S. Leone Papa confectus primum prodit e MS. libro ante mille annos conscripto, qui extat in Bibliotheca amplissimi Capituli Veronensis.* Non est integer codex, sed mutilus, e quo multa folia initio exciderunt, nimirum a Januario ad medium Aprilem usque: unde ea inscriptio, qua S. Leo Papa hujus Sacramentarii auctor seu compiler traditur, non ex manuscripto, sed ex editoris sententia apposita fuit. Hanc quidem opinionem non pauci approbarunt, inter quos præcipue nominamus Cajetanum Cennium in dissertatione *de Romana Cathedra* inserta tomo 4. Anastasii Bibliothecarii §. 11. & 12. pag. 152. & Editores Missalis Parisiensis anni 1739. qui idem Sacramentarium insigni elogio commendantes, profitentur se ex eo sumpsisse preces plurimas *eximiam pietatem spirantes, Magnique Leonis, cui tamquam certo auctori tribuuntur, stilum ac doctrinam referentes.*

Sacramentarium in editis Leoni tributum.

II. Alii vero in diversas sententias abiire. P. Joseph Augustinus Orsi Ordinis Prædicatorum, pluribus nominibus celebris, ab eodem Blanchinio rogatus, in manuscripta epistola suam opinionem expressit. Ibi autem censet, hoc Sacramentarium esse verum & purum Gelasianum, ita ut illud, quod a Ven. Cardinali Thomasio editum, & Gelasio attributum fuit, ad auctorem hoc Pontifice posteriorem pertineat. Hanc eandem opinionem propugnavit P. Cajetanus Maria Meratus Clericus Regularis in observationibus & additionibus ad Thesaurum sacrorum rituum Bartholomæi Gavanti tom. 1. part. 1. pag. 8. P. Eusebius Amort Canonicus Regularis Pollinganus in epistola MS. ad P. Blanchinium, Gelasium quidem hujus Sacramentarii auctorem non credit; at nec Leoni prorsus adscribens, inquit: *Non est opus unius alicujus Pontificis, sed est Sacramentarium Romanorum Pontificum, usu receptum primis temporibus, auctum tamen & interpolatum per varios Pontifices usque ad tempora Gelasii Papæ. Specialiter in hoc Sacramentario agnoscuntur manus Sixti III. Leonis I. & Felicis III.* Ludovicus Muratorius in dissertatione de Origine sacre liturgiæ, præmissa operi inscripto *Liturgia Romana vetus*, cap. 3. ad Felicis III. ætatem hoc Sacramentarium referendum putat; ita tamen ut ejus auctorem non credat ipsum Felicem III. sed aliquem alium, qui quascumque reperit orationes ac præfationes, in unum codicem retulit sine accurato illo delectu & ordine, quem rei gravitas exposcebat. Post hos Blanchinianæ sententiæ defensionem suscepit Co. Jacobus Acamius fusiori opere italice scripto & Romæ impresso anno 1748. cum titulo: *Dell' antichità, autore, e pregi del Sacramentario Veronese pubblicato dal M. R. P. Giuseppe Bianchini della Congregazione dell' Oratorio nel tom. 4. di Anastasio Bibliothecario, dissertazione apologetica tripartita.* Tandem vero

Variz de Auctore sententiæ.

P. Antonius Franciscus Vezofius Clericus Regularis in præfatione ad tom. 6. Operum Venerabilis Card. Thomafii, cum in id unum incumbat, ut Sacramentarium ab eodem Cardinali editum vindicet; eam solam sententiam refellit, quæ Sacramentarium a Blanchinio vulgatum eidem Gelasio adjudicat. Etsi vero hujus auctorem exactius inquirere e re sua non putavit, notatione tamen 2. in eadem præfationem eos, qui Leoni illud asserunt, difficultatibus non plane satisfecisse pronuntiat. Hactenus opiniones varias exposuimus. Quid autem in tanta varietate certum aut probabilius nobis videatur, nunc proponemus.

Hoc Sacramentarium est certe Romanum.

III. Primo certum credimus, hoc Sacramentarium Romanum esse, & vetustissimum omnium, quæ hactenus prodire. Romanum, seu Missas continens Romanæ Ecclesiæ proprias, præter alia multa probant ipsæ precum formulæ, quæ Sanctorum Apostolorum Petri & Paulli ac Sanctorum Joannis & Paulli corpora in ipsa Urbe tumulata affirmant; Missæ in consecratione vel depositione Romanorum Pontificum, quarum una expresse est in depositione S. Silvestri\* cum alia oratione in depositione S. Simplicii; denuntiationes jejuniorum cum vigiliis sabbati apud B. Petrum; ac mentio cameteriorum & locorum Romanæ Urbis, in quibus\* sacra peragebantur, quæque plane concinunt cum illis descriptis in Calendario Bucheriano, quod Romanum esse omnes consentiunt. Vetustissimum autem omnium demonstrat ipsa collatio cum Sacramentario Gelasiano, quod, uti vulgatum est, aliquot posterioris ætatis additamenta recepit: at in nostro nihil occurrit, quod sæculum quintum prætereat; unde hoc nostrum nullas ex illis objectionibus incurrit, quas ad antiquitatem extenuandam heterodoxi Gelasiano perperam obruserunt. Num vero istud potius, quam illud a Cardinali Thomasio editum, sit verum Sacramentarium Gelasii, dicemus postea.

\* Vid. ultimam miss. Octobr.

\* Vide epist. 25. Innocentii I. ad Decentium c. 5. Omnium vetustissimum.

Non pauca Leonis continet.

IV. Certum quoque est, in hoc Sacramentario multa quidem contineri diversorum auctorum; at non pauca ita Leonis Magni stilum ac spiritum præferunt, ut ea ab hoc Sancto Pontifice lucubrata fuisse probabilissimum sit. Unum haud esse omnium precum & præfationum auctorem, præter evidentissimum discrimen stili, qui in aliis remissior, in aliis sublimior est, multitudo etiam Missarum in aliquot solemnitatibus palam facit: neque enim credibile est pro uno eodemque festo tot ac tam diversas Missas & preces ab uno scriptore lucubratas fuisse. In his autem permulta Leoninam scribendi rationem sapere, omnes, etsi de hujus collectionis auctore in varias sententias abierint, unanimiter profitentur. Quesnellus in ipso Pontificali ac Missali Romano quædam Leonina superesse perdidit, quæ ex nostro Sacramentario derivata noscuntur. Monitum ipsius tribus documentis exinde excerptis & post sermones vulgatis ab eo præmissum hoc loco inferimus, cum id quod proposuimus, mirifice statuat. *Qui Pontificale Missaleque Romanum paullo attentius legerit, haud difficile deprehendet plurima his inserta legi, quæ Leoninam phrasim dictionemque omnino redolent, ut dubium apud me non sit, magnam eorum partem, quæ vel in Officiis Ecclesiasticis, antiquarum præsertim solemnitatum, Paschæ puta & Pentecostes, recitantur, vel in sacrorum ordinum celebratione a Sanctissimo Pontifice Leone I. esse composita vel restituta. Inter hæc numerandæ mihi videntur Præfationes, quæ Canoni Missæ præmittuntur, nec non & alia duæ, quas habet Pontificale Romanum, altera in Episcopi consecratione, altera*

in ordinatione Presbyteri. Utramque hic inferendam duximus cum alloquutione quadam Archidiaconi ad Episcopum, quæ in eodem Pontificali jacet, pro reconciliatione pœnitentium. Afferenda hæc Leoni esse stilus ipse clamat. Pro secunda Præfatione suffragatorem habemus eximia eruditione celebrem Henricum Valesium, qui partem hujus Præfationis ex antiquo Pontificali Senonensis Ecclesie referens in Notis ad Historiam Eccles. Eusebii Casariensis, eam Leoni nostro adjudicat. Revera Leo Leoni non est similior, quam Præfationis hujus stilus aliorum Pontificis nostri opusculorum stilo similis est. Quod generatim affirmat de præfationibus Canonii præmissis, nimium est: quædam enim Leoni tribui non posse, multis probare possemus. De tribus autem documentis ab eodem selectis facile assentimur. Duo ex his in nostro Sacramentario leguntur; tertium vero in ea parte, quæ periit, fuisse insertum nihil ambigimus. Post Quæsnellum Card. Thomafius loquens de Sacramentario Gelasiano, in quod plura ex nostro traducta fuerunt, adeo Leonem plurium precum auctorem credit, ut in præfatione non dubitaverit scribere: *S. Leonem Magnum inter alios Sanctos Antistites egregio huic operi manum admovisse, ipse ejus stilus, qui se homini vel tantillum in ejus scriptis versato illico prodit, aperte ostendit.* Si Cardinalis, in ferendo ceteroquin judicio cautissimus, id pronuntiavit ob nonnullas Leoninas, ut videntur, preces & allocutiones, quæ in Sacramentario Gelasiano fuerunt receptæ; quid sentiendum erit ob multo plures Leonem æque, vel evidentius etiam spirantes, quæ in nostro antiquiori Sacramentario identidem occurrunt? Etsi vero non omnia, quæ Leonis dictionem præferre videntur, Leonis esse affirmari certo queat; multa tamen ab eodem lucubrata probabilissimum est. Ex his aliqua Muratorius in laudata dissertatione notavit, plura autem Acamius fufius recensuit. Nos præcipua in adnotationibus indicabimus.

V. Hujus Sacramentarii auctorem non esse S. Gelasium Papam, ad certitudinem quam proxime accedit. Peremptorium enim videtur argumentum Acamii ex ejusdem Pontificis decreto *de Apocryphis Scripturis*. Certum præsumimus hoc decretum editum fuisse a Gelasio, uti pluribus confirmabimus tomo tertio. In hoc autem decreto hæreticis tribuitur sententia, qua Sancti Apostoli Petrus & Paullus *diverso tempore* mortem subiisse traduntur: *Qui ( Paullus ) inquit, non diverso, sicut hæretici garriunt, sed uno tempore, uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est.* Nostrium autem Sacramentarium in *Natali Apostolorum Petri & Paulli* præfationem exhibet num. 26. in qua eidem quidem diei, at tempore discreto eorum mors affigitur. *Sic dispensatione diversa unam Christi familiam congregantes, tempore licet discreto, recurrens una dies in æternum & una corona sociavit.* Hæc sententia a Gelasio tam aperte reprobata nostrum Sacramentarium ab eodem abjudicat. Si enim hoc opus ipse compegisset ante laudatum decretum; non attribuisset hæreticis eam sententiam, quam ipse in suum Sacramentarium antea recepisset. Si vero post decretum huic Sacramentario manus admovisset; ei non inferuisset sententiam, quam suo decreto tam gravi censura perstrinxerat. Alia argumenta videsis apud memoratum Acamium, & apud Pat. Vezofium. Nobis hoc unum, ut videtur, invictum satis est, quippe quod objectæ

Auctor  
non est S.  
Gelasius.

Neque S.  
Leo.

ab aliis conjectationes apud eosdem fatis elisæ nihil debilitant .  
 VI. Non est certum hoc Sacramentarium a Leone nostro fuisse compositum. Rationes quinque uberrime producit Acamius, ut Leoni hoc opus adjudicet. I. Quia in multis precibus ac præfationibus stilus & sententiæ cum aliis certis Leonis operibus concinunt. II. Quia Nestorii & Eutychetis hæreses impugnantur, quas idem Pontifex perstrinxit. III. Quia ibidem de Manichæis agitur ad sanam mentem revocatis, aut Roma pulsis, uti sub Leone contigit. IV. Quia confutantur Pelagianorum errores circa peccatum originale, & circa necessitatem divinæ gratiæ, contra quos S. Pontifex scripsit. V. Quia indicantur Hunnorum irruptio, Vandatica incurfio, Urbis depopulatio, aliæque facta, quæ in Leonis pontificatum inciderunt. Omittimus nunc, ex his nonnulla ad aliorum Pontificum ætatem posse referri. Hæc enim omnia, etiamsi Leoni congruere credantur, id unum probant, hunc Pontificem auctorem fuisse earum precum & præfationum, in quibus res ejusmodi designantur. Num vero idem Pontifex præter has lucubrationes totum Sacramentarium collegerit atque digesserit, ex his rationibus certo concludi nequit: alius enim Sacramentarii auctor, seu collector esse potuit, qui Leoninas ejusmodi preces ac præfationes ceteris inseruerit. Sic non pauca Leonina leguntur inserta etiam in Sacramentario Gelasiano; nec idcirco S. Leo ejus auctor traduci potest. Aliud nimirum est, Leonem plurimum precum auctorem esse, quæ in aliquo Sacramentario describuntur; aliud vero eum esse auctorem ipsius Sacramentarii, in quo plures diversorum Pontificum preces collectæ & in ordinem dispositæ fuerint. Ad hæc accedit, nonnulla in nostro Sacramentario inveniri, quæ Leonis ævo posteriora sunt, uti oratio pro Simplicio Papa Leonis & Hilari successore, & mentio dedicationis Basilicæ S. Stephani, quam ab eodem Simplicio peractam suo loco adnotabimus. Adde Missam in vigilia Pentecostes cum jejuniis, quod Leonis ætatem ignorasse probare videtur ejusdem sermo 4. de jejuniis Pentecostes, seu quatuor temporum post Pentecosten, ubi quinquaginta diebus a Pascha ad Pentecosten *in lætitia præcipue festivitatis exactis, ad jejuniorum remedia recurrendum* tradens, integros illos quinquaginta dies jejuniis expertes palam significat. Neque vero hic intelligendum est extraordinarium aliquod jejunium a Leone indictum. Cum enim jejunium ejusmodi futurum tempus non obligaret, Missa hæc inserta non fuisset Sacramentario, quod ad usum futuri temporis compactum sit. Potius dicendum esset, Leonem sub finem pontificatus hoc jejunium instituisse; sermones autem, qui hoc jejunium excludunt, ad anteriores annos pertinere. Vel dici posset, hanc Missam, sicut & orationem pro Simplicio, & Missam in dedicatione Basilicæ S. Stephani additamenta esse, quæ Leonis Sacramentario posterius accesserint. Sed hæc responsiones valent quidem aliquid, si hoc Sacramentarium Leonis certo esse aliunde probatum fuisset; uti similes similibus objectionum solutiones valent in Sacramentariis Gelasii & Gregorii Magni, quos Sacramentorum libros lucubrassent aliunde liquet. Cum vero aliquot antiqua testimonia suppetant de Gelasio atque Gregorio; de Leone ne indicium quidem. Hoc sane argumentum negativum est: quod etsi non multum fieri solet, ubi argumenta positiva & satis probabilia præsto sunt; ubi tamen argumenta ejusmodi desunt, non modicam vim habet,

bet, ut saltem ea probabilis certitudo excludatur, de qua nunc agimus. Si sermo de Machabæis Leonis esset; certum positivum argumentum haberemus, quo hoc Sacramentarium ab eodem Pontifice abjudicaretur: ibidem enim ejusmodi festum non legitur, quod tamen Leonis ætate Romæ celebratum ex eo sermone hætenus creditum est. Sed cum hunc sermonem S. Pontifici perperam affictum detexerimus, & idcirco in Appendicem amandarimus; nihil hinc elici potest. Duo vero positiva argumenta nostro quidem iudicio satis convincentia mox afferentur, quæ non tam Leonem, quam alium quemvis Romanum Pontificem ipsius Sacramentarii auctorem excludunt.

VII. Probabilius nobis est, hoc Sacramentarium non fuisse collectum ab ullo Romano Pontifice publica saltem auctoritate in usum Romanæ Ecclesiæ; sed privati alicujus hominis fetum esse, qui quascumque invenit preces & præfationes a Romanis Pontificibus, ac præsertim a S. Leone diverso tempore scriptas, ordine non satis idoneo collegit, & retulit in codicem, qui publico usui non fuit. Duæ in id rationes nos movent. Prima memoratum Gelasii decretum. Si enim a Leone, vel alio Pontifice hoc Sacramentarium collectum fuisset, & publica auctoritate in Romana Ecclesia receptum; quomodo Gelasius hæreticis vertere potuisset opinionem de diverso tempore martyrii Apostolorum Petri & Pauli, quam eidem Sacramentario a Leone aut alio proximiori prædecessore suo insertam, & in Romana Ecclesia usque ad suum tempus receptam ignorare non poterat? Si vero auctor dicatur privatus aliquis post Leonem vel sub ipsa Gelasii tempora, ita ut hoc Sacramentarium in usu Romanæ Ecclesiæ non fuerit; nihil difficile occurrit. Etsi enim ea Missa in ipso inserta, quæ memoratam sententiam continet, ab aliquo vetustiori Pontifice olim prodierit; id tamen latere potuit Gelasium, sicut eundem latuit, Prudentium aliosque catholicos Scriptores eam opinionem fuisse sequutos, ut ne hæreticis vertenda fuerit.

Nullus Romanus Pontifex publica auctoritate edidit.

Est privati hominis collectio.

VIII. Altera ratio manifestior est. Magna scilicet precum & Missarum congeries, eaque valde perturbata, & pluribus in locis defectuosa, privato quidem homini, qui proprio studio quæcumque invenit colligat, convenire potest; de summo autem Pontifice, qui publica auctoritate in solemniorum precum usum codicem Sacramentorum compingat, ac servandum proponat, est omnino incredibilis. Esto multorum auctorum sint Missæ in hoc codice collectæ, quæ idcirco diversum stylum, & diversos characteres exhibent; cum tamen unus sit collector, si is fuisset summus aliquis Pontifex, qui diversas Missas retulisset in codicem, ut usui publicarum precum diebus solemnibus inservirent; primum quovis mense Missas descripsisset Sanctorum, qui in Romana Ecclesia solemnibus festo colerentur. Dein in quavis Missa tres saltem orationes, & unam præfationem etiam posuisset. Ubi cumque vero collocasset Missas communes, illas simul junxisset, nec aliis atque aliis Missis interfecisset. Hic enim ejusmodi librorum, cum in publicum usum eduntur, finis est, ut quæ Missæ propriæ quovis mense ac die festo dicendæ sint, suo loco facile occurrant; eaque sint integræ cum suis precibus & præfationibus; Missæ autem communes certo loco simul inveniri ac repeti queant. Finge animo quemcumque etiam minus peritum collectorem, qui Sacramentarium publico usui adhibendum sibi

pro-

Defectus  
notati.

proponat; hunc profecto ordinem ac methodum sibi præcipue observandum ac sequendum intelliget. Equidem Sacramentaria, quæ a sanctis Pontificibus Gelasio & Gregorio digesta sunt in Romanæ Ecclesiæ usum, hunc ordinem & methodum præferunt; & similiter alia, quæ aliis Ecclesiis usui fuere. In nostro autem Sacramentario Missas quamplurimum Sanctorum, qui vel olim in Romana Ecclesia certo festo colebantur, ut ex Bucherii catalogo liquet, frustra requires. Quorundam vero festa notantur in titulis; at Missæ omittuntur, ut videre est mensibus Julii atque Decembris. In non paucis Missis orationes desunt maxime necessariæ, ex. gr. secreta, vel postcommunio, & nonnumquam utraq; sive etiam oratio prima. In aliis præfationes duæ vel tres conjunguntur sine orationibus Postcommunio, vel etiam absque ulla oratione. Missæ communes de Martyribus distrahuntur in menses tres, Aprilem, Julium, & Augustum. In Aprili autem, ubi plures collectas invenies, Missis communibus de pluribus Martyribus num. 6. præmittitur oratio S. Tiburtii, cujus festivitas ad Augustum pertinet: inferuntur vero num. 9. & 10. duæ Missæ de Confessoribus; num. 20. oratio secreta de S. Laurentio, & Missa communis pro conversione peccatorum; num. 29. missa communis de Apostolis, & num. 34. Missa in dedicatione Basilicæ S. Petri. Quid de aliis defectibus a publico libro nimium abhorrentibus dicamus? Mense Majo in *missa Pentecostes ascendentibus a fonte* oratio *Hanc igitur oblationem* perperam præmittitur orationi *Communicantes*; Missis in *jejunio quarti mensis* inferuntur duæ Missæ in *Dominicum Pentecosten*, quæ præmitti debebant sicut e contra in Novembri Missam de vigilia S. Andrea præcedunt duæ de Natali ejusdem Apostoli, & in Decembri Missam vigiliæ Natalis Christi num. 5. descriptam præeunt quatuor Missæ diei Natalis, quæ erant postponendæ. Nulla autem evidentior perturbatio, quam mensibus Augusto & Septembri. *Quarto Nonas Augusti Natale S. Stephani in Cæmeterio Callisti via Appia*. Subjiciuntur vero Missæ de S. Stephano protomartyre, cujus tamen natalem diem Romæ celebratum fuisse non iv. Nonas hujus mensis, sed die 26. Decembris post solemnitatem Natalis Domini ipsa præfatio Missæ septimæ declarat his verbis: *Et ideo nativitatem Filii tui merito præ ceteris passionis suæ festivitate subsequitur*. Quod si dedicatio Basilicæ S. Stephani in diem iv. Nonas fortassis incidit, de qua in Missa ix. sermo est; perperam in titulo notatum fuit *Natale S. Stephani* &c. quod emortualem diem signat; & perperam etiam natalitii diei Missæ in Decembri collocandæ, hic primo loco descriptæ fuerunt. Confer adnotationem laudato titulo subjectam. Duæ Missæ præterea habentur in vigilia S. Laurentii; sed alia num. 1. præmittitur quidem ejus festo, alia vero num. 12. postponitur. Missæ hujus mensis propriæ de SS. Felice & Adaueto subjiciuntur aliæ communes de pluribus Martyribus; & in septima inferitur præfatio de Apostolis. Mense autem Septembri die xiv. Missis de SS. Cornelio & Cypriano intrusa est præfatio de S. Euphemia, cujus Missæ duæ postea suo loco describuntur die xvi. In eodem mense, cui competit *Admonitio jejunii mensis septimi*, non solum num. 8. habetur *Invitatio plebis in jejunio mensis decimi*; sed Missæ etiam aliquot hujus jejunii ac mensis propriæ exhibentur, & aliæ deinceps suo loco ponuntur mense Decembri. Non multum movemur Missis commu-

nibus de Natali Episcoporum Decembri affictis, quibus num. 7. una Missa inserta est cum oratione consecrationis Episcopi paschali tempore peractæ; sicut etiam mense Octobri inter orationes communes pro diversis causis num. 3. legitur oratio propria temporis paschalis, & num. 6. præfatio & oratio in die resurrectionis Domini. Non multum, inquam, movemur: hæc enim non ad mensem, sed ad communes sui cujusque tituli Missas referenda sunt, in quibus omnes Missæ ac orationes ejusdem tituli, licet paschali tempore recitandæ, æquum locum habere queunt, cum aliquod ejusmodi Officium in paschale tempus incidat. Illud potius movet, cum tituli Missis præfixi, soli primæ orationi nonnumquam congruunt, non vero aliis orationibus aut Missis, quæ subjiciuntur, tametsi inscriptionem habeant, *Item alia*; ac si ad eundem titulum omnes pertineant. Vide mense Julio sub initium titulum *In jejunio*, Septembri num. 8. titulum *pro Episcopo offerendum*, & Octobri Missam, cui titulus *de siccitate*. In Missis pro defunctis, quæ mense Octobri describuntur, est Missa S. Silvestri, cujus tertia oratio est pro Papa Simplicio. Duæ hic Missæ in unam confusæ videntur. Non inficiamur unum vel alterum faciliorem defectum in aliis quoque antiquis Sacramentariis inveniri; aliquid etiam posse amanuensis potius oscitantia, quam auctori attribui. At defectus tot ac tantos, tantamque perturbationem in universo Sacramentario patentem, quæ uni collectori potest adscribi, quis Sacramentario adjudicet, quod ab aliquo summo Pontifice compactum & publicæ auctoritate editum sit in quotidianum Romanæ Ecclesiæ usum? Quin ex collectione tam imperfecta atque confusa non solum privati hominis studium detegitur, sed prima etiam ipsius manus, qua privato consilio quæcumque invenit colligens, non multum ordinis, nullam usus publici curam ac sollicitudinem habuit: qui tamen ipse, si opus voluisset vulgare, ut publico usui esset; nihil ambigimus quin secundis curis in aptiorem saltem ordinem revocasset.

IX. Ex hoc autem ordine perturbato, quo præsertim alieno loco quædam Missæ inferuntur, & quo Missæ communes nulli mense per se alligatæ, huic vel illi mense affictæ sunt, illud maxime animadvertendum colligimus, haud recte inferri posse, aliquod festum non satis notum eo mense celebratum fuisse, in quo ejus Missa describitur. Sic ex Missa *in Dedicatione* Basilicæ S. Petri inter communes recensita mense Aprili, minus tute inferretur, aliquod S. Petri festum, aut dedicationem ipsius Basilicæ hoc mense fuisse peractam; sicut omnino perperam celebratum diceretur festum S. Stephani mense Augusto, eo quod Missæ hujus festi hoc mense proferuntur. Idem dicendum est de Missa in die jejunii, quæ in festo alicujus martyris notatur mense Julio. Hæc communis est Missa, eo die adhibenda, quo jejunium cum martyris festo concurrat. Simile quidpiam est de Missis vel orationibus descriptis mense Aprili, quibus S. Tiburtii aut S. Gregorii martyris nomen inferitur: sunt enim Missæ, non hujus mensis propriæ, sed inter communes de martyribus hoc mense collectas.

Observationes notandæ.

X. Hæc porro ipsa insignis Missarum & orationum confusio primam Romani Sacramentarii imaginem in nostro codice exhibitam palam ostendit. Si enim aliquod antiquius Sacramentarium usu Romanæ Ecclesiæ receptum præ oculis collectoris fuisset; is profecto ex ipsius or-

Hic est primus Sacramentarii fetus.

dine ac methodo, si non omnes, saltem plures defectus declinasset. Ita ejusmodi perturbatio, quæ huic collectioni nonnihilum videtur detrudere, ipsius antiquitatem demonstrans, in non exiguam ejusdem commendationem redit. Hinc autem sequitur, primum Sacramentarium publico Romanæ Ecclesiæ usui propositum esse Gelasianum, quod sane æquissimum ordinem præfert. Nostrium vero anteriorem quidem, sed privatam cujuspiam collectionem esse, quæ publico usui non fuit. Et si quidem *Simplicii Papæ* nomen pro *Silvestri* in Missa ante laudata posterioris librarii hallucinatione haudquaquam irrepsit; post *Simplicium* Papam hæc collectio compacta fuit sub Felice III. vel initio pontificatus Gelasii: additamentum enim posterius, quod in hac Missa nonnulli suspicati sunt, sola Sacramentaria publica, cum ad usum Ecclesiarum deinceps exscribuntur, recipere solent.

Tempus  
Sacramen-  
tarii.

Ejus præ-  
stantia.

XI. Neque vero ex eo quod hic codex a privato homine absque exquisito ordine digestus, in Romanæ Ecclesiæ usu non fuit, minus æstimari debet, vel hujus Ecclesiæ Sacramentarium appellari nequit. Romanæ enim Ecclesiæ Sacramentarium est, quod liturgica ejus documenta, quæ ante Gelasium diversis temporibus usui fuere, in unum corpus collecta complectitur: eo autem est æstimabilius præ ceteris, quanto & plura & vetustiora hujusmodi monumenta ad priscam disciplinam cognoscendam, & ad catholicam fidem confirmandam utilia nobis conservavit, quæ in aliis Sacramentariis frustra requiras. Hæc fusius præfanda fuere ad constituendum nostri Sacramentarii auctorem ac tempus, ex quibus ipsius etiam præstantiam satis agnovimus.

Observa-  
tiones de  
vetustiori  
liturgia  
Romana.

XII. Nunc ut aliquid ad vetustiore liturgiam Romanam illustrandam afferatur, nonnulla ex nostro codice colligi posse credimus. Si hæc Sacramentarii Romani prima & privata collectio fuit, ut antea vidimus; palam fit nullum publicum Sacramentarium, quod scilicet totius anni ac omnium festorum Romanæ Ecclesiæ Missas certo ordine digestas atque collectas exhiberet, extitisse sæculo V. Nemo certe probavit contrarium, nec quisquam hætenus invenit aliquid antierius Sacramentario Gelasiano, quod in usum publicum editum fuisse liquet. Solum Canonem, & solemniores aliquot preces, ac certas precum formulas, & quemdam orationum ordinem, nimirum initio Missæ, ante Canonem, & post communionem, antiquissimis quoque temporibus inductum ac receptum fuisse, ex aliquot pervetustis Patribus didicimus: num vero hæ, vel illæ orationes ac præfationes cuique festo essent adscriptæ, ut apud Gelasium leguntur, quis probare queat? Nonnullas quidem Missas quorundam festorum proprias, quæ solemniori celebritate in Romana Ecclesia peragebantur, ante Gelasium fuisse lucubratas ex nostro codice manifestum est. At has ipsas non fuisse in uno libro collectas atque digestas, Missæ ex. gr. S. Stephani evidenter ostendunt. Si enim hæ ante nostrum collectorem relatæ fuissent in codicem ad Liturgiæ publicæ usum; idem collector ex hoc publico & magis obvio codice eas utique descripsisset mense Decembri, quo S. Stephani festum celebrabatur. Solutas igitur & separatas eas noster collector invenit; ac propterea nil mirum, si in tanta confusione plurium Missarum primis curis exactum ordinem servare semper non potuit. Forte etiam ex variis tabulariis eas sumpsit; ac in unum codicem non solum Missas integras, sed partes etiam, quascumque invenit,



nit, referre, & ita primum Sacramentarii exemplum compingere studeat. Hinc intelligitur cur plures Missas imperfectas dederit, idest vel præfationes solas sine orationibus, vel orationes sine præfatione, vel unam orationem tantum &c. Non semper enim integræ Missæ lucubratae fuerunt de novo; sed nonnumquam solæ præfationes, vel orationes, quibus etsi nihil dubii est, quin in celebranda Missa aliæ necessariae partes vel ex communibus, vel ex antea usitatis precibus additæ fuerint; earum tamen manuscriptum exemplum separatum a ceteris inventum fuit. Hinc etiam cognoscitur, cur aliquæ orationes, aut præfationes in nostro codice repetantur: quia nimirum novæ alicui orationi aut præfationi ad integram Missam perficiendam aliquando adjecta fuerunt cetera ex communibus, aut antea usitatis, quæ idcirco a diligenti nostro exscriptore repetita inveniuntur.

XIII. Cum nullas in hoc Sacramentario Missas proprias reperiamus Dominicarum post Pascha, post Pentecosten, vel Adventus; satis probabile est, nondum cum ordinem Missarum dominicalium fuisse præstitutum, qui in posterioribus Sacramentariis deprehenditur. Hac autem in re illud præcipue observavimus, nostri Sacramentarii tempore orationes & preces in Dominicis post Pentecosten sumptas fuisse ex Communibus de sacrificio Missæ, aut pro variis causis atque necessitatibus, prout cujusque arbitrio magis placeret. Ex his aliquot collectæ in Sacramentario Gelasii libro tertio sub titulo *pro Dominicis diebus*, ita ut Missæ Dominicarum, quæ Missa propria carerent, ex his sumendæ essent. Tandem in Sacramentario Gregoriano sua cuique Dominicæ Missa propria assignata legitur. Id tamen num Gregorio tribuendum sit, an ejus Sacramentario posterius accesserit, non nihil ambigimus. Si enim hujus institutionis ac methodi auctor fuisset S. Gregorius, quavis Dominica post Pentecosten eadem orationes & præfationes in omnibus ejus codicibus invenirentur. At aliquot Dominicarum preces diversæ sunt in MSS. diversis Muratorii atque Menardi, sicut etiam in Missali Romano. Aliquot exempla in adnotationibus ad nostrum Sacramentarium indicavimus. Confer præsertim Missam XXXIII. inter communes mensis Julii, cujus prima oratio in Sacramentario Gelasii legitur lib. III. n. 9. *pro diebus Dominicis*, in Gregorianis autem Muratorii Dominica XIV. post Pentecosten, apud Menardum vero Dominica XV. ac in Missali Romano Dominica XIII. & hanc diversam numerorum rationem ex aliis exemplis constantem agnovimus. Quoad Missas de Sanctis, paucorum Martyrum Missæ propriæ in nostro codice leguntur. Quoad alios adhibebantur communes. Hinc plures Missæ communes de Martyribus in nostro Sacramentario occurrunt, in quibus duæ orationes vel tres alioquin communes proprium Martyris nomen, Agapiti ex. gr. Gregorii &c. præferunt. Inter quamplures Missas de Martyribus perpauca leguntur de simplicibus Confessoribus, eo quod illi persecutionum tempore frequentiores, & notiores fuerunt. Nullæ sunt Apostolorum Missæ propriæ nisi Sanctorum Petri & Paulli, S. Andreae, & S. Jo. Evangelistæ. Cum vero inveniatur Missa de omnibus Apostolis infra octavam SS. Petri & Paulli; num peculiaris aliorum Apostolorum festa Romæ per hoc tempus non celebrarentur, sed eo die communis eorum memoria fieret, an vero suo cujusque festo Missa sumeretur ex communibus, aliorum judicium sit.

Missale Romanum  
plura continent ex  
nostro Sacramentario,

XIV. Ex nostro Sacramentario etiam discimus, quam vetustam originem habeant pleræque orationes, & præfationes nonnullæ, quæ non solum in Gelasiano & Gregoriano codicibus, verum etiam in Romano Missali continentur. Has in adnotationibus indicabimus. Conferentibus vero singulas apparebit, quatenus leviores quasdam vocum mutationes aliqua orationes receperint, & quomodo nonnumquam ex pluribus præfationibus in uno Sacramentario exhibitis, aliquot sententiis ac verbis hinc & hinc excerptis & colligatis, nonnullæ Missalis præfationes coælerint. Unum hic exemplum quoad præfationes proferimus. Præfatio de Ascensione Domini, quæ in Missali Romano & Gregoriano est eadem, ex particulis duarum præfationum nostri Sacramentarii compacta fuit. Verba enim *qui post resurrectionem suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit, & ipsis cernentibus est elevatus in celum*, inveniuntur in præfatione prima nostri codicis; illa vero *ut nos Divinitatis sue tribueret esse participes*, leguntur in secunda. Aliud exemplum quoad orationes, & vocum levissimas mutationes damus. Oratio illa Romani Missalis die Sabbati post Dominicam IV. Quadragesimæ, quæ incipit *Tua nos*, in nostro Sacramentario occurrit mense Septembri inter communes §. 39. n. 12. ubi verba *operationes sue perficiant nos peccatos*, vel, ut in codd. Gregorianis, *placitos*, in laudato Missali sic mutata fuerunt: *operatione sua tibi placitos esse perficiant*. Alia similia aliis conferenda relinquimus,


Quam utile hoc Sacramentarium ad dogmata confirmanda, & antiquam disciplinam agnoscendam.

XV. Multa porro in hoc præstantissimo ac vetustissimo Sacramentario occurrunt ad catholica dogmata contra novitios errores confirmanda, & ad disciplinam antiquorum temporum cognoscendam utilia, quæ cum ad posteriora additamenta ab hoc codice aliena referri nequeant, a recentioribus hæreticis eo nomine eludi non poterunt, quo aliorum Sacramentarium auctoritatem extenuare nituntur. Quod si priscorum Patrum testimonia plurimi fiunt; quanti facienda erunt illa hujus Sacramentarii, quod non unius aut alterius Sancti Patris, sed summorum antiquissimorumque Pontificum, atque Ecclesiæ principalis doctrinam ac disciplinam in publicis officiis propositam atque expressam exhibet? Nonnulla Jesu Christi Divinitatem, quædam realem ejus præsentiam in Eucharistia, plura de Sanctorum cultu, & invocatione, de ipsorum cum Martyrum, tum Confessorum gloria, de cultu sacrarum reliquiarum, de necessitate & efficientia gratiæ, de peccato originali, de jejuniis utilitate, de præstantia voti continentia, de benedictione nuptiarum, de suffragiis defunctorum, de magno numero Martyrum, de Episcoporum eminentia, de suprema Romanorum Pontificum auctoritate, aliaque de aliis dogmatibus testimonia singulis prope lineis in oculos incurrent. Antiquitatem jejunii cum vigilia ante Apostolorum festa, ex tertia Missa in festo S. Andreae colligere licet. Ritus velationis sponsum in benedictione nuptiarum, lactis & mellis veterem usum in baptismo, Ecclesiarum dedicationem, celebrationem sacrificii in Cæmeteriis Martyrum, & alia vetustioris disciplina quisque detegat. Si primi quaterniones codices, qui a Januario ad initium Aprilis solemniores Epiphaniæ, Quadragesimæ, & Paschatis Missas complectebantur, injuria temporum non intercidissent, multo plura invenire liceret.

De unico codice hujus Sacramentarii.

XVI. Reliquum est, ut de ipso manuscripto quædam peculiariter dicamus.

camus. In hoc duplex numerorum series notatur. Alii enim numeri signantur in margine, alii vero contextui inferuntur. Numeri in margine descripti, ab initio Sacramentarii ad finem usque continua successione producuntur; totiusque operis partitionem, ac præcipuorum capitum seu titulorum diversitatem designant. Primus numerus ob defectum aliquot foliorum est IX. initio mensis Maji, cui præcedunt plures Missæ mensi Aprili insertæ, quæ ad numerum VIII. pertinere noscuntur: postremus vero, qui desinit in fine Decembris, est numerus XLIII. Hos numeros a Muratorio omissos nos suo loco, quem in codice obtinent, referemus in margine. Alii numeri, qui inferuntur contextui, Missarum numerum ac divisionem sub quovis titulo fere indigitant; ita tamen ut collector non admodum accuratus duas nonnumquam Missas distinguere oblitus, sub unico numero collocarit. Dein pluribus in locis variantes lectiones textui inferuntur, plerumque sine distinctione ulla: *plerumque*, inquam, aliquando enim præmittitur signum variantis *aliter*. Hæ autem variæ lectiones e diversis ejusdem Missæ exemplaribus, quæ in collectoris manus venerint, prodire videntur: sæpius enim sunt ejusmodi, ut non ab amanuensium oscitantia, vel arbitrio pendeant, sed ab iis profectæ noscantur, qui eandem orationem vel præfationem in sacro ministerio repetituri, aliquid mutare voluerunt. Quædam tandem loca valde luxata sunt. P. Blanchinius sæpius ex conjectura congruentes emendationes in notationibus proposuit. Has non raro Muratorius recepit, ac textui inferuit, nec lectionem codicis indicavit. Immo nonnullas quoque ex iis emendationibus recepit, quas ipse Blanchinius posterioribus curis retractavit in foliis Sacramentario præfixis, quæ Muratorii diligentiam præteriere. Nos semper lectionem manuscripti vel proferemus in textu, vel in adnotationibus exhibebimus, paucis locis exceptis, ubi manifestus librarii lapsus deprehenditur.



L I B E R  
 SACRAMENTORUM  
 ROMANÆ ECCLESIAE  
 OMNIUM VETUSTISSIMUS  
 S A N C T O  
 LEONI PAPÆ  
 IN VULGATIS TRIBUTUS.

MENSE APRILI.

.....  
 .....  
 ..... ut tibi gratæ sint  
 pro Martyrum festivitate sanctorum, &  
 nobis conferant tuæ propitiationis auxilium.  
 Per &c.

Vere dignum. Tibi enim festiva solemnitas agitur, tibi dies sacrata celebratur, quam beati (*Al. sancti*) 1 Tiburtii Martyris tui sanguis in veritatis tuæ testificatione profusus, magnifico nominis tui honore signavit. Et ideo cum Angelis &c.

Vere dignum. 2 Tuas enim, Domine, virtutes, tuasque victorias admiramur, quoties

MENSE  
 APRILI.

1

2

1 Hæc præfatio non est propria S. Tiburtii, sed sumpta ex communibus de SS. Martyribus, inter quas inferius legitur num. 38. Eadem rursus describitur Idibus Augusti pro die festo S. Hippolyti num. 1. Utrobique autem numerus pluralis in singularem mutatus est inserto nomine Martyris. Sanctorum Tiburtii simul & Valeriani natale celebratur XVIII. Kal. Maji in Sacramentario S. Gregorii. Hic de solo S. Tiburtio, de quo item solo est etiam in eodem Gregoriano Sacramentario & in Gelasiano III. Idus Augusti: unde Tiburtius, qui solus a nostro collectore hic ponitur, diversus est ab illo, qui una cum Valeriano mense Aprili colitur; nec idcirco inserta fuit ejus præfatio huic mensi, quod ipsius festum ad Aprilem pertineret; sed quia in hoc mense plures communes Missæ de Martyribus collectæ fuerunt, inter quas una Tiburtii nomen in præfatione insertum exhibet. Similiter paulo post num. 20. in alia communi Missa de pluribus Martyribus Aprili quoque mensi inserta oratio legitur S. Laurentii nomen præferens, cujus tamen festum in eundem Augustum mensem incidit, &

aliquot proprias Missas in hoc ipso Sacramentario exhibet. Voces *beati, sancti*, quarum altera abundat, & aliæ similes frequenter textui insertæ, variantes videntur, quas collector in diversis ejusdem Missæ exemplaribus invenit, vel e margine unius exempli in textum traduxit.

2 Ex hoc loco, & ex aliis subsequentiis Missis festum omnium Martyrum mense Aprili per plures dies & cum octava quinto sæculo celebratum putat Acamius; ac proinde in dubium vocat Anastasii, uti appellant, Bibliothecarii testimonium, cum dedicationem veteris Panthei in Ecclesiam S. Mariæ ad Martyres, qua hoc festum institutum traditur, Bonifacio IV. attribuit. Sed præterquam quod cum Anastasio concinit Paullus Diaconus lib. 4. hist. Langobar. c. 37. & lib. 5. c. 11. hoc dedicationis festum non Aprili mense, sed Mayo assignatur in omnibus liturgicis libris, qui ejusdem memoriam præferunt. In Gelasiano autem deest, sicut & in nonnullis sincerioribus codd. Sacramentarii Gregoriani, eo quod posterior sit ejus institutio. Quod si extat in aliis MSS. Gregorianis, posteriori additamento adscribendum est. Cum porro  
 in

ties in Ecclesia tua horum dierum festa celebrantur, quos insignes Confessorum tuorum & Martyrum palmæ ad perennem memoriam, solemnemque lætitiã fidelibus populis sacraverunt. Per &c.

Quos donis cælestibus fatias, Domine, defende præsiidiis, ut noxiis omnibus expediti, post saluta ..... tua toto corde curamus. Per &c.

.....æ tuæ, quæsumus Domine, supplicibus tuis tribue largitatem, ut mandata tua, te operante, sectantes, & consolationem vitæ præsentis accipiant, & futura gaudia comprehendant. Per &c.

VII.

*Item alia.*

Præsta nobis, Domine, misericordiam tuam, Sanctorum tuorum suffragiis imploratam, & quos intercessores nostros esse tribuisti, fac eos & majestatem tuam jugiter exorare, & salutaria impetrare pro nobis. Per &c.

Deus, qui nos idoneos non esse perspiciens ad magnificentiam tuam, sicut dignum est, exorandam, eorum nobis, qui tibi placuerunt, præsidia contulisti: præsta, ut eorum precibus adjuvemur, quorum providisti nobis miseratus auxilium. Per &c.

Exaudi, 3 Domine, populum tuum cum Sanctorum tuorum tibi patrocinio supplican-tem, & temporalis vitæ nos tribue pace gaudere, & æternæ reperire subsidium. Per &c.

Adesto, Deus noster, famulis tuis, & oblationes nostras Sanctorum tuorum placationibus propitiatus intende; ut quod nostra fiducia non meretur, pia supplicatio reddat acceptum. Per &c.

Da nobis, Domine, tuæ pietatis effectum, & commendantibus Sanctis tuis, etiam nostra munera propitius intueri. Per &c.

Vere dignum, Quoniam tui operis, tuæque pietatis est, quod innumeræ Sanctorum

tuorum multitudini non solum credere in Filium tuum, Dominum nostrum, sed etiam pro eo pati posse donatum est; ut quos justificabat fides, glorificaret & finis. Per &c.

Vere dignum. Tuas enim, Domine, virtutes &c. *uti supra.* 4.

VIII.

*Item alia.*

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, & Sanctorum tuorum suffragantibus meritis, preces nostras dignanter exaudi. Per &c.

Preces nostras, Domine, quæsumus, propitiatus admitte, & ut digne tuis famulemur Altaribus, Sanctorum tuorum nos intercessione custodi. Per &c.

Vere dignum. Quia tu es gloriosus in Sanctis tuis, quibus & in confessione virtutem, & in passione victoriam contulisti. Propterea cum Angelis &c.

Corporis 5 sacri & pretiosi Sanguinis repleti libamine, quæsumus, Deus noster, ut quod pia devotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per &c.

IX.

*Item alia.*

Tuere, Domine, populum tuum, & salutaribus præsiidiis semper adjutum, beneficiis attolle continuis & mentis & corporis. Per &c.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Sanctorum tuorum nos intercessione custodis: præsta, ut quorum fovemur meritis, proficiamus piæ confessionis exemplis. Per &c.

Supplicatio tibi nostra, Domine, & grata pariter existat oblatio, quæ, quum pro Sanctorum tuorum commemoratione deferretur, indulgentiam nobis, iisdem suffragantibus, consequatur. Per &c.

Vere dignum. 6 Qui non solum Martyrum,

in nostro codice Missæ de Martyribus mense Aprilis ex collectoris arbitrio insertæ, communes sunt; tum vero institutionem festi omnium Sanctorum nihil in ipsis subindicat. *Horum* quidem *dierum festa celebrari* traduntur, quibus Confessores & Martyres palmas obtinuerunt; sed ipsa S. Tiburtii commemoratio in anteriori præfatione recepta, hanc formulam non propriam festi omnium Sanctorum, sed communem significat: ac propterea eadem repetita legitur num. 7. & 38. Ad communes item Missas de pluribus Martyribus aliæ formulæ pertinent, quas Acamius ingerit; ut ne ex iis peculiare festum omnium Sanctorum in plures dies productum elici debeat. Forte quædam ex his Missis in cæmeteriis olim dicebantur in memoriam Martyrum, qui ibidem erant tumulari, cum singulorum mentio fieri non posset.

3 Extat hæc oratio in Missali Romano die 19. Januarii in festo SS. Marii, Marthæ, Audifacis, & Abachum.

4 In MS. scilicet hæc præfatio integra repetitur, uti legitur in Missa præcedenti. Solum hic omittuntur voces *Confessorum* ... &.

5 Hæc oratio habetur in Sacramentario Gregoriano edito a Muratorio ex MSS. Vat. & Otobon. in Missa Natalis plurimorum Confessorum, & in Missali Romano in Missa SS. Processi & Martiniani, nec non in Missa S. Petri ad vincula.

6 Hæc leguntur etiam in Missali Gotthico edito a Ven. Card. Thomasio pag. 328. novissimæ editionis Romanæ P. Vezzofii, & pag. 644. tom. 2. Liturgiæ Muratorii. Hæc & sequens præfatio Sanctorum etiam, quos nunc *Confessores* vocamus, antiquum cultum probant. Peculiares autem formulæ hujus præfationis, quæ rationem quamdam ejusdem cultus præferunt, ad primam harum Missarum institutionem pertinere videntur. In Gelasiano Sacramentario lib. 2. ubi Missæ communes sunt non de uno, sed de pluribus Sanctis atque Martyribus, ut in hoc nostro, inter has una extat num. 74. cujus secunda oratio & Martyrum & Confessorum memoriam concelebrat. *Deus qui nos & Sanctorum Martyrum solemnitatibus, & Confessorum gloria circumdas & protegis* &c.

5  
MENSE APRILI. rum, sed etiam Confessorum tuorum es virtute mirabilis. Licet enim illi passione sint clari, qui manifestis acerba supplicia sustinere tormentis; etiam isti tamen occultæ proposito castigationis afflicti & cruciati, spiritualis observantiæ disciplinis illorum sunt vestigia subsequuti. Per &c.

X.

*Item alia.*

7 Hostias, 7 Domine, tuæ plebis intende; & quas in honorem Sanctorum tuorum devota concelebrat, proficere sibi sentiat ad medelam. Per &c.

Vere dignum. Qui dum Confessores tuos etiam nunc tanta festivitate glorificas, simul & nullum apud te sanctum propositum docere esse sine præmio; & præter duriora certamina, fragiles quosque ad tuæ retributionis munus invitas. Per &c.

Sumentes pignus cælestis arcani, & in terris positi, jam superno pane satiati, supplicamus, Domine, deprecantibus Sanctis tuis, ut quod in nobis mystice geritur, veraciter impleatur. Per &c.

Impetret, quæsumus, Domine, fidelibus tuis auxilium oratio justa Sanctorum; & in quorum sunt celebritate devoti, fiant in eorum perpetua sorte participes. Per &c.

XI.

*Item alia.*

Profint nobis, Domine, quæsumus, tuorum suffragia collata Sanctorum; ut quæ nostris non possumus orationibus obtinere, placentium tibi precibus assequamur. Per &c.

Sanctorum, Domine, Martyrum tuorum supplicationibus tribue nos foveri; ut quorum venerabilem (*supple* diem) annuo frequentamus obsequio, eorum & intercessionibus commendemur & meritis. Per &c.

XII.

*Item alia.*

Deus, qui ad deprecandum te conscientie nostræ perspicias non sufficere facultatem, cunctos Martyres tuos fac orare pro nobis, quos digne possis audire. Per &c.

Offerimus tibi, Domine, fidelium tuorum dona solemnia, Sanctorum Martyrum interventionibus confidentes; ut quod nos exequimur minus idonea servitute, illorum potius meritis efficiatur acceptum. Per &c.

Vere dignum. Qui sic hostis antiqui machinamenta destruxit, ut Diabolo, quem sua virtute prostraverat, etiam Sanctos suos, Spiritu veritatis armatos, redderet fortiores,

6  
MENSE APRILI. ne vel sævitiam metuerent persequentium, vel de promissæ beatitudinis æternitate dubitarent: quorum gloriam hodierna festivitate recolentes, hostias tibi laudis offerimus, cum Angelis &c.

Consequuti gratiam muneris sacri, supplices, Domine, te rogamus; ut, implorantibus pro nobis Sanctis Martyribus tuis, divinæ virtutis effectum, quem corporaliter sumimus, spiritualiter sentiamus. Per &c.

Protege, Domine, plebem tuam, cum Sanctorum tuorum patrocinio supplicantem, & in tua pietate confisam interius exteriusque purifica; ut per hæc, quæ divino sacrificio gustaverunt, & mentium salutem mereantur & corporum. Per &c.

XIII.

*Item alia.*

Præte de nobis, Domine, misericordiam tuam; & Sanctos tuos, quorum nos fecisti patrocinii adjuvari, tribue, majestatem tuam jugiter exorare pro nobis. Per &c.

Suscipe, Domine, sacrificium placationis & laudis, quod nos, intervenientibus Sanctis, & perducatur ad veniam, & in perpetua gratiarum constituat actione. Per &c.

Repleti substantia reparationis & vitæ, quæsumus, Domine Deus noster, ut per ea, quæ nobis munera dignaris præbere cælestia, per hæc eadem tribuas nos inhærere cælestibus. Per &c.

Protector in te sperantium Deus, salva populum tuum, tuere, dispone; ut a peccatis liber, ab hoste securus, in tua semper gratia perseveret. Per &c.

XIV.

*Item alia.*

Propitius esto, Domine, plebi tuæ, & auxilium nobis de sancto celerius fac adesse. Per &c.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, & salutaris tui dona concede. Per &c.

Laudis 8 tuæ, Domine, hostias immolamus, quibus nos & præsentibus exui malis confidimus & futuris. Per &c.

Vere dignum. Majestatem tuam suppliciter exorantes, ne perire patiaris, quibus tanta remedia providisti: & collata præsentia, non ad cumulum reis damnationis eveniant, sed potius ad effectum salvationis accedant. Per &c.

Ab omni 9 nos, Domine, quæsumus, vetustate purgatos Sacramenti veneranda perceptio in novam conferat creaturam. Per &c.

Non præjudicet, quæsumus, Domine, Fidelibus tuis nostra minus idonea deprecatio servitutis; sed merita nostra prævincens, Eccle-

7 Eadem fere est secunda oratio in Romano Missali inter communes & diversas num. 7. Pro Prelatis & Congregationibus eis commissis.

8 In Missali Romano est oratio secreta Missæ

Confessoris non Pontificis.

9 In eodem Missali est oratio *Postcommunio* feriæ 4. post Pascha, ubi melius *transferat* pro *conferat*.

MENSE APRILI. Ecclesiam tuam sanctifica, gubernata, salva, prosequere; & tibi sine cessatione devotam perpetua redemptione confirma. Per &c.

## XV.

*Item alia.*

Exaudi, Domine, preces nostras, & Sanctorum Martyrum nos tuere praesidiis. Per &c.

10 Respice, Domine, munera, quae in Sanctorum tuorum commemoratione deferimus; ut quorum honore sunt grata, eorum nobis fiant intercessione perpetua. Per &c.

Vere dignum. Te enim laudant & benedicunt omnes Sancti tui, quibus & in confessione virtutem, & in passione victoriam contulisti. Per &c.

11 Praesta, Domine Deus noster, ut quorum nobis festivitate votiva sunt Sacramenta, eorum salutaria nobis intercessione reddantur. Per &c.

12 Tuere, Domine, supplices tuos, sustenta fragiles, purga terrenos; & inter (mortalium) tenebras mortales ambulantes tua semper luce vivifica, atque a malis omnibus clementer ereptos, ad summa bona pervenire concede. Per &c.

## XVI.

*Item alia.*

Praesta, quaesumus, Domine, ut Martyrum tuorum jugiter celebremus meritum, quorum continuum sentimus auxilium. Per &c.

Sacrificium tibi, Domine, pro Sanctorum Martyrum Natalitiis immolamus; ut quorum gaudemus praesidiis, gloriam frequentemus. Per &c.

Vere dignum. Cognoscimus etenim, Domine, Sanctorum nos Martyrum deprecatione muniri; majestatem tuam profusius implorantes, ut & temporaliter his patrocinii nos foveri, & spiritaliter praecipias adjuvari. Per &c.

Da nobis, quaesumus, Domine, ut cum Martyrum solemnitate sanctorum perpetua tuitione laetemur. Per &c.

Exultet, Domine, populus christianus de magnorum Filii tui glorificatione membrorum; & quanto eminentiora sunt ceteris, tanto magis de eorum culmine inferiora congaudeant. Per &c.

## XVII.

*Item alia.*

Esto propitius, Domine, quaesumus, plebi tuae, & suffragantibus Sanctis tuis, tribue nobis veniam peccatorum: concede placatus  
Tom. II.

& pacem, ut propitius largiaris auxilium. MENSE APRILI. Per &c.

Suscipe, Domine, quaesumus, preces nostras; & hujus oblationis obsequium, quod in sanctae Martyris tuae commemoratione offerimus, ad placationem tui nominis copiosa nobis fac provenire clementia, & ad gaudium nobis transeat sempiternum. Per &c.

Vere dignum. Quoniam tu Sanctis tuis & patientiam tolerantiae, & in beati sine certaminis das triumphum. Per &c.

Sacris reparati mysteriis suppliciter exoramus, ut intervenientibus Sanctis tuis, apprehendamus 13 (rebus) effectum, quod (actionibus) celebramus affectum. Per &c.

13 Creator populi tui Deus atque reparator, tuere supplices, tuere misericordiam postulantem; 14 ut satisfactio pro se intercedente Sanctum (illum) & instituta bona recipiant, & restaurata custodiant. Per &c.

## XVIII.

*Item alia.*

Concede, Domine, populo tuo veniam peccatorum, & religionis augmentum, atque ut ei tua dona multiplices, Sanctorum Martyrum tuorum patrocinia fac adesse. Per &c.

Suscipe, Domine, propitius Ecclesiae tuae munera, & Sanctorum precibus nos tuere, qui tuae justitiae sunt placentes. Per &c.

Vere dignum. Quia te benedicunt & laudant omnes Sancti tui, quibus & in confessione virtutem, & in passione gloriam contulisti. Per &c.

15 Sanctorum precibus, Domine, quaesumus, salus & mentium praestetur & corporum; ut doni tui fiat nobis & benedictio copiosa, & larga protectio. Per &c.

Da auxilium, Domine, quaesumus, majestati tuae potestatique subiectis, & quidquid suis meritis non praesumunt, Sanctorum tuorum precibus consequantur. Per &c.

## XIX.

*Item alia.*

16 Adesto, Domine, precibus nostris, quas in Sanctorum tuorum commemoratione deferimus, ut qui nostrae justitiae fiduciam non habemus, eorum, qui tibi placuerunt, meritis adjuvemur. Per &c.

Exaudi, Domine Deus noster, cum Sanctorum tuorum tibi patrocinio supplicantes; ut quorum celebramus triumphos, possimus retinere constantiam. Per &c.

Praetende nobis, Domine, misericordiam  
C tuam

10 Est secreta in Rom. Missali die 22. Sept. Missae SS. Mauritii & sociorum.

11 Eadem est oratio Postcommunio Missae S. Martini Episcopi die 11. Nov. in Missali Romano.

12 Vox mortalium est varians lectio.

13 Voces rebus & actionibus sunt variantes textui insertae.

14 Ita hunc locum restituendum credidit P. Blanchinius: ut satisfactione pro se intercedente Sanctorum, & instituta &c. Muratorius, ut satisfactione pro se intercedente Sancti illius.

15 Cod. male percipientibus.

16 Missale Rom. hanc orationem praefert die 22. Aprilis in festo SS. Soteris & Caji.

9 tuam, & Sanctos tuos, quorum nos dedisti patrociniis adjuvari, tribue majestatem tuam jugiter exorare pro nobis. Per &c.

Auxiliare, Domine, fragilitati nostræ, ut tuorum intercessione Sanctorum non reprobemur meritis, quos tantis deputare dignaris officiis. Per &c.

Tribue, quæsumus, Domine, donis tuis libera nos mente fervire, ut intervenientibus Sanctis tuis, munera, quæ deferimus, & medelam nobis operentur & gloriam. Per &c.

17 Vere dignum. 17 Quia tu es gloriosus in omnibus Sanctis tuis, quibus & in confessione virtutem, & in passione victoriam contulisti. Per &c.

18 Vere dignum. 18 Quoniam tui operis, tuæque virtutis est, quod Sanctis tuis non solum credere in Filium tuum Dominum Jesum Christum, sed etiam pro eo pati posse donatum est: ut quos justificabat fides, glorificaret & finis. Per &c.

19 Sacri corporis & sanguinis pretiosi renovati libamine, quæsumus, Domine, clementiam tuam, ut quod frequenti devotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per &c.

Conserva, Domine, populum tuum: & quem salutaribus præfidiis non desinis adjuvare, perpetuis tribue gaudere beneficiis mentis & corporis, Per &c.

XX.

*Item alia.*

20 Sanctorum tuorum, Domine, precibus adjuvemur; & quod possibilitas nostra non obtinet, eorum nobis postulatione donetur. Per &c.

Hostiam nostram, quæsumus, Domine, Sancti Laurentii Martyris tui & confessio veneranda, & beata commendet oratio. Per &c.

Vere dignum. Qui nos per mundi caligines, tamquam luminaribus cæli, Sanctorum tuorum exemplis instituis, & intercessione prosequeris. Per &c.

Inter innumera, Domine, pietatis tuæ subsidia hinc fragilitatem nostram confidimus non relinqui, quia tanta nobis placentium tibi patrocina sunt provisa. Per &c.

21 Deus 21 errantes in via posse redire, veritatis lumen ostendis: da cunctis, qui christiana professione censentur, & illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini, & ea, quæ sunt apta, sectari. Per &c.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui tuæ

mensæ participes a diabolico jubes abstinere convivio, da, quæsumus, plebi tuæ, ut gustu mortiferæ profanitatis abjecto, puris mentibus ad epulas æternæ salutis accedant. Per &c.

Vere dignum. Cujus Ecclesia sic veris confessoribus 22 falsisque permixta nunc agitur, ut tamen & fragilitatis humanæ semper cavenda mutatio, & nullius sit desperanda conversio: quo magis supplices te rogamus, ut quia sine te non potest solida constare devotio, & firmis perseverantiam, & respicientiam largiaris infirmis. Per &c.

Da, quæsumus, Domine, populo tuo a diabolicis, quibus renuntiavit, laqueis abstinere, & toto tibi corde prosterni. Per &c.

XXI.

*Item alia.*

Majestati tuæ nos, Domine, Martyrum supplicatio beata conciliet, ut qui incessabiliter actibus nostris offendimus, continuis justorum precibus expiemur. Per &c.

Grata tibi munera nostra sint, Domine, quæ tuis sunt instituta præceptis, & Sanctorum festivitas gloriosa commendet. Per &c.

Vere dignum. Te in Sanctorum tuorum confessionibus laudantes; quorum dum solemnities frequentantur, copiosiora nobis fidei proponuntur exempla; dum sæpius victoriæ revolvuntur, crebriora nobis ministrantur auxilia; dum 23 (multipliciter) uberius meritum prædicatur & gloria, spes nobis æternæ beatitudinis propensius intimatur. Per &c.

Repleti, Domine, cælesti mysterio, & benedictionibus suffragantum, gratias agimus nomini tuo, qui nos & salutari munere comitaris, & Sanctorum patrociniis benignus attollis. Per &c.

XXII.

*Item alia.*

Martyrum tuorum nos, Domine, semper festa lætificent; & quorum celebramus meritum, experiamur auxilium. Per &c.

Magnificamus, Domine, nomen tuum, omnipotens & misericors Deus, qui fragilitati nostræ subveniens, non solum nobis mysteria divina largiris, sed etiam per quorum preces his digni reddamur. Per &c.

Vere dignum. Celebramus enim tuorum Natalitia pretiosa justorum, quæ dum quotidie toto (*supple orbe*) resplendeant, semper

17 Similis præfatio est supra in Missa VIII.

18 Hæc quoque præfatio paucis mutatis legitur superius in Missa VII.

19 Huic affinis est oratio Missæ VIII.

20 Hæc oratio legitur in Sacramentario Greg. Menardi, & in Missali Rom. die S. Matthæi, ubi *ut quod* melius scribitur.

21 Legendum cum Sacramentariis Gelasiano, Gregorianis, & Romano, qui hanc orationem exhibent Dominica 2. post Octavam Paschæ, qui errantibus, *ut in viam possint redire*. Hæc est Missa distincta a præcedenti pro conversione

peccatorum; collectoris oscitantia numerus distinctus omisus fuit.

22 Confessores falsi, qui hic veris permixti in Ecclesia esse dicuntur, non sunt (ut nonnemo putavit) ii confessores falsi, de quibus Cyprianus loquitur in lib. *De unitate Ecclesiæ*, isti enim extra Ecclesiam ab eodem collocantur: sed sunt peccatores, errantes, qui *Christiana professione censentur*, nec tamen illa respuunt, quæ huic inimica sunt nomini: unde pro horum conversione preces funduntur.

23 Adverbium *multipliciter* est varians lectio.



MENSE per & inchoantur expleta, & explentur ju-  
RILI. giter inchoanda. Per &c.

24 Frequenti Sacramentorum perceptione fa-  
tati, 24 (ditati) quæsumus, Domine, ut  
quorum honore geminantur, salutifera nobis  
oratione proveniant. Per &c.

Adsit, Domine, misericordia tua populo,  
Sanctorum deprecatione placatus, quæ eum  
semper & purget a crimine, & ab hoste de-  
fendat, temporalibus provehat adjumentis,  
& ad Sanctorum gaudia sempiterna perdu-  
cat. Per &c.

## XXIII.

*Item alia.*

25 Sacræ festivitatis nobis, quæsumus, Do-  
mine, dona multiplica; 25 quum & salu-  
tis nostræ vota recolimus, & eorum, qui tibi  
sunt placiti, patrociniis adjuvemur. Per  
&c.

Exercentes, Domine, gloriosa commer-  
cia, offerimus, quæ dedisti, ut te ipsum me-  
reamur accipere. Per &c.

26 Vere dignum. 26 Quoniam licet immen-  
sa sint omnia, quæ initiis humanæ sunt col-  
lata substantiæ, quod eam scilicet crearis ex  
nihilò; quod tui dederis cognitione pollere;  
quod cunctis animantibus summæ rationis  
participatione prætuleris; quod tota mundi  
possessione ditaris: longe tamen mirabiliora  
sunt opera, ut terrenam mortalemque ma-  
teriam non solum vivificaris extinctam, sed  
effeceris & divinam. Per &c.

## XXIV.

*Item 27 alia.*

27 Altaribus tuis, Domine, munera terrena  
gratanter offerimus, ut cælestia consequamur;  
damus temporalia, ut sumamus æterna.  
Per &c.

28 Vere dignum. Quis enim aut possit, aut  
audeat a tua laude cessare, perpendens mi-  
randæ 28 depositionis effectus, quod de sub-  
stantiæ genere peccatricis immaculata ho-  
stia gigneretur, cujus, pro ejusdem reatu  
naturæ, possis immolatione placari. Per &c.

## XXV.

*Item alia.*

29 Da nobis hæc, quæsumus, Domine, 29  
frequentata mysteria: quia quoties hostiæ  
tibi placatæ commemoratio celebratur, opus  
nostræ redemptionis exercetur. Per &c.

30 Vere dignum. 30 Quia quum totus mun-  
dus experiatur & cernat, generis humani  
principia dejecta erigi, inveterata renovari,  
*Tom. II.*

& ad culmen subacta reduci: sicut veteres MENSE  
Sancti quod credidere faciendum, cognoscit APRILI.  
impleri, sic fiducialiter, quæ nunc promit-  
tuntur, expectat. Per &c.

## XXVI.

*Item alia.*

Sacrificium, Domine, celebramus, quod  
ita nobis debet esse perpetuum, sicut nos  
ejus opere fieri jugiter desideramus æternum.  
Per &c.

## PASCHALI SC F SP.

Vere dignum. Qui se ipsum tibi pro no-  
bis offerens immolandum, idem Sacerdos &  
facit Agnus exhibuit. Per &c.

Tribue nobis, Domine, misericordiam  
tuam, per quam & nostris reatibus possi-  
mus absolvi, & his mysteriis convenienter  
aptari. Per &c.

## XXVII.

*Item alia.*

Omnipotens sempiternæ Deus, qui San-  
ctorum Martyrum confessionibus Ecclesiæ  
tuæ sacrum corpus exornas: da nobis, quæ-  
sumus, ut & doctrinis eorum tibi placentiæ  
& pio sequamur exemplo. Per &c.

Exaudi, Domine, supplicum preces, &  
quas merita nostra destituunt, Sanctorum tuo-  
rum commendatio reddat acceptas. Per &c.

Suscipe, Domine, munera tuorum voti-  
va populorum; & eorum tibi grata sint pre-  
cibus, pro quorum solemnitate offeruntur.  
Per &c.

Vere dignum. Qui nos sanctorum Mar-  
tyrum tribuis gloriosas indefinenter celebra-  
re victorias. Isti sunt enim Confessores il-  
lius nominis, in quo nobis unicum salutis  
nostræ præsidium, Pater æternæ, posuisti.  
Et ut ad ejus cognitionem possimus accede-  
re, parvularum mentium fidem, eorum &  
testificationibus instruis, & intercessionibus  
benignus attollis. Per &c.

Sanctorum precibus, Domine, confiden-  
tes, quæsumus, per ea, quæ sumimus, æter-  
na remedia capiamus. Per &c.

Supplicem tibi populum, Domine, tua  
munitione custodi; nec difficulter quod pie,  
quod juste postulat consequatur, cui Sancto-  
rum tuorum merita suffragantur. Per &c.

## XXVIII.

*Item alia.*

Hostias 31 tibi, Domine, Sanctorum tuo-  
rum

31

24 Vox ditati inter variantes recensenda.  
25 Leg. ut quum salutis nostræ vota recolimus,  
eorum, qui tibi &c.  
26 Hæc præfatio Leonis stilum præferre videtur.  
27 Hæc & duæ sequentes Missæ non sunt de  
Sanctis.  
28 Corrige dispositionis.

29 Leg. frequentare. An infra legendum placita?  
Hæc eadem oratio, mutato principio, legitur in  
Romano Missali Dominica nona post Pentecosten.  
30 A Leonis stilo non videtur abhorre.  
31 Est in Gregor. Sacram. in Natali S. Fabiani  
XIII. Kal. Febr. & alibi, nec non in Missali Rom. in  
Communi unius Martyris Pontificis oratio secreta.

MENSE APRILI. rum dicatas meritis benignus assume, & ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per &c.

Præsta nobis, Domine, quæsumus, universa peccata pariter atque pericula corporis & mentis evadere, quos innumerabilium Martyrum pia confessione circumdas. Per &c.

32 32 Sacrificium tibi, Domine, laudis offerimus in venerabilium commemoratione Sanctorum. Da, quæsumus, ut quod illis contulit gloriam, nobis proficiat ad salutem. Per &c.

33 Vere dignum. Qui nos beatorum Martyrum palmas in diebus, quos suo sanguine signavere, venerantes, in tua 33 exaltare potentia, in tuo, Domine, tribuis semper honore gaudere. Per &c.

34 34 Sumimus, Domine, Sanctorum tuorum solemniam celebrantes, cælestia Sacramenta; quorum suffragiis, quæsumus, largiaris, ut quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis consequamur. Per &c.

XXXIX.

Item alia.

Apostolica nos muniat, Domine, semper oratio; ut iisdem suffragatoribus dirigatur Ecclesia, quibus Principibus gloriatur. Per &c.

35 35 Sanctorum tuorum miseris esto, Domine, refugium singulare, quorum pro nobis & honore placentis & merito. Per &c.

Ad Martyrum tuorum, Domine, festa venientes, cum muneribus nomini tuo dicatis, occurrimus, ut illis reverentiam deferentes, nobis veniam consequamur. Per &c.

36 Vere dignum. Quoniam tu es gloriosus in Sanctis, quibus & in persecutione tolerantiam 36 tribuisti, & in passione victoriam contulisti. Per &c.

Memento, Domine, quæsumus, conditionis humanæ, ut Sancti tui pro nobis & clementiam tuam semper exorent, & incessabiliter audiantur. Per &c.

XXX.

Item alia.

37 Protege nos, Domine, tuorum deprecatione iustorum 37 (Sanctorum;) ut, quorum circumdamur suffragio, foveamur auxiliis. Per &c.

Da nobis, quæsumus, Domine, semper hæc tibi vota deferre, quibus, Sanctorum tuorum Natalia celebrantes, tuam gloriam prædicemus. Per &c.

38 Vere dignum. Quia Sanctorum tuorum solemniam 38 repetimus, quorum veneranda

MENSE APRILI. confessio & mirabilia virtutis tuæ explevit, & illis præmium cæleste quæsit, & nobis patrocinia præparavit. Per &c.

Profint nobis, Domine, iustorum tuorum frequentia solemniam: quoniam quanto fragiliores sumus, tanto tibi placentibus præfidiis indigemus. Per &c.

XXXI.

Item alia.

Peccatorum nostrorum, 39 Domine, multitudine prævalente, Sanctorum tuorum, Domine, annua festa recolimus; singulare suffragium per eos tuam misericordiam deprecantes, quorum nos voluisti patrocinii adjuvari. Per &c.

Offerentium tibi munera, quæsumus, Domine, ne delicta respicias; sed intercessorum meritâ propitiis intueri. Per &c.

Vere dignum. Te in tuorum glorificantes confessione Sanctorum, qui, mirabili dispensatione sapientiæ tuæ, & illis beatitudinem sempiternam, & fragilitati nostræ congrua præparasti subsidia; ut quos ad te placandum prævideres dignos, eorum, qui tibi placuerunt, dignis precibus propitiatus intenderes. Unde supplices imploramus, ut sicut illos manet æterna felicitas, sic pro nobis eorum deprecatio continuata non desit. Per &c.

Peccavimus tibi, omnipotens & misericors Deus. Remedium non habemus, nisi miseraris nobis tuorum deprecatione Sanctorum, Per &c.

XXXII.

Item alia.

Da nobis, omnipotens & misericors Deus, ut Sanctorum tuorum Natalitia celebrantes, quorum prædicamus triumphos, eorum fidem veraciter imitemur. Per &c.

Offerimus, Domine, munera tuorum tibi solemnitatibus grata Sanctorum, tuam clementiam deprecantes, ut quod ad illorum gloriam, nobis proficit ad veniam. Per &c.

Vere dignum. Quoniam Martyrum beatorum pro confessione tui nominis venerabilis sanguis effusus sicut tua mirabilia manifestat, qui perficis in infirmitate virtutem, ita nostris & studiis dat profectum, & fragilitatibus præstat auxilium. Per &c.

XXXIII.

Item alia.

Sanctis intervenientibus, Domine, tibi servitus nostra complacet, & obsequia munerum fiant præfidia devotorum. Per &c.

Aspice nos, Domine, precibus exoratus vene-

32 In Missali Rom. est oratio secreta Missæ S. Hermetis die 28. Aug.

33 Leg. exultare.

34 Est oratio Postcommunio Missæ SS. Joannis & Pauli die 26. Junii in Missali Romano.

35 Aliquid deest: forte Intercessione.

36 Alterutrum verbum tribuisti, vel contulisti est varians lectio.

37 Sanctorum vox inter variantes lectiones recensenda.

38 Hæc formula repetimus pro Missa octavæ adhibetur in Missa XIV. S. Laurentii oratione ultima. Cum octava de aliquo Martyre celebranda esset, hæc Missa communis usui fuisse videtur.

39 Alterutrum Domine abundat. Mox pro tuam misericordiam rectius a tua misericordia.

MENSE  
APRILI.

40 venerandi Martyris 40 Gregorii, tua miseratione concedens, ut sicut nobis ejus passio contulit hodiernum in tua virtute conventum, ( lætitiā, ) ita suffragetur & meritum. Per &c.

41 Fiat, Domine, quæsumus, hostia sacrandā placabilis pretiosi celebritate martyrii, quæ & 41 corda nostra purificet, & tuorum tibi vota conciliet. Per &c.

Vere dignum. Propensus exorantes, ut sicut infirmitati nostræ præcius contulisti subsidia copiosa iustorum, ita nobis eorum tribuas intercessione refoveri. Per &c.

Exaudi nos, Domine, clamantes ad te, & quos non deseris sacramentis, necessariis attolle præsidii. Per &c.

## XXXIV.

*Item alia.*

42

## 42 IN DEDICATIONE.

Deus, qui beati Petri Apostoli dignitatem ubique facis esse gloriosam: præsta, quæsumus, ut & doctrina semper ipsius foveamur & meritis. Per &c.

Suscipe, Domine, quæsumus, hostias, quas majestati tuæ in honore beati Apostoli Petri, cui hæc est Basilica sacra, deferimus, & ejus precibus nos tuere. Per &c.

Vere dignum. Qui ut in omni loco dominationis tuæ beati Petri Apostoli magnifices potestatem, non solum ubi venerabiles ejus Reliquiæ conquiescunt, sed ubicumque pretiosa reverentia fuerit invocata, tribuis esse præsentem: nunc etiam perseverare demonstres, quod in omnem terram sonusejus exeat, & toto orbe salutaria verba decurrant. Per &c.

Benedicimus, Domine, misericordias tuas, qui nos incessabiliter beati Apostoli tui Petri finis commemoratione foveri, suppliciter exorantes, ut cujus solemnia gerimus, patrocinia sentiamus. Per &c.

MENSE  
APRILI.

## XXXV.

*Item alia.*

Si vis, potens es mundare, Domine; & quam vox iniquitatis nostræ non obtinet, tuorum nobis precibus veniam donare Sanctorum. Per &c.

Supplices, Domine, te rogamus, ut quamvis offensiones nostræ impediunt, recordatione tamen Martyrum tuorum munus nostrum non sit ingratum. Per &c.

Vere dignum. Prostrato corde poscentes, ut quamvis tanta sint nostra facinora, quibus etiam cum innumerabilibus Sanctorum suffragiis laboremus: tu tamen immensa pietate concedas, ne scelera magis nostra prævalcant, quam satisfactio pro nobis copiosa iustorum. Per &c.

Præsta, Domine, quæsumus, ut quam immensis erroribus aggravati fiduciam conscientie non habemus, Martyrum tuorum nobis supplicatio beata subveniat. Per &c.

## XXXVI.

*Item alia.*

43 Pro sint 43 meritis, Domine, patrocinia multiplicata Sanctorum, & injustitias nostras tot oratio beatorum pro nobis fusa dissolvat. Per &c.

Ne, quæsumus, Domine, pro nostris excessibus munera delata despicias; sed pro tuorum intercessione Sanctorum potius ad indulgentiam convertere supplicibus. Per &c.

Vere dignum. Tu etenim, Domine, discernis populum tuum: & 44 ad Martyrum festa multitudo conveniat; qui in tuorum vere Fidelium sint parte cognoscis: atque ideo in nulla remaneat diaboli portione, qui in Sanctorum cupit forte numerari. Per &c.

Annue, quæsumus, Domine, sacris Martyribus tuis, ut opem nobis suæ deprecationis impendant, & iram tuam, quam nostris pra-

40 Blanchinius & Muratorius legendum putant *Georgii*, cujus festum incidit in diem 23. Aprilis. Id autem cogitarunt ex præsumptione, quod hæc Missa ad mensem Aprilem pertineat. At collectorem Missas communes de Sanctis hoc loco collocasse, & aliorum quoque SS. Tiburtii & Laurentii orationes inseruisse, quæ ad Aprilem non spectant, adnot. 1. observavimus. S. Gregorii autem & Grisogoni Martyrum natale in hoc eodem Sacramentario notatur VIII. Kal. Decembris. In veteri Missali Romano Monastico Lateranensi novissime edito a Clarissimo Præsule Nicolao Antonello, & inserto tom. 1. Collectionis Liturgicæ Patris Azevedo pag. 764. Missa legitur S. Georgii Martyris, quæ in nullis aliis veterioribus Romanis libris invenitur: sed ea describitur IX. Kal. Januarii. Ex hoc autem die doctissimus Adnotator colligit, hunc esse S. Gregorium Martyrem Sipontinum, cujus memoria eodem die in aliis ecclesiasticis documentis signatur. Putat autem hanc Missam in hoc Romanum Missale inductam a Monachis, quod aliquo ipsorum monasterio in ejus honorem erecto ejusdem festivitas apud ipsos ( quos pag. XXXI. Spoleto

Romam accitos putat ) celebris fuerit. Post pauca vocabulum *lætitiā* varians lætio est textui inserta.

41 Primis curis scripserat amanuensis *peccata*, secundis vero substituit *corda*.

42 Verba *In dedicatione* videri scripta in margine ab alio Antiquario, primum notaverat P. Blanchinius; sed in correctionibus, quas postea præmisit, sincere confessus est, ea verba esse ejusdem Antiquarii, ut monitus fuit a Bartholomæo Campagnola, qui codicem, ipso Blanchinio flagitante, diligenter consuluit. Dedicationem quidem Ecclesiæ S. Petri videntur innuere verba orationis secundæ: cui ( Petro ) *hec est Basilica sacra*. Animadvertendum porro est, hanc Missam inter communes recenseri Aprili a collectore arbitrarie insertas: unde ex hoc loco colligi nequit veluti certum, dedicationem Basilicæ S. Petri, aut aliud ejusdem Apostoli festum in mensem Aprilem incidisse.

43 Magis placeret *immeritis*.

44 Assuta hic se produnt verba *ad Martyrum festa multitudo conveniat*; vel ante voces *ad Martyrum* aliquid supplendum est, ex. gr. *cum*.

XXXVII.

*Item alia.*

Non obruamur, Domine, quæsumus, quamvis immensis molibus peccatorum, qui ubique Sanctis tuis deprecantibus exoramus, ut malis nostris offensus præsentis hostias non repellas, sed tibi nos placitos Sacramenti virtute perficias. Per &c.

Vere dignum. Donari nobis suppliciter exorantes, ut sicut Sancti tui mundum in tua virtute vicerunt, ita nos a mundanis erroribus postulent expediri. Per &c.

45 Quia nostræ voces, Domine, non merentur audiri, Sanctorum tuorum interventio, quæsumus, sit accepta, 45 (fiat grata,) pro nobis. Per &c.

XXXVIII.

*Item alia.*

Preces nostras, Domine, propitiatus admitte, & ut digne tuis famulemur Altaribus, Sanctorum tuorum nos intercessione custodi. Per &c.

Tribue nos, Domine, quæsumus, donis tuis libera mente servire, ut, purificante nos gratia tua, iisdem, quibus famulamur, mysteriis emendemur. Per &c.

Vere dignum. Tibi etenim, Domine, sacra festivitas agitur, tibi dies sacrata celebratur, quam beatorum Martyrum tuorum sanguis, in veritatis tuæ testificatione profusus, magnifico nominis tui honore signavit. Per &c.

Omnipotens sempiterne Deus, qui fragilitati nostræ consulens, assidua nos Sanctorum celebritate solaris, da nobis sub Patronis talibus constitutis, & perpetua securitate muniri, & salutari gaudere profectu. Per &c.

46 46 Grata tibi munera nostra sint, Domine, quæ & tuis sunt instituta præceptis, & Sanctorum tuorum festivitas gloriosa commendat. Per &c.

Vere dignum. Tuas enim, Domine, virtutes, tuasque victorias admiramur; quoties in Ecclesia tua horum dierum solemnia celebramus, quos insignes Confessorum tuorum & Martyrum palmæ ad perennem memoriam, sanctamque lætitiâ fidelibus populis sacraverunt. Per &c.

Quæsumus, Domine Deus noster, ut divina mysteria, quæ in tuorum commemoratione Sanctorum frequentamus, actu subsequamur & sensu. Per &c.

45 fiat grata est varians lectio in textum illata.

46 Hæc alia Missa est, licet numero non distincta.

47 Hæc eadem præfatio repetitur in Missa prima SS. Joannis & Pauli; ibique pro *susciperent* legitur *suscipiunt*, ubi forte desideratur *martyrium*.

48 In Missa 2. eorundem Martyrum Jo. & Pauli, ubi hæc oratio pariter legitur, pro co-

Adesto, Domine, populo tuo cum Sanctorum patrocinio supplicanti, ut quod propria fiducia non præsumit, suffragantium meritis consequatur. Per &c.

XXXIX.

*Item alia.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos idoneos non esse perpendis ad majestatem tuam, sicut dignum est, exorandam, da, sanctos Martyres tuos pro nostris supplicare peccatis, quos digne possis audire. Per &c.

Adjuva nos, Domine, tuorum prece Sanctorum, ut quorum festa gerimus, sentiamus auxilium. Per &c.

Oblationem familiæ tuæ, Domine, sanctorum Martyrum præsidia deputata commendent, & ut tibi grata sint, placentium tibi supplicationibus offerantur. Per &c.

Vere dignum. Qui non solum debitum mortis antiquæ, quo idem non tenebatur, exsolvens, pro debitoribus repensavit, sed Martyribus suis contulit, ut, quod humana substantia contra voluntatem sui Creatoris agendo contraxerat, & præfixa lege fuerat solutura, dum pro testimonio Creatoris sponte 47 suscipere, fieret eis de reatu justitia, & poena transfret ad gloriam. Per &c.

XI.

*Item alia.*

Sint tibi placita, Domine, populi tui votiva sacrificia, & quod fragilitas nostra non impetrat, 48 eorum supplicatio, pro quorum gloria deferuntur, obtineat. Per &c.

Dicata nomini tuo munera, Domine, Sanctorum tuorum pro nobis satisfactio prosequatur; ut offensæ nostræ per eos, 49 qui in conspectu tuo digni sunt, relaxentur. Per &c.

Vere dignum. Qui ad majorem triumphum de humani generis hoste capiendum, præter illam gloriam singularem, 50 qua ineffabilibus modis Domini virtute prostratus est, ut etiam a sanctis Martyribus superaretur, effecit; 51 atque in membris quoque suis victoria sequeretur, quæ præcessit in capite. Per &c.

XLI.

*Item alia.*

Exaudi, Domine, preces nostras; & ut digna sint munera, quæ oculis tuæ majestatis offerimus, subsidium nobis tuorum concede Sanctorum. Per &c.

Vere dignum. Tui enim operis, Domine,

rum habetur Sanctorum.

49 In eadem Missa 2. qui tibi sint placiti, relaxentur.

50 Alias in eadem Missa 2. qua ipsius Domini virtute.

51 In eadem Missa meliori lectione, quæ Leoni nostro congruit, & eadem victoria sequeretur in membris, quæ præcessit in capite. Præter hanc vero lectionem, hujus quoque loci varians lectio ibidem asertur.

MENSE APRILI . ne, tuæque virtutis est, ut inimicus humanæ substantiæ non tantum per Filium tuum Dominum nostrum, sed etiam per sanctos Martyres tuos debitrici 52 suæ quondam naturæ redderetur obnoxius, & subdita sibi subderetur. Et ideo cum Angelis &c.

## XLII.

*Item alia.*

Quæsumus, Domine Deus noster, ne apud justitiam tuam peccata nostra nos aggravent, quam tuæ pietatis invicta miseratione . . . . . nec nos, quamlibet innumeris gravari patiaris erroribus, quos tantis voluisti Sanctorum tuorum suffragiis adjuvari. Per &c.

53 Respice propitius, Domine, super hæc munera, quæ & pro Sanctorum tuorum commemoratione deferimus, & pro nostris offensionibus immolamus. Per &c.

Vere dignum. Pugnavit enim in beatis Martyribus tuis contra profanitatem mundi tuæ fidei gloriola confessio; contra irrationabilemæviam persequentium sapiens sanctaque patientia; contra illecebras temporales spes cælestium 54 (promissio) præmiorum; contra vitæ præsentis affectum venturæ salutis æternitas; & in omnibus frementis machinamenta diaboli, dextera tua in eis dimicante, vicerunt. Per &c.

## XLIII.

*Item alia.*

Oblationes nostras, quæsumus, Domine, tua tibi dignatione fac placitas: quia nihil in nobis, quod placare te possit, nisi, deprecantibus Sanctis, tua nos propitiatione prævenias. Per &c.

Vere dignum. Venerabilium Martyrum præconia recolentes: quoniam tui operis, Domine, tuæque virtutis est &c. 55

Et Natalitiis Sanctorum, Domine, & Sacramenti munere vegetati, quæsumus, ut bonis, quibus per tuam gratiam nunc fovemur, perfruamur æternis. Per &c.

Adsit, Domine, quæsumus, propitiatione tua populo supplicanti; ut quod, te inspirante fideliter expetit, tua celeri largitate percipiat. Per &c.

## VIII. MENSE MAJO.

*Preces in Ascensa Domini.*

1 Adesto, Domine, supplicationibus nostris; ut sicut humani generis Salvatorem confedere tecum in tua maiestate confidimus, ita usque ad consummationem sæcu-

li manere nobiscum, quemadmodum es pollicitus, sentiamus. Per &c.

Omnipotens sempiterne Deus, tribue nobis munere festivitatis hodiernæ, ut illuc filiorum tuorum dirigatur intentio, quo in tuo Unigenito tecum est nostra substantia. Per &c.

Exaudi nos, misericors Deus, & da mentibus nostris, quo Redemptor noster descendit, attolli, ut secundo Mediatoris adventu manifesto munere capiamus, quod nunc audemus sperare promissum. Per &c.

2 Præsta nobis, omnipotens & misericors Deus, ut quæ visibilibus mysteriis celebrando suscepimus, invisibili consequamur effectu. Per &c.

Da nobis, Domine, non terrena sapere, sed amare cælestia, & inter prætereuntia constitutos jam nunc inhærere mansuris. Per &c.

Exaudi nos, Deus salutaris noster, quia per hæc sacrosancta mysteria 3 (commercia) in totius Ecclesiæ confidimus corpore faciendum, quod ejus præcessit in capite, per eundem Jesum Christum Dominum nostrum.

## I.

4 Vere dignum. Qui post resurrectionem, sæculis omnibus gloriosam, Discipulis suis visu conspicuus, tactuque palpabilis usque in quadragesimum diem manifestus apparuit; ipsisque cernentibus est elevatus in cælum: in id proficientibus per has moras Ecclesiæ primitivis, ut & certius fieret, quod credidissent, & plenius discerent, quod docerent. Per &c.

## I I.

Vere dignum. Iusta enim nobis exultatione lætandum est inter gaudia festivitatis hodiernæ, quia in cælos Ascensio mediatoris Dei & hominum hominis Jesu Christi, a nostra non est humilitate discessio; dum & in ea gloria, quam tecum semper habuit, & in ea natura est, quam suam fecit ex nobis: ac sic homo dignatus existere est, ut nos Divinitatis suæ tribueret esse participes. Propterea &c.

## I I I.

Vere dignum. Quia mirantibus Angelis, Angelorumque principibus, Rex gloriæ, Dominusque virtutum, resurrectionis beatæ primitias, throno tuæ maiestatis oblatas, in tua secum dextera collocavit. Et ideo &c.

Com-

52 In tertia Missa SS. Joannis & Pauli hæc præfatio repetitur omiſſa voce *sue*.

53 Missale Romanum hanc orationem exhibet die 23. Julii in festo S. Apollinaris.

54 Vox *promissio* est varians lectio.

55 Ut in præfatione prima Missæ septimæ, ubi tantum omittuntur voces *Dominum nostrum*.

1 Hæc oratio est in Sacramentario Gelasiano

lib. 1. n. 64. nec non in Gregor. die Ascensionis Domini.

2 In eodem Sacram. Gregor. eadem die, nec non in Missali Romano.

3 Vox *commercia* varians lectio.

4 Est in Missali Ambrosiano apud Pamelium tom. I. pag. 374. Prima hæc præfatio Leonina videtur, sicut etiam tertia.

MENSE MAJO. Communicantes & diem sacratissimum celebrantes Ascensionis in cælum Domini nostri Jesu Christi, sed & memoriam venerantes &c.

MENSE MAJO. per hominem, quem subjugarat, elideret, & humanam reduceret ad superna dona substantiam. Per &c.

I V.

*Item alia.*

Vere dignum. Teque suppliciter exorare, ut mentibus nostris tua inspiratione concedas, quo Redemptor noster conscendit, at tolli, ut secundo Mediatoris adventu, manifesto munere capiamus, quod nunc audemus sperare promissum, per hunc eundem Jesum Christum Dominum nostrum, per quem te laudant Angeli &c.

5 Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut nostræ mentis intentio, quo solemnitatis hodiernæ gloriosus auctor ingressus est, semper intendat, & quo fide pergit, conversatione perveniat. Per &c.

10 Tribue, quæsumus, Domine, ut illuc tendat christianæ nostræ devotionis affectus, quo tecum est nostra substantia. Per &c.

11 Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes, quo Dominus noster unigenitus Filius tuus unitum sibi hominem nostræ substantiæ in gloriæ tuæ dextera collocavit; sed & memoriam &c.

*Orationes pridie Pentecosten.*

X.

Deus, qui si velis reddere, quod mere-mur, prius deficiamus, quam merita supplicia perferamus, quæsumus, absolve nostros placatus errores, &, ut possimus ad tua præcepta converti, copiosa propitiatione nos præveni. Per &c.

Clemens, omnipotens, & misericors Deus, duritiam nostri cordis averte, qua nos verbera multiplicata metuemus, nec tantis mysteriis collata dona sentimus; & tua nobis inspiratione concede, ut & delictis veniam postulemus, & gratias pro nostra salvatione reddamus. Per &c.

Domine Deus noster, cujus est prima causa miserendi, qua nomen tuum timeamus & amemus: cordibus nostris miseratus infunde, ut quæ tibi non placent, refutantes, sincera tibi voluntate subdamur. Per &c.

Parce, Domine, parce peccantibus; & ut ad propitiationem tuam possimus accedere, Spiritum nobis tribue corrigendi. Per &c.

12 *Item alia.*

12

V.

*Item alia.*

6 Exaltationem nostræ conditionis 6 (humanae substantiæ) respice, Deus, ut, tua dignatione mundati, Sacramentis magnæ pietatis aptemur. Per &c.

Vere dignum. Ut sensibus nostris dignanter infundas, ne terrenis affectionibus inhærendo, oculos ad cælestia non levemus: ne infimis voluptatibus occupati, mentes non valeamus attollere, quo Salvator noster ascendit; ne diabolica sectando vestigia, a Christi consortio recedamus: quia nemo potest summi verique Regis celsitudine delectari, nisi qui pestifera destructa 7 (subversa) Tyranni jura calcarit. Per &c.

7

13 Omnipotens sempiternus Deus, qui paschale Sacramentum quinquaginta dierum voluisti mysterio contineri, præsta, ut Gentium facta dispersio divisione linguarum, ad unam confessionem tui nominis cælesti munere congregetur. Per &c.

13

Supplices tuam, Domine, clementiam deprecamur, ut qui prævenis semper mala merita nostra miserando: tibi placita fieri piis actibus & jejuniis salubribus ex-piando. Per &c.

14

15 Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut

15

V I.

*Item alia.*

8 Da, quæsumus, omnipotens Deus, illuc subsequi tuorum membra fidelium, quo caput nostrum, principiumque præcessit. Per &c.

8

Vere dignum. In hac die, qua Jesus Christus, Filius tuus, Dominus noster, divini consummato fine mysterii, dispositionis antiquæ munus 9 explicuit; ut scilicet & diabolus cælestis operis inimicum,

9

5 Extat in Sacram. Gelas. lib. 1. n. 63.  
6 Varians lectio voces *humanae substantiæ* intulit in texum.  
7 *Subversa* varians lectio.  
8 Est in Sacram. Gregorii apud Menardum die Ascensionis Domini. Similis sententia est apud Leonem Serm. 1. in Ascens. Domini c. 4. *Quia igitur Christi ascensio, nostra provectio est; & quo præcessit gloria capitis, eo spes vocatur & corporis.*  
9 In Sacram. Gelas. lib. 1. n. 64. & apud Pameliu tom. II. pag. 569. in quibus hæc præfatio legitur, pro *explicuit* forte melius habetur *explet.*  
10 Codd. Gregoriani hanc orationem exhibent ser. iv. in albis.  
11 In Gelasiano iisdem verbis extat lib. 1. n.

63. In Gregoriano autem, ac in Romano Missali hæc sola mutatio legitur *unitam sibi fragilitatis nostræ substantiam.*  
12 Hæc formula *Item alia* a Muratorio omiffa, in codice legitur. Est Missa quidem distincta, & instituta post institutum in Vigilia Pentecosten jejunium, de quo in sequentibus orationibus & præfatione fit mentio.  
13 Hanc orationem habet Sacramentarium Gelasii lib. 1. n. 80. in Dominica Pentecosten, Gregorianum autem in Sabbato ante Pentecosten.  
14 *Rectius facias.*  
15 Habetur hæc oratio in Gelasiano, & in Gregor. Menardi feria VII. hebdomadæ tertiæ Quadragesimæ. In Gregorianis autem codicibus a Muratorio editis, & in Romano Missali feria v. post Dominicam passionis.

MENSE ut dignitas conditionis humanæ per immo-  
MAJO derantiam fauciata, medicinalis parsimonie  
studio reformetur. Per &c.

16 16 Annue misericors Deus, ut qui divi-  
na præcepta violando, Paradisi felicitate  
decidimus, ad æternæ beatitudinis redea-  
mus accessum per tuorum custodiam man-  
datorum. Per &c.

Adesto, Domine, fidelibus tuis, adesto  
supplicibus: & terrestribus non deferas ad-  
jumentis, quos cælestium rerum facis esse  
participes. Per &c.

17 Sacri nos, Domine, muneris operatio  
mundet & foveat, 17 (renovet), & donis  
societ sempiternis. Per &c.

Vere dignum. Qui, ut ad id, quod facta  
est, reparetur humana conditio, in uno  
eodemque homine suum cuique convenienter  
attribuis. Corpus alitur escis, anima je-  
juniis saginatur: nisi competentibus susten-  
tata cibus membra non serviunt, absque  
continentia non viget mentis imperium.  
In qua diversitate substantiæ sic tuo moderamine  
nos gubernas, ut quia sine his non potest  
constare, quibus refocetur alterutrum,  
hac temperie sumi præcipias, qua utrumque  
vegetetur: ac simul alimonia carni non desit,  
unde subsistat; & adsit observantia, unde  
mens polleat. Per &c.

18 18 Sacris cælestibus, Domine, vitia nostra  
purgentur, ut muneribus tuis possimus  
semper aptari. Per &c.

Supplicem tibi, Domine, plebem placatus  
intende, & in tua misericordia confidentem  
clementia largiore comitare; ut quia sine  
te non potest omnino consistere, tuis beneficiis  
temporalibus gubernetur, ut proficiat ad æterna.  
Per &c.

*In Pentecosten ascendentibus a Fonte,*

## I.

19 Præsta nobis, ineffabilis & misericors  
Deus, ut adoptio, quam in idipsum Sanctus  
Spiritus advocavit, 19 nihil in dilectione  
terrenum, nihil habeat in confessione  
diversum. Per &c.

20 Propitius, Domine, quæsumus, hæc  
dona sanctifica, & hostiæ spiritualis oblatio-  
*Tom. II.*

ne suscepta, nosmetipfos tibi perforce munus  
æternum. Per &c.

21 Vere dignum. Qui ascendit super  
omnes cælos, sedensque ad dexteram tuam,  
promissum Spiritum Sanctum in filios adoptionis  
effudit: unde lætantes inter Altaria tua,  
Domine virtutum, hostias tibi laudis offerimus  
&c.

22 Hanc igitur oblationem, quam tibi  
offerimus pro his, quos ex aqua & Spiritu  
Sancto regenerare dignatus es, tribuens eis  
remissionem omnium peccatorum, quæsumus,  
placatus accipias, eorumque nomina adscribi  
jubeas, in libro viventium. Per &c.

23 Communicantes, & diem Pentecosten  
sacratissimum celebrantes, quo Spiritus  
Sanctus Apostolos, plebemque credentium  
præsentia suæ majestatis implevit: sed &  
memoriam venerantes &c.

24 Benedic, Domine, & has tuas creaturas  
(Fontis) mellis & lactis; & pota-  
famulos tuos ex hoc fonte aquæ vitæ perennis,  
qui est Spiritus veritatis, & enutri eos de hoc  
lacte & melle, quemadmodum patribus nostris  
Abraham, Isaac, & Jacob 25 *promisisti*  
introducere te eos in terram promissionis,  
terram fluentem melle & lacte. Conjunge ergo  
famulos tuos, Domine, Spiritui Sancto, sicut  
conjunctum est hoc mel & lac, quo cælestis  
terrenæque substantiæ significatur unitio in  
Christo Jesu Domino nostro. Per quem hæc  
omnia &c.

## II.

*Item alia.*

26 Da nobis, quæsumus, Domine, per  
gratiam Spiritus Sancti novam tui Paracliti  
spiritualis observantiæ disciplinam, ut mentes  
nostræ sacro purgatæ jejunio, cunctis reddantur  
ejus muneribus aptiores. Per &c.

D

27 In

16 Iidem codd. Muratorii hanc orationem referunt  
Sabbato ante Pentecosten *ad descensum fontis*.

17 *Renovet* est varians lectio.

18 Est in Gelaf. lib. 1. n. 79.

19 Hæc Leoninam syntaxim spirant.

20 Hæc oratio occurrit etiam in Sacram. Greg. & in Missali Rom. fer. II. post Dominicam Pentecostes.

21 Tota hæc præfatio est in Gelaf. ad vigiliis Pentecostes lib. 1. n. 78. in Gregoriano autem, & in Missali Rom. usque ad verbum *effudit*.

22 Similis est, nonnullis intermediis verbis additis, in Gelaf. in nocte cœnæ lib. 1. n. 45. & reperitur in Vigilia Pentecostes n. 78. Non absimilis est quoque in Gregor. & in Missali Rom.

in Paschate & Pentecoste.

23 Est in Gelaf. lib. 1. n. 78. & in Gregoriano Menardi.

24 Hæc benedictio lactis & mellis extat in Ordine Romano Hittorpii in Sabbato Sancto tom. 1. pag. 37. Lactis ac mellis usum post baptismum memorant Tertullianus *De corona milit.* c. 3. & lib. 1. adversus Marcionem, ac S. Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos. Vide Martene *De antiq. Ecclesie ritibus* tom. 1. lib. 1. c. 1. art. 15. Post pauca vox *Fontis* perperam intrusa, in Ordine Romano Hittorpii jure omittitur.

25 Supplevimus verbum *promisisti* ex laudato Ordine Romano Hittorpii.

26 Est in Gelafiano lib. 1. n. 79. in Gregoriano Muratorii die Sabbati ante Pentecosten, & apud Pamelium tom. 1. p. 378.

MENSE  
MAJO.27 *In jejuniō quarti mensis.*

27

28

28 Concede nobis, Domine, præsidia militiæ christianæ sanctis inchoare jejuniis; ut contra spirituales nequitiās pugnaturi, continentiaē muniamur auxiliis. Per &c.

Deus, cujus mysteriis mundamur & paschimur: præsta, ut eadem sic temporaliter celebremus, ut nobis experiamur æterna. Per &c.

*Præsumptio & Reparatio primi hominis.*

Vere dignum. Qui post illud ineffabiliter institutum divinæ humanæque naturæ confortium, Sponsi filios usque ad ejus abscessum non posse jejunare præmonuit; ne rudes animos parvulorum, supernis eruditio- nibus imbuendos, oneraret austerioribus disciplinis, sed proficientibus exercitia majora servaret: quibus uberiore dono Spiritus Sancti sufficienter instructis jejunii subsequen- tis primitias dedicavit; ut quia post creatio- nem primi hominis initium peccati concu- piscencia ministrarat, post reparationem ge- neris humani continentia fieret origo vir- tutum. Per &c.

29 Omnipotens sempiternæ Deus, qui pascha- lis solemnitatis arcanum 29 hodierni my- sterii plenitudine perfecisti: da, quæsumus, ut filii tuæ adoptionis effecti, quam Domi- nus noster Jesus Christus ad te veniens de- reliquit, mereantur pacem. Per &c.

30 Da, quæsumus, Ecclesiæ tuæ, mise- ricors Deus, ut Sancto Spiritu congrega- ta, hostili nullatenus incursione turbetur. Per &c.

Holias populi tui, quæsumus, Domine, miseratus intende; & ut tibi reddantur acceptæ, conscientias nostras Sancti Spiritus salutaris adventus emundet. Per &c.

Vere dignum. In die solemnitatis hodiernæ; quo humanam de varia superstitione

27 Hic titulus perperam intrusus videtur: se- quentia enim ad jejunium in Vigilia Pentecostes pertinent, ut adnot. 29. patebit. Forte oratio mox subjecta, & lucubrata eo tempore, quo nondum jejunium Vigilæ Pentecostes erat institutum, antea descripta erat fer. IV. in jejuniō mensis quarti, pro quo quidem a Leone condita vide- tur. Post institutum vero jejunium Vigilæ tradu- cta fuit a feria IV. ad hunc Vigilæ diem, quo jejunium post paschale tempus inchoabat: & cum ipsa oratione titulus etiam per oscitantiam tran- scriptus fuit. Hinc sequentia cum oratione præ- cedenti ad eandem Missam referenda sunt, ut in Gelasiano Sacramentario copulantur sub titulo: *In vigilia Pentecostes.*

28 Est in Gelasiano in Vigilia Pentecostes n. 79. & iterum n. 83. fer. IV. in jejuniō mensis quarti: ac in Gregorianis codd. & in Missali Rom. feria IV. cinerum. Nonnulla hic sunt ex Leonis ferm. 78. c. 2. sicut & in sequenti præfa- tione. Stilus certe atque sententiæ concinunt cum ferm. 78. & 79. a Leone lucubratis in jejuniō mensis quarti.

29 Voces hodierni mysterii non diebus jejunii quarti mensis, sed festo Pentecostes congruunt;

substantiam spiritu veræ perficis Religionis unitam. Per &c.

MENSE  
MAJO.

31 Adesto, Domine, quæsumus, populo tuo, & quem mysteriis cælestibus imbuisti, ab hostium furore defende. Per &c.

31

*In Dominicum Pentecosten.*

XI.

Adesto, Domine, precibus nostris, ut ad- optio, quam in idipsum &c. 32

32

Propitius, Domine, quæsumus, hæc do- na sanctifica &c. 33

33

Vere dignum. Hæc tibi nostra confessio, Pater gloriæ, semper accepta sit, de cor- dibus filiorum promissionis emissa: quia ni- hil sublimius collatum Ecclesiæ tuæ proba- mus exordiis, quam ut Evangelii tui præ- conia linguis omnium credentium ora lo- querentur; ut & illa sententia, quam su- perbæ quondam Turris exstructio meruit, solveretur, & vocum varietas ædificationi 34 ecclesiasticæ non difficultatem faceret, sed augetur potius unitatem. Per &c.

34

I.

*Contra 35 inimicos catholicæ professionis.*

35

Exaudi, Domine, preces nostras, & sicut profanas mundi caligines Sancti Spiritus luce evacuasti; sic hostes Romani nominis, & inimicos catholicæ professionis expugna. Per &c.

*Contra Imperatores.*

Deus, qui vastatoris antiqui perfidiam virtute Filii tui & Sancti Spiritus destruendo, dedisti nobis de captivitate victoriam: concede, quæsumus, ut qui nos impetere moliantur, potentia tuæ dextera conteran- tur. Per &c.

36 Accipe, quæsumus, Domine, munus oblatum; & dignanter operare, ut quod mysteriis agimus, piis effectibus celebremus. Per &c.

36

Vere

unde hæc alia Missa est perperam affuta cum an- tecedenti sub titulo: *In jejuniō mensis quarti.*

30 Est in Gregor. Sacramentariis, & in Ro- mano Missali feria VI. post Dominicam Penteco- stes. De hujus orationis institutione ac sensu vi- de inferius adnot. 36.

31 Legitur in laudatis Sacramentariis & Mis- sali Rom. feria II. post Pentecosten.

32 Quæ sequuntur, repetitio sunt orationis pri- mæ superius descriptæ ascendentibus a fonte.

33 Repetitur hic oratio, quæ loco indicato est pariter secunda.

34 Magis placeret *Ecclesiæ.*

35 Hic indicari videntur Vandali Ariani, qui an. 455. sub festum Pentecostes Romæ immine- bant: tres enim dies post idem festum in Urbem ingressi sunt, uti ostendimus in Admonitione ad ferm. 84. Hæc ergo & sequens oratio, sicut et- iam duæ paullo ante descriptæ *Da, quæsumus, & Adesto Domine*, quibus contra ejusmodi hostes divinum auxilium deposcitur, Leonem habere possunt auctorem.

36 Hæc oratio in Sacram. Gregor. & in Mis- sale Rom. traducta legitur fer. IV. Penteco- stes.



MENSE  
MAJO.

Vere dignum. Clementiam tuam suppliciter exorantes, ut sicut nobis æternæ securitatis aditum Passione Domini Jesu Christi, & Sancti Spiritus illuminatione referasti; sic etiam tranquillitatem vitæ præsentis indulgeas, per quam tanti doni particeps devotio quieta proficiat; & negligentia 37 & terror illatus, ad fidei transferatur augmentum. Per &c.

## II.

*Item alia.*

38 Purificet nos, quæsumus, Domine, muneris præsentis oblatio, ut dignos sacra participatione perficiat. Per &c.

## 39 PRÆCES.

40 Mentis nostras, quæsumus, Domine, Sanctus Spiritus divinis præparet Sacramentis, quia ipse est omnium remissio peccatorum. Per &c.

Communicantes, & diem sacratissimum Pentecosten celebrantes, quo Apostoli, Apostolorumque Discipuli, omnium charismatum spiritualia dona sumserunt; sed & memoriam venerantes &c.

41 Adsit nobis, Domine, quæsumus, virtus Spiritus Sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur inimicis. Per &c.

XII.

*In jejunio mensis quarti.*

42 Adesto, Domine, supplicibus tuis, ut hoc solemne jejunium, quod animis corporibusque curandis salubriter institutum est, devoto servitio celebremus. Per &c.

Præsta, Domine Deus noster, ut contra omnes fremitus impiorum mentis puritate vincamus; & qui nos, in sua confidentes virtute, moliuntur affligere, a nobis jejunantibus subjugentur. Per &c.

*Tom. II.*MENSE  
MAJO.

Offerimus tibi, Domine, quæ dicanda tuo nomine dedisti, suppliciter exorantes, ut sicut eadem nobis efficit sacramentum, ita fieri tribuas remedium sempiternum. Per &c.

43 Vere dignum. Post illos enim latitæ dies, quos in honorem Domini a mortuis resurgentis, & in cælos ascendentis exegimus; postque perceptum Sancti Spiritus donum, necessarie nobis hæc jejunia sancta provisa sunt; ut pura conversatione viventibus, quæ divinitus Ecclesiæ sunt collata, permaneant. Per &c.

44 Refecti participatione muneris sacri, quæsumus, Domine Deus noster, ut cujus exsequimur cultum, sentiamus effectum. Per &c.

Adesto, Domine, populis tuis, tua protectione fidentibus; & tuæ se dexteræ suppliciter inclinantes perpetua defensione conserva. Per &c.

Percipiant, quæsumus, Domine, vitæ præsentis auxilium, & gratiam reperiant sempiternam. Per &c.

## MENSE JUNIO.

XIII.

## VIII. Kalendas Julii.

*Natale Sancti Joannis Baptiste.*

## I.

1 Virtutum caelestium Deus, qui nos annua beati Joannis Baptiste solemnia frequentare concedis, præsta, quæsumus, ut & securis eadem mentibus celebremus, & 2 ejus patrocinio promerente, plene capiamus securitatis augmentum. Per &c.

Ad offerenda munera, Domine, læti concurrimus, supplices implorantes, ut venerando gloriam Nuntiantis, sumamus gratiam Nuntiati. Per &c.

D 2 3 Ve-

37 Erat in editis & error. Cum vero de hostibus Vandalis Romam impetentibus his in orationibus agatur, uti monuimus adnot. 35. legendum credimus & error, ommissa, ut fieri solet, in codice littera z ob concursum similis litteræ in fine præcedentis vocis et. In hac autem Vandali ca irruptione quæ fuerit Romanorum negligentia hoc loco notata, intelligimus ex Prospero in Chronico ad an. 455. ubi post narratam mortem Maximi Imperatoris, qui omnibus ex Urbe fugientibus abeundi facultatem concesserat, defensionem ejus ob hanc fugam adeo neglectam tradit, ut *Urbem omni præsidio vacuum Gensericus obtinuerit, occurrente sibi extra portas Sancto Leone Episcopo.*

38 Sacramentarium Gelasii assignat hanc orationem diei Pentecostes lib. 1. n. 80. Gregoriani autem codd. & Romanum Missale feria III. post Pentecosten.

39 Forte legendum *Preces feriales*. Ita Blanchinius.

40 In Gelasiano Sacram. est *Secreta* in Dominica Pentecostes, in Gregorianis autem codd. & Missali Rom. habetur fer. III. post Pentecosten.

41 In Sacram. Gelasii legitur lib. 1. n. 81. ad

*vesperos infra octavam Pentecosten*: in Gregor. & Missali Rom. est prima oratio fer. III. laudatæ. In omnibus his Sacramentariis finis est *ab omnibus tueatur adversis*: in nostro vero habetur *inimicis* ea forte de causa, quia hæc quoque oratio Vandalos hostes Romæ, ut diximus, imminentes respexerit.

42 Nunc legitur in Missali Rom. Sabbato ante Dominicam I. Quadragesimæ. Adeo vero hæc oratio Leonina est, ut Leonis verba contineat ex ferm. 78. c. 1. Confer adnot. 1. in eundem fermone.

43 Est in Gelasiano lib. 1. n. 83. & in Gregor. Menardi fer. IV. mensis quarti. Leonem refert, uti monuimus adnot. 8. in ferm. 78.

44 Extat in Gregorianis codd. die XIII. Kal. Febr. in Natali S. Fabiani, & alibi. Missale Romanum insertis vocibus *intercedente B. N. Martire tuo* in communi unius Martyris, & alias frequenter exhibet.

1 Hæc oratio extat in Sacram. Gregor. exceptis primis vocibus *Virtutum caelestium*.

2 Legebatur *eorum*, perperam. Emendationem suppeditarunt exempla Gregoriana.

MENSE  
JUNIO,

3 Vere dignum. Exhibentes solemne je-  
junium, quo beati Joannis Baptistæ Natali-  
4 tiam prævenimus: cujus genitor eum,  
Verbi Dei nuntium, dubitans nasciturum,  
vocis est privatus officio, & eodem recepit  
nascente sermonem: quique, Angelo pro-  
mittente, dum non credit, obmutuit; ma-  
gnifici præconis exortu & loquens factus est  
& Propheta: materque pariter sterilis, ævo-  
que, non solum puerperio secunda proces-  
sit; sed etiam, quo beatæ Mariæ fructum  
sedula voce, 5 (benedictione) suscipere-  
t, spiritu Divinitatis impleta est; ipseque pro-  
genitus, utpote viæ cælestis assertor, viam  
6 Domino monuit præparari; feraque in 6  
(suprema) parentum ætate concreta & edi-  
tus, procreandum novissimis temporibus dis-  
seruit Redemptorem. Per &c.

Sanctorum tuorum nos, Domine, patro-  
cinia collata non deserant, quæ fragilitatem  
nostram & precibus tueantur & meritis.  
Per &c.

7 Omnipotens & misericors Deus, qui  
beatum Baptistam Joannem tuâ providen-  
tia destinasti, ut perfectam plebem Christo  
Domino præpararet: da, quæsumus, ut fa-  
milia tua hujus intercessione Præconis, & a  
8 peccatis omnibus exuatur, & 8 ad eum,  
quem prophetavit, inveniant. Per &c.

## I I.

*Item alia.*

9 Omnipotens sempiterne Deus, da cor-  
dibus nostris illam tuarum rectitudinem  
femitarum, quam beati Baptistæ Joannis  
vox clamantis edocuit. Per &c.

10 Tua, Domine, muneribus altaria cu-  
mulamus, illius Nativitatem honore debi-  
to celebrantes, qui Salvatorem mundi &  
cecinit adfuturum, & adeste monstravit.  
Per &c.

Vere dignum. In die festivitatis hodie-  
næ, quo beatus ille Baptista Joannes exor-  
tus est, nondum terrena conspiciens, cæle-  
stia jam revelans; lucis æternæ prædicator,  
priusquam lumen temporale sentiret; testis  
veritatis, antequam visus; & ante Prophe-  
ta quam natus; maternis visceribus latens,

3 Confer hanc præfationem cum cod. Octobon.  
Gregoriano Muratorii in Vigilia S. Jo. Baptistæ  
pag. 324. & cum alio Menardi, & similia inve-  
nies.

4 Ita noster codex apud Blanchinum, sicut &  
duo Gregoriani apud Muratorium, qui hoc loco  
supponit *celebramus*, eo quod hæc Missa ponat-  
ur in Natali S. Joannis Baptistæ. Sed sub titulo  
in Natali Missas diei festi & Vigiliæ simul colle-  
ctor descripsit.

5 *Benedictione* varians lectio est textui in-  
serta.

6 Vox quoque *suprema* inter variantes est re-  
censenda.

7 In codd. Gregor. legitur.

8 Vel *ad abundat*, & pro *inveniant* legendum  
*inveniat*; vel expuncto hoc verbo subroganda  
sunt verba *pervenire mereatur*, ut ex Sacramen-

& Unigenitum Dei præscia exultatione MENSE  
prænantians; Christique tui, nondum ge- JUNIO.  
nitus, jam præcursor. Nec mirum, si Fi-  
lium tuum, Domine, procreatus ostendit,  
quem adhuc utero clausus agnovit: meri-  
toque inter natos mulierum nullus inven-  
tus est similis, quia nulli hominum prorsus  
indultum est, ut exsequatur Divinitatis exi-  
steret, priusquam vitam humanæ conditio-  
nis hauriret: satisque firmatum, quam ef-  
set mirabilis Nuntius, cujus tam insignis  
Nuntius appareret; convenienterque pro  
lavacri ministerio, quod gerebat, detulit  
famulatum perfecti baptismatis mysterium  
consecranti, & ad remissionem peccatorum,  
mortalibus conferendam, huic jure debitam  
reddidit servitutem, quem mundi tollere di-  
xerat venisse peccatum. Unde cum Ange-  
lis &c.

11 Beati Joannis Baptistæ nos, Domi-  
ne, præclara comitetur oratio; & quem  
venturum esse prædixit, poscat nobis fave-  
re placatum. Per &c.

Magnis mysteriis incitata plebs tua, Do-  
mine, 12 per viam salutis & pacis incedat,  
& beati Præcursoris hortamenta sectan-  
do, ad eum, quem prædixit, secura perve-  
niat. Per &c.

## III.

*Item alia.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui etiam  
in beati Joannis generatione, promenda con-  
fessione sacratæ tibi plebis instituis: auge  
nobis fidei, pietatisque constantiam, ut  
magis magisque fateamur excellentiam Nun-  
tianti, quum tanta sit gloria Nuntiantis.  
Per &c.

13 Vota populi tui, Domine, propitia-  
tus intende; & quorum nos tribuis solem-  
nia celebrare, fac gaudere suffragiis.  
Per &c.

Vere dignum. Quoniam merito huic in-  
ter hominum filios nemo prælatus est, quem  
ab exordio sui, usque in finem tot bono-  
rum insignibus, tot charismatum splendoribus  
consecrasti: decebat enim, ut ineffabile  
Domini sacramentum, quod prophetica vo-  
ce prædixerat, visibiliter etiam monstratu-  
rus,

tario Gregor. emendavit Muratorius.

9 In Missa S. Joannis Baptistæ ad fontes hanc  
orationem præferunt codd. Gregoriani.

10 Hæc quoque ibidem legitur in prima Mis-  
sa ejusdem Præcursoris, nec non in Sacram. Ge-  
lasii lib. 2. n. 26. ac in Missali Romano.

11 Hæc oratio postrema est ad complendum in  
Missa Vigiliæ S. Jo. Baptistæ in laudatis codd.  
Gregorianis, & in Romano Missali. In cod. au-  
tem Gelasiano lib. 2. n. 25. est oratio secunda  
Vigiliæ.

12 Sequentia habent Sacramentarium Gregoria-  
num, & Missale Rom. in prima oratione Vi-  
giliæ.

13 Hæc oratio existat in Romano Missali die  
16. Sept. in commemoratione SS. Euphemie,  
Lucie, & Gemiani martyrum, nec non die 23.  
Nov. pro S. Felicitate.

31  
MENSE JUNIO . rus, ceteris ejus nuntiis eminentior appare-  
ret. Unde cum Angelis &c.

Præsta, quæsumus, Domine, ut sicut de præteritis ad nova sacramenta transimus, ita, vetustate deposita, sanctificatis mentibus innovemur. Per &c.

Benedic, quæsumus, Domine, plebem tuam, & Sanctorum tuorum deprecationibus confidentem, tribue consequi, quod sperare donasti. Per &c.

IV.

*Item alia.*

AD FONTEM.

14 Omnipotens sempiternæ Deus, qui instituta legalia, & sanctorum præconia Prophetarum in diebus beati famuli tui Joannis implesti: præsta, ut cessantibus significationum figuris, ipsa sui manifestatione veritas eloquatur. Per &c.

Da, quæsumus, Domine, lumen intelligentiæ parvulis tuis, ut, pro veteris gratia Sacramenti præsentis sacrificii gratia succedente, sic gloriemur novis, ut non abutamur antiquis. Per &c.

Vere dignum. Quoniam plena sunt omnia sæcula misericordia tua, quam, recurrentibus data lege temporibus, etiam in hujus diei festivitate veneramus: agnoscentes ad magnum pietatis tuæ pertinuisse consilium, ut Sanctus tuus Joannes, cujus Natalem ad nominis tui gloriam celebramus, tot donis mirabilis nasceretur. Per &c.

Annue, Domine, precibus nostris, ut sicut de præteritis ad nova sumus sacramenta translati: ita, vetustate deposita, sanctificatis mentibus innovemur. Per &c.

V.

*Item alia.*

15 Deus, qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Joannis nativitate fecisti: da populis tuis spiritalium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis & pacis. Per &c.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui tuis fidelibus contulisti, ut ille, quo inter natos mulierum nullus est major, oriretur, & Unigeniti tui gloriosus Præcursor existeret: providentiæ tuæ munus exsequere, ut quæ manifestavit testificatio Nuntii, impleat præsentia Nuntiati. Per &c.

Remotis obumbrationibus carnalium victimarum, spiritalem tibi, summe Pater, hostiam supplicii servitute deferimus, quæ mi-

LEONI TRIBUTUM.

32  
MENSE JUNIO . ro ineffabilique mysterio & immolatur semper, & eadem semper offertur; pariterque & devotorum munus, & remunerantis est præmium. Per &c.

16 Vere dignum. In die festivitatis hodiernæ, qua beatus Joannes exortus est, qui vocem Matris Domini nondum editus sensit, & adhuc clausus utero, ad adventum salutis humanæ prophetica exultatione gessit; qui & genitricis sterilitatem conceptus absterfit, & patris linguam natus absolvit: solusque omnium Prophetarum Redemptorem mundi, quem prænuntiavit, ostendit: & ut sacræ purificationis effectum aquarum natura conciperet, sanctificandis Jordanis fluentis ipsum baptismatis lavit auctorem. Unde cum Angelis &c.

17 Cælestis doni benedictione percepta, supplices te, Deus omnipotens, deprecamur, ut hoc idem nobis semper & Sacramenti causa sit & salutis. Per &c.

Quos tuos efficis, Domine, tua pietate circumtege; & fragilibus Sanctorum omnium prætende subsidia; ut ad promissiones tuas, te inspirante currant, te gubernante perveniant. Per &c.

*In natali Sanctorum Joannis & Pauli.* XIII.

I.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui nos idoneos non esse perpendis &c. 18

Adjuva nos, Domine, tuorum prece Sanctorum &c.

Vere dignum. Qui non solum debitum mortis antiquæ &c.

II.

*Item alia.*

19 Sint tibi placita, Domine, populi tui &c. 19

Dicata nomini tuo munera, Domine &c.

Vere dignum. Qui ad majorem triumphum &c.

III.

*Item alia.*

20 Exaudi, Domine, preces nostras, & ut digna &c. 20

Vere dignum. Tui enim operis, Domine &c.

IV.

14 Est in Sacram. Gelas. lib. 2. n. 26.

15 Est in eodem cod. Gelas. eodem loco, & in MSS. Gregorianis, ac in Romano Missali, ipso die S. Præcursoris.

16 Missale Ambrosianum apud Pamelium tom. 1. pag. 393. hanc præfationem exhibet, nec non legitur inter præfationes antiquas tom. 2. pag. 587. Concordant codd. Gregoriani.

17 Est in MSS. Gregor. ac in Missali Rom.

fer. iv. post Dominicam passionis.

18 Hæc & sequentes orationes cum præfatione habentur supra mense Aprili Missa XXXIX. de communi Martyrum.

19 Hic repetuntur orationes & præfatio Missæ XL. insertæ mensi Aprili.

20 Hic quoque repetuntur preces Missæ XLI. mensis Aprilis.

## IV.

*Item alia.*

Adesto, Domine, quæsumus, Ecclesiæ tuæ votis, adesto muneribus; & quod conscientia nostra non supplet, Sanctorum tuorum intercessio compenset & meritum. Per &c.

Vere dignum. Quia mira sunt opera justitiæ tuæ atque pietatis; quum vel a te devians homo diabolicæ subjicitur potestati, vel ad te per tuam gratiam remeans, non solum jus infesti dominatoris evadit, sed in eum, sicut probamus in Sanctis tuis, accipit tua virtute dominatum. Per &c.

Sancti tui, Domine, misericordiam deprecantur; ut Sacramenta, quæ sumimus, & præsentis vitæ nobis remedia conferant & futuræ. Per &c.

21 21 Beatis Martyribus supplicantibus, Domine, fideles tuos propitiatus intende, ut munera collata custodiant, & pie justeque sperata percipiant. Per &c.

Qui sunt, Domine, tibi subjecti, benedictiones tuas, te largiente, percipiant, quas humili devotione indefinenter expectant. Per &c.

## V.

*Item alia.*

22 22 Quæsumus, omnipotens Deus, ut nos geminata lætitiæ hodiernæ festivitatis excipiat, quæ de beatorum Joannis & Pauli glorificatione procedit, quos eadem fides & passio fecit esse germanos. Per &c.

23 23 Hostias altaribus tuis, Domine, placationis imponimus, potentiam tuam in Sanctorum tuorum passionibus honorando, & per eos nobis implorando veniam peccatorum. Per &c.

Vere dignum. Quamvis enim tuorum merita pretiosa iustorum, quocumque fideliter invocentur, in tua sint virtute præsentia; potenter tamen nobis clementi providentia contulisti, ut non solum passionibus Martyrum gloriosis 24 Urbis istius ambitum coronares, sed etiam in ipsis visceribus civitatis Sancti Joannis & Pauli victricis membra reconderes, ut interius exteriusque cernentibus & exemplum piæ confessionis occurreret, & magnificæ benedictionis non deesset auxilium. Per &c.

24

21 In MS. quidem sic legitur. *Beatis Martyribus supplicantibus, Domine, fideles tuos propitiatus intende. Tui sunt, Domine, tibi que subjecti, benedictiones tuas te largiente percipiant, quas humili indefinenter expectant; sed ut munera collata custodiant, pie justeque sperata percipiant.* In hæc notavit Franciscus Pastor apud Blanchinum. *Collecta, que incipit Beatis Martyribus supplicantibus, nisi emendetur, Lectoris vexabit ingenium. Ni fallor tamen, facili negotio restituitur, si dicamus in unam eandemque collectam duplicem fuisse confusam ab antiquario, ut colligitur ex geminato verbo percipiant. Emendationem ejus, quam Muratorius recepit, retinimus. Solum idem Pastor pro humili alteru-*

## VI.

*Item alia.*

Honor Martyrum beatorum deferre nos tibi munera, Domine, fidenter hortatur, quia per eos nobis credimus profutura. Per &c.

Vere dignum. Fulget enim vox illa piissima Domini nostri Jesu Christi, qua, mundo subveniens, clementer prædixit: *Nisi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert.* Ex quo videmus uberem pullulasse toto terrarum orbe sationem, & de principali Cruce prodixisse gloriosarum segetem passionum; quia pro impiis servis sanguinem suum Creator effundens, ut pro immaculato Domino famuli peccatores certatim morerentur, effecit. Propterea &c.

Jo. 12. 24.

## VII.

*Item alia.*

Propitius, Domine, quæsumus oblationem nostræ servitutis intende; & ut Sanctorum tuorum precibus commendetur, indulge. Per &c.

Vere dignum. Cujus inspiratione successi beati Martyres ad passionis gloriam accurrerunt; non timentes, qui corpus occiderent, sed eum, qui corpus, animamque mittere poterat in gehennam; atque ideo illos persecutio sæva non perdidit, sed beata confessio sublimavit. Per &c.

## VIII.

*Item alia.*

Oblata munera nomini tuo, Domine, nostræ sanctificationi proficere, tuorum precibus concede Sanctorum. Per &c.

Vere dignum. Quia tuæ virtutis esse cognoscimus, ut Sancti tui, secundum magnificam Domini nostri Jesu Christi cælestemque doctrinam, sanctas animas odiendo diligerent, & non servando, potius custodirent; hanc simul pietatis imitationem nobis & præsidium relinquentes. Per &c.

25 25 Da, quæsumus, Domine Deus noster, ut sicut tuorum commemoratione Sanctorum temporali gratulamur officio, ita perpetuo latemur aspectu. Per &c.

25

Exsul-

trum legendum monuit, vel supplendo *devotione*, vel scribendo *humiliter* &.

22 Est in Gelaf. Gregor. & Missali Rom. ex quibus suppleta fuit præpositio *de* ante vocem *beatorum*.

23 Legitur in Sacramen. Gelaf. & Gregor.

24 Hic cœmeteria indicantur, in quibus antiquiores Martyres erant sepulti: cum SS. Joannes & Paullus in ipsis Urbis visceribus essent tumulati. Similiter in præfatione Missæ primæ S. Xysti VII. Idus Augusti. *Quibus (martyribus) Urbis hujus præcipue coronatus est ambitus.*

25 Est in Sacramen. Gregor. ac in Missali Romano in Communi unius Martyris, & alibi.

MENSE JUNIO. 35 Exsultet plebs tua, Domine, placitorum tibi fulta præsidis, quibus & sanctificationem referat, & subsidia propriæ fragilitatis acquirat. Per &c.

MENSE JUNIO. 36 sacrum corpus exornans, & in ipsis Ecclesiæ tuæ fundamenta constituens. Quorum beatissimum Petrum, gratiæ tuæ, electionisque primitias, in apostolicæ dignitatis culmen adscitum, ita ad confitendum te Deum vivum, & Dominum nostrum Jesum Christum secreta tui revelatione docuisti, ut in cognoscenda Unigeniti tui gloria nullis carnis & sanguinis impediretur obstaculis. Pro qua magistra omnium credentium fide, Confessorem tuum caloribus clavibus præfeci, ut cui ad te per te fuerat accessus, per ipsum ceteris ad Regnum tuum pateret introitus. Huic quoque beatum Apostolum Paullum ad salutem Gentium non impari vocatione consocias; quem magnis laboribus præparatum, gratia tua & mentem mutavit & nomen. Hujus igitur triumphidie hodierna devotione celebrantes, hostias tibi, Domine, laudis offerimus, cum Angelis &c.

XV. In Natali Apostolorum Petri & Paulli.

## I.

26 Deus, qui hunc diem beatorum Apostolorum Petri & Paulli martyrio consecrasti, da Ecclesiæ tuæ, toto terrarum orbe diffusæ, eorum semper magisterio gubernari, per quos summis Religionis exordium. Per &c.

Munera plebis tuæ, Domine, quæsumus, beatorum Apostolorum fiant grata suffragiis; ut pro quorum triumphis tuo nomini deferuntur, ipsorum digna perficiantur & meritis. Per &c.

27 Vere dignum. 27 Qui secundum promissionis tuæ ineffabile constitutum, apostolicæ confessioni superna 28 dispensatione largiris, ut in veritatis tuæ fundamine solidata nulla mortiferæ falsitatis jura prævaleant; & quantalibet existat errantium multitudo; 29 illi sint redemptionis tuæ filii, & illis Ecclesia tota numeretur, qui ab electorum tuorum 30 principali traditione non dissonant. Per &c.

XVI. 31 *Conjunctio oblationis Virginum sacratarum.*

Hanc etiam oblationem, Domine, tibi Virginum sacratarum, quarum ante sanctum Altare tuum oblata nomina recitantur, quæsumus, placatus accipias. Pro quibus majestatem tuam supplices deprecamur, ut propositum castitatis, quod te auctore professæ sunt, te protectore custodiant. Per &c.

## II.

*Item alia.*

32 32 Apostolorum tuorum precibus, Domine, quæsumus, plebis tuæ dona sanctifica, ut, quæ tibi tuo grata sunt instituta, fiant gratiora patrocinio supplicantium. Per &c.

Vere dignum. Teque laudare mirabilem Deum in Sanctis tuis, in quibus magnificatus es vehementer; per ipsos Unigeniti tui

## III.

*Item alia.*

Oblationes populi tui, Domine, quæsumus, Apostolorum tuorum passio beata conciliet; & quæ nostris 33 (minus) non aptæ sunt meritis, fiant tibi placitæ tuorum deprecatione iustorum. Per &c.

Vere dignum. Qui Ecclesiam tuam in tuis fidelibus ubique pollentem, apostolicis facis constare doctrinis; ut per quos initium divinæ cognitionis accepit, per eos usque in finem sæculi capiat Regni cælestis augmentum. Per &c.

## IV.

*Item alia.*

Munus hoc, Domine, quæsumus, apostolica pro nobis interventio prosequatur, ut quod tremente servitio per nos vovemus (*Al. oblatum est*), eorum nobis precibus efficias sacramentum. Per &c.

Vere dignum. Tu etenim 34 tribuis, Domine, ut prædicationis apostolicæ claritatem nulla juris inferni subdola doctrina subvertat, nulla prævaricatio veritatis offuscet. Per &c.

35 Per-

26 Hæc oratio est in Gelas. Sacrament. lib. 2. n. 31. & in Gregor. ac Missali Rom. fere eadem.

27 Hæc præfatio Leonina videtur, sicut & plura in sequentibus hujus festi.

28 In sequenti Missa XIV. in qua hæc præfatio repetitur, pro dispensatione legitur dignatione.

29 In eadem Missa XIV. Illi tamen redemptionis tuæ sint filii, & illis Ecclesia cuncta numeretur.

30 Vox principali deest in Missa citata.

31 Oblationes Virginum, quæ Deo erant consecratæ, ad sacrum altare memorant Augustinus epist. III. ad Victorianum presbyterum, & Ambrosius in serm. ad Virginem lapsam. Hinc au-

tem earum nomina ante ipsum altare in scriptis oblata, ac recitata cognoscimus.

32 Hæc oratio legitur in Sacrament. Gregor. Merardi, & in Missali Rom. die festo Conversionis S. Paulli, & alibi, cum sit commemoratio hujus Apostoli.

33 Vox minus est varians lectio, quæ deest in Sacram. Gelasii, ubi hæc oratio legitur. Mox codex habet *apta & placita*. In Gelasio coherentius *apta & placita*. Sed placuit corrigere *apta*, & retinere *placita*: nam ad oblationes hæc adjectiva referuntur.

34 Codex hoc loco habet *tribues*, sed in Missa VIII. in qua hæc præfatio repetitur, melius *tribuis*. Ibidem postea pro *subvertat* legitur *comaculet*.

35 Perceptis, Domine, sacramentis, subdito corde rogamus & petimus, ut intervenientibus beatis Apostolis, quæ pro eorum celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per &c.

36 Gregem tuum, Pastor bone, placatus intende; & per Apostolos tuos pervigili protectione custodi, ut iisdem rectoribus gubernetur, quos eidem contulisti

37 (Al. præfecisti) operis tui vicarios esse Pastores. Per &c.

## V.

*Item alia.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui ineffabili sacramento jus apostolici Principatus in Romani nominis arce posuisti, unde se evangelica veritas per tota mundi regna diffunderet: præsta, ut quod in orbem terrarum eorum prædicatione manavit, christianæ devotionis sequatur universitas. Per &c.

Præsta, quæsumus, Ecclesiæ tuæ, Domine, de tantis digne gaudere Principibus, & illam sequi pia devotione doctrinam, qua delectos tibi greges sacris mysteriis imbuerunt. Per &c.

Vere dignum. Quia non mundi Reges & proceres, non facundos aut divites, sed abjectos & pauperes, ineruditos atque ignobiles elegisti, quibus majestatis tuæ potentiam, & coæterni tibi Filii revelares arcanum; ut non possibilitatis humanæ, sed doni probaretur esse divini; 39 & quæ præcipua videbantur in sæculo, absque te Deo monstrarentur inania; & quælibet inania, per te docerentur esse sublimia: quum, ita dispensante virtute, non de gloriosis humilia, sed de humilibus gloriosa penderent; & ille quondam Petrus piscator exiguus, repente factus Apostolus, non potentibus subjaceret, sed eos potius salubri rete concluderet; nec cuiquam esset ambiguum, in secreta beatitudinis collocatum, jus habere dimittendi delicta mortalium, cujus meritum cerneret toto orbe venerandum regnare post mortem. Beatum quoque Apostolum Paullum, Domine, simili dignatione glorificas; qui dejectus in terris, levatur in cælum, captus oculis corporalibus, lucem vidit æternam; atque uno eodemque modo contumax tuus & vindictam sensit & gratiam: tantæque felicior ultione, particeps divinorum 40 meruit esse post pœnam. Per &c.

35 In Sacram. Gelas. & Greg. ac in Romano Missali, si pauca excipias, similis est collecta in Natali S. Pauli.

36 Has sententias & formulas invenies in præfatione Sacram. Gelasiani in Octavis Apostolorum Petri & Pauli n. 36. & in Gregoriani, ac Missalis Romani præfatione de Apostolis.

37 Verbum præfecisti est varians lectio.

38 In simili oratione Missæ XXII. habetur dilector.

39 Codex habet erronee quamque universa præcipua viderentur in sæculo. Emendationem a Blanchinio inductam & a Muratorio receptam retinimus.

40 Supple gaudiorum, vel aliquid simile.

## VI.

*Item alia.*

41 Offerimus tibi, Domine, preces & munera: quæ, ut tuo sint digna conspectu, beatorum Apostolorum tuorum, quæsumus, precibus adjuventur. Per &c.

Vere dignum. Qui Ecclesiam tuam, in apostolicâ soliditate fundatam, ab infernarum eruis terrore portarum; ut in tua veritate consistens, nulla recipiat consortia perfidorum. Per &c.

## VII.

*Item alia.*

Quæ tuo nomini, Domine, sunt dicata, quæsumus, Ecclesiæ tuæ Principum commendet oratio. Per &c.

Vere dignum. Qui Ecclesiam tuam sempiterna pietate non deferens, per Apostolos tuos jugiter eam & erudis & protegis. Per &c.

## VIII.

*Item alia.*

42 Apostolica pro nobis interventio, quæsumus, Domine, prosequatur munus oblatum: ut quod tremente servitio nos vovemus, ejus precibus efficiatur acceptum. Per &c.

Vere dignum. Tu enim tribuis, Domine, ut prædicationis &c.

43 Celebratis, Domine, quæ pro Apostolorum tuorum beata passione peregrimus, ipsorum, quæsumus, nobis fiant intercessione salutaria, in quorum Natalitiis sunt exultanter impleta. Per &c.

Audi, Domine, populum tuum tibi corde subiectum, & tuitionem mentis & corporis eidem, rogantibus sanctis Apostolis tuis, præsta continuam.

## IX.

*Item alia.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui hunc diem beatorum &c.

44 Suscipe, Domine, munera plebis tuæ pro beatorum Apostolorum triumphis oblata; & quia nostris meritis non est digna fiducia, placentium tibi precibus fiat grata devotio. Per &c.

Vere dignum. Quia tui est operis, tuæque

41 Est in Sacram. Gregor. Muratorii, ac in Missali Rom. die octavæ SS. Apostolorum Petri & Pauli. Mox ante vocem preces codex inserit quæsumus, quod verbum melius transtulimus ante vocem precibus auctoritate ejusdem codicis, qui n. x. hanc orationem repetens, hac sola variatione concludit Apostolorum tuorum, quæsumus, precibus expientur.

42 Affinis est in nonnullis alia licet syntaxi expressis hæc oratio primæ orationi Missæ quartæ supra descriptæ.

43 Repetitur anterior præfatio Missæ IV.

44 Sequentia eadem sunt in prima oratione Missæ primæ excepta voce magisterio, pro qua hic habetur moderamine.

que virtutis, ut beatorum Apostolorum Petri & Paulli gloriosa confessio nec capiatur umquam falsis, nec perturbetur adversis; sed cælestis eruditio, sicut per eos ab ipsa veritate suscepta, posterisque mandata est, ita iisdem suffragantibus intemerata perdetur. Per &c.

X.

Item alia.

Offerimus tibi, Domine, preces & munera &c. 45

46

46 Vere dignum. Qui ineffabili sacramento jus apostolici Principatus in Romani nominis arce posuisti, unde se evangelica veritas per tota mundi regna diffunderet, ut quod in orbem terrarum eorum prædicatione manasset, christianæ devotionis sequeretur universitas: salubrique compendio & hi, qui ab illorum tramite deviasent, haberentur externi, & tantummodo filii veritatis existerent, qui a principali nullatenus traditione discederent. Per &c.

XI.

Item alia.

Post infirmitatem.

Vere dignum. Qui nos ideo temporalibus salubriter flagellas incommodis, quia æternarum rerum non vis subire dispendium: & quoniam facilis est in securitate prolapsus, malis potius præsentibus castigatos ad divina proficere, quam mundana prosperitate permittis a sempiternæ beatitudinis itinere deviare: per quæ providentiæ tuæ 47 beneficia, cognoscentes apostolicis nos institutionibus erudiri, diem gloriosæ passionis eorum subdito corde veneramur. Per &c.

47

XII.

Item alia.

Quæsumus, Domine, Deus noster, quæ in hoc Altari proposita oculis tuæ majestatis offerimus, beatorum Apostolorum tuorum supplicationibus propitiatus assume. Per &c.

Vere dignum. Qui Ecclesiam tuam in apostolica soliditate &c. 48

48

49 Peractis solemniter, Domine, quæ pro Apostolorum tuorum beata celebravimus passione, ipsorum, quæsumus, nobis fiant in Tom. II.

tercessione salutaria, in quorum Natalitiis sunt exultanter impensa. Per &c.

Audi, Domine, populum tuum, tota tibi mente subiectum: & apostolicam tuitionem suppliciter decerne propitiatus; ut corpore & corde protectus, quod pie credit, appetat, quod iuste sperat, obtineat. Per &c.

XIII.

Munera, quæ deferimus, Domine, benignus assume, 50 & quia nostris impediuntur offensis, Apostolorum tuorum precibus adjuventur. Per &c.

50

Post infirmitatem.

Vere dignum. 51 Nos enim temporalibus flagellas incommodis, quia æternarum rerum non vis subire dispendium: meliusque est malis præsentibus castigatos ad divina proficere, quam prosperitate mundana a beatitudinis sempiternæ tramite deviare. Inter quæ præceptis nos apostolicis, pariterque cognoscimus præfidiis erudiri: & idcirco horum solemnia celebrantes, hostias tibi laudis offerimus. Per &c.

51

52 Cælestibus refecti sacramentis & gaudiis, supplices, Domine, te rogamus, ut quorum gloriamur triumphis, protegamur auxiliis. Per &c.

52

53 Gregem tuum, Pater bone, placatus intende; & per beatos Apostolos perpetua protectione custodi, quos totius Ecclesiæ præstitisti (Al. Filii tui Vicarios) esse pastores. Per &c.

53

XIV.

Item alia.

Omnipotens sempiterne Deus, da populis tuis præcipuorum Apostolorum natalem diem plena devotione venerari; ut quorum doctrinis ad confessionem Deitatis unius institutus est mundus, 54 eorum suffragantibus meritis divinæ serviat unitati. Per &c.

54

55 Ecclesiæ tuæ, quæsumus, Domine, preces & hostias apostolica commendet oratio, ut quod pro illorum gloria celebramus, nobis profit ad veniam. Per &c.

55

Vere dignum. 56 Qui secundum promissionis tuæ inviolabile constitutum, apostolicæ confessioni &c. ut supra in præfatione Missæ I. usque dissonant: ipsaque sit sacri corporis ubique vera compago, quæ, te dispensante, devota obsequitur, quidquid Sedes illa

56

E illa

45 Vide supra collectam Missæ VI.

46 Hæc præfatio Leonem spirans in orationem primam Missæ V. traducta fuit usque ad vocem universitas.

47 Legendum videtur beneficio. Post pauca in Missa XVII. ubi hæc præfatio iterum legitur, pro subdito corde habetur multiplici solemnitate.

48 Præfatio Missæ VI. hic repetita.

49 Paucis mutatis iterum se prodit oratio secunda Missæ VIII.

50 Particula & suppleta fuit exigente contextu.

51 Affinis est præfatio num. XI.

52 Exstat in Missali Romano die 22. Sept. in festo SS. Mauricii & sociorum.

53 Hæc quoque oratio similis est collectæ ultimæ Missæ IV.

54 In Missa XIX. ubi affinis oratio legitur, sic: ipsorum nunc quoque suffragiis divinæ pareat unitati.

55 In Gelasiano habetur in Natali S. Petri n. 30. in Gregoriano vero in Natali S. Paulli. Romanum Missale præfert hanc orationem die Cathedralis S. Petri, & cum sit eiusdem commemoratio.

56 Hæc præfatio ex duobus compacta, nimirum ex præfatione Missæ I. ubi aliquot variantes notavimus. A vocibus autem ipsaque sit ad finem usque affinia invenies in præfatione Missæ XIX.

MENSE JUNIO illa censuerit, quam tenere voluisti totius Ecclesiae principatum. Per &c.

57 57 Perceptis, Domine, Sacramentis, supplices te rogamus, ut, intercedentibus beatis Apostolis, quae pro illorum veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medellam. Per &c.

58 58 Familiam tuam, Domine, propitius intueri, & apostolicis defende praesidiis; ut eorum precibus gubernetur, quibus nititur, te constituente, Principibus. Per &c.

XV.

Item alia.

59 59 Omnipotens sempiternae Deus, qui fragilitati nostrae consulens, assidua nos Sanctorum celebritate solaris: da nobis, sub patronis talibus constitutis, & continua securitate muniri, & saluari gaudere profectu. Per &c.

Grata tibi munera nostra sint, Domine, quae & tuis sunt instituta praecipis, & Sanctorum festiuitas gloriosa commendat. Per &c.

Vere dignum. Qui inter errorum caliginis mundanorum luminaria multiplicis beatique martyrii coruscare tribuisti, ut in conspectu generis humani mirabilis apparet in eorum agone mutatio, qua praevalendo deficient persequentes, & deficiendo praevalet interemti; quo illorum saevientium memoria ac potestas evanuit, horum obeuntium mors ubique pretiosa fulget & nomen; illorum nulla supersunt regiae potestatis insignia, istorum virtutem monstrat effectus; & quid de utrisque geratur, non solum fide cernitur, sed etiam visibiliter approbatur. Per &c.

Quaesumus, Domine, Deus noster, ut intervenientibus Sanctis tuis, sacrosancta mysteria, quae frequentamus actu, subsequamur & sensu. Per &c.

Adesto, Domine, populo tuo, cum Sanctorum tuorum patrocinio supplicanti, ut quod propria fiducia non praesumit, suffragantium meritis consequatur. Per &c.

XVI.

Item alia.

Deus, qui Ecclesiae tuae in sanctis montibus fundamenta posuisti: da, ut nullis errorum subruatur incurfibus, nulla mundi perturbatione quatiatur; sed apostolica semper & institutione sit firma, & interventione cura. Per &c.

MENSE JUNIO 60 Offerimus sacrificium, Domine, quod pro reverentia beatorum Apostolorum Petri & Pauli majestati tuae jugiter & reddimus & debemus. Per &c.

61 Vere dignum. Apud quem, quum beatorum Apostolorum Petri & Pauli continuata festiuitas, aeterna celebritas, & triumphus caelestis perpetuus sit Natalis; nos tamen beatae confessionis initia recolentes frequenti tribus devotione venerari, ut crebrior honor, impensus sacratissimae passioni, majorem nobis profit ad gratiam. Per &c.

62 Beatorum Apostolorum, Domine, quaesumus, intercessione nos adjuva, pro quorum solemnitate percepimus tua sancta laetantes. Per &c.

Adesto, Domine, fidelibus tuis, nec eos ullis mentis & corporis patiaris subiacere periculis, quos beatorum Apostolorum Petri & Pauli munit gloriosa confessio. Per &c.

XVII.

Item alia.

63 Omnipotens sempiternae Deus, qui Ecclesiam tuam in apostolica soliditate fundatam ab infernarum eruis terrore portarum, praesta, ut in tua veritate persistens, nulla recipiat consortia perfidorum. Per &c.

Quae in hoc altari proposita, Domine, oculis tuae majestatis offerimus &c. 64

Post infirmitatem.

Vere dignum. Qui nos ideo temporalibus salubriter flagellas incommotis &c. 65

66 Aeternae pignus vitae capientes, humiliter imploramus, ut apostolicis fulti patrocinis, quod in imagine gerimus, sacramenti manifesta perceptione sumamus. Per &c.

Tuere, Domine, plebem tuam, & beatorum Apostolorum defende subsidiis. Tui famuli famulaeque sunt, Domine, tibi subiecti. Benedictiones tuas jugiter assequantur, quas suppliciter & indefinenter expectant. Per &c.

XVIII.

Item alia.

67 Exaudi nos, Deus salutaris noster, & Apostolorum tuorum nos tuere praesidiis, quorum donasti fideles esse doctrinis. Per &c.

Suscipe, quaesumus, Domine, munera plebis tuae, quae pro beatorum Apostolorum Petri & Pauli natalitiis obtulerunt; & eorum tibi placita meritis propitius esse concede. Per &c.

Ve-

57 Non sensu, sed verbis differt aliquantulum haec oratio ab ea, quae supra describitur Missa IV. Similis est in Romano Missali in Vigilia S. Andreae.

58 Sacram. Gregorianum hanc orationem refert ad Vesperas in Natali S. Petri.

59 Hic revocatur oratio Missae XXXVIII. mensis Aprilis de Communi Martyrum; & idem est de tribus aliis collectis sequentibus, quas in eadem Missa reperies.

60 Exstat in Sacram. Gelasii lib. 2. n. 36.

61 Est ibidem n. 31.

62 Invenitur in Gregoriano Sacramentario Menardi, & in Missali Rom. die VIII. Kal. Augusti in festo S. Jacobi Apostoli.

63 Praefatio anterioris Missae VI. in orationem hic immutatur. Haec autem oratio legitur in Sacrament. Gregoriano Menardi die natali S. Petri.

64 Vide supra orationem primam Missae XII.

65 Habes hanc praefationem in Missis XI. & XIII.

66 Est in Gelasiano lib. 2. n. 36.

67 Ibidem legitur n. 33. & in codd. Gregorianis.



LEONI TRIBUTUM.

43 Vere dignum. Qui Ecclesiam tuam sempiterna pietate &c. 68

MENSE JULIO. 68

69 Sumto, Domine, Sacramento, beatis Apostolis intervenientibus deprecamur, ut quod temporaliter gerimus, capiamus æternum. Per &c.

70 Protege, Domine, populum tuum, & Apostolorum patrocinio confidentem perpetua defensione conserva. Per &c.

XIX.

F E SP  
Item alia.

71 Omnipotens sempiterne Deus, da populis tuis præcipuorum Apostolorum Petri & Paulli Natalem &c.

72 Vere dignum. Quia tui operis tuæque virtutis est, ut beatorum Apostolorum Petri & Paulli gloriosa confessio, cujus annua vota celebramus, nec capiatur umquam falsis, nec perturbetur adversis; sed ut potius tui corporis ubique devota compago, te dispensante, suscipiat, quod Sedes illa censuerit, quam tenere voluisti totius Ecclesiæ Principatum. Per &c.

73 Concede, quæsumus, Domine, beatos Apostolos tuos intervenire pro nobis: ita enim nos salvari posse confidimus, si eorum precibus Ecclesia gubernetur, quibus utitur, te constituyente, Principibus. Per &c.

74 Perceptis, Domine, sacramentis, subdito corde rogamus & petimus, ut intercedentibus beatis Apostolis tuis nobis proficiant ad medelam, quæ pro illorum gesta sunt passione. Per &c.

XX.

Item alia.

75 Omnipotens sempiterne Deus, qui nos eorum multiplici facis celebritate gaudere, quorum nostræ fragilitati patrocinia contulisti: da quæsumus, ut illorum sæpius iterata solemnitas nostræ sit tuitionis augmentum. Per &c.

Hosias populi tui, Domine, propitius in tuere: ut quod nostra fiducia non meretur,  
Tom. II.

44 per eos, quos nobis constituisti Præsules, incessabiliter largiaris. Per &c.

MENSE JULIO.

Vere dignum. Qui ut hanc Sedem regimen Ecclesiæ totius efficeres, & quod hæc prædicasset, ostenderes ubique servandum, simul in ea & apostolicæ Principem dignitatis, & Magistrum gentium collocasti. Per &c.

76 Repleti benedictione cælesti, suppliciter imploramus, ut quæ fragili celebramus officio, per beatos Apostolos tuos nobis prodesse sentiamus auxilio. Per &c.

77 Protector in te sperantium, Deus, respice populum supplicantem, & apostolico interveniente suffragio, perfice miseratus pia desideria singulorum. Per &c.

XXI.

Item alia.

Placatus, quæsumus, Domine, quidquid pro peccatis meremur, averte; nec apud te delicta nostra prævaleant, sed misericordia tua semper exorta prævincat. Per &c.

77 Omnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium Apostolorum merita sub una tribuisti celebritate venerari, quæsumus, ut celerem tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per &c.

78 In Jejunio.

Munera, Domine, tuæ glorificationis offerimus, quæ tibi pro nostris grata jejniis, eorum, quæsumus, deprecatio, quorum solemnia celebramus, efficiat. Per &c.

Vere dignum. Qui in montibus sanctis cælestis Hierusalem fundamenta posuisti, quæ duodecim solidata lapidibus Apostolorum, chorum Ecclesiæ tuæ spiritali constructione declarat: ostendens nobis, & in Trinitate quadriformis Evangelii constare mysterium, & in unoquoque Evangeliorum Trinitatis plenitudinem contineri; simulque fragilitati nostræ, per tuam gratiam, fuisse provisos hujus dispensationis magistros, suffragatores, & Præsules; ut sacri muneris venerabile sacramentum nihil amplius, nihil minus, nossemus esse quærendum. Per &c.

Sanctificati, Domine, salutari mysterio,  
E 2 quæ-

68 Repetitur præfatio Missæ VII.  
69 Habetur in Gelaf. n. 34.  
70 In codd. Gregor. & in Missali Rom. legitur inserta Missæ diei octavæ SS. Apostolorum  
71 Vides hic iterari collectam superioris Missæ XIV.  
72 Hæc præfatio conflata est ex duabus. In prima repetitur præfatio Missæ IX. in secunda connectitur præfatio Missæ XIV.  
73 Est in Gelasiano lib. 2. n. 33.  
74 Affinis est oratio Missæ XIV. Hanc vero eandem singulari numero expressam refert Sacramentarium Gelaf. n. 32. in Natali S. Paulli.  
75 Existat in eodem Sacram. Gelaf. ibidem.  
76 Desideratur Domine; legitur autem in Missali Rom. hæc vox in Missa votiva de Angelis, ubi hanc orationem Angelis aptatam invenies.  
77 Existat in Gelaf. lib. 2. n. 33. inter preces ad Vesperum. Est oratio festi omnium Apostolorum, ad quod etiam sequens præfatio refertur. Hoc autem festum infra octavam Apostolorum ce-

lebratum fuisse constat ex laudato Sacrament. Gelasii n. 35. & de hoc quidem omnium Apostolorum festo, ut optime notavit V. Card. Thomasius, in epistola S. Hieronymi, ad Chromatium citata a Cassiodorio scribitur: *Ut dies varii non videantur dividere, quos una dignitas Apostolorum in cælesti gloria fecit esse sublimes.* Porro hæc oratio in Sacrament. Greg. apud Menardum, & in Missali Romano ad festum *Omnium Sanctorum* Kal. Nov. traducta fuit.  
78 Hæc Collecta jejunii in Missa omnium Apostolorum, cui inserta est, aliquando recitata fuit, & fortassis indicat aliquod extraordinarium jejunium, quod vel Leonis avo in gratiarum actionem post liberatam Romam a barbaris ipso die S. Petri, ut vidimus in admonitione ad fern. 84. vel alia de causa infra octavam SS. Apostolorum Petri & Paulli indictum, cum die omnium Apostolorum concurreret. In Sacramentario autem Gelasii hæc oratio describitur in Vigilia SS. Petri & Paulli lib. 2. n. 29.

MENSE JUNIO. 45  
quæsumus, ut pro nobis eorum non desit oratio, quorum nos donasti patrocinio gubernari. Per &c.

Præsta populo tuo, Domine, quæsumus, consolationis auxilium; & diuturnis calamitatibus laborantem respirare concede. Daveniam peccatis, & cor ejus ab iniquitate custodi; ut quia humana fragilitas incessabiliter meretur offensam, intervenientibus Sanctis tuis, indulgentia lapsis continuata subveniat. Per &c.

XXII.

Item alia.

79 Omnipotens sempiterne Deus, qui hunc diem beatorum Apostolorum Petri & Pauli martyrio consecrasti: da, Ecclesiam tuam toto terrarum orbe diffusam, eorum sequi pia devotione doctrinam, per quos sumit Religionis exordium. Per &c.

80 Præsta, quæsumus, Ecclesiæ tuæ, Domine, de tantis digne gaudere Principibus, & illam perseveranter regulam custodire, quæ iidem, inter verum fallumque diffidentes, dilectos (forte delectos) tibi greges sacris mysteriis imbuerunt. Per &c.

XXIII.

P̄ SP̄ F̄ Ē

Item alia.

Apostolorum, Domine, beatorum Petri & Pauli desiderata solemnia recensemus. Præsta, quæsumus, ut eorum supplicatione muniamur, quorum regimur principatu. Per &c.

81 Munera tibi, Domine, lætantes offerimus, quæ beatorum Apostolorum Petri & Pauli Natalitiis 81 nobis intercessionibus, confidimus profutura. Per &c.

82 Vere dignum. 82 Qui prævidens, quantis nostra Civitas laboratura esset incommodis, apostolici roboris in eadem præcipua membra posuisti. Sed o felix, si tuos Præfules, 83 Roma, cognosceres, & tantos digne studes celebrare Rectores! Nulli te hostes impeterent, nulla prorsus arma terrerent, si eorum famulata doctrinis veraciter atque

83 84 (veraci fidelique proposito) fideliter eos proposito christianæ sinceritatis ambires; quum tibi sufficienter appareat, quæ bene-

79 Aliquam habet affinitatem hæc oratio cum ea, quæ in Missa prima primo loco exhibetur.

80 Similis fere est oratio Missæ V.

81 Corrupta codicis lectio. Muratorius cum Blanchinio emendandum credit pro nobis intercedentibus. Magis placeret nobis eorum intercessionibus.

82 Duo hujus præfationis characteres omnino congruunt cum serm. 84. S. Leonis, qui in octava quidem SS. Apostolorum Petri & Pauli habitus fuit. Nam & indicatur irruptio, qua Roma a Vandalis fuit impetita, ac eorundem Apostolorum festo & patrocinio liberata; simulque neglectus a Romanis ipsorum Sanctorum cultus innuitur: quod utrumque apertius in eo sermone

46 MENSE JUNIO.  
meritis dona conferrent, qui tuentur etiam peccatores. Per &c.

Quæsumus, omnipotens Deus, ut, qui nostris fatigamur offensis, sacris mysteriis expiemur; & qui merito nostræ iniquitatis affligimur, apostolicis satisfactionibus protegamur. Per &c.

85 Esto, Domine, plebi tuæ sanctificator & custos, ut apostolicis (gubernata) munita, præfidiis, & conversatione tibi placeat, & secunda deserviat. Per &c.

XXIV.

Item alia.

86 Largiente te, Domine, beati Petri & Pauli Natalitium nobis lumen effulsi. Concede, quæsumus, ut hodierna gloria passionis, sicut illis magnificentiam tribuit sempiternam, ita nobis perpetuum munimen operetur. Per &c.

Oblatio tibi, Domine, votiva defertur. Precamur, ut pariter ad laudem tui nominis, & apostolicæ reverentiam dignitatis, & ad nostrum proveniat sanctificata præsidium. Per &c.

Vere dignum. Quoniam beatus Petrus & Paulus Apostoli tui, quod in lacrymis seminarunt, in gaudio metere nunc probantur. Et qui euntes ibant & fiebant, non morte perterriti, sed ut beatæ perciperent plenitudinem passionis, gloriosi sanguinis semina pretiosa mittendo, venientes ecce nunc veniunt in exultatione totius Ecclesiæ, fructum victoriæ sempiternæ, & præsentibus referentes præmiis & futuris. Per &c.

XXV.

Item alia.

Apostolorum tuorum precibus, Domine, plebis tuæ dona sanctifica, &c. 87

P̄ F̄ Ē SP̄

88 Hostias, Domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio, per quam nos expiari tribuis & defendi. Per &c.

89 Vere dignum. 89 Tui enim muneris, tuæque virtutis est ut Ecclesia tua in apostolica soliditate fundata, infernarum non vincatur terrore portarum; & in tua veritate

explicatur, uti Acamius optime animadvertit pag. 71. Hinc eidem auctori hæc præfatio non immerito tribuenda videtur.

83 Codex Romana, perperam.

84 Uncis inclusa sunt varians lectio.

85 Exstat in Sacram. Greg. in Vesperis Natalis S. Petri. In cod. Greg. Menardi & in Missali Rom. die 25. Julii in festo S. Jacobi Apostoli. Mox gubernata est varians lectio.

86 Apud Gelaf. legitur lib. 2. n. 31.

87 Sequitur ut in prima oratione Missæ secundæ.

88 Est in Sacram. Gregor. & in Missali Rom. in Natali SS. Petri & Pauli.

89 Affinis est præfatio Missæ VI.

47  
MENSE tate consistens, nulla recipiat consortia per-  
JUNIO. fidorum. Per &c.

90 Beatorum Apostolorum, Domine, quæsu-  
mus, intercessione. &c. 90

91 Adesto, Domine, fidelibus tuis &c. 91

## XXVI.

*Item ad Sanctum Paullum.*

Apostolico, Domine, quæsumus, beatorum Petri & Paulli patrocinio nos tuere, & eosdem, quorum tribuisti solemnia celebrare, securos fac nostros semper esse custodes. Per &c.

Munera supplices, Domine, tuis altaribus adhibemus, quantum de nostro merito formidantes, tantum beati Petri & Paulli, pro quorum solemnibus offeruntur, intercessione confisi. Per &c.

Vere dignum. Cujus providentia donisque concessum est, ut festivitatem nobis annuam beatorum Petri & Paulli triumpho præstet insignem, par mundo venerabile, Apostolatus ordine primus & minimus, sed gratia & passione particeps: hic princeps fidei confidendæ, ille intelligendæ clarus assertor: hic Christum, Filium Dei vivi, pronuntiavit divinitus inspiratus; ille hunc eundem, Verbum, Sapientiam Dei, atque Virtutem, vas factus electionis adstruxit: hic Israeliticæ delibationis instituens Ecclesiam primitivam, ille Magister & Doctor Gentium vocandorum; sic, dispensatione diversa, unam Christi familiam congregantes, 92 tempore licet discreto, recurrens una dies, in æternum & una corona sociavit. Per &c.

## XXVII.

*Item alia.*

Intende, precamur, Altissime, vota, quæ reddimus; & tibi placita fieri, eorum precibus, pro quorum deferuntur honore, concede. Per &c.

93 Vere dignum. 93 Suppliciter exorantes, ut gregem tuum, Pastor æterne, non deferas, & per beatos Apostolos continua protectione custodias, ut iisdem rectoribus dirigatur, quos operis tui Vicarios contulisti præesse Pastores. Per &c.

90 Habes hanc orationem supra in Missa XVI.

91 Ibidem hæc quoque oratio sequitur.

92 Vide quæ de hac sententia indicavimus in Præfatione huic Sacramentario præmissa num. 5.

93 Eadem est præfatio in Gelasiano lib. 2. n. 36. & fere eadem in Gregor. in Natali S. Petri, ac in Romano Missali de Communi Apostolorum.

94 Apud Gelas. lib. 2. n. 33.

95 Exstat in codd. Gregorianis & in Missali Rom. feria v. ante Dominicam Passionis.

1 Hoc Martyrum festum vi. Idus Julii cum eorumdem cæmeteriorum mentione similiter designatur in vetustissimo Catalogo Bucheriano. Sunt

## XXVIII.

*Item alia.*

94 Solemnitatis apostolicæ multiplicatione gaudentes, clementiam tuam deprecamur, omnipotens Deus, ut tribuas jugiter, nos eorum confessione benedici, & patrocinii confoveri. Per &c.

Præsta, quæsumus, Domine Deus noster, & Apostolorum Natalitia nos tuorum continua devotione venerari, & in suis crebrius honorare principiis. Per &c.

95 Populi tui, Deus, institutor & rector, peccata, quibus impugnatur, expelle; ut semper & tibi placitus, & tuo munimine sit securus. Per &c.

## MENSE JULIO.

VI. Iduum Juliarum.

1 *Natale Sanctorum Martyrum Felicis, Philippi, in Cæmeterio Priscilla.*

*Vitalis, & Martialis, & Alexandri in Cæmeterio Jordanorum.*

*Et Silani, in Cæmeterio Maximi, Via Salavia.*

*Et Januarii, in Cæmeterio Prætextati, Via Appia.*

2 Exaudi, Domine, preces nostras, & intervenientibus Sanctis tuis, preces nostras placatus admitte. Per &c.

Suscipe, Domine, propitius oblationes nostras, & tuorum deprecatione Sanctorum, pietati tuæ perfice benignus acceptas. Per &c.

*Item alia.*

Beatorum Martyrum tuorum nos, Domine, precibus & intercessione defende; ut qui nostræ conscientiæ fiduciam non habemus, placentium tibi meritis protegatur. Per &c.

Suscipe, quæsumus, Domine, tuorum munera famulorum, quæ intercedentibus Sanctis tuis, profint nobis & ad piæ devotionis officium, & ad tuæ sanctificationis effectum. Per &c.

3 Repleti, Domine, benedictione cælesti, Sanctorum tuorum concede suffragiis, ut quæ humiliter gerimus, salubriter sentiamus. Per &c.

*Item*

autem septem fratres S. Felicitatis filii, qui in diversis cæmeteriis sepulti noscuntur. Nulla autem horum Martyrum Missa propria, sed communes subjiciuntur de Martyribus, eo quod in singulis festis orationes & præfationes e communibus sumerentur: nisi forte ad hos pertineat Missa tertia, cujus præfatio fratres Martyres & genitricem commemorat.

2 Sacram. Gregor. & Missale Rom. hanc eandem, non sensu, sed verbis aliquantulum diversam orationem exhibent die 7. Octobris in Natali S. Marci Papæ.

3 In Natali S. Hermetis die 28. Augusti codd. Gregoriani, & Missale Rom. hanc orationem præferunt.

MENSE JUNIO.

94

95

XVII.

2

3

*Item alia .*

4 4 Deus , qui nos Sanctorum tuorum & solemnitate lætificas , & imitatione fuscitas ad profectum , præsta , ut quos veneramus officio , etiam piæ conversationis sequamur exemplo &c.

*In Jejunio .*

Sint tibi , quæsumus , Domine , nostri munera grata jejunii , quia tunc eadem in Sanctorum tuorum digna commemoratione deferimus , si & actus illorum pariter subsequamur . Per &c.

Vere dignum . Quia tu es mirabilis in omnibus Sanctis tuis , quos & nominis tui confessione præclaros , & suscepta pro te fecisti passione gloriosos . Unde sicut illi jejunando orandoque certarunt , ut hanc possent obtinere victoriam ; ita nos potius , quæ exercere , sectantes , convenientius eorum Natalitia celebramus . Per &c.

5 Repleti , Domine , munificentia gratiæ tuæ , benedictione copiosa , & pro nostræ servitutis obsequiis , & pro celebritate Sanctorum , cælestia dona sumentes , gratias tibi referimus . Per &c.

Familiam tuam , Domine , supplicentem oculis tuæ miserationis intende ; ut quæ , te inspirante , deposcit , sanctorum Martyrum patrocinio consequatur . Per &c.

II.

*Item alia .*

Protektor noster aspice , Deus , & misericordiam tuam humiliter implorantes clementer exaudi . Per &c.

Ad humilitatis nostræ preces , Domine , placatus intende : nec nos in foveas & diaboli laqueos patiaris incidere , quos tantis sanctorum Martyrum præfidiis munire dignaris . Per &c.

6 Omnipotens & misericors Deus , qui nos Sacramentorum tuorum & participes efficit & ministros : præsta , quæsumus , ut in iisdem proficiamus & fidei consortio , & digno servitio . Per &c.

Vere dignum . Qui nos ideo frequentibus Sanctorum Martyrum festivitibus benignus exerces , ut ad constantiam fidei , & ad perseverantiam pietatis beata commemoratione perducas : pariter nobis in eorum contemplatione constituens & salutiferæ confessionis exemplum , & copiosæ protectionis auxilium : atque ad spem nostræ per eos promissionis invitans , quorum adhuc latentem gloriam jam tamen etiam in hujus vitæ regione manifestas . Per &c.

4 Est in Gregor. Sacramentariis , & in Rom. Missali die 22. Nov. Natali S. Cæciliæ .

5 Redundantia fortassis videbuntur verba *munificentia gratiæ tuæ* .

6 Est in Missali Rom. die 7. Aug. Natali S. Donati Martyris .

7 In eodem Missali & apud Menardum legitur die 31. Octobr. in Vigilia omnium Sanctorum .

7 Domine Deus noster , multiplica super nos gratiam tuam ; & quorum celebramus gloriosa certamina , tribue subsequi in sancta professione victoriam . Per &c.

Erudi , Domine , quæsumus , populum tuum spiritalibus instrumentis ; & quorum præstas solemnia venerari , fac eorum & consideratione devotum , & defensione securum . Per &c.

III.

*Item alia .*

Præsta nobis , omnipotens & misericors Deus , ut sanctorum Martyrum tuorum copiosa victoria , sicut eis perpetuum dat triumphum , ita nobis continuum præstet auxilium . Per &c.

Accipe , quæsumus , Domine , munera populi tui pro Martyrum festivitate sanctorum ; & sincero nos corde fac eorum Natalitiis interesse . Per &c.

Vere dignum . Quia licet in omnium Sanctorum tuorum tu sis , Domine , provectione mirabilis : in his tamen speciale tuum munus agnoscimus , quos & fratres sorte nascendi , & magnifica præstitisti passione germanos ; ut simul esset & veneranda gloria genitricis & florentissima proles Ecclesiæ . Per &c.

Cælesti munere satiati , quæsumus , Domine Deus noster , ut hæc nos dona , Martyrum tuorum deprecatione sanctificent . Per &c.

IV.

*Item alia .*

9 Da nobis , quæsumus , Domine , sanctorum Martyrum passionibus gloriari ; ut eorum semper & patrocinii confidamus , & fidem congrua devotione sectemur . Per &c.

Offerimus , Domine , munera tuorum tibi solemnitatibus grata Sanctorum , suppliciter exorantes , ut quod ad illorum pertinet gloriam , nobis prosit ad veniam . Per &c.

Vere dignum . Qui sic tribuis , Ecclesiam tuam sanctorum Martyrum commemoratione proficere , ut eam semper illorum & festivitate lætifices , & exemplo piæ confessionis exerces , & grata tibi supplicatione tuearis . Per &c.

Et Sanctorum tuorum exultatione gaudentes , & Sacramenti tui perceptione satiati , gratias tibi referimus , Domine sancte , Pater omnipotens , aeternæ Deus . Per &c.

V.

*Item alia .*

Omnipotens sempiternæ Deus , qui in Sanctis tuis es ubique mirabilis , quæsumus clemen-

8 Codex hic inserit aliam particulam & , quæ hic potius , quam ante vocem *veneranda* abundare videtur . Forte hæc Missa est propria SS. septem Fratrum S. Felicitatis filiorum , uti diximus adnot. 1 .

9 Est in Gregor. Menardi , ac in Missali Rom. die 21. Decemb. Natali S. Thomæ Apostoli .

mentiam tuam, ut sicut illis eminentem gloriam contulisti, sic ad consequendas misericordias tuas eorum nos facias precibus adjuvari. Per &c.

Plebis tuæ munera, quæsumus, Domine, propitiatus intende; & quæ sanctis mysteriis exsequendis temporaliter nos offerre docuisti, ad æternam nobis proficere fac salutem. Per &c.

Vere dignum. Qui non solum pro salute mundi persecutionem sustinuit impiorum, sed fidelibus suis etiam hæc dona concessit, ut ejus fierent aut passione, aut confessione confortes. Per &c.

V I.

Item alia.

Omnipotens sempiterne Deus, qui inter innumera beneficia, Sanctorum tuorum nos solemnitatibus præcipue consolatoris; præsta, quæsumus, ut ad cælestis operis instituta, & recordatio beata nos incitet, & oratio Justorum digna perducatur. Per &c.

Concede, quæsumus, Domine Deus noster, ut inter adversa, quæ peccatorum debitis sustinemus, quod fiducia nostra non obtinet, Martyrum tuorum nobis intercessio consequatur. Per &c.

Sanctis intervenientibus, Domine, tibi servitus nostra complacet; & obsequia munerum fiant præsidia devotorum. Per &c.

Vere dignum. Quoniam Martyrum beatorum pro confessione nominis tui venerabilis sanguis effusus, 10 sicut tua mirabilia manifestat, qui perficis in infirmitate virtutem, ita nostris studiis dat profectum, & infirmis apud te præstat auxilium. Per &c.

VII.

Item alia.

Aspice, quæsumus, Domine, quæ oculis tuæ majestatis offerimus; ut tuorum deprecatione Sanctorum & tuitionem nobis præbeant & medelam. Per &c.

Vere dignum. Congaudet namque totum corpus Ecclesiæ de sublimium glorificatione membrorum; & quælibet ejus infirmæ por-

tionem ad suam quoque pertinere non ambigunt dignitatem quidquid excellit partium in eadem compage magnarum: quia sicut superioribus ima connexa sunt, ita summa 11 debent humilibus unitatis effectum. Per &c.

11

Incipiunt Orationes & Preces diurnæ. XVIII.

I.

Omnipotens sempiterne Deus, qui nulli nos inferre mandasti, quod nobis non optamus inferri: præsta, quæsumus, ut nec fingamus aliis, nec aliorum fictionibus illudamur. Per &c.

Deus, qui humani generis fida societate lætaris, da, quæsumus, ut & nos liberam præbeamus omnibus caritatem, & illi non pro bonis mala reddere moliantur. Per &c.

Oblatio tibi, Domine, nostra defertur, quæ ut tuo sit digna conspectu, te, quæsumus, largiente mentis nostræ sinceritate promatur. Per &c.

12 Vere dignum. Qui nos spiritualibus erudiens instituitis, sic doces illorum jugiter relaxare, qui nobis adversantur, offensas, ut eorum non incidamus insidias; sic dissimulare culpas, ut, sub specie gratiæ nocere cupientium, declinemus, in qua student perseverare, malitiam. Tu, etenim, Domine, mittens in medium nos luporum, manere vis simplices similitudine columbarum, & astutos fieri more serpentum: non utique, ut cuiquam noxii simus, sed ut sollicite dolos caveamus alienos. Ita mites ad omnes esse nos 13 jubes, ut pariter corripere præcipias inquietos. Longe aliud quippe est contumeliam præterire, aliud, ne per improvidam benignitatem capiamur, intendere: quoniam & tua clementia ea lege nostros resolvit errores, ut nos denuo, ne deteriora subeamus, errare prohibeat, nec sibi quisquam aut non cessum judicet fuisse delictum, aut læsum se fortassis existimet, si facultas eidem potius subtrahatur subsiciva lædendi, quum hoc ipso magnum beneficium talibus conferatur, ut mali esse dediscant vel impossibilitate peccandi. Per &c.

12

13

14 Redemptionis nostræ munere vegetati, quæ-

14

10 Codex hic habet simul & tua, & post pauca quo perficis, ac omittit ita. Emendavimus ex Missa XXXII. de pluribus Martyribus descripta mense Aprili, ubi hæc præfatio legitur, & solum in fine aliquid immutatum est.

11 Cod. perperam debet... affectum.

12 In margine codicis notatur: *Culpas relaxare fratri, corripere etiam inquietos non omitti, sicut scriptum est.* Hæc præfatio cum sequentibus Missis usque ad quintam (uti observavit Muratorius in præfatione c. 3. pag. 23.) ab aliquo Pontifice lucubrata fuit, qui aliquos inimicos passus, ab ipsis adhuc timebat. Respicere autem hæc posse ille existimat schisma contra Damasum Papam ab Ursicino excitatum anno 367. vel illud Eulalii contra Bonifacium I. an. 419. Addit & Bassi Exconfulis accusationes an. 433. contra Xystum III. conflatas, quas tamen monumentis innixas fatetur, quæ dubiæ sunt fidei (adjicere poterat) quæque P. Coustantius spuria demon-

strat. Probabilius vero credimus indicari rebellionem a Clericis commotam adversus Zosimum, cujus fit mentio in ejus epist. 14. apud eundem Coustantium scripta an. 418. Confer hujus notas, & notitiam epistolarum ejusdem Pontificis non exstantium apud laudatum editorem num. 32. De Manichæis a Leone perstrictis hæc Acamius interpretatur. Non assentimur. Neque enim ullum hic hæresis aut hæreticorum indicium est; neque eos adversus Leonem ullam persecutionem excitasse, aut calumnias sparsisse quisquam tradidit. Stilus quidem Zosimum potius, quam Leonem hujus præfationis auctorem præfert.

13 Codex *inbuos*. Blanchinius optime correxit *jubes*: quod si minus placeat, legendum monet *imbuis*.

14 Invenies hanc orationem in codd. Gregorianis, & in Missali Rom. die Sabbati ante Dominicam in Albis.

quæsumus, Domine, ut hoc nobis perpetuæ salutis auxilium fides semper vera perficiat. Per &c.

Salva, quæsumus, Domine, plebem tuam, & benedictionis sanctæ super eam effunde clementiam; ut inter conditionis humanæ & diabolicæ fraudis incursum, indulgentia tua laboranti continuata succurrat. Per &c.

I I.

Item alia.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris; & ut nos ab hostibus dignanter eripias, a tibi non placitis prius moribus benignus emunda. Quia sine dubitatione defendes, quos tuis perspexeris convenire mandatis. Per &c.

Deus, qui prudentem sinceramque concordiam tuorum cordibus inesse voluisti, da nobis legitimæ dilectionis tenere mensuram; ut qui a justæ pacis puritate dissentiant, in nobis tamen, quod merito debeant lacerare, non habeant. Per &c.

Præsta nobis, quæsumus, Domine, terrena despiciere, & amare cælestia, ut per hæc sacra, quæ gerimus, & a transituris desiderii expiari mereamur, & incipiamus inhære perpetuis. Per &c.

15 Vere dignum. Qui sic rationabilem non deseris creaturam, ut & quibus modis placere tibi, & qualiter possit impetrare, quæ poscit, ostendas; præcipiens, ut te principaliter toto corde venerantes, consequenter & universos homines, sicut nosmetipsos, tamquam consortes nostri generis, diligamus; tunc circa eos verum probantes affectum, ut quemadmodum nos purgari desideramus a vitiis, ita & eorum, quos amamus, optemus. Quibus præceptis duobus totam legem sine difficultate complentes, bona præsentia sumamus & æterna. Per &c.

Da nobis, Domine, quæsumus, ambire quæ recta sunt, & vitare quæ noxia; ut sancta, quæ capimus, non ad iudicium nobis, sed proficiant potius ad medelam. Per &c.

Tuere, Domine, quæsumus, famulos tuos, & a terrenis erroribus expeditos, ad virtutum tuarum fac instituta proficere; sicque temporalibus auxiliis foveantur, ut magis gaudeant sempiternis. Per &c.

III.

Item alia.

16 Ecclesiæ tuæ, Domine, voces placatus admitte, ut destructis adversantibus uni-

versis, secura tibi serviat libertate. Per &c.

Præsta, Domine, quæsumus, ut toto tibi corde subjecti, tumentium voluntatum respuamus afflatus. Per &c.

Hostias, quæsumus, Domine, nostræ devotionis assume; & per sacrificia gloriosa, subditorum tibi corda purifica. Per &c.

17 Vere dignum. Cujus inspiratione beatus Paullus Apostolus Ecclesiæ dicens: *providentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus*: evidenter ostendit, non esse prorsus, quo malis actibus vel in hac vita possimus abscondi: dum te non latemus interius, & extrinsecus humanos quoque non vitamus aspectus. Nihil ergo juvat eos, qui dedecora sua notasque non cernunt, & quia ipsi se non vident, æstimant nec ab aliis se videri. Quum enim idem clamat Apostolus: *quæ secundum faciem sunt, videte*: quemadmodum se celare posse confidunt, qui, sicut scriptum est, per dulces sermones suos seducentes corda fallacia, & sicut Evangelium ait, Christum in cubile requirentes, palam manifesteque declarant, quid & dictis exsequantur & factis. Nec eos fulcit aut munit, quia, ut se valere contendant, volumina divina percurrunt; quum per hæc ipsi potius improbos mores suos & profiteantur & damnent, nescientes, 18 jam de pœna divini venire iudicii, quod traduntur in reprobum sensum, ut faciant quæ non conveniunt. Quapropter huiusmodi declinantes actu, & solo miserantes, quo debemus, affectu: & ideo &c.

2. Cor. 10.  
7.  
Rom. 16.  
18.

Annue, quæsumus, Domine Deus noster, ut per hoc tuæ sapientiæ sacramentum circumspècta moderatione vivamus. Per &c.

19 Da Ecclesiæ tuæ, Domine, non superbe sapere, sed tibi placita humilitate proficere: ut proterva despiciens, & matura quæque desiderans, exerceat liberam caritatem. Per &c.

18  
Rom. 1.28.

-IV.

Item alia.

Absolve, Domine, quæsumus, iniquitates nostras; & ut tua dona mereamur percipere, fac nos amare justitiam. Per &c.

Concede nobis; Domine Deus noster, ut & te tota mente veneremur, & omnes homines rationabili diligamus affectu. Per &c.

Consecra, quæsumus, Domine, quæ de terrenis fructibus nomini tuo dicanda mandasti; ut & gratam tibi nostram facias servituti, & Sacramentum nobis perpetuæ salvationis instituas. Per &c.

20 Vere dignum. Qui fideles tuos mutua faciens lege concordet, veram pacem tali

20

15 In cod. hæc marginalis notatio affigitur: *Pro dilectione fraterna orandum*. Sub finem legendum fortassis & eos, quos amamus.

16 Codd. Gregoriani habent hanc orationem inter Quotidianas, Missale Rom. inter Communes contra persecutores Ecclesiæ. In illis pro *adversantibus*, est *adversitatibus*: in Missali additur & *erroribus*. In codice Gelasiano habetur lib. 3. n. 67. *contra iudices male agentes*.

17 Nota marginalis in codice. *Arguit impro-*

*bos, sed & orat pro eis*.

18 Sex voces sequentes, quæ in codice rejiciuntur post verbum *conveniunt*, hic, perspicuitatis gratia, monente Blanchinio, Muratorius in sua editione collocavit: quod nos haud immutandum credidimus.

19 Est fere eadem in Romano Missali die 15. Junii Natalitio SS. Viti & Modesti.

20 In margine codicis adnotatur: *Orandum pro iis, qui malevoli sunt*.

MENSE  
JULIO.MENSE  
JULIO.

li fœdere nexisti, ut nec alteri quisquam moliretur infligere, quod sibi nollet inferri; & bona, quæ suis utilitatibus tribui cuperet a consorte naturæ, hæc eidem ipse quoque præstaret: quatenus dum per alterutram pietatem se reperiunt communes in singulis, semetipsam <sup>21</sup> diligens, esset mens una cunctorum. Per &c.

Satiati participatione cælesti, & gratias tibi referimus, Domine Deus noster, & ut nobis sit perpetua, deprecamur. Per &c.

Beneficiis tuis, Domine, quæsumus, populus fidelis semper exsultet; ut te instruente dispositus & conversatione tibi placeat, & quæ votis expetit, salubriter assequatur. Per &c.

## V.

*Item alia.*

<sup>22</sup> 22 Omnipotens sempiternæ Deus, qui superbis resistis, & gratiam præstas humilibus, tribue, quæsumus, ut non indignationem tuam provocemus elati, sed propitiationis tuæ capiamus dona subjecti. Per &c.

<sup>23</sup> 23 Majestatem tuam supplices exoramus, <sup>24</sup> ut nec terreri nos lacerationibus patiaris injustis, nec captiosis adulationibus implicari: sed potius amare concedas, qui veraciter arguunt, quam qui fallaciter blandiuntur. Per &c.

<sup>25</sup> 25 Offerimus tibi, Domine, munus, quod sicut duplici sumentes corde condemnat, ita sincera capientes mente justificat. Per &c.

<sup>26</sup> 26 Vere dignum. Qui nos sic pietate pariter atque iustitia vis esse perfectos, ut & cautelæ nostræ non desit socianda benignitas, & indiffereta non subripiat facilitas caritati. Præcipis enim, ut pro nostris oremus inimicis, pro calumniantibus supplicemus, nec desinamus misericordiam tuam persequentibus impetrare; non utique ut in iisdem nequitias perseverent, quia hoc imprecari est potius, quam salutaria postulare; sed ut ab his iniquitatibus expediri, ad modesta se se sanaque convertant. Quum enim, docente te, Domine, probos mores nobis optare debeamus, tunc proximos nostros, sicuti nosmetipsos, vere diligimus, si eis, quæ nos habere cupimus, expetamus. Per &c.

Recreati, Domine, sacri muneris gustu, quæsumus, non inde sumentibus nobis vertatur ad pœnam, sed fideliter libantibus proficit ad veniam. Per &c.

Tom. II.

<sup>21</sup> Cod. inserit *feret*, quod verbum est varians lectio verbi *esset*, & melius expungendum fuit.

<sup>22</sup> Hanc orationem habent Sacramentaria Gelasii & Gregor. sub titulo: *in contentione*. Magnam hujus partem exhibet Missale Rom. in orationibus communibus *ad postulandam humilitatem*.

<sup>23</sup> Notatio marginalis in MS. *Contra lacerantes, vel adulantes*.

<sup>24</sup> Sequentia usque ad *amare* leguntur in codd. Gregorianis & Gelasii, in Missa *contra obloquentes*.

<sup>25</sup> Nota marginalis in MS. *Pro duplici corde*.

<sup>26</sup> Alia marginalis notatio: *Orandum pro persequentibus*.

<sup>27</sup> Sub rubrica *Orationum tempore belli* legi-

Tua, Domine, protectione confidens, benedictionem suppliciter imploratam devota tibi familia consequatur; ut tuo securo munimine, nec temporalibus destituatur auxiliis, & bonis aptetur æternis. Per &c.

## VI.

*Item alia.*

<sup>27</sup> 27 Omnipotens & misericors Deus, a bellorum nos, quæsumus, turbine fac quietos: quia bona nobis cuncta præstabis, si pacem dederis & mentis, & corporis. Per &c.

<sup>28</sup> 28 Protector noster aspice, Deus, & ab hostium nos defende formidine; ut omni perturbatione submota, liberis tibi mentibus ferviamus. Per &c.

Suscipe, Domine, munera familiæ tuæ; quibus & nostris, quæsumus, sis placatus erroribus, & sanctificationem tuæ nobis redemptionis opereris. Per &c.

<sup>29</sup> 29 Vere dignum. Agnoscimus enim, Domine Deus noster, agnoscimus, sicut prophetica dudum voce testatus es, ad peccantium merita pertinere, ut servorum tuorum labore quæsitæ, <sup>30</sup> sub conspectu nostro manibus diripiantur alienis; & quæ defudantibus famulis, nasci tribuis, ab hostibus patiaris absumi. Totoque corde prostrati supplices exoramus, ut præteritorum concedas veniam delictorum, & ab omni mortalitatis incurfu continuata miseratione nos protegas. Quia tunc defensionem tuam non diffidimus affuturam, quum a nobis, quibus offendimus, dignanter expuleris. Per &c.

Sacrosancti Corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi refectione vegetati, supplices te rogamus, Deus, ut hoc remedio singulari, & ab omnium peccatorum nos contagione purifices, & a periculorum munias incursione cunctorum. Per &c.

Miserere, Domine, deprecantis Ecclesiæ, <sup>31</sup> & ad inclinantes tibi sua corda propitius intende, ut quos divinarum rerum finis esse participes, nec peccatis fieri permittas obnoxios, nec opprimi patiaris adversis. Per &c.

## VII.

*Item alia.*

<sup>32</sup> 32 Miserere, Domine, populi tui; & continuis tribulationibus laborantem propitius respirare concede. Per &c.

F

33 Vox

tur hæc oratio in codd. Gregor. Muratorii.

<sup>28</sup> Est in Missali Rom. inter communes *contra persecutores & male agentes*.

<sup>29</sup> Notam hanc marginalem codex affigit: *Pro peccatis hostes infestari certissimum; unde enixius supplicandum Deo*.

<sup>30</sup> Cum stilus hujus præfationis Leoninus videatur; directio Romanæ Urbis & agrorum depopulatio sub Leone Magno a Vandalis peracta an. 455. hic indicatur potius, quam quæ Innocentio I. Pontifice contigit an. 410.

<sup>31</sup> Codex *& inclinantium*. Blanchinii emendationem a Muratorio receptam retinimus, ex quo etiam dein addita vox *rerum*.

<sup>32</sup> Est in Romano Missali ser. III. post Dominicam quartam Quadragesimæ.

57  
MENSE JULIO. 33 Vox clamantis Ecclesiæ ad aures, quæsumus, Domine, tuæ pietatis ascendat; ut percepta venia peccatorum, te fiat operante devota, te protegente secura. Per &c.

34 Nomini tuo, Domine, munera, quæsumus, dicata sanctifica, ut & Sacramentum nobis æternæ vitæ præbeant & profectum. Per &c.

34 Vere dignum. Inter quælibet enim mundi pericula sola est a te non recessisse prosperitas, quum in tua misericordia confidentes nulla adversa percellant, sed potius exercent ad salutem. Per &c.

35 35 Vivificet nos, quæsumus, Domine, participatio tui sanctæ mysterii, & pariter nobis expiationem tribuat & munimen. Per &c.

Auxiliare, Domine, plebi tuæ, & toto tibi corde subjectæ præsta conversationis effectum: quia bonis omnibus hanc replebis, si tibi placere perfereris. Per &c.

### VIII.

*Item alia.*

36 Ab omnibus nos, quæsumus, Domine, peccatis propitiatus absolve, & eos, qui nos impugnare nituntur, expugna. Per &c.

37 Comprime, Domine, quæsumus, 37 os iniqua loquentium, & eos, qui nos moliantur insimulare, confuta. Per &c.

Quæsumus, Domine, Deus noster, ut per hæc cælestis vitæ commercia, declinantes laqueos falsitatum, ad veritatem tuam, concessa nobis divinitus via & tramite dirigamur. Per &c.

38 Vere dignum. Qui famulos tuos informare dignaris, ut non tam nos exagitet inepta laceratio superbiorum, quam potius moveat miseratio lacerantium. Quoniam, sicut nos convenit præcavere ne veraciter impetamur, sic eorum, qui a veritate sunt devii, flere debemus interitum; quæsumus, ut vel illis, correctionem suppliciter exorando, subvenire possimus, vel nobis fructum pietatis acquirere. Per &c.

Quos refecisti, Domine, cælesti mysterio, propriis alienisque propitiis absolve delictis; ut divino munere purificatis mentibus perfruamur. Per &c.

39 Porrigere dexteram, quæsumus, Domine, plebi tuam misericordiam postulanti, per quam & errores declinet humanos, & solatia vitæ mortalis accipiat, & sempiterna gaudia comprehendat. Per &c.

IX.

*Item alia.*

Libera nos, Domine, quæsumus, a nostrorum debitis peccatorum, atque, ut nos a malis omnibus propitiatus eripias, iniquitates nostras, quibus juste 40 retribuuntur, absolve. Per &c.

41 Contere, quæsumus, Domine, hostes populi tui, & delicta nostra, quorum merito nobis dominantur, emunda; ut, quum tibi placitam puritatem mentibus nostris infuderis, largiaris & pacem. Per &c.

Accipe, Domine, quæsumus, sacrificium singulare; quod majestati tuæ semper & redditur & debetur. Per &c.

Sit nomini tuo, Domine, hoc sacrificium, quum exhibetur, acceptum, ut efficiatur jugiter exigendum. Per &c.

42 Vere dignum. Qui nos castigando sanas, & refovendo benignus erudis, dum majoris salvos esse correptos, quam perire neglectos. Per &c.

Supplices te rogamus, Domine Deus noster, ut qui percepimus cælestis mensæ substantiam, ad vitam 43 pertingamus æternam. Per &c.

Tui sunt, Domine, populi, qui ministerium nostræ vocis expectant. Quæsumus, clementiam tuam, ut salutaria ejus poscentibus, quidquid fiducia non habet deprecantis, gratia tua, quæ bonorum nostrorum non indiget, largiatur. Per &c.

X.

*Item alia.*

Adesto, Domine, supplicibus tuis, & sperantes in tua misericordia, cælesti protege benignus auxilio. Per &c.

Respice, Domine, quæsumus, pietatis tuæ subsidium postulantes. Da indulgentiam reis, ut nobis subvenias propitiatus afflictis. Per &c.

44 Sanctificationem tuam nobis, Domine, his mysteriis placatus operare, quæ nos & a terrenis purget vitiis, & ad cælestia dona perducatur. Per &c.

45 Vere dignum. Qui nostras mentes expiando justificas, & immortalitatis efficis justificando capaces. Per &c.

Repleamur, Domine, gratia muneris facri; & quæ gustu corporeo dulci veneratione contingimus, dulciora mentibus sentiamus. Per &c.

Familiæ tuæ, Domine, preces miseratus in-

33 Hæc oratio legitur in Sacram. Greg. inter orationes quotidianas.

34 Marginalis nota codicis: *In periculis, vel prosperitate gratias referendas Deo.*

35 In Sacram. codd. Gregor. apud Muratorium legitur Dominica XIII. Pentecostes, apud Menardum Dominica XIV. in Missali Rom. Dominica XII.

36 Sic incipit collecta *pro peccatis* in MSS. Gregor. Muratorii, & progreditur usque ad *et eos*, ac stilum subinde mutat.

37 Pro *os* in cod. *perperam Deus.*

38 In margine MS. *Pro lacevantibus orandum.*

39 Exstat in Sacram. Greg. Muratorii inter preces quotidianas tom. 2. p. 256.

40 Sic codex, & recte, cum ad *mala* referatur.

41 Est in Gelasiano lib. 3. n. 58.

42 Nota marginalis in codice: *Post infirmitatem.*

43 Cod. *pertineamus*, male. Blanchinii emendatio placuit.

44 Ita Sacram. Greg. & Missale Rom. feria III. post Dominicam II. Quadragesimæ.

45 In margine codicis: *De justitia.*



intende, & toto tibi corde subiectam prosequere, sustenta, circumtege; ut quæ, te gubernatore confidit, & nullis implicetur malis, & bonis omnibus expleatur. Per &c.

XI.

*Item alia,*

Omnipotens sempiterne Deus, cujus viâ misericordia est semper & veritas: præsta, quæsumus, ut qui a tua clementia confove-mur, crescamos etiam Religionis augmen-to. Per &c.

Da nobis, quæsumus, Domine, tua di-gne tractare mysteria; ut & miserationibus tuis congrua respondeamus obsequia, & fidu-cialius speranda poscamus. Per &c.

46 Vere dignum. Pietatem tuam votis omnibus expetentes, ut humanarum rerum prosperitate percepta, terrenis eatenus con-solationibus gratulemur, ne gaudia quærere superna cessemus; sed quidquid lætitiæ tem-porali impenditur, eruditioni proficiat sem-piternæ. Per &c.

Quæsumus, Domine Deus noster, quos Sacramentis reficis, sustenta præfidiis, & quos beneficiis temporalibus refoves, pasce 47 (divinis) perpetuis. Per &c.

47 Ecclesiam tuam, Domine, perpeti mise-ratione prosequere, ut inter sæculi turbines constituta & præsentis jucunditate respiret, & æternæ beatitudinis percipiat claritatem. Per &c.

XII.

*Item alia.*

Adesto, Domine, supplicationibus nostris; & apostolicis intercessionibus confidentes, nec minis adversantium, nec ullo perturbe-mur incurfu. Per &c.

Auxiliare, Domine, temporibus nostris, ut tua nos ubique dextera protegente, & Re-ligionis integritas, & Romani nominis se-curitas reparata consistat. Per &c.

Supplices quæsumus, Domine, ut munus trepida servitute propositum, non de nostris meritis æstimeretur, sed quod a te institutum est, offerentium tua sanctificetur dignatione præsentum. Per &c.

48 Vere dignum. Cujus nobis etiam ipsa medetur austeritas, dum peccandi coercet affectum, dum ad supplicandum tibi mens humana fit promptior, dum gratior redit post adversa tranquillitas, & inter hæc, probata fides eruditur ad præmium. Per &c.

Libera nos ab omni malo, propitiusque concede, ut, quæ nobis poscimus relaxari, ipsi quoque proximis remittamus. Per &c.

Quæsumus, Domine Deus noster, ut quod nobis ad immortalitatis pignus esse voluisti,

Tom. II.

46 Nota marginalis in cod. Dum prosperitas redundat, eruditio superna quævatur.

47 Divinis est varians lectio.

48 In margine codicis: Admonet, ad suppli-candum nos esse promptiores.

49 Invenitur in Sacram. Greg. & in Missali

ad salutis æternæ tribuas provenire suffra-gium. Per &c.

49 Inclinantes se, Domine, majestati tuæ propitiatus intende; ut qui divino munere sunt refecti, cælestibus semper muniantur auxiliis. Per &c.

XIII.

*Item alia.*

Da nobis, quæsumus, Domine Deus nos-ter, in tua semper devotione gaudere; quia perpetua est & plena felicitas, si bonorum omnium jugiter serviamus auctori. Per &c.

Quæsumus, omnipotens Deus, ne ad dis-simulationem tui cultus prospera nobis col-lata succedant, sed ad gratiarum actionem, tibi propensius exhibendam, potius nos sem-per accendant. Per &c.

50 Hostias tibi, Domine, deferimus im-molandas, qui temporali consolatione signi-ficas, ut promissa non desperemus æterna. Per &c.

51 Vere dignum. Quoniam sicut tua cle-mentia non solum beneficia præstat imme-ritis, sed affectum quoque nobis, quo gra-tias referamus, inspirat, ita nos convenit laudes tuas, quia non possumus competen-ter explere, saltem sine cessatione deprome-re; ut quas numquam sufficienter exfolvi-mus, numquam reddere desinamus. Per &c.

Observationis annuæ celebritate gratulan-tes, ut eorum, quorum actionibus inhære-mus, plenis effectibus gaudeamus. Per &c.

Ecclesia tua, Domine, cælesti gratia re-pleatur & crescat; atque ab omnibus vitiis expiata, percipiat sempiternæ redemptionis augmentum; ut quod in membris suis copio-sa temporum prorogatione veneratur, spiri-tualium capiat largitate donorum. Per &c.

XIV.

*Item alia.*

Omnipotens sempiterne Deus, mentes no-stras, quæsumus, ad opera tibi placitura con-verte; ut correptio tua non sit negligentibus major causa pœnarum, sed fiat eruditio paterna correctis. Per &c.

Deus, qui sacra legis omnia constituta, in tua & proximi dilectione posuisti: da nobis horum propitius efficientiam manda-torum; quia impossibile esse sibi nullus excusat, quod tanta brevitate concluditur, tanta æquitate præcipitur. Per &c.

Omnipotens sempiterne Deus, qui offe-renda tuo nomini tribuis, & oblata devo-tioni nostræ servitutis adscribis: quæsumus clementiam tuam, ut, quod præstas unde sit meritum, proficere nobis largiaris ad præmium. Per &c.

F 2

52 Ve-

Rom. fer. iv. Cinerum.

50 Hanc habent idem Sacram. Greg. & Missale fer. iij. post Dominicam Passionis.

51 In margine cod. Inspiratione Dei gratie re-feruntur.

MENSE  
JULIOMENSE  
JULIO

52 Vere dignum. Qui mutabilitatem nostram ad incommutabilia ita justus & benignus erudis, ut nec fragilitatem destituas, & coerceas insolentes: quo pariter instituti pia conversatione & cælestibus sacramentis, sic bonis prætereuntibus nunc utimur, ut jam possimus inhærere perpetuis. Per &c.

Exaudi, Deus, orationem nostram; & tua sancta, quæ sumus, non ad iudicium nobis provenire patiaris, sed ad remedium propitiationis immensæ. Per &c.

Placidus aspice, Domine, plebem tuam, & quam doni tui facis esse consortem, a malis omnibus corporis & mentis emunda; ut noxia perturbatione cessante, liberum tibi semper exhibeant famulatum. Per &c.

## X V.

*Item alia.*

53 Concede nobis, Domine, quæsumus, gratiam tuam, per quam boni esse possimus, & præsta, 53 ut eadem studiis competentibus exsequamur. Per &c.

Deus, quem iniustitia nostra incessanter offendit: da nobis rectæ conversationis effectum, per quem consequamur & veniam. Per &c.

Oblatio nos, Domine, quæsumus, sacra purificet, ac sui ministerio pariter & participatione dignos efficiat. Per &c.

54 54 Vere dignum. Qui curam nostri ea ratione moderaris, ut proventus exterior de internorum qualitate procedat. Nullis quippe forinsecus miseris affligemur, si vitia frenemus animorum; nec visibili decori subiacebit, qui cœdis cupiditatibus obviarit; nulla inquietudo prævalebit extrinsecus, si agamus corde sincero; nullis subdemur hostibus, si pacem teneamus internam. Ita sicut a nemine magis, quam a nobis, lædimur, sic noxia cuncta succumbent, si nosmetipsos ante 55 vincamus. Per &c.

55 Tribuat nobis, Domine, quæsumus, sanitatem mentis & corporis Sacramenti tui medicina cælestis; ut hujus operatione vegetati tam præsentia quam æterna subsidia capiamus. Per &c.

Consequatur, Domine, quæsumus, tuæ benedictionis auxilium, quod supplex poscit Ecclesia; percipiat indulgentiam; boni operis instruat; temporalium necessitatum consolatione respiret; ad gaudia sempiterna perveniat; & assumat æterna. Per &c.

52 Nota marginalis: *Coercet insolentes.*

53 *Quæsumus* antea præmissum, hic superflue repetitur in MS.

54 In margine codicis: *Pro vitiis, quibus subiacemus, orandus Deus.*

55 Ita codex. Apud Muratorium *vincemus* ex e. n. e. datione a Blachinio indicata, quæ tamen pecuniaria non videtur.

56 Nota margin. in cod. *Non confidere in divi-*

## XVI.

*Item alia.*

Adjuva nos, Deus salutaris noster; & quibus supplicandi tibi præstas affectum, tribue tuæ propitiationis effectum. Per &c.

Myſteria tua, Domine, debitis servitutis exsequentes, supplices te rogamus, ut quod ad honorem tuæ majestatis offerimus, nobis proficiat ad salutem. Per &c.

56 Vere dignum. Cujus & propitiationis exordium principaliter inde sentimus, quum tuorum sensibus dignanter infundis totis tibi mentibus supplicare, nec humanis opibus, sed tua virtute confidere; & indicientem gratiam comprobamus, quum nos vel in hac devotione tribuis permanere, vel de perceptis beneficiis, non in nobis, sed in tuo nomine gloriarum. Per &c.

Satiati munere salutari tuam, Domine, misericordiam deprecamur, hoc eodem Sacramento, quo nos temporaliter vegetas, efficias perpetuæ vitæ participes. Per &c.

Auxiliare, Domine, famulis tuis, & in tua pietate fidentibus jugiter esto propitius; ut & præsentia pericula, te protegente, declinent, & futura gaudia, te largiente, percipiant. Per &c.

## XVII.

*Item alia.*

57 Parce, Domine, parce populo tuo, ut dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per &c.

Exaudi, Domine, plebem tuam, & quod non habent merita supplicantum, tua nos semper gratia præveniens largiatur. Per &c.

Altaribus tuis, Domine, munera nostræ servitutis inferimus, quæ placatus 58 accipias, & acceptum tibi nostrum, quæsumus, famulatum, & Sacramentum nostræ redemptionis efficiant. Per &c.

Vere dignum. A tua enim numquam est laude cessandum; quæ & inter angustias necessarium præstat auxilium, & in prosperitate gratiarum tibi referens actionem; quanto nos memores facit esse beneficii, tanto nobis tua magis dona conciliat. Per &c.

59 Quæsumus, Domine Deus noster, ut quos divina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per &c.

Omnipotens sempiternus Deus, populi fidelis institutor & rector, in familia sacramento tui nominis acquisita, gratiæ tuæ dona custodi; ut bona, quæ te auctore percipit,

*tis, nisi in Dei gratia tantum, suadet.*

57 Occurrit hæc oratio in codd. G egor. & in Missali Rom. feria v. ante Dominicam I. Quadragesimæ. In laudatis autem codd. repetitur inter orationes pro peccatis.

58 Cod. *accipiens*, & infra *efficiat*.

59 Missale Rom. hanc orationem exhibet in Dominica XXIII. post Pentecosten, & in communibus orationibus contra persecutores Ecclesie.

56

57

58

59

pit, te protegente ferventur, ( 60 *aliter* te largiente copiosius augeantur ). Per &c.

stræ conditionis emundet, & tuo nomini reddat acceptos. Per &c.

XVIII.

*Item alia.*

Omnipotens sempiternæ Deus, da nobis voluntatem tuam fideli mente retinere, & pia conversatione depromere; ut Ecclesia tua a profanis vanitatibus expiata, non aliud profiteatur verbis, aliud exerceat actione. Per &c.

Exaudi nos, Domine Deus noster, & a pravitatibus mundi tuorum discerne corda fidelium; ut qui Dominum sua voce pronuntiant, in diabolicam non recidant servitutem. Per &c.

Ut tibi grata sint, Domine, munera populi tui, ab omni, quæsumus, nos contagio perverſitatis emunda; nec falsis gaudiis inhærere patiaris, 61 quos ad veritatis tuæ præmia venire promittis. Per &c.

Vere dignum. Qui Ecclesiam tuam a diabolica simulatione vis esse purgatam; atque ut a fidei sincera discernas, ex operum qualitate fructus intelligi præcipis voluntatum; ad te pertinere non reputans, quos vel dissimulare quæ tua sunt, vel his contraria perspexeris operari. Unde benedicimus te, Domine, teque debita servitute laudamus. Per &c.

Adesto nobis, omnipotens & misericors Deus, & Sacramenta, quæ sumimus, nec nostris excessibus, nec alienis permittas violari peccatis. Per &c.

Gregem tuum, Pastor bone, placatus intende, & oves, quas pretioso sanguine redemisti, diabolica non sinas incursione lacerari. Per &c.

XIX.

*Item alia.*

62 Suscipe, quæsumus, Domine, preces nostras, & clamantium ad te pia vota propitius intuere. Per &c.

63 Exaudi, Domine, quæsumus, gemitum populi tui, nec plus apud te valeat offensio delinquentium, quam miseratio tua, semper indulta fletibus supplicantium. Per &c.

Sacrificium tibi, Domine, celebrandum placatus intende; quod & nos a vitiis no-

64 Vere dignum. Qui ideo differs vota poscentium, ut in ipsa quoque deprecationis diuturnitate proficiant; & tardius postulata præstando, fidelium tuorum mentibus præstare cognosceris devotionis augmentum. Per &c.

Majestatem tuam suppliciter deprecamur, ut sicut nos Corporis & Sanguinis sacrosancti pascis alimento, ita divinæ naturæ facias esse consortes. Per &c.

Cælestibus, Domine, quæsumus, præfidiis muniantur, qui in tua protectione confidentes, in te solo Præfule gloriantes, tuo semper foveantur auxilio, Per &c.

XX.

*Item alia.*

Exaudi, Domine, preces nostras, & celeri nos propitiatione lætifica. Per &c.

65 Intende, Domine, quæsumus, supplices tuos; & pariter nobis indulgentiam tribue benignus, & gaudium. Per &c.

66 Hostias, Domine, fulcipe placatus oblatas, quas sanctificando, nobis, quæsumus, efficias salutares. Per &c.

67 Vere dignum. Qui cælestibus disciplinis ex omni parte nos instruens, qualiter a fidelibus tuis falsos fratres discernere, 68 ostendens, Unigeniti tui voce pronuntians: *ex fructibus eorum cognoscetis eos*. De his sunt enim inflati sensu carnis suæ, & non tenentes caput. De his sunt, qui terrena sapientes, ita deprecantium te verba

69 fastidiunt; quia animales atque carnales, quæ sunt spiritus Dei, stulta mente non capiunt. De his sunt reprobi circa fidem, qui nescientes, quæ loquantur, neque de quibus affirmant, sæpe subvertere conati sunt & conantur. De his sunt subdoli operarii, qui introeunt explorare Ecclesiæ libertatem, quam habet in Christo, ut eam secum in turpem redigant servitutem. De his sunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas, oneratas peccatis; non solum 70 viduarum facultates, sed devorantes etiam maritarum. Isti jam nec justos appetunt se videri, nec saltem deforis sunt vel dealbati vel loti, sed palam, pudore calcato, de pravis conversationibus suis etiam gloriantur, & domi forisque spurcitiam contrahentes, non tam

re-

60 Adverbium *aliter* textui insertum in codice, variantem innuit.

61 Sic codex. Muratorius *quibus*.

62 Affinis est oratio codd. Gregor. Muratorii in precibus matutinalibus, apud Menardum vero inter orationes quotidianas.

63 Hanc referunt iidem codd. in orationibus pro peccatis.

64 Nota marginalis in cod. *Ideo tardius impetratur, ut perseveret oratio postulantis*.

65 Codd. Gregor. Muratorii hanc orationem exhibent in precibus matutinalibus seu vespertinalibus.

66 Est in iisdem MSS. in Missa de quotidianis

diebus.

67 Notatio marginalis: *De falsis fratribus*. Hæc præfatio Leonina videtur, in qua quorundam falsorum fratrum corrupti mores describuntur. Quinam vero hi fuerint, divinare nolumus.

68 *Ostendens* abundat ex varianti lectione, nisi mavis legere *ostendis*, & infra *pronuntians*, uti Blanchinius monuit.

69 Nota marg. *De fastidiosis*: & post nonnulla, *De subdolis*.

70 Alia marginalis notatio in codice: *Devaratores viduarum & maritarum*.

MENSE JULIO .  
 23. *Matth. 6.* referti sunt ossibus mortuorum, quam magis ipsi sunt mortui. Quibus evangelica sententia convenienter exclamat: *Si lumen, quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quanta sunt?* Nam quum in his, quæ videntur, obscura sint, & malæ famæ nigra dedecore, satis evidenter apparet, hæc eos in occulto gerere, quæ etiam turpe sit dicere. Isti non solum ad tuam gratiam venientes sui fœditate deterrent, sed etiam intrinsecus 71 fratribus constitutis, pro quibus Christus est mortuus, offendiculum suæ perversitatis opponunt. Tales cavere nos jubes, per Apostolum tuum dicens: *Separate vos ab omni fratre inordinate ambulante.* Et ea nos præcipis operari, quæ videntes cuncti vere fideles tui, te cælestem Patrem collaudent atque magnificent; a quo rationalis conscientiæ, bonæque famæ donum omne perfectum, optimumque descendit. Per &c.

71  
 2. *Theff. 3. 6.* 72 Quod ore sumimus, Domine, quæsumus, mente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Per &c.  
 Famulos & famulas, Domine, quæsumus, intueri, quibus in te sperare donasti; ac pariter eis, & quæ tibi placeant, postulare, & 73 potius postulata concede. Per &c.

## XXI.

*Item alia.*

74 Concede nobis, Domine, veniam delictorum, & eos, qui nos impugnare moluntur, expugna; quia sub tuo munimine constitutis nulla diaboli nocebit obreptio. Per &c.

Protektor in te sperantium, Deus, exaudi preces nostras, & miserere nostri; ut corpore & mente vegetati, tuis semper inhæreamus officiis. Per &c.

Supplices te rogamus, Deus, ut munera, quæ deferimus, & devotionis gratiam nobis conferant & salutem. Per &c.

75 Vere dignum. Quia Ecclesiæ tuæ filios sicut erudire non cessas, ita non desinis adjuvare, ut recte facienda cognoscant, & possibilitatem ca iant exsequendi. Per &c.

Sumentes dona cælestia, gratias tibi referimus, sancte Pater, omnipotens, æterne Deus. Per &c.

Protege, Domine, fideles tuos, & quos spiritali cibo vivificare dignatus es, perpetua salvatione comitare. Per &c.

71 Alia nota margia. in cod. *Subversores fratrum. Cavendum ab eis.*

72 In Sacram. Gelasiano legitur fer. vii. post Dominicam tertiam Quadragesimæ: in codd. autem Gregor. Muratorii ac in Missali Rom. fer. v. post Dominicam Passionis.

73 Forte legendum *propitius.*

74 Inter preces matutinales hanc præferunt codd. Gregor. Muratorii usque ad verbum *expugna.*

## XXII.

*Item alia.*

Auge fidem tuam, Domine, quæsumus, miseratus in nobis; quia pietatis tuæ subsidia non negabis, quibus in te credendi contuleris firmitatem. Per &c.

Da nobis, Domine, quæsumus, in te tota mente confidere; quoniam sicut superbis in sua virtute præsumptibus semper obstitis, ita non deseris in tua misericordia gloriantes. Per &c.

Munera, Domine, quæsumus, offerentes, ut & ab omnibus mundare peccatis, & a cunctis nos protegere digneris adversis. Per &c.

76 Vere dignum. Quia, quum omne opus bonum a te inchoari constet, & perfici hanc ipsam, quam nobis tribuis, perseverantiam supplicandi, certi sumus impetrare nos posse, quæ poscimus. Per &c.

77 Tribue nobis, Domine, cælestis mensæ virtute satiatis, & desiderare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per &c.

Tu esto, quæsumus, Domine, populi tui munimen & custos; tu vitæ præsentis sustentator & rector; tu collator æternæ. Per &c.

## XXIII.

*Item alia.*

Tuere, Domine, quæsumus nos famulos tuos, ut a peccatis omnibus abstinentes, prompta tibi voluntate famulemur. Per &c.

Grata tibi sit, quæsumus, Domine, tuæ plebis oblatio, per quam & sanctificationem referat, & quæ pie precatur, obtineat. Per &c.

78 Vere dignum. Quia fragilitatem nostram miseratus intendens, & mentem nobis tribuis supplicandi, & tua supplicibus dona largiris. Per &c.

79 Adesto nobis, Domine Deus noster, & quos tuis mysteriis recreasti, perpetuis defende præfidiis. Per &c.

Familiam tuam, Domine, benignus illustra, & benedictionis tuæ largitate confirma; ut te in omnibus ducem, te mereatur habere custodem. Per &c.

## XXIV.

*Item alia.*

Omnipotens & misericors Deus, ad cuius beatitudinem sempiternam, non fragilitate carnis, sed alacritate mentis ascenditur, fac, nos

75 In marg. *Recte agendum.*

76 Notatur in margine codicis: *In operibus Dei gratias agendum.*

77 Est in Missali Rom. Dominica V. post Pascha, & in Vigilia Ascensionis.

78 Nota marg. *Humilibus adesse Deum in cunctis operibus eorum.*

79 Legitur Dominica Passionis tum in Sacram. Gregor. tum in Missali Rom.

nos atria supernæ civitatis & te inspirante  
semper ambire, & tua indulgentia fidenter  
intrare. Per &c.

Deus, qui quum muneribus nullis indi-  
geas, ipse nobis munera cuncta largiris, ac-  
cipe propitius, quæ de tuis donis tibi nos  
offerre voluisti; non solum nostræ reputans  
devotioni, quæ tua sunt, sed etiam per hæc  
nos ad cælestia regna perducens. Per &c.

Ī. S̄. F̄. Ē

Gratias tibi, Domine, laudesque persol-  
vimus, qui nos Corporis & Sanguinis dile-  
ctissimi Filii tui Domini nostri communio-  
ne vegetasti; misericordiam tuam suppliciter  
exorantes, 80 ut hoc tuum, Domine, Sa-  
cramentum non sit nobis reatus ad pœnam,  
sed fiat intercessio salutaris ad veniam.

XXV.

Item alia.

81 Protege, quæsumus, Domine, 81 Romani  
nominis ubique Rectores; ut his tua vir-  
tute vincentibus, pax populi tui secunda  
proveniat. Per &c.

82 Præstende nobis, Domine, misericordiam  
tuam, ut quæ votis expetimus, conversa-  
tione tibi placita consequamur. Per &c.

83 Exaudi, Domine preces nostras, ut redem-  
tionis nostræ sacrosancta commercia &  
vitæ nobis conferant præsentis auxilium, &  
gaudia sempiterna concilient. Per &c.

Ī. F̄. C̄. S̄P

84 Sacramentorum tuorum benedictione fa-  
tati, quæsumus, Domine, ut per hæc sem-  
per emundemur a vitiis, & periculis 84  
caveamus.

85 Adesto, quæsumus, Domine, plebi tuæ;  
ut quæ 85 sumis fideliter, & mente simul  
& corpore, te protegente, custodiat. Per &c.

XXVI.

Item alia.

Exaudi, Domine, preces nostras, & ut  
tuis nobis muneribus jugiter prosequaris, ma-  
jestati tuæ fac semper devotos. Per &c.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui nos do-  
nis tuis prævenis dignanter immeritos, da,  
ut tibi gratias referentes, efficiamur & me-  
riti. Per &c.

86 Offerimus tibi, Domine, munera, quæ  
dedisti; ut & creationis tuæ circa mortalita-  
tem nostram testificentur auxilium, & reme-  
dium nobis immortalitatis operentur. Per &c.

87 Vere dignum. Quia, quum nostra lau-  
de non egeas, grata tibi tamen est tuorum  
devotio famulorum; nec te augent nostra præ-  
conia, sed nobis proficiunt ad salutem. Quo-  
niam sicut fontem vitæ præterire, causa mo-  
riendi est, sic eodem jugiter redundare, ef-  
fectus est sine fine vivendi. Per &c.

Libantes, Domine, dona cælestia, præsi-  
dium nobis inesse gaudemus; & inter ista  
quæ transeunt, 88 eorum, quæ sunt mansu-  
ra, confidimus. Per &c.

Protege, Domine, famulos tuos; subsi-  
diis palce corporeis; & spiritalibus enutrientis  
alimentis, a cunctis hostibus redde securos.  
Per &c.

XXVII.

Item alia.

Converte nos, Domine, tuæ propitiatio-  
nis auxilio; ut castigatio peccatoribus con-  
venienter adhibita, fiat correctio salutaris.  
Per &c.

Respice, quæsumus, Domine, preces no-  
stras, & his muneribus præsentiam tuæ ma-  
jestatis interfere; ut quod nostro servitio ge-  
ritur, te potius operante formetur. Per &c.

89 Vere dignum. Cujus propitiationem in  
hac primum parte sentimus, quum ea, quæ  
tibi sunt placita, & nobis salutaria deside-  
ramus appetere. Dum enim sine te nihil re-  
cti

80 Sequentia inserta sunt orationi post com-  
munionem communem pro vivis & defunctis, quæ  
item legitur in Missis Quadragesimæ.

81 Ex hoc & similibus locis, in quibus Romani  
Rectores, vel Principes plurali numero appel-  
lantur, non nemo collegit, hoc Sacramentarium  
compactum fuisse eo tempore, quo duo Imperatores  
regnabant, alter in Oriente, alter in Occi-  
dente. Sed quam hæc ratio sit imbecillis, ex eo  
patet, quod eadem formulæ leguntur etiam in  
nonnullis orationibus Sacramentarii Gelasiani li-  
bro III. Etenim num. 59. orat. 3. *Romani Im-  
perii propitiare Principibus*, n. 6. orat. 2. *Propi-  
tius Romani nominis esto Principibus*, & in se-  
creta: *Romani Imperii defende Rectores*, & n. 61.  
orat. 1. *Romani Imperii adesto Rectoribus* &c.  
Hæc quidem orationes lucubrari potuerunt sub  
duobus Imperatoribus; at in Sacramentarium re-  
ferri potuisse etiam post sublatum ultimum Occi-  
dentis Imperatorem, demonstrat Sacramentarium  
Gelasii, quo Pontifice unus Imperator in Orien-  
te dominabatur.

82 Inter orationes quotidianas postrema est in

codd. Gregor. Muratorii.

83 Sacrament. Greg. Menardi & Missale Roma-  
næ hanc orationem præferunt fer. v. post Pascha.

84 Cod. *caveamur*, male.

85 Cod. *sumere*, quod retineri posset, cum  
*plebs* multitudinem significans, pluralem nume-  
rum recipere possit. At infra coherentem legen-  
dum esset *custodiant*. Mox pro *simul* codex ha-  
bet *sibi*.

86 Codd. Gregor. Muratorii hanc orationem  
interferunt postremæ Missæ dierum quotidianarum.

87 Nota marginalis in MS. *Fontem vite toto  
corde diligendum, idest Christum Redemptorem no-  
strum*. Hæc præfatio est in codd. Greg. hebdo-  
mada XVIII. post Pentecosten.

88 Cod. *et eorum, quæ mansura*. Locus in  
vulgatis emendatus; sed non plane satisfacit.  
Magis placeret *ea, quæ sunt mansura*.

89 In margine codicis: *Indubitanter gratia  
(fort. gratiæ) Dei reputandum quidquid agimus  
fidei ministri*.

MENSE JULIO . ſti velle poſſimus, aut agere, aut perficere; indubitanter eſt gratiæ, quidquid convenienter operamur. Per &c.

90 90 Cæleſtia dona capientibus, quæſumus, Domine, non ad iudicium provenire patiaris, quod fidelibus tuis ad remedium providiſti. Per &c.

Adeſto, Domine, populis, qui ſacra donaria contigerunt; ut nullis periculis affligantur, qui te protectore confidunt. Per &c.

## XXVIII.

*Item alia.*

Magnificentiam tuam, Domine, prædicamus, ſuppliciter implorantes, ut qui nos imminentibus periculis exuiſti, a peccatis quoque benignus abſolvas; ut beneficia nobis majora concedas, & tuis nos facias parere mandatis. Per &c.

91 Munera nomini tuo, Domine, cum gratiarum actione deferimus, qui nos 91 ab infeſtis hoſtibus liberatos paſchale ſacramentum ſecura (*Al. placida*) tribuis mente ſuſcipere. Per &c.

92 Vere dignum. Maieſtatem tuam totis ſenſibus deprecantes, ut ſic vitia noſtra depellas, ſicut corporum ſerales extinguis inimicos; nec captivitatem, quam extrinſecus ſummoviſti, ſuſtinere nos patiaris internam. Sed ut noxia quæque diſcutias, & proſpera jugiter largiaris, ſemper nos, & quæ prava ſunt, declinare perficias, & amare, quæ juſta ſunt. Per &c.

Laudes tuas, Domine, non tacemus; quia nos a malis, quæ merebamur, expediens, bona tua præſtas celebrare lætantes. Per &c.

Da, quæſumus, Domine, fidelibus tuis in ſacra ſemper actione perſiſtere; ut qui tua miſeratione ſunt digni, fiant pietatis officio digniores. Per &c.

## XXIX.

*Item alia.*

93 93 Omnipotens & miſericors Deus, de cuius munere venit, ut tibi a fidelibus tuis digne & laudabiliter ſerviatur, tribue, ut ad promiſſiones tuas ſine offeſſione curramus. Per &c.

Suſcipe, quæſumus, Domine, munera, quæ de tuis offerimus collata beneficiis; &

MENSE JULIO . quod noſtræ devotioni concedis effici temporalis, tuæ nobis fiat præmium redemptionis æternæ. Per &c.

̄ P̄ ̄ F̄ ̄ Ē ̄ S̄ P̄

XXX.

*Item alia.*

94 94 Ne deſpicias, Domine, quæſumus, in afflictione clamantes, ſed laborantibus celeri ſuccurre placatus auxilio. Per &c.

Reſpice nos, omnipotens & miſericors Deus, & ab omnibus tribulationibus propitiatus abſolve. Per &c.

Mitte, Domine, quæſumus, Spiritum Sanctum, qui & hæc munera præſentia noſtra tuum nobis efficiat Sacramentum, & ad hoc percipiendum noſtra corda purificet. Per &c.

95 95 Vere dignum. Quia te ſine ceſſatione prædicantibus, nec adverſa prævalent, nec proſpera negabuntur. Per &c.

96 96 Sit nobis, Domine, reparatio mentis & corporis cæleſte myſterium, & cuius exſequimur actionem, ſentiamus effectum. Per &c.

Plebs tua, Domine, quæſumus, benedictionis ſanctæ munus accipiat, per quod & noxia quæque declinet, & optata reperiat. Per &c.

## XXXI.

*Item alia.*

97 97 Omnipotens ſempiternæ Deus, qui nos & caſtigando ſanas, & ignoſcendo ſervas: præſta ſupplicibus tuis, ut & tranquillitatis optatæ conſolatione lætemur, & ad correctionis effectum, dono tuæ pacis utamur. Per &c.

Preces noſtras, Domine, propitiatus admitte, & a terrenis effice contagiis expiatis, quos cæleſtibus tribuis ſervire myſteriis. Per &c.

98 98 Vere dignum. Per quem nos eruis a peccatis, a periculis exuis, & ad gaudia ſempiterna perducis. Per &c.

Quæſumus, Domine Deus noſter, ut menſæ tuæ ſanctæ libantes, non ad iudicium nobis, ſed ad præſidium ſempiternum cæleſtia dona ſumamus. Per &c.

Reſpice, Domine, propitius populum tuum; atque ad tuam miſericordiam pertinentem-

90 In Sacram. Gelaf. & in Gregor. apud Menardum legitur ſer. 111. poſt Dominicam IV. Quadrageſimæ: in codd. vero Greg. apud Muratorium, & in Miſſali Rom. ſeria v.

91 Si Hunni hic indicarentur, uti putat Aca-mius part. 2. §. 9. pax cum his a Leone inita dicenda eſſet ante Paſcha. Cur autem hac in re dubitemus, intelliges ex adnot. 7. in Diſſert. 1. Queſnelli ad an. 452. Mox *placida* eſt varians lectio.

92 In margine: *Orandum, ut vitia a nobis Deus depellat.* Dein pro *corporum* in cod. erronee eſt *quorum*.

93 Eſt in Gelafiano lib. 3. n. 8. MSS. Gregor. Muratorii Dominica XIII. poſt Pentec. in Miſſali autem Rom. Dominic. XII.

94 Fere eadem invenitur in codd. Gregor. in ſerie orationum *pro peccatis*, & in Miſſali Rom. inter orationes communes *pro quacumque tribulatione*.

95 Nota marginalis in cod. *Adverſa repelli, proſpera miniſtrari.*

96 In Miſſali Rom. legitur Dominica VIII. poſt Pentec. ac in die S. Valentini 14. Febr. In Sacram. Greg. Muratorii Domin. IX. poſt Pentec. apud Menardum vero die S. Valentini.

97 Exſtat in cod. Gelafii lib. 3. n. 37. in MSS. Gregor. & Pamel. ac in Miſſali Romano *ad repellendam tempeſtatem*.

98 In margine cod. *A peccatis ſive periculis nos Chriſtus redemit.*

MENSE JULIO. nentes & temporalibus 99 (*Al. presentibus*)  
sustenta beneficiis, & aternis (*Al. futuris.*)  
99 Per &c.

*Orationes matutinae, vel ad vesperum.*

1 Deus, qui diem discernis & noctem, actus nostros a tenebrarum distingue caligine; ut semper, quæ sancta sunt, meditates, in tua jugiter luce vivamus. Per &c.

Annue, Domine, precibus nostris, & tuis servitiis inhærentes, pervigili protectione custodi. Per &c.

Domine Deus noster, diurno labore fatigatos soporis quiete nos refove; ut adjuti necessario fragilitatis auxilio, & corpore tibi simus & mente devoti. Per &c.

Propitiare, Domine, quærentibus misericordiam tuam, & statum Romani nominis ubique defende, 2 (*Al. & Romani nominis ubique protege Principatum*) ut pax salusque perpetua tuorum possit vigere populorum. Per &c.

*Item ad vesperum.*

3 Quæsumus, Domine Deus noster, diei molestias noctis quiete sustenta; ut necessaria temporum vicissitudine succedente, nostra reficiatur infirmitas. Per &c.

Exaudi nos, omnipotens sempiterne Deus; & ne sine terminis operum fragilitas humana deficiat, ipsa mutabilium rerum varietate nos refove. Per &c.

Adesto, Domine, precibus nostris, & die noctuque protege; ut quibuslibet alternationibus temporum tua semper incommutabilitate 4 firmemur. Per &c.

XXXII.

*Item alia.*

5 Respice propitius, Domine, quæsumus, afflictionem populi tui; & ne ad perdendum peccata nostra prævaleant, 5 sed ad salvandum nos tua potius misericordia copiosa prævincat. Per &c.

Propitius intueri munera, Domine, quæsumus, quæ tuis altaribus exhibemus; ut quod nostra fragilitate defertur, tua virtute facretur. Per &c.

P̄ F̄ C̄

6 Summus, Domine, sacri dona mysterii, humiliter deprecantes, ut quæ in tui commemoratione nos facere præcepisti, in *Tom. II.*

nostræ proficiant infirmitatis auxilium. Per &c. MENSE JULIO.  
Rege, Domine, quæsumus, tuorum corda fidelium; & ut bona tua, te largiente, percipiant, ipsorum primitus bonas esse concede (*Al. effice*) voluntates. Per &c.

XXXIII.

*Item alia.*

7 Omnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & caritatis augmentum; & ut mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis. Per &c.

Deus, qui plenitudinem mandatorum in tua & proximi dilectione posuisti: hanc nobis gratiam largire propitius; ut quia in multis offendimus, tua caritas abundet in nobis, per quam peccata mundantur. Per &c.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, oblationes familiæ tuæ propitius intende, ut hæc piæ devotionis obsequia & rectores sanctificent & regendos. Per &c.

Deus, qui 8 fideles tuos ad veram innocentiam pervenire, fac nos per indulgentiam tuam illius participes sanctitatis, quæ nec sibi noxia, nec cuiquam inveniatur adversa. Per &c.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, da servis tuis hunc caritatis affectum, ut bona pro malis reddere tuo incitentur exemplo, & de inimicis suis correctione magis cupiant, quam ultione gaudeant. Per &c.

Propitiare, Domine, supplicum votis, & populi tui oblationibus precibusque susceptis, omnium nostrum ad te corda converte. Per &c.

P̄ F̄ Ē

*Incipiunt preces diurnæ cum sensibus necessariis.*

XXXIV.

Omnipotens sempiterne Deus, Romanis auxiliare Principibus, ut tua virtute roboratis, omnis hostilitas nec viribus possit prævalere, nec fraude. Per &c.

9 Nostris, quæsumus, Domine, propitiare temporibus; ut tuo munere dirigantur & Romana securitas & devotio christiana. Per &c.

Supplices, Domine, deprecamur, ut per hæc dona sacrificii singularis, & abolitio peccatorum, & tua nobis sanctificatio præbeat. Per &c.

10 Vere dignum. Qui ineffabilibus modis hostes nostros etiam in tuam pateris contumeliam profilire; ut quia nos de eorum  
G sævi-

99 *Præsentibus*, & dein *futuris* sunt variantes lectiones.

1 Exstat in Gelaf. lib. 3. n. 84.

2 Uncis inclusa ex varianti lectione a Collectore textui inserta.

3 Hæc est penultima orationum vespertinalium in MSS. Gregor. Muratorii.

4 Cod. *firmetur*, perperam.

5 *Sed* abundat.

6 Est in Missali Rom. inter communes orationes pro *quocumque necessitate*.

7 Hanc exhibet codex Gelaf. lib. 3. n. 9. in Gregor. Muratorii Dominica XIV. post Pentec. apud Menardum Domin. XV. in Missali Rom. Domin. XIII.

8 Cod. *fidelium tuorum*. Ex contextu autem patet legendum *fideles tuos*, vel addendum *corda*, aut *mentes*.

9 Invenitur in codd. Muratorii inter orationes quotidianas.

10 Nota marginalis: *De contumelia hostili, quæ ad correctionem fidelium constat.*

73  
savitia vindicari pro nostris actibus non me-  
remur, dum ad ultionem tuam rediguntur in-  
juriam, nobis licet improbis consulatur; te pa-  
riter admonente, quum peccatoribus ista præ-  
sententur, quanta possis ministrare correctis,  
Per &c.

Tua nos, quæsumus, Domine, miseratio  
gloriosa purificet, & dignos, quibus sua be-  
neficia præstet, efficiat, Per &c.

Fidelem populum, quæsumus, Domine,  
potentiæ tuæ muniat invicta defensio, san-  
ctumque sibi cælesti dispensatione percipiat;  
ut pio tibi semper devotus affectu, & ab in-  
festis liberetur inimicis, & in tua jugiter  
gratia perseveret, Per &c.

XXXV.

*Item alia.*

Supplicandi tibi, quæsumus, Domine, da  
nobis sine cessatione constantiam; ut quos  
non deseris in tribulatione subjectos, copio-  
sius foveas majestatem tuam jugiter exoran-  
tes. Per &c.

Præsta, quæsumus, Domine, ut hac obla-  
tione mundati, sumamus & deprecandi fidu-  
ciam, & gratiam, quæ justa (*Al. bona*) sunt,  
impetrandi. Per &c.

*In jejunio,*

Vere dignum. Tantoque propensius age-  
re, quod pro nostro modulo nitimur opera-  
ri, quanto jejunii & orationibus <sup>11</sup> spera-  
mus consequi nos posse, quæ poscimus; præ-  
sertim dum præstitorum testificatio spem tri-  
buat petendorum. Per &c.

Domine Deus noster, qui salutaria & præ-  
vides solus & tribuis: tu, quæsumus, &  
mentibus nostris largire semper <sup>12</sup> affectum  
tuam misericordiam postulandi, & quæ no-  
bis sunt utilia, placatus intende. Per &c.

Exaudiat vos Dominus Deus noster, &  
pro sua quemque necessitate clamantem be-  
nignus aspiciat; solatia propitius administret,  
quæ humana poscit infirmitas; peccata, quæ  
adversantur, avertat; pariterque corporibus  
vestris & mentibus semper profutura conce-  
dat. Per &c.

XXXVI.

*Item alia.*

Domine Deus noster, quæsumus, conce-  
de propitius, ut Ecclesia tua jugiter & re-  
ligione crescat & pace. Per &c.

Conciliet nobis misericordiam tuam, Do-  
mine, munus oblatum, nostræque simul pro-  
tectioni proficiat & saluti. Per &c.

13 Vere dignum. Qui non solum pec-  
cantibus nobis veniam tribuis, sed hostibus  
nostris potenter obsitis; & quos perpeti,  
malis operibus, promeremur, magnifica pie-  
tate depellis, ut nos ad tuam reverentiæ  
cultum & terrore cogas & amore perducas,  
Per &c.

14 Tantis, Domine, repleti muneribus,  
ut salutaria semper dona capiamus, præsta,  
quæsumus, ut a tua numquam laude cesse-  
mus. Per &c.

Porrige, quæsumus, dexteram, Domine,  
populo deprecanti; & cui tribuis supplican-  
di benignus affectum, præbe placatus auxi-  
lium; ut te ductore confidens, & mala cun-  
cta declinet, & omnia, quæ bona sunt,  
apprehendat. Per &c.

XXXVII.

*Item alia.*

Omnipotens sempiterne Deus, Ecclesiæ  
tuæ concede propitius ut mortiferis (<sup>15</sup> *Al. sa-  
crilegis*) oblectationibus amputatis, æternita-  
tis tuæ potius delectatione lætetur. Per &c.

Auxiliare nobis, misericors Deus, & ut  
cunctos hostes expugnare possimus, præsta,  
quæsumus, ut nostros vincamus errores.  
Per &c.

Repelle, Domine, quæsumus, a nobis sa-  
crilegas voluntates, & tribue, ut divina  
(*Al. beata*) mysteria castis jucunditatibus ce-  
lebremus. Per &c.

16 Vere dignum. Suppliciter exorantes,  
ut omnis a nostro discedat corde profanitas,  
& quod professione respuimus, actione vi-  
temus: quia nimis est execrandum, ut quum  
vanæ superstitionis ipsos quoque removeris  
sectatores, a fidelibus tuis diabolica figmen-  
ta tractentur: <sup>17</sup> quia hoc ipso pravi spiri-  
tus *sectatores* non dubium est, quod factis  
probantur & diætiis, labem moribus irroga-  
re, dum scilicet vel aguntur crimina, vel  
canuntur. Promptiusque debemus, omni ri-  
tu pestiferæ vetustatis abolito, cælestis vitæ  
novitate gaudere: quia tunc propitiatio su-  
perna non deerit, si, cunctis abominatio-  
nibus abdicatis, ad veram Divinitatis saluta-  
ria mandata currentes, laudes ejus sancta  
voce cantemus. Per &c.

Lætificet nos, quæsumus, Domine, Sa-  
cramenti veneranda solemnitas, pariterque  
mentes nostras & corpora & spiritali fan-  
ctifi-

11 Cod. *expiemur.*

12 Cod. *effectum.*

13 Notatio in marg. cod. *Omne adversum ad correctionem pertinet.*

14 Est in MSS. Gregor. Muratorii, & in Mis-  
sali Rom. Dominica prima post Pentecosten.

15 *Sacrilegis* varians lectio prima manu textui  
inserta; secunda vero *sacrilegiis*, quæ est varians  
lectio substantivi *oblectationibus*. Hæc Missa vi-  
detur esse contra spectacula, ut innuunt illa præ-

fationis: dum scilicet aguntur crimina, vel ca-  
nuntur. Concinnat quæ S. Leo differit serm. 84.  
cap. 1.

16 In margine codicis: *Orandum, ne profanitas in nobis subripiat.*

17 Cod. mendote: *qui hoc ipso pravi spiri-  
tus, non dubium est.* Blanchinii emendationem  
a Muratorio receptam retinimus, licet alia for-  
te melior correctio subsit.





*Item alia .*

Omnipotens sempiterne Deus , tota nos ad te mente converte ; ut qui talia dona præstas immeritis , præbeas majora devotis . Per &c.

Hostias tibi , Domine , laudis offerimus , qui nos & præsentibus simul bonis cumulas & futuris . Per &c.

27 Vere dignum . Qui quum desidiosus & duris operariis immensa præsidia largiaris , quanta toto tibi corde subjectis conferre possis , ostendis ; & dum hæc largiris indignis , dignos fieri , quibus meliora tribuantur , hortaris . Per &c.

Gratias tibi referimus , Domine , qui nos a temporalibus facis respirare pressuris , ut ad gaudia sempiterna promoveas . Per &c.

Perfice , Domine , misericordias tuas populo supplicanti ; quem tuorum largitate donorum , & instantius gratiam postulare majorem , & fiducialius sperare concedis . Per &c.

XLII.

*Item alia .*

Respice , Domine , quæsumus , afflictionem populi tui ; & ab omnibus necessitatibus liberatum , secunda tribue tibi mente servire . Per &c.

Latifica nos , Domine , quæsumus , consolationibus tuis ; & ut nobis dona cælestis gratiæ largiaris , veniam propitiatus impende . Per &c.

Devotionem , quæsumus , Domine , nostræ mentis informa ; ut cum oblationibus hostiarum purum tibi pectus exhibeat . Per &c.

28 Vere dignum . Qui Ecclesiam tuam & fovere beneficiis , & non desinit exercere promissis ; ut dum postulata concedis , confidentius facias speranda deposci : gratiarumque etiam actiones , etiam si jugiter offerantur , sine cessatione debeamus ; quum & præditorum præconia non tacentur , & de præstantibus necessarie supplicatur . Per &c.

Vivificent nos , Domine , tui munera Sacramenti , ut divina participatione semper mereamur augeri . Per &c.

Famulos & famulas tuas , quæsumus , Domine , propitius intueri ; ut ea semper cu-

piant , quæ tibi placita , & ea semper , quæ sunt eis salubria , consequantur . Per &c. MENSE  
JULIO .

XLIII.

*Item alia .*

Adesto , Domine , plebi tuæ , & in tua misericordia confidenti opem tuæ propitiationis impende . Per &c.

Ad aures misericordiæ tuæ , Domine , supplicum vota perveniant ; & ut possimus impetrare quæ poscimus , fac nos semper tibi placita postulare . Per &c.

Purifica nos , Domine , iisdem , quibus servitium dependimus , Sacramentis ; ut oblatio tibi nostra sacrificium pariter reddatur & actio . Per &c.

29 Vere dignum . Quia tu semper in nostra perficiens infirmitate virtutem , Ecclesiam tuam inter adversa crescere tribuisti ; ut quum putaretur oppressa , tunc potius exaltata prævaleret : dum simul & experientiam fidei 30 declarat afflictio , & per te superata vitæ præsentis efficit gloriosam . Per &c.

Cælestis vitæ munere vegetati , quæsumus , Domine , ut quod est nobis in præsentia vita mysterium , fiat æternitatis auxilium . Per &c.

Præsta famulis tuis , Domine , abundantiam protectionis & gratiæ . Da salutem mentis & corporis . Da continuæ prosperitatis augmenta ; & tibi semper fac esse devotos . Per &c.

XLIV.

*Item alia .*

Omnipotens sempiterne Deus , Romani nominis defende Rectores , ut in tua dextera confidentes , fiant cunctis hostibus fortiores . Per &c.

Da , quæsumus , Domine Deus noster , gratiæ tuæ donis & justificari nos semper & instrui , quos quotidianum tibi sacrificium præcipis exhibere . Per &c.

31 Vere dignum . Qui ideo præsentium rerum prospera plerumque suspendis , ne his retenti , cælestia non quæramus ; & tunc eadem magis benignus impendis , quum hæc in tui nominis cultum transferimus promittes . Per &c.

Majestati tuæ , Domine , debitas laudes offerimus , qui nos & temporalibus subsidiis refoves , & 32 pascis æternis . Per &c.

33 Esto , quæsumus , Domine , propitius plebi tuæ , ut de die in diem , quæ tibi non placent , respicientes , tuorum potius repleantur

27 Alia nota marginalis : *Præsidia divina semper adesse duris & desidiosis operariis , idest nobis .*

28 Item in margine : *Ecclesiam suam Dominus semper fovet , & non desinit exercere promissis .*

29 Alia marginalis notatio : *Ecclesia Dei , cum putatur oppressa , tunc potius exaltata prævalet .*

30 Cod. declinat . Blanchinius emendandum credidit declinat . Correctio Muratorii magis placuit .

31 In marg. codicis : *Suspenduntur nobis prospera , ut velocius cælestia ambiamus .*

32 Cod. secunda manu *pacis æternæ* , prima

vero *pacis æternis* : quæ correctionem indicant .

33 Hæc oratio usque ad *mandatorum* est in MSS. Greg. Muratorii , ac in Romano Missali fer. v. post Dominicam Passionis , ubi tamen pro *dilectionibus* habetur *delectationibus* . Hinc etiam confirmatur lectio nostri codicis *respuentes & repleantur* , & consequenter *gubernati proficiant* , ut ne opus sit corrigere *respuens* , *repleatur* , *gubernata proficiat* , quam correctionem Muratorii recepit . *Plebs* enim multitudinis nomen cum adjectivis ac verbis pluralis numeri jungi potest .

MENSE JULIO. tur dilectionibus mandatorum ; & mortalis vitæ consolationibus gubernati proficiant ad immortalitatis effectum. Per &c.

## X L V.

*Item alia .*

Custodi, Domine, populum tuum, & ut eidem perpetuam misericordiam largiaris, tuo semper nomini fac devotum. Per &c.

Auxiliare, Domine, supplicibus tuis, ut opem tuæ gratiæ consequantur, qui in tua pietate confidunt. Per &c.

Deus, qui mysteriorum tuorum dignanter operaris effectus, præsta, quæsumus, ut sacris apta muneribus fiant nostra servitia. Per &c.

34 Vere dignum. Qui humanum genus iusta sinceraque decernis societate constare : & ideo cuncta refutando, docuisti, quæ præpediunt æquitati, quia per hæc turbatur tranquilla concordia : injustitiamque præcipis esse vitandam, ut unanimitas inoffensa permaneat ; nobisque est magnopere festinandum, ut, quæ tibi non placent, renuentes, ea potius appetamus, quibus possimus habere placatum. Per &c.

Subsidio nostræ salutis accepto, supplices, Domine, te rogamus, ut quos tanti mysterii tribuis esse consortes, eisdem dignos efficias. Per &c.

Adesto, Domine, propitius plebi tuæ ; & ut eam perpetua bonitate non deseras, piis operibus indefinenter exerce : quia omnia dona præstabis, quibus concesseris religionis augmentum. Per &c.

## MENSE AUGUSTO.

I IV. Nonas Augusti.

*Natale Sancti Stephani  
in cœmeterio Callisti Via Appia.*

XVIII.

2 Omnipotens sempiterne Deus, qui primitias Martyrum in sancti Levitæ Stephani sanguine dedicasti, tribue, quæsumus, ut pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus supplicavit. Per &c.

3 Offerimus hostias nomini tuo, Domine, quantum de nostro merito 3 trepidi, tantum de Sanctorum tuorum suffragiis confidentes. Præsta, quæsumus, ut nobis & veniam conferant & salutem. Per &c.

Vere dignum. Tuæ etenim, Domine, vi-

MENSE AUGUST. toriæ celebrantur, tuorum prædicatur potentia triumphorum, quoties sanctorum Martyrum solemnia recoluntur ; quia tu in eis & fortitudinem dimicandi, & palmam fecisti florere iustitiæ. Inter quos beatus Levita Stephanus gloriosus effulsit. Quem Sancto Spiritu redundante non solum operum qualitas indicabat, sed tantum etiam cælestis magnificabat gloriæ claritudo, ut eam persequentium cernere non posset intuitus. Qui sic in ministrando strenuus & fidelis apparuit, ut eidem apostolicarum committeretur prærogatio sancta mensarum. Ita castitate pariter & largitate præcipuus, ut viduarum curam misericors & pudicus exeret. Eatenus divinis instructus eloquiis, ut palam concilia vinceret Judæorum ; in tantum Filii tui confessione inflammatus, ut post ejus Crucem primus susciperet passionem. Ita regna cælestia mente jam penetrans, ut adhuc constitutus in terris, stantem a dextris virtutis tuæ ipsum, pro quo lapidabatur, intenderet ; & cælo vim faciens, quam nomine præferbat, meritis præriperet jam coronam. Per &c.

Lætatur, Domine, tuorum celebritate Sanctorum. Præsta, quæsumus, ut quos veneramus obsequio, adesse nobis sentiamus auxilio. Per &c.

Da quæsumus, Domine, fidelibus tuis hunc caritatis affectum ; ut Sanctorum tuorum celebritate ferventes, nullis adversitatibus affligantur ; sed salutaribus proficiant institutis, vitalibusque præidiis adjuventur. Per &c.

## II.

*Item alia .*

4 Omnipotens sempiterne Deus, qui Sanctorum virtute multiplici Ecclesiæ tuæ sacrum corpus exornans, primitias Martyrum gloriosi Levitæ Stephani sanguine dedicasti : da nobis diem Natalis ejus honore præcipuo celebrare : quia non diffidimus eum fidelibus tuis specialiter suffragari, qui dominicæ caritatis imitator, etiam pro persecutoribus exoravit. Per &c.

Præsta nobis, quæsumus, Domine Deus noster, ut, sicut in tuo conspectu mors est pretiosa Sanctorum, ita ejus merita venerantium accepta tibi 5 reddatur oblatio. Per &c.

Vere dignum. Quoniam non solum nobis

34 Notatio marginalis: *Refutanda cuncta quæ præpediant æquitati.*

1 Sic codex. Muratorius cum vidisset subjectas Missas S. Stephani Protomartyris, cujus Inventio III. Nonas agit, edidit III. Nonas. At titulus IV. Nonas Augusti Natale S. Stephani in cœmeterio Callisti via Appia, concinens cum Indiculo Bucheriano, refertur ad S. Stephanum Papam & Martyrem in cœmeterio Callisti sepultum, cujus quidem Missam hac die præfert Sacramentarium Gregorianum. Perperam autem Collector huic titulo S. Stephani Protomartyris Missas subiecit, quas post diem Natalis Domini adhibitas ipsa præfatio Missæ VII. ostendit, ut in Præfatione

Sacramentario præmissa observavimus n. 8. Plura in his S. Stephani Missis, præfertim præfationes, Leonis stilum & spiritum exhibent.

2 Sacramentaria Gelas. & Greg. hanc orationem præferunt die 26. Decembris: Romanum vero Missale in Octava die 2. Januarii.

3 Cod. *trepidantium*. Emendationem Blanchinii recepimus.

4 Hæc oratio legitur in Missali Gothico Card. Thomasi n. 5.

5 Cod. perperam hoc loco habet *reddat*. Correximus ex eadem oratione repetita inferius Missa IV. Muratorius ex ingenio emendavit *acceptam tibi reddant oblationem*.

MENSE  
AUGUST.

bis tu per Jesum Christum Dominum adoptionis tuæ filiis contulisti, ut ille tristis aculeus sævientis inferni, & qui ejus acceperat potestatem, diabolus calcaretur; morsque pœnaliter contracta peccato, dum pro justitia toleratur, transfret ad præmium; tantumque superabundantis gratiæ tuæ largitas emineret, ut non solum hoc in ipso nostræ redemptionis auctore, sed etiam in eum credentium confessione perciperet humana substantia; hujusque muneris victoriæque principium, sanctus Stephanus novi testamenti Levita primus & Martyr iniquaret post Domini passionem. Per &c.

## III.

*Item alia.*

Propitius tribue, Domine, ut hac oblatione mundemur, pro qua Sancti tui, inter supplicia 6 dimicando (*Al. confitendo*) sempiternam gloriam sunt adepti. Per &c.

Vere dignum. Tu enim nobis hanc festivitatem beati 7 (*Al. sancti*) Stephani passionem venerabilem consecrasti; cui tantum gratiæ Spiritus Sanctus infudit, ut levitici primus officii pietatis operarius dispensatione mensarum, viduarum gubernaculo castitatis exemplum, clarus virtute signorum, verbi tui potentia 8 perfidiam destruens Judæorum, lapidantibus veniam fervore caritatis implorans, cælorum sibi patente secreto, a dextris virtutis immensæ filium hominis cerneret constitutum, 9 regnumque Domini Salvatoris, nondum consummato certamine, palam solus aspiceret, quod Sanctis omnibus ostensum est post agonem. Per &c.

## IV.

*Item alia.*

10 Omnipotens sempiternæ Deus, qui primitias Martyrum gloriosi Levitæ Stephani sanguine dedicasti: da nobis, diem Natalis ejus honore præcipuo celebrare: quia non diffidimus eum fidelibus tuis specialiter suffragari, qui dominicæ caritatis imitator, etiam pro persecutoribus supplicavit. Per &c.

Donorum omnium, Deus, auctor atque largitor, qui Sanctorum virtute multiplici Ecclesiæ tuæ sacrum corpus exornas: da, eum in iporum defensionem prece membrorum, de quorum excellentia gloriatur. Per &c.

11 Præsta nobis, quæsumus, Domine Deus noster, ut sicut in conspectu tuo &c.

MENSE  
AUGUST. Vere dignum. Quoniam tu nobis non solum per Jesum Christum Dominum contulisti, ut ille tristis aculeus evidentis inferni, & qui ejus acceperat potestatem, diabolus calcaretur; sed ut hoc etiam in eodem Filium tuum credentium confessione &c. 12

## V.

*Item alia.*

13 Propitius tribue, Domine, quæsumus, ut hac oblatione &c.

Vere dignum. Tu enim nobis hanc festivitatem &c. 14

## VI.

*Item alia.*

Offerendorum tibi munerum, Deus, auctor & dator, præsta, ut 15 sacrificium, quod sanctis Martyribus in persecutione contulit claritatem, nobis fiat in devotione præsidium. Per &c.

Vere dignum. In die solemnitate hodiernæ, qua sanctus Stephanus primitivus tuæ fidei candidatus, ob hoc infidelium persecutione lapidatus est, ut confessionis sacræ lapis vivus existeret; & quod insigni decoratus vocabulo præferbat, impleteret coronam martyrii. Per &c.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui in terrena substantia constitutos divina tractare concedis: præsta, deprecantibus Sanctis tuis, ut eadem consequamur conversatione cælesti. Per &c.

Conserva, quæsumus, Domine, filiorum tuorum tibi subditam servitutem; ut intervenientibus Sanctis, tua redemptione sint digni, tua semper gratia sint repleti. Per &c.

## VII.

*Item alia.*

16 Deus, qui nos Unigeniti tui clementer incarnatione redemisti, da nobis patrocinia tuorum continuata Sanctorum, quibus capere valeamus salutaris mysterii portionem. Per &c.

17 Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut beatus Stephanus Levita magnificus, sicut ante alios imitator dominicæ passionis & pietatis enituit, ita sit fragilitatis nostræ promptus adjutor. Per &c.

Inter nostræ redemptionis miranda beneficia, & sanctorum Martyrum gloriosa solemnia,

6 In Missa V. ubi eadem hæc oratio cum præfatione repetitur, pro *dimicando* legitur *dimicantes*, nec varia lectio *confitentes* pro *confitendo* adjicitur.

7 *Sancti* varians lectio codici inserta. Mox in præfatione Missæ V. *passione sacrasisti, cui tantam gratiam*.

8 In præfatione Missæ V. *Judaicam destruens constanti voce perfidiam, lapidantibus veniam Christi verus sectator implorans*.

9 *Codex hic regnum*. In præfatione autem Missæ V. *premiunq; suum, nondum, & paullo post ostenditur*.

10 Hæc oratio constructa partim ex prima oratione Missæ I. partim ex oratione prima Missæ II.

11 Rursus hic adducitur secunda oratio Missæ II.

12 Sequitur præfatio Missæ secundæ.

13 Vide supra orationem primam Missæ tertiæ.

14 Resumitur præfatio Missæ III. ubi hujus variantes dedimus.

15 Vox *sacrificium* addita est ex simili oratione Missæ I. in Natali S. Xysti.

16 Est in Sacramentariis Gregorianis die 26. Decembris.

17 Legitur in Sacram. Gelasii lib. 1. n. 6.

MENSE  
AUGUST.

lemnia, cum muneribus, Domine, tuæ laudis occurrimus, agentes gratias & de remedii largitate & de provisione suffragii. Per &c.

18

18 Vere dignum. Beati Stephani Levitæ simul & Martyris Natalitia recolentes; qui fidei, qui sacræ militiæ, qui dispensationis & castitatis egregiæ, qui prædicationis mirabilis, qui constantiæ, qui confessionis ac patientiæ nobis exempla veneranda proposuit; & ideo nativitatem Filii tui merito præ ceteris, passionis suæ festivitate subsequitur, cujus gloriæ sempiternæ primus Martyr occurrit. Per &c.

## VIII.

*Item alia.*

Hollias, Domine, suppliciter immolamus; in sanctis nobis collata Martyribus salutaris tui subsidia prædicantes. Per &c.

Vere dignum. Tu es quippe mirabilis in Sanctis tuis; & ideo licet in singulis, quæ ad cultum Divinitatis aspiciunt, competens debeamus officium; in cunctis tamen te sine dubio prædicamus, quem in beatorum triumphis Martyrum mirabilia cuncta pronuntiant. Per &c.

19

19 Gratias agimus, Domine, multiplicatis circa nos miserationibus tuis, qui & Filii tui nativitate nos salvas, & Martyrum beatorum deprecatione sustentas. Per &c.

Deus, generis institutor & reparator humani, præsta, quæsumus, ut plebs tua & Sacramentis instructa salutaribus, & fulta præfidiis, sic præsentia dona percipiat, ut capere mereatur æterna. Per &c.

## IX.

*Item alia.*

Da, quæsumus, omnipotens Deus, ut sicut per cuncta mundi spatia Martyrum tuorum facis victorias propagari, sic, te auxiliante nobis, eorum sentiamus ubique præsentiam. Per &c.

20

20 Grata sint tibi, Domine, munera, quæsumus, devotionis hodiernæ, quam beati Stephani Martyris tui commemoratio gloriosa depromit. Per &c.

21

Vere dignum. Hac festivitate lætantes, qua 21 dicatam nomini tuo basilicam beatus Stephanus Martyr suo honore signavit, Levita venerandus, castitatis exemplum, fidelis apostolicæ dispensator alimonix, novi testamenti inter contradicentes promptus assertor, primus cælestis martyrii dedicator. Per &c.

Et sacramentis tuis, Domine, & gaudiis optatæ celebritatis expleti, quæsumus, eorum

nobis precibus dent medelam, quorum recordationibus exhibentur. Per &c. MENSE  
AUGUST.

22

22 Protegat, Domine, quæsumus, populum tuum & participatio cælestis indulta convivii, & deprecatio collata justorum. Per &c.

23 VIII. Idus Augusti.

23

*Natale Sancti Xysti  
in cæmeterio Callisti:  
et Felicissimi & Agapiti  
in cæmeterio Prætextati, Via Appia.*

Deus omnium fortitudo Sanctorum, qui illis ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratiæ contulisti: nostris, quæsumus, veniam concede peccatis, ut eorum solemniam digne celebrare possimus. Per &c.

Offerendorum tibi munerum auctor & dator, præsta, ut hoc sacrificium singulare, quod Sanctis tuis in passione contulit claritatem, nobis tribuat in devotione præsidium. Per &c.

Vere dignum. Quoniam inter innumeras toto mundo Martyrum palmas, quibus Urbis hujus præcipue coronatus est ambitus, etiam hunc nobis venerabilem diem beati Xysti Sacerdotis & Martyris tui sanguine consecrasti. Per &c.

## II.

*Item alia.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui Sanctis tuis, non solum credere in Filium tuum, sed etiam pro eodem pati posse donasti: nostræ quoque fragilitati divinum præstende subsidium, ut misericordiam sempiternam, pro qua illi felices animas exhalarunt, nos saltem sincera confessione mereamur. Per &c.

Magnificasti, Domine, Sanctos tuos suscepta passione pro Christo. Præsta, quæsumus, ut nos etiam suppliciter celebrata purificet. Per &c.

Vere dignum. Natalem diem sancti Martyris & Sacerdotis tui Xysti debita festivitate recolentes, qui apostolici Pontificatus dignus in sua ætate successor, & passione fortissimus imitator, persecutoris gladium in trepida cervice suscepit; gaudens pro eo se capite truncari, a quo non possit abscindi. Per &c.

## III.

*Item alia.*

Tribue, quæsumus, Domine, Sanctos tuos & jugiter orare pro nobis, & semper clementer audiri. Per &c.

San-

18 Hæc præfatio est in codd. Gregor. Pamelii & Menardi, nec non in calce MS. Ottonboniani apud Muratorium pag. 292. tom. 2.

19 Exhiberur in Sacram. Gelas. lib. 1. n. 6. & in codd. Gregor. Pamelii ac Menardi.

20 Est in iisdem Sacramentariis Gelas. n. 6. & Gregor. apud Pamelium.

21 Indicari viderur perantiqua basilica S. Stephani in monte Cælio, quam a Simplicio Papa

dedicatam Pontificalis liber tradit. Codex mendose quo dicata nomini tuo basilica.

22 Legitur in Sacram. Greg. Menardi, & in Missali Rom. die 27. Sept. Natali SS. Cosmæ & Damiani.

23 In Indiculo Bucheriano VIII. Idus Augusti Xysti Papæ in Callisti, & Prætextati (corrigere ex nostro Sacramentario & in Prætextati) Agapiti & Felicissimi.

MENSE AUGUST. Sancta tua nobis, Domine, quæsumus, intervenientibus qui tibi placere, proficiant ad salutem, nec reatus mortalitatis reddat indignos, quos tua redemptio præstat innocuos. Per &c.

24 Vere dignum. In die festivitatis hodiernæ, qua beatus Xystus pariter Sacerdos & Martyr devotum tibi sanguinem exultanter effudit: qui ad eandem gloriam promerendam doctrinæ suæ filios incitabat, & quos erudiebat hortatu, præveniebat exemplo. Per &c.

Da nobis, Domine, fidei tuæ miseratus augmentum; ut quæ sanctos Martyres tuos usque ad sanguinem retenta glorificat, nos etiam iustificet, veraciter hanc sequentes. Per &c.

25 Adfint nobis, Domine, patrocina tibi grata Sanctorum, & quæ pro illorum solemnitate deferimus, eorum commendet oratio. Per &c.

Vere dignum. Qui sancto Martyri tuo Xysto, ac præcipuo Sacerdoti, non solum propriæ passionis triumphum, sed ut etiam subjectis sibi ministris Ecclesiæ proficeret, contulisti. Gloriosum denique virum nec inferior beatitudo discipuli, nec tardior est sequuta victoria. Per &c.

## IV.

*Item alia.*

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, & intercedentibus Sanctis tuis, ab hostium nos defende propitiatus incurfu. Per &c.

Suscipe, Domine, munera passionibus tuorum dicata Sanctorum, & quæ illis inter persecutiones fortitudinem ministrarunt, nobis præbeant inter adversa constantiam. Per &c.

Vere dignum. Qui Sanctum Xystum Sedis apostolicæ Sacerdotem hodierna die felici martyrio coronasti. Pro quibus operibus tuis atque muneribus, multiplici gratiarum actione lætantes, hostias tibi laudis offerimus. Per &c.

Prodest quidem, Domine, continuata censura peccantibus. Sed temperetur, quæsumus, tuorum intercessione Sanctorum; ut non deficiamus infirmi, sed per tuam gratiam possimus nos emendare correpti. Per &c.

Defende, quæsumus, Domine, plebem tuam, in sola tuæ misericordiæ venia confidentem; & intervenientibus Sanctis tuis, quidquid eidem debetur pro castigatione delicti, transeat ad consolationis effectum. Per &c.

24 Exstat in Sacrament. Greg. apud Menardum, & inter præfat. codicis Ottob. Greg. apud Muratorium tom. 2. p. 328.

25 Est alia Missa cum alia præfatione, licet Collector distinctum numerum non præfixerit.

26 Codd. Greg. exhibent hanc collectam die 24. Augusti in festo S. Eusebii Presbyteri. Mis-

## V.

*Item alia.*

Adesto, Domine, Martyrum deprecatione sanctorum, & quos pati pro tuo nomine tribuisti, fac tuis fidelibus suffragari. Per &c.

Domine Deus noster, tuis nos purifica sacramentis, & quorum nos tribuis interesse mysteriis, concede remediis gaudere perpetuis. Per &c.

Vere dignum. Tibi enim festiva solemnitas agitur, tibi dies sacrata celebratur, qua sancti Xysti Præfulis apostolici Natalitia prælibantes, quibus in confessionem tui nominis venerabilis ejus sanguis effusus est, annua majestati tuæ vota persolvimus. Per &c.

26 Refecti cibo potuque cælesti, Deus noster, te supplices exoramus, ut in quorum hæc commemoratione percepimus, eorum muniamur & precibus. Per &c.

Prætende, Domine, misericordiam tuam, & esto populi tui defensor & custos; ut Sanctorum tuorum veneranda solemnia securò possit frequentare conventu. Per &c.

## VI.

*Item alia.*

27 Fac nos, quæsumus, Domine, Sanctorum tuorum semper festa sectari, quorum suffragiis protectionis tuæ dona sentiamus. Per &c.

Concede, quæsumus, Domine Deus noster, ut per tua semper sacramenta vivamus: quia protegere non desitis, quos tuis semper induleris inhærere mysteriis. Per &c.

Vere dignum. Adest enim nobis sancti Sacerdotis & Martyris tui Xysti desiderata festivitas; quam annua recursione venerantes, hostias tibi laudis offerimus cum Angelis &c.

Repleti sumus, Domine, misericordia tua, & benedictione Sanctorum, & securitatis munere relevati. Per &c.

## VII.

*Item alia.*

Deus, qui nos ad sancti Pontificis & Martyris tui Xysti natalitia tribuisti pervenire lætantes: præsta, quæsumus, ut sicut securis eadem mentibus, ita dignis celebremus officiis. Per &c.

Accipe munera, Domine, quæ in eorum

fale Rom. eodem die, & alibi sæpius.

27 Idem Missale hanc orationem præfert die 9. Junii in festo SS. Martyrum Primi & Feliciani.

28 Ita codex. Magis arrideret non desistes, quod Muratorius recepit.

MENSE AUGUST. rum tibi solemnitate deferimus, quorum scimus patrociniis liberari. Per &c.

29 Vere dignum. Cognoscimus enim, Domine, tuæ pietatis effectus, quibus nos 29 adeo gloriosi Sacerdotis & Martyris tui Xysti semper honoranda solemnia, nec inter præteritas mundi tribulationes, omittere voluisti, & nunc reddita præstas libertate venerari. Per &c.

*In Natali Sanctorum Felicissimi  
& Agapiti.*

Magnificantes, Domine, clementiam tuam, supplices exoramus, ut qui nos Sanctorum tuorum frequentibus facis natalitiis interesse, perpetuis tribuas gaudere consortiis. Per &c.

Da nobis, omnipotens Deus, in Sanctorum tuorum te semper commemoratione laudare: quia refovere curabis, quos in honore tuo perseverare concesseris. Per &c.

30 30 Accepta tibi sit, Domine, sacratæ plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum, quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per &c.

Vere dignum. Qui nos sanctorum Felicissimi & Agapiti festa semper optanda fecisti celebrare gaudentes; & qui dedisti fidem inter adversa constantem, reddes beneficia, ( *Al. munera* ) libertatis. Per &c.

31 31 Præsta, Domine, quæsumus, ut quorum memoriam sacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiendo sectemur. Per &c.

Respice subditam tibi, Domine, familiam tuam, & cujus exaudire preces in mœrore dignatus es, actionem gratiarum propensius intueri. Per &c.

XXI. IV. Idus Augusti.

*Natale Sancti Laurentii.*

Deus, qui nos sanctorum Martyrum munitione conservas, da, Ecclesiam tuam digne talium celebrare solemnia, & illos tibi jugiter supplicare pro nobis. Per &c.

32 32 Vere dignum. Prævenientes natalem diem beati Laurentii, qui Levita simul Martyrque venerandus & proprio claruit gloriosus officio, & memoranda refulsit passione sublimis. Per &c.

33 33 Sumsumus, Domine, pignus redemptionis æternæ. Sit nobis, quæsumus, intervenientibus Sanctis tuis, vitæ præsentis auxilium, pariter & futuræ. Per &c.

Adesto, Domine, populo tuo, & quem  
*Tom. II.*

Sanctorum tuorum tribuis frequentationibus interesse, protectione perpetua fac securum. MENSE AUGUST. Per &c.

II.

*Item alia.*

Concede nobis, Domine, gratiam tuam in beati Laurentii Martyris celebritate multiplicem; ut de tanti agone certaminis difcat populus christianus & firma solidari patientia, & pia exultare victoria. Per &c.

Pro beati Laurentii Martyris passione veneranda, hostias tibi, Domine, suppliciter immolamus, ejus oratione placituras, pro cujus meritis offeruntur. Per &c.

Vere dignum. Et tuam magnificentiam propensius exorare, qui nobis hunc diem sancti Laurentii martyrio tribuisti venerandum: quem ita omni genere pietatis imbueas, ut idem tibi ara atque sacrificium, idem Sacerdos esset & templum. Per &c.

34 34 Satiasti, Domine, familiam tuam muneribus sacris. Ejus, quæsumus, semper interventione nos refove, cujus solemnia celebramus. Per &c.

Omnipotens sempiternæ Deus, Ecclesiæ tuæ votis propitiatus aspira; ut beati Laurentii Martyris meritis adjüvetur, cujus passione lætatur. Per &c.

III.

*Item alia.*

Magnificasti, Domine, Sanctos tuos suscepta passione pro Christo. Præsta, quæsumus, ut &c. 35

Vere dignum. Quoniam tu es omnium Sanctorum insuperabilis fortitudo, qui inter mundanæ conversationis adversa, præcipua nos beatorum Martyrum glorificatione solaris, & ad sublimia exempla patientiæ, triumpho nos sancti Laurentii, quem hodie celebramus, accendis. Per &c.

Repleti, Domine, donis tuis in tuorum festivitate Sanctorum: præsta, ut hæc sancta mysteria, quæ celebramus votis, experiamur auxiliis. Per &c.

IV.

*Item alia.*

36 36 Suscipe, quæsumus, Domine, munera pro Sanctorum tuorum commemoratione exultanter oblata; & quod illos fecit  
H pas-

29 Cod. *idea*, male.

30 In MSS. Gregor. & in Romano Missali legitur die 22. in Natali SS. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani, & alibi.

31 Existat in Rom. Missali die 1. Aug. in commemoratione SS. Machabæorum.

32 Hæc est Missa vigiliæ sub eodem titulo una cum ceteris diei festi.

33 In codd. Gregor. eadem est die 11. Augu-

si in Missa S. Tiburtii. Missale Rom. modica varietate eandem habet eodem die, & in festo S. Bartholomæi.

34 Codd. Gregor. & Missale Rom. habent hanc collectam die 18. Aug. & alibi.

35 Eadem invenitur in secunda Missa S. Xysti VIII. Idus Aug.

36 Affinis est oratio in codd. Greg. ac in Missali Rom. die 26. Dec. Natali S. Stephani.

MENSE  
AUGUST.

passione gloriosos, nos devotione reddat innocuos. Per &amp;c.

Vere dignum. Quoniam tuis donis atque muneribus, beati Laurentii Martyris passionem hodierna solemnitate veneramur, qui pro confessione Jesu Christi Filii tui, diversa supplicia, spiritu fervente, suscipiens, subjectos ignes, & crudeli ingenio persequentum mutata tormenta, immutabili virtute superavit, ac fluentibus membris, solida parte victor mente permanfit. Per &c.

37

37 Excita, Domine, in Ecclesia tua Spiritum, cui sanctus Laurentius Levita servivit; ut, eodem nos replente, studeamus amare quod amavit, & opere exercere quod docuit. Per &c.

## V.

*Item alia.*

Accepta tibi sit, Domine, nostræ servitutis oblatio; & salutaris nobis, beati Laurentii precibus, pro cuius commemoratione defertur, existat. Per &c.

Vere dignum. Quo pietatis officio, pro solemnitate sancti Laurentii Martyris, sacrificium tibi laudis offerimus: quia tua factum est operante virtute, ut nullis calumniis impiorum, nulla sævitia persequentum, nulla dirarum atrocitate pœnarum, vir tuo ignitus Spiritu vinceretur. Per &c.

## VI.

*Item alia.*

38

38 Oblata tibi, Domine, munera populi tui pro tuorum honore Sanctorum suscipe propitius, quæsumus, & eorum nos intercessione sanctifica. Per &c.

Vere dignum. Beati Laurentii annua vota repetentes. Qui dispensator egregius, & usque ad sanguinem, nominis tui Confessor eximius, simul in alendis pauperibus, ecclesiasticæ pietatis, & testificationis Filii tui Domini nostri, præbuit Martyr beatus exemplum. Per &c.

39

39 Adesto, Domine, supplicationibus nostris, & intercessione sancti Laurentii Martyris tui, perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per &c.

## VII.

*Item alia.*

40

40 Accipe, quæsumus, Domine, munera dignanter oblata; & beati Laurentii sus-

fragantibus meritis, ad nostræ salutis auxiliium provenire concede. Per &c.

MENSE  
AUGUST.

Vere dignum. Et pro honore beati Laurentii Martyris tui hostias tibi laudis offerimus. Per &c.

Repleti gustu gratiæ tuæ, & cælestis mensæ dulcedine vegetati, gratias tibi referimus. Per &c.

Annue, quæsumus, Domine, precibus familiæ tuæ; & quod nostris actibus non meremur, Sanctorum tuorum nobis concede suffragiis. Per &c.

## VIII.

*Item alia.*

Cum Sanctorum tuorum, Domine, supplicationibus imploramus, ut sacris muneribus offerendis gratam tibi nostri ministerii facias servitutem. Per &c.

Vere dignum. Quidquid enim Sanctorum tuorum meritis adhibemus, ad tuam laudem recurrit & gloriam; qui in eorum semper 41 es virtute mirabilis. Per &c.

41

42

42 Sancti Laurentii nos, Domine, precatio justa tueatur; & quod nostra conscientia non præsumit, ejus nobis, qui tibi placuit, oratione donetur. Per &c.

## IX.

*Item alia.*

Supplices te rogamus, Deus, ut interven- tu beati Laurentii Martyris, & tua in nobis dona multiplices, & tempora nostra disponas. Per &c.

43 Debitum nostræ reddimus servitutis, suppliciter exorantes, ut suffragiis ejus in nobis tua munera tuearis, pro cuius honoranda confessione hostiam tibi laudis offerimus. Per &c.

43

Vere dignum. De tua misericordia postulantes, ut quorum ad honorem nominis tui merita celebramus, pia quoque opera nitamur imitari. Per &c.

Tuere nos, Domine, precibus sancti Laurentii Martyris tui; ut gratia tua semper mereamur augeri, qui talium præsidiiis confidimus patronorum. Per &c.

## X.

*Item alia.*

Lata nos, Domine, quæsumus, sancti Laurentii Martyris tui festivas semper excipiat; quæ & jucunditatem nobis suæ glorifi-

37 Est in omnibus MSS. Greg. die S. Laurentii, in Missali autem Rom. in die octavæ ejusdem.

38 Leges hanc orationem in Romano Missali die 9. Octobr. Natali SS. Dionysii, & Sociorum. Dein in cod. pro nos perperam nobis.

39 In Sacram. Greg. ac in Missali Rom. est prima oratio Missæ in Vigilia Sancti Laurentii.

40 Est in codd. Greg. & in Missali Rom. die S. Laurentii.

41 Cod. servitute. Blanchinius optime emendavit.

42 Invenitur in Sacram. Gelasii lib. 2. n. 43. ad Vesperas, & in Gregor. Menardi atque Pamelii.

43 Affinis est oratio Missæ S. Thomæ Apostoli in Missali Romano.



rificationis infundat, & tibi nos reddat acceptos. Per &c.

Perfice nobis, Domine, fructum gratulationis hodiernæ, ut precibus beati Laurentii Martyris tui, ejus Natalitia votiva præcurrens, perfectis gaudiis expleatur oblatio. Per &c.

Vere dignum. Tuam misericordiam deprecantes, ut mentibus nostris beati Laurentii Martyris tui tribuas jugiter suavitatem, qua & nos amemus ejus meritum passionis, & indulgentiam nobis semper fidelis ille Patronus obtineat. Per &c.

44 Gratias tibi, Domine: quoniam sanctum Laurentium Martyrem tuum, te inspirante diligimus; ut ejus Natalitia præeuntes, piis semper intercessionibus foveamur & meritis. Per &c.

## XI.

*Item alia.*

Auge, quæsumus, Domine: fidem populi tui, de sancti Laurentii Martyris festiuitate conceptam; ut ad confessionem tui nominis nullis properare terreamur adversis, sed tantæ virtutis intuitu potius incitemur. Per &c.

Adfint nobis, Domine, patrocinia tibi grata Sanctorum; ut quæ pro illorum solemnitate deferimus, eorum commendet oratio. Per &c.

45 45 Vere dignum. In die solemnitatis hodiernæ, qua beati Laurentii hostiam tibi placitam casti corporis glorioso certamine suscepisti. Prunis namque superposita stridebant membra viventia; nec tamen erat pœna patientis, sed piæ confessionis incensum. Neque terreno liberari cruciatu Martyr optabat, sed coronari deprecabatur in cælis. Per &c.

## XII.

*Item alia.*

Annue, quæsumus, Domine, precibus nostris, ut sancti Laurentii Martyris tui solemnities, quæ cultu tibi debito prævenimus, prospero suscipiamus effectu. Per &c.

46 46 Muneribus nostris, Domine, sancti Laurentii Martyris tui festa præcedimus, ut quæ conscientiæ nostræ præpediuntur obstaculo, illius meritis grata reddantur. Per &c.

47 Vere dignum. Quamvis enim Sanctorum tuorum, propagante te, Domine, toto orbe clara sit gloria; de beati tamen solemnitate Laurentii peculiarius præ ceteris Ro-

*Tom. II.*

ma lætatur; cujus 48 nascendo civis, sacer minister, 49 & dicatum nomini tuo munus est proprium. Qui per tuam gratiam, commissæ sibi dispensationis exsequutor egregius, ut ad martyrium perveniret; emeruit pro præmio, quo cælestis existeret consequutus est passionem. Per &c.

Intercessio beati Laurentii Martyris tui, Domine, de sua nobis confessione nascentium mereatur plenitudinem gaudiorum. Per &c.

Exsultet populus tuus, Domine, quæsumus, in sancti commemoratione Laurentii; & cujus de votivo lætatur officio, suffragio relevetur optato. Per &c.

## XIII.

*Item alia.*

50 Adfint nobis, Domine, sancti Laurentii Martyris in tua glorificatione benedictio, cujus nobis est hodie facta suffragium in tua virtute confessio. Per &c.

Offerimus hostias, Domine, in sancti Laurentii Martyris tui hodierna festiuitate (*Al.* confessione) gaudentes, quæ nobis, operante te, Domine, & auxilium contulit & profectum. Per &c.

Vere dignum. Pretiosam mortem sancti Laurentii Martyris tui exsultantibus animis celebrantes; quam, te vincente, diaboli cernimus esse victricem. Per &c.

51 Da nobis, omnipotens Deus, ut beati Laurentii Martyris tui veneranda solemnitas & devotionem nobis augeat & salutem. Per &c.

## XIV.

*Item alia.**Ad Octavas.*

Sanctorum tuorum nos, Domine, continua solemnitate comitare; ut qui nostris meritis impedimur, eorum, qui tibi placuerunt, precibus adjuvemur. Per &c.

Ut sacrificia nostra, Domine, propiziatus intendas, sancti Laurentii nos Martyris tui commendet oratio. Per &c.

Vere dignum. Quia in Sanctorum tuorum semper es virtute gloriosus. Et quoties illorum festa recolimus, te mirabilem confitemur. Per &c.

Sancti Laurentii nos, Domine, solemnitas repetita tueatur, & misericordiæ tuæ intercessio beata conciliet. Per &c.

H 2

52 Idi-

44 Hoc verbum *præeuntes* indicat hanc Missam spectare ad Vigiliam.

45 Est in Sacram. Gelas. lib. 2. n. 43.

46 Hæc oratio pertinet ad Vigiliam S. Laurentii. In cod. Gelas. refertur in Vigilia omnium Apostolorum lib. 2. n. 34.

47 Ita codex. Apud Muratorium *data*.

48 Notent hæc qui S. Laurentium Romanum negant.

49 Valde luxata hæc præfatio est, & difficilior

sanari potest. Muratorius ex suspitione Blanchinii pro *& dicatum* edidit *dedicatum*.

50 Est apud Gelas. lib. 2. n. 43. & in Gregor. Menardi.

51 In Sacram. Gelas. paucis mutatis accommodatur Vigiliæ S. Laurentii n. 42. In Gregor. codd. Muratorii aptatur Missæ unius Confessoris, & in Romano Missali Missæ communi Confessoris Pontificis, nec non Vigiliæ S. Bartholomæi Apostoli, & aliis festis.

52 Idibus Augusti.

*Natale Sanctorum Hippolyti  
& Pontiani.*

I.

Deus, qui nos in sanctorum Martyrum multiplicatione custodis, da, ut quorum solemnia frequentamus, incessabili juvemur auxilio. Per &c.

53 Respice, Domine, munera populi tui, Sanctorum festivitate votiva; & tuæ testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per &c.

54 Vere dignum. Tibi enim, Domine, festiva solemnitas agitur, tibi dies sacrata celebratur, quam sancti Hippolyti Martyris tui sanguis in veritatis tuæ testificatione profusus magnifico nominis tui honore signavit. Per &c.

55 Sacro munere satiati, supplices, Domine, deprecamur, ut quod debitæ servitutis celebramus officio, salvationis tuæ sentiamus augmentum. Per &c.

Deus, qui Ecclesiam tuam innumeris Sanctorum patrocinis & glorificas & tueris: præsta, ut quorum celebrat conventum, experiatur devota suffragium. Per &c.

II.

*Item alia.*

Perpetuis nos, Domine, Sanctorum tuæ præsidis; & quanto fragiliores sumus, tanto magis necessariis attolle suffragiis. Per &c.

56 Quæsumus, omnipotens Deus, ut Sanctorum tuorum cælestibus mysteriis celebrata solemnitas indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat. Per &c.

Vere dignum. Qui non solum malis nostris bona retribuisti, sed ut miseris uberiora dona concedas, qui digne pro nobis possint intercedere, contulisti; & quod nostra conscientia non habebat, intercessio supplet tibi grata justorum. Per &c.

57 Sancti Martyris Agapiti, Domine, quæsumus, veneranda festivitas, salutaris auxilii nobis præstet augmentum. Per &c.

Plebs tua, Domine, lætetur tuorum sem-

per honore Sanctorum; & eorum percipiat intercessione votiva subsidia, quorum patrocinii gratulatur. Per &c.

58 III. Kalendas Septembris.

*Natale Sanctorum Adaukti & Felicis.*

58  
XXIII.

I.

Da nobis, omnipotens Deus, ut eorum semper festa sectemur, quorum digna pro nobis interventione confidimus. Per &c.

Sanctorum Felicis & Adaukti natalitia recensentes, munus offerimus, quod eorum tibi, Domine, quæsumus, intercessione sit gratum. Per &c.

Vere dignum. Sanctorum Martyrum gloriam cum exultatione recolentes; in quibus mirabiles tuæ majestatis effectus, & patrocinia nobis provisâ cognoscimus. Per &c.

Gratias tibi referimus, Domine, qui nos & cælestis participatione Sacramenti, & tuorum reficis celebritate justorum. Per &c.

II.

*Item alia.*

59 Majestatem tuam, Domine, supplices deprecamur, ut sicut nos jugiter Sanctorum tuorum commemoratione lætificas, ita semper supplicatione defendas. Per &c.

Tanto placabiles, quæsumus, Domine, nostræ sint hostiæ, quanto sanctorum Martyrum tuorum, pro quorum solemnitatibus exhibentur, tibi grata sunt merita. Per &c.

Vere dignum. Quamvis enim semper in tui gaudeamus actione mysterii, copiosius tamen ejus munere gratulamur, quum pro Martyrum solemnitate sanctorum, per quos tibi commendamur, offertur. Per &c.

Donis cælestibus, cum Sanctorum tuorum recordatione, satiati, gratias tibi referimus. Per &c.

Pro familia tuâ, Domine, quæsumus, sanctorum Martyrum venerabilis intercedat oratio; ut quorum solemnia devota mente non deserit, eorum piis adjuncta præsidis, & consolationem referat & salutem. Per &c.

III.

52 In Indiculo Bucheriano *Idibus Augusti. Hippolyti in Tiburtina & Pontiani* (Papæ) in *Callisti*. Duo diversa cœmeteria distinctas Missas postulasse videntur, alteram de S. Hippolyto celebratam in cœmeterio via Tiburtina, de S. Pontiano alteram in cœmeterio Callisti. Sequens Missa communis est S. Hippolyto accommodata; unde eadem aliorum Sanctorum Missis, inserto ipsorum nomine, aptata legitur.

53 Hæc oratio est secreta in Missa S. Hippolyti tum in codd. Gregor. tum in Romano Missali.

54 Vide supra præfationem Missæ V. S. Xysti.

55 Legitur in MSS. Gregorianis, & in Romano Missali die 2. Junii Natali SS. Marcellini & Petri, ac in aliis festis.

56 Habes hanc orationem post communionem in Missa SS. Primi & Felicis die 2. Junii apud Menardum, & in Missali Romano.

57 Hæc nova Missa videtur, cui titulus esse debuisset *XV. Kal. Septembris. Natale Sancti Agapiti*: quo quidem die notatur hoc festum cum sua Missa in Sacram. Gelasii lib. 2. n. 48. & in codd. Gregorianis. Alii malunt perperam scriptum fuisse *Agapiti* nomen pro Hippolyti. Sed duarum Missarum in unam confusio apud nostrum Collectorem nonnumquam occurrit.

58 Hoc die Missa SS. Adaukti & Felicis in MSS. Gregorianis legitur. Sola prima Missa propriam orationem habet.

59 Sic codd. Gregor. & Missale Rom. in Natali eorundem Martyrum die 30. Augusti.

III.

*Item alia.*

Quæsumus, Domine Deus noster, ut non desinant Sancti tui pro nostris supplicare peccatis, a quibus tu voluisti pro peccatoribus exorari. Per &c.

60 Præsta nobis, quæsumus, omnipotens Deus, ut nostræ humilitatis oblatio & pro tuorum grata sit honore Sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet. Per &c.

Vere dignum. Orantes potentiam tuam, ne dicant Gentes; *Ubi est Deus eorum?* Sed ut dignanter ostendas, quia non plus ad perdendum nos valeant nostra delicta, quam ad salvandum vel patrocinia copiosa iustorum, vel tuæ majestatis invicta clementia. Per &c.

Supplices te rogamus, Deus, ne aut malis propriis aggravemur, aut infestemur ab hostibus, qui tantis Sanctorum tuorum meritis commonemur. Per &c.

IV.

*Item alia.*

Sanctorum tuorum, quæsumus, Domine, quorum nos assiduis festivitatibus consolaris, defende præsiis. Per &c.

Salutari sacrificio, Domine, populus tuus semper exsultet, quo & debitus honor sacris Martyribus exhibetur, & sanctificationis tuæ munus acquiritur. Per &c.

Vere dignum. Te in tuorum glorificantes honore Sanctorum; qui & illis tribuisti beatitudinem sempiternam, & infirmitati nostræ talia præparasti suffragia, quæ possis audire pro nobis. Per &c.

Exaudi, Domine, quæsumus, preces nostras, ut populus tuus, sub tantis patrocinis constitutus, & a suis offensionibus liberetur, & ab omnibus protegatur adversis. Per &c.

V.

*Item alia.*

61 Accepta sit in conspectu tuo, Domine, nostra devotio; ut eorum nobis fiat supplicatione salutaris, pro quorum solemnitate defertur. Per &c.

Vere dignum, Sacrificium quippe suum hodie frequentat Ecclesia, & festivitatem dudum muneris immolati annua festivitate concelebrat; quo, pro ejus confessione vel nomine, qui eam sanguine suo redemit, impenso, obsequium proprii cruoris exhibuit. Per &c.

60 Exstat in Missali Rom. inter communes unius Confessoris non Pontificis.

61 Orationis hujus frequens est usus in MSS. Gregor. Muratorii die 8. Augusti Natali SS. Cypriani, & sociorum, 28. Aprilis S. Vitalis &c. In Missali Rom. est inter communes de Martyre non Pontifice.

62 Est in codd. Greg. & in Missali Rom. die SS. Cosmæ & Damiani; ac in eodem Missali aptatur etiam festo SS. Innocentium, & aliis solemnitatibus.

VI.

*Item alia.*

62 Sanctorum tuorum nobis, Domine, pia non desit oratio, quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per &c.

Vere dignum. Qui Ecclesiæ tuæ, toto orbe propagandæ, non solum tui Unigeniti passionem sempiternâ providentiâ contulisti, sed ad majorem gloriam conferendam, mutuas mortes tibi impendere pretiosa devotione tribuisti. Per &c.

63 Votiva, Domine, dona percepimus, quæ Sanctorum nobis precibus & præsentis, quæsumus, vitæ, pariter & æternæ tribue conferre præsidium. Per &c.

VII.

*Item alia.*

Adesto, Domine, populo tuo, & concede misericordiam tuam cum Sanctorum tuorum patrocinis supplicanti; ut, quia tua gubernatione confidit, nullis adversitatibus opprimatur. Per &c.

64 Vere dignum. Ecce enim, sicut facer sermo pronuntiat, *pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.* Nec potest ulatenus explicari, quibus modis hæc interfectio gloriosa pensetur. Moriuntur abjecti, & orbis terrarum capiunt principatum. Moriuntur mundanæ eruditionis ignari, & exeunt doctrinæ cælestis auctores. Moriuntur captives piscium, & efficiuntur hominum piscatores. Moriuntur, soliti maria perscrutari mediocris artis officio, & redduntur sæculi examinatores & judices. Et ideo cum Angelis &c.

MENSE SEPTEMBRI.

1 XVIII. Kalendas Octobris.

*Natale Sanctorum Cornelii & Cypriani. XXIII.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos multiplici Sanctorum tuorum festivitate lætificas: præsta, ut quorum commemoratione gaudemus, præsidio muniamur. Per &c.

Oblationes populi tui, Domine, quæsumus, placatus intende; quibus & sanctorum Martyrum celebramus in honorem tui nominis passionem, & nobis indulgentiam suppliciter imploramus. Per &c.

2 Præ-

63 Missale Rom. hanc orationem exhibet in festo SS. Innocentium & alibi.

64 Hæc præfatio ad Apostolos pertinet.

1 In Indiculo Bucheriano hac die notatur XVIII. Kal. Octobris Cypriani Africa, Romæ celebratur in Callisti: ubi excidit Cornelii nomen, quod una cum Cypriano hac eadem die præferunt tam nostrum Sacramentarium, quam Gelasianum & Gregorianum. Horum quidem Martyrum antiquiorem cultum declarat etiam Canon Missæ, ubi *Cornelii & Cypriani* nomina leguntur.

2 *Preces H̄ in Sancta Euphemia.*

Vere dignum. Immensa sunt enim opera tua, & vere magna, (*Al. mirabilia*). Tibi hominem, diabolica quondam fraude prostratum, sic per Jesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum, sui tribuisti victoris esse 3 victorem, hunc eundem ejus adversarium; ut eum non solum virilis sexus tuorum deinceps fidelium subjugaret, sed etiam feminea superaret infirmitas; & quæ est in sua conditione fragilior, substantiæ spiritalis inimico fortior redderetur: deceptionemque Evæ matris ulciscens, de hoste generis humani, qui aditum per illam mortis invenerat, triumpharet; quas ineffabilis gloriæ tuæ vices in sanctæ Martyris Euphemie passione 4 venerantes. Per &c.

Accipe, Domine, quæsumus, nostræ servitutis officia, ut, suffragantibus Sanctis, quod ad honorem tuæ majestatis offerimus, perpetuam nobis conferant vitam. Per &c.

Perceptis, Domine, cælestibus Sacramentis, gratias agimus pio nomini tuo; qui & Sanctorum tuorum nos assidua festivitate comitaris, & divino munere vivificare non desinis. Per &c.

Respice propitius, Domine, ad debitam tibi tui populi servitutem; ut inter humanæ fragilitatis incerta, nullis adversitatibus opprimatur, qui de tua protectione confidit. Per &c.

*Item alia.*

5 Beatorum Martyrum, pariterque Pontificum Cornelii & Cypriani nos, Domine, quæsumus, festa tueantur, & eorum commendet oratio veneranda atque lætificet. Per &c.

Plebis tuæ, Domine, munera benignus intende, quæ majestati tuæ pro sanctorum Martyrum Cornelii & Cypriani solemnitatibus sunt dicata. Per &c.

6 Vere dignum. Tuamque in sanctis Martyribus Cornelio, simul etiam Cypriano, prædicare virtutem, quos discretis terrarum partibus greges sacros divino pane pascentes, una fide, eademque die, diversis licet temporibus, consonante, parique nominis tui confessione coronasti. Per &c.

Sacro munere vegetatos sanctorum Martyrum Cornelii & Cypriani natalitia nos

2 *Preces H. hoc est habendæ, describendæ erant infra in Missa Sanctæ Euphemie, cui totus contextus convenit: extra suum itaque locum hic insertæ sunt.*

3 Locum hunc ita restituendum censet P. Blanchinius: *victorem, ut hunc eundem ejus adversarium non solum virilis sexus &c.*

4 Magis placeret *veneramur.*

5 In Sacram. Gelasii lib. 2. n. 57. tres priores orationes hujus Missæ invenientur: duæ priores tantum cum præfatione sunt in cod. Gregor. Menardi hoc eodem die festo: prima hæc in Missali Rom.

6 Hæc præfatio legitur in codd. Gregor. Mu-

tibi, Domine, quæsumus, commendet oratio. Per &c.

Ad defensionem fidelium, Domine, quæsumus, dexteram tuæ majestatis extende; & ut perpetua pietatis tuæ protectione muniantur, intercessio pro his non desit Martyrum continuata sanctorum. Per &c.

7 XVI. Kalendas Octobris.

*In Natali Sanctæ Euphemie.*

I.

8 Præsta, Domine, quæsumus, ut sicut Sanctorum tuorum Natalitia celebranda non deserunt, ita jugiter suffragia comitentur. Per &c.

Gratanter ad munera dicanda concurrimus, quæ nomini tuo, Domine, pro solemnitate sanctæ Martyris Euphemie supplices immolamus. Per &c.

Vere dignum. In hac celebritate gaudentes, qua Sancti Spiritus fervore præclarus beatæ Martyris Euphemie sexus fragilitate pretiosior sanguis effloruit, & virtute feminea rabiem diabolicæ persecutionis elidens, geminata gloriæ triumphum virginitas implevit & passio. Per &c.

II.

*Item alia.*

Suscipe, Domine, quæsumus, hostias lætantis Ecclesiæ, quas pro sanctæ Martyris Euphemie natalitia passione majestati tuæ prompta devovit. Per &c.

Vere dignum. Sanctæ Martyris Euphemie Natalitia recolentes rerum diversitate mirabili: ut diabolus, qui virum per imbecillitatem mulieris impulerat in ruinam, viri conditione 9 nunc in Christo reparante victoriam, per muliebrem quoque fragilitatem mutuo dejiceretur obtritus. Per &c.

III.

*Item alia.*

Sacrificium tibi, Domine, nostræ servitutis offerimus, quod ad honorem nominis tui in sanctæ Martyris Euphemie festivitate debemus. Per &c.

Vere dignum. Hodiernæ festivitatis lætiam

ratorii tom. 2. p. 335.

7 Sanctæ Euphemie mentio deest in Indiculo Bucheriano. Hoc tamen die hujus sanctæ Martyris Missa refertur in Sacramentariis Gregorianis: in Gelatiano vero recensetur Idibus Aprilis. Forte hujus Martyris Calchedone celebris post Calchedonense Concilium, in quo S. Euphemie nomen multis in locis laudatur, cultus in Romanam Ecclesiam inductus fuit vivente S. Leone, cujus quidem ingenio sequentes præfationes indignæ non sunt.

8 Est in Missali Rom. die 12. Julii Natali SS. Naboris & Felicis.

9 Hic deesse videtur *mutata*, vel aliquid simile.

MENSE SEPTEM. tiam recensentes, quam nobis sanctæ Martyris Euphemie veneranda confessio fecit insignem. Per &c.

10 Sanctificet nos, Domine, quæsumus, tui perceptio Sacramenti; & intercessio sanctæ Martyris Euphemie tibi reddat acceptos. Per &c.

Exsulet, Domine, christianæ plebis humilitas, quia in Martyrum commemoratione sanctorum tua mirabilia veneratur; & eorum tibi precibus adjuncta compleceat. Per &c.

11  
XXVI,

11 Pridie Kalendas Octobris.

*Natale Basilicæ Angeli in Salaria.*

Omnipotens sempiterne Deus, apud quem, quum totius rationabilis pia merita creaturæ semper accepta sint, certum est, magis esse præcipua, quæ reliquam spiritalem superant dignitatem: grata tibi sit, quæsumus, nostra festivitas, pro veneratione ejus oblata, qui tuæ majestatis arcanis, naturali per tuam gratiam decore servato, devotis semper excubiis est propinquus. Per &c.

12 Hostias tibi, Domine, laudis offerimus, suppliciter deprecantes, ut eisdem, angelico pro nobis interveniente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram provenire concedas. Per &c.

Vere dignum. Teque profusus gaudiis prædicare in die festivitatis hodiernæ, qua in honorem beati Archangeli Michaelis sacra nomini tuo loca divinis sunt instituta mysteriis: quamvis enim illius sublimis gloriosæque substantiæ sit habitatio semper in cælis; tuorum tamen fidelium præsumit affectus, pro tuæ reverentia potestatis, per hæc piæ devotionis officia, quoddam retinere pignus in terris adstantium in conspectu tuo jugiter ministrorum. Et ideo cum Angelis &c.

### I I.

*Item alia.*

13 Munus populi tui, Domine, quæsumus, dignanter assume; quod non nostris meritis, sed sancti Archangeli tui Michaelis deprecatione sit gratum. Per &c.

Vere dignum. Teque in omni factura tua laudare mirabilem: in quo principaliter angelica natura præcellit, quæ, etsi humano generi corporeo conspectu subtrahitur (*Al. ne-*

gatur aspectu;) fidei tamen videtur intuitu. Dignumque est per honorificentiam nos eorum, tuam 14 suspicere majestatem; per quos multa præsidia nostræ salutis operaris; tuamque magnificentiam hoc potius prædicare, quod te præcellarum atque cælestium potestatum Dominum confitentur. Per &c.

### III.

*Item alia.*

Oblatio tibi, Domine, sit nostra semper accepta, quæ Angelis tuis, Sanctisque precantibus, & indulgentiam nobis referat, & remedia procuret æterna. Per &c.

Vere dignum. Multoque magis in Archangelis, Angelisque tuis tua præconia non tacere: quia ad excellentiam tuam recurrit & gloriam, quum angelica creatura, quæ a conditione sui tuis subiecta servitiis, probabilis existit, honoratur; & quum illa sit digna venerari, tu, quam sis immensus, & super omnia præferendus, ostenderis. Per &c.

Summus, Domine, votiva mysteria. Quæsumus clementiam tuam, ut eorum nobis fiant deprecatione salutaria, quorum celebrantur affectu. Per &c.

15 Defende, Domine, familiam tuam; & toto tibi corde prostratam ab hostium tuere formidine. Nec bona tua difficulter 16 inveniant; pro quibus & Sancti tui, & angelicæ tibi supplicant potestates. Per &c.

### IV.

*Item alia.*

Deus, qui in auxilium generis humani cælestia simul & terrena disponis, in inferiore mundi parte laborantes, supernorum nos, quæsumus, præsidiiis refove propitius ministrorum. Per &c.

In honorem beati Archangeli Michaelis, loca nomini tuo dicata, mystico frequentamus obsequio. Præsta, quæsumus, eorum nos gaudere suffragiis, quorum sublimia merita recensemus. Per &c.

Vere dignum. Qui non solum nos Sanctorum tuorum confessionibus benignissime consolaris, sed etiam ad cælestium familiaritatem provehis potestatum: non tantum Martyrum intercessione sustollis, sed ipsorum quoque patrociniis erigis Angelorum. Per &c.

### V.

10 In Missa Natalis S. Euphemie legitur in codd. Gregor. Muratorii; apud Menardum vero, & in Missali Rom. die 29. Nov. Natali S. Saturnini.

11 In utroque Sacram. Gelas. & Gregor. hoc festum notatur III. Kal. Octobris. Codd. Greg. hunc titulum præferunt: *Dedicatio Basilicæ S. Angeli*, vel *S. Michaelis*. In vetustissimo Martyrologio, uti vocant, Hieronymiano die 29. Septembris legitur: *Romæ militario VI. dedicatio Basilicæ S. Michaelis*, quam ex nostro Sacramentario in via Salaria constitutam agnoscimus. Qui hoc festum Gelasio tribuunt (non ob dedicationem Basilicæ, de qua hic sermo est, sed ob apparitionem S. Michaelis in monte Gargano;)

posteriores Scriptores sunt, ex quibus nostro Sacramentario fides detrahenda non est.

12 Hac die legitur in codd. Gregorianis & in Missali Romano.

13 Est in Sacram. Gelasii lib. 2. n. 59.

14 Cod. *suscipere*.

15 Prima pars hujus orationis, aliquot verbis interfertis, traducta est in orationem *Defende* inter communes Romani Missalis *pro congregatione & familia*.

16 Muratorius ex conjectura Blanchinii emendavit *inveniat*, pro *qua*. Sed idem Blanchinius in correctionibus Sacramentario præfixis monuit retinendum *inveniant*, pro *quibus*, ut codex exhibet: cum familia nomen sit multitudinis, quæ pluralem numerum recipere potest.

V.

*Item alia.*

Sanctorum, Domine, sancta deferimus: quæ, quum in omnium iustorum tibi commemoratione sint placita, multo magis in angelicæ veneratione substantiæ grata tuis aspectibus esse confidimus. Per &c.

Vere dignum. Qui sicut nos per Apostolum tuum dignanter informas, jam conversationem nostram in cælis esse; benignus instituis, ut illuc attollamur mente, ubi, quos veneramus, assistunt, & in excelsa tendamus, quæ in beati Archangeli Michaelis festiuitate contemplamur affectu. Per &c.

17 Beati Archangeli Michaelis interventione suffulti, supplices, Domine, te precamur, ut, quos honore prosequimur, contingamus & mente. Per &c.

Plebem tuam, quæsumus, Domine, perpetua pietate custodi; ut secunda semper, & necessariis adiuua subsidiis, Spirituum tibi met placitorum pia semper veneratione lætetur. Per &c.

XXVII. *Admonitio jejunii Mensis septimi; & Orationes & Preces.*

18 Annu nobis est, dilectissimi, jejuniorum celebranda festiuitas, quam mensis septimi solemnitas recursum indicit. Quarta igitur & sexta feria succedente solitis eadem conventibus exsequamur; sabbatorum die heic sacras acturi vigilias, ut per obseruantiam competentem, Domino purificatis mentibus supplicantes, beatissimo Petro Apostolo suffragante, & præsentibus periculis exui mereamur, pariter & futuris. Per &c.

I.

19 Deus, qui delinquentes perire non pateris, donec convertantur & vivant, debitam, quæsumus, peccatis nostris suspende vindictam; & præsta propitius, ne dissimulatio cumulet ultionem, sed ut potius emendatio profit ad veniam. Per &c.

Populi tui, Deus, defensor & rector, concede propitius, ut a delictis omnibus abstinentes, & necessariis foveamur alimentis, & ab infestis hostibus liberemur. Per &c.

*Super oblata.*

Præsta nobis, omnipotens Deus, ut dicatum nomini tuo sacrificium purgatis moribus offeramus. Per &c.

Vere dignum. Quia tu quidem nobis je-

junia salubriter 20 indidisti, quibus, carnis lege sedata, purior animus emereret. Sed quum in ipsis nostris observationibus a noxiis & illicitis non vacamus, non hoc te jejunium delegisse prophetica voce testaris. Quoniam non solum prodesse non poterit castigatio corporalis, si spiritus noster nefandis cogitationibus implicetur; sed hoc constat esse deterius, si etiam terrena conditione mitigata, mens ab iniquitatibus non quiescit. Et ideo tu nobis, Domine, largire placatus, ut exterius parsimonia convenienter adhibita, intrinsecus a pravis intentionibus temperemus, ut continentiam valeamus exercere perfectam. Per &c.

*Postcommunio.*

Annue, quæsumus, Domine, ut & tuis semper solemnitatibus occupemur, & mysteriis eorum mente pariter congruamus & corpore. Per &c.

*Super populum.*

21 Sanctificata jejunio tuorum corda filiorum, Deus habitator, illustra; & quibus præstas devotionis affectum, præbe supplicantibus pium benignus auditum. Per &c.

II.

*Item alia.*

Exaudi, Domine, preces nostras; ut in omni natione, quod Verbi tui promissum est Evangelio, compleatur; & plenitudo adoptionis obtineat, quod prædixit testificatio veritatis. Per &c.

22 Intende, quæsumus, Domine, sacrificium singulare; ut hujus participatione mysterii, quæ speranda credimus, expectata sumamus. Per &c.

Vere dignum. Tuum est enim omne, quod vivimus: quia licet peccati vulnere natura nostra vitiata sit, tui tamen est operis, ut ad terrena generati, ad cælestia renascantur.

Visita, quæsumus, Domine, familiam tuam, & corda sacris dicata mysteriis per vigili tuere pietate; ut remedia salutis æternæ, quæ te miserante percipiunt, te protegente custodiant. Per &c.

III.

*Item alia.*

Omnipotens sempiternæ Deus, in cuius arbitrio Regnorum omnium iura consistunt, protege Romani nominis ubique rectores, ut

eo-

17 In omnibus Sacramentariis Gelas. & Gregor. ac in Missali Romano hac eadem festiuitate legitur.

18 Hæc habetur in Ordine Romano in indictione jejunii mensis decimi.

19 His prioribus verbis incipit in MS. Vat. Gregoriano apud Muratorium quinta præfatio quadragesimalis. Missæ hujus jejunii mensis decimi

etiam in Gelasiano codice subiiciuntur Missæ S. Michaelis.

20 Legendum videtur *indixisti*.

21 Fere eadem est in codd. Greg. & in Missali Rom. fer. iv. post Dominicam Passionis. Apud Gelasium habetur feria vii.

22 Existat apud Menardum hebdomada iv. ante Natale Domini.

MENSE eorum vota prosperitas, pax tuorum possit SEPTEM. esse populorum. Per &c.

23. 23 Adesto, Domine, fidelibus tuis, &  
24 quos cælestibus instituis sacramentis, 24 & quibus substantiam tribuis corporalem, a terrenis conserva periculis. Per &c.

Exaudi, Domine, supplicum preces, & devoto tibi pectore famulantes perpetua defensione custodi; ut nullis perturbationibus impediti, liberam servitatem tuis semper exhibeamus officiis. Per &c.

Vere dignum. Qui rationabilem creaturam, ne temporalibus dedita bonis, ad præmia sempiterna non tendat, ea dispensatione dignaris erudire, ut nec castigatione deficiat, nec prosperitatibus insolescat; sed hoc potius fiat ejus gloriosa devotio, 25 quo nullis adversitatibus obruta superetur. Per &c.

25 26 Omnipotens sempiternus Deus, misericordiam tuam supplices exoramus, ut hoc tuum Sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, sed fiat intercessio salutaris ad veniam: sit abolitio peccatorum, sit fortitudo fragilium, sit contra mundi pericula firmamentum, Hæc nos communio purget a crimine, & cælestis gaudii tribuat esse consortes. Per &c.

## IV.

*Item alia.*

Da nobis, Domine, rationabilem, quæsumus, actionem; ut te solum sincera mente venerantes, & fiducialius, quæ tua sunt, postulemus, & facilius assequamur. Per &c.

Omnium nostrum, Domine, quæsumus, ad te corda converte; ut ab his, quibus offenderis, abstinentes, non iracundiam tuam, sed misericordiam sentiamus. Per &c.

Munera tua, Deus institutor, illustra, & per has hostias, quibus te placari voluisti, sanctifica misericors immolantes. Per &c.

Vere dignum. Cujus & potentia sunt creata, & providentia reguntur universa; ideoque hac nos teneri lege merito censuisti, ut te, sub quo sunt omnia, non timentes, cuncta paveamus; & rursus nulla penitus formidemus, si unum te fideliter omnium revereamur auctorem. Per &c.

Largire nobis, omnipotens Deus, a quo omne bonum est, ut te habentes, nullis indigeamus auxiliis. Per &c.

Tibi placitam, Deus noster, populo tuo tribue voluntatem; quia tunc illi prospera

Tom. II.

cuncta præstabis, quum tuis aptum feceris SEPTEM. institutis. Per &c.

## V.

*Item alia.*

27 Festina, quæsumus, ne tardaveris, 27 Domine, & præsidium nobis tuæ pietatis impende; ut opportunis consolationibus subleventur, qui in tua miseratione confidunt. Per &c.

28 Devotionis nostræ tibi, Domine, quæsumus, hostia jugiter immoletur; quæ & sacri peragat instituta mysterii, & salutare tuum nobis potenter operetur. Per &c.

Vere dignum. Tuaque opera continuatis laudibus prædicare; quia justa semper & bona sunt. Quæ potenter efficiunt, ut rationabiles voluntates, aut inter ista proficiant ad salutem, aut de cælesti nullatenus vigore caesentur. Per &c.

Sit nobis, Domine, quæsumus, cibus facer, potusque salutaris, qui & temporalem vitam muniat, & præstet æternam. Per &c.

29 Adesto, Domine, famulis tuis, & opem 29 tuam largire poscentibus; ut his, qui te auctore & gubernatore gloriantur, & creata restaures, & restaurata conserves. Per &c.

## VI.

*Item alia.*

Omnipotens sempiternus Deus, cordibus nostris benignus infunde, ut a terrenis intentionibus temperantes, propensius cælestia meditetur. Per &c.

Multiplices, Domine, incurfus, quos mundus ingerit, tu repelle; ut hæc dona cælestia tranquillis cogitationibus capere valeamus. Per &c.

30 Vere dignum. Qui non tantum nos 30 a carnalibus cibis, sed ab ipsius animi noxiis delectationibus præcipis jejunare. Nam si ideo delicias corporales abnuimus, ne spiritum nostrum obtusis sensibus hebetemus: quanto magis ab ipsius mentis debemus excessibus abstinere, ut inordinatis affectibus expedita, supernæ lucis possit pertingere claritatem. Per &c.

31 Salutari tuo, Domine, satiati, suppli- 31 ces deprecamur, ut cujus lætamur gustu, renovemur effectu. Per &c.

Da salutem, Domine, populo tuo mentis & corporis, & perpetuis consolationibus tuo-

I rum

23 In margine codicis: *Ante cibos.*

24 Blanchinius monuit verba & quibus substantiam tribuis corporalem non esse variantem lectionem, uti primis curis notaverat, ac ex iisdem Muratorius innuit; nam hæc oratio dicenda erat soluta statione in die jejunii *ante cibos.*

25 Blanchinio & Muratorio magis placuit quod.

26 Ex hac oratione duæ factæ sunt. Prima pars fere tota traducta est in orationem, quæ in Missali Romano legitur inter Communes *pro vivis & defunctis*, & recitatur Dominicis & feriabilibus diebus Quadragesimæ. Altera vero pars incipiens a verbis *Hæc nos communio* invenitur

in codd. Gregor. ac in Missali Rom. feria 11. Dominicæ secundæ Quadragesimæ, & alibi sæpius.

27 Est in codd. Greg. & in Rom. Missali fer. 1v. post Dominicam III. Adventus.

28 Legitur in iisdem MSS. & Missali Dominica III. Adventus.

29 In iisdem codd. & Missali habetur fer. v. post Dominicam secundam Quadragesimæ.

30 Notatio marginalis in cod. *In jejunio.*

31 Est in Gelaf. lib. 2. n. 60. & in codd. Gregor. Muratorii, ac in Missali Rom. feria 1v. post Dominicam tertiam Adventus.

MENSE  
SEPTEM.

rum reple corda fidelium; ut interiorius exte-  
riusque relevati, & pia tibi devotione com-  
placeant, & tua semper beneficia consequan-  
tur. Per &c.

Tribue, quæsumus, Domine Deus noster,  
ut donis interioribus fecundemur, ne exte-  
rioribus mereamur egere subsidiis. Per &c.

## VII.

*Item alia.*

32 32 Da, quæsumus, Domine, ut jejuna-  
do robore fatiemur, & abstinendo, cunctis  
efficiamur hostibus fortiores. Per &c.

33 33 Accepta tibi sint, Domine, quæsumus,  
nostri dona jejunii; quæ & expiando  
nos, tua gratia dignos efficiant, & ad sem-  
piterna promissa perducant. Per &c.

Vere dignum. Cujus ineffabilis sapientia  
sic incommutabiliter perseverat, ut in eâ  
nec sine justitiæ perpetuitate benignitas, nec  
absque æterna sit bonitate justitia. De qui-  
bus ita nos miseranda temeritate conqueri-  
mûr, quando non secundum nostra deside-  
ria, vel fructuum qualitas, vel prospera quæ-  
que proveniunt, quasi ipsi tua præcepta stu-  
deamus implere; ac non iisdem potius per-  
niciosa dissimulatione contemtis, non solum  
percelli mediocribus alimentis, sed universa  
mereamur sustentatione privari; nisi quod  
ideo tua nos clementia non deserit; ut simus  
& de exiguitatis castigatione solliciti, & de  
non abnegata pietate devoti. Per &c.

34 34 Vegetet nos, Domine, semper & in-  
novet tuæ mensæ sacra libatio, quæ fragi-  
litem nostram & inter mundi tempestates  
gubernet & protegat, & in portum perpetuæ  
salutis inducat. Per &c.

35 35 Tueatur, Domine, dextera tua po-  
pulum deprecantem. Purificet, sustentet, &  
erudiat, ut consolatus in præsentem, ad bona  
futura proficiat. Per &c.

## VIII.

*Item alia**in jejunio.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos ad  
observantiæ hujus annua festa perducis: con-  
cede propitius, ut piæ devotionis effectus  
substantiam nobis & mentium præstet & cor-  
porum. Per &c.

36 36 Deus, qui pro nostrorum fructibus ani-  
morum prodire facis sufficientiam corpora-  
lem: ne exterioribus mereamur egere subsi-

diis, præsta, quæsumus, ut donis interiori-  
bus fecundemur. Per &c.

MENSE  
SEPTEM.

37 Domine Deus noster, qui in his po-  
tius creaturis, quas ad fragilitatis nostræ præ-  
sidium condidisti, tuo quoque nomini mu-  
nera jussisti dicanda constitui: tribue, quæ-  
sumus, ut & vitæ nobis præsentis auxilium,  
& æternitatis efficiant Sacramentum. Per &c.

37

Vere dignum. Pascunt enim tua sancta  
jejunia, 38 & esuries sacrata nos reficit; si  
per continentiam salutarem conscientia nostræ  
tribuli spinæque deficiant, & fruges pu-  
ra succedat; si vitiorum sterilitas optanda  
proveniat, & ubertas adsit jucunda virtu-  
tum. Inopia quippe culparum præstat redun-  
dantiam prosperorum. Hinc est, quod res-  
tringendo copias, & mediocria non negan-  
do, sic nos tua moderatione disponis, ut ad  
superna tendentes, & temporalibus usquequa-  
que non deferamur alimentis, & sustenta-  
culis sic transeuntibus gubernemur, ut eo-  
rum tenuitate correpti proficiamus æternis.  
Per &c.

38

Perpetuo, Domine, favore prosequere,  
quos reficis divino mysterio; & quos im-  
buisi cælestibus institutis, salutaribus comi-  
tare solatiis. Per &c.

Defensio tua, Domine, quæsumus, adsit  
humilibus, & jugiter protegat in tua mise-  
ricordia confidentes; ut necessariis, quibus  
indiget humana conditio, competenter ad-  
juti, ad immortalitatis dona perveniant.  
Per &c.

*Invitatio plebis  
in jejunio mensis decimi.*

Hac hebdomade nobis mensis decimi sunt  
recensenda jejunia. Quapropter fidem vestræ  
dilectionis hortamur, ut eadem quarta & sexta  
feria solitis processionibus exsequentes, sab-  
batorum die hoc ipsum vigiliis solemnibus  
expleamus; quatenus apostolicis suffraganti-  
bus meritis, propitiationem Dei nostri perse-  
verantia debitæ servitutis obtineat. Per &c.

## IX.

*Item preces.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos &  
sustentationibus annuis & solemnitatibus con-  
solaris: præsta, quæsumus, ut quod ex his  
pro nostræ conversationis qualitate subtra-  
hitur, omnipotentia tuæ copia suppleatur.  
Per &c.

Concede, quæsumus, Domine, morum  
nos correctione relevari; quia quum hæc  
do-

32] Nota marg. *In jejunio.* Codices Gregoriani,  
& Missale Rom. hanc orationem exhibent in je-  
junio mensis VII. die Sabbati.

33 Est in iisdem codd. ac Missali feria VI. je-  
junii mensis septimi. Missale Rom. eandem re-  
petit fer. IV. post Dominicam tertiam Adventus.

34 Hanc reperies in cod. Greg. Menardi fer. V.  
post Dominicam Passionis.

35 Consonant MSS. Greg. Muratorii in Missa  
Sabbati post Dominicam Passionis.

36 Nota marginalis in cod. *Ante cibos.*

37 Legitur in codd. Greg. Muratorii ac in  
Missali Rom. fer. V. post Domin. Passionis.

38 Codex habet & *esuriens*. Sed notavit Blan-  
chinius *esuriens* scriptum fuisse pro *esuries*, uti  
alibi præfertur *thesauris* pro *thesauris*, *obtusis*  
pro *obtusis*, *quotiens* pro *quoties*. Hinc necessa-  
ria non est emendatio, quam recepit Muratorius  
*esurientes sacrata libatio nos reficit.*



MENSE dona contuleris, cuncta nobis utilia non negabis. Per &c.

*Super oblata.*

39 Deus, qui humani generis utramque substantiam presentium munerum & alimento vegetas, & renovas Sacramento: tribue, quæsumus, ut eorum & corporibus nostris subsidium non desit & mentibus. Per &c.

Vere dignum. Qui sempiterno consilio non desinis regere, quod creasti. Nosque delinquere manifestum est, quum supernæ dispositionis ignari, de secretorum tuorum dispensatione causamur; ac tunc potius recte sentire cognoscimur, quum non nostra, sed tua providentia confidentes, pietatem justitiamque tuam jugiter perpendimus exorandam: certi, quod qui injustos malosque non deseris, multo magis quos tuos esse tribuisti, clementi nullatenus gubernatione destituis. Per &c.

*Postcommunio.*

40 Guberna, quæsumus, Domine, temporalibus adjumentis, quos dignaris æternis informare mysteriis. Per &c.

*Super populum.*

Rege, Domine, populum tuum, & gratiæ tuæ, quæsumus, in eo dona multiplicata; ut & ab omnibus liber offensis, & temporalibus non destituatur auxiliis, & sempiternis gaudeat institutis. Per &c.

X.

*Item alia.*

Omnipotens sempiternæ Deus, qui sic hominem condidisti, ut temporalibus beneficiis competenter instructum ad cælestia dona proveheres: præsta, quæsumus, ut sicut per illicitos appetitus, de indulgæ beatitudinis regione decidimus, sic per alimoniam tuo munere ditributam, & transitoria sustentetur humanitas, & amissa recuperetur æternitas. Per &c.

Vere dignum. Glorificantes & de præteritis Creatorem, & de venturis fructibus exorantes; ut quum de perceptis non invenimur ingrati, de percipiendis non judicemur indigni; sed exhibita potius solemnî devotione jejunii, cum subsidiis corporalibus profectum capiamus animarum. Per &c.

Percepimus, Domine, gloriosa mysteria, quibus in terris positos, jam cælestium facias esse consortes. Tu inter ista, 41 per quæ vivimus, guberna nos, Domine, quæsumus, ut ad illa perducas. Per &c.

Adesto, Domine, supplicibus tuis; & spem suam in tua misericordia collocantes tuere  
*Tom. II.*

propitius; ut a peccatorum labe mundati, MENSE in sancta conversatione permaneant; & consequentes sufficientiam temporalem, promissionis tuæ perficiantur heredes. Per &c.

XI.

*Item alia.*

Concede, quæsumus, Domine, ut ad preces tuas corda nostra flectamus; & esse tibi possibile cuncta fidentes, non de elementorum profutura nobis speremus effectu, sed de tua virtute suppliciter imploremus. Per &c.

Virtutum cælestium, Deus, qui plura præstas, quam petimus, aut meremur, tribue, quæsumus, ut tua nobis misericordia conferatur, quod nostrorum non habet fiducia meritum. Per &c.

42 Deus, qui prævenis vota poscentium, tribue, quæsumus, ut & corporeis non destituamur alimentis, & ab hostium formidine liberemur. Per &c.

Domine Deus, qui fragilitati nostræ quæ congruant, & prævides solus & provides: præsta, ut & presentibus fulciamur auxiliis, & instruamur æternis. Per &c.

Tua nos, Domine, quæsumus, pietate dispone, quia nullis egebimus adjumentis, si tuæ providentiæ clementia gubernemur. Per &c.

Dirige, Domine, quæsumus Ecclesiam tuam dispensatione cælesti; ut quæ ante mundi principium in tua semper est præsentia præparata, usque ad plenitudinem gloriamque promissam, te moderante, perveniat. Per &c.

Tanto, quæsumus, Domine, placatus assume, quanto sacrandas nomini tuo has specialiter hostias 43 indidisti; ut quicquid nostræ non expletur servitutis officio, indulgentiæ tuæ dignatione pensetur. Per &c.

Vere dignum. Quia tuæ rationis imaginem, mundanis regionibus constitutam, & humanis non desinis fovere subsidiis, & reformare divinis. Consequens enim fuit, ut transactis terræ fructibus, cæleste semen oriatur, & alimonia vitæ mortalis expleta, germen immortalitatis existeret. Atque escis carnalibus expeditis, cibus nasceretur mirabiliter animarum; ac tempore frumenti, vini, & olei mox peracto, ineffabiliter ederetur, qui filiis Dei, ad similitudinem proficientibus Angelorum, hoc totum, non solum de cælo substantia deferret & nomine, sed panem præberet æternum. Per &c.

Gratiam tuam nobis, Domine, semper accumulet divini participatio Sacramenti; & sua nos virtute mundando, tanti muneris capaces efficiat. Per &c.

Absolve, Domine, quæsumus, tuorum delicta populorum; & quod 44 mortalitas con-

I 2

tra-

39 Hæc exhibetur in Missali Rom. inter Communes tempore famis.

40 Ibidem in eodem Communi legitur.

41 Codex quæ sine per. Blanchinius mallet quo. Muratorii emendationem prætulimus.

42 In margine cod. Ante cibos.

43 Magis placeret indidisti.

44 Codex mendose mortalitatis, nisi legendum sit plurali numero contrahunt, & similiter in sequentibus.

MENSE SEPTEM. trahit fragilitate, purifica; ut cuncta pericula mentis & corporis, te propellente, declinans, tua consolatione subsistat, ac tua gratia promissæ redemptionis perficiatur 45 hereditas. Per &c.

## XII.

*Item alia.*

Quæsumus, omnipotens Deus, ut & mentes nostras cælestibus corrigas institutis, & beneficia tua non desinas præstare correctis. Per &c.

Ad hostes nostros, Domine, superandos, præsta, quæsumus, ut auxilium tuum jejuniis tibi placitis & bonis operibus impetremus. Per &c.

Ad altaria, Domine, veneranda cum hostiis laudis accedimus. Fac, quæsumus, ut & indulgentiam tuam nobis concilient & favorem. Per &c.

46 Vere dignum. Qui nos ideo, collectis terræ fructibus, per abstinentiam tibi gratias referre voluisti, ut ex ipsius devotionis genere nosceremus, non hæc ad exuberantiam corporalem, sed ad fragilitatis nos sufficientiam percepisse; & quod ex his parcius sumeremus, egentium proficeret alimento; ut & salutaris castigatio mortalitatis insolentiam mitigaret, & pietas imitatores nostræ benignitatis, efficeret: sicque donis temporalibus uteremur, ut disceremus inhiare perpetuis. Per &c.

47 Profint nobis, Domine, quæsumus, sumta mysteria, pariterque nos & a peccatis exuant, & præsidii tuæ propitiationis attollant. Per &c.

Respice, Domine, familiæ tuæ preces, & opem tribue suppliciter imploranti; ut congruis subsidiis in confessione tui nominis perseveret. Per &c.

## XIII.

*Item alia.*

Mores nostros, Domine, quæsumus, tua pietate compone; ut & nulla nobis dominantur adversa, & salutaria cuncta non desint. Per &c.

48 Ut cunctis nos, Domine, foveas adjumentis, tuis apta propitius disciplinis. Per &c.

Sacrificium deferimus de perceptione tuorum, Domine, præditorum; ut percipienda securius uberiusque sumamus. Per &c.

MENSE SEPTEM. Vere dignum. Simulque pro munere generali, quo vivimus, & pro singulis quibusque subsidiis tuam munificentiam prædicare; 49 ne conlatis ingrati beneficiis, conferendis probemur indigni; meritoque transeuntium rerum potius consolationibus adjuvemur, si bona mansura non segnus, sacro jejunio purgatis sensibus, appetamus. Per &c.

Præsta, Domine, quæsumus, ut temporalibus non destituamur auxiliis, quos alimoniis pascis æternis. Per &c.

50 Succurre, Domine, quæsumus, populo supplicanti, & opem tuam tribue benignus infirmis; ut sincera tibi mente devoti, & præsentis vitæ remediis gaudeant & futuræ. Per &c.

## XIV.

*Item alia.*

Ad te corda nostra, Pater æternæ, converte; quia nullis necessariis indigebunt, quos tuo cultui præstiteris esse subjectos. Per &c.

Deus, qui populum tuum sic corripis delinquentem, ut benigna consolatione non deseras: da, quæsumus, ut indignatio debita reis precantibus, transferatur ad veniam. Per &c.

Ad preces nostras, Domine, quæsumus, propitiatus intende; ut sacris altaribus fervientes, & fidei veritate fundati, & mentis sint puritate conspicui. Per &c.

Vere dignum. Qui Christi tui beata passione nos reparas: conserva in nobis operam misericordiæ tuæ; ut in hujus celebritate mysterii, perpetua devotione vivamus. Per &c.

*Consecratio Episcoporum.*

## XXVIII.

51 Exaudi, Domine, supplicum preces; ut quod nostro gerendum est ministerio, tua potius virtute firmetur (*Al. peragatur*). Per &c.

52 Suscipe, Domine, quæsumus, munera famuli tui illius, & propitius in eodem dona custodi. Per &c.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro illo famulo tuo, quem ad pontificalem gloriam promovere dignatus es, quæsumus, Domine, placatus accipias; ut quod divino munere consequutus est, divinis effectibus exsequatur. Per &c.

Ade-

45 Sic codex. Muratorius *beves*.

46 Est præfatio feriæ iv. mensis septimi in codd. Gregorianis. Leonina distinctio in hac & aliis hujus tituli præfationibus præferri videtur.

47 In Sacramentario Greg. Menardi fer. vi. mensis decimi.

48 In codd. Gregor. Muratorii exstat inter orationes vespertinas & matutinas; apud Menardum vero inter orationes quotidianas.

49 Codex *ne non latis*, mendose. Muratorius emendavit *ut non latis*. Blanchinii correctionem secundis curis Sacramentario præmissam recepimus, quippe quæ præfertur in hac eadem oratio-

ne inferius repetita §. XXIX. Missa XI. ex qua paulo post scripsimus *segnius* pro *signius*, uti hoc loco codex erronee exhibet. In eadem Missa XI. pro *sensibus* habetur *mentibus*.

50 In codd. Gregor. refertur inter orationes *pro peccatis*. In fine Muratorius *& futuris*. Lectionem codicis, quam & Gregor. codd. retinent, sequuti sumus.

51 Hanc orationem habet Sacram. Gelas. lib. 1. n. 99. & cod. Remensis a Menardo laudatus not. 765.

52 Est apud Gelas. ibidem, & in Pontificali Romano *de consecratione Episcoporum*.

Adesto, misericors Deus, ut quod actum est nostræ servitutis officio, tua benedictione firmetur. Per &c.

53 53 Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, & inclinato super hos famulos tuos cornu gratiæ sacerdotalis, benedictionis tuæ in eos effunde virtutem. Per &c.

54 54 Deus honorum omnium, Deus omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ sacratis famulantur ordinibus: Deus, qui Moysen famulum tuum, secreti familiaris affatu, inter cetera cælestis documenta culturæ, de habitu quoque indumenti sacerdotalis instituens, electum Aaron mystico amictu vestiri inter sacra iussisti; ut intelligentiæ sensum de exemplis priorum caperet sequutura posteritas; ne eruditio doctrinæ tuæ ulli deesset ætati; quum & apud veteres reverentiam ipsa significationum species obtineret, & apud nos certiora essent experimenta rerum, quam ænigmata figurarum. Illius namque Sacerdotii anterioris habitus nostræ mentis ornatus est, & pontificalem gloriam non jam nobis honor commendat vestium, sed splendor animorum: quia & illa, quæ tunc carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius, quæ in ipsis erant intelligenda, poscebant.

Et idcirco his famulis tuis, quos ad summi Sacerdotii ministerium delegisti, hanc, quæsumus, Domine, gratiam largiaris, ut quidquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, in multimodi operis varietate signabant, hoc in horum moribus actibusque clarescat. Comple in Sacerdotibus tuis mysterii tui summam, & ornamentis totius glorificationis instructos, cælestis unguenti flore sanctifica. Hoc, Domine, copiose in eorum caput influat; hoc in oris subjecta decurrat; hoc in totius corporis extrema descendat; ut tui spiritus virtus & interiora horum repleat, & exteriora circumtegat. Abundet in his constantia fidei, puritas dilectionis, sinceritas pacis. 55 Tribuas eis cathedram episcopalem ad regendam Ecclesiam tuam, & plebem universam. Sis eis auctoritas, sis eis potestas, sis eis firmitas. Multiplices super eos benedictionem & gratiam tuam, ut ad exorandam semper misericordiam tuam, tuo munere idonei, tua gratia possint esse devoti. Per &c.

53 Ibidem legitur apud Gelasium, & in Romano Pontificali.

54 Hanc orationem, quæ in iisdem libris Gelasiano, & Pontificali, nec non in Gregoriano Menardi invenitur, Quesnellus uti Leoninam sermonibus S. Pontificis subiecit.

55 In cod. Gelasii hoc loco adduntur aliquot periodi, quæ etiam in MSS. Ratold, & Remensi, nec non in Pontificali Romano, & in Ordine vulgato receptæ fuerunt. At absunt ab aliquibus Ordinibus apud Martene, a Gregoriano Menardi, & a codice Rodradi laudato ab eodem Menardo not. 777. Nostrum Sacramentarium omnium vetustissimum has periodos additamenta esse demonstrat.

56 Legitur apud Gelasium lib. 1. n. 22.

*Benedictio super Diaconos.*

56 Domine Deus, preces nostras clementer exaudi: ut quæ nostro sunt gerenda servitio, tuo prosequaris benignus auxilio; & quos sacris ministeriis exsequendis pro nostra intelligentia credimus offerendos, tua potius electione iustifices, Per &c.

57 Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad officium Diaconii vocare dignatur, benedictionem gratiæ suæ clementer effundat, & consecrationis indulgentiæ propitius dona conservet. Per &c.

Deus, consolator sacrarum magnifice dignitatum, quæsumus, ut hos famulos tuos, quos ad officium Levitarum vocare dignaris, altaris sancti ministerium tribuas sufficienter implere; cunctisque donis gratiæ redundantes, & fiduciam sibi tuæ maiestatis acquirere, & aliis præbere facias perfectæ devotionis exemplum. Per &c.

58 Adesto, quæsumus, omnipotens Deus, 59 honorum dator, ordinum distributor, officiorumque dispositor. Qui in te manens, innovas omnia, & cuncta disponens per Verbum, Virtutem, Sapientiamque tuam Jesum Christum, Filium tuum, Dominum nostrum, sempiterna providentia præparas, & singulis quibusque temporibus aptanda dispensas. Cujus corpus Ecclesiam tuam, cælestium gratiarum varietate distinctam, suorumque connexam distinctione membrorum, per legem totius mirabilem compagis unitam, in augmentum templi tui crescere dilatarique largiris; sacri muneris servitutem trinis gradibus Ministrorum nomini tuo militare constituens; electis ab initio Levi filiis, qui mysticis operationibus domus tuæ fidelibus excubiis permanentes, hereditatem benedictionis æternæ sorte perpetua possiderent. Super hos quoque famulos tuos, quæsumus, Domine, placatus intende, quos tuis 60 sacriarii servituros, in officium Diaconii suppliciter dedicamus. Et nos quidem, tamquam homines, divini sensus & summæ rationis ignari, horum vitam, quantum possumus, æstimamus. Te autem, Domine, quæ nobis sunt ignota, non transeunt: te occulta non fallunt. Tu cognitor peccatorum: tu scrutator es animorum: tu veraciter in eis cælestem potes ad-

57 Vide Gelas. ibidem, Pontificale Rom. & Sacramentarium Gregor. Menardi.

58 Exstat in tribus libris laudatis.

59 Ita codex, sicut etiam apud Menardum, cujus nota 746. legenda est, ubi lectio *honorum* a Muratorio suscepta expungitur. Post pauca *disponis* habet codex cum Sacramentario Gelasii. Sed retinimus emendationem congruentiorem *disponens*, quam exemplar Menardi comprobat.

60 Blanchinius primis curis: *Vel lege* sacraris, *vel quod magis placeret*, sacraris altaribus, *ut in Pontificali Romano*. Cum vero codex Gelasii habeat *sacris*, cod. Gregorii *sacriarii*; correctione opus non esse idem Blanchinius secundis curis notavit.

MENSE SEPTEM. adhibere iudicium; & vel indignis donare, quæ poscimus. Emitte in eos, Domine, quæsumus, Spiritum Sanctum, quo, in opus ministerii fideliter exsequendi, munere septiformi tuæ gratiæ roborentur. Abundet in eis totius forma virtutis, auctoritas modesta, pudor constans, innocentiae puritas, & spiritalis observantia disciplinæ. In moribus eorum præcepta tua fulgeant; ut suæ castitatis exemplo imitationem sanctæ plebis acquirant, & bonum conscientiae testimonium præferentes, in Christo firmi & stabiles perseverent, dignisque successibus de inferiori gradu per gratiam tuam capere potiora mereantur. Per &c.

*Consecratio Presbyteri.*

61 Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad Presbyterii munus elegit, caelestia dona multiplicet: quibus, quod ejus dignatione suscipiunt, ejus exsequantur auxilio. Per &c.

62 Exaudi nos, Deus salutaris noster, & super hos famulos tuos benedictionem Sancti Spiritus, & gratiæ sacerdotalis effunde virtutem; ut quos tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandos, perpetua muneris tui largitate prosequaris. Per &c.

63 Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, honorum omnium, & omnium dignitatum, quæ tibi militant, distributor; per quem proficiunt universa; per quem cuncta firmantur, amplificatis semper in melius naturæ rationabilis incrementis per ordinem congrua ratione dispositum. Unde sacerdotales gradus, & officia Levitarum, sacramentis mysticis instituta, creverunt; ut, quum Pontifices summos regendis populis præfices, ad eorum societatis & operis adjumentum sequentis Ordinis viros & secundæ dignitatis 64 eligeres. Sic in eremo per septuaginta virorum prudentes mentes Moyse spiritum propagasti; quibus ille adiutoribus usus in populo, innumeras multitudines facile gubernavit. Sic in Eleazaro, & Ithamar, filiis Aaron, paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti, ut ad hostias salutes, & frequentioris officii sacramenta, sufficeret meritum Sacerdotum.

Hac providentia, Domine, Apostolis Filii tui, Doctores Fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum secundis Prædicatoribus impleverunt. Quapropter infirmitati quoque nostræ, Domine, quæsumus, hæc adjumenta largire; qui quanto magis fragiliores sumus, tanto his pluribus indigemus. Da, quæsumus, Pater, in hos famulos tuos Presbyterii dignitatem. Innova in visceribus eorum spiritum sanctitatis. Acceptum a

MENSE SEPTEM. te, Deus, secundi meriti munus obtineant, censuramque morum exemplo suæ conversationis insinuent. Sint probi cooperatores Ordinis nostri. Eluceat in eis totius forma justitiæ, ut bonam rationem dispensationis sibi creditæ reddituri, æternæ beatitudinis præmia consequantur. Per &c.

*In natale Episcoporum.*

XXVIII.

I.

Operis tui, Deus, initiator & custos, suscipe gratiarum propitius actionem, quod, anni cursu remeante, votiva recolimus sumpta primordia dignitatis; ut quæ tuis sunt principiis instituta, tuis regantur aucta præfidiis. Per &c.

65 Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut fidelibus tuis ordinatum præbeamus affectum; eisque nos similiter diligendi spiritum benignus infunde; ut in tua fide, spe, & caritate sincera sacrificium tibi placitum deferatur & plebis, & præsulis. Per &c.

Vere dignum. Teque propensius exorare, ut in me, quem ad sacerdotale ministerium, nullo præditum suffragio sanctitatis, sed sola gratiæ dignatione, promovisti, tua dona prosequendo perficias; & cum provectu temporis, bonorum mihi potius operum des profectum. Hæc namque gloriæ pontificalis erit vera festivitas, hæc certa lætitia, si per rationabilem regulam præfidendi, populus tuus & numero 66 cura regentium, & incrementum gregis, atque salubritas, gaudium est, & corona Pastorum. Per &c.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offero ego tuus famulus ac Sacerdos, pro eo quod me, nulla prorsus justitia confidentem, sed ineffabilis misericordiæ largitate tribuisti sacerdotalem subire famulatum; quæsumus, placatus accipies, & tua pietate confirmes, quod es operatus in nobis, dieque meos clementissima gubernatione disponas. Per &c.

Qua oblatione totius mecum gratulantis Ecclesiæ, tu Deus in omnibus.

Omnipotens & misericors Deus, qui nos ad celebritatem venire hujus diei contulisti: præsta, quæsumus, ut tui perceptione sacramenti, & securitas nobis optata (Al. profutura) proveniat, & religionis integritas. Per &c.

Da, quæsumus, Domine, familiæ tuæ cum suis pacem habere rectoribus; ut quorum honore congaudent, de eorum sancta conversatione lætentur; tuaque gratia tribuatur & moderatio gubernantium, & obedientia subditorum. Per &c.

II.

61 Est apud Gelas. lib. 1. n. 20. in Gregor. Menardi, & in Rom. Pontificali.

62 Est in iisdem libris.

63 Legitur in iisdem. Hanc orationem esse Leoninam Henricus Valeus pernovit; & Quenellus post Leonis sermones recusat.

64 Noster codex, & Gelasianus mendose *elegensis*. Paulo post utriusque codd. *Moyse*.

65 Gelas. lib. 1. n. 101. ex una duas effecit.

66 Locus depravatus, quem aliis emendandum relinquimus.

*Item alia.*

Deus, qui magna nimis, & de parvis miranda potenter operaris, misericordiæ tuæ dona in me placatus exsequere; ut ubi nulla conscientia meæ te digna sunt merita, sola pietatis tuæ semper clara sit gratia. Per &c.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui dignaris infima, abjecta non despicias: attolle quos fuscitas, & gubernas quos erigis. Da mihi famulo tuo sufficientiam commissi moderaminis. Da Ecclesiæ tuæ pacem, cui me præesse voluisti; ut in uno eodemque spiritu sit tibi grata devotio & plebis & præfulis. Per &c.

67 Deus mundi creator & rector, ad humilitatis meæ preces placatus attende, & me famulum tuum, quem nullis suffragantibus meritis, sed immensæ largitate clementiæ, cælestibus mysteriis servire tribuisti, dignum sacris altaribus fac ministrum; ut quod mea celebrandum voce depromitur, tua potius sanctificatione firmetur. Per &c.

Omnipotens sempiterne Deus, hostilia, quæsumus, arma confringe; ut imperturbatis mentibus agere tua sancta possimus. Per &c.

Concede nobis, omnipotens Deus, ut ab improbis voluntatibus recedentes, præceptorum tuorum rectitudine subsequamur; & qui deviis etiam desiderata concedis, præsta meliora correctis. Per &c.

Omnis a nobis, te, Domine, quæsumus, expiante, pravitas humana discedat; ut puris sensibus & mentibus tua mysteria celebremus. Per &c.

Vere dignum. Majestatem tuam cunctis sensibus deprecari, ne propriis jucunditatibus occupati, aut familiam dissimulare commissam, aut nitamur vexare subjectam; sed Evangelii tenore monstrante, conservis cibaria ministrantes tempore competenti, dominico reperiamur adventu; famulosque tuos cum dilectione corripere, & cum necessaria studeamus amare censura; totumque servitium delegatum rationabiliter exsequentes, non reatum de neglecto Domini subeamus augmento, sed divinorum nobis multiplicata proveniat dispensatio talentorum. Per &c.

Deus, qui nos sacramentis tuis pascere non desistis, tribue, quæsumus, ut eorum nobis indulta refectio vitam conferat sempiternam. Per &c.

Respice, Domine, propitius familiam tuam, & perpetuam largire misericordiam supplicanti; ut sine qua nihil potest a se dignum prorsus efficere, per eam salutaria tua

## III.

*Item alia.*

Deus, qui Ecclesiam tuam in dilectione tuæ Divinitatis & proximi cuncta servare cælestia mandata docuisti: da nobis spiritum pacis & gratiæ, ut universa familia tua & toto tibi corde sit devota, & pura sibi voluntate concordet. Per &c.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, da nobis gratia tuæ dignationis augeri, & 68 mortalitatis conscientia trepidos, pietatis eruditione confirma; ut te omnia in omnibus operante, profectus gregis tui sit forma Pastoris. Per &c.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, gratiæ tuæ in nobis dona proficere; & quod possibilitas non habet fragilitatis humanæ, tuo spiritu miseratus impende; ut sacris altaribus fervientes, & fidei integritate fundati, & mentis sint claritate conspicui. Per &c.

69 Deus, qui dierum nostrorum numeros, temporumque mensuras, majestatis tuæ potestate dispensas: propitius ad humilitatis nostræ respice servitutem, ut tuæ pacis abundantia tempora nostra cumulentur. Per &c.

Deus, qui nec Ecclesiæ tuæ usque ad consummationem te sæculi defuturum, nec inferni portas apostolicæ confessioni prævalituras esse promisisti: in nostra quoque perfice propitius infirmitate virtutem, & divinæ pollicitationis effectum, dum etiam infirmis tuis inesse dignaris, ostende. Quia præsentiam tuam sine dubitatione sentimus, quum & singulis quibusque temporibus convenienter optanda dispensas, & nos a totius adversitatis incursum perpeti protectione custodis. Per &c.

Memento, Domine, quod es operatus in nobis; & non quid mereamur, sed collati gratiam tui muneris intueri; ut sicut me sacris altaribus tua dignatio pontificali servare præcepit officio, ita dignum præstet & merito. Per &c.

Præsta, quæsumus, Domine Deus noster, ut declinemus noxios appetitus, & reatum nobis ingerentia desideria respiciamus: quia tunc exteriores hostes superare poterimus, si vincamus internos. Per &c.

Da nobis, quæsumus omnipotens Deus, ut per gratiam tuam nosmetipsos, sicut te dignum est, exhibentes, tuis fidelibus ministremus rectæ conversationis exemplum. Et populi tui salvatio sempiterna fiat præmium Sacerdotis. Per &c.

69 Pu-

67 Est in Gelas. lib. 1. n. 100. in cod. Menardi tom. 3. col. 227. nec non in Missali Rom. inter orationes Communes num. 20. paucis mutatis.

68 Codex hoc loco *mortalis*. Emendationem

suppeditavit hæc eadem oratio repetita inferius num. 5.

69 Paucis mutatis existat apud Gelasium lib. 1. n. 102.

117  
MENSE 70 Purifica nos, misericors Deus; ut Ec-  
SEPTEM. clesiae tuae preces, quae tibi gratæ sunt,  
70 sacra (*Al. pia*) munera deferentes, fiant ex-  
piatis mentibus gratiores. Per &c.

Vere dignum. Teque de tuis magnifica-  
re muneribus. Quis enim hoc dignus exi-  
stat officio, nisi gratia tuae miserationis præ-  
ventus aptetur? Quum ergo tui doni, non  
nostri sit meriti, tuae nihilominus guberna-  
tionis intererit, ut non sit negligentibus pœ-  
na perpetua, sed potius exsequentibus com-  
petenter fiat causa remunerationis æternæ.  
Per &c.

71 Munerum tuorum, Domine, largita-  
te gaudentes, supplices deprecamur, ut  
quibus donasti hujus ministerii facultatem,  
tribuas sufficientem gratiam ministrandi.  
Per &c.

72 Gaudeat, Domine, quæsumus, popu-  
lus, tua semper benedictione confusus, & cæ-  
lestium rerum frequentatione proficiat; ut &  
temporalibus beneficiis adjuvetur, & erudia-  
tur æternis. Per &c.

#### IV.

*Item alia.*

Da nobis, quæsumus, Domine, sanctæ  
regimen disciplinæ, ut per tuam gratiam  
& moderatio gubernantium, & obedientia pro-  
veniat subditorum. Per &c.

73 Tribue, quæsumus, Domine, fide-  
libus tuis, ut jejuniis paschalibus convenienter  
aptentur, & suscepta solemniter castigatio  
corporalis ad fructum cunctarum transeat  
animarum. Per &c.

Aufer a nobis, Domine, quæsumus, ini-  
quitates nostras; ut ad sancta sanctorum pu-  
ris mereamur sensibus introire. Per &c.

Vere dignum. Qui singulis quibusque tem-  
poribus convenienter adhibenda dispensas.  
Aptius siquidem atque decentius his diebus  
74 episcopalis officii suscepta principia ce-  
lebramus, quibus & Ecclesiae totius obser-  
vantia devota concurrat, & ipsius, cui sa-  
cerdotale ministerium deputatum est, na-  
tale colitur sacramenti. Dumque restrictius  
castigatiusque viventes in summi Pontificis  
proficiendo membra transferimur, adeptum  
temporaliter hunc honorem, potius fieri spe-  
ramus æternum. Per &c.

### SACRAMENTARIUM

118

75 Præsta, Domine, quæsumus, ut & de MENSE  
nostræ gaudeamus profectionis augmento, & SEPTEM.  
de congruo Sacramenti paschalis obsequio. 75  
Per &c.

Benedictionem tuam, Domine, populo  
supplicanti benignus accumula; ut & de bo-  
na conversatione sui Præfulis semper exsul-  
tet, & de sacræ festivitatis celebritate læ-  
tetur. Per &c.

#### V.

*Item alia.*

Domine Deus, Pater gloriæ, fons bono-  
rum, qui licet Ecclesiam tuam toto terra-  
rum orbe diffusam largitate munerum dita-  
re non desinas, Sedem tamen beati Aposto-  
li tui Petri tanto propensius 76 intueris,  
quanto sublimius esse voluisti: da mihi fa-  
mulo tuo hujus providentiæ tuæ dispositio-  
nibus exhibere congruenter officium; certus  
te universis Ecclesiis collaturum, quidquid  
illi præstiteris, quam 77 cuncta respiciunt.  
Per &c.

Domine sancte, Pater omnipotens, æter-  
ne Deus, da nobis gratiæ tuæ dignatione  
augeri &c. 78

Domine sancte, Pater omnipotens, æter-  
ne Deus, qui me nulla præditum fiducia me-  
ritorum, ineffabilis gratiæ munere, familiæ  
tuæ præsidere tribuisti: attolle quos suscitasti,  
& gubernasti quos erigis; ut quorum auctor  
tu bonorum, sis ipse perfectior. Per &c.

79 Deus, cujus universæ viæ misericor-  
dia est semper & veritas: operis tui dona  
prosequere; & quod possibilitas non habet  
fragilitatis humanæ, tuis beneficiis impen-  
de; ut cælestibus mysteriis fervientes, & fidei  
integritate fundati, & mentis luceant puri-  
tate conspicui. Per &c.

Domine Deus, Pater gloriæ, fons bono-  
rum &c. 80

Omnipotens & misericors Deus, qui be-  
nigne semper operaris, ut possimus imple-  
re quæ præcipis: dilectarum tibi ovium  
adesto Pastori; quia tui est muneris, tuæque  
virtutis, ut & regendi obedientes, & pro-  
babiles possint esse rectores. Per &c.

Deus misericors, Rex æternæ, da servi-  
tuti nostræ prosperum cursum. Et ut tibi  
in populi tui devotione placeamus, tu san-  
cto præside gregi; & ad tuorum observan-  
tiam

70 Codices Greg. Muratorii, & Missale Rom.  
hanc orationem præferunt fer. v. post Domini-  
cam IV. Quadragesimæ.

71 In cod. Gelas. lib. 3. n. 37. hæc oratio af-  
signatur in Natali Presbyteri.

72 Hæc existat inter orationes quotidianas co-  
dicum Gregor. apud Muratorium.

73 Gelasius lib. 2. n. 60. hanc orationem in  
diem sabbati mensis 7. transtulit. (Sub finem co-  
dex mendose cunctis transeat. Ex Gelasio emen-  
davimus.)

74 Hic ordinatio Pontificis indicatur, quæ in  
quadragesimale jejunium voce *observantiae* desi-  
gnatum, & oratione secunda expressum sub Pa-  
schatis tempus incidit. Sunt qui putant, hæc ap-  
tari Felici III. qui ordinatus fuit die 6. Martii  
an. 483. Sed cum Zosimus consecratus fuerit die

18. Martii, ut omnes nunc eruditi conveniunt;  
utri potius hæc Missa congruat, divinare nolu-  
mus.

75 Legitur in Gelas. lib. 1. n. 97. in Natali  
consecrationis diaconi.

76 Voces *intueris*, quanto sublimius, quæ hoc  
loco in ms. desunt, suppletæ fuerunt ex hac ea-  
dem oratione paullo post repetita: ex qua etiam  
mox addimus *hujus*.

77 Legendum videtur *cunctis*.

78 Eadem est ac oratio secunda Missæ tertiæ.

79 Parum differt a tertia oratione ejusdem  
Missæ III.

80 Repetitio hujus orationis in hac eadem Mis-  
sa, Collectoris, aut amanuensis oscitantia tri-  
buenda.

MENSE SEPTEM. 81  
tiam mandatorum tu omnium dirige voluntates. Per &c.

81 Deus, cujus arbitrio omnium sæculorum ordo decurrit, respice propitius ad nostræ temporis ætatis: & ut tibi servitus nostra complacere, tua in nobis dona conserva. Per &c.

Deus, dierum temporumque nostrorum potens & benignus moderator, collatis in me per gratiam tuam propitiare muneribus; & in hunc affectum dirige cor plebis & præsulis; ut nec pastori obedientia gregis, nec gregi desit cura pastoris, Per &c.

## VI.

*Item alia.*

Deus, qui propter Ecclesiæ tuæ gubernacula disponenda, sic ejus principes sublimasti, ut minimos quosque non deseras; præsta, quæsumus, ut apostolicæ fidei, doctrinæque vestigia vel longe sequamur, imitando, quæ, licet infirmo, comitamur officio. Per &c.

82 Ad gloriam, Domine, tui nominis, annua festa repetentes sacerdotalis exordii, hostiam tibi laudis offerimus, suppliciter exorantes, ut cujus ministerii vice tibi servimus immeriti, suffragiis ejus reddantur accepti. Per &c.

Vere dignum. Cum exultatione trepidos, & cum pavore lætantes. Sicut enim de tuo munere gratulamur, ita de nostræ fragilitate metuimus. Et quantum de humanæ conditionis excessibus formidamus, tantum de tua gratia, quæ virtutem perficit in infirmitate, confidimus; propensius implorantes, ut quem tantæ sedis honore decorasti, moribus existere non patiaris indignum; & cujus formæ successorem nomine præstitisti, quantocumque etiam bonæ conversationis adnifu fieri tribuas sectatorem. Per &c.

Præsta, quæsumus, Domine, cum accessu temporum recti moderaminis incrementum; ut quod dignitate præferimus, justis actionibus exsequamur. Per &c.

Multiplifica, Domine, quæsumus, in Ecclesia tua spiritum gratiæ, quem dedisti; ut per dignum Pontificis institutum, crescat tuorum devotio sancta fidelium. Per &c.

## VII.

*Item alia.*

Omnipotens sempiternæ Deus, origo cunctarum perfectioque virtutum, da nobis, quæsumus, & exercere quæ recta sunt, &

Tom. II.

MENSE SEPTEM. 83  
prædicare quæ vera: ut instructionem gratiæ tuæ præbeamus & agendo tuis fidelibus & docendo. Per &c.

Suscipe, Domine, quæsumus, oblationes & preces, quas & pro reverentia paschali supplices adhibemus, & pro solemnitate reolenda primordii sacerdotalis offerimus, ut eorum nobis intercessione sint prospera, quos nobis hujus muneris & doctores constituis & patronos. Per &c.

Vere dignum. Teque profusius implorare, ut quod nunc pii nobis est oneris, perpetui sit honoris. Neque nos magis oblectet prærogativa fastigii, quam competens actio dignitatis; 84 atque secundum beatum Apostolum Paullum docentem: *Episcopatum qui desiderat, bonum opus concupiscit*: sacri nominis veritatem sanctæ conversationis in nobis monstret effectus. Et qui loco ceteris præsidemus, cunctis rationabili subdamur affectu. Nec nos extollat noxia potestatis elatio, sed potius modestos efficiat administratio legitima caritatis. Per &c.

Deus, qui bona cuncta & inchoas benignus, & perficis; da nobis, sicut de initiis tuæ gratiæ gloriamur, ita de perfectione gaudere. Per &c.

85 Repleantur consolationibus tuis, Domine, quæsumus, tuorum corda fidelium; pariterque & de Ecclesiæ præsulum, & de suo referant gaudia votiva profectu; ac temporalibus solatiis incitati, promptius æterna desiderant Per &c.

## VIII.

*Item alia.*

Deus, qui licet universum genus humanum cælesti lege disponas, Ecclesiam tamen tuam speciali dispensatione moderaris, & dignum tibi nos exhibere ministerium concede propitius, & dignos per tuam gratiam ministros offerre. Per &c.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut quod fragili supplemus officio, tuo potius perficiatur effectu. Per &c.

Omnium nostrum, Domine, quæsumus, hostias propitius intueri; ut & quod actum est per obsequium deputatum, & fidelium vota populorum, tua potius dignatione firmetur. Per &c.

Vere dignum. Suppliciter implorantes, ut nostram pariter & eorum, quos per tui muneris largitatem sacræ familiæ subrogamus antistites, bene tibi placitam perficias servitutem. Per &c.

K

P<sup>o</sup>

81 Legitur apud Gelasium lib. 1. n. 98. & lib. 3. n. 37.

82 Est in cod. Gelaf. lib. 1. n. 100. & in Gregor. Menardi tom. 3. p. 227.

83 Indicatur anniversaria solemnitas & commemoratio diei natalis, quo quis ad Pontificatum assumptus fuit. Hæc autem oratio eo die, qui cum paschali tempore concurrat, adhibita cognoscitur. Cui autem Pontifici id conveniat, aliis dijudicandum relinquimus. Forte cum anniversaria

84 Cod. mendose ut quæ.  
85 Est in Gelaf. lib. 1. n. 100. & apud Menardum tom. 3. p. 228. Operum S. Gregorii.

86 dies natalis Zosimi, aut Felicis III. in Quadragesimam incideret ex adnot. 74. hoc autem tempore Episcopi multis officiis occupati, ad Synodum, qui in anniversario Pontificis haberi solebat ex Admonitione in primum sermonem S. Leonis n. 3. Romam accurrere non possent, ea solemnitas post Pascha translata fuit.

*Pro Episcopo offerendum.*

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus (*illius & illius*) famulorum tuorum, quibus summum sacerdotium contulisti, quæsumus, benignus efficias, & tua in eis dona prosequaris. Per &c.

Ecclesiam tuam, Domine, benignus illumina; ut & gregis tui proficiat ubique successus, & grati fiant nomini tuo, te gubernante, pastores. Per &c.

Da, quæsumus, Domine, ut & fideles tui diligant præfules suos, & ab eis mutuo diligantur; atque ut perpetuo perseverent, præsta, quæsumus, ut 86 utrisque iustitia non desit, & pietas. Per &c.

86

IX.

*Item alia.*

87 Largire nobis, Domine, quæsumus, spiritum cogitandi, quæ bona sunt, promptius & agendi; ut qui sine te esse non possumus, secundum te vivere valeamus. Per &c.

87

Da nobis, Domine, quæsumus, ut in tua gratia veraciter confidentes, & quæ te digna sunt postulemus, & jugiter postulata sumamus. Per &c.

Dicatur tibi, Domine, quæsumus, capiamus oblationis effectum, ut a terrenæ vultus conversatione mundati, cælestis vitæ profectibus innovemur. Per &c.

Vere dignum. Ut, qui te auctores sumus conditi, te reparatore salvemur; & qui faciles a tua rectitudine discrepamus, ad eam tua miseratione revocemur; nec relinquamur nostris excessibus, sed tuæ subdamur clementer & incessabiliter voluntati. Per &c.

Perfice, Domine, quæsumus, benignus in nobis, ut quæ sacris mysteriis profitemur, piis actionibus exsequamur. Per &c.

Plebem tuam, Domine, quæsumus, interius exteriusque restaura; ut, quam corporis non vis delectationibus impediri, spiritali facias vigere proposito; & sic rebus foveas transiturus, ut tribuas potius inhaerere perpetuis. Per &c.

X.

*Item alia.*

Omnipotens sempiternæ Deus, qui nos ab hostibus defendis immeritos: præsta, quæsumus, ut & morum nobis adsit & fidei re-

ctitudo, qua pietatis tuæ mereamur augmenta. Per &c.

Quæsumus, Domine Deus noster, ut propitiationis tuæ nobis collata securitas non nos efficiat negligentes, sed potius ad cultum nominis tui reddat acceptos. Per &c.

88 Sacris, Domine, mysteriis expiati, & veniam consequamur & gratiam. Per &c.

88

Vere dignum. Clementiam tuam toto corde poscentes; ut qui nos a corporalibus tueris adversis, ab hostibus quoque mentis expedias; & quos exteriori tribuis tranquillitate gaudere, interius facias esse pacificos. Per &c.

89 Repleti, Domine, muneribus sacris: da, quæsumus, ut in gratiarum semper actione maneamus. Per &c.

89

Guberna, Domine, quæsumus, tuam placatus Ecclesiam; ut potenti moderatione directa, & incrementa libertatis accipiat, & in religionis integritate persistat. Per &c.

XI.

*Item alia.*

Ad te corda nostra, Pater æternæ, converte: quia nullis necessariis indigebunt, quos tuo cultui præstiteris esse subjectos. Per &c.

90 Ut cunctis nos, Domine, foveas adjumentis, tuis apta propitius disciplinis. Per &c.

90

Sacrificium deferimus de perceptione tuorum, Domine, præstitorum; ut percipienda securius uberiusque sumamus. Per &c.

Vere dignum. Simulque pro munere generali, quo vivimus, & pro singulis quibusque subsidiis tuam munificentiam prædicare: ne collatis &c. 91

91

Præsta, Domine, quæsumus; ut temporalibus &c. 92

92

Succurre, Domine, quæsumus, populo supplicanti &c. 93

93

XII.

*Item alia.*

Omnipotens & misericors Deus, propitiationis tuæ dona multiplica, & cunctis hostibus cælesti virtute compressis, augmentum nobis tribue religionis & pacis. Per &c.

Virtutum cælestium Deus, promissionis tuæ munus exsequere; ut evangelicæ veritati rebellantium corda subdantur. Per &c.

Muneribus nostris, quæsumus, Domine, gratiam tuam placationis interfere; ut & col-

86 Cod. *utrumque*, perperam.

87 In Gelasio est Missa IV. pro Dominicis diebus. In codd. Greg. Muratorii Dominica IX. post Pentec. apud Menardum Domin. X. In Missali Rom. Domin. VIII. In nostro codice hic incipiunt Missæ communes.

88 Hæc oratio habetur in MSS. Gregor. ac in Missali Rom. ser. III. post tertiam Dominicam Quadragesimæ.

89 Est in Gregor. Sacramentario Menardi, ac in Missali Rom. die Dominica post Ascensionem

Domini.

90 Hæc & sequens oratio supra habentur in Missa XIII. §. XVII. pro jejunio mensis decimi. Hinc autem in sequenti *securius* emendavimus pro *securi*, quod hoc loco mendose codex præfert.

91 Sequitur ut in præfatione Missæ laudatæ.

92 Consimilem habes ibidem.

93 Similis est in eadem Missa XIII. ita ut, si primam orationem excipias, reliqua cum eadem Missa conveniant.



MENSE lata nobis remedia tuearis, & conferenda  
SEPTEM. perficias. Per &c.

94 Vere dignum. Supplices, ut te nos placatus devoto facias corde sectari. Quia sicut totius adversitatis est causa tuis non obedire præceptis, ita præcipue prosperitatis effectus est, bonorum omnium sequi convenienter auctorem. Per &c.

95 Tua nos, quæsumus, Domine, sancta purificet, & operationes suæ perficiant nos pacatos. Per &c.

96 Moveat pietatem tuam, quæsumus, Domine, subjectæ tibi plebis affectus, & misericordiam tuam supplicatio fidelis obtineat: ut, quod meritis non præsumit, indulgentiæ tuæ largitate percipiat. Per &c.

## XIII.

*Item alia.*

97 Peccata nostra, Domine, propitiatus absolve, & quidquid pro peccatis meremur, miseratus averte. Per &c.

98 Concede, quæsumus, omnipotens Deus, ut viam tuam devota mente currentes, furripientium delictorum laqueos evadamus. Per &c.

Purificet nos, Domine, cælestis exsequutio Sacramenti, & ad tuam magnificentiam capiendam divinis effectibus semper instauret. Per &c.

Vere dignum. Ut qui te auctore subsistimus, te dispensante dirigamur. Non nostris sensibus relinquamur, sed ad tuæ reducti semper tramitem veritatis, hæc studeamus exercere, quæ præcipis, ut possimus dona percipere, quæ promittis. Per &c.

99 Summi sacrificii, Domine, perpetua nos tuitio non relinquat, & noxia semper a nobis cuncta depellat. Per &c.

Adesto, Domine, fidelibus tuis, & tua sancta celebrantibus auge devotionis effectum; ut & tibi semper exhibeant debitam servitutem, & ad remedia jugiter æterna proficiant. Per &c.

## XIV.

*Item alia.*

Respice nos, rerum omnium Deus creator & rector; & ut tuæ propitiationis sentiamus effectum, toto nos tribue tibi corde fervire. Per &c.

Ad tua, Domine, beneficia fiducialiter  
Tom. II.

impetranda, quæsumus, ut exercere, quæ tibi sunt placita, & velle nobis largiaris & posse. Per &c.

Deus, auctor sinceræ devotionis & pacis, da, quæsumus, ut & majestatem tuam convenienter hoc munere veneremur, & sacri participatione mysterii fideliter sensibus uniamur. Per &c.

Vere dignum. Qui ideo nos imaginem tuam benignus existere voluisti, ut tenorem summæ justitiæ pariter & pietatis imitemur; quod brevi compendio poterimus implere, si per tuam nobis gratiam concedatur, ut & te nostrum nitamur amare factorem, & nosmetipsos veraciter libereque diligere, quos fecisti. Per &c.

1 Spiritum nobis, Domine, tuæ caritatis infunde; ut quos uno cælesti pane satiasti, una facias pietate concordēs. Per &c.

Confirma, Domine, quæsumus, tuorum corda filiorum, & gratiæ tuæ virtute corrobora; ut & in tua sint supplicatione devoti, & mutua dilectione sinceri. Per &c.

## XV.

*Item alia.*

Quæsumus, omnipotens Deus, ne multitudinem nostræ pravitatis attendas; sed a peccatis abstrahere fragiles, & ad ea, quæ recta sunt, tuorum dirige voluntates. Per &c.

Non retribuas nobis, quæsumus, Domine, quæ malis operibus promeremur; sed quos jure corripis a veritate digressos, protege tua miseratione correctos. Per &c.

Profint nobis, Domine, frequentata mysteria; quæ nos a cupiditatibus terrenis expellant, & instituant amare cælestia. Per &c.

Vere dignum. Ut divinam jugiter gratiam subsequentes, justitiam tuam, quam delictis nostris incessanter offendimus, actu meliore placemus. Et quibus merita debetur poena perveris, indulgentia tribuatur ab iniquitate cessantibus. Per &c.

Ab omni errore nos, Domine, quæsumus, expient Sacramenta, quæ sumimus, & dulcedinem mentibus nostris tuæ suavitatis infundant. Per &c.

2 Da populo tuo, Domine, quæsumus, spiritum veritatis & pacis; ut & te tota mente cognoscant, & quæ tibi sunt placita toto corde sectantes, bonorum tuorum semper munere potiantur. Per &c.

94 Codex tibi, quod cum non congrueret verbo *sectari*, Muratorius mutavit hoc verbum in *famulari*. Facilius emendavimus te retento *sectari*, cum probe respondeat subjecto verbo *sequi*.

95 Affinis est in Missali Rom. in Sabbato post Dominicam quartam Quadragesimæ. In codd. vero Gregor. eodem die eadem est, excepta voce *pacatos*, pro qua habent *placitos*. Est etiam in Gelaf. lib. 1. n. 54.

96 Est in MSS. Greg. inter orationes pro peccatis.

97 In codd. Greg. Muratorii habetur inter orationes matutinales, vel vespertinales; apud

Menardum vero inter quotidianas.

98 Hanc uterque codex Muratorii refert inter orationes quotidianas.

99 In Gregor. MSS. & in Missali Romano habetur ser. vi. post Dominicam Passionis.

1 Hæc oratio est in codd. Gregorianis, & in Missali Rom. ser. vi. ante primam Dominicam Quadragesimæ. Rursum in eodem Missali & in isdem codd. ipso die Paschatis, ubi idcirco mutatae sunt voces *uno cælesti pane* in *has sacramentis paschalibus*.

2 Invenitur in MSS. Greg. Muratorii inter orationes quotidianas.

XVI.

*Item alia.*

3 Protector in te sperantium Deus, præsta, quæsumus, ut majestatem tuam sine cessatione laudemus; & ut tibi possimus jugiter famulari, salutem nobis tribue mentis & corporis. Per &c.

3 Misericordiæ tuæ remediis, quæsumus, Domine, fragilitas nostra subsistat, ut quæ sui conditione defecit, tua vegetatione reparetur. Per &c.

4 Quæsumus, Domine Deus noster, ut interius nobis exteriusque conferant hæc mysteria sanitatem, quæ famulis tuis in utroque voluisti præbere subsidium. Per &c.

4 Vere dignum. Qui famulos tuos ideo corporaliter verberas, ut mente proficiant: potenter ostendens, quam sit pietatis tuæ præclara salvatio; dum præstas, ut operetur nobis etiam infirmitas ipsa medicinam. Per &c.

5 Deus, qui diligendo castigas, & castigando nos refoves; præsta, ut de utroque tibi gratias semper referre valeamus. Per &c.

5 Tuere, Domine, populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit adversitas, si nulla dominetur iniquitas. Per &c.

XVII.

*Item alia.*

Eripi nos, Domine, quæsumus, ab his, quæ divinæ sunt contraria voluntati. Et quia tui operis est omne, quod vivimus; præsta, ut tui famuli tibi placere possimus. Per &c.

Quæsumus, Domine, ne nos tales patiaris existere, quibus merito dominantur adversa. Sed hujusmodi potius effici tribuas, qui beneficiis tuis non perpetuo judicemur indigni. Per &c.

Oblati sacrificii, Domine, quæsumus, præstet effectus, ut eidem convenienter aptemur. Per &c.

Vere dignum. Majestatem tuam devotis mentibus implorantes, ut sicut ex te habemus esse, quod sumus, sic per gratiam tuam & bene velle sumamus, & bonum posse, quod volumus. Per &c.

Da, quæsumus, omnipotens Deus, ut superiorum virtute sanctorum vita nostra firmetur. Per &c.

Plebs tua, Domine, Sacramentis purificata cælestibus, quod sumit, intelligat; quod gustu delibat, moribus apprehendat; quod

3 Est in codd. Greg. ac in Missali Rom. ser. xv. in jejunio mensis 7.

4 Notatio marginalis in codice: *Post infirmitatem.*

5 Habetur ser. vi. ante Dominicam primam Quadragesimæ tum in codd. Greg. tum in Missali Romano.

6 Codex mendose qui *perire meritis.* Blanchinii emendationem orationis sequentis textus ap-

justis orationibus expetit, tua miseratione percipiat. Per &c.

XVIII.

*Item alia.*

Magnificamus, Domine, clementiam tuam, qui & veniam peccatoribus, & miseris præstas auxilium. Per &c.

Nomini tuo, quæsumus, Deus æterne, da gloriam; quum & immeritis benefacere non omittis. Per &c.

Vere dignum. Referentes gratias & precantes, ut tibi nos placitos esse perficiens, quibus succurris indignis, propitius acceptis. Per &c.

6 Quanto te, Domine, prædicare sufficimus, qui pariter immeritis tribuis de errore lætitiæ. Per &c.

Da, quæsumus, Domine, populum tuum ad te toto corde converti. Quia quos defendis etiam delinquentes, majori pietate tueris sincera tibi mente devotos. Per &c.

XIX.

*Item alia.*

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut inter innumeros vitæ præsentis errores, tuo semper moderamine dirigamur. Per &c.

Fac nos, quæsumus, Domine, quæ sunt recta, sectari, integritatem conscientie diligere semper & famæ. Per &c.

7 Sacrificii tui, Domine, salutaris effectibus & nos expiari, & tua nos confidimus remedia promereri. Per &c.

8 Vere dignum. Qui quum summa sis Ratio, nosque rationales effeceris, certum est, tantum nos a tua participatione discedere, quantum ab æquitatis tramite deviamus; & tantum in tua similitudine permanere, quantum non divellimur ab ordine veritatis. Per &c.

9 Sancta tua nos, Domine, quæsumus, & vivificando renovent, & renovando vivificent. Per &c.

9 Fideles tuos, Domine, benedictio desiderata confirmet; quæ eos & a tua voluntate numquam faciat discrepare, & tuis semper indulgeat beneficiis gratulari. Per &c.

XX.

*Item alia.*

10 Præsta, Domine, quæsumus, ut mentium reprobaram non curemus obloquia; sed eadem pravitate calcata, quæ domui tuæ

probat.

7 Mendose pariter in cod. *servimus effectibus.* Muratorii emendationem suscepimus.

8 Cod. *permaneamus,* male.

9 Legitur Sabbato post primam Dominicam Quadragesimæ in Romano Missali.

10 Prima pars hujus orationis est in Gelasio lib. 3. n. 67. & in codd. Gregor. Muratorii & Pamellii inter preces contra obloquentes.

MENSE tuæ conveniunt, rationabiliter exsequamur.  
SEPTEM. Per &c.

Quæsumus, virtutum cælestium Deus, ut despectis falsitatibus impiorum, conscientia famæque nostræ profutura sectemur. Per &c.

Da, quæsumus, omnipotens Deus, ut hujus oblationis effectus & tibi non placita refutare, & præstet nobis amare, quæ recta sunt. Per &c.

Vere dignum. Ut nos ab operariis iniquitatis dignanter expedias, & nec proprio fieri patiaris excessu, nec alienis impietatibus præbere consensum. Sed mores nostros & moderatione componas, ut tam in nobis, quam in aliis, quæ sunt iusta, servemus. Per &c.

Ab occultis nostris munda nos, Domine, & ab alienis pravitatibus benignus absolve, ut tua sancta pura mente sumamus. Per &c.

Familiam tuam, Domine, propitiata majestate circumspice; ut nec suis infecta sit vitis, nec externis obligata peccatis; sed ab utrisque libera tibi semper & purgata deserviat. Per &c.

## XXI.

*Item alia.*

Da, quæsumus, omnipotens Deus, ut toto tibi corde famulemur: quia nulla nobis prævalebit hostilitas, si in te, Domine, veraciter confidamus. Per &c.

Hujus nobis, Domine, quæsumus, sacrificii placatione succurre, cujus remediis dignaris absolvere peccatores. Per &c.

Vere dignum. Quia, dum beneficia tua largiris indignis, magna pietate nos admones, multo potiora dona sumpturos, si præceptionum tuarum & eruditionibus proficiamus & factis. Per &c.

Majestatem tuam, Domine, supplices deprecamur, ut nos & cælestibus expiare mysteriis, & perpetuis non desinas fovere præsidiiis. Per &c.

Tuere propitius, Domine, quæsumus, familiam tuam; & quam benigna defensione non deseris, propensius tibi redde subiectam; ut gratiam tuam, quam sumit indubitata, copiosius devota, percipiat. Per &c.

## XXII.

*Item alia.*

Deus, qui justitiam diligis, & injusta condemnas: da nobis, quæsumus, & amare, quæ recta sunt, & perversa vitare. Per &c.

Veritatis auctor & misericordiæ, Deus,

qui nos & sollicitudine non pigros esse, & neminem lædere voluisti: præsta, quæsumus, ut nulli noxia cupiamus inferre, & vexare molientium caveamus incurfus. Per &c.

Ab occultis nostris tua nos, Domine, sancta purificent, & ab externis erroribus perpetua virtute defendant. Per &c.

Vere dignum. Misericordiam tuam, Domine, deprecantes, ut nos divinis rebus tribuas studere veraciter; nec sub specie religionis sacros impugnare patiaris effectus. Quoniam sibi modis omnibus inimici sunt, qui tuæ voluntati nituntur esse contrarii, propriae <sup>11</sup> potius salutis operantes excidium, quam tuis dispositionibus adversa mente nocituri. Per &c.

Muneris divini perceptio, quæsumus, Domine, semper a nobis & peccata nostra submoveat, & externa depellat. Per &c.

Populum tuum, Domine, quæsumus, posside cælestibus institutis; ut omnia vitando, quæ mala sunt, & bona cuncta sectando, non indignationem tuam, sed jugiter misericordiam consequatur. Per &c.

## XXIII.

*Item alia.*

Concede, omnipotens Deus, ut & gaudio plenitudinem consequamur, & majestati tuæ propensius simus devoti. Per &c.

<sup>12</sup> Offerimus, Domine, laudes & munera; pro concessis beneficiis exhibentes gratias, & pro concedendis suppliciter deprecantes. Per &c.

Vere dignum. Qui facis mirabilia magna solus; & non tantum pro peccatis nostris non retribuis, quæ meremur, sed insuper etiam consolationis tuæ dona præstas immeritis: magis nos ad cultum nominis tui pio largiens munere provocari, quam debita castigatione compelli; & clementer indulgens, ut servilis metus in affectum transeat filiorum. Per &c.

Toto tibi, Domine, corde substrati, bonitatem tuam supplices exoramus, ut nos & temporalibus præsidiiis fovere non desinas, & æternis instruere non omittas. Per &c.

Lætetur, Domine, quæsumus, populus tuus, tua dextera sublevatus; & a tribulatione respirans, continuis protegatur auxiliis; & religiosa conversatione proficiens, & præsentibus bonis gaudeat & futuris. Per &c.

<sup>13</sup> Precamur, omnipotens Deus, omnes propitiatus a nobis remove pravitates, & cunctas benignus depelle nequitias. Per &c.

*Ad*

<sup>11</sup> Cum in MS. desit *potius*, Blanchinius primis curis, & ex eo Muratorius hanc lectionem liberius substituerunt: *qui propriae salutis operantes excidium, tuis dispositionibus adversa mente nituntur*. At emendatio, quam idem Blanchinius secundis curis notavit, quæque unius ad-

verbii *potius* additione textum sanat, probabilior visa est.

<sup>12</sup> Hanc exhibent codd. Gregor. & Missale Rom. in orationibus communibus *ad repellendas tempestates*.

<sup>13</sup> Codex in marg. *In jejunio*.

*Ad Virgines sacras.*

14 Respice, Domine, propitius super has famulas tuas, ut virginitatis sanctæ propositum, quod te inspirante suscipiunt, te gubernante custodiant. Per &c.

Deus, castorum corporum benignus habitator, & incorruptarum Deus amator animarum: Deus, qui humanam substantiam in primis hominibus, diabolica fraude vitiatam, ita in Verbo tuo, per quod omnia facta sunt, reparas, ut eam non solum ad primæ originis innocentiam revoces, sed etiam ad experientiam quorundam bonorum, quæ in novo sæculo sunt habenda, perducas; & obstrictos adhuc conditione mortalium, jam ad similitudinem provehas Angelorum: respice, Domine, super has famulas tuas, quæ in manu tua continentiam suæ propositum collocantes, ei devotionem suam offerunt, a quo ipsa vota sumserunt. Quando enim animus mortali carne circumdatus, legem naturæ, libertatem licentiæ, vim consuetudinis, & stimulos ætatis evinceret, nisi tu hanc flammam clementer accenderes, tu hanc cupiditatem benignus aleres, tu fortitudinem ministrares? Effusa namque in omnes gentes gratia tua, ex omni natione, quæ est sub cælo, in stellarum innumerabilem numerum novi testamenti heredibus adoptatis, inter ceteras virtutes, quas filiis tuis, non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed de tuo spiritu genitis indidisti: etiam hoc donum in quasdam mentes de largitatis tuæ fonte defluxit, ut quum honorem nuptiarum nulla interdita minuisset, ac super sanctum conjugium initialis benedictio permaneret; existerent tamen sublimiores animæ, quæ in viri ac mulieris copula fastidirent connubium, concupiscerent sacramentum, nec imitarentur quod nuptiis agitur, sed diligenter quod nuptiis prænotatur. Agnovit auctorem suum beata virginitas, & æmula integritatis angelicæ, illius thalamo, il-

14 Hæc & sequens oratio leguntur in Gelaf. lib. 1. n. 103. in codd. Greg. in benedictione Virginis ab Episcopo dicenda: in Ordine Romano apud Hittorpium, & in Pontificali Rom. Leonis eloquentiam & sententias præferunt.

15 His formulis usque ad finem proponitur consecratio Virginum in codd. Greg. Muratorii. Ceterum non pauca variantes in his præferuntur.

16 In Gelaf. Sacramentario lib. 3. n. 52. ubi hæc tota Missa legitur, excepta oratione *Suscipe*, & in codd. Remensi Menardi, ac Gellonensi apud Martène de antiqu. Eccl. ritibus lib. 1. c. 9. a. 5. inscribitur: *Incipit actio nuptialis*. Verum *Actio* non orationes, sed Canon Missæ appellatus fuit, ut plura videre licet apud Ducangium V. *Actio*, qui idcirco notavit Menardum, cum n. 1134. *actionem nuptialem* esse docuit Missarum solemniam, in quibus nuptiæ benedicuntur. Id autem Menardus ex hoc sui codicis titulo docuit, quo *actio nuptialis* vocatur Missa in nuptiis benedicendis celebrata. Sed errorem in hanc inscriptionem irreplisse, quæ ex Gelasiano in alia Sacramentaria videtur fuisse traducta, ex nostro

lius cubiculo se devovit, qui sic perpetuæ virginitatis est sponsus, quemadmodum perpetuæ virginitatis est filius. Implorantibus ergo auxilium tuum, Domine, & confirmari se benedictionis tuæ consecratione cupientibus, da protectionis tuæ munimen & regimen; ne hostis antiquus, qui excellentiora studia subtilioribus infestat insidiis, ad obscurandam perfectæ continentie palmam, per aliquam serpat mentis incuriam, & rapiat de proposito virginum, quod etiam moribus decet inesse nuptiarum. 15 Sit in eis, Domine, per donum Spiritus tui, prudens modestia, sapiens benignitas, gravis lenitas, casta libertas. In caritate ferveant, & nihil extra te diligant: laudabiliter vivant, laudarique non appetant. Te in sanctitate corporis, te in animi sui puritate glorificent. Amore te timeant, amore tibi ferviant. Tu eis honor sis, tu gaudium, tu voluntas. Tu in mœrore solatium, tu in ambiguitate consilium, tu in injuria defensio, in tribulatione patientia, in paupertate abundantia, in jejunio cibus, in infirmitate medicina. In te habeant omnia, quem elegere super omnia. Per &c.

16 *Incipit Velatio Nuptialis.*

Exaudi nos, omnipotens & misericors Deus; ut quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per &c.

Suscipe, Domine, quæsumus, pro sacra lege conjugii munus oblatum; & cujus creator es operis, esto dispositio. Per &c.

Hanc igitur oblationem famulæ tuæ (*illius*), quam tibi offerimus pro famula tua (*illa*), quæsumus, Domine, placatus aspicias. Pro qua majestatem tuam supplices exoramus, ut sicut eam ad ætatem nuptiis congruentem pervenire tribuisti, sic confortio maritali tuo munere copulatam, desiderata sobole gaudere perficias, atque ad optatam feriem cum suo conjugio provehas benignus annorum. Per &c.

Quæsumus, omnipotens Deus, instituta pro-

codice detegimus. *Velatio autem nuptialis* appellatur hæc Missa, eo quod in benedicendis sponsis velamen iisdem imponeretur. Hujus ritus mentionem facit S. Ambrosius in epist. 19. ad Vigilium n. 17. scribens: *Ipsum conjugium velamine sacerdotali, & benedictione sanctificari oportet*. Eundem vero ritum apud Romanam quoque Ecclesiam viguisse testatur Siricius epist. 7. editionis P. Constantii n. 3. *Nos sane nuptiarum vota non aspernantes accipimus, quibus velamine intersumus*. Huc referri etiam videntur illa Nicolai I. ad consulta Bulgarorum c. 3. *Ambo ad nuptialia fœdera perducuntur; & primum quidem in Ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per Sacerdotis manum, statuuntur, sicque demum benedictionem & velamen celeste suscipiunt*. Hunc ritum tangunt etiam S. Isidorus Hispalensis lib. 2. de Officiis c. 19. & Gratianus caul. 30. q. 5. c. 7. Quatuor orationes sequentes existant etiam in Missali Rom. ad Missam pro *sponso & sponsa*: ex quinta vero aliquæ tantum sententiæ excerptæ fuerunt.

providentiæ tuæ pio favore comitare; & quos legitima societate connectis, longæva pace custodi. Per &c.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste; ut quod, te auctore jungitur, te auxiliante fervetur. Per &c.

Pater, mundi conditor, nascentium genitor, multiplicandæ originis institutor, qui Adæ comitem tuis manibus addidisti, cujus ex ossibus ossa crescentia parem formam admirabili diversitate signarent: hinc ad totius multitudinis incrementum, conjugalis thori iussa consortia, quo totum inter se sæculum colligarent, humani generis fœdera nexerunt. Sic enim tibi placitum necessario, ut quia longe esset infirmius, quod homini simile, quam quod tibi Deo feceras, additus fortiori sexus infirmior, unum efficeret ex duobus; & pari pignore soboles mixta maneret: dum per ordinem flueret digesta posteritas, ac priores 17 ventura sequerentur, nec ullum sibi finem in tam brevi termino, quamvis esset caduca posteritas. Ad hæc igitur 18 venturæ hujus famulæ tuæ, Pater, rudimenta sanctifica; ut bono & prospero sociata consortio, legis æternæ jura custodiat. Memineritque se, Domine, non tantum ad licentiam conjugalem, sed ad observantiam 19 Dei, sanctorumque pignorum custodiæ delegatam. Fidelis & casta nubat in Christo, imitatrixque sanctorum permaneat feminarum. Sit amabilis, ut Rachel, viro; sapiens, ut Rebecca; longæva & fidelis, ut Sara. Nihil ex hac 20 subcissivus ille auctor prævaricationis usurpet; nixa fidei mandatisque permaneat. Muniat infirmitatem suam robore disciplinæ. Uni thoro juncta 21 contactus vitæ illicitos fugiat. Sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis cælestibus erudita. Sit secunda in sobole; sit probata & innocens; & ad beatorum requiem, 22 atque ad cælestia regna perveniat. Per &c.

17 Mendosissima est hæc oratio in omnibus MSS. Sacramentariis. Legendum videtur *venturi*. Mox *proponeant* habent, ceteri codd. pro *postevitas*.

18 In aliis codd. laudatis legitur: *data sint* (leg. *sunt*) *legis* (al. *leges*) *instituta ventura* (al. *ventura*). Quapropter *hujus famulæ tuæ* &c. Num librario nostro aliquid hoc loco exciderit, an posteriores ad hunc obscurum locum aliqua ratione explicandum aliquid adjecerint; ignoramus. Blanchinio placeret expungere præpositionem *ad* & vocem *ventura*; ita ut legatur: *Hæc igitur hujus famulæ tuæ, Pater, rudimenta sanctifica* &c.

19 Legendum ex aliis Sacramentariis *fidei*. Mox pro *delegatam* alii codd. habent *diligatam*, forte *obligatam*.

20 Duo codd. *subdolos*. Gelaf. *suscipivus*. Dein *nexa* pro *nixa* in ceteris MSS.

21 Sic nos, & ceteri codices. In Missali Rom. omisa est tantum vox *vite*. Hinc probare

## De siccitate temporis.

1 Deus, in quo vivimus, movemur, & sumus, pluviam nobis tribue congruentem, ut præsentibus subsidiis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus. Per &c.

Domum tuam, Domine, quæsumus, propitiatus inhabita, & subditorum tibi fidelium corda purifica; ut bene placitis inhærendo, cuncta, quæ bona sunt, mereantur accipere. Per &c.

2 Exaudi nos, Domine Deus noster, & Ecclesiam tuam inter mundi turbines fluctuantem, clementi gubernatione moderare; ut tranquillo cursu portum perpetuæ securitatis inveniat. Per &c.

3 Respice, quæsumus, Domine, nostram propitius servitutem; ut, quod offerimus, sit tibi munus acceptum, sit nostræ fragilitati subsidium. Per &c.

Vere dignum. Ad cujus immensam pertinet gloriam, ut non solum mortalibus tua Deitate succurreris, sed de ipsa etiam mortalitate nostra nobis remedium provideris, & perditos, unde (*Al. quo*) perierant, inde salvaris. Per &c.

4 Quæsumus, omnipotens Deus, ut inter ejus membra numeremur, cujus corpori communicamus & sanguini. Per &c.

5 Familiam tuam, Domine, dextera tua perpetuo circumdet auxilio; & ab omni pravitate defensam donis cælestibus prosequatur, & ad bonorum præmia, gratiæ suæ largitate, perducatur. Per &c.

## II.

## Item alia.

Omnipotens sempiternus Deus, sensibus nostris propitiatus intende, ut a terrenis delectationibus abstinentes, propensius cælestia meditemur. Per &c.

Præsta, Domine, quæsumus, ut per hæc, quæ his oblationibus sunt agenda, salvemur. Per &c.

Vere dignum. Clementiam tuam profusis

non possumus emendationem a Blanchinio primis curis indicatam & a Muratorio textui insertam *contactus viter illicitos. Sit* &c. Idem Blanchinius curis secundis hunc locum correctione non indigere professus est.

22 Quidam codices usque ad *cælestia*.

1 Est apud Gelaf. lib. 3. num. 44. in MSS. Gregor. ac in Missali Rom. *ad pluviam postulantam*.

2 Legitur in codd. Gregor. Muratorii in serie orationum vespertinalium vel matutinalium.

3 In Missali Rom. est Dominica XI. post Pentecosten, in Gregor. codd. apud Muratorium Dom. XII., apud Menardum XIII.

4 In iisdem codd. ac in Missali legitur Sabbato post Dominicam III. Quadragesimæ.

5 Habetur in MSS. Gregor. apud Muratorium inter orationes quotidianas, & rursum inter paschales.

sis precibus implorantes, ut conditionis humanæ respiciens facultatem, quibus tanta remedia providisti, tribuas, ut eorum per tuam gratiam sint capaces. Per &c.

Mentes nostras & corpora, Domine, quæsumus, operatio tuæ virtutis infundat; ut quod participatione sumimus, plena redemptione capiamus. Per &c.

Proficiat, quæsumus, Domine, fidelis populus tuæ pietatis instinctu, & salubri compunctione devotus, gratanter, quæ præcipis, exsequatur, ut, quæ promittis, accipiat. Per &c.

III.

Item alia.

6 Indulgentiam nobis, Domine, tribue peccatorum; ut instituta paschalia tibi placitis sensibus operemur. Per &c.

7 Muneribus nostris, Domine, precibusque susceptis, & cælestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Per &c.

Vere dignum. Suppliciter exorantes, ut & securitatem nobis temporum tribuas, & religionis augmentum; quo magnum pietatis tuæ sacramentum & quietis celebremus mentibus & devotis. Per &c.

8 Divini muneris largitate satiati, quæsumus, Domine Deus noster, ut in hujus semper participatione vivamus. Per &c.

9 Conserva, Domine, quæsumus, familiam tuam, & benedictionum tuarum propitius ubertate purifica; ut & eruditionibus tuis multiplicetur & donis. Per &c.

IV.

Item alia.

Propitiare, Domine, in te confidentibus populis; & ad custodiam Romani nominis dexteram tuæ protectionis extende, ut regnum majestati tuæ deditum, tua semper sit virtute defensum. Per &c.

Suscipe, Domine, quæsumus, hostias mentium tuo nomini devotarum, quibus nos & a terrenis contagiis expiari, & cælestibus contulisti propinquare consortiis. Per &c.

11 Vere dignum. Cujus ineffabili gratia circa nos hoc singulare mysterium est, ut dudum perditum atque prostratum, ad eam nunc gloriam rediremus, qua per Jesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum, genus electum, regale sacerdotium, populus acqui-

sitionis, & gens sancta vocaremur. Per &c.

12 Hoc nobis tuum, quæsumus, Domine, Sacramentum sit abolitio peccatorum, sit fortitudo fragilitatis humanæ, sit contra mundi pericula firmamentum. Hæc nos communio purget a crimine, & cælestis gaudii tribuat esse consortes. Per &c.

V.

Item alia.

Omnipotens sempiterne Deus, in protectione fidelium populorum antiqua brachii tui operare miracula; ut hostibus nostris tua virtute compressis, secura tibi serviat Romana devotio. Per &c.

Suscipe, Domine, quæsumus, hostias, quas tibi pro salute tuæ plebis offerimus; & sacramentis cælestibus servientes, ab omni culpa liberos esse concede. Per &c.

Vere dignum. Qui per ineffabilem potentiam Verbi tui, sicut humani generis es conditor, ita benignissimus reformator. Per &c.

VI.

Item alia.

Deus, qui remedia salutis humanæ in præsentis mysterii solemnitate posuisti: da nobis, ut sicut hæc Apostolorum tuorum prædicatione cognovimus, ita eorum suffragiis consequamur. Per &c.

Munera, quæsumus, Domine, tuæ plebis propitiatus assume; ut quæ fidei pietate profitentur, Sacramentis cælestibus apprehendant. Per &c.

Vere dignum. In cujus resurrectione mirabili mors occidit redemptorum, & orta est vita credentium. Et ideo cum Angelis &c.

Super Defunctos.

I.

Omnipotens sempiterne Deus, qui contulisti fidelibus tuis remedia vitæ post mortem: præsta, quæsumus, propitius ac placatus, ut anima famuli tui (illius) a peccatis omnibus expiata, in tuæ redemptionis forte requiescat. Per &c.

14 Hostias tibi, Domine, humili supplicatione deferimus; ut anima famuli tui (illius), per hæc piæ placationis officia, perpetuam misericordiam consequatur. Per &c.

15 Hanc

6 Cod. in margine: Prope Pascha.

7 Muratorii codd. & Missale Rom. hanc orationem exhibent in Dominica Septuagesimæ, & alibi.

8 Est in iisdem codd. & Missali in Missa Sabbari post Dominicam Passionis.

9 In MSS. Greg. Muratorii legitur inter orationes quotidianas.

10 In superiori Missa, & in alia paullo post subiecta n. 6. festorum paschalium fit mentio. Forte hæc & sequens intermedix Missæ, quibus contra Romanos hostes divinum auxilium petitur, lucubrata fuere occasione Attilæ, quem sub

Pascha irruisse in Italiam non improbabiler quidam existimant.

11 Congruit cum præfatione Gelasii lib. 1. n. 65. in Dominica post Ascensionem.

12 Paucis initio mutatis eadem repetitur supra §. XXVII. n. 3. Confer ibi adnot. 25.

13 Pluralis numerus frequenter adhibetur, cum plebs nomen multitudinis verbum dirigit. Hinc non est necessaria emendatio singularis numeri profertur & apprehendat.

14 Exstat apud Gelasii lib. 3. n. 100. & in MS. Vat. Gregoriano apud Muratorium in Missa plurimorum defunctorum.

MENSE  
OCTOB.

15

15 Hanc igitur oblationem (*illius*) famuli tui, quam tibi offert pro anima famuli tui (*illius*), quæsumus, Domine, propitius accipias; & miserationum tuarum largitate concedas, ut quicquid terrena conversatione contraxit, his sacrificiis emundetur, ac mortis vinculis absolutis, transitum mereatur ad vitam. Per &c.

## II.

16

16 Omnipotens & misericors Deus, in cujus omnis humana conditio potestate consistit: animam famuli tui (*illius*) quæsumus, ab omnibus absolve peccatis; ut poenitentiae fructum, quem voluntas ejus optavit, præventus mortalitate non perdat. Per &c.

17

17 Satisfaciat tibi, Domine, quæsumus, pro anima famuli tui (*illius*), Sacrificii præsentis oblatio, & peccatorum veniam, quam quæsit, inveniat: 18 & quod officio vocis implere non potuit, desideratæ poenitentiae compensationem percipiat. Per &c.

18

Hanc igitur oblationem &c. (*ut supra.*)

## III.

Omnipotens & misericors Deus, apud quem voluntas habetur humana pro factis: præsta, quæsumus, ut animæ famuli tui (*illius*) ad perfectum remedium consequendum poenitentiam desideranter voluisse sufficiat. Per &c.

Animæ famuli tui, quæsumus, Domine, per hæc sacramenta redemptionis æternæ re-  
*Tom. II.*

MENSE  
OCTOB.

19

missionem tribue peccatorum; ut devotio poenitentiae, quem gessit ejus affectus, perpetuæ salutis consequatur effectum. Per &c.

19 Deus, a quo inspiratur humanis cordibus omne, quod bonum est, sicut animæ famuli tui poenitentiam velle donasti, sic indulgentiam tribue miseratus optatam. Per &c.

20

20 Deus, cui soli competit medicinam præstare post mortem: præsta, quæsumus, ut anima famuli tui (*illius*) terrenis exuta contagiis, in tua redemptionis parte numeretur. Per &c.

His, quæsumus, Domine, sacrificiis, quibus purgationem & viventibus tribuis & defunctis, animam famuli tui benignus absolve; ut resurrectionis diem spe certæ gratulationis exspectet. Per &c.

21

21 Præsta, Domine, quæsumus, animæ famuli tui misericordiam sempiternam (*Al. immentam*); ut eam mortalibus nexibus expeditam lux æterna possideat. Per &c.

22

22 Fidelium, Deus, animarum conditor & redemptor; famulo tuo cunctorum remissionem tribue peccatorum; ut quam semper optavit, indulgentiam consequatur. Per &c.

## IV.

23

23 Beati Martyris tui Laurentii, Domine, quæsumus, intercessione nos protege; & animam famuli tui (*illius*) Episcopi Sanctorum tuorum junge consortiis. Per &c.

L 24 Obla-

15 Hæc leguntur etiam in Sacram. Gelasii lib. 3. n. 104. Codicis lectionem retinimus, ut ne opus sit delere voces (*illius*) famuli tui, & scribere offerimus. Solum codex habet mendose offeret pro offert.

16 Invenitur in cod. Gelaf. lib. 3. n. 98. & in MS. Vat. Gregoriano apud Muratorium in Missa defunctorum, qui desideratam poenitentiam consequi non potuerunt.

17 Est apud Gelaf. & in Vat. MS. de quibus adnotatione superiori.

18 In cod. & exinde in editis perperam inferitur Per; & a capite inchoat: Et quod officio, cum tamen præsens oratio continet, ut ex Gelasiano & Vaticano codicibus liquet. Hic autem in marg. codicis additur: Hanc igitur, quæ innunt eandem orationem in antecedenti Missa descriptam hic quoque repetendam, uti sane eadem repetitur in laudatis codd.

19 Legitur in cod. Gelaf. lib. 3. n. 98. & in Vat. Gregor. apud Muratorium n. 107.

20 Apud Gelaf. n. 100. & in Missali Rom. pro pluribus defunctis.

21 Apud Gelaf. ibidem.

22 Concinit cum oratione, quam pro pluribus defunctis exhibent cod. Gelasii lib. 3. n. 95. MS. Vat. Gregor. apud Muratorium n. 110. & Missale Romanum.

23 In Gelasiano Sacram. hæc oratio, & prima Missæ sequentis leguntur lib. 3. n. 95. sed Laurentii nomen omittitur, pro quo formula communis illius substituta est, qua significatur uno eodemque Missæ officio & Natale Sanctorum, vel Sancti alicujus celebrasse veteres, & suffragium præstitisse Episcopo, qui eodem die obiisset. Ex nostro autem Sacramentario colligitur, obitum alicujus Romani Pontificis incidisse in diem fe-

stum, vel infra octavam S. Laurentii. Id nulli alii Romano Antistiti a sæculo quarto ad quintum convenire potest, nisi Xysto III. Hunc sane, qui juxta corpus S. Laurentii sepultus in Pontificali traditur, infra octavam hujus Martyris e vivis excessisse probabilissimum nobis est. Leo enim ejus successor consecratus fuit die 29. Sept. anni 440. ut adnot. 1. in Dissertationem 1. Quæsnelli ad eundem annum 440. ostendimus. Defuncto autem Xysto III. Episcopo quadraginta & amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atque patientia adventum Diaconi Leonis expectans, inquit Prosper in Chronico ad an. 440. Duo hic observanda. Primum, non dici quadraginta dies tantum, sed quadraginta & amplius, quæ verba tres, vel quatuor circiter dies supra quadraginta significare possunt. Dein hos dies intermedios referri non ad ordinationem Leonis, sed ad ejus adventum in urbem. Esto autem is ordinatus fuerit die 29. Septembris die dominico, ut mos erat; Romam tamen reverti potuit dies aliquot ante, ita ut Dominica ordinationis causa expectanda fuerit. His autem præmissis, si ab adventu Leonis diebus aliquot ante Dominicam quæ tum incidit in diem 29. Septembris, ascendas per dies quadraginta & amplius, commode pervenies ad aliquam diem infra octavam S. Laurentii, qua Xystum III. obiisse cognosces. Et si quidem Xystus ordinatus fuit die 24. Julii an. 432. die dominico; computatis annis octo & diebus 19. ejus Pontificatus tributis a Prospero, invenies eum obiisse die 11. Augusti, secunda infra octavam S. Laurentii. Forte aliqua ex his orationibus, quæ in anniversario mortis ejus usui fuere, Leonem ipsius successorem habent auctorem.

24 Oblationes nostras, Domine, quæsumus, propitiatus intende, quas & ad honorem sancti Martyris tui Laurentii nomini tuæ majestatis offerimus, & pro requie famuli tui (*illius*) Episcopi suppliciter immolamus. Per &c.

Vere dignum. Qui nos Sanctorum tuorum & commemoratione refoves, & oratione defendis. Per &c.

Hanc igitur &c. & in numerum tibi placentium censeris facias Sacerdotum, Per &c.

V.

25 Adjuva nos, Domine Deus noster, beati Laurentii Martyris tui precibus exoratus, & animam famuli tui (*illius*) Episcopi in beatitudinis sempiternæ luce constitue. Per &c.

Memento, Domine, quæsumus, a nimæ famuli tui (*illius*) Episcopi; & quem in corpore constitutum sedis apostolicæ gubernacula tenere voluisti, in electorum numero constitue Sacerdotum. Per &c.

26 Suscipe, Domine, quæsumus, hostias pro anima famuli tui (*illius*) Episcopi; ut cui pontificale donasti meritum, dones & præmium. Per &c.

Hanc igitur &c. ut qui beati Petri Apostoli sedem vicario est sequutus officio, tuæ quoque gratiæ largitate perpetuam dignitatis apostolicæ percipiat portionem. Per &c.

27 Præsta, quæsumus, Domine, ut anima famuli tui (*illius*) Episcopi, quam in hoc sæculo commorantem sacris muneribus decorasti, in cælesti sede gloriosa semper exultet. Per &c.

28 Deus, qui inter apostolicos Sacerdotes famulum tuum (*illum*) fecisti vigere Pontificem: præsta, quæsumus, ut eorum perpetua quoque sede potiatur. Per &c.

29 Sancti Silvestri

Deus, consentientium te portio defunctorum, preces nostras, quas in famuli tui Silvestri Episcopi depositione deferimus, pro-

pitiatu assume; ut qui nomini tuo ministrum fidele dependit, perpetua Sanctorum tuorum societate lætetur. Per &c.

Hanc igitur oblationem, quæsumus, Domine, placatus intende, quam in sancti Silvestri confessoris & Episcopi tui commemoratione suppliciter immolamus; ut & nobis proficiat hujus pietatis affectus, & illum beatitudo sempiterna glorificet. Per &c.

Majestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus, ut anima famuli tui 30 Simplicii Episcopi ab omnibus, quæ humanitas attraxit, exuta, in sanctorum censeatur sorte pastorum. Per &c.

30

XXXV.  
MENSE NOVEMBRI.

In natale Sanctorum quatuor Coronatorum,  
I.

1 Annuam Martyrum tuorum, Domine, vota recurrimus, majestatem tuam suppliciter deprecantes, ut cum temporalibus incrementis, prosperitatis æternæ capiamus augmentum. Per &c.

Pro Martyrum natalitiis, Domine, tua muneribus cumulamus altaria. Da, quæsumus, ut gaudia nobis sancta succrescant, quibus proficiat nostræ devotionis affectus. Per &c.

2 Vere dignum. Celebrantes sanctorum natalitia patronorum: quia dum tui nominis per eos gloria frequentatur, nostræ crescit fragilitatis auxilium. Per &c.

II.

Item alia.

3 Hostias tibi, Domine, pro Martyrum tuorum commemoratione deferimus; supplicantes, ut indulgentiam nobis pariter conferant, & salutem. Per &c.

Vere dignum. Quoniam tu magnificaris in tuorum laude Sanctorum. Et quidquid ad eorum pretiosam pertinet passionem, tuæ sunt opera miranda potentiæ: qui hujus fidei tribuis clementer ardorem: qui suggeris toleran-

24 Est in Gelaf. lib. 111. n. 97.

25 Idem ibidem n. 95.

26 Invenitur apud eundem Gelaf. ibidem n. 93. & in MS. Gregor. Menardi, ac in Missali Romano in Missa pro defuncto Sacerdote.

27 Est in iisdem codd. ac Missali, nec non in Vat. Greg. Muratorii in orationibus ad Pontificem ordinandum pag. 272. Post pauca Muratorius in cælesti sede, ut in Missali legitur. At præpositionem in delent omnes etiam Gelasiani & Gregoriani codices.

28 Vide Gelaf. lib. 3. n. 92. cod. Gregor. apud Menardum, & Missale Rom. pro Episcopo defuncto.

29 Hæc Missa non pertinet ad diem festum S. Silvestri, qui cadit in diem ultimam Decembris; sed pro ejusdem depositione olim lucubrata, & a Collectore inventa, Missis defunctorum ab eodem subjecta fuit.

30 Quidam putant librarii oscitantia scriptum fuisse *Simplicii* nomen pro *Silvestri*, de quo in duabus orationibus præcedentibus, ita ut hæc sit

oratio postcommunio Missæ S. Silvestri. Sed cum a nostro Collectore alienum non sit inter communes Missas orationes quasdam describere, quæ aliquis Sancti nomen insertum præferunt, ut de S. Tiburtio, de S. Gregorio, & de S. Laurentio vidimus; ita hic orationibus communibus pro defunctis subiecit orationes Silvestri & Simplicii nomen exhibentes, quæ e communibus pro defuncto Episcopo, ut videntur, sumptæ, in eorum depositione recitatae fuerunt.

1 Habetur in Sacram. Gelasiano lib. 2. n. 62. ubi post pauca æque ac in nostro codice legitur *recurrimus*, ut ne opus sit emendare *recolimus*.

2 Vide similem præfationem in cod. Vat. Gregoriano apud Muratorium pag. 340. & in alio cod. Menardi p. 139. Porro vox *patronorum* antiquitatem Ecclesiæ sanctorum quatuor Coronatorum nomine dedicatam ostendit.

3 Est apud Gelaf. lib. 2. n. 62. ac in Missali Rom. die 29. Julii in commemoratione SS. Felicis, Simplicii, & sociorum.



MENSE  
NOVEM.

lerantiae firmitatem : qui largiris in agone  
victoriam. Per &c.

4 4 Sanctorum tuorum nos , quæsumus ,  
Domine , semper festa lætificent , & maje-  
stati tuæ perpetua placatione commendent .  
Per &c.

5 5 Præsta , Domine , quæsumus , ut sicut pop-  
ulus christianus Martyrum tuorum tempo-  
rali solemnitate congaudet , ita perfruatur  
æterna ; & quod votis celebrat , comprehen-  
dat effectu. Per &c.

XXXVI.

*In natali Sanctæ Cæciliæ.*

## I.

6 Propitiationem tuam , Domine , quæsu-  
mus , sentiamus de celebritate præsentis ; ut  
oblationibus nostris , Sanctæ ( *illius* ) 6 in-  
tercessione susceptis , & indulgentiam no-  
bis tribuas , & salutaria dona concedas .  
Per &c.

Vere dignum . In die festivitatis hodie-  
næ , qua sancta Cæcilia in tui nominis con-  
fessione Martyr effecta est . Quæ dum hu-  
manis devota nuptiis , thalamos temporales  
contemneret , Sponsum sibi , qui perpetuus  
esset , præsumto præmio castitatis adhibuit ,  
& æternitatem vitæ maluit , quam ut mun-  
do procrearet originem . In cujus gloriam  
etiam illud accessit , ut Valerianum , cui fue-  
rat matrimonii jure copulanda , in perpet-  
uum sibi socians Martyr casta consortium ,  
secum duceret ad coronam . Per &c.

Exsultamus pariter , & de percepto pane  
justitiæ , & de tuorum , Domine , festivitate  
Sanctorum : quia interventionibus tibi pla-  
centium , confidimus , nobis ad perpetuam  
vitam cessura ( *Al. profutura* ) quæ sumimus .  
Per &c.

Auxilium tuum , Domine , nomini tuo  
subdita poscunt corda fidelium ; ut quia sine  
te nihil possunt implere , quod justum est ,  
tua misericordia largiente , & quæ recta sunt  
apprehendant , & omnia sibi profutura per-  
cipiant . Per &c.

## II.

*Item alia.*

7 7 Omnipotens sempiternæ Deus , qui eli-  
gis infirma mundi , ut fortia quæque con-  
fundas : da nobis in festivitate sanctæ Mar-  
tyris Cæciliæ congrua devotione gaudere ;  
ut & potentiam tuam in ejus passione lau-  
*Tom. II.*

4 Gelasius ibidem .

5 Legitur in Missali Rom. die 29. Julii natali  
SS. Felicis & Sociorum . Sub finem in cod. *cele-  
brant* , *comprehendant* plurali numero , eo quod  
populi nomen numero multitudinis sæpe accipia-  
tur , ut alibi observavimus .

6 Cod. *interveniens* , forte pro *interventione* ,  
uti mox in alia oratione *interventionibus* . Mu-  
ratorius cum Blanchinio emendavit *intercessione*  
ex eadem oratione repetita in Missa SS. Clemen-  
tis & Felicitatis . Hæc oratio communis est , ut  
ex ipsa formula *illius* agnoscitur ; ac propterea  
festo etiam SS. Clementis & Felicitatis accom-

MENSE  
NOVEM.

demus , & provisum nobis percipiamus au-  
xilium . Per &c.

Bonorum omnium , Deus , auctor atque  
largitor , qui ut humanum genus ad confes-  
sionem tui nominis provocares , etiam in  
fragili perfecisti conditione martyrium : præ-  
sta , quæsumus , ut Ecclesia tua , hoc exem-  
plo commonita , nec pati pro te metuat , &  
cælestis præmii gloriam concupiscat . Per &c.

8 Super has , quæsumus , hostias , Domi-  
ne , benedictio copiosa descendat , quæ &  
sanctificationem nobis clementer operetur ,  
& de Martyrum nos solemnitate lætificet .  
Per &c.

9 Vere dignum . Qui perficis in infirmi-  
tate virtutem , qua beata gloriosaque Cæci-  
lia , despecto mundi conjugio , ad consortia  
superna contendens , nec ætate nutabili præ-  
pedita est , nec revocata carnis illecebra , nec  
sexus fragilitate deterrita . Sed inter puella-  
res annos , inter sæculi blandimenta , inter  
supplicia persequentum , multiplicem victo-  
riam Virgo casta , & Martyr explevit , & ad  
potiorem triumphum secum ad regna cæle-  
stia , cui fuerat nupta , perduxit . Per &c.

## III.

*Item alia.*

Fiant , Domine , tuo grata conspectui mu-  
nera supplicantis Ecclesiæ ; & ut nostræ sa-  
luti proficiant , adsit intercessio beata San-  
ctorum . Per &c.

Vere dignum . Qui , ut de hoste generis  
humani major pompa duceretur , non solum  
per Christum Dominum nostrum diabolicam  
destruxisti tyrannidem , nec tantum pro sub-  
versione protoplasti , per virilem sexum Mar-  
tyrum beatorum meritam deceptoris recipi-  
cas ultionem ; sed etiam in Evæ matris ini-  
micum , per femineam conditionem , retor-  
ques jure vindictam ; ut qui male in sua pa-  
radisi felicitate fidentem sexum utrumque  
prostraverat , nunc ab utroque per tuam gra-  
tiam calcaretur . Quod sancta Cæcilia hodie-  
na confessione testificans , ( *Al. perficiens* ) ne  
de fide tamen connubii promissa discederet ,  
eum , quem conjugem fuerat habitura , ( *Al.*  
quem fuerat susceptura conjugio ) fecit com-  
item passionis . Per &c.

## IV.

*Item alia.*

10 Da , quæsumus , omnipotens Deus , ut  
L 2 fan-

10

modata fuit .

7 Invenitur in Sacram. Gelasii lib. 2. n. 64.  
Orationis hujus principium convenit cum initio  
orationis , quæ legitur in codd. Gregor. & in Ro-  
mano Missali die natali S. Agnetis , & alibi . Fi-  
nis vero diversus est .

8 Est in codd. Greg. ac in Missali Rom. die 3.  
Maji natali SS. Alexandri & Sociorum , & alibi .

9 Hanc præfert Missale Gothicum apud Card.  
Thomasmum in Missa S. Cæciliæ .

10 In Natali S. Priscæ die 18. Januarii hæc  
orationem habent codd. Gregor. & Missale  
Rom.

Sanctæ Cæcilie festa recolentes, preces offerimus, hostias immolamus. Præsta, Domine, quæsumus, ut cum præsidio temporali & vitæ nobis præbeant incrementa 11 perpetuæ. Per &c.

Vere dignum. Quoniam sicut humanum genus in utroque sexu diabolus merito prave confessionis elisit; sic 12 utroque confessione magnifica, per tuam gratiam, triumphatur. Clariorque victoria est, quum sublimis illa substantia, quæ similem se jactabat Altissimo, & in hominis casu Dei opus subruisse plaudebat, feminea conditione superatur. Cujus gloriæ nobis diem beata Cæcilia Martyr illustrat; quæ nuptiis deputata terrenis, nupsit in cælo, & mundano dicata conjugio, divinum est sortita consortium; ipsumque temporalem virum, cui mortali fuerat more nectenda, martyrii foedere secum virgo casta fecit æternum. Per &c.

V.

Item alia.

13 Quæsumus, virtutum cælestium Deus, ut sacrificia pro sanctæ Cæcilie solemnitate delata, desideriorum nos temporalium doceant habere contentum, & ambire dona faciant cælestium gaudiorum. Per &c.

Vere dignum. Quia vicissitudo nobis est hodie collata mirabilis: quum ille noster inimicus, qui hominem Paradisi felicitate conspicuum, & totius mortis ignarum, dum propria integritate fidendo præsidia divina non quæreret, viperea calliditate subvertit, nunc inter hujus mundi miserias, & in exilio damnatæ conditionis humanæ, a mortali fragilitate, sed in te fidente, prosternitur. Et quum prima mulier viro suo dux fuisse referatur ad lapsum, nunc confessio puellaris, virum præcedens, ducit ad præmium. Per &c.

14 Exaudi nos, Deus salutaris noster, ut sicut de sanctæ Cæcilie festivitate gaudemus, ita pia devotionis erudiamur affectu. Per &c.

Respice, Domine, quæsumus, plebem tuam, de sanctæ Cæcilie Martyris glorificatione gratulantem; & beneplacitum fieri tribue sacratarum tibi mentium famulatum: ut qui in Sanctis tuis te honorare non desinunt, perpetua donorum tuorum largitate

IX. Kalendas Decembris.

Natale Sanctorum Clementis & Felicitatis. XXXVII.

I.

15 Omnipotens sempiternæ Deus, qui in omnium Sanctorum tuorum es virtute mirabilis: da nobis in beati Clementis annua solemnitate lætari, qui Filii tui Martyr & Pontifex, quod ministerio gessit, testimonio comprobavit, & quod prædicavit ore, firmavit exemplo. Per &c.

Propitiationem tuam, Domine &c. 16

17 Vere dignum. Sancti Clementis Martyris tui Natalitia celebrantes, qui cognationem reliquit & patriam; & post odorem tui nominis terras marique transmittens, abnegansque semetipsum, crucem peregrinationis assumpsit, ut te per Apostolorum tuorum vestigia sequeretur. Cui tu, Domine, secundum promissionem Filii tui, tam in præsentis sæculo, quam futuro, centupli muneris præmia repensasti. Nam beatissimi Petri mox tradito disciplinis, parentes, quos in genitili solo perdiderat, in externa regione 18 restituis; quos terrenæ generationis amiserat, divinæ reddis naturæ participes. Deinde Magistri sui 19 Vicarium, per ordinem subrogando, Romanæ Urbis, cujus propter te despexerat dignitatem, tenere constituis principatum, proque transitoria claritate, cælesti facis honore conspicuum. Postremo martyrii gloria sublimatum, pro temporalibus gestis æternam provehis ad coronam. Per &c.

II.

Item alia.

Ascendant ad te, Domine, preces nostræ; & tuorum vota fidelium munera suppliciter oblata concilient; quod etiam si nostris operibus non meremur, quæsumus, Sanctorum nos intercessione mereamur. Per &c.

Vere dignum. Merito etenim, Domine, de triumphis tuorum Martyrum gloriamur: quia in victoriis eorum tua mirabilia confitemur, sancti Clementis hodie Sacerdotis & Mar-

11 Codex mendose perpetua.

12 Muratorius ex postilla Blanchinii corrigendum credidit utriusque; sed posteriorem ipsius Blanchinii retrastationem non observavit. Lectio codicis cum verbo triumphatur satis probe coheret.

13 Est apud Gelaf. lib. 2. n. 64. & in Missali Ambrosiano apud Pamelium.

14 Apud Gelaf. ibidem, & in Missali Rom. in Communi Virginum.

15 Refertur in cod. Greg. Menardi, & apud Pamelium tom. 2. pag. 354.

16 Repetitur hic oratio prima, quæ legitur supra in prima Missa diei natalis S. Cæcilie.

17 Est in Missali Gothico Card. Thomasi die

natali S. Clementis. Hæc porro, & tertia, ac quarta præfationes sumæ sunt ex libris Recognitionum sancto Clementi attributis, quos Rufinus Latine reddiderat, quosque Gelafius postea inter apocryphos recensuit.

18 In nostro codice, sicut & in Missali Gothico erronee vestitus. Post nonnulla vero solus noster codex constituit, recte autem Missale Gothico constituit.

19 Vicarius hic pro successore accipitur, ut apud alios auctores frequenter invenitur, ipseque contextus ostendit. Post pauca loco vocis proque codex librarii oscitantia habet pro que: in Missali Gothico pro quo.

& Martyris tui festiuitate gaudentes: quem beati Apostoli Petri eruditionibus institutum, & in Pontificatum Apostolicæ Sedis euectum, atque in martyrii inclyti 20 sine gloria coronatum, habitatio cælestis excepit. Per &c.

## III.

*Item alia.*

Beati Clementis Sacerdotis & Martyris tui natalitia veneranda, Domine, quæsumus, Ecclesia tua deuota suscipiat; & fiat magnæ glorificationis amore deuotior. Per &c.

Intercessio sancti Clementis Sacerdotis & Martyris, misericordiæ tuæ, Domine, munera nostra conciliet, ut, quod merita nostra non suppleant, Sanctorum tuorum deprecatione pensetur. Per &c.

Vere dignum. Quoniam per Sancti Spiritus largitatem beatus ille Clemens hodiernæ nobis exultationis affectum magnificæ passionis agone sacravit: qui mundo nobilis, amore Christi nobilior, pio labore conspicuus, & inter parentum vel inquisitione vel receptione mirabilis, apostolicæ prædicationis fidelissimus alumnus acceptus, Sacerdos refulsit egregius, & Martyr insignis. Per &c.

## IV.

*Item alia.*

Accipe, quæsumus, Domine, hostias, tua nobis dignatione collatas: quoniam & te creante procedunt, & tu causas humanæ salutis & gloriæ, quibus tibi gratæ sunt, condidisti. Per &c.

Vere dignum. Beati nobis enim Clementis hodie præconia repetenda sunt. Qui diuina inspiratione flammatus reliquit patriam, in tuis prædicatoribus 21 sequendo, & amissos parentes alienis inuenit in terris. In exteris regionibus humilis, Christi sequutus est gloriam, & summam recepit civitatis propriæ dignitatem. Præsentem vitam Christo postposuit, & meruit triumphum beatitudinis sempiternæ. Per &c.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut pro honore nominis tui, quorum celebramus insignia, continuis etiam precibus foueamur. Per &c.

*In Natali Sanctæ Felicitatis.*

## I.

Misericors & omnipotens Deus, qui nos de virtute in virtutem debita ueneratione (*Al. seruitute*) currentes, tuorum facis preci-

bus gaudere Sanctorum: præsta, ut quorum solemnitatibus consolamur, orationibus adiuuemur. Per &c.

22 Intende munera, Domine, quæsumus, altaribus tuis pro sanctæ Felicitatis Martyris tuæ commemoratione proposita; ut sicut per hæc beata mysteria illi gloriam contulisti, nobis indulgentiam largiaris. Per &c.

Vere dignum. In exultatione festiuitatis hodiernæ, qua beata genitrix sacratum tibi gregem, carne procreatum, per tuam gratiam morte perfecit. Ecce vere in qua, sicut scriptum est, fabricauit sibi sapientia domum, septem columnis instructam. Ecce quæ, quod nomine prælibauit, rebus impleuit; & non solum fecunditatis prosperitate gloriosa, sed cum eadem etiam mansit & inter aduersa Felicitas, quam eidem nec mors auferre potuit, sed effecit potius sempiternam. Per &c.

23 Libantes, Domine, mensæ tuæ beata mysteria, quæsumus, ut Martyrum interventione sanctorum & præsentem (*Al. temporalem*) nobis misericordiam conferant & æternam. Per &c.

Protege, Domine, plebem tuam; & quam Martyrum tuorum assidua tribuis festiuitate deuotam, tibi semper placitam fieri precibus concede iustorum. Per &c.

## II.

*Item alia.*

24 Da nobis, Domine Deus noster, sanctorum Martyrum palmas incessabili deuotione uenerari; ut quos digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per &c.

Fidelium tuorum munera, Domine, pro sanctorum Martyrum solemnitate assume; & ut tibi nostra sint grata seruitia, gratiæ tuæ largitate concede. Per &c.

Vere dignum. Quoniam magna sunt opera tua, Domine, & immensa magnalia, per quæ nobis lætitia hodiernæ festiuitatis accessit. Vere enim Felicitatis filii, & vera est suorum Felicitas filiorum, quos & casto fetu sancti conjugii mater secunda progeniuit, & rursus confessionis sacrosanctæ uisceribus Martyr beata conceptos, per fidem denuo felicius peperit Martyres ad coronam. Per &c.

25 Præsta, Domine, quæsumus, intercedentibus Sanctis tuis, ut quæ ore contigimus, pura mente capiamus. Per &c.

26 Libera, Domine, quæsumus, a peccatis & hostibus tibi populum supplicantem; ut in sancta conuersatione uidentes, nullis affligantur aduersis. Per &c.

## III.

20 Cod. perperam *finis*.

21 Aliquid hoc loco deest.

22 Est in Missali Rom. die 7. Martii in Natali SS. Perpetuæ & Felicitatis, & in Comuni plurimarum Virginum, & Martyrum, & alibi.

23 Apud Gelas. lib. 2. n. 92. in Natali S. Cz-cilii.

24 Refert hanc orationem Missale Rom. in locis adnot. 22. indicatis.

25 Est in codd. Greg. ac in Missali Rom. fer. 11. post Dominicam tertiam Quadragesimæ, & in festo S. Theodori.

26 Habetur in codd. Greg. Muratorii in serie orationum quotidianarum.

III.

*Item alia.*

Sancti Martyres, Domine, quæsumus, & nominibus suis nobis suffragentur & precibus; ut & Clemens tuus sapientem clementiam sequi, & tibi sacrata Felicitas nos poscat veraciter esse felices. Per &c.

In Sanctorum tuorum passionibus pretiosis te, Domine, mirabilem prædicantes, munera votiva deferimus. Præsta, quæsumus, ut sicut illorum tibi grata sunt merita, sic nostræ fervitutis accepta reddantur officia. Per &c.

Vere dignum. Hodie quippe, Domine, tuo munere celebratur magnifica Mater & Martyr. Præclara progenies simili passione. Gloriosa in talibus membris Ecclesia. Meritoque in omnibus beata Felicitas. Per &c.

Repleti sumus, Domine, sacramentis & gaudiis, quæ in Sanctorum tuorum celebritatibus & frequentamus & sumimus. Per &c.

Semper, Domine, quæsumus, fac populum tuum sanctorum Martyrum patrocinio gratulari; ut beneficia tua, quæ propriis obsecrationibus obtinere non sufficit, justorum tuorum suffragiis incessanter accipiat. Per &c.

XXXVIII.

VIII. Kalendas Decembris.

*Natale Sanctorum Chrysoconi &  
27 Gregorii.*

27

Exultamus, Domine, multiplicata festivitate Sanctorum: quia non diffidimus tua nos dona sumtuos, pro quibus impetrandis tanta nobis patrocinia contulisti. Per &c.

Perfice, Domine, votiva mysteria, & quæ in Martyrum veneratione te prædicant, suffragia nobis perpetuæ redemptionis existant. Per &c.

Vere dignum. Quia pectora Martyrum beatorum sic ignis ille cælestis inflamat, ut omne, quod in hujus mundi luce jucundum est, amore tui nominis refutetur, & subeat quidquid temporaliter est acerbum, ut promissionis tuæ præmia capiantur. Per &c.

Patientia pretiosa justorum tuæ nobis, Domine, quæsumus, affectum dilectionis accumulæ; & in cordibus nostris sacræ fidei semper exerceat firmitatem. Per &c.

Deus, qui Sanctis tuis dedisti piæ con-

27 Missa S. Chrysoconi, cujus nomen olim in Canone insertum fuit, VIII. Kal. Dec. in Sacramentario Gregoriano legitur. At S. Gregorii nulli hoc die mentionem invenimus. Sicuti vero aliquot sanctorum Martyrum, qui in hoc Sacramentario mense Decembri memorantur, notitiam alibi non facile reperies; ita etiam hujus S. Gregorii mentionem in aliis monumentis non inveniri nihil sit mirum. De hoc item supra mense Aprilis Missa XXXIII. in quam vide adnot. 40.  
28 In Sacramentario Gregor. assignatur vesperis

fessionis inter tormentum virtutem: largire fidelibus populis inter hujus mundi tentamenta constantiam veritatis; ut sicut illos Sanctus Spiritus roborando sempiternam propevit ad gloriam, sic istos jugiter tua gratia gubernando ad misericordiam perducatur æternam. Per &c.

Pridie Kalendas Decembris.

XXXVIII.

*Natale Sancti Andreae Apostoli.*

I.

28 Da nobis, quæsumus, Domine Deus noster, beati Apostoli tui Andreae intercessionibus sublevari; ut per quos Ecclesiæ tuæ superni muneris rudimenta donasti, per eos subsidia perpetuæ salutis impendas. Per &c.

28

29 Respice, quæsumus, Domine, munera, quæ pro beati Andreae Apostoli tui commemoratione deferimus: suppliciter exorantes, ut ejus interventionibus adjuvemur, pro cujus meritis immolantur. Per &c.

29

30 Vere dignum. Quia Ecclesiam tuam in apostolicis tribuisti consistere fundamentis. De quorum collegio beati Andreae solemnia celebrantes, tua, Domine, præconia non tacemus. Per &c.

30

31 Sumsumus, Domine, divina mysteria, beati Apostoli tui Andreae festivitate lætantes: quæ sicut tuis Sanctis ad gloriam, ita nobis, quæsumus, ad veniam prodesse perficias. Per &c.

31

Tribue, Domine, quæsumus, familiæ tuæ, ut exultationem cordis sui, quam de beati Andreae Apostoli tui veneratione percepit, & secunda concelebrat, & tota semper mente sectetur. Per &c.

II.

*Item alia.*

Supplices te rogamus, Deus, competentibus gaudiis diem nos celebrare concedas, quo majestatis tuæ confessione magnifica beati Apostoli tui Andreae sacer natalis illuxit; pariterque nobis devotionis hujus tempora largiora tribuas & profectum. Per &c.

32 Sacrandum tibi, Domine, munus offerimus, quo beati Andreae solemnia recolentes, purificationem quoque nostris mentibus imploramus. Per &c.

32

Vere dignum. In festivitate præsentis, qua beati Andreae Apostoli tui venerandus sanguis effusus est. Qui gloriosi Apostoli tui Petri

ejusdem S. Apostoli.

29 Hujus orationis prima pars in Romano Missali aptatur festo S. Apollinaris die 23. Julii.

30 Existat in cod. Gelaf. lib. 2. n. 69. & in Vatic. Greg. apud Muratorium in Missa Vigilæ, & in alia festi ejusdem Apostoli: in Gregoriano autem Menardi in Natali S. Thomæ Apostoli.

31 Hanc orationem præferunt codd. Gregoriani, & Missale Rom. in Natali S. Andreae.

32 Est in iisdem codd. Greg. ac in Missali in Missa Vigilæ ejusdem Apostoli.

Petri pariter forte nascendi, consortio fidei, 33 apostolicæ collegio dignitatis, & martyrii est claritate germanus; ut quos in hujus vitæ cursu gratia tua tot vinculis pietatis obstrinxerat, similis in regno cælorum neceretur & corona. Per &c.

Profit nobis, quæsumus, Domine, Sacramenti tui perceptio salutaris pro tuorum commemoratione Sanctorum; ut nos & a vitiis mortalitatis expediat, & perpetuæ socios miserationis efficiat. Per &c.

Esto protector, Domine, populi tui propitiatus & rector; eique, deprecantibus Sanctis tuis, remissionem tribue peccatorum: præsta vitæ melioris effectum: temporalia benignus præbe solatia: & æternitatis promissa dona largire. Per &c.

III.

Item alia.

Omnium virtutum, Deus, bonorumque largitor, da, quæsumus, ut beati Apostoli tui Andreæ semper nobis adsint & honoranda solemnia, & desiderata præsidia. Per &c.

Oblatis muneribus, Domine, plebs fidelis exsultet: quia pariter apostolicæ gaudia passionis 34 & in eis te prædicare mirabilem confidit ad suæ pertinere salutis augmenta, Per &c.

Vere dignum. Qui per cultum nominis tui, venerationemque Sanctorum, nobis remedia mirabiliter operaris. Hoc ipso namque jejuniis, quod, beati Apostoli tui Andreæ festa prævenientes, oculis tuæ majestatis offerimus, simul & continentiam salutarem capiamus mentis & corporis; & profutura nobis observatione proficiamus, & mitigatis sensibus corporis, puriores tantis natalitiis præparemur. Per &c.

Erudiamur, Domine, quæsumus, his celebritatibus & juvemur; quibus beati Apostoli Andreæ cælestem nobis tribuant martyria præventa lætitiâ. Per &c.

Referat, Domine, populus christianus, quos pia devotione præsumsit, sanctæ gratulationis effectus; ut beati Apostoli tui Andreæ simul fiat & veneratione jucundus & intercessione securus. Per &c.

IV.

Item alia.

35 Majestatem tuam, Domine, suppli-

citer exoramus, ut sicut Ecclesiæ tuæ sanctus Andreas Apostolus existit prædicator & rector, ita sit perpetuus suffragator. Per &c.

Beati Apostoli Andreæ, Domine, solemnia recensemus; ut ejus auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per &c.

36 Vere dignum. Adest enim dies magnifici votiva martyrii, quo venerandus Andreas germanum se beati Apostoli Petri tam prædicatione Christi tui, quam confessione monstravit, & apostolicæ numerum dignitatis simul passione supplevit & gloria; 37 ut quibus erat una causa certaminis, una retributio esset & præmii. Per &c.

Quæsumus, omnipotens Deus, ne nos mundanis fauciari patiaris incurfibus, quos, tuæ providentiæ constitutis, apostolica præsidia non relinquunt, Per &c.

Præsta, Domine, quæsumus, Ecclesiam tuam sub tantis gaudere Principibus, & intellectu capere, quod devotione sectatur; ut tuis dispositionibus gubernata, quos præfenti veneratur obsequio, participatione perpetua contingere mereatur. Per &c.

MENSE DECEMBRI.

VIII. Kalendas Januarii.

NATALE DOMINI,

& Martyrum

1 Pastoris, Basilei, & Joviani, & Victorini, & Eugenia, & Felicitatis, & Anastasia.

2 Deus, qui humanæ substantiæ dignitatem & mirabiliter condidisti, & mirabilis reformasti: da, quæsumus, nobis, 3 (Jesu Christi Filii tui,) ejus Divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps. Per &c.

4 Da nobis, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, & sempiternæ Pater, ut Nativitatis Domini nostri Jesu Christi solemnia, quæ præsentibus officiis prævenimus, sic nova sint nobis, & continuata permaneant, sic perpetua perseverent, ut pro sui miraculo nova semper existant. Per &c.

Vere dignum. Quoniam quidquid christianæ professionis devotione celebratur, de hac

33 Vide Pamelium tom. 1. p. 436.  
34 Hæc oratio videtur mendosa, ac in ea aliquid desideratur.  
35 Invenitur apud Gelaf. lib. 2. n. 69. in omnibus codd. Gregorianis, & in Missali Rom.  
36 Confer hanc præfationem cum fusiori codicis Ottobon. Gregoriani apud Muratorium die III. Kal. Decembris.  
37 Hic quædam deesse videntur. Vide Pamelium tom. 1. p. 436. & laudatum cod. Ottobon. tom. II. Muratorii p. 343.  
1 Quatuor priores sanctos Martyres hac die VIII. Kal. Jan. in nullis Calendariis, aut Martyrologiis invenimus. Similiter Muratorius tom,

II. Anecdor. Latinorum pag. 191. e papiræo documento indicem prodidit oleorum sanctorum cum aliquot sanctorum Martyrum nominibus, quæ aliunde ignota sunt.  
2 Legitur in cod. Gelaf. lib. 1. n. 5. & in omnibus codd. Gregorianis inter orationes de Natali Domini. In Missali Romano paucis additis describitur in ordine Missæ dicenda, dum Sacerdos aquam in calice miscendam benedicit.  
3 Voces Jesu Christi Filii tui sunt varians lectio. Muratorius omisit ejus.  
4 Existat in cod. Gelaf. lib. 1. n. 3. Mox voces & sempiternæ Pater abundare videntur ex varianti lectione.

hac sumit solemnitate principium, & in hujus muneris mysterio continetur. Hoc in ipsis generis humani parentibus declaratum est, Apostolo protestante, quum de primis hominibus loqueretur: *Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia*. Hoc Patriarchæ diversis actionibus & vocibus signaverunt. Hoc illa legis observantia figurata asseruit. Hoc prædixerunt cunctorum præconia Prophetarum. In hoc ceremoniarum veterum plenitudo est. In hoc præfens cælestium ministratio gratiarum. In hoc bonorum pollicitatio futurorum. In quo, dum manifestissime comprobantur, quæ fuerant prædicta, compleri, rationabiliter credimus & prudenter, quæ promittuntur esse ventura. Per &c.

5 Da nobis, quæsumus, Domine Deus noster, ut qui Nativitatem Domini nostri Jesu Christi nos frequentare gaudemus, dignis conversationibus ad ejus mereamur pertinere consortium. Per &c.

6 Largire, quæsumus, Domine, famulis tuis fidei, spei, & caritatis augmentum; ut qui de Nativitate Domini nostri tui Filii gloriantur, & adversa mundi, te gubernante, non sentiant, & quæ temporaliter celebrare desiderant, sine fine percipiant. Per &c.

## I I.

*Item alia.*

7 Deus, qui beatæ (Al. sacræ) Virginis partum, sine humana concupiscentia procreatum, in Filii tui membra venientem paternis fecisti præjudiciis non teneri: præsta, quæsumus, ut hujus creaturæ novitate suscepta, vetustatis antiquæ contagii exuamur. Per &c.

Vere dignum. *Ecce enim, sicut per os loquutus est Prophetarum, Virgo in utero accepit, & peperit Filium, & vocatum nomen ejus Emmanuel, & nobiscum Deus est: quia Verbum caro factum habitavit in nobis. Ecce puer natus est hodie; parvulus datus est nobis; & factus est Principatus, cujus potestas super humeros ejus; & vocabitur admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Multiplicabitur ejus imperium; & pacis non erit finis, super solum David, & super regnum ejus, ut confirmet illud & corroboret amodo & usque in sempiternum. In quibus omnibus evidenter Deum hominemque cognoscimus, qui suscipiendo quod nostrum est, dignatus est nobis conferre quod suum est. Unde profusus gaudiis &c.*

5 Codd. Gregor. & Missale Rom. hanc orationem exhibent in Missa diei Natalis Domini.

6 Est ibidem, & apud Gelas. lib. 1. n. 5.

7 Legitur in Gelas. lib. 1. n. 3. & in MSS. Gregorianis eodem festo. Mox sacræ est varians lectio, vel supplendum, ut apud Gelasium, *beatæ Mariæ sacræ Virginis partum*.

8 Codd. Greg. hanc orationem hoc eodem fe-

## III.

*Item alia.*

Munus populi tui, Domine, placatus intende, quo non altaribus tuis ignis alienus, nec irrationabilium cruor effunditur animantum; sed Sancti Spiritus operante virtute, sacrificium jam nostrum, corpus & sanguis est ipsius Sacerdotis. Per &c.

Vere dignum. Hoc præfertim die, quo ipsum salutis nostræ Sacramentum in lucem gentium revelasti, & ab uteri virginalis arcano ineffabili editione promisisti: *erigens nobis cornu salutis in domo David pueri tui, ad dandam scientiam salutis populo tuo in remissionem peccatorum eorum, per viscera misericordiae tuæ, in quibus visitavit nos oriens ex alto. Benedictus, qui venit in nomine Domini; qui tamquam sponsus procedens de thalamo suo, Deus Dominus & illuxit nobis, ut nos de tenebris & de umbra mortis, regnum perpetuæ (Al. æternæ) lucis efficeret. Unde profusus &c.*

8 Omnipotens sempiternæ Deus, qui in Domini nostri Jesu Christi Filii tui Nativitate tribuisti totius religionis initium perfectionemque constare: da nobis, quæsumus, in ejus portione censeris, in quo totius salutis humanæ summa consistit. Per &c.

## IV.

*Item alia.*

9 Grata tibi sit, Domine, quæsumus, hodiernæ festivitatis oblatio; ut, tua gratia largiente, per hæc sacrosancta commercia in illius inveniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Per &c.

10 Vere dignum. Tuæ laudis hostiam jugiter immolantes, cujus figuram Abel justus instituit, agnus quoque legalis ostendit, celebravit Abraham, Melchisedech Sacerdos exhibuit; sed verus Agnus, & æternus Pontifex, hodie natus, Christus implevit. Unde profusus &c.

Concede, quæsumus, Domine Deus noster, ut qui ad destructionem diaboli, & remissionem natus est hodie peccatorum, & a culparum subreptione nos expiet, & ab hostium incursione defendat. Per &c.

11 Da, quæsumus, Domine, populo tuo inviolabilem fidei firmitatem; ut qui Unigenitum tuum in tua tecum gloria sempiternum, in veritate nostri corporis natum de matre virgine confitentur, & a præsentibus liberentur adversis, & mansuris gaudiis inferantur. Per &c.

## V.

sto exhibent.

9 Est in Missali Gothico Card. Thomasi in Missa Vigiliæ Nativitatis Domini, & apud Pamelium tom. 2. p. 188.

10 Confer Gelas. lib. 1. n. 4. & Pamelium eodem tom. 2. p. 550.

11 Describitur in codd. Gregor. inter orationes de Natali Domini.

*Item alia.*

*Item alia.*

12 Da nobis, omnipotens Deus, ut sicut adoranda Filii tui Natalitia prævenimus, sic ejus munera capiamus sempiterna gaudentes. Per &c.

13 Tanto nos, Domine, quæsumus, promtiore servitio hæc præcurrere concede solemniam, quanto in his constare principium nostræ redemptionis ostendis. Per &c.

Vere dignum. Solemnitas enim, Domine, cælestis pacis ingreditur. Quæsumus, ut per eam gratiam, per quam tibi reconciliatus est mundus peccatorum remissione cunctorum, nos quoque delictis omnibus expiati, remediis tuæ pietatis aptemur; & mysterium, quod existit mundo salutare, principalis recordatione muneris assequamur. Per &c.

Deus, qui nos Sacramenti tui participatione contingis, virtutis ejus effectus in nostris cordibus operare; ut suscipiendo munere tuo per ipsum munus aptemur. Per &c.

Benedictio tua, Domine, super populum supplicantem copiosa descendat; ut qui, te factore conditus, te est reparatus auctore, te jugiter operante salvetur. Per &c.

V I.

*Item alia.*

Deus, qui restaurationem conditionis humanæ mirabilius operaris, quam substantiam condidisti: tribue, quæsumus, ut simul perficiatur in nobis & quod creavit Verbi tui divina generatio, & quod ejus hominis facti gloriosa Nativitas reformavit. Per &c.

Tot sensibus hodiernum, Domine, sacrificium celebramus, quo nobis ipsius sacrificii sunt nata primordia. Per &c.

14 Vere dignum. Quoniam magnificum nostræ commercium reparationis effulsit; quum de homine veteri homo novus 14 curatus existit; quum de mortalitate mortalitas, quum humana conditio de ipsius humanæ conditionis confecta medicatione sanatur, & de obnoxia generatione peccato, totius peccati nescia proles exoritur: ac non solum nostra a Verbo tuo suscepta fragilitas perpetui sit honoris, sed nos quoque mirando confortio reddis æternos. Per &c.

Tom. II.

12 Est Missa Vigilæ Nativitatis Domini. Hæc oratio est apud Gelasium lib. 1. n. 1. & in Gregoriano Sacramentario, ac in Missali Rom.

13 Apud Gelas. ibidem.

14 Codex existere curatus, mortalitate mortalitas. Ex contextu emendatum, atque supplementum est: nec oportuit corrigere immortalitas, quippe mortalitas ad verbum sanatur referenda est.

Exultantes, Domine, cum muneribus ad altaria veneranda concurrimus: quia & omnium nobis hodie summa votorum, & causa nostræ redemptionis exorta est. Per &c.

Vere dignum. Quoniam vere magnum, quod sine exemplo est singulare; quod sine humana ratiocinatione mirabile, tuæ pietatis editum sacramentum. Atque ideo sicut primis fidelibus existit in sui credulitate pretiosum, ita 15 nunc excusabilem conscientiam non relinquit, quæ salutaris mysterii veritatem, toto etiam mundo testificante, non sequitur. Ut enim in principio difficile videretur, quum ad hoc sacramentum genus humanum diceretur esse venturum; sic opus majestatis immensæ negari nefas est, quum cernitur ubique conspicuum. Unde profusis &c.

Concede nobis, Domine, quæsumus, ut sancta tua tibi placito corde sumamus; & quidquid in nostra mente vitiosum est, ipsius doni medicatione curetur. Per &c.

V III.

*Item alia.*

Deus, qui humanum genus, a suo principe letaliter fauciatum, Christi tui natiuitate salvare dignaris; præsta, quæsumus, ut non hæreamus in perditionis auctore, sed ad Redemptoris nostri confortia transferamur. Per &c.

Oblatio tibi sit, Domine, hodiernæ festivitatis accepta; qua & nostræ reconciliationis processit perfecta placatio, & divini cultus nobis est indita plenitudo, & via veritatis & vita regni cælestis apparuit. Per &c.

16 Vere dignum. Quia nostri Salvatoris hodie lux vera processit, quæ clara nobis omnia & intellectu manifestavit & visu. Quibus non solum præsentem vitam suo splendore dirigeret, sed ad ipsam nos majestatis immensæ gloriam perduceret intuebamur. Per &c.

17 Da nobis, Domine, quæsumus, ipsius recensita natiuitate vegetari, cujus cælesti mysterio pascimur & potamur. Per &c.

M

IX.

15 Hæc in Eutychianos scripta videntur, qui veritatem Incarnationis Verbi negabant. Contra hos vero Catholici (uti traditur oratione ultima Missæ IV.) Unigenitum Dei Patris Filium in veritate nostri corporis natum de matre Virgine confitentur. A Leonis stilo non distat.

16 Vide Pamelium tom. 2. p. 550.

17 Invenitur hæc oratio in codd. Greg. ac in Missali Romano in Vigilia Nativitatis Domini.

IX.

*Item alia.*

Ut ad salutaris hodiernæ generationis exordium pertinere mereamur, apostolicis tribuenos, Domine, quæsumus, precibus adjuvari. Per &c.

Præsenti sacrificio, Domine, tua generaliter exsultet Ecclesia: quo infirmitatis ejus sunt assumptæ primitiæ, ut divinæ particeps fieret ipsa potentiæ. Per &c.

Vere dignum. In die solemnitatis hodiernæ, quo licet ineffabile, tamen utrumque conveniens editur sacramentum: quia & mater Virgo non posset nisi sobolem proferre divinam, & Deus, homo nasci dignatus, congruentius non deberet nisi Virgine matre generari. Propterea &c.

18 Præsta, misericors Deus, ut natus hodie Salvator mundi, sicut divinæ nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor. Per &c.

Deus, qui creationem conditionis humanæ diabolicis non es passus perire nequitiis, remedia tuæ propitiationis exsequere, ut in eadem non prævaleat inimica subreptio, sed redemptio tuæ miserationis (*Al. pietatis*) obtineat. Per &c.

19 In Natali Sancti Joannis Evangelistæ.  
XLI.

I.

20 Omnipotens sempiternæ Deus, qui hujus diei venerandam, sanctamque lætitiæ beatæ Apostoli tui Joannis Evangelistæ festivitatem tribuisti. Quæ Ecclesiæ tuæ, quæsumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per &c.

21 Deus, qui per os beati Apostoli tui Joannis Evangelistæ Verbi tui nobis arcana referasti: præsta, quæsumus, ut quod ille nostris auribus excellenter infudit, intelligentiæ competentis eruditione capiamus. Per &c.

Munus populi tui, Domine, quæsumus apostolica deprecatione sit gratum; ut Ecclesia tua eorum semper intercessionibus adjuvetur; quorum jugiter instruitur disciplinis. Per &c.

22 Vere dignum. Beati Apostoli tui Joannis Evangelistæ Natalitia venerantes: Qui Domini nostri Jesu Christi Filii tui vocatione suscepta, terrenum respuit patrem; ut posset invenire cælestem: retia sæculi, quibus implicabatur, abiecit, ut æternitatis dona mente libera festaretur: nutantem fluctibus navem reliquit, ut in ecclesiasticæ

gubernationis tranquillitate confisteret: a piscium captione cessavit, ut animas, mundanis gurgitibus immerfas, calamo doctrinæ salutaris abstraheret: destitit pelagi profundari mari, secretorum scrutator redditus divinorum. Eo usque procedens, ut & in cœnæ mysticæ sacrosancto convivio in ipsis recumberet pectore Salvatoris; & eum in cruce Dominus constitutus, vicarium sui, matri Virgini, filium subrogaret, & in principio Verbum, quod Deus erat apud Deum, præ ceteris ostenderet prædicandum. Per &c.

Præsta nobis, Domine, quæsumus, apostolicis doctrinis & precibus adjuvari; ut quod præsentibus celebramus officiis, perpetuæ salvationis (*Al. redemptionis*) gaudiis assequamur. Per &c.

Prosequere, Domine, populum tuum, ut Apostolorum Natalitia beata sanctorum & temporali consolatione fultus semper exerceat, & æterna miseratione redemptus agnoscat. Per &c.

II.

*Item alia.*

Natalitia sancti Joannis Apostoli, quæsumus, Domine, munera capiamus; ut suis precibus gloriosis, & credendum nobis jugiter postulet, & sequendum, beatus Evangelista, quod docuit. Per &c.

23 Supplicationibus apostolicis beati Joannis Evangelistæ, quæsumus, Ecclesiæ tuæ, Domine, commendetur oblatio, cujus magnificis prædicationibus eruditur. Per &c.

Vere dignum. Beati Joannis Apostoli gloriam recensentes. Qui ab Unigenito tuo sic familiariter est dilectus, & immensæ gratiæ revelationibus inspiratus, ut omnem transcendens creaturam, excelsa mente conspiceret, & evangelica voce proferret, quia in principio erat Verbum, & Deus erat Verbum, 24 qui hoc erat in principio apud Deum. Dicendo quippe erat, perpetuitatem sine initio demonstravit. Addendo & Deus erat Verbum, & hoc erat in principio apud Deum, & distinctionem protulit personalem, & unam te cum Filio tuo patefecit habere Deitatem. Quæ majestatis æternæ claritate depromtâ, summæ Divinitati cederet vocata gentilitas, & hæreticorum confutata veritas, nec confusionem prætenderet unionis, nec consempiternitatis minueret veritatem. Per &c.

Miserator & misericors Domine, qui nos continuis cælestium Martyrum non deseris sacramentis: præsta, quæsumus, ut, quæ sedulo celebramus affectu, grato tibi percipiamus obsequio. Per &c.

25 Ec-

18 Apud Gelas. lib. 1. n. 4. & in codd. Gregorianis. In laudato Missali ultimo loco describitur hoc die festo.

19 Missæ S. Stephani Protomartyris, quæ Missis diei Natalis Domini subjiciendæ erant, leguntur initio mensis Augusti, indeque repetendæ.

20 Est in codd. Gregor. hoc loco: in Missali autem Rom. die natali S. Bartholomæi.

21 Legitur apud Gelas. lib. 1. n. 7. & in MSS. Gregor. ad Vesperas hujus festi.

22 Hæc præfatio paucis mutatis refertur in cod. Greg. Ottobon. Muratorii, apud Menardum tom. 3. col. 10. & apud Pamelium tom. 2. p. 551.

23 Vide Gelas. lib. 1. n. 7. & Pamelium tom. 1. pag. 308. & tom. 11. pag. 190.

24 Pro qui legendum videtur & Muratorius & quia.



MENSE 25 Ecclesiam tuam, Domine, benignus  
DECEM. illustra, ut apostolicis beati Joannis Evange-  
25 listæ illuminata doctrinis, ad dona perve-  
niat, quæ de tua fidelibus retributione pro-  
misit. Per &c.

XLII. In Natali Innocentium.

## I.

26 26 Deus, qui bonis tuis Infantum quo-  
que tui nescia Sacramenti corda præcedis,  
tribue, quæsumus, ut nostræ conscientiæ  
fiduciam non habentes, indulgentia semper  
copiosa præveniat. Per &c.

Suscipe, Domine, quæsumus, devotorum  
munera famulorum; & tuis divinis purifica  
servientes pietate mysteriis, quibus etiam ju-  
stificas ignorantes. Per &c.

27 27 Vere dignum. Pretiosis enim morti-  
bus parvulorum, quos, propter Filii tui Do-  
mini nostri & Salvatoris infantiam, bestia-  
li sævitia Herodes funestus occidit, immen-  
sa clementiæ tuæ dona cognoscimus. Fulget  
namque magis sola gratia, quam voluntas;  
& clara est prius confessio, quam loquela;  
ante passio, quam membra passionis existe-  
rent; testes Christi, qui ejus nondum fue-  
rant agnitores. O infinita benignitas! quum  
28 pro suo 28 nomine trucidatis, etiam nesci-  
entibus, meritum gloriæ perire non patitur;  
sed proprio cruore perfusus, & salus regene-  
rationis expletur, & imputatur corona mar-  
tyrii. Per &c.

29 29 Hodiernæ solemnitatis effectum sum-  
simus, Domine, gaudia magna de parvis;  
suppliciter exorantes, ut hanc abundantiam  
in nostra quoque salvatione defendas. Per &c.

30 30 Latetur semper Ecclesia tua, Domi-  
ne, tuorum celebritate Sanctorum, & mi-  
sericordiæ tuæ jugiter experiatur effectum,  
quo & fragilitas humana subsistat, & divi-  
na supplicii redemptio non negetur. Per &c.

## II.

Item alia.

31 31 Deus, qui licet sis magnus in ma-  
gnis, mirabilia tamen gloriosius operaris in  
minimis: da nobis, quæsumus, in eorum  
celebritate gaudere, qui Filio tuo Domino  
nostro testimonium præbuerunt etiam non  
loquentes. Per &c.

32 32 Adesto, Domine, muneribus, Inno-  
centium festivitate sacrandis; & præsta, quæ-  
sumus, ut eorum sinceritatem possimus imi-  
Tom. II.

tari, quorum tibi dicatam veneramur in-  
fantiam. Per &c.

Vere dignum. Audivimus enim Prophe-  
tam dicentem, quod *Rachel plovans filios  
suos, noluerit consolari, quia non sunt*. Mœ-  
rebat ergo, quod de ejus sobole non veni-  
rent, qui tanto sunt munere coronati. De  
Lix quippe sunt stirpe progeniti; quorum di-  
vina gratia prævenit & sensum; intelligen-  
tiam passio, & martyrii palma mirabilis præ-  
cessit ætatem; ut etiam veneranda nostri  
Salvatoris infantia coætaneis testificationibus  
existeret gloriosa. Per &c.

Annue, quæsumus, omnipotens Deus, ut  
sicut eos, quorum Natalitia recensemus, per  
tuam gratiam beneplacitos fecit ætas exitu,  
sic nos tuæ pietati salutaris humilitas præ-  
stet acceptos. Per &c.

Tribue, Domine, quæsumus, Fidelibus  
tuis, ut, sicut ait Apostolus, non efficiantur  
pueri sensibus, sed malitia innoxii re-  
periantur 33 ut parvuli; ut Martyres festi-  
vitatibus hodiernæ, quos meritis æquare non  
possunt, mentis simplicitate sectentur.

In jejunio mensis decimi.

## I.

Deus, qui singulis quibusque competenter  
aptanda temporibus sempiterno cernis intui-  
tu: da nobis, quæsumus, ut cum rerum vi-  
cissitudine mundanarum ad bona quoque per-  
petua piæ devotionis crescamus accessu. Per &c.

Dies nostros, Domine, placatus intende;  
& quos præsentii cursu multiplicas, justis  
operibus redde securos. Per &c.

34 34 Ecclesiæ tuæ, Domine, munera pla-  
catus assume; quæ & misericors offerenda  
tribuisti, & in nostræ salutis potenter effi-  
cis transire mysterium. Per &c.

Vere dignum. Quia per ea, quæ conspi-  
ciuntur, instruimur, quibus modis ad invi-  
sibilia tendere debeamus. Denique commo-  
nemur, anni docente successu, de præteri-  
tis in futura, & ad novitatem vitæ de ve-  
tustate transire; ut terrenis sustentationibus  
expediti, cælestis doni capiamus desiderabi-  
lius ubertatem, & per eum cibum, qui be-  
neficiis prærogatur alternis, perveniamus ad  
victum sine fine mansurum. Per &c.

35 35 Tuorum nos, Domine, largitate do-  
norum & temporalibus attolle præsiidiis, &  
renova sempiternis. Per &c.

Diversis plebs tua, Domine, gubernata  
subsidiis, & præsentia pietatis tuæ remedia  
capiat & futura; ut transeuntium rerum ne-  
M 2 ces-

25 Fere eadem est in codd. Greg. ac in Missali Romano.

26 Confer Gelaf. lib. 1. n. 8.

27 Est in omnibus codd. Gregorianis.

28 Suppleta est vox *nomine* ex laudaris Sacramentariis, quæ hanc præstationem repetunt.

29 Est apud Pamelium tom. 11. pag. 309

30 Idem ibidem pag. 308.

31 Est in codd. Greg. Menardi, Muratorii, atque Pamelii.

32 Legitur apud Gelaf. lib. 1. n. 8. & apud Menardum tom. 111. pag. 12.

33 Ut pro *o* exigente Paulli sententia scriptum fuit.

34 Est in Gelaf. lib. 2. n. 85. fer. 4. mensis decimi, & apud Pamelium tom. 11. pag. 362.

35 In margine codicis: *Post cibos*. Existat apud Gelaf. loc. cit. & in codd. Gregor. ac in Romano Missali fer. v. post Dominicam primam Quadragesimæ.

# M O N I T U M.

EX tribus Pontificalis Romani præfationibus, quas Leonis stilum referentes ejus Sermonibus Quæsnellus subjecit, duæ in præmissis Sacramentario editæ sunt. Tertiam vero, quam in eodem inventum iri nihil ambigimus, si non deesset ea pars, quæ Quadragesimæ tempore ad pœnitentium reconciliationem pertinet, hic subjecimus. Addenda pariter esset præfatio *Exultet* in benedictione Cerei paschalis, si hanc Leonis esse setum (ut nonnullis visum est a Mabilonio laudatis in notatione ad Missale Gotthicum) probabile crederemus. At cum ejus stilus a Leonino alienissimus sit, nullique codices, quod sciamus, huic opinioni suffragentur; solum præfationem, seu potius allocutionem Archidiaconi pro reconciliatione pœnitentium, quæ Leonem spirat, nostro Sacramentario non opitulante, ad vetustiore Gelasianum codicem, ubi integrior & plenior est, exactam, hoc loco appendimus.

## I A L L O C U T I O

### 2 Archidiaconi ad Episcopum pro reconciliatione pœnitentium.

Adest, o venerabilis Pontifex, tempus acceptum, dies propitiationis divinæ & salutis humanæ, 3 qua mors interitum, & vita accepit æterna principium: quando in vinea Domini Sabaoth sic novorum 4 plantatio facienda est; ut purgetur 5 execratio vetustatis. Quamvis enim a divitiis bonitatis & pietatis Dei nihil temporis vacet; nunc tamen & largior est per indulgentiam remissio peccatorum, & copiosior per gratiam assumptio renascentium. Augemur regenerandis, crescimus reversis. Lavant aquæ, lavant lacrymæ. Inde gaudium de assumptione vocatorum, hinc 6 lætitia de absolutione pœnitentium. Inde est quod 7 supplex tuus, posteaquam in varias formas criminum neglectu mandatorum cælestium & morum 8 probabiliū transgressione cecidit, humiliatus atque prostratus prophetica 9 ad Deum voce clamat dicens: *Peccavi, impie egi, iniquitatem feci, miserere mei Domine*. Evangelicam vocem non fru-

stratoria aure capiens, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*; manducavit, sicut scriptum est, panem doloris; lacrymis stratum 10 rigavit; cor suum luctu, corpus afflixit jejuniis, ut animæ suæ reciperet, quam perdidit, sanitatem. Unicum itaque est pœnitentiæ suffragium, quod & singulis prodest, & omnibus in commune succurrit. 11 Hic ergo dum ad pœnitentis actionem tantis 12 excitatur exemplis; sub conspectu ingemiscens Ecclesiæ, venerabilis Pontifex, protestatur & dicit: *Iniquitates meas ego agnosco, & delictum meum contra me est semper. Averte faciem tuam a peccatis meis, Domine, & omnes iniquitates meas dele. Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me*. Quo ita supplicante, & misericordiam Dei afflicto corde poscente, redintegra in eo, Apostolice Pontifex, quicquid diabolo 13 scindente corruptum est; & orationum 14 tuarum patrocinantibus meritis, per divinæ reconciliationis gratiam fac hominem proximum Deo, ut qui antea in suis 14 perveritatibus displicebat, tunc jam placere se Domino in regione vivorum 15 cum devicto mortis suæ auctore gratuletur. Per Dominum.

A D-

1 Hanc Quæsnellus edidit ex Pontificali Romano part. 3. *De reconciliatione pœnitentium, quæ fit in quinta feria Cœnæ Domini*, & ex Ordine Romano Hirtorpii. In Gelasiano Sacramentario legitur lib. 1. n. 38.

2 In cod. Gelas. Diacono hæc allocutio tribuitur.

3 Al. *quo*, vel *quia*.

4 Pontificale addit *palmitum*: & mox *sarcientia* pro *facienda*. Sequimur codicem Gelasii, cum quo concinit Ordo Romanus Hirtorpii.

5 Cod. Gel. & *curatio*. Lætionem Ordinis Rom. & Pontificalis præferendam duximus; sicut & in sequentibus & *largior*, pro quo in Gelas. perpe-

ram legitur & *largitor*.

6 Magis placuit lætio ejusdem Ord. Rom. & Pontif. Codex Gelas. *lætitie*.

7 Pontif. *supplices famuli tui* & sequentiâ numero plurali.

8 Leg. *improbabilium*. Al. *probatorum*.

9 Al. *ad Dominum*.

10 Pontif. addit *suum*.

11 Huc usque Quæsnellus ex Romano Pontificali. Sequentiâ in Gelas. cod. & Ordine Romano.

12 Al. *excitatus*.

13 Ord. Rom. *suadente*.

14 Idem Ord. addit *sibi*.

15 Idem Ord. omittit *cum*.

# A D M O N I T I O

In libros de Vocatione omnium Gentium.

1. **H**Os libros Quæsnellus nomine Leonis inscriptos edidit. Cur vero nos eisdem Pontifici adimendos, ac in Appendicem rejiciendos putavimus, patebit ex Observationibus secundæ Quæsnellianæ Dissertationi subjectis, quibus ejus argumenta ad calculos revocabimus. Vulgati primo fuerunt iidem libri inter S. Ambrosii opera ex codice, qui Ambrosii nomen præferebat, & non solum multis scatebat erroribus, verum etiam carebat longo illo testimonio, quod S. Gelasius Papa ex hoc opere recitaverat. Joannes Sotellus in editione Lovaniensi anni 1565. hos libros S. Prosperi Aquitani operibus inferuit auctoritate trium MSS. exemplarium S. Martini Lovaniensis, Camberonensis, & Bonensiensis, quæ illis Prosperi nomen præfigunt; sed nihil emendavit in textu, supplevit nihil. In Duacensi autem editione operum S. Prosperi anni 1576. ex eodem codice Camberonensi Joannes Olivarius supplevit quidem locum insignem, qui deerat, at variantes margini affigens, textum intactum plerumque reliquit. Quæsnellus præter has variantes manuscripti Camberonensis usus est alio codice Thuaneo, Prosperi, ut aliunde credimus, nomine inscripto; & horum duorum exemplarium subsidio nonnulla errata in textu emendavit. Novissimus S. Prosperi editor Parisiensis anni 1711. adhibuit tertium codicem Joliensem melioris notæ, cui Prosper item inscribitur; ac ex eo non pauca loca restituit.

Quibus auctoribus hi libri fuerint attributi. De varietate codicum anteriorum editionum.

2. Nos tres MSS. libros Vaticanos præcipue contulimus, ex quibus cum aliquot loca emendare licuit, tum vero ex uno quemdam textum, qui desiderabatur, supplere potuimus. Primus est codex Vat. Reginæ 293. pergamenus in quarto, sæculi circiter XI. ubi Prosperi libri adscribuntur hoc titulo: *Incipit liber primus Prosperi de vocatione omnium gentium*. Hic autem codex notam habet præfixam in fronte: *Liber S. Petri Sanctique Rodoberti de Cella*; quæ bibliothecam indicat, ad quam idem codex olim pertinebat. Alter est Vat. 268. item pergamenus in folio, ejusdem circiter sæculi, qui Ambrosio opus adjudicat. Tertius est Vat. 262. in quarto, sæculi XV. qui nomen Prosperi in fronte exhibet. Licet autem hic codex recentior sit, saniores tamen lectiones ut plurimum suppeditavit, nec non locum illum, quem in ceteris frustra quæsitum ex hoc uno MS. restituimus. Ne in citandis his codicibus prolixiores simus, primum MS. indicabimus numero arabico 1., secundum numero 2., tertium numero 3. sic: *Vat. 1. 2. vel 3.* Præter hos sunt alii tres codices, Vat. Palatinus 236. sæculi IX. vel X. Vat. 558. sæculi XI. & 559. sæculi XV. qui Prosperum pariter præferunt; & unus Vat. 281. sæculi XIV. qui Ambrosium præfigit.

De nostris codicibus.

3. Horum autem codicum recensio duo observanda suggerit, quæ non inutilia fortassis erunt ad conjiciendum auctorem. Primo falsum est codices Vaticanos, qui Ambrosium præferunt, esse vetustiores illis, qui Prosperi nomine inscribuntur. Neque enim Vat. 268. est nongentorum annorum, sed XI. circiter sæculo scriptus agnoscitur; cum codex Palat. 236. uno, vel altero etiam sæculo anterior sit; sicut etiam ille, quem Hincmarus habuit, dum pluribus in locis sub Prosperi nomine hoc opus allegavit. Codices vero Vat. Reg. 293. & Vat. 558. ejusdem sæculi sunt ac ille, qui Ambrosio prænotatur. Secundo ex codicibus hactenus adhibitis tres tantum Ambrosium præferunt, nimirum Vat. 268. & 281. nec non ille, ex quo primum hi libri sub Ambrosii nomine prodierunt; & hi omnes æque multis erroribus corrupti sunt, ac longo illo testimonio, quod capite 7. libri 1. ex MSS. Prosperum præfigentibus restitutum fuit, omnes similiter carent; adeo ut ex uno eodemque exemplari pariter corrupto & diminuto derivati noscuntur. Octo autem codices Prosperi nomine præsignantur, Camberonensis, Thuaneus, Joliensis, Palat. 236. Vat. Reg. 293. Vat. 262. 558. & 559. omnesque multo emendatiores sunt, nec insigne illud testimonium omitunt.

Dux observationes circa MSS.

4. Ex his autem duabus observationibus quamdam conjecturam auctori discernen-

Conjectura de Auctore.

nendo utilem inferre & proponere liceat. Cum omnes codices, qui Ambrosium signant, æque luxati & corrupti ex unico vitiato exemplari proficiscantur; primi illius librarii oscitantia, vel arbitrio fieri potuit, ut vel nomen Prosperi, quod erat in vetustioribus MSS. in Ambrosium mutaret, vel (quod probabilius est, & frequentius aliis in operibus accidit) libros sine auctoris nomine subjecerit Ambrosii operibus; ex quo alii posteriores amanuenses occasionem sumpserint tribuendi illos Ambrosio; cui tamen iidem certe nequeunt adscribi, uti Quesnellus evidenter ostendit dissert. 2. nec antiquioribus temporibus atque codicibus adscriptos scimus. E contra cum omnes codices Prosperum præferentes emendatiores & non ita diminuti sint, ac nonnulli etiam vetustiores; palam est hos ab originali antiquissimo ac sinceriori profectos, cui pariter nomen Prosperi inscribatur. Hinc autem nonne conijcere licet, aliquem Prosperum vere esse horum librorum auctorem, licet quis Prosper fuerit, ignoretur? Ita quidem conciliantur probe omnia. Difficultates enim a Quesnello objectæ dissert. 2. contra sententias Prosperum ingerentes, id solum evincunt horum librorum auctorem non esse Prosperum Aquitanum. At si dicatur esse aliquis alius Prosper aliunde non cognitus, qui sub Leonis ævum, & ante Gelasium vixerit; ea objecta nihil efficiunt, & hac ratione antiquiorum, & plurium, & emendatiorum exemplarium fides intacta relinquitur. Simili quoque via conciliari potest auctoritas Cassiodorii, qui libros *de promissionibus & prædictionibus Dei* Prospero tribuit. Id per errorem accidisset, si Prosperum Aquitanum intelligere necesse esset: illorum enim librorum auctor Africanus perspicitur. At Cassiodorius Prosperum duobus in libris constanter vocat; patriam autem non designat; cumque ipse huic auctori sit fere suppar, in ejus nomine hallucinatus non ita facile dicendus est, cum alius Prosper intelligi queat; sed illi potius per non leve præjudicium hallucinati credendi sunt, qui Prosperum Aquitanum a Cassiodorio appellatum præsumentes, duplex hujus testimonium rejiciendum ac errore notandum putarunt. Quidni igitur idem accidere potuit in casu nostro?

Auctor librorum de promissionibus quis?

5 Gelasii Papæ textus nihil repugnat, cum *Magistrum Ecclesiæ* honoris gratia illum potuerit appellare, qui vel tunc in MSS. Prosper nuncuparetur: neque enim hinc cogimur dicere, hos libros sine auctoris nomine fuisse editos; quod tamen ex sola Gelasii citatione, qua nomen omittitur, nonnulli colligendum existimarunt.

Libri de Vita contemplativa. In admonitione.

6 Neque moveat quod quidam addunt, ita potuisse errare codices in tribuendis his libris Prospero, uti errarunt in vindicandis eidem libris *de Vita contemplativa*, qui Julianum Pomerium habent auctorem. Alii enim codices inventi sunt, & a novissimo Prosperi editore laudantur, qui hos libros Juliano Pomerio vindicant: cujusmodi etiam sunt unus Vat. Reginæ 291. sæculi XI. & alius Ambrosianus mille annorum a Muratorio indicatus tom. 3. Antiquit. Italic. pag. 847. in quo dum excerpta ex antiquis Scriptoribus describuntur, unum ex cap. 21. lib. 2. *de Vita contemplativa* sic allegatur: *Incipit de tertio* (legendum *secundo*, nisi alia divisio obtinuisset) *libro Pomerii ad Julianum*. E contra vero nulli codices hactenus inveniri potuerunt, qui libros *de Vocatione* alii adscribant nisi Prospero, vel Ambrosio: ac propterea cum Ambrosii esse nequeant, unus Prosper restat: quem cum non cogamur Aquitanum intelligere (nullus enim codex Aquitanum vocat) alium Prosperum possumus credere, etsi quis ille fuerit, non liqueat. Hanc conjecturam, quæcumque sit, Lectorum judicio subjicimus, eorum præcipue, qui alios codices inspicere & conferre poterunt.

# DE VOCATIONE OMNIUM GENTIUM

## LIBRI DUO,

Qui LEONI MAGNO a Quesnello perperam attributi, ignoro cuidam  
PROSPERO adjudicandi videntur.

### LIBER PRIMUS.

#### CAPUT PRIMUM.

*Materiam hoc libro tractandam proponit, ostenditque non recte sentire eos qui prædicatione gratiæ liberum negari arbitrium contendunt.*



Nter defensores liberi arbitrii & prædicatores gratiæ Dei magna & difficilis dudum 2 vertitur quæstio. Quæritur enim, utrum velit Deus omnes homines salvos fieri? Et quia negari hoc non potest,

cur voluntas omnipotentis non impleatur, inquiritur. Cumque hoc secundum voluntatem hominum fieri 3 dicitur, gratia videtur excludi; quæ si meritis redditur, constat eam non donum esse, sed debitum. Unde iterum quæritur, cur hoc donum,  
Tom. II.

sine quo nemo salvus 4 est, ab eo, qui omnes salvari vult, non omnibus conferatur? Atque ita, contrariarum disputationum nullus terminus reperitur, dum non discernitur quid manifestum, quid sit occultum. De hac igitur compugnancia opinionum, qua mensura & temperantia sentiendum sit, quantum Dominus adjuverit, annitar inquirere; exercens atque discutiens modulum facultatis meæ, in his, quæ cordi meo sobrie, quantum arbitror, inhæserunt: ut si in eas regulas processerit stilus, quæ nihil offensionis, nihil habeant pravitatis, non solum nobis, sed & aliis utile sit, ad aliquem nos limitem pervenisse, quem non debeamus excedere. Primitus itaque de voluntatis humanæ motibus & gradibus disputandum est. Inter quam & gratiam Dei quorundam non sana discretio est, existimantium quod prædicatione gratiæ liberum negetur arbitrium: nec advertentium eadem regula sibi posse objici, quod gratiam negent, cum eam humanæ voluntatis non ducem volunt esse, sed comitem. 5 Si enim tollitur voluntas, nisi ipsa est verarum origo virtutum; tollitur gratia, nisi ipsa est bonorum causa meritorum. Sed jam auxilian-

1 „ Hunc titulum præ se fert codex Thuaneus  
MS. ad quem præclarum hoc opusculum accurate recensuimus. Priores editiones habent solummodo: *De vocatione gentium*: quo sufficienter non exprimitur auctoris consilium totiusque operis institutum & materies. In id quippe totus auctor incumbit, ut explicet, utrum, & quo sensu omnes homines salvos fieri velit Deus? Cur gratiæ donum, sine quo nemo salvus est, non omnibus hominibus conferatur? Cur omnes non salvet, qui omnes vult salvos fieri, & pro omnibus vult preces suadi? Cur anterioribus temporibus dimissæ sint omnes gentes ingredi vias suas? Quomodo Christus omnia trahat ad seipsum, & ab eo omnia facta sint nova, id est omnes homines renovati? Quomodo omnibus omnium sæculorum hominibus, divinæ providentiæ cura non defuerit? &c. Quibus omnibus, non uno modo satisfacit, sed imprimis totam disputationem partim ad inscrutabilem iudiciorum Dei admirationem transfert, partim ad illud revocat, quod Christus Dominus Apostolis præcipit, Matth. cap. 27. *Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*. Ubi, inquit, nullarum nationum, nullorum hominum facta discretio est; neminem

„ merito excepit, neminem genere separavit, neminem conditione distinxit. Ad omnes profusus, homines missum est Evangelium crucis Christi. Unde manifestum est totam librorum istorum materiem, difficultatumque omnium summam, immo & compendiosam earum explicationem, ipso hoc titulo voluisse comprehendi: DE VOCATIONE OMNIUM GENTIUM. Hætenus Quesnellus. Nostri quoque codices in Admonitione allegati num. 2. habent: *De vocatione omnium gentium*. Leo etiam serm. 36. c. 2. *De vocatione omnium gentium scripsit*, ut ex MSS. emendavimus.

2 Vulgati Prosperi habebant: *queritur quæstio*. Emendationem Quesnelli nostri codices & duo alii apud novissimum S. Prosperi editorem confirmant.

3 Alias videatur. Quesn. in margine.

4 Al. esse potest. Quesn. in marg.

5 Sic nostri duo vetustiores codd. 1. & 2. nec non Jolienis apud editorem S. Prosperi. Ad hos propius accedunt MSS. Camb. ron. & Thuan. in quibus solum pro *si enim legitur sic enim*, ut notavit Quesnellus, qui cum anterioribus Prosperi editionibus ac MS. Vat. 3. prætulit: *Si enim tollitur voluntas, ubi ipsa est verarum origo virtutum? Si tollitur gratia, ubi est ipsa bonorum causa meritorum?*

CAPUT. I. liante Christo, quod 6 tractandum concepimus, inchoemus.

6

CAPUT II.

Omni animæ humanæ naturaliter inesse qualemcumque voluntatem; quæ aut sensualis, aut animalis, aut spiritualis est.

7

Omni animæ humanæ, quantum intelligere atque experiri datur, naturaliter qualiscumque inest voluntas, qua 7 aut appetitur quod placet, aut declinatur quod displicet. Hujus voluntatis, quantum ad naturalem pertinet motum ex vitio primæ prævaricationis infirmum, genera sunt duo, secundum quæ voluntas hominis aut sensualis est, aut animalis est. Sed cum adest gratia Dei, accedit ei per donum Spiritus tertium genus, ut possit fieri spiritualis, & per hunc excellentiorem motum omnes affectus undecumque nascentes supernæ rationis lege dijudicet.

CAPUT III.

De voluntate sensuali.

In parvulis est tantum voluntas sensuali.

Sensualis igitur voluntas, quam & carnalem possumus dicere, non erigitur supra eum motum, qui de corporis sensibus nascitur, qualis est 8 in animis parvulorum: qui licet nullo judicio rationis utantur, ostendunt tamen aliquid se velle, 9 aliquid nolle, cum videndo, audiendo, odo-

6 Cod. Vat. 2. tractando concepimus. Vat. 1. tractandum cepimus.

7 MS. Jol. aut appetit quod placet, aut declinat &c.

8 Particulam in a Quesnello omissam ex aliis editis & nostris codicibus revocavimus.

9 Quesn. omisit aliquid nolle. Ex iisdem edit. & MSS. restituimus.

10 Al. Aut quid.

11 Quesn. & providendi. Sequuti sumus nostros codd. & Prospero edit. Mox pro impos MSS. Vat. 1. & Jol. impotens.

12 Ita codd. Camb. Thuan. Jol. & nostri Vatt. Al. motu.

13 Quesn. hanc notationem subjecit. Sic habent Camb. & Thuan. codd. non, ut antea, sine sui amoris. Gratiam videlicet summi amoris seu boni participatione definit; quemadmodum & inferius c. 8. & c. 2. sententiarum de gratia, quas ei restituimus. Nostri quoque codd. & Jol. pariter habent summi. Cum vero Auctor summi amoris participationem hic memorat, non gratiam definire vult, sed id unum indicare, sine quo nullum est æternæ & cælestis vitæ meritum, ut ex sequentibus liquet. Testimonia cap. 8. & illud ex cap. 2. Sententiarum, quas Quesnellus Leoni adscribendas minus recte censuit, eodem recidunt, ut vera virtus & bonitas in Dei participatione, & amore collocentur.

14 Ita emendatum est ex codd. Camb. & Thuan. cum antea legeretur: In hac humana etiam ingenia, si corporeæ &c. Non sine diminutione energiæ hujus sententiæ, qua solius gloriæ temporalis, & ut ait cap. 18. vanæ laudis mercedem eos consequi asserit, qui re-

rando, gustando, tangendo, & ea quibus delectantur, amant; & ea quibus offenduntur, oderunt. Quid autem est amare, nisi velle? 10 Et quid est odisse, nisi nolle? Habent ergo etiam ipsi voluntatem suam, quæ 11 etsi providendi & consulendi impos atque ignara est; in his tamen amat agere quæ carnis sensibus blandiuntur, donec vigor rationalis ingenii per maturiora ministeria corporis excitetur, & ad famulantium sibi membrorum usum, non alieno 12 nutu, sed sua lege moveatur.

CAP. IV. Amare, est velle; odisse, nolle. 10 11

12

CAPUT IV.

De voluntate animali: qua nihil supra mercedem temporalis gloriæ acquiritur, etiamsi dono Dei in ea sublimius sapiatur.

Ab hoc ergo sensuali appetitu, in quo remanent hi, quos etiam in annis majoribus excordes videmus & fatuos, ad animalem surgitur voluntatem; quæ priusquam spiritu Dei agatur, etiamsi supra sensualem motum sese attollere potest, tamen 13 sine summi amoris participatione in terrenis occiduisque versatur. 14 In hac humana ingenia, etiamsi corporeæ voluptati non turpiter serviant, & cupiditates suas justitiæ atque honestatis legibus temperent, nihil supra mercedem gloriæ temporalis acquirunt. Et cum præsentem vitam decenter exornent, æternæ tamen beatitudinis præmium non habent: quia rectas actiones & bona studia sua, non ad ejus laudem atque honorem referunt, a quo acceperunt 15 ut

Animalis est omnis voluntas quæ spiritu Dei non agitur.

13

14

Quid qui cupiditates honestatis legibus temperant? Sine amore Dei nullum est verum meritum. 15

15 Etas actiones & bona studia sua, non ad ejus laudem atque honorem referunt, a quo acceperunt, ut sublimius saperent, tamen cupiditates suas justitiæ atque honestatis legibus temperent. Qui enim receperunt in hac vita mercedem suam, vani vanam, recipient & in altera pœnam suam. Quoniam cum facit homo aliquid, ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit, propter quod facere debet, & facere debere vera sapientia præcipit, peccare convincitur: quia etsi opus illud officio videatur bonum, ipso tamen non recto fine peccatum est. Hanc esse mentem auctoris nostri magis elucescit tum ex cap. 6. ubi scribit quod ille male vivit qui non in gloriam Dei vivit, tum ex cap. 7. ubi ait quod sine cultu veri Dei etiam quod virtus videtur, peccatum est. Sed ex hoc ipso cap. 4. ubi eos quos hujusmodi rebus actionibus præsentem vitam decenter exornare dixit, paulo post suggillat tamquam qui 1. non confiteantur Deum rectæ hujus actionis auctorem. 2. Non in Deo, sed in semetipsis gloriantur. 3. Evanescent in cogitationibus suis. 4. In amore sui recidunt. 5. In semetipsis Dei dona corrumpant &c. Ita Quesnellus in notatione, cujus emendationem confirmant nostri codd. & Jolien. Quoad rem vero, de qua is differit, confer dicenda not. 24. in cap. 7.

S. Aug. 1. 4. contra Julian. c. 3.

15 In aliis edit. sic habetur: ut in ipsa animali discretione sublimius saperent. Nos Camb. & Thuan. codd. secuti sumus: verba quippe illa: in ipsa animali discretione, glossæmatis habent speciem, quod ex margine studiosi cuiuspiam in textum irrepsit. Quesn. Nostri codd. & Jolien. hoc glossæma pariter rejiciunt.

CAPUT. IV. & V. ut sublimius saperent, & excellentius ceteris enitescerent. Cum enim quidam non solum ad instituta utilissimarum artium, & doctrinas liberalium disciplinarum, sed etiam ad inquisitionem summi boni aciem mentis intenderint, & *invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspexerint*: non agentes tamen gratias Deo, nec confitentes illum sibi esse hujus facultatis auctorem, sed *dicentes se esse sapientes*, hoc est, non in Deo, sed in semetipsis gloriantes, quasi ad veritatis inspectionem suis studiis atque rationibus propinquassent; *evanuerunt in cogitationibus suis*: & quod illuminante Dei gratia invenerant, obcæcante superbia perdidierunt, relapsi a superna luce in tenebras suas, hoc est, ab incommutabili atque æterno bono ad mutabilem corruptibilemque naturam. Cum ergo tales in amorem sui recidunt, & ita sibi met placent, ut totum quod in se laudabile judicant, non ad dona Dei referant, sed sibi vindicant, & studio propriae voluntatis adscribant, procul ab illa spirituali exultant voluntate, & nihil in se habent quo ad vitam provehantur æternam, incipientes in semetipsis etiam illa temporalia Dei dona corrumpere, & a bono eorum usu in consuetudinem innumerabilium transire vitiorum.

## CAPUT V.

*Omnes gentes in elementis accepisse præcepta legalia, ut inexcusabiles sint in idololatria.*

Deut. 32. 8. 9. **Q**UAMVIS enim scriptum sit, quod *cum disperteret Excelsus gentes, quemadmodum disperxit filios Adam, statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei. Et facta est portio Domini populus ejus Jacob; suniculus hereditatis ejus Israel*: & scriptum sit Dominum dicere ad Israel: *Eritis mihi sancti, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester, qui segregavi vos ab omnibus gentibus esse mihi*. Et quamvis scriptum sit in libro Esther, dicente Mardocheo: *Gratias tibi Domine, quoniam fecisti nova signa & prodigia, qualia non sunt facta in gentibus, dividens omne sæculum in sortes duas, elegisti tibi unam populi tui, relinquens aliam gentibus*. Et Paulus & Barnabas dicant: *Et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis converti ad Deum vivum, qui fecit calum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas*. Quamvis ergo hæc & multa similia veritatis Scriptura pronuntiat.  
Tom. II.

tiet, 16 secundum ipsam tamen credimus & piissime confitemur, quod numquam universitati hominum divinæ providentiæ cura defuerit. Quæ licet exceptum sibi populum specialibus ad pietatem direxerit institutis, nulli tamen nationi hominum bonitatis suæ dona subtraxit: ut propheticas voces & præcepta legalia convincerentur in elementorum obsequiis ac testimoniis accepisse. Unde & inexcusabiles facti sunt, quia deos sibi Dei dona fecerunt; & quæ creata erant ad utendum, venerati sunt ad colendum.

## CAPUT VI.

*Quod absque divina gratia voluntas tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni, quia non in gloriam Dei vivit.*

**I**N quam impietatem etiam illa gens, quam sibi ab omnibus 17 gentibus Dominus segregavit, tota transisset, nisi misericordiæ suæ propositum sustentandis electorum lapsibus prætendisset. Nam plenæ sunt paginæ veteris testamenti de Israeliticæ defectionis relatu: ut aperte appareat divinæ semper fuisse gratiæ, quod non omnis ille populus discessit a Domino. Ita humana natura in primi hominis prævaricatione vitata, etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei, semper in deteriorem est proclivior voluntatem, cui committi non est aliud quam dimitti. Hæc itaque voluntas vaga, incerta, 18 instabilis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis ad audendum, in cupiditatibus cæca, in honoribus tumida, curis anxia, suspicionibus inquieta, 19 gloriæ quam virtutum avidior, famæ quam conscientia diligentior, & per omnem sui experientiam inferior fruendo his quæ concupiverit, quam carendo: nihil in suis habet viribus, nisi periculi facilitatem: quoniam voluntas mutabilis, quæ non ab incommutabili voluntate regitur, tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni. Quamdiu ergo homini ea placent quæ Deo displicent, voluntas ejus animalis est: quia etiam si in bonis moribus agat, male adhuc vivit, si non in Dei gloriam vivit. Hoc est enim proprium & præcipuum piorum, ut *in Domino glorientur*; nec se nisi in Deo diligant. Bene enim se amant, qui in se opera Dei amant. Nam & Deus hoc amat in nobis, quod ipse fecit: & hoc odit, quod ipse non fecit. Si ergo opus Dei amamus in nobis, bonam voluntatem 20 recte amamus in nobis, quæ utique si opus Dei non esset, amanda non esset. Quis autem homo, nisi malæ voluntatis

N 2

ta-

CAP. VI. 16  
Providentia Dei erga omnes nationes.

Dei dona ad utendum, non ad colendum.

Propter electos a generali lapsu servatur Israel. 17

Sibi committi, dimitti est. 18

19

Qualis voluntas quam æterna non regit. Male vivit, qui non in Dei gloriam vivit.

20

Omnis voluntas bona a Deo est.

16 Has voces secundum ipsam omittunt codd. Camb. & Thuan. Jol. & Vat. 1. At duo alii 2. & 3. Vatt. eas præferunt.

17 Vox gentibus a Quesnello omissa ex ceteris editis & ex MSS. revocatur.

18 Hæc duo adjectiva instabilis, imperita de-

sunt in Quesn. In aliis edit. & in nostris codd. leguntur.

19 MS. Vat. 1. gloriæ plus quam virtutum avida, famæ quam scientiæ diligentior.

20 Delet recte MS. Thuan.

CAP. VI.  
& VII.  
21  
Matth. 15.  
13.

tatis, bonam in se non 21 amet voluntatem, quæ superni agricolæ prima plantatio est? Dicente enim veritate: *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus celestis, eradicabitur*; quicquid non est eradicandum, manifestum est a Patre esse plantatum. Bona autem voluntas omnium virtutum germen est primum: quæ innixa origini suæ, in illa æterna & incommutabili voluntate requiescit, ut vere sit spiritualis: quoniam

1. Cor. 6. 17.

*qui adhæret Deo, unus spiritus est*, dum per communionem illuminantis & illuminati, justificantis & justificati, regentis & subditi, omnis actio ad unum refertur; & quod ad unum refertur, utriusque est: quia nec a Deo alienari potest quod dedit, nec ab homine quod accepit.

Qua ratione actio & Dei sit & hominis.

### C A P U T VII.

*In homine, cum ad pietatem redit, non aliam in eo creari substantiam, sed eandem quæ fuerat labefactata, reparari; nec aliud ab eo auferri nisi vitium, priore voluntate correcta.*

**H**ic tractandum videtur, utrum cum bonæ voluntatis esse homo incipit, eadem quæ in ipso erat, corrigatur voluntas; an alia ei, quam non habebat, & quæ priori repugnet, 22 indatur. Quod ut evidentius appareat, altius id non pigeat inquirere. Omnes homines in primo homine sine vitio conditi fumus, & omnes naturæ nostræ incolumitatem ejusdem hominis prævaricatione perdidimus. Inde tracta mortalitas; inde multiplex corporis animique corruptio; inde ignorantia & difficultas, curæ inutiles, illicitæ cupiditates, sacrilegi errores, timor vanus, amor noxius, injusta gaudia, pœnitenda consilia, & non minor miseriarum multitudo, quam criminum. His ergo atque aliis malis in naturam humanam irruentibus, fide perdita, spe relicta, intelligentia obcæcata, voluntate captiva, nemo in se unde 23 repararetur, invenit. Quia etsi fuit qui naturali intellectu conatus sit vitiis reluctari, hujus tantum temporis vitam steriliter ornavit; ad

veras autem virtutes æternamque beatitudinem non profecit. Sine cultu enim veri Dei, etiam quod virtus videtur esse, 24 peccatum est; nec placere ullus Deo sine Deo potest. Qui vero Deo non placet, cui nisi sibi & diabolo placet? A quo cum homo spoliaretur, non voluntate, sed voluntatis sanitate privatus est: quia nec detrudi ab innocentia statu posset, nisi voluntate peccaret. Quæ ergo natura erat bona, qualitate facta est mala: & ille animi motus, qui numquam potest sine aliquo esse amore, hoc est, sine aliqua voluntate, non perdidit appetitum, sed mutavit affectum; id recipiens desiderio, quod debuit refutare iudicio. Cum igitur homo ad pietatem redit, de quo ideo dictum est, *Spiritus vadens & non rediens*, quia nisi illum Deus converteret, non rediret, 25 cum fit novum figmentum, novaque creatura, non alia in eo creatur substantia, sed eadem quæ fuerat labefactata, reparatur: nec aliud ab eo auferatur, nisi 26 vitium quod natura non habuit.

CAPUT VIII.  
24

Voluntas numquam sine amore.

Psal. 77.  
39.

25

26

### C A P U T VIII.

*Gratiam sic reparare opus Dei, ut liberum arbitrium non auferat; sed potius per ipsum met illud sanat.*

**F**uit enim in Adam natura sine vitio, qui per voluntatis inobedientiam mala multa contraxit, & in posteros magis magisque 27 multiplicanda transfudit. Quæ ut vincantur atque in nihilum deducantur, non efficit nisi gratia Salvatoris, qui opus suum opere suo reparat. Sicut enim dicit Joannes Apostolus: *In hoc apparuit Filius Dei, ut solvat opera diaboli*: & sic rumpit vincula captivi, sic vestit nuditatem spoliati, sic sanat vulnera sauciati: ut quod in ipso agit, etiam per ipsum geratur. Cui utique contra hostem 28 suum non expedit sine protectore configere. Cum illo enim habet certamen a quo aliquando superatus est. Non ergo fidat viribus suis, quæ etiam cum essent integræ, non steterunt; sed per illum quærat victoriam, qui solus non est victus, & omnibus vicit: & si quærit, non du-

Peccatum originis.

27

Naturam sanat sola gratia.

1. Joan. 3. 8.  
Matth. 3.  
Luc. 10.

Liberi arbitrii cooperatio -  
28

Christus solus non victus, & omnibus vicit.

21 Sic ex Vat. 2. & 3. Primus perperam non habet. Editi non amat. Codd. Jol. & Camb. amat. Paulo ante editi ante Quesn. & novissima edit. Prospero post voces male voluntatis addunt fuerit, quo MSS. nostri codd. carent.

22 Vulg. & col. Vat. 2. detur, Vat. 1. datur. Vat. 3. lectio magis placuit.

23 Vat. MS. 1. reparatur.

24 Qua de causa & quo sensu, sine cultu veri Dei, id est apud infideles, etiam quod virtus videtur esse, peccatum esse dicatur, satis ab Auctore explicatum fuit c. 4. ubi de iis infidelibus loquens, qui presentem vitium decenter exornant, eos philautiæ ac superbiæ vitio inflatos prodit, quo non contentes Deum rectæ actionis auctorem, & non in Deo, sed in semetipsis gloriantes, evanescent in cogitationibus suis, in amorem sui recidunt, & ita sibi met placentes, ut totum quod in se laudabile judicant, non ad Dei

dona referant, sed sibi vindicent, & studio propriæ voluntatis adscribant, ac in semetipsis Dei dona corrumpunt. Lege totum illud caput; & num hoc unum sit Auctoris consilium, perspicies. Itaque opera virtutum per se ex officio bona, non aliunde peccata esse in infidelibus censuit, nisi ex pravo fine, quo ea ab ipsis vitiata præsumsit; ut similiter cum Augustino docuit S. Leo serm. 79. in quem vide, si libet, observationes nostras sermonibus subjestas.

25 „ Ita cod. Thuan. Cujus loco alias legebat: *non fit novum figmentum*; quod & Apostolo, & ipsi baptismatis ac justificationis mysterio contrarium. „ Quesnellus. Nostri etiam codd. & Jol. textus lectionem probant.

26 MSS. Vat. 1. & Jol. delent vitium.

27 Codd. Thuan. & Jol. multiplicando.

28 Vox suum abest a MSS. Vat. 1. & Jol. Post pauca de viribus suis in Prospero editione.



dubitet quærendi affectum ab illo se accepisse, quem quærit. Nec quia *Spiritu Dei agitur*, ideo se putet liberum arbitrium non habere: quod ne tunc quidem perdidit, quando diabolo voluntate se dedit, a quo iudicium voluntatis depravatum est, non ablatum. Quod ergo 29 non ereptum est per vulnerantem, non tollitur per medentem; vulnus sanatur, non natura removetur. Sed quod in natura periit, non restituitur nisi ab auctore naturæ. 30 Apud quem quod perdidit natura, non periit: æterna est enim sapientia, æterna veritas, æterna bonitas, æterna iustitia, omnium denique virtutum lumen æternum est; totumque quod virtus est, Deus est. Qui si non operatur in nobis, nullius possumus participes esse virtutis. Sine hoc quippe bono, nihil est bonum: sine hac luce, nihil est lucidum: sine hac sapientia, nihil sanum: sine hac iustitia, nihil rectum. Dicit enim per Isaiam Dominus: *Ego sum, ego sum* 31 *Dominus, & non est præter me. qui salvet: & Jeremias: Scio, inquit, Domine, quia non* 32 *est in homine via sua, nec viri est ut dirigat iter suum.* Homo namque mortalis damnata in Adam origine carnaliter natus, ad spiritualem novi generis dignitatem, nisi Spiritu sancto regente, non pervenit. Sed nec ullo hanc desiderio appetit, qui calorem ipsius desiderii non accepit a Deo; de quo dicit Dominus: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat?* Ignis autem iste, dilectio est Dei, quam amator mundi non potest corde captivo concipere: plenus est enim amore vanitatum; quas etiam si potuerit ex aliqua parte vitare, & transcensis temporalibus ac visibilibus ad æterna & invisibilia intelligendo profecerit; si a colendis quoque simulacris recesserit, & venerari cælum ac terram, omniaque mundi hujus elementa destiterit; fidem tamen dilectionemque Christi, conturbatus de ejus ipsa humilitate, non capiet, & scandalum dominicæ nativitatæ ac mortis, proprio iudicio non evincet. Propter sapientiam enim mundi resistentem sapientiæ Dei, ut superbia de se præsumentium cæcetur, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Unde qui doctrinis sæcularibus tument, ridendam magis quam adorandam crucem Christi exi-

stimant: & quanto sublimius quisque ad humanarum disciplinarum instituta conscendit, tanto magis prædicationis nostræ humilia & infirma fastidit.

Nec mirum si Evangelio crucis Christi, philosophia 33 gentilis obnititur, cui etiam Judaica eruditio reluctatur. Nec docti igitur, nec indocti, 34 cujuslibet stirpis aut ordinis, humana ad Deum ratione ducuntur; sed omnis homo qui ad Deum convertitur, Dei primum gratia commovetur. Non enim ipse sibi lumen est, 35 nec cor suum radio propriæ lucis accendit. Si enim B. Joannes, quo nemo hominum major natus est, non erat lumen, quia non suo splendore lucebat; sed de illo vero lumine quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ut lux esset, acceperat; quis ille erit qui tot opinionum colluctationes, tot vincula consuetudinis, tot præjudicia vetustatis, suo tantum iudicio usus abruptat; & sola voce extrinsecus sonante doctoris hoc tantum de gratia habeat quod audivit, & totum de voluntate quod credidit? Quod si ita esset, nihil inter gratiam legemque distaret, nec indulgentiæ quemquam spiritus vivificaret, si occidens littera permaneret. Lex enim quod fieri aut non fieri jubet, non præstat ut aut fiat aut non fiat: quoniam severitati ejus non libertate, sed timore servitur. Dominus autem ut legem non solveret, sed impleret, per gratiæ auxilium, efficax fecit legis imperium, & multiplicando clementiam sustulit peccatam; ut peccatum non ulciscendo plecteret, sed remittendo deleteret. Unde adulteram ex legis constitutione lapidandam, & veritate liberavit & gratia; cum executores præcepti de conscientia terri trementem ream sub illius iudicio reliquissent, qui venerat quærevit & salvum facere quod perierat; & ideo inclinatus, id est ad humana demissus, & in opus nostræ reformationis inflexus, digito scribebat 36 in terra, ut legem mandatorum per gratiæ decreta vacuaret, & ostenderet se esse qui dixerat: *Dabo leges meas in sensu ipsorum, & in corde ipsorum scribam eas.* Quod utique quotidie facit, dum cordibus vocatorum suam inserit voluntatem, & stilo Spiritus Sancti quicquid in animæ paginis diabolus invidendo falsavit, 37 veritas miserendo rescribit.

Cum

29 MSS. Vatt. 2. & 3. cum edit. Prosperi non interfectum. Retinuimus lectionem Quesnelli, quæ est etiam codd. Vat. 1. Jol. & Camberon.

30 Hæc & quæ sequuntur usque ad illa capituli sequentis: sicut testatur Spiritus sanctus per Jeremiam prophetam dicens: olim ex Camberonensi MS. suppleta fuisse notavit Quesnellus, eademque se reperisse ait in Thuaneo codice. Eadem quoque inventa fuerunt in cod. Jol. & a nobis in quinque codd. Vat. Palat. 236. Vat. Reg. 293. & Vat. 262. 558. & 559. qui omnes Prosperi nomen præferunt. Solum hoc longum fragmentum desiderabatur in antiquis editionibus, eo quod profectæ sunt e MS. cod. Ambrosii nomine signato, uti pariter abesse deprehendimus in duobus Vatt. 268. & 281. qui Ambrosium similiter exhibent.

31 Ita ex MSS. Vat. 1. & 3. Al. Deus.

32 Verbum est supplevimus ex iisdem MSS. Vat. sicuti ex cod. Jol. additum fuit in edit. Prosperi. MS. Vat. 3. via ejus pro via sua.

33 Quesn. addidit gentilis, quam vocem nostri codd. & Jol. præferunt, eique mox respondet Judaica.

34 Quesn. inserit nec. Prosperi edit. & codd. secuti sumus.

35 MS. Vat. 1. Jol. nec cursum radio.

36 Ita ex nostris codd. editi in terram.

37 Tres sequentes voces supplevimus ex nostris MSS. nec non ex codd. Jol. & Camberon. ex Duacensi, & novissima Prosperi editionibus: quæ cum alias desiderarentur, Quesnellus in marginali postilla post antecedentes voces Spiritus Sancti notaverat: Videtur deesse vox scribit, aut alia puris energie.

Omnis virtus a Deo operante manat.

Isa. 43. 11. 31

Jerem. 10. 23. 32

Ipsum boni desiderium dat Deus. Luc. 12. 49.

Humana ratio non sufficit ad fidem. 1. Cor. 1. 21.

33

34

Joan. 1. 9. Gratia, lux cordis.

Joan. 1. 8.

&amp; 9.

35

Matt. 5. 17.

Sine gratia lex impleri non potest.

Luc. 19. 10.

Joan. 18. 9.

36

Jerem. 31.

33.

37

CAP. VIII. Cum igitur verbum Dei per ministerium prædicantium auribus carnis infertur; miscetur operatio potentiae divinae cum sono vocis humanae; & qui incitavit evangelizantis officium, audientis quoque 38 firmavit affectum. Dulcescit animae cibus verbi, veteres tenebrae nova luce pelluntur, & obtutus interior caligine antiqui erroris exiit: transit animus de voluntate in voluntatem: & si illa quæ pellitur, aliqua 39 cunctatione remoratur; ea tamen quæ gignitur, electiora quæque sibi vindicat, ut lex peccati, & lex Dei diversas atque discretas in eodem homine habeant mansiones: *Gal. 5. 17.* 40 *concupiscente carne adversus spiritum, carnis autem concupiscentiis spiritu repugnante*, per exteriora quidem insidiari tentator audeat, sed mens auxilio Dei munita prævaleat. 41 „ Ad magnam enim utilitatem fidelium „ materia est reservata certaminum; ut non „ superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas. Unde & Apostolus dicit: *In 2. Cor. 12.* 42 *magnitudine revelationum ne extollar, datus est mihi angelus satanae, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum 42 rogavi ut discederet a me: sed dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.* Quærat ergo Dominus imaginem suam, & errantem ovem bonus pastor inveniat, nec dedignetur ægram diuque in invio fatigatam humeris suis ferre, & non revocando tantum, sed etiam portando salvare. Quærat Dominus imaginem suam, & omnium quæ in eam inciderunt sordium concretionem deterfa speculum humani cordis enubilet. Scriptum est enim: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nonne tu Job. 14. 4.* Quærat Dominus imaginem suam, ut in renovatione ac justificatione ejus gratia reformantis appareat, sicut in se factum Paullus Apostolus protestatur & dicit: *Eram autem ignotus facie Ecclesiis Judæe, quæ erant in Christo; tantum auditum habebant, quod is qui persequeretur nos aliquid, nunc evangelizat fidem quam expugnabat, & in me clarificabant Deum.* Sic ergo tunc christianus populus didicerat, & *Act. 4. 32.* illi primitivi Ecclesiæ, quorum erat unum cor & una anima, sic credebant, ut cum

viderent quempiam ad agnitionem veritatis ab errore conversum, glorificarent Deum; & fidem correcti, confiterentur muneris esse divini. Ipse quoque Dominus discipulos suos, magistros omnium gentium, sic docebat dicens: *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videntes opera vestra bona, magnificent Patrem vestrum qui in calis est.* CAP. IX. Fides hominis minus Dei.

## CAPUT IX.

Quod Scriptura sive de bonis, sive de malis loquatur, sive de electis, sive de reprobis, ita meminit unius partis, quasi neminem hominem prætermittat.

43 **F**IXA ergo hac fide in cordibus nostris, immobiliterque fundata, qua saluberrime credimus omnia bona, ac maxime ea quæ ad vitam æternam provehunt, 44 Dei munere haberi, Dei munere augeri, Dei munere custodiri; puto quod pius sensus non debeat in ea quæstione turbari, quæ de omnium & de non omnium hominum 45 conversione generatur; si ea quæ clara sunt, non de his quæ occulta sunt obsecremus, & dum procaciter insistimus clausis, excludamur ab apertis, cum sufficere debeat, ut in eo 46 quo pervenimus, ambulemus, (47 non ignorantes, nec aliquatenus ambigentes, omne principium, & omnem profectum boni meriti unicuique homini ex Dei donatione conferri, nec posse fieri, ut qui omnes vult salvari, nullis causis existentibus plerosque non salvet; sed has causas nostræ scientiæ non patere: quæ utique non fuissent occultæ, si debuissent esse manifestæ, ut exerceatur per omnia fides earum rerum, quæ non videntur, & pie semper de iustitia Dei, etiam cum non intelligimus, sentiamus.) Quid enim mirum, si quidam ad vitæ sacramenta 48 non veniunt, cum plerique, qui videbantur venisse, discedant, de quibus dicitur: *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.* Quorum similes sunt & illi qui profitentur se Deum scire, factis autem negant. Nam cum scriptum sit; *Omnis qui invocaverit nomen* 45 In materia gratiæ clara ex occultis non obscuranda. 46 47 48 I. Joan. 2. 19. Tit. 1. 16. Rom. 10. 13.

38 Sic ex Vat. 1. & editionibus Duac. Colon. & novissima Prosperi. Vat. 3. format. Jol. & Quesn. formavit.

39 Al. contagione. Quesn. in margine.

40 Sic ex MSS. Vat. 1. & Jol. ac edit. Duac. Vat. 3. quoque, ceteræ edit. etiam.

41 Hæc referuntur a Gelasio Papa in opusculo adversus Pelagianos cum hoc elogio: sicut quidam Magister Ecclesiæ sapienter edocuit, dicens: Ad magnam enim utilitatem fidelium materia est reservata certaminum; ut non superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas. Quesnellus.

42 Edit. cogitavi. Quesn. in postilla: Legendum forte rogavi. Duo nostri codd. rogavi, quod & novissima Prosperi editio recepit.

43 Hic capitis noni initium fecimus cum novissimo Prosperi editore: quia anterioris capitis finis perperam productum fuerat ad illa hujus capitis: sicut testatur Spiritus Sanctus per Jeremiam

Prophetam dicens: disesto, & rejeſto in caput nonum textu ejusdem Prophetæ, qui in MSS. continuata serie describitur.

44 Sex voces sequentes adjecit Quesnellus ex MS. cod. Thuan. cui nostri quoque & Jol. suffragantur.

45 Ita codd. Thuan. Jol. & nostri Vat. Alias conversatione.

46 MS. Jol. in quod.

47 Uncis inclusa ex solo licet MS. Vat. 3. addidimus, cum auctoris stilum referant, & contextui maxime congruant.

48 Novissima editio Prosperi non perveniunt. Dein verba cum plerique, qui videbantur venisse, discedant, supplevimus ex quinque codd. Vat. Prosperianis, sicuti ex MS. Jol. supplevit etiam novissimus editor Prosperi, videnturque sequentibus necessario præmittenda.

CAP. IX. *men Domini salvus erit ; de quibusdam ta-*  
*men Dominus ait : Non omnis qui dicit mi-*  
*hi, Domine, Domine, intrabit in regnum ca-*  
*lorum ; sed qui facit voluntatem Patris mei*  
 21. *qui in caelis est, ipse 49 intrabit in regnum*  
 49 *calorum : & : Multi mihi dicent in illa die :*  
*Domine, Domine, nonne in nomine tuo pro-*  
 22. *phetavimus, & in nomine tuo demonia eje-*  
*cimus, & in nomine tuo virtutes multas fe-*  
 50 *cimus ? Et tunc dicam illis : Numquam novi*  
 Cur aliqui *vos : discedite a me operarii iniquitatis. Ta-*  
 non orant. *les non invocant nomen Domini : quia non*  
 Rom. 8. 15. *habent spiritum adoptionis filiorum in quo cla-*  
 Rom. 8. 14. *manus : Abba, Pater . Nemo autem potest*  
 50 *dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu San-*  
 51 *cto : & Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi*  
 51 *filii Dei sunt : qui 50 ad Deum per Deum*  
 1. Petr. 2. 9. *veniunt, & salvari volentes omnino salvan-*  
 51 *tur, quia ipsum desiderium salutis ex Dei*  
 51 *inspiratione concipiunt, & per illuminatio-*  
 51 *nem vocantis, in agnitionem veniunt veri-*  
 51 *tatis. Sunt enim filii promissionis, merces*  
 51 *fidei, spirituale semen Abraham, genus ele-*  
 51 *ctum, regale sacerdotium, praescitum & pra-*  
 51 *ordinatum in vitam aeternam, sicut testatur*  
 51 *Spiritus Sanctus per Jeremiam Prophetam*  
 51 *dicens 51 : Ecce dies veniunt, dicit Domi-*  
 51 *nus ; & disponam domui Israel, & domui*  
 51 *Juda testamentum novum, non secundum te-*  
 51 *stamentum quod disposui patribus eorum, in*  
 51 *die qua apprehendi manum eorum, ut edu-*  
 51 *cerem illos de terra Aegypti : quia ipsi non*  
 51 *perseveraverunt in testamento meo, & ego*  
 51 *eos neglexi, dicit Dominus. Quia hoc est te-*  
 51 *stamentum quod disponam domui Israel. Post*  
 51 *dies illos, dicit Dominus, dabo leges meas*  
 51 *in sensu ipsorum, & in corde ipsorum scri-*  
 51 *bam eas, & ero illis in Deum, & ipsi erunt*  
 51 *mibi in populum. Et 52 non docebit unus-*  
 51 *quisque proximum suum, & unusquisque fra-*  
 51 *tre suum, dicens, Cognosce Dominum : quia*  
 51 *omnes cognoscent me a pusillo eorum usque ad*  
 51 *magnum, & quia propitius ero iniquitatibus eo-*  
 51 *rum, & peccatorum eorum memor non ero.*  
 51 *53 Et iterum : Et dabo illis viam alteram*  
 51 *& cor aliud, ut me timeant omnes dies in*  
 51 *bonum ipsis & filiis eorum post eos. Et con-*  
 51 *stituiam illis testamentum aeternum, quod non*  
 51 *avertam post eos : & timorem meum dabo in*  
 51 *cor eorum, ne discedant a me, & visitabo*  
 51 *eos, ut bonos eos faciam. Per Isaiam quo-*  
 51 *que de gratia sua Dominus, qua ex omni-*  
 51 *bis hominibus novam creaturam 54 facit,*  
 51 *eadem praenuntiat, dicens : Ecce faciam no-*  
 51 *va qua nunc oriuntur, & cognoscetis ea, &*

*faciam in deserto viam, & in sicca terra*  
 CAP. IX. *flumina. Benedicent me bestiae agri, 55 si-*  
 55 *rene & filiae struthionum, quod dederim in*  
 56 *deserto aquam, & flumina in sicca terra ad*  
 56 *potandum genus meum electum, populum meum*  
 56 *quem mihi acquisivi, & ut enarrent virtu-*  
 56 *tes meas. Et iterum : Per memetipsum ju-*  
 56 *ro, nisi exiet de ore meo justitia : & verba*  
 56 *mea non avertentur, quia mihi flectetur omne*  
 56 *genus, & confitebitur omnis lingua Deo. Si*  
 56 *ergo impossibile est ista non fieri, quia nec*  
 56 *incerta praescientia Dei est, nec mutabile*  
 56 *consilium, nec inefficax voluntas, nec falsa*  
 56 *promissio, omnes isti de quibus haec praedi-*  
 56 *cta sunt, sine cujusquam exceptione salvan-*  
 56 *tur. Dat enim leges suas 56 in sensu ipso-*  
 56 *rum, easque in cordibus eorum digito suo*  
 56 *scribit, ut agnitionem Dei, non doctrinae*  
 56 *humanae opere, sed magisterio summi eru-*  
 56 *ditoris accipiant. Quia neque qui plantat,*  
 56 *neque qui rigat, est aliquid, sed qui incre-*  
 56 *mentum dat Deus. Omnes hi a pusillo usque*  
 56 *ad magnum 57 cognoscunt Deum, quia ut*  
 56 *venirent ad Christum a Patre audierunt at-*  
 56 *que didicerunt ; omnes educti ab errore, di-*  
 56 *riguntur in viam vitae ; omnibus corde mu-*  
 56 *tato recta sapere & recta velle donatur ;*  
 56 *omnibus timor, quo in mandatis Dei 58*  
 56 *custodiantur, inseritur. Fit in deserto via,*  
 56 *& terra arida fluminibus irrigatur ; ut qui*  
 56 *prius ad confitendum Deum os non aperie-*  
 56 *bant, & velut muta atque irrationabilia*  
 56 *animalia in feritatem transierant bestiarum,*  
 56 *divinorum eloquiorum fontibus 59 inundati*  
 56 *benedicant & laudent Deum, enarrantes vir-*  
 56 *tutes & mirabilia misericordiae ejus, qui ele-*  
 56 *git eos, & in filios adoptavit, ac novi te-*  
 56 *stamenti fecit heredes. Si autem, ut Apo-*  
 56 *stolus loquitur, hominis confirmatum testa-*  
 56 *mentum nemo spernit aut superordinat, quo-*  
 56 *modo fieri potest, ut ex ulla parte divina*  
 56 *promissio 60 resolvatur ?*  
 56 *Manet prorsus & quotidie impletur quod*  
 56 *Abraham Dominus sine conditione promisit,*  
 56 *sine lege donavit. Quia etsi quidam quibus*  
 56 *haec praedicata sunt, non crediderunt, incre-*  
 56 *dulitas tamen eorum fidem Dei non evacua-*  
 56 *vit. Est enim Deus verax ; omnis autem ho-*  
 56 *mo mendax. Et illi quidem qui audito E-*  
 56 *vangelio credere noluerunt, inexcusabiliores*  
 56 *facti sunt, quam si nullum praconium veri-*  
 56 *tatis audissent ; sed certum est eos apud*  
 56 *praescientiam Dei Abraham filios non fuisse,*  
 56 *nec in illorum forte numeratos, de quibus*  
 56 *dictum est : Benedicentur in semine tuo omnes*  
 56 *tri-*

49 Vat. cod. 1. introibit : & post aliquot lineas numquam vos cognovi in MSS. Vat. 1. & 3. ac Jol.

50 Al. ad Dominum per Dominum. Quesn. in margine.

51 Huc usque deerat in aliquibus editis, & in MSS. Ambrosium praeferebantibus, uti adnot. 30. monuimus. Sequentia in Quesnello, & anterioribus editis incohabant caput 1x.

52 Particula non posteriori manu deleta est in Vat. 1.

53 Verba et iterum supplevimus ex tribus MSS. Vat. 1. & 3. ac Jol.

54 Codd. Vat. 1. & Jol. fecit. Paulo post orientur in noviss. edit. Prosperi.

55 Additur & in MS. Vat. 1.

56 Noviss. editio Prosperi in sensum. Post pauca Vat. 1. omittit Dei.

57 Vat. 1. & Jol. cognoscent.

58 Ita melius ex MSS. Vat. 1. Jol. & Camberon. Alias erudiantur. Post nonnulla & tota arida pro & terra in cod. Jol.

59 Sic ex nostris MSS. Vat. & Jol. Al. mundati.

60 Vat. 1. cod. dissolvatur.

CAP. IX. *tribus terre*. Credituros enim promisit, qui dixit: *Et non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum: quia omnes cognoscent me a pusillo eorum usque ad magnum*. Reconciliandos promisit, qui dixit: *Propitius ero* 61 *iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum memor non ero*. Obedituros promisit, qui dixit: *Dabo* 62 *illis viam alteram, & cor aliud, ut timeant me omnes dies*. Perseveraturos promisit, qui dixit: *Timorem meum dabo in cor eorum, ne discedant a me; & visitabo eos, ut bonos eos faciam*. Postremo, omnes sine cuiusquam exceptione promisit 63 credituros qui dixit: *Per meipsum iuro, nisi exiet de ore meo iustitia, & verba mea non avertentur, quia mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua Deo*.

Hic si dicamus non fieri quod Deus juravit esse faciendum, falsitatem Deo, quod ablit, & mendacium ascribimus veritati. Si autem, ut pietas fidesque persuadent, Dei verba non excidunt, & sit omnino quod statuit; quomodo nobis 64 veracis promissionis firmitas apparebit, cum multa adhuc hominum millia dæmoniis serviant, & idolis genuflectant? Nisi huiusmodi denuntiationes Dei secundum illam incommutabilem scientiam editas noverimus, in qua apud illum jam universitas humana discreta est, & sive de bonis, sive de malis loquatur, ita unius partis meminit, quasi neminem hominum prætermittat. Nam cum dicit Apostolus: *Vetera transferunt*, 65 *ecce facta sunt omnia nova*: numquid non omnes homines videtur dixisse renovatos? Aut cum dicit: *Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per eum reconciliari omnia in ipso*: numquid non ita loquitur, quasi neminem velit 67 exortem hujus reconciliationis intelligi? Aut cum ait: *Novissimis istis diebus locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum*: numquid aliud sonat forma sententiæ, quam omnes homines in Christi 68 hereditatem a Patre esse transcriptos, secundum prophetiam David dicentis: *Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre*? Dicente autem Domino: *Si exaltatus fuero a terra, omnia traham* 69 *ad me*: nonne universorum videtur promissa conversio? Aut cum de Ecclesia prophetatur & dicitur: *Omnis vallis replebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas*: numquid ullus hominum

videtur omissus, qui non significatus sit Christo esse subdendus? Quid cum dicitur: 70 *Et veniet omnis caro in conspectu meo, ut adorent in Jerusalem, dicit Dominus*: aut illud: *Et erit in diebus illis: effundam de spiritu meo super omnem carnem*; aut illud: *Allevat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos*: numquid non 71 ita pronuntiatum est, quasi ab hoc Dei munere nemo discretus sit?

Habet ergo populus Dei plenitudinem suam: & quamvis magna pars hominum salvantis gratiam aut repellat, aut negligat; in electis tamen & præcitis, atque ab omnium generalitate discretis specialis quædam censetur universitas, ut de toto mundo totus mundus liberatus, & de omnibus hominibus omnes homines videantur assumpti. Sicut etiam cum de impiis sermo est, ita locutionem suam divinus stilus ordinat, ut ea quæ de quadam parte dicuntur, ad omnes homines pertinere videantur, veluti est illud quod ait Joannes Baptista: *Qui de celo venit, super omnes est: quod vidit & audivit, 72 hoc testificatur, & testimonium ejus nemo accipit*: aut illud Apostoli: *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi*: aut illud quod Palmus Davidicus canit: *Dominus de celo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens aut requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum*. His igitur & aliis documentis, quæ possunt ab inquirentibus numerosiora proferri, non dubie demonstratur, interdum & pro parte terræ omnem terram, & pro parte mundi totum mundum, & pro parte hominum omnes homines nominari. Quorum tamen discretionem plerumque Scriptura cito aperit, ut sensus legentis ab universitatis appellatione ad partem quæ intelligenda est, transferatur. Sicut est illud Apostoli dicentis: *Prædicamus Jesum Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; ipsis vero vocatis Judæis, atque Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam*. Numquid ipsis est Christus virtus, quibus scandalum; aut ipsis sapientia, quibus stultitia? Sed quoniam quidam ex ipsis justificabantur fide, quidam autem sua impietate obdurabantur; unum credentium & non credentium genus sub *vocatorum* appellatione discrevit; ut quos a fide significabat alienos, eos quamvis audissent Evangelium, ostenderet vocationis extraneos.

CA-

61 MS. Jol. addit omnibus.

62 In MS. Var. 1. deest illis: Vat. 3. pro illis habet eis. Mox pro omnes dies Vat. 1. omnibus diebus: Vat. 3. per omnes dies.

63 Ex MS. Vat. 1. supplevimus credituros; quod cum deesset, Quesnellus notavit in margine: Forte addendum sibi obedituros.

64 Quesn. in marg. Al. veritatis.

65 Vat. 1. addit &amp;.

66 Edit. noviss. Prosperi per ipsum.

67 Quesn. in marg. Al. extorem.

68 Ita melius ex Vat. 1. &amp; 3. Vulg. hereditate.

69 Vat. 1. ad me ipsum: Vat. 2. ad me traham. Dein erunt omnia prava in tribus MSS. Vatt.

70 Sic nostri codd. cum edit. Prosperi. Quesn. Et venit.

71 Addidimus ita ex iisdem codd. &amp; edit. Prosperi.

72 Inseruimus hoc ex Vat. 1. uti etiam in Scriptura legitur. Mox idem codex pro accepit habet accipit.

## CAPUT X.

Quod Scriptura de electis & reprobis ejusdem populi loquitur tamquam de iisdem.

- 73 **H**anc regulam per Isaiam promittit sermo divinus, dicens: *Ducam cæcos in viam, quam non noverunt, & semitas quas nesciunt, calcabunt. Et faciam illis tenebras* 74 *in lucem, & prava in directum. Hæc verba faciam, & non derelinquam eos. Sed quod sequitur, Ipsi autem conversi sunt retro, ad partem quamdam generis ipsorum referendum est, non ad eos de quibus ait: Non derelinquam eos. Iterum dicit Dominus ad Jacob: Noli metueve, quia tecum sum. Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente colligam te. Dicam Aquilioni, Adduc: & Africo: Noli vetare: adduc filios meos de terra longinqua, & filias meas a summo terræ, omnes in quibus invocatum est nomen meum. In gloriam enim meam paravi illum, & finxi & feci illum. Quod autem sequitur: Et produxi plebem cæcam, & oculi eorum sunt cæci, & surdas aures habent: non potest eis ulla ratione congruere, quos in gloriam suam parasse se dicit. In his quippe omnibus verbis, quæ de uno hominum genere dicuntur, aliis personis priora, aliis posteriora conveniunt. Apud Apostolum quoque quod in parte populi agitur, sub totius populi nuncupatione narratur, & in reliquiis plenitudo censetur. Cum enim de Judæorum obcæcatione differeret, & quosdam ex ipsis gratia salvos fieri demonstraret: Dico ergo, inquit: Numquid repulit Deus populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Benjamin. 75 Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit. Plebs ergo præscita, plebs non repulsa, hi sunt qui in Christo justificati sunt. Et quod de omni Israele dici videtur, in his tantum, quos sibi gratiæ electio reliquos fecit, ostenditur, sicut sequentia apostolici sermonis enarrant. Adjungit enim & dicit: An nescitis in Elia quid dicit Scriptura, quemadmodum interpellat Deum adversus Israel? Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærun animam meam. Sed quid dicit illi responsum divinum? Reliqui mihi septem millia vivorum, qui non curvaverunt genua ante Baal. Sic ergo, & in hoc tempore reliquiæ 76 secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt.*
- Tom. II.

*Si autem gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia non est gratia. Non ergo omnis Israel reprobatus, nec omnis electus est; sed partem cæcitas 77 voluntaria avertit; partem sibi illuminatio gratuita reservavit: & tamen ita de eis sermo habetur, ut 78 & in his qui percunt, & in his qui salvi fiunt, nulla totius generis videatur facta discretio. Nam cum legitur: Secundum Evangelium quidem, inimici propter vos; secundum electionem autem Dei, dilecti propter patres: ita locutio sonat, tamquam eosdem dicat dilectos, quos dixit inimicos. Sed hanc caliginem Apostolus ipse deterfit dicendo: Quia cæcitas ex parte in Israel contigit, ut unum genus in duas species intelligeremus esse divisum, & omnem hominem, omnem plenitudinem, omnem Israelem, non semper ad universitatem, sed plerumque ad partem esse referendum.*

## CAPUT XI.

Quod Scriptura de diversorum temporum hominibus loquitur, quasi de ejusdem temporis generatione.

**I**nter has autem formulas locutionum, etiam illam in Scripturis dictionem debemus advertere, qua id quod ad diversorum temporum homines pertinet, ita promittitur, quasi de una & ejusdem ætatis generatione dicatur. Sicut est quod sanctus Petrus Apostolus scribens sui & futuri temporis gentibus, ait: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum: qui aliquando non populus 79, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti. Numquid cum prædicarentur hæc, adhuc illi homines permanebant, quos omnes Deus in præteritis generationibus dimiserat ingredi vias suas; & iidem ipsi, qui prius traditi fuerant voluntatibus suis, nunc de tenebris in lumen admirabile 80 vocabuntur? Nonne illi jam defecerant in ignorantia sua, jam in hoc mundo non erant? nec ab errore ad veritatem reditus olim mortuis suppetebat? & tamen quod post multa sæcula agebat gratia in posteris impiorum, sic loquendi consuetudo perstrinxit, ut ipsi videantur nunc eligi, qui prius fuerant derelicti. Pertinent autem hæc non ad eosdem homines, sed ad ejusdem 81 generis homines; & vocatio quæ illu-

73 Sic cum Quesn. nostri codices. Noviss. editor Prosperi maluit. Hac regula.

74 Quesn. in marg. Al. illucescere.

75 Vat. 1. & 3. numquid repulit. Mox Vat. 3. populum suum, quem præscivit.

76 Quesn. in marg. Al. per electionem. Dein MS. Jol. omittit salvæ, ut in Græco Apostoli deest.

77 Vox voluntaria omittitur in MSS. Thuan. Camberon. Vat. 1. & Jol. In aliis autem legitur.

78 Particulam & hic addidimus ex tribus nostris MSS.

79 Cod. Jol. cum Quesn. hic inserit Deo. Ceteri codd. & editi omittunt.

80 Sic ex nostris codd. & edit. Prosperi. Quesn. vocantur. Mox verba in ignorantia sua a Quesnello addita ex cod. Thuan. sunt etiam in nostris Vatt. Desunt in MS. Camberon. In Jol. pro his verbis habetur in ignominia sua.

81 Sic ex tribus nostris MSS. Vatt. nec non ex Jol. & Camber. Quesnellus cum anterioribus editis gentis.

CAPUT  
XI. & XII.CAP. XII.  
& XIII.

82

illuxit prope mundi finem, ad præteritam non recurrit ætatem. Ita modo quodam & ipsi & non ipsi sunt, de quibus & quibus ista dicuntur, dum in aliquo 82 specialia a generalibus non dividuntur, in aliquo vero a communibus separantur.

## CAPUT XII.

*Quod illud Apostoli, Vult omnes homines salvos fieri, integre pleneque suscipiendum est.*

**S**ED cum legerint hæc vel audierint qui amant calumniosa certamina, dicent nos per hujusmodi disputationes Apostolo contradicere definienti, quod *Deus omnes homines velit salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire*. Quam particulam verborum Apostoli ita nos integre pleneque suscipimus, ut nihil ei de præcedentibus sive subjectis, quæ ad ipsam pertinent, subtrahamus. Quoniam, ut cetera divinorum eloquiorum testimonia sequestremus, hic locus sufficit ad evacuandum quod calumniose obijciunt, & ad defendendum quod impie diffidentur. Scribens itaque ad Timotheum 83 magister gentium Paullus Apostolus, ait:

1. Tim. 2. 4.  
Apostoli  
locus integre suscipiendus.

83  
Ibidem v. 1.

*Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, & pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt: ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coram salvatore nostro 84 Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, & unus mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. De hac ergo doctrinæ apostolicæ regula, qua Ecclesia universalis imbuitur, ne in diversum intellectum nostro*

Sensum Apostoli præcis Ecclesiæ explicat.

Ecclesia orat pro omnibus, præsertim in parascève Paschæ.

85

82 Vat. 1. *speciales*, 2. & 3. cum aliis edit. ante Quæsn. *speciali*. At MSS. Jol. Thuan. & Camb. ut in textu.

83 Voces *magister gentium* ex MSS. Vatt. 2. & 3. ex Jol. & Camb. additæ.

84 Quæsn. in marg. *Deo* delet MS. Thuan.

85 Vat. 1. *renatis*.

stum in membris ipsius persequuntur, pro Judæis, quorum cæcitati lumen Evangelii non refulget, pro hæreticis & schismaticis, qui ab unitate fidei & caritatis alieni sunt, Quid autem pro istis petit, nisi ut relictis erroribus suis convertantur ad Deum, accipiant fidem, accipiant caritatem, & de ignorantia tenebris liberati, in agnitionem veniant veritatis? Quod quia ipsi præstare sibi nequeunt, malæ consuetudinis pondere oppressi, & diaboli vinculis alligati, neque deceptiones suas evincere valent, quibus tam pertinaciter inhæserunt, ut quantum amanda est veritas, tantum diligant falsitatem; misericors & justus Dominus pro omnibus sibi vult hominibus supplicari, ut cum videmus de tam profundis malis innumeros erui, non ambigamus Deum præstitisse, quod ut præstaret oratus est: & gratias agentes pro his qui salvi facti sunt, speremus etiam eos qui necdum illuminati sunt, eodem divinæ gratiæ opere eximendos de potestate tenebrarum, & in regnum Dei priusquam de hac vita exeant, transferendos.

Deus vult orari pro omnibus

## CAPUT XIII.

*Secreti illius profunditas, quo Dei salvantis gratia aliquot pro quibus Ecclesia orat, præterit, nobis in hac vita patere non potest.*

**Q**UOD si aliquos, sicut videmus acciderent, salvantis gratia præterierit, & pro eis oratio Ecclesiæ recepta non fuerit, ad occulta divinæ justitiæ judicia referendum 86 est, & agnoscendum secreti hujus profunditatem nobis in hac vita patere non posse. Ex parte enim scimus, & ex parte prophetamus, & videmus nunc per speculum in enigmate. Nec sapientiores aut scientiores beatissimo Apostolo sumus, qui cum de gratiæ potentia disputaret, magnorum mysteriorum ingressus arcanum, iis quæ 87 impossibile erat enarrare, succubuit. Cum enim dixisset: *Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc, ut non sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte in Israel contigit, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel salvus feret, sicut scriptum est: Veniet ex Sion qui eruat & avertat impietates ab Jacob, & hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum: secundum Evangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem vero dilecti propter patres. Sine penitentia enim sunt dona & vocatio Dei. Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem; ita & isti nunc non crediderunt*

Quod preces Ecclesiæ non exaudiuntur pro omnibus, ad occulta Dei judicia referendum. 1. Cor. 13. 9. & 12.

86  
87

Rom. 12. 25.  
1/a. 59. 20.

86 Verbum est adjecimus ex nostris MSS. Vatt. quorum duo 1. & 3. hoc loco præferunt, alius transfert post *agnoscendum*, uti erat in editis ante Quæsn. Hic illud delevit, uti deest in MSS. Jol. & Camb.

87 Quæsn. in marg. Al. *impossibilia erunt enarrari*, ut in cod. Camb.

CAP. XIII. *in vestra misericordia, ut & ipsi misericordiam consequantur. Conclufit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.*

Apostolus  
ciputa-  
tionem ad  
stuporem  
transfert.  
Rom. 11. 33. Cum ergo hæc divinorum operum mysteria supra mensuras humanæ intelligentiæ excellentia, quodam mentis suæ profudisset excessu, totam expositionis rationem transfert in stuporem, & admirationem eorum quæ protulerat, exclamavit & dixit: *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus & investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria 88 in sæcula. Amen.* Præmissa enim docentis assertio

88 locum dabat multimodæ quæstioni, ut 89 variatæ per tot populos ac tempora gratiæ causâ quæreretur. Cur scilicet anterioribus sæculis dimissæ essent omnes gentes ingredi vias suas, uno tantum Israele, qui divinis eloquiis erudiretur, excepto, & ad cognitionem veritatis electo; cujus infidelitas locum tandem salvandis gentibus fecerit: tamquam si unus populus in fide sui generis permaneret, misericordia Dei ceteris se nationibus præstare non posset. Cur denique ipsi quorum diminutio salus gentium est, ab obcæcatione sua non liberentur, priusquam ingrediatur gentium plenitudo: quasi illuminari cum omnibus nequeant, qui omnes facta omnium gentium adoptione salvandi sunt? Aut quomodo omnis Israel sublata obcæcatione salvandus sit, cujus innumerabilis multitudo in sua infidelitate deficiens, ad tempora 90 salvandis promissa non pervenit? Vel quomodo ipsarum gentium, quarum prius non est facta vocatio, dicatur nunc ingredi plenitudo, cum 91 tanta promiscuæ ætatis & conditionis hominum millia in omnibus nationibus quæ sunt sub cælo, sine Christi justificatione moriantur? Sed horum mysteriorum judiciorumque causas pius & doctus magister maluit ad altitudinem divitiarum sapientiæ Dei scientiæque suspendere, quam justissimæ veritatis & misericordissimæ bonitatis subtractum ab humana 92 cognitione secretum temeraria inquisitione discutere; nihil omit- tens de his quæ non oportet ignorari, nihil contrectans de his quæ non licet sciri.

Tom. II.

88 Edit. Prosperi cum MS. Jol. *in sæcula sæculorum.*

89 Sic ex nostris codd. Vatt. quibus concinit etiam Jol. & pleræque editiones. Quesn. *varie.* Paulo post editi Prosperi post *gratiæ* addunt *Dei*, quod in potioribus MSS. deest.

90 Quesn. in marg. Al. *salutis.* Vat. I. *salvantis.*

91 Sic ex quinque codd. tribus Vatt. Jol. & Camb. Vulg. *tot.*

92 Tres codd. Thuan. Camb. & Vatic. I.

CAPUT XIV.

*Multa esse in dispensatione operum divinorum, quorum causis latentibus, soli monstrantur effectus.*

Multa enim sunt in dispensatione divinorum operum, quorum causis latentibus soli monstrantur effectus; ut cum pateat quod geritur, non pateat cur geratur; negotio in medium deducto, & in occultum ratione subducta: ut in eadem re & de inscrutabilibus præsumptio comprimitur, & de manifestis falsitas refutetur. Neque enim, si nescio cur ille Græcus creetur, hic barbarus; iste in divitiis, ille in egestate nascatur; hunc valida proceri corporis pulchritudo sublimet, illum debiliū membrorum exilitas contracta deformet; iste a catholicis editus, in veritatis cunabulis nutritur; ille hæreticorum progenies, cum ipso lacte matris hauriat virus erroris; si denique mille alias differentias in habitu corporum, in qualitatibus animorum, in conditione temporum, in more regionum dijudicare non possum; ideo, quod omnium horum Deus sit conditor atque ordinator, ignoro. Qui utique singulorum hominum ita & corpora creavit & spiritus, ut præter illam securam ex uniuscujusque studio voluntariam diversitatem, ipsa conditionis exordia dissimillima numerositate variaret. Turbarent autem nos, & in diversum distraherent multæ vaniloquorum opiniones, qui de incognoscibilibus 93 definire inconvenientia præsumpserunt, & has originales inæqualitates fatis, quæ nulla sunt, & sideribus deputarunt; nisi certissima notitia teneremus, Deum creatorem de elementis 94 originalibus prout vult vas unumquodque formare, & unam naturam animarum, unam naturam corporum placitis sibi temperare mensuris. Quæ utique opera Dei humanæ intelligentiæ non subtraherentur, 95 si innotescere debuissent; & manifestaretur cur ita quidque fieret, nisi, quod ita fieret, scire sufficeret. Dicit Dominus ad Moysen: *Quis dedit os homini, & quis fecit mutum & non audientem, videntem & cæcum? Nonne ego Dominus Deus?* Et per Isaiam: *Nonne ecce ego 96 secundam & sterilem feci, dicit Dominus?* In libro Ecclesiastico legitur: *Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas a Deo sunt.* Et Job dicit: *Abundant tabernacula prædonum, & audacter provocant Deum,*

Dei consilia abscondita.

Hominum originales differentias ordinat Deus occulto judicio.

Deus omnium conditor & ordinator.

93

94

95

Exod. 4. 11.

96

Isa. 66. 9.

Ecl. 11.

Job. 12. 6.

O 2

Deum,

conditione.

93 Ita in MSS. Thuan. Camb. Jol. & nostris Vatt. In vulg. ante Quesn. *devenire inconvenientia.*

94 Hanc Quesnelli lectionem ex Thuan. inductam, confirmant etiam nostri Vatt. & Jol. Antiores editiones cum MS. Camb. *naturalibus.*

95 Quesn. in marg. Al. *si cognoscibilia essent.* Dein *ita quidque fieret* in vulgatis & aliquot MSS. Correximus ex cod. Vat. I.

96 Sic ex MSS. Vatt. I. & 3. nec non ex Jol. & Camb. Al. *secundam.*

CAP. XIV. Deum, cum ipse dederit omnia in manibus  
& XV. eorum. Et idem de omnium rerum humanarum profectu & defectu disputans, omnesque mutationes 97 ad judicia Dei referens: *Apud ipsum est, inquit, sapientia & fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam. Si destruxerit, 98 nemo est qui aedificet; si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; si emiserit eas, subvertent terram. Apud ipsum est fortitudo & sapientia: ipse novit & decipientem, & eum qui decipitur; adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. Balthæum regum dissolvit, & præcingit fune renes eorum. Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat, commutans labium veracium & doctrinam senum auferens, effundens despectionem super principes, & eos qui oppressi fuerant, relevans. Qui revelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis. Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & subvertit in integrum 99 restituet. Qui immutat cor principum terræ, & decipit eos, ut frustra incedant per invium. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios. Et iterum idem dicens voluntatem Dei irritam esse non posse: Ipse enim, inquit, solus est, & nemo avertere potest 1 cogitationem ejus: & anima ejus quodcumque voluerit, hoc faciet.*

Job 23. 13. 1

## CAPUT XV.

*Quod pars hominum liberatur, ascribi non potest meritis voluntatum, veluti bonos elegerit gratia, malos præterierit.*

Non ex meritis neglecti vel electi.

Liberatur pars hominum, parte pereunte: & si hoc voluntatum meritis voluerimus ascribere, ut malos neglexisse gratia, bonos autem elegisse videatur, resistet nobis innumerabilium causa populorum, quibus per tot sæcula, 2 nulla cælestis doctrinæ annuntiatio coruscavit. Nec meliores fuisse eorum posteros possumus dicere, de quibus scriptum est: *Gentium populus, qui sedebat in tenebris, lucem vidit magnam; & sedentibus in tenebris & umbra mortis,* 1sa. 9. 2.

1. Pet. 2. 9. 3 *lux orta est illis. Et ad quos Petrus Apostolus dicit: Vos autem 3 genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen*

*suum; qui quondam non populus, nunc autem populus Dei; quorum aliquando non est misertus, nunc autem miseretur. Non ergo meritis minorum tribuitur quod non meruerit majores. Par enim impietas & patres accusabat & filios, eademque ignorantia cæcitas omnes simul in eisdem mergebat errores. Sed cur illorum non misertus, horum sit misertus Deus, quæ scientia comprehendere, quæ potest investigare sapientia? Latet discretionis istius ratio; sed non latet ipsa discretio. Non intelligimus judicantem, sed videmus operantem. Quid calumniam iustitiæ occultæ, qui gratias debemus misericordiæ manifestæ? 4 Laudemus & veneremur quod agitur, quia tutum est nescire quod tegitur.*

## CAPUT XVI.

*Ex eo quod parvulorum alii ad æternam vitam, alii ad mortem æternam ante intelligentia usum hinc migrent, ostenditur inscrutabilitas divinatorum iudiciorum.*

Respice autem & ad universalem multitudinem parvulorum, in quibus excepto illo, quo in damnationem nascitur 5 gens humana, delicto, nec præterita possunt merita, nec futura censerit. Omnes enim de quibus nunc loquimur, ante ullum intelligentiæ usum, ante liberum voluntatis arbitrium, alii ad æternam beatitudinem regenerati, alii ad perpetuam miseriam transeunt non renati. Si originalem culpam fateris, omnis numerus in reatu est. Si moralem innocentiam quæris, omnis summa sine vitio est. Non invenit quod discernat humana iustitia, sed habet quod eligat innarrabilis gratia Dei. 6 In abscondito est consilium, sed non latet donum; 7 opus exerit pietas, causam obscurat potestas. Sed tam indubitabile est quod non videtur, quam quod videtur: quia auctori manifesti operis, negari confessio etiam 8 ignotæ non potest æquitatis.

CAP. XV. & XVI. Cur Deus quorundam misereatur, & quorundam non misereatur, occultum est.

4

Judicium Dei inscrutabile in discretionem parvulorum. 5

Æterna parvulorum sine Baptismo decedentium miseria. 6

7

8

CA-

97 Quæsn. ad judicia deferens. Præferenda visa est lectio nostrorum codd. quæ est item editio nostrorum Prosperi.

98 Cod. Jol. & non est, qui.

99 Vat. 1. restituit. Mox editio Quæsn. & cod. Camb. decipiet. Prætulimus lectionem nostrorum MSS. Vat. Jol. & edit. Prosperi.

1 Quæsn. in marg. Al. cognitionem. Dein vulgati hoc fiet. Magis placuit lectio MSS. Var. 1. & 3.

2 Vox nulla deest in codd. Vat. 1. & Jol.

3 Var. 1. inserit verbum estis. Paulo post MS. Jol. & edit. Prosperi in tam admirabile.

4 Unicus codex Jol. *Lauda & venerare quod agitur, quia iuum est nescire quod tegitur.*

5 Vat. 1. genus humanum.

6 Vat. 1. omittit hoc loco sequentia: *In abscondito est consilium; sed non latet donum: quæ inferuntur cap. 17. ut ibidem adnotabimus.*

7 Vulgo ante Quæsn. legebatur *erexit*. In MSS. Thuan. & Camb. *opus excelsi*, quam lectionem probabant editores S. Prosperi. Quæsnelli emendationem ex editione Paris. 1569. S. Ambrosii, nostri codd. & Jol. confirmant.

8 Sic ex MSS. Vatt. 1. & 2. ex Camb. & Jol. Quæsn. *incognita*.



## CAPUT XVII.

Ex impiis, qui in extremis conversi salvantur, ostenditur & gratia sine meritis dari, & inscrutabile esse Dei iudicium.

Sera impiorum conversio, gratuita gratia probata. 110.

Gratia non datur ex meritis.

Quod si & ad illos dirigas mentis intuitum, qui longam agentes in flagitiis & sceleribus aetatem, sacramento baptismatis Christi in ipso vitæ fine renovantur, & sine ullo suffragio bonorum operum in regni cælestis consortium transferuntur, quo intellectu divinum iudicium comprehendes? nisi ut indubitanter agnoscas gratuita esse Dei munera: & sicut nulla sunt tam detestanda facinora, quæ possint gratiæ arcere donum, ita nulla posse tam præclara opera existere, quibus hoc, quod gratis tribuitur, per retributionis iudicium debeat. Vilesceret enim redemptio sanguinis Christi, nec misericordiæ Dei humanorum operum prærogativa succumberet, si justificatio quæ fit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur, ut non munus largientis, sed merces esset operantis. Unde autem probari possit, quod ad evacuandum originale peccatum nulla idonea esset industria? nisi & impii & facinorosi per lavacrum Christi assumerentur in regnum, agnoscerentque qui in sua iustitia gloriantur, quam nihil dignum agere possint adoptione filiorum Dei, si ad regenerationis non pervenerint sacramentum, cum eadem qua scelestissimi peccatores conditione teneantur, pares futuri in sanctificatione, 10 si affuerit regeneratio; simul perituri, si cessaverit ablutio. Si ergo etiam ex nequissimis in ipso vitæ exitu gratia invenit quos adoptet, cum tamen multi, etiam qui mi-

nus nocentes videntur, doni huius alieni sunt: quis hoc aut sine dispensatione Dei fieri, aut sine profunda dicat æquitate discerni? Quod utique non ideo iniquum est, quia occultum est, sed ideo æquum est, quia iudicium Dei esse non dubium est. Quod enim ab illius pendet arbitrio, qua sententia iudicari debeat, priusquam iudicetur, incertum est; cum autem res ad finem suum venerit, nemini liberum est de exitu conquiri, quia certissimum est nihil aliter Deum facere debuisse quam fecerit. Qui multimodæ vocationis varietatem, ad unam gratiam pertinentem etiam illa regula evangelicæ comparationis astruxit, qua ostendit patrem familias diverso tempore conducentem operarios vineæ 13 sub pactione denarii. Ubi sine dubio hora undecima intromissi in vineam & totius diei operariis aggregati, istorum, de quibus nunc loquimur, præferunt sortem, quos ad commendandam gratiæ excellentiam in defectu diei & conclusione vitæ divina indulgentia muneratur, non labori pretium solvens, sed divitias bonitatis suæ in eos, quos 14 sine operibus elegit, effundens: ut etiam hi qui in multo labore sudarunt, nec amplius quam novissimi acceperunt, intelligant, donum se gratiæ, non operum accepisse mercedem. Unde si & nos adversum patrem familias murmuremus, eo quod novissime vocati totius diei operariis 15 exæquentur, nec amplius multa opera quam pene nulla mereantur, dicetur nobis quod uni eorum responsum est: *Amice, non facio tibi injuriam, nonne ex denario conversisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic novissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi de re mea facere quod volo?* 16 *Aut oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Certe huic calumnia-*  
to-

CAPUT XVII.

11

Quod Deus quosdam facinorosos convertat in ipso vitæ exitu, aliis minus malis derelictis, inscrutabile est.

12

Matt. 20. 1.

13

Sine operibus electi.

14

15

Matt. 20.

13.

16

9 Ita potiores codices & editio Prosperi. Quesnellus MS. Camb. possit.

10 Al. si affuit miseratio: Quesnellus in margine. MSS. Vat. 1. & Jol. si affuerit miseratio.

11 MS. Jol. sint.

12 In MS. Vat. 1. hic notatur. SR. In abscondito est consilium, sed non latet Dei donum: quæ in aliis MSS. & editis inserta leguntur supra cap. 16.

13 Huic textui prolixam adnotationem Quesnellus subjicit his verbis. „ Exemplaria excusa „ addunt continuo: *Quo vitæ æternæ significatur „ æqualitas*: & linea sequenti, ubi nunc habemus: *totius diei operariis aggregati*: eadem habuerunt: *totius diei operariis exæquati*. Quorum hoc depravatum, illud additum mihi videtur ad mentem Joviniani hæretici, qui, ut S. Hieronymus docet libro 11. adversus ipsum, omnia præmia beatorum paria esse contendebat. Codices enim Camb. & Thuaneus nihil amplius habent, quam editio nostra. Et certe auctor noster parabolam istam non eo fine adducit, ut æqualitatem æterni præmii ex æqualitate denarii parabolici asserat; immo de mercede electis in cælo solvenda ne verbum quidem: sed totus est, ut ex illa parabola commendat gratiæ excellentiam, quam in conclusione vitæ nonnullis impertitur summus Paterfamilias, & multimodæ vocationis varietatem ad unam justificationis gratiam pertinentem, ut etiam hi qui in mul-

„ to labore sudarunt, nec amplius quam novissimi „ acceperunt, intelligant donum se gratiæ „ non operum accepisse mercedem. In quo non „ æqualitas gloriæ, sed gratuititas gratiæ ab eo „ consideratur. Quem sensum parabolæ huius genuinum esse & contextui magis consonum probat Corn. Jansenius Gandævensis Episcopus capite 101. Commentarii in Concordiam Evangelicam. Hæc ille. Novissimus autem S. Prosperi editor verba, quo vitæ æternæ significatur æqualitas, haud omittenda credidit propter editorum Prosperi & codicis Jol. auctoritatem. Solum ea uncis includit, & Quesnellus adnotationem subiecit. Retinuit vero totius diei operariis aggregati emendationem, quippe quam in MS. Jolientis invenit. Quesnellianam lectionem Thuan. & Camberon. exemplaribus fultam, etiam nostri codices Vaticani confirmant; & Joliano codici, qui unus movit editores Prosperi, contraponimus inter ceteros antiquum Vat. 1. qui licet in plerisque lectionibus cum Joliano ita conveniat, ut ex eodem exemplo uterque videatur exscriptus; inserta tamen in hoc verba quo vitæ &c. haud, quaquam recipit.

14 MSS. Vat. 1. & Jol. sine operibus legis elegit.

15 Editi Prosperi coæquantur. Confer adnot. 13.

16 Cod. Jol. An oculus tuus; & paullo post idem MS. cum Vat. 1. omittunt huius.

tori injusta videbatur hæc largitas, & quid eruditionis retulit? quid rationis accepit? Non est ei dispensationis hujus revelata justitia, nec ad inspectionem secreti latentis admittus est, sed ut a discutiendis Dei judiciis abstineret, opposita est ei bonitas miserantis, & volentis potestas, quasi illi & ab Apostolo diceretur: *O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit: Quare me fecisti sic?*

Rom. 9. 20.

## C A P U T XVIII.

*Gratia, sine qua bona merita esse nequeunt, non accipitur a quoquam nisi ex Dei voluntate, sine meritis.*

Tota gratiæ recipiendæ ratio voluntas Dei.

17

**O**Mnibus ergo hominibus cujuslibet gentis & generis, cujuslibet conditionis & ætatis, causa percipiendæ gratiæ voluntas Dei est, 17 apud quam ratio electionis abscondita est, ab ea gratia incipientibus meritis, quam accipere sine meritis. Quæ si possent bona esse sine gratia, non diceretur:

*Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum celorum: & Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis: sed diceretur: Nisi quis fuerit justus & bonus, beatus in æternum esse non poterit. Nec opus esset 18 per aquam & Spiritum renasci, si per mandatum sufficeret erudiri. Et evacuaretur fides, quæ credit per baptismum omnia peccata dimitti, si gratia non malis & impiis, sed bonis & rectis doceretur impendi. Origo itaque veræ vitæ, veræque justitiæ in regenerationis est posita sacramento; ut ubi homo renascitur, ibi etiam ipsarum virtutum veritas oriatur; & incipiant ad perpetuam gloriam proficere per fidem, 19 quæ vix ad temporalem vanæ laudis poterant pervenire mercedem. Sive enim Judæus legis scientia tumens, sive Græcus studio sapientiæ naturalis inflatus, priusquam justificetur per fidem Christi, conclusus est sub peccato: & si in sua 20 infidelitate perfliterit, ira Dei manet super eum, illa scilicet in Adæ prævaricatione contracta, de qua Apostolus loquitur dicens: 21 *Et vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur 22 in filios diffidentiae, in quibus & nos aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filii iræ, sicut & ceteri. Et iterum: Qui eratis illo tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, & hospites**

Joan. 3. 5.

Gratia principium omnis meriti.

Joan. 6. 54.

18

19

20

21

22

Fides est initium veræ justitiæ.

Ephef. 2. 1.

Ibid. 12.

17 Vat. 1. apud quem.

18 Idem Vat. 1. aqua &amp; spiritu.

19 Novissimus editor Prosperi cum suis MSS. qui vix; &amp; explicat de hominibus. Quæsn. &amp; quidam alii codd. quæ, idest virtutes.

20 Quæsn. in marg. Al. infelicitate.

21 Et vos defunt in Vat. 1.

*testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in mundo. Et iterum: 23 Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et iterum: Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem. sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de tenebris & potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis suæ. Et iterum: Eramus enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis, & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem: Cum autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri 24, non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum: ut justificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ.*

Ephef. 5. 8.  
Colos. 1. 12.

Tit. 3. 3.

24

## C A P U T XIX.

*Qualis sit natura sine gratia.*

**E**T ut brevissime pateat, qualis sit natura humana sine gratia, dicat Judas Apostolus, quid agat vel ignorantia imperitorum, vel doctrina sapientium. *Hi autem, inquit, quæcumque quidem ignorant, blasphemant: quæcumque autem naturaliter velut muta animalia norunt, in his corrumpuntur. 25* Dicat etiam sub verbis Zachariæ Evangelista Lucas, ante illuminationem gratiæ in qua humanum genus nocte versetur, & de quibus ignorantia tenebris Dei populus eruatur. *Et tu, inquit, puer propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus: ad dandam scientiam salutis populo ejus, in remissionem peccatorum ipsorum, propter viscera misericordiae 26 Domini, in quibus visitavit nos oriens ex alto, lucere his qui in tenebris & in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.*

V. 10.

25

Luc. 1. 76

26

## C A P U T XX.

*Viscera misericordiae Dominus ad omnium nationum impendit salutem, omnesque salvat; & tamen etiam verum est quod testimonium ejus nemo accipit.*

**H**ÆC autem viscera misericordiae Dominus non ad unius tantum populi redemptionem, sed ad omnium nationum impendit salutem, dicente Evangelista: *Quia Jesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed etiam ut filios Dei 27 dispersos congregaret in unum. Hoc enim agit illa*

Joan. 11.  
31.

27

22 Quæsn. in marg. Al. in filiis.

23 Vat. 1. Eramus enim aliquando.

24 Idem Vat. 1. addit Dei.

25 MSS. Vat. 1. Jol. &amp; Camb. Dicat autem.

26 Vat. 1. Dei nostri.

27 Idem Vat. 1. qui erant dispersi; &amp; mox: Hoc enim ait illa vox.

CAP. XX. illa vox Domini, quæ per quamdam pietatis tubam toto terrarum orbe resonantem, 28 omnes homines & invitat & convenit; Nam cum dixisset: *Confiteor tibi, Pater, Domine celi & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater, quoniam sic beneplacitum est ante te: addidit: Omnia mihi tradita sunt a Patre meo, & nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit filius revelare.* Et deinde adjecit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve est.* Joannes vero Baptista in Evangelio Joannis prophetico spiritu protestatur dicens: *Qui de celo venit, super omnes est. Quod vidit & audivit, testificatur, & testimonium ejus nemo accipit. Qui accipit testimonium ejus, signavit quoniam Deus verax est.* Igitur quantum attinet ad humani generis cæcitatem longa ignorantia & superbiam nocte contractam, venit in hunc mundum creator mundi, & mundus eum non cognovit. *Lux lucet in tenebris, & tenebra eam non comprehenderunt. Qui super omnes est, quod vidit & audivit testificatur, & testimonium ejus nemo accipit.* Sed quia non frustra Deus Dei filius venit in mundum, & dedit semetipsum pro omnibus, & mortuus est non tantum pro gente, sed etiam ut filios Dei dispersos congregaret in unum: & universis dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & servato sibi incognoscibilis electionis arbitrio, dat sui Patrisque notitiam, quibus eam voluerit revelare; omnes filii lucis, filii promissionis, filii Abrahamæ, filii Dei, genuselectum, regale sacerdotium, veri Israelitæ, præcogniti & præordinati in regnum Dei, qui eos vocavit non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus, testimonium ejus qui de celo venit, accipiunt, 31 signantes quia Deus verax est; id est, expresse significantes in sui salvatione quoniam Deus verax est, implens & perficiens quod promissit Abrahamæ omnium gentium patri, qui pollicente Deo, quod heres futurus esset mundi, non *hesitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, & plenissime sciens, quoniam quod promissit, potens est & facere.* Quis autem tam alienus est a fide Abrahamæ, quis tam degener ab universarum gentium patre, qui promissionem Dei aut non impleri, aut ab alio præter eum qui promissit, dicat impleri? Ille quidem erit mendax; Deus autem*

est verax: & omnis qui accipit testimonium ejus, hoc signat, hoc indicat, quod per lucem illuminantem factus est videns, factus obediens, factus intelligens, sicut Joannes Evangelista testatur dicens: *Scimus quia mundus totus in maligno positus est, & scimus quia Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus.*

## CAPUT XXI.

*Non esse scrutandum, cur Deus alios eligit, alios non eligit; sicut nec cur antea omnibus gentibus prætermisissis, unum Israelæm elegit.*

SI vero quæritur, cur Salvator omnium hominum non omnibus dedit hunc sensum, ut cognoscerent verum Deum, & essent, id est, permanerent in vero filio eius: quamvis credamus nullis hominibus opem gratiæ in totum fuisse subtractam, de quo plenus 32 in sequentibus differemus; tamen ita forte hoc velatum sit, sicut illud absconditum est, cur 33 antea omnibus gentibus prætermisissis, unum sibi populum, quem ad veritatis cognitionem erudiret, exceperit. De quo judicio Dei si non est conquerendum, multo minus de hoc, quod cum electione omnium gentium geritur, murmurandum est. Quæ enim Deus occulta esse voluit, non sunt scrutanda; quæ autem manifesta fecit, non 34 sunt negligenda: ne & in illis illicite curiosi, & in istis damnabiliter inveniamur ingrati. Non autem ignoramus esse quosdam tam inconsideratæ præsumptionis, & tam superbæ arrogantia, ut quod præcipuus magister gentium, non ab hominibus, neque per hominem, sed divinitus eruditus, supra mensuram scientiæ suæ longe, & alte remotum esse confessus est, audeant falsi nominis temerare doctrina; & nihil illic occultum, nihil velint esse secretum, ubi Apostolus non quid sentiendum esset aperuit, sed quid non scrutandum esset, ostendit. Nullis etenim, quod supra jam diximus, studiis, nullis ingeniis indagare concessum est, quo judicio, quove consilio Deus incommutabiliter bonus, incommutabiliter iustus, semper præsciens, semper omnipotens, ideo omnia in incredulitate conclusit, ut omnium misereatur; & tamen illis sæculis, quibus unum Israelæm erudiebat, innumerales populos impiorum illuminare distulerit: & nunc eundem Israelæm, donec universitas gentium introeat, obcæcatum esse patiat, pereuntem in tot millibus nascentium atque morientium, & salvandum

CAP. XX. &amp; XXI.

1. Joan. 5. 19.

Gratia nullis in totum subtracta. 32

33

34 Modus in inquisitione veritatis tenendus.

Rom. 11. 32.

Vicissitudo illuminationis aut desertionis gentium &amp; Judæorum in- scrutabilis.

28 Vocem omnes a Quesn. omissam, ex nostris MSS. & edit. Prosperi restituumus.

29 Ita Thuan. cod. MS. Alii tam editi quam manu exarati legunt *cognoscibilis*: quod sensui & menti auctoris repugnat.

30 Edit. Prosp. eum: at codd. etiam a Prosperi editore consulti eam.

31 Quesn. in marg. Al. significantes.

32 MS. Jol. in consequentibus.

33 Ex Prosperi edit. adjecimus particulam *antea*, quæ ad significandum veteris testamenti tempus necessaria videtur. In nonnullis tamen MSS. etiam Vat. deest.

34 Verbum *sunt* additum ex omnibus nostris codd. & edit. Prosperi. Pro negligenda Vatt. 2. & 3. cum antiquis editionibus Prosperi habent *neganda*.

CAP. XXI.  
& XXII.

in eis quos mundi finis invenerit. Quo mysterio toto Scripturarum corpore dilatato, innotuit quidem nobis quid factum sit, quid fiat, quidve faciendum sit; sed quare ita fieri placuerit, ab humana intelligentiâ contemplatione subtractum est.

## CAPUT XXII.

*Eos qui discretionem, qua Deus alios elegit, alios non elegit, ad merita referunt voluntatis humanæ, docere neminem gratis, sed ex retributione salvari; & ex parvulis aperte confutari.*

**I**sti autem qui nescire aliquid erubescunt, & per occasionem obscuritatis tendunt laqueos deceptionis, omnem discretionem qua Deus alios <sup>35</sup> elegit, aliosque non elegit (*multi enim sunt vocati, pauci autem electi*) ad merita humanæ referunt voluntatis, docentes scilicet neminem gratis, sed ex retributione salvari: quia naturaliter omnibus sit insitum, ut si velint, possint veritatis esse participes, eisque affluere gratiam, a quibus fuerit expetita. Quæ diffinitio, ut interim de gratiæ veritate taceatur, de his videtur aliquam ostentare ratiunculam, qui libero utuntur arbitrio; de parvulis vero, quibus, sine ullo bonæ voluntatis merito, in originali vulnere cum ceteris mortalibus causa communis est, nihil potest expositionis <sup>36</sup> afferri, qua doceatur, cur isti salvi fiant renati, illi pereant non renati, sub illius providentiâ & omnipotentia, *in cujus manu est anima omnis viventis, & spiritus universæ carnis hominis; & cui dicitur: Breves dies hominis sunt, numerus dierum ejus apud te est.* Non autem puto istos voluntatum patronos simplicitate ullorum tam impudenter ufuros, ut aut fortuito ista dicant accidere, aut non renatos asserant non perire: aperte enim aut cum Paganis convincerentur sentire de facto, aut cum Pelagianis transfusum in poteros Adæ negare peccatum. Fato autem non baptizari parvulos, nec Pelagiani potuerunt dicere; sed quia eos liberos a peccato ausi sunt profiteri, meruere damnari. <sup>37</sup> Cum autem de discretionem omnium hominum quaestio ventiletur, & ab omnibus hominibus parvuli nequeant separari, simulque <sup>38</sup> de totius ætatis hominibus veritas dixerit: *Filius hominis venit quaerere & salvare quod perierat;* frustra profunditatem inscrutabilis gratiæ per liberum arbitrium conantur aperire, qui causam electionis in eorum constituunt meritis, qui eliguntur: &

<sup>35</sup> Utrobique *elegit* reposuimus pro *eligit* auctoritate MS. Vat. 1. nec non ejus codicis, ex quo in Duacensi editione aliisque loco variantis lectionis notatum fuit *elegit*. Electio enim divina in allegato Scripturæ textu, & communi locutione præterito tempore exprimi solet.

<sup>36</sup> Codd. Vat. 1. & Jol. *afferre, qua doceat*: ad definitionem refertur.

<sup>37</sup> Vat. 1. *Cum ergo*.

<sup>38</sup> Addidimus præpositionem *de* a Quesnello

cum multa de majorum voluntate ac judicio inepta & falsa protulerint, in parvulorum tamen discretionem deficiunt, nec possunt de ejus quaestionis ratione reddita gloriari, quæ de omnibus <sup>39</sup> tractatur, & non de omnibus expeditur.

## CAPUT XXIII.

*Omne bonum hominis meritum ab initio fidei usque ad perseverantiæ consummationem donum esse divinum. Et primum hoc ostenditur de fide, spe &c.*

**M**ultiformitas autem & magnitudo divini gratiæ, probat istos contra veritatem, etiam quod de majorum voluntatibus loquuntur, astruere, eorumque persuasione divinorum eloquiorum testimonia repugnare. Quæ si omnia sermoni nostro velimus annexere, modus non erit differendi. Quæ tamen se recordationi offerunt, <sup>40</sup> non omittentur: ut quantum satis est, manifestetur omne hominis bonum meritum ab initio fidei usque ad perseverantiæ consummationem, donum atque opus esse divinum. Igitur fides, quæ bonæ voluntatis & justæ actionis est genitrix, quo ipsa fonte nascatur, Apostolus Paulus exponat, qui pro Romanorum fide Deo gratias agit, dicens: *Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiat in universo mundo.* Ad Ephesios quoque scribens: *Propterea, inquit, & ego audita fide vestra, quæ est in Domino Jesu, & dilectione in omnes sanctos, non cesso gratias <sup>41</sup> agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Jesu Christi Pater gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ & revelationis in agnitionem ejus, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, quæ divitiæ gloriæ hereditatis ejus in sanctis.* De fide etiam Colossensium similiter Deo gratias agens: *Gratias agimus, inquit, Deo & Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Jesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes, propter spem quæ reposita est vobis in calis.* Et ut alia bona ab eodem bonorum auctore percipiant, quid pro eis oret enarrans: *Ideo, inquit, & nos <sup>42</sup> ex qua die audivimus, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientia & intellectu spirituali, ut ambuletis digne, Deo <sup>42</sup> placentes, in omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia Dei, in omni*

omissam ex MSS. & edit. Prosperi.

<sup>39</sup> Editi inserunt *hominibus*, quam vocem delevimus ex tribus nostris MSS. Vat. & alio Jol.

<sup>40</sup> Vat. 1. *ne omittantur*: 2. & 3. Vat. cum Jol. & Camb. *non omittantur*.

<sup>41</sup> Vat. 1. *agere*.

<sup>42</sup> MS. Jol. supplet *per omnia*, ut in Paulli textu habetur. Post pauca editio Quesn. in *omni scientia*: delevimus autem *omni* auctoritate nostrorum codd. & edit. Prosperi.

Omne meritum est donum Dei.

Fides quæ justæ actionis parens, est donum Dei: Rom. 1. 8.

Ephes. 1. 15.

41

Colos. 1. 3.

Ibid. 9.

42

- CAPUT XXIII. 43 *omni virtute confortati secundum potentiam claritatis ejus, 43 in omni patientia & longanimitate cum gaudio. Item ad Thessalonicenses, qui spiritu fidei dilectionisque ferventibus: Gratias agimus, inquit, Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestre, & laboris, & caritatis, & sustinentie spei Domini nostri Jesu Christi ante Deum & Patrem nostrum. Et infra: Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis non ut verbum 44 hominum, sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. Potuitne plenius aut evidentiarius demonstrari, Dei esse donum credentium fidem, quam ut ideo agerentur gratiæ Deo, quoniam hi quibus verbum Dei per homines prædicabatur, non quasi de hominum sermone dubitarunt, sed tamquam Deo loquenti per homines crediderunt, qui in ipsis est operatus ut crederent? In secunda quoque ad eosdem Thessalonicenses epistola de fide in Christo proficientem ita 2. Thes. 1. 3. Apostolus loquitur: Gratias agere debemus Deo semper pro vobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrevit fides vestra, & abundat caritas uniuscujusque vestrum in invicem: ita ut & nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro patientia vestra, & fide in omnibus persecutionibus vestris & in tribulationibus, quas sustinetis in exemplum justis judicii Dei: ut digni habeamini 45 regno Dei, pro quo & patimini. Petrus quoque Apostolus ex Deo haberi fidem prædicans, ita scribit: Scientes, quod non corruptibilibus auro & argento redempti estis 46 de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi Jesu, præcogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestati autem novissimis temporibus propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deum, qui suscitavit eum a mortuis, & gloriam ei dedit: ut fides vestra & spes esset in Domino. Item idem in secunda epistola de fidei perceptione 47 sic loquitur: Simon Petrus servus & Apostolus Jesu Christi, his qui cœqualem nobis adepti sunt fidem, per justitiam Domini & Salvatoris 48 nostri Jesu Christi.*
- Unde spiritus fidei in homine? 1. Joan. 4. 2. Unde autem habeatur spiritus fidei, Johannes Apostolus manifestissime docet dicens: Tom. II.
- CAPUT XXIII. 49 *Omnis spiritus, qui confitetur Jesum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, & hic est antichristus. Item 49 idem dicit ab eo recipi Evangelium, in quo est spiritus veritatis. Nos, inquit, ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos; qui non est ex Deo, non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris. Item in actibus Apostolorum Petrus Apostolus 50 fidem per Dominum Jesum Christum esse pronuntians: Hunc, inquit, quem videtis & novistis, confirmavit nomen ejus; & fides quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. De fide quoque Lydiæ, cujus inter alias mulieres, quæ Evangelium pariter audiebant, Dominus cor aperuit, ita in eadem narratur historia: Die autem sabbatorum egressi sumus extra portam juxta flumen, ubi videbatur esse oratio; & sedentes loquebamur mulieribus, quæ convenierant: & quedam mulier nomine Lydia, purpuraria civitatis Thyatirenorum, colens Deum audivit, cujus Dominus cor aperuit, ut intenderet his quæ dicebantur a Paulo. Non autem ex humana sapientia esse fidem, sed ex inspiratione divina, ipsius veritatis voce firmatur: dicente enim Domino ad discipulos suos: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. Paulus vero Apostolus hanc ipsam fidem secundum mensuram dari pro arbitrio largientis, ita prædicat: Dico enim per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, sicut unicuique divisit Deus mensuram fidei. Item idem unitatem rectæ fidei, 51 & consensionem in honorem Dei a Deo esse commendans: Deus autem, inquit, patientiæ & consolationis det vobis id ipsum sapere in alterutrum, secundum Jesum Christum: ut unanimes uno ore honorificetis Deum & Patrem Domini nostri Jesu Christi. Et infra: Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe 52 in virtute Spiritus sancti. Quo testimonio non solum fides, sed etiam gaudium, & pax, & abundantia spei, docentur nisi in virtute sancti Spiritus non haberi. Ad Ephesios vero scribens Apostolus de*

43 Vat. 1. &amp; Jol. in omni sapientia.

44 Ibidem codd. hominis. Post pauca Vat. 1. demonstrare.

45 Nostris codd. &amp; edit. Prosperi inserunt in, quæ tamen particula deest in MS. Jol. &amp; in Apostoli textu.

46 Ita ex nostris codd. &amp; edit. Prosperi. Quæstio de vana conversatione vestra paternæ traditionis.

47 Quæta. omisit sic: adjecimus ex nostris MSS. &amp; edit. Prosperi.

48 Supplevimus nostri ex Vat. 1. &amp; Jol. codd. ac ex novissima Prosperi editione, uti etiam facer textus præfert.

49 Eadem editio ex MS. Jol. inferuit idem, nos autem ex tribus Vatr.

50 Ita ex Vatr. 1 &amp; 3, qui postremus post Dominum addit etiam nostrum. Editi cum Vat. 2. fidem esse per Dominum Jesum pronuntians: Jol. omittit esse.

51 Vat. 1. &amp; Jol. &amp; confessio rem. Paulo post iidem codd. pro consolationis habent solatii. Dein pro unanimes MS. Jol. uno animo.

52 Codd. Vat. 1. &amp; Jol. &amp; virtute. Post pauca idem Var. 1. abundantia fidei. At præmissus Apostoli textus habet, ut abundetis in spe.

CAPUT  
XXIII.

Ephes. 2. 4.

53

Gratia ut  
agamus  
agit.

divitiis gratiæ pro malis bona retribuentis, & de fide quæ non ex nobis, sed ex Dei dono habetur, hæc loquitur: *Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam suam caritatem, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo, cujus gratia salvi facti sumus, & conresuscitavit, & consedere fecit in caelestibus in Christo Jesu. Gratia enim estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est; non ex operibus, ne quis gloriatur. Ipsi enim sumus figmentum, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus.* Proprium ergo hoc habet nova creatura per gratiam, ut qui figmentum Dei sunt, qui nativitate caelesti conduntur in Christo, non otio torpeant, nec desidia resolvantur, sed de virtute in virtutem per viam bonorum operum ambulando proficiant: hoc est enim fingi, hoc de veteri creatura novam fieri, hoc de imagine terreni hominis ad imaginem caelestis hominis reformari. Quod totum, sive palam per cooperatores gratiæ, sive occulte per subministrationem spiritus, ille inchoat, ille auget & perficit, cujus agricultura, cujus ædificatio, & cujus figmentum sumus.

## CAPUT XXIV.

*Omne bonum in homine esse ex gratia, & fidem dari non petitam, ut ipsius petitionibus cetera bona consequamur.*

Fides prin-  
cipium o-  
mnis meriti.

54

Electio bo-  
ni est a  
Deo.

Psal. 36. 23.

Deus dux  
est ad sei-  
psum.

**A**Bunde, quantum arbitror, his testimoniis (quamvis & alia documenta agnoscere potuerint) demonstratum est, fidem qua justificatur impius, nisi ex Dei munere non haberi, eamque nullis meritis præcedentibus tribui, sed ad hoc donari, ut principium possit esse meritorum; & cum ipsa data fuerit non petita, ipsius jam petitionibus bona cetera conferantur. Unde quædam de plurimis assumenda sunt testimonia, quæ in diversitate donorum ostendant gratiæ largitatem. Ex Deo itaque esse, ut homo viam Dei eligat, & ut surgat a lapsu, Psalmus davidicus canit dicens: *A Domino gressus hominis dirigentur, & viam ejus volet. Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.* Item idem, quod duce Deo veniatur ad Deum:

*Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.* Item quod in Domino sit hominis fortitudo, & Dei voluntas præveniat liberandum: *Fortitudinem, inquit, meam ad te custodiam: quia Deus susceptor meus, Deus meus, voluntas ejus præveniet me.* In Proverbiis quoque legimus de sapientia & intellectu: *Quoniam Dominus dat sapientiam, & a facie ejus scientia & intellectus.* Item in eodem libro de dispensationibus sapientiæ Dei, sine qua nullæ rectæ sunt actiones, ita dicitur: *55 Meum consilium & mea tutela, ego prudentia, mea autem virtus. Per me Reges regnant; & Tyranni per me obtinent terram.* Item alibi, quod nemo possit recte incedere, nisi Domino dirigente: *A Domino diriguntur gressus viri: mortalis autem quomodo intelligit vias suas? Item alibi: Omnis vir videtur sibi justus, dirigit autem corda Dominus.* Et infra: *Præparatur voluntas a Domino.* Item ibidem de cogitatione atque consilio: *Multa cogitationes in corde viri: consilium autem Domini obtinet.* In libro vero Ecclesiastæ 57 scribitur, quod & habere necessaria, & eis bene uti, donum sit Dei. *Non est, inquit, bonum homini, nisi quod manducavit & bibit, & ostendit animam suam bonum in labore suo. Et quidem hæc vidi ego, quia a manu Dei est. Quoniam quis manducabit, aut pascet absque illo? Item in eodem libro legitur, quod corda & opera iustorum in manu sint Dei, & tantum in studiis suis proficiant, quantum ille donaverit: *Quantumcumque laboraverit homo ut quærat, non inveniet; & quodcumque dixerit sapiens ut sciat, non poterit invenire ... Quia universum hoc dedit in cor meum, & cor meum universum hoc vidit, quia & iusti, & sapientes, & operationes eorum in manu Dei.* In libro autem Sapientiæ de eodem gratiæ opere ita dicitur: *Quoniam ipse & sapientiæ dux est, & sapientium emendator. In manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia, & disciplina.* De continentia quoque, quod ex Dei habeatur munere, eadem Scriptura sic loquitur: *60 Ut scivi quia aliter non possum esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum. Cui sententiæ Pauli Apostoli doctrina concordat in prima ad Corinthios hæc scribentis: Volo autem omnes homines esse sicut meipsum: sed unusquisque proprium habet donum ex Deo; alius sic, alius vero sic. Dominus vero in Evangelio**

CAPUT  
XXIV.  
Psal. 42. 3.  
Fortitudo  
est a Deo.Psal. 58. 10.  
Sapientia  
est a Deo.  
Prov. 2. 6.55  
Prov. 8. 14.

Ib. v. 16.

56

Prov. 20.

24.

Prov. 21. 2.

Prov. 8. v.

35.

Prov. 19.

21.

57

58

Eccl. 5. 17.

Bonum usus  
donorum  
Dei est a  
Deo.

59

Eccl. 8. 17.

60

Eccl. 9. 1.

Sap. 7. 15.

60

Continen-  
tia Dei do-  
num.

Sap. 8. 21.

1. Cor. 7. 7.

53 Vat. 1. addit. nobis.

54 Quesn. in marg. Al. consequantur.

55 Vat. 1. Meum est consilium &amp; mea tutela, prudentia autem mea &amp; virtus.

56 Sic ex MS. Jol. quod melius cohæret antecedentibus: nisi Domino dirigente. Al. corriguntur. Post pauca pro intelligit Vat. 1. &amp; 3. intelligit; edit. Prosperi intelligat.

57 Tres nostri codd. &amp; antiquiores editiones Prosperi dicitur. MSS. Thuan. Jol. &amp; Camb. ut

in textu.

58 Vat. 1. manducat, ex quo in antiquioribus vulgatis perperam maniat. Mox pro hæc vidi Vat. 1. 3. &amp; Jol. hoc vidi.

59 Vat. 1. Camb. &amp; Jol. codd. voluerit; &amp; pro Quantumcumque laboraverit idem MS. Vat. 1. habet: Quanto quoque labore cucurverit.

60 Vat. 1. &amp; 3. Et scivi. In vulgata utrumque legitur: Et ut scivi.

CAPUT XXIV.  
 Mat. 19.10. secundum Matthæum hæc de continentie dono insinuasse narratur. Dicentibus namque discipulis suis: *Si ita est causa viri cum uxore, non expedit nubere*: dixit illis Jesus: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.*

Timor Dei.  
 Eccl. 1.21. & 23. De timore Dei, & sapientia in Ecclesiastico legitur: *Corona sapientie timor Domini. Utraque autem dona sunt Dei.* 61 Item in eodem: *Timor Domini super omnia se superposuit. Beatus cui donatum est habere timorem Domini.* Isaias quoque de divitiis spiritualibus, quarum auctor est Dominus, ita loquitur: *In thesauris salus nostra advenit, sapientia & pietas & disciplina a Domino: hi sunt thesauri justitie.* 62 Item de

Sapientia & pietas.  
 Isa. 40.12. altitudine divitiarum sapientie & scientie Dei, cujus bonitas nullius merito prævenitur, hæc dicit: *Quis mensus est manu aquam, & celum palmo, & universam terram pugillo? Quis statuit montes in libra, 63 & rupes in statera? Quis cognovit sensum Domini, aut quis ejus fuit consiliarius, qui instruat eum? Aut quem consuluit, & instruxit eum? Vel quis ostendit ei judicium, aut viam prudentie quis ostendit ei, vel quis prior dedit ei, & retribuetur illi?* Unde &

Job 41.2. in libro Job secundum eundem sensum leguntur Dei verba dicentis: *Quis ante dedit mihi, ut retribuam illi? Omnia que sub celo sunt, mea sunt.* Jeremias vero, quod a Deo sit homini vera sapientia, sic profatur: *Scio, Domine, quia non est in homine via ejus, nec viri est ut dirigat iter suum.* Item quod ad Deum conversio cordis ex Deo fit, per ipsum Dominus protestatur & dicit: *Restituam illos in terram istam: & 64 reedificabo, & non destruam: & plantabo eos, & non evellam. Et dabo illis cor ut sciant me, quia ego sum Dominus: & erunt mihi in populum, & ego ero illis in Deum, quia convertentur ad me ex toto corde suo.*

Baruc. 23.1. Baruch quoque prædicat, quod ut Deus cognoscatur, ex Deo sit: *Et scient, inquit, quia ego Dominus Deus istorum, & dabo illis cor cognoscendi me, & aures audiendi.*

Spiritus sanctus auctor omnium boni.  
 1. Cor. 12.3. Quod autem omne verbum bonum, & omne opus sanctum subministratio sit Spiritus sancti, sine quo nihil recte 65 agatur, in prima ad Corinthios Paulus Apostolus docet, dicens: *Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in spiritu sancto.* Divisio Tom. II.

nes vero gratiarum sunt, idem autem spiritus: & divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus: & divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientie, alii autem sermo scientie secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum 66 in eodem spiritu, alii prophetatio, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis prout vult. Tantum vero unumquemque habere gratie, quantum Dominus donaverit, idem Apostolus ad Ephesios ait: *Unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus & pater omnium, qui super omnes est, 67 & super omnia, & in omnibus nobis. Unicuique autem nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Item idem in secunda ad Corinthios dicit, quod ne ad cogitandum quidem quod spiritale est, idonei simus, nisi per gratiam Dei: *Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus aliquid cogitare a nobis, quasi ex nobismetipsis; sed sufficientia 68 nobis ex Deo est, qui & idoneos fecit nos ministros novi testamenti, non littera, sed spiritu: littera enim occidit, spiritus autem vivificat. Et iterum in eadem epistola, 69 docens bonorum operum effectum & sufficientiam a Dei gratia ministrari: Potens est autem, inquit, Deus omnem gratiam 70 abundare facere in vobis: ut in omnibus per omnia sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in æternum. Qui autem ministrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & augebit incrementa frugum justitie vestra: ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem. Ad Ephesios vero scribens Apostolus docet, quod omnia bona, quibus placetur Deo, dona sint Dei; & quod ab ipso peti oporteat, ut ea non habentibus tribuantur. *Hujus rei, inquit, gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur, ut det vobis***

66  
 67  
 68  
 69  
 70

Mensura gratie.  
 Ephes. 4.4.  
 Cogitatio bona.  
 2. Cor. 3.4.

Operum effectus & sufficientia.  
 2. Cor. 9.8.  
 9.  
 Peti a Deo deber, quod ei placet.  
 Ephes. 3.14.

61 Vat. 1. Item de eodem timore Domini. Beatus &c. Vat. 2. & Jol. Item de eodem: *Timor Domini super omnia superposuit: beatus &c. Vat. 3. Item de eodem timore: Timor Domini &c. omisso pronomine se.*

62 Vat. 1. & Jol. Item de altitudine.  
 63 Ex nostris MSS. & edit. Prosperii supplevimus & Mox Vat. 1. *Quis cognovit sensum Domini, aut ejus fuit consiliarius? quis instruxit eum? aut quem consuluit? vel quis ostendit &c.*  
 64 Quesn. *aedificabo.* Sequenti sumus lectionem nostrorum MSS. & edit. Prosperii.

65 Vat. 1. & Jol. agitur.  
 66 Vulgati in uno. Correximus ex MSS. Vat. 1. & 3. hæc enim lectio similiter præfertur lib. 2. c. 7. Mox iidem codd. prophetia. At prophetatio pariter eodem cap. 7. legi-ur.  
 67 Vat. 1. & Jol. & per omnia.  
 68 MS. Jol. nostra.  
 69 Editi dicens, minus recte, cum subjiciatur inquit. Melius nostri codd. & Jol. docens.  
 70 Codd. Vat. 1. Camb. & Jol. abundantem facere: & mox in omnibus & per omnia.

P 2 se-

CAPUT  
XXIV.  
71

secundum divitias gloriae suae, 71 virtutem corroborari per spiritum ejus in interiore homine; habitare Christum per fidem in cordibus vestris: in caritate radicati & firmati, ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quae sit latitudo & longitudo, sublimitas & profundum: scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi: ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundantius quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem qua operatur in nobis, ipsi gloria in Ecclesia & in Christo Jesu, in omnia saecula saeculorum. Amen.

Omnia bona, ex aeterna Dei voluntate. Jacob. 1. 16.

72

Omnis autem boni Deum esse auctorem, cujus dona nec incerta sunt, nec mutabilia, sed ex aeterna voluntate venientia, Jacobus Apostolus ita loquitur: Nolite errare, fratres mei 72 dilecti: omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturae ejus. Cui & Zacharias propheta concinit, dicens: 73 Salvabit Dominus in die illa sicut oves populum suum: quoniam lapides sancti volvuntur super terram ipsius. Quia si quid bonum, ipsius est; & si quid optimum, ab ipso est. In Evangelio vero secundum Matthaeum, quod scientia & intellectus dona sint Dei, quae quibus voluerit largiatur, ita dicitur: Tunc accedentes discipuli ejus dixerunt 74 ei: Quare in parabolis loqueris ad eos? At ipse respondens, ait illis: Quia vobis datum est nosse mysteria regni caelorum, illis autem non est datum. Joannes quoque Evangelista pronuntiat, neminem aliquid boni habere, nisi quod desursum acceperit, dicens: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de caelo. In ejusdem vero Evangelio doctrina est ipsius veritatis, quod nemo veniat ad Filium, nisi attractus a Patre: quia venturum Deus & intelligentem & obedientem facit. Nemo, ait, potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum: & ego resuscitabo eum in novissimo die. Scriptum est enim in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a Patre & didicit, venit ad me. Et infra: Propter hoc dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei a Patre meo. In fide autem & in operibus bonis proficere ac perseverantia esse divini, sanctarum Scripturarum confirmat auctoritas. Etenim scribens Paulus

Zach. 9. 16.

Matt. 13. 30.

74

apostolus Philippensibus, ait: Confidens hoc ipsum, quia qui cepit in vobis opus bonum,

Joan. 3. 27.

Joan. 6. 44.

Venturum ad se Deus &amp; intelligentem &amp; obedientem facit.

Profectus &amp; perseverantia a Deo sunt.

Philipp. 1. 6.

non ad Deum, sed ad hominem referretur, qui & incipere, & perficere voluisset. Sed hanc insanissimam superbiam, in eadem epistola excellentissimus gratiae praedicator elidit, dicens: In nullo terreamini ab adversariis, quae est illis causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc a Deo. Vobis enim donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Et iterum: Cum metu, inquit, & tremore vestram salutem operamini: Deus est enim qui operatur in vobis & velle 75 & operari pro bona voluntate. Item in 1. ad Thess. docet ex Deo esse principium & profectum, consummationemque virtutum, dicens: Ipse autem Deus & Pater noster, & Dominus Jesus dirigat viam nostram ad vos: vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat caritatem in invicem & in omnes, quemadmodum & nos in vos, ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate, ante Deum & Patrem nostrum in adventu Domini nostri Jesu Christi, cum omnibus Sanctis ejus. Ad Corinthios quoque scribens, & omnium virtutum proficientem perseverantiam Dei donum esse commendans: Gratias, inquit, ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quae data est vobis in Christo Jesu, quia in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo 76 & sapientia: sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita ut nihil vobis desit in ulla gratia, expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi, qui & confirmabit vos usque ad finem sine crimine, in diem adventus Domini Jesu Christi. Item ad Romanos, de caritate Christi, quae eos quos diligit, insuperabiles facit, id est, usque in finem perseverantes: (nam quid aliud est perseverare, quam tentatione non vinci?) Quis nos, inquit, separabit a caritate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, existimati sumus sicut oves occisionis: sed in his omnibus superamus per eum, qui dilexit nos. Item ad Corinth. de victoria, quam perficit Christus: Stimulus, inquit, mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Jesum Christum Dominum nostrum. Item ad Thessalonicenses, de perseverantia, quam Deus tribuit: Ipse autem, ait, Deus pacis san-

perficiet usque in diem Christi Jesu. Hujus autem testimonii virtutem quidam volens ad sui sensus pravitatem convertere, ita quod dictum est, Qui cepit in vobis, volebat intelligi, quasi dictum esset, qui cepit ex vobis: ut & initium & consummatio operis non ad Deum, sed ad hominem referretur, qui & incipere, & perficere voluisset. Sed hanc insanissimam superbiam, in eadem epistola excellentissimus gratiae praedicator elidit, dicens: In nullo terreamini ab adversariis, quae est illis causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc a Deo. Vobis enim donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Et iterum: Cum metu, inquit, & tremore vestram salutem operamini: Deus est enim qui operatur in vobis & velle 75 & operari pro bona voluntate. Item in 1. ad Thess. docet ex Deo esse principium & profectum, consummationemque virtutum, dicens: Ipse autem Deus & Pater noster, & Dominus Jesus dirigat viam nostram ad vos: vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat caritatem in invicem & in omnes, quemadmodum & nos in vos, ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate, ante Deum & Patrem nostrum in adventu Domini nostri Jesu Christi, cum omnibus Sanctis ejus. Ad Corinthios quoque scribens, & omnium virtutum proficientem perseverantiam Dei donum esse commendans: Gratias, inquit, ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quae data est vobis in Christo Jesu, quia in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo 76 & sapientia: sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita ut nihil vobis desit in ulla gratia, expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi, qui & confirmabit vos usque ad finem sine crimine, in diem adventus Domini Jesu Christi. Item ad Romanos, de caritate Christi, quae eos quos diligit, insuperabiles facit, id est, usque in finem perseverantes: (nam quid aliud est perseverare, quam tentatione non vinci?) Quis nos, inquit, separabit a caritate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, existimati sumus sicut oves occisionis: sed in his omnibus superamus per eum, qui dilexit nos. Item ad Corinth. de victoria, quam perficit Christus: Stimulus, inquit, mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Jesum Christum Dominum nostrum. Item ad Thessalonicenses, de perseverantia, quam Deus tribuit: Ipse autem, ait, Deus pacis san-

CAPUT  
XXIV.  
Pelagiana interpretatio loci Paulini.

Ibid. 28.

Philip. 2. 13.

75

1. Thess. 3. 11.

1. Cor. 1. 4.

76

Perseverare est tentatione non vinci.

Rom. 8. 35.

Psal. 43. 24.

1. Cor. 15. 56.

71 Solus Quaesn. virtute. Non discessimus a lectione codd. & ceterarum editionum. Paulo post & fundati pro & firmati est in Vat. 1. MS.

72 Vat. 1. dilectissimi.

73 Ita ex tribus MSS. Vatt. nec non ex Jol. ac edit. Lovan. Prosperi, ut etiam in sacro textu. Al. Salvavit.

74 Addidimus ei auctoritate MSS. Vatt. 1. & 3. ac edit. Prosperi.

75 Edit. Prosperi & perficere.

76 Vat. 1. & in omni sapientia. Post pauca usque in finem in Vat. 1. & 3. Dein cod. Jol. in die adventus Domini nostri Jesu Christi.



CAPUT XXIV.  
 1. Thes. 5. 23. 77  
 78  
 2. Thes. 2. 15. 79  
 \* Ib. 3. 1. 80  
 1. Pet. 5. 10.  
 1. Joan. 4. 4. 81  
 \* Ib. 5. 4.  
 Luc. 22. 31. 82  
 83  
 Joan. 10. 26.

sanctificet vos per omnia: 77 ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in adventum Domini nostri Jesu Christi servetur. Fidelis est qui vocavit vos, qui etiam 78 faciet. Item ad Thess. quod omnia bona nostra sive in operando, sive in loquendo, & in eis perseverantia, dona sint Dei, ita prædicat, dicens: Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, 79 & Deus Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam & spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono. \* De cetero, fratres, orate pro nobis, ut sermo 80 Domini currat & clarificetur, sicut & apud vos, & ut liberemur a malis & importunis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem Deus est, qui & confirmabit nos & custodiet a malo. Petrus quoque Apostolus, unde esse virtutem perseverantiæ doceat, audiamus. Deus autem, inquit, omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passus ipse perficiet, confirmabit, solidabitque: cui est virtus & potestas in sæcula sæculorum. Amen. Joannes vero Apostolus, quod victoria sanctorum opus Dei sit habitantis in sanctis, ita loquitur: Vos ex Deo estis, filioli, & vicistis mundum, quoniam major est qui 81 in vobis est, quam qui in mundo. Item idem: Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. \* Et hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. In Evangelio autem secundum Lucam, Deum dare, ut in fide perseveretur, ita promittit: Dixit autem Jesus Petro: Simon, Simon, ecce Satanas postulavit ut vos 82 cerneret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua: & tu conversus confirma fratres tuos; 83 & rogate ne intretis in tentationem. In Evangelio quoque Joannis, de ovibus Christi, quæ de manu ipsius a nullo rapiantur, hæc legimus dicere Veritatem: Sed vos non creditis, quia non estis de ovibus meis. Oves meæ vocem meam audiunt,

& ego novi illas, & sequuntur me, & ego vitam æternam 84 do illis, & non peribunt in æternum, nec quisquam rapiet eas de manu mea. Item in eodem Evangelio, de his quos Pater dat Filio, qui & omnes veniunt ad Filium, & quorum nullus perit, hæc ipsius Domini ore dicuntur: Omne quod dat mihi Pater, venit ad me: & eum qui 85 venit ad me, non ejiciam foras: quia descendendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me, Patris: ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam, sed resuscitem illud in novissimo die.

## CAPUT XXV.

Questionem, cur potius hic quam ille accipiat gratiam, esse impenetrabilem, nec posse ex libero arbitrio solvi.

MULTA sunt alia in canonicarum serie Scripturarum, quæ vitandæ prolixitatis studio præterimus, quoniam quæ assumimus, nec pauca sunt, nec obscura, nec levia: quibus plenissime declaratur, omnia quæ ad promerendam vitam æternam pertinent, sine gratia Dei nec inchoari, nec augeri posse, nec perfici: & contra omnem elationem de libero arbitrio gloriantem, illam invictissimè reniti sententiam dicentis Apostoli: Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Igitur profunditas illius quæstionis, quam secundum admirationem Apostoli impenetrabilem confitemur, per liberi arbitrii velle & nolle non solvitur: quia licet insit homini 86 bonum nolle, tamen nisi donatum non habet bonum velle; & illud contraxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiam. Sed quid illud sit, quod

1. Cor. 4. 7. Per liberi arbitrii velle & nolle, non solvitur difficultas circa discretionem elect. & reprob.

86 Deus dat bonum velle. Inscrutabilitas discretionis bonorum a malis.

77 Cod. Jol. & integer.  
 78 Quesn. in marg. Al. faciat. Paullo post sint Dei ex MSS. & edit. Prosperi scripsimus. Quesn. sunt Dei.  
 79 Vat. 1. Deus & pater noster. Vat. 2. & Deus & pater noster.  
 80 MSS. Vat. 1. & Jol. Dei. Postea Dominus est pro Deus est in MS. Jol. & exinde in novissima Prosperi editione. Dein Petrus vero in Vat. 1. & Jol.  
 81 Sic edit. Prosp. & omnes codd. excepto Jol. cum quo Quesnellus in nobis. Post nonnulla perseverent in Vat. 1.  
 82 Cernere, inquit in notatione Quesnellus, apud Plinium eodem hoc sensu usurpatur pro secernere & cribrare: quæ ultima vox in vulg. edit. legitur. Idem textus alibi a Leone nostro eodem modo refertur. Adi etiam infra lib. 2. c. 28. MSS. Vat. 1. & Jol. habent cribrare. Postea Vat. 1. & tu aliquando conversus.  
 83 Quesn. & orate. Vat. 1. & editi Prosperi & roga. De hoc commate, quod tum in vulgato, tum in Græco Scripturæ textu deest, confer

adnot. 22. in ferm. 4. S. Leonis.  
 84 Quesn. in marg. Cod. Thuan. dabo.  
 85 Idem in marg. Al. venerit.  
 86 ,, Ira Ambrosii & Prosperi exemplaria excu- ,, sa; & hoc modo legendum esse probat quod se- ,, quitur: Et illud contraxit natura per culpam; ,, quod ad aliud quam ad bonum nolle referri non ,, potest; ut rejicienda sit hæc mss. Thua. & Camb. ,, sodicum lectio, qui pro bonum nolle, habent, ,, velle & nolle. Nisi potius prava hæc lectio ab ,, aliquo nobis insulso conjectore obrufa fuerit. ,, Incidi in Confessionem Illust. Ducis Wittrem- ,, bergensis per ejus legatos Tridentino Concilio ,, oblatam Januarii 24. die anni 1552. & in illa ,, hunc ipsum locum sic citatum inveni tit. de pec- ,, cato. Ambrosius de vocatione Gentium, l. 1. ,, c. 9. licet insit homini malum velle, tamen nisi ,, donatum non habet bonum velle. Qua lectione, ,, nostra, cujus sensum exprimit, confirmatur. ,, Hæc Quesnellus. Codices etiam Vat. 1. & Jol. ,, habent velle & nolle; at Vat. 2. & 3. ut in tex- ,, tu bonum nolle.

CAPUT  
XXV.

Luc. 19. 10.

Malignitas impiorum resistens gratiæ Dei. Deus subjicit sibi per gratiam suam quos vult.

87

quod hæc eadem natura in omnibus hominibus ante reconciliationem rea, in omnibus misera, non in omnibus justificatur, & a pereuntibus quadam sui parte discernitur ab eo qui venit *quærare & salvare quod perierat*, humano sensu prorsus non potest indagari. Quantumlibet enim impiorum malignitas accusetur, resistens gratiæ Dei, numquid 87 probabuntur eam, quibus est collata, meruisse? Aut illa virtus gratiæ, quæ sibi quos voluit, subdidit, convertere eos, qui inconvertibiles permansere, non potuit? Tales fuerunt qui sunt attracti, quales hi qui in sua duritia sunt relictæ. Sed illis tribuit gratia stupenda quod voluit, istis re-

tribuit veritas juxta quod debuit; ut judicium Dei magis inscrutabile sit in electione gratiæ, quam 88 in retributione justitiæ. Verumtamen ne illa pars fidei, quæ pie credimus Deum velle ut omnes homines veritatis agnitione salventur, per hoc quod de effectibus gratiæ evidenter ostenditur, infirmata videatur, annitendum est auxiliante Christo, ut nobis stabilitas hujus definitionis appareat. Sed quia necessariæ inquisitionis negotium non levem operam sibi poscit impendi, secuturam disputationem ab exordio alterius voluminis inchoemus.

CAPUT  
XXV.  
Inscrutabilior Deus eligens quam puniens.  
88

DE

87 MSS. Thuan. & Camb. *probabunt*. Quesn.

88 Codd. Thuan. Quesnelli, & nosster Var. 1. *in redhibitione*.

# D E V O C A T I O N E

## O M N I U M G E N T I U M

### L I B E R S E C U N D U S .

#### C A P U T P R I M U M .

*Tria esse in hac quaestione certa: Deum velle omnes salvos fieri, cognitionem veritatis & salutem esse ex gratia, & judicia Dei esse impenetrabilia.*



Emotis abdicatisque omnibus concertationibus quas intemperantium disputationum gignit animositas, tria esse perspicuum est, quibus in hac quaestione, de qua secundum volumen incipimus, debeat inhæ-

reri. Unum, quo profitendum est, Deum velle omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Alterum, quo dubitandum non est, ad ipsam agnitionem veritatis & perceptionem salutis, non suis quemquam meritis, sed ope atque opere divinæ gratiæ pervenire. Tertium, quo confitendum est, altitudinem judiciorum Dei humanæ intelligentiæ penetrabilem esse non posse; & cur non omnes homines salvet, qui omnes homines vult salvos fieri, non oportere disquiri: quoniam si quod cognosci non potest, non queratur, inter primam & secundam definitionem non remanebit causa certaminis, sed secunda ac tranquilla fide utrumque prædicabitur, utrumque credetur. Deus quippe *apud quem non est iniquitas, & cujus universæ viæ misericordia & veritas*, omnium hominum bonus conditor, justus est ordinator; neminem indebite damnans, neminem debite liberans; nostra plectens cum punit noxios, sua retribuens cum facit justos: *ut obstruatur os loquentium iniqua, & justificetur Deus in sermonibus suis, & vincat cum judicatur.* Nec damnati enim iusta querimonia, nec justificati verax est arrogantia, si vel ille dicat non meruisse se pœnam, vel iste asserat meruisse se gratiam.

Ops & opus divi-  
næ gratiæ.

Rom. 9. 14.  
2. Pav. 29.  
27.

I  
Psal. 62.  
12. Psal.  
50. 6.

1 Quæsn. retribuens. Correximus ex nostris MSS. & edit. Prosperi.

2 MS. Jol. *docete gentes, baptizantes eas.*

3 Ex duobus MSS. Vatt. 1. & 3. addidimus particulam &, sicuti etiam legitur in omnibus codd. & editis initio capitis sequentis.

#### C A P U T I I .

*Scriptura docet Deum velle omnes homines salvos fieri.*

Sicut autem ea, quæ ad manifestationem gratiæ ex divinis proferuntur eloquiis, nulla possunt differendi arte violari, ut perspicuæ consonantesque in tanta numerositate sententiæ ad aliquod prævæ interpretationis trahantur incertum; ita etiam quod de salvatione omnium hominum in eodem Scripturarum corpore reperitur, nulla contraria argumentatione temerandum est, ut quanto hoc ipsum difficiliore intellectu capitur, tanto fide laudabiliore credatur. Magna enim fortitudo est consensionis, cui ad sequendam veritatem auctoritas sufficit, etiam latente ratione. Proinde vigilanter consideremus, prædicatoribus Evangelii quid a Domino jubeatur. Secundum Matthæum quippe sic ait: *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Euntes ergo & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Secundum Marcum vero eisdem Apostolis ita dicitur: *Ite in orbem universum, & prædicate Evangelium universæ creaturæ: & qui crediderit & baptizatus fuerit, ipse salvus fiet; qui vero non crediderit, damnabitur.* Numquid in hac præceptione ullarum nationum ullorumve hominum facta discretio est? Neminem merito excepit, neminem genere separavit, neminem conditione distinxit. Ad omnes prorsus homines missum est Evangelium crucis Christi. Et ne prædicantium ministeria humano tantum viderentur opere peragenda, *Ecce ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi:* id est, cum sicut oves introieritis in medium luporum, nolite de vestra infirmitate trepidare, sed de mea potestate confidite; qui vos usque ad consummationem sæculi in omni hoc opere non derelinquam: non 4 hoc ut nihil patiamini; sed, quod multo majus est, præ-

Fortitudo  
fidei, quæ.

Matt. 11.  
18.

2  
Omnes  
vult sal-  
vos fieri,  
qui omni-  
bus vult  
prædicari.  
Marc. 16.  
15.

3

Divinæ  
operatio-  
nis pro-  
missio.  
Matt. 28.  
20.

4

4 Al. *ad hoc.* Quæsn. Vat. 1. postea omittit *præstiturus*, quæ vox contextui edito necessaria est: *non hoc præstiturus, ut ... nihil patiamini; sed &c.* Omitti autem posset, si esset legendum *ad hoc.* Vatt. 2. & 3. pro *præstiturus* habent *præstantius.*

CAP. II. præstiturus, ut nulla sævientium crudelitate superemini. In mea enim potestate prædicabitur, & per me fiet, ut inter contradicentes, inter furentes, Abrahæ filii de lapidibus suscitentur. Ego insinuabo quod do-

*Matt. 3. 9.* cui, ego faciam quod promisi: Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ante reges & præfides stabitis propter me in testimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: non enim estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet enim frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Apparuit ergo, ut Apostolus ait, gratia Salvatoris nostri Dei omnibus hominibus; & tamen ministri gratiæ odio erant omnibus hominibus. Et cum alii essent qui oderant, alii qui odiis persequentium premebantur, neutra tamen pars nuncupatione omnium hominum privabatur: habente quidem salutis suæ damnum, rebellium portione; sed obtinente plenitudinis censum, fidelium dignitate. Dicit enim Joannes Apostolus: Sed & si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

*Tit. 2. 11.* *1. Joan. 2. 12*

### C A P U T III.

*Inscrutabile est, cur Deus judicavit quarundam gentium vocationem differendam.*

**M**agni autem & inenarrabilis sacramenti mysterium est, quod prædicatoribus, quibus dictum est, *Ite in orbem universum & prædicate Evangelium omni creatura*, iisdem prius dictum fuerat: *In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne introieritis; sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel.* Quamvis enim ad omnium hominum vocationem Evangelium dirigeretur, omnesque Dominus salvos fieri & in agnitionem veritatis vellet venire; non tamen sibi dispensationum suarum abstrulerat potestatem, ut aliter quam occulto iustoque iudicio statuerat, consilii sui ordo decurreret. Unde locum non habent contumacium murmura querelarum, quia quod Deus fieri voluit, constat non aliter fieri debuisse quam voluit. Posteriore vero tempore cum jam Dominus Jesus in Dei Patris gloria consideret, & prædicatores verbi suscepto negotio defervirent, volentes Apostoli evangelizare verbum in Asia, *vetiti sunt ab Spiritu sancto: & disponentes ire in Bithyniam, prohibiti sunt ab Spiritu Jesu: non utique negata illis populis gratia, sed, quantum apparuit, retardata.* Nam post-

modum etiam apud ipsos fides christiana convaluit. Quæ autem fuerit differendæ vocationis causa, non claret: & tamen rei gestæ docemur exemplo, quod inter generalia vel promissa, vel opera, vel præcepta, quædam Deus a communibus excepta causis, occultiore novit ordinare ratione: credo, ut interpositis quibusdam obumbrationibus, ea quæ secretius micant, mirabilius innotescant; ne negligentior fiat acies de facilitate cernendi, & quodammodo dormitet assuetis, si non excitetur insolitis. Has autem incognoscibiles illuminationum dilationes, inter quas utique multi in infidelitate deficiunt, non solum in populis remotioribus impiorum, sed etiam in civitatibus fidelium per plurimas domos ac familias novimus fieri, dum christianæ fidei, etiam qui Christiani futuri sunt, adversantur. Multi enim quod oderunt, amabunt; quod non recipiunt, prædicabunt. Et quis inter hæc querulis aut curiosis notum faciet, cur adhuc *Sol justitiæ* quibusdam gentibus non oriatur, & a tenebrosis cordibus, etiam nunc radios suos veritas revelanda contineat? Cur corrigendi tam diu sinantur errare, & quod senibus in fine præstandum est, per tam longam non tribuatur ætatem? Cur filiis jam in Christum credentibus, necdum credant parentes; & rursus a religiosis parentibus soboles prava discordet? Cum tamen Deo, qui initiorum fidei, incrementique largitor est, secundum ipsius præceptum quotidie pro omnibus supplicetur: ut & si exaudit, nota sit gratia miserationis; & si non exaudit, intelligatur iudicium veritatis.

### C A P U T IV.

*In præteritis sæculis semper admonuit divina bonitas homines sui cultus per elementa, sicut populum Israel peculiariter per legem & prophetas.*

**S**ED ne in præteritis quidem sæculis hæc eadem gratia (quæ post Domini nostri Jesu Christi resurrectionem ubique diffusa est, & de qua scriptum est: *Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ*) defuit mundo. Quamvis enim speciali cura atque indulgentia Dei populum Israeliticum constet electum, omnesque aliæ nationes *suas vias ingredi*, hoc est, secundum propriam permissæ sint vivere voluntatem; non ita se tamen æterna Creatoris bonitas ab illis hominibus avertit, ut eos ad cognoscendum se atque metuendum, nullis significationibus admoneret. Cælum quippe ac terra & mare, omnisque creatura quæ videri atque intelligi potest, ad hanc præcipue disposita est humani generis utilitatem, ut natura rationalis de contemplatione tot specierum, de experimentis tot bonorum, de perceptione tot munerum, ad cultum & dilectionem sui

CAP. III. & IV. Causa dilatæ vocationis aliorum occulta. Duplex ordo apud Deum.

Sap. 5. 6.

Mal. c. 4. 2

Pro omnibus vult supplicari. Si exaudit, gratia miserationis: si non exaudit, iudicium est veritatis.

Psal. 76.

19.

Ath. 14. 16.

6

5 Vat. 1. hic præponit *vellet*, ac postea omittit.

6 Ita in omnibus codd. & edit. Prosperi. Quenellus *ab ullis*.

CAP. IV. fui imbueretur auctoris, implente omnia Spiritu Dei, in quo vivimus, movemur, & sumus. Quoniam & si longe est a peccatoribus *salus*; præsentia tamen salutis ipsius ac virtute nihil vacuum est. Igitur, sicut dicit propheta, *miserericordia Domini plena est terra*: quæ nullis umquam sæculis, nullis generationibus defuit, eamque providentiam, qua universitatem rerum administrat & continet, regendis alendisque naturis semper impendit, dispositum habens ex incommutabilis æternitate consilii, 7 quibus quidque temporibus distribueret, & multiformis gratiæ suæ inscrutabiles investigabileseque mensuras, per quæ dona ac sacramenta variaret. Sicut enim ista gratiæ largitas, quæ in omnes gentes novissime effluxit, non evacuat eam 8 quæ super unum Israel sub lege rojavit; nec præsentis divitiæ fidem præteritæ abrogant paritati; ita nec de illa cura Dei, quæ patriarcharum filiis proprie præsidebat, conjiciendum est gubernacula divinæ misericordiæ ceteris hominibus fuisse subtracta. Qui quidem in comparationem electorum videntur abjecti, sed nunquam sunt a manifestis occultisque beneficiis abdicati. Legimus enim in Actibus Apostolorum, Paullum & Barnabam Apostolos Lycaoniis dicere:

*Vivi, quid hæc facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit calum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt: qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens 9 eis, de celo dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda vestra.* Quod est autem hoc testimonium, quod semper Domino deservivit, & nunquam de ejus bonitate ac potestate conticuit, nisi ipsa totius mundi inenarrabilis pulchritudo, & innumerabilium beneficiorum ejus dives & ordinata largitio: per quæ humanis cordibus quædam æternæ legis tabulæ præbebantur, ut in paginis elementorum ac voluminibus temporum communis & publica divinæ institutionis doctrina legeretur? Cælum ergo cunctaque cælestia, mare & terra, omniaque quæ in eis sunt, consono speciei suæ ordinationisque concen-

Tom. II.

Univerſæ  
creaturæ  
Deum an-  
nuntiant.  
9

7 MS. Jol. quibus quæque temporibus. Camb. quid quibus temporibus.

8 „ Ita omnes codices excusi. MSS. Thu. & Camb. habent: *Quam super unum Israel sub lege erogavit.* Prior lectio melior, cum largitatem, ut loqui amat, gratiæ in omnes gentes effusæ, cum pluvia; paritatem vero qua primum aspersus Israeliticus populus, cum maturo rore componat. Editor is malæ mihi in cor, rigendo diligentiz suspectus venit. Sic Quesn. in notatione. Noster Vat. 1. habet pariter *erogavit*; & mox *paritatis*, ac dein in *comparatione*.

9 Addidimus eis ex MSS. Jol. Vat. 1. & 2.

10 Prætulimus qui ex editis Prosperi, ac prima Quesn. editione, uti legitur etiam in duobus codd. Vatt. 2. & 3. secunda Quesnel. editio quia cum MS. Camb. continentibus Vat. 1. & Jol. in quibus

tu protestabantur gloriam Dei, & prædicatione perpetua majestatem sui loquebantur auctoris; & tamen maximus numerus hominum, 10 qui vias voluntatis suæ ambulare permissus est, non intellexit, nec secutus hanc legem est; & odor vitæ, qui spirabat ad vitam, factus est ei 11 odor mortis ad mortem; ut etiam in illis visibilibus testimoniis disceretur, *quod littera occideret, spiritus autem vivificaret.* Quod ergo in Israel per constitutionem legis & prophetica eloquia gerebatur, hoc in universis nationibus totius creaturæ testimonia & bonitatis Dei miracula semper egerunt.

### CAPUT V.

*Qui inter gentes Deo placuerunt, spiritu fidei & gratia sunt discreti.*

SED cum in illo populo, cui utraque eruditio præfuit, nemo, nisi gratia, justificatus sit per spiritum fidei; quis ambigat eos, qui de quibuscumque nationibus quibuslibet temporibus Deo placere potuerunt, spiritu gratiæ Dei fuisse 12 discretos? Quæ etsi parciore ante atque occultior fuit, nullis tamen sæculis se negavit, virtute una, 13 Gratia nullis sæculis subtracta. quantitate diversa; consilio incommutabili, opere multiformi.

### CAPUT VI.

*Non omnibus etiam nunc, eadem mensura gratiæ confertur.*

NAM & in his diebus quibus totum mundum ineffabilium donorum flumina rigant, non idem modus omnibus, nec eadem mensura confertur. Quamvis enim per ministros verbi & gratiæ Dei eadem cunctis veritas prædicetur, eadem cohortatio adhibeatur; Dei tamen agricultura est, Dei ædificatio, cujus virtus invisibiliter agit, ut incremento proficiat quod ædificatur aut colitur; sicut attestatur Paullus Apostolus, dicens: *Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus? 13 Ministri ejus cui credidistis, & unicuique sicut Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit; sed Deus incrementum dedit.*

Q

quia viis.

11 His verbis Quesnellus postillam marginalem affixit: *Gratia generalis, quam Auctor asstruit, est eodem teste littera occidens, & odor mortis ad mortem.* De testimonio creaturarum Auctor loquitur; & hoc testimonium, quo Deus manifestatur, ab eodem quidem dicitur *odor vitæ, qui spirat ad vitam*; ac non vocatur *odor mortis ad mortem*, sed *factus odor mortis*, ex abusu scilicet hominum; sicut ex abusu indigne communicantium panis eucharisticus *mors malis* appellatur. *Littera autem occidens* in sensu Apostoli dici potest, quatenus sine spiritu gratiæ sola exteriora auxilia nequeunt plane erudire, nec ad verum Dei cultum & amorem perducere.

12 Vat. 1. Jol. & Camb. *directos*.

13 Quesn. *minister*. Correximus ex omnibus nostris MSS. & edit. Prosperi.

CAPUT  
IV. V.  
& VI.

10

2. Cor. 3. 6.  
11

12

Gratia nullis  
sæculis  
subtracta.

1. Cor. 3. 4.  
13

Deus boni  
fructus  
auctor.

CAP. VI.  
& VII.

*dit, Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Qui plantat autem & qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem: Dei enim sumus adjutores, Dei agricultura estis, Dei edificatio estis. Agriculturae ergo hujus atque aedificationis in tantum quisque adjutor, 14 & operarius, ac minister est, in quantum unicuique Dominus dederit: & hi qui ministrorum labore excoluntur, ad eum proficiunt modum, ad quem illos incrementi auctor evexerit. In agro enim Domini non uniformis, nec una plantatio est: & quamvis in unum decorem totius templi structura conveniat; non idem tamen locus est, nec idem usus omnium lapidum: sicut & in uno corpore non omnia membra eundem actum habent, dicente Apostolo: Nunc autem posuit Deus membra, & unumquodque eorum sicut voluit.*

14  
Quisque proficit sicut Deus donat.1. Cor. 12.  
18.

## CAPUT VII.

*Differentia divinarum munerum non ex praecedentium operum meritis, sed ex Dei liberalitate provenit.*

**H**ÆC vero membra unde apta, unde utilia, unde sint pulchra, idem doctor exponit, dicens: Ideo notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus; & divisiones ministrarum sunt, idem autem Dominus; & divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem: alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu, alii operationes virtutum, alii prophetatio, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Hæc magistro gentium tanta luce, tanta evidentia prædicante, quæ ratio, quæ causa dubitandi est, an omnium nobis virtutum germen ex Deo sit? vel quis nisi insipientissimus de differentia divinarum munerum conqueratur, aut imparibus ascribendum meritis arbitretur, quod non æqualiter de superna liberalitate confertur? Si enim hæc distributio secundum præcedentium operum merita proveniret, non ipsorum donorum ca-

Virtutum germen ex Deo.

14 Eorundem codd. & editorum auctoritate adjecimus &.

15 Vat. 3. prophetia. In Vat. 1. per saltum hæc pars excidit, sicut in antiquioribus. Prosperi editionibus deest.

16 Reposuimus & pro aut quatuor MSS. auctoritate, Vat. 1. & 3. Jol. & Camb.

17 Vat. 1. meritum.

18 Voces & naturalem in Vat. 1. & Jol. de

talogum tali conclusione Apostolus terminaret, ut diceret: Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Ubi utique si meritum causas voluisset intelligi, diceret: Dividens singulis prout merentur: sicut plantatoribus 16 & rigatoribus præmium devotionis spondit, dicens: Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

CAP. VII.  
& VIII.  
1. Cor. 12.  
11.

16

1. Cor. 3. 8.

## CAPUT VIII.

*Unicuique sine merito datur, unde tendat ad meritum: & a gratia jam donato expectatur, ut id quod accepit, augeat per illum qui dat incrementum.*

**D**atur ergo unicuique sine merito, unde tendat ad meritum; & datur ante ullum 17 laborem, unde quisque mercedem accipiat secundum suum laborem. Quod ita esse, etiam ex doctrina evangelicæ veritatis agnoscitur, ubi per comparationem dicitur, quod homo peregre proficiscens vocavit servos suos, & tradidit illis substantiam suam, & uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, id est, secundum propriam 18 & naturalem possibilitatem; non autem secundum proprium meritum: quia aliud est 19 posse operari, aliud operari: & aliud est posse habere caritatem, aliud habere caritatem: & aliud est capacem esse continentiae, justitiae, sapientiae, aliud vero esse continentem, justum, atque sapientem. Non itaque omnis reparabilis reparatur, nec omnis sanabilis sanus est: quia reparabilem & sanabilem esse de natura est, reparatum autem & sanum esse, 20 de gratia est. Denique isti, quibus secundum modulum capacitatis suæ, quem in eis distributor substantiæ prævidebat, dispar creditus est numerus talentorum, non meriti remunerationem, sed operis accepere materiam. In qua duorum fervorum vigilantissima industria non solum gloriosis laudibus honestatur, sed etiam in æterna Domini sui gaudia intrare præcipitur. Tertii vero pigrum otium & desidiofa nequitia sic punitur, ut & vituperationis decoretur opprobrio, & portione quam acceperat, exuatur. Dignus enim erat perdere inutilem fidem, qui non exercuerat caritatem. Unde & 21 in subsequenti sermone, quo apertissime declaratur futuri formæ iudicii, sedente filio hominis in sede maiestatis suæ, antequam facta congregatione omnium gentium, alii 22 dicuntur ad dexteram, alii ad sinistram constituendi; lauda-

Matt. 25.  
14.

18

Reparabilem esse de natura est, reparari est gratiæ.

19

20

Inutilis fides sine caritate.

21

Matt. 13.  
31.

22

siderantur.

19 MS. Jol. per se operari... per se habere caritatem.

20 Edit. Colon. Prosperi de gratia Dei est.

21 Vat. 3. in subsequenti parabole sermone, quo. Paullo dissimiliter Vat. 1. in subsequenti parabola sermo quoque, & Jol. in subsequenti parabola sermo quo.

22 Al. cum Vat. 1. & 2. ducuntur.

CAP. VIII.  
& IX.

datis dextris de operibus caritatis, nihil aliud sinistris objicietur, quam misericordiae benevolentiaeque neglectus. Acceperant ergo etiam isti fidem, sed non sectati fuerant dilectionem: nec de non servato, sed de non aucto munere damnabuntur. Quamvis enim quaedam etiam non petita tribuuntur, ut per ipsa quae accepta sunt, ea quae nondum sunt donata, quaerantur. Semen quippe quod jacitur in terram, non ob hoc seritur, ut ipsum solum maneat, sed ut fructum afferendo, 24 multiplex atque numerosum sit: cui quidem profectus ab illo est, qui dat incrementum; sed terra vivens & rationalis, & de gratiae jam imbre secunda, habet quod ab ipsa expectetur ad id quod accipit, augendum.

## CAPUT IX.

*Variata per diversa tempora gratiae causa a nobis non est investiganda.*

**HIS** recte, ut arbitror, quantum Dominus tribuit, pertractatis, ad id unde digressa est disputatio, revertamur, ad considerationem scilicet differentiarum, quibus divinae gratiae opera ac dona variata sunt. *Altitudo* quippe *divitiarum sapientiae & scientiae Dei*, cujus *inscrutabilia sunt iudicia, & investigabiles viae*, sic semper misericordiam suam & iustitiam temperavit, ut secretissima aeterni consilii voluntate, noluerit in omnibus temporibus super omnes generationes, 25 aut super omnes homines aequales donorum suorum esse mensuras. Siquidem aliter eos juverit, quos ad cognoscendum se, caeli & terrae testimoniis conveniebat; aliter illos, quibus non solum elementorum famulatu, sed etiam doctrina legis, Prophetarum oraculis, 26 miraculorum signis, & Angelorum cooperationibus consulebat: & multo magis aliter misericordiam suam universis hominibus declaraverit, quando filius Dei factus est filius hominis: ut inveniretur ab eis, qui eum non quaerebant, & appareret his, qui illum non interrogabant; & non in uno tantum populo honor Israeliticae stirpis excelleret, sed 27 in omni gente, quae est sub caelo, multiplicatum Abrahamae semen oriretur, 28 inque heredum successionem non filii carnis, sed filii promissionis intrarent: & quanta in praeteritis saeculis super ceteras nationes, tanta nunc esset in gente Judaea paritas gratiae; cum tamen introducta plenitudine gentium, etiam ipsorum ariditati ea-

Tom. II.

23 Vulg. a Deo tamen. Placuit sequi tres nostros codices Vatt. nec non Jol. & Camb.

24 Vat. I. omittit *multiplex atque*. Paulo post & de *gratiae jam imbre secunda* desunt in eodem Vat. ac in Jol. & Camb.

25 In Vat. I. & super.

26 MSS. Jol. & Vat. I. *mirabilium signis*.

27 Ita Quesn. emendavit in secunda edit. ut MSS. exemplaria & edita praerant. In prima

rundem rigationum inundatio spondeatur. Quae itaque causae sint harum sub eadem gratia dissimilitudinum, quae rationes, sanctis Scripturis non loquentibus, quis loquetur? Et cum in eis scientia Pauli Apostoli a disputatione transeat ad stuporem, cuius erit tanta praesumptio, qui haec differendo existimet aperienda, potius quam silentio miranda?

## CAPUT X.

*Omnibus saeculis misericordia Dei & corpora aluit, & mentes juvit.*

**P**atienter igitur & aequanimiter ignoretur tam remotum ab humana 29 cognitio-  
ne secretum. Nec tamen quia nequeunt clausa penetrari, ideo etiam referatorum est praetereundus introitus. Manifestaverunt enim divinorum eloquiorum multae auctoritates, & continua omnium saeculorum experimenta docuerunt, justam Dei misericordiam, misericordemque iustitiam, nec alendis umquam corporibus hominum, nec docendis juvandisque eorum mentibus defuisse. Semper etenim *pluit super bonos & malos, semper Solem suum oriri fecit super justos & injustos*, semper vitales auras praebuit, semper diei & noctis vicissitudines ministravit, ubertatem agris, multiplicationem feminibus, fecunditatem generandis hominibus semper 30 impendit. Et si quando aliquid horum minuit, benignis correptionibus aversionem desidiarumque male utentium castigavit: ut miserationes ejus quaerent in adversis, cuius iustitiam non timuerant in secundis. Denique si ad ipsa mundi exordia recurramus, inveniemus omnium Sanctorum, qui diluvium praecesserunt, Dei Spiritum fuisse rectorem, propter quod & filii Dei nominati sunt: quoniam, sicut ait Apostolus, *quicumque spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei*. Et cum iidem, neglecta observantia patrum, illicitis se reproborum connubiis miscuissent, atque ob nefariam societatem digni terminio judicarentur, Dominus ait: *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam cavo sunt*. Unde apparet quod iste populus, cujus generationes discreto ordine cum annorum numero digeruntur, spiritualis antea fuit; ea utique voluntate cui Spiritus sanctus praesidebat: sic impendens moderaminis sui regimen, ut declinandi ad vitia non adimeret potestatem: qua potestate hic populus si non uteretur, non relinqueret Deum, nec relinqueretur a Deo, essetque ille de quo dictum est: *Felix qui potuit*

Q 2 trans-

CAP. IX.  
& X.

Occulta istius inaequalitatis ratio. *Ibidem*.

29 Non negligenda cognita propter incognita.

Misericordia Dei corporibus & animis juvandis semper affuit.

Mat. 5. 45.  
30

Spiritus Sanctus omnes Sanctos regit.

Rom. 8. 14.

Gen. 6. 3.

Gratia non tollit potestatem declinandi ad vitia.

Eccli. 31.  
10.

vero edit. erat in omni genere.

28 Vetusiores edit. cum MSS. Vatt. I. & 2. in quam.

29 Al. cum Vat. 2. & 3. *cogitatione*. Mox quia nequeant in Vat. I. & Jol.

30 Al. cum MSS. Camb. & Jol. *impertivit*. In Vat. I. *impertivit*. Post nonnulla idem cod. Vat. non timuerunt.

CAP. XI. *transgredi, & non est transgressus*. Quamdiu ergo apud Deum mansit, ea voluntate  
*Prov. 8. 35.* mansit, quam Deus inspiravit & rexit: *Præparatur enim, sicut scriptum est, voluntas a Domino.*

## CAPUT XI.

*Hominibus fere paulatim & particulatim accrescit, quod superna largitas ei dare decrevit.*

SED hujus præparationis non unus semper provectus, nec una mensura est. Quoniam multis modis, & innumerabilibus differentiis, gratiæ opera & dona variantur, inque ipsis singulis generibus munerum dissimiles sunt gradus & impares quantitates. Sicut enim in germinibus herbarum atque lignorum, quæ terra producit, non una species, nec unum in omnibus genus est, sed singula quæque in sui 31 generis forma, & in suæ stirpis qualitate gignuntur; plenum autem decorem non statim ut eduntur accipiunt, sed certis & ordinatis provehuntur augmentis, donec ad perfectam sui habitus quantitatem per succedentia sibi incrementa perveniant: ita & semina charismatum plantæque virtutum, non in omni agro cordis humani totum hoc pariter, quod sunt futura, nascuntur: nec facile reperitur in exordio maturitas, & in inchoatione perfectio. Exerit quidem frequenter potens & misericors Deus mirabiles istos suæ operationis effectus, & quibusdam mentibus non expectata profectuum mora, totum simul quicquid collaturus est, invehit. In Abrahamæ lumbis Levi sanctificatur, & simul cum eo domus Aaron & sacerdotalis ordo benedicitur. In Isaac de repromissione concepto, & contra spem sterilium fenum nato, omnium gentium vocatio, & tota Christi forma præconditur. Jacob nullo merito suffragante dilectus priusquam nascatur, eligitur. Jeremiæ dicitur: *Priusquam te formarem in utero, novi te: & priusquam exires de vulva, sanctificavi te.* Joannes intra Elizabeth matris viscera Spiritu sancto repletus exultat, & ut nullus inter natos mulierum major sit, prius sentit initia gratiæ, quam naturæ. Sed cum 32 & alia similium documentorum exempla non desint, quæ brevitatis studio præterimus; multo tamen crebrior multoque numerosior pars illa hominum est, cui particulatim quicquid superna largitas donat, accrescit, ut conferendorum munerum causæ de his, quæ sunt collata, pariantur. Quidam accepta fide, dissidentia non carent, quam utique inesse sibi noverat qui dicebat: *Credo Domine, adjuva incredulitatem meam:* quam nec illi abesse penitus a suis animis

sentiebant, qui dixerunt: *Domine, auge nobis fidem.* Quidam quod credunt, non intelligunt; & multi eorum diu in suæ simplicitatis modulo detinentur. Multi vero cito intellectus lumen accipiunt. Ipsa autem intelligentia non in omnibus eundem habet vigorem, aut similem facultatem. Et plurimi, cum & fide & intellectu videantur ornati, laborant tamen indigentia caritatis, & his quæ fide & intellectu vident, nequeunt inhærere: quoniam perseverari in eo non potest, quod non toto corde diligitur. Donum quoque ipsius caritatis non semper ejusmodi est, ut quicquid ad plenitudinem ipsius pertinet, simul a percipiente sumatur. Est enim amor qui potest alio amore superari; & sæpe dilectio Dei ex mundi dilectione marcescit, nisi ad eum fervorem, Spiritu sancto inflammante, profecerit, qui nullo extingui frigore, nullo possit tepore languere. Cum itaque in hoc inenarrabili dono Dei, omnium summa donorum, & quædam cunstarum sit vita virtutum; ad hoc cetera conferuntur, ut habeat animæ fidelis intentio per quæ ad perfectam caritatem possit eniti. Quæ quoniam non solum ex Deo, sed etiam Deus est, stabiles & perseverantes atque insuperabiles facit, quos flumine suæ 33 voluptatis impleverit. Qui autem istarum aquarum dulcedinem nesciunt, & adhuc de mundi hujus torrentibus bibunt, aut etiam si aliquid primoribus labris de vitæ fonte gustaverunt, 34 inebriari tamen aureo Babylonis calice delectantur, suo prorsus decipiuntur arbitrio, sua voluntate labuntur: & si in hac desidia perseverant, ipsi se his quæ accipere, dispoliant. Facile enim quælibet bona sine caritate possunt perire, quæ non possunt sine caritate prodesse.

## CAPUT XII.

*Divine constitutionis non est nostra a Deo aversio, sed propriæ voluntatis: ideoque meriti hominis esse, si steterit, quia cadere potuit.*

HÆC autem summatim breviterque perstricta, ad id valeant, ut certissime noverimus nullum fidelium a Deo non discedentem relinqui, neque cujusquam ruinam ex divina esse constitutione dispositam; sed multis, qui jam judicio rationis utuntur, ideo liberum esse discedere, ut non discessisse sit præmium: & ut quod non potest nisi cooperante Spiritu Dei fieri, 35 ejus meritis deputetur, cujus id potuit voluntate non fieri. Quæ voluntas in malis actionibus sola esse potest, in bonis autem sola esse non potest. Quamvis enim 36 secundum natu-

CAP. XI. & XII. *Luc. 17. 5.*

Perseverantia quid requirat.

Caritas imperfecta interdum invenitur cum fidei & intelligentiæ vigore. Amor mundi caritati contrarius.

33 *I. Joan. 4.*

34 *Apoc. 14. 8. & 16. 19.*

*I. Cor. 13. 4.* Caritatis necessitas.

Libertas sub gratia.

Voluntas sola in malis, non autem in bonis actionibus.

35  
36

Semina charismatum sensim ordinarie adolescunt. 31

Prima semina gratiæ interdum perfecta. *Heb. 7. 10. Gen. 17. 16. Rom. 4. 18. Malac. 1. 3. Rom. 9. 13. Petr. 1. 5. Luc. 2. 44.*

Joannes initia gratiæ prius sensit, quam naturæ. 32

In pluribus gratia particulatim accrescit. *Marc. 9. 23.*

31 Edit. Prosperi *feminis*.

32 Vat. 1. omittit &; ac paullo post pro *accrescit* habet & *crefcit*.

33 Al. cum Vat. 1. *voluntatis*.

34 Sic omnes nostri codd. Vat. & Jol. cum edit. Lovan. & novissima Prosperi. Quenellus cum aliis

edit. *inebriati*.

35 Al. *eorum meritis, quorum*.

36 Sic Thuan. codex, pro quo vulgati, *secundum naturam sit homini ut bone sit voluntatis*. Quæsn. Omnia nostra MSS. exemplaria Vatt. cum Jol. ut in textu.



CAP. XIII. ram sit ejus, ut bona sit; vitium tamen, quod per malam voluntatem 37 incidit in naturam, non naturæ superatur virtute, sed gratiæ.

## CAPUT XIII.

*Bonitatem Dei non solum Sanctis, sed & impiis instituendis affuisse ante diluuium.*

**R**Egebatur ergo primus ille populus Dei Spiritu Dei, & a maledicti ac prædamnati populi societate ac moribus per eruditionem sancti Spiritus abstinerebat, custodiens discretionem sui a permixtione carnalium: quorum mala tamdiu sustinuit patientia Dei, quamdiu boni per id quod eos non imitabantur, placere potuerunt: ubi vero etiam boni malorum imitatione corrupti sunt, & per 38 voluntarium defectum in eandem nequitiam conspiravit universitas, quos, excepta Noe domo, una impietas profanavit, sententia una delevit. Bonitas autem Dei ne illi quidem parti defuit, quæ in caritate non stetit, & ab initio sui, veneno diabolici livoris intumuit. Principem enim gentis impiæ, sancti fratris meritis invidentem, eademque ejus parricidaliter corde meditantem, dignatur Dominus paterno mitigare consilio, dicens ad Cain: *Ut quid tristis factus es? ut quid concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, recte autem non divides, peccasti? quiesce. Ad te enim erit conversio ejus, & tu dominaberis ejus.* Deponere, inquit, ortam de invidiæ æmulatione tristitiam, & flammam odii crudelis extingue: nihil tibi Abel nocuit, nec mihi placendo te læsit. Despexi munera tua meo iudicio, non illius voto: opus enim bonum negligenter egisti. Recta fuisset oblatio tua, si fuisset recta discretio. Sciens cui offerres, scire debueras quid voveres. Non digne inter me & te divisisti, quoniam tibi electiora servasti. Tuus ergo hic error est, tuumque peccatum. Quiesce, & noli in infontem fratrem moveri: ad te potius tua culpa revocetur. Noli peccato regnum in te dare, sed tu potius in ipsum fume dominatum. Pœnitendo enim nec in majus facinus progredieris, & ab eo in quo te doles displicuisse, mundaberis. Cum ergo talia ad Cain loqueretur Deus, numquid ambiguum

est voluisse eum, & (quantum ad 39 mendendi modum sufficiebat) egisse, ut Cain ab illo impietatis furore respiceret? Sed malitia pertinax inde facta est inexcusabilior, unde debuit esse correctior. Et utique præciebat Deus, ad quem finem infantentis esset progressura conceptio. Neque ex eo quod falli scientia divina non poterat, necessitate peccandi urgebatur facinus voluntatis. A cujus utique intentione atque effectu potuit incolumitas Abel illæsa defendi, nisi placuisset Deo cum magna laude patientiæ suæ, ut temporalis furor impii fieret perpetuus honor justis. Posteris vero istius parricidæ, quamvis in progenitoris sui moribus viverent, numquam 40 se divinam bonitatem negasse, quis non facile advertat, si consideret quantum eis prodesse potuerit tam longa patientia Dei, tam dives bonorum temporalium copia, & multiplicatæ fecunditatis tam numerosa propagatio? Quæ beneficia licet obduratis nihil remedii & emendationis attulerint, probant tamen aversionem eorum non divinæ fuisse constitutionis, sed propriæ voluntatis.

## CAPUT XIV.

*In diluvio, & postea usque ad Christum revelata sunt opera divinæ gratiæ, & christiæ gratiæ miracula præsignata; tametsi abundantia gratiæ, quæ nunc mundum rigat, pari largitate non fluxit.*

**I**N conservatione autem Noe filiorumque ejus & nuruum, in quibus omnium gentium seminarium disponebatur, quanta divinæ gratiæ opera revelata sint, sancta Scriptura manifestat, dum in illa mirandæ capacitatis arca, universi generis animalium, quantum 41 reparationi sat erat, receptrice, congregatura ad se omne hominum genus Ecclesia figuratur: dum per lignum & aquam redemptio Crucis Christi, & ablutio regenerationis aperitur: dum in his, qui ex illa mundi vastatione salvati sunt, omnium gentium plenitudo benedicitur: dum 42 donum fecunditatis iteratur, & solo esu suffocatorum & sanguinis interdicto libertas edendi quod placuerit, augetur, salutisque securitas in testimonio versicoloris arcus, Iris signum hoc est, in signo multiformis gratiæ confirmatur. Quæ utique mysteria atque sacramen-

37 Quesn. in marg. Al. *irruit.*

38 Idem in marg. Al. *voluntatis.* Mox cod. Jol. *conspirabat.* Vat. 1. *in eadem nequitia conspirabatur.*

39 Vocem *illum* hoc loco ex uno MS. Cambrensi in Prosperi editione primum insertam, ac deinceps retentam delevimus auctoritate non tam editorum Ambrosii, quam quinque codicum, nimirum trium Vatt. & Thuan. ac Jol. In Lovaniensi Prosperi editione, quæ uncis includuntur, quasi dubiæ auctoritatis notantur. Sed ea in omnibus editis & MSS. leguntur, nec quid suspicionem attulerit, satis intelligimus. Quesnellus vero hic longiorem notationem subiecit,

quam in Observationibus ad dissertationem ejus secundam recitabimus, & fusius etiam excutimus num. 19. & 20. ubi hunc locum explicatum invenies.

40 MS. Jol. pro *se* habet *Deum.*

41 Antiquiores editi cum Vat. 1. & 2. *reparationis adevat.*

42 Quesn. *bonum.* Codicum nostrorum, & editorum Prosperi lectionem sequuti sumus. Solum in Vat. 1. habetur *dono.* Dein vox *esu* abest a MSS. Thuan. Camb. & Vat. 1. Codex autem Jol. & *solo suffocato, & sanguine interdicto libertas &c.*

CAP. XIII. & XIV. Præscientia Dei non est causa peccatorum præscitorum.

39

Posteris Cain bonitas divina adfuit.

40

Genes. 7.

41

Arca Noe, figura Ecclesiæ.

Gen. 9.

42

Iris signum multiformis gratiæ.

men-

Deus tolerat malos propter bonos.

38

Bonitas Dei non defuit impiis ante diluuium.

Gen. 4. 8.

Oblatio Cain cur non Deo grata?

CAPUT  
XIV.Gen. 11. 3.  
43Confusio  
linguarum.Linguarum  
72. ex con-  
fusione or-  
ta.  
44Eph. 3. 6.  
Pbilip. 2.  
11.

Gen. 15. 5.

Joan. 8. 56.  
Rom. 4. 10.Fides Abra-  
hæ.

45

Circumcisio  
cur Abrahæ  
mandata.  
Pauci fide-  
les inter  
gentiles  
tempore le-  
gis veteris:  
infideles  
inexcusabi-  
les.Gen. 12. 3.  
46

menta non unius tantum familiæ paucissimos tunc homines, sed in ipsis omnes eorum posteros imbuebant: ut quod eruditioni impendebatur parentum, proficeret scientiæ filiorum. Jam vero procurrente humanæ 43 propagationis augmento, cum ipsa mortalium numerositas de suis multiplicationibus superbiret, & secundum elationis suæ altitudinem, cælo cuperet molem immodicæ exstructionis inferere, quam mirabilis erga cohibendam hanc insolentiam fuit divinæ censura iustitiæ! Quæ unam illorum populorum loquelam notis sibi invicem significationibus consonantem, septuaginta & duarum linguarum varietate confudit, ut & inter dissonas voces operantium pereunte concordia, infanz molitionis 44 machina solveretur, & habitando orbi terrarum daret incolas malæ congregationis opportuna dispersio. In isto autem opere providentiæ Dei præordinabantur miracula gratiæ christianæ, quæ omnem hanc dispersionem in illius ædificationis erat coaptatura compagem, in qua omne genu flectitur Deo, & omnis lingua confitetur quoniam *Jesus in gloria Dei Patris est.*

Hanc latitudinem gratiæ in plenitudine dispositorum temporum revelandæ facta ad Abraham promissio Dei, signis jam luculentioribus indicabat, quando duplex ejus successio, filii scilicet carnis, & filii promissionis, multitudini arenarum comparabatur & siderum, & vir senex per annosam uxoris sterilitatem ab spe jam prolis alienus, credebat laudabili fide per germen unius filii patrem futurum esse se mundi, prospiciens illum in semine suo, immo conspiciens, qui dixit: *Abraham diem meum vidit, & gævisus est.* Qua fide Abraham cum justificaretur, nondum mandatum circumcisionis acceperat, sed cum esset in præputio naturali, reputata est fides ejus ad iustitiam. Et eadem fides signaculum circumcisionis 45 accepit in eo corporis membro, per quod semen procreationis perventurum erat ad eam carnem, in qua sine carnali semine Dei Filius, Deus Verbum, caro fieret, ac de Abrahæ filia Maria Virgine naceretur, assumtis omnibus in hujus natiuitatis consortium, qui in Christo 46 per Spiritum sanctum regenerati, quod Abraham credidit, credidissent. Hæc autem fides, antequam veniret hoc semen, de quo Abrahæ dictum est: *In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ:* intra unius stirpis populum continebatur, vigente apud veros Israelitas spe redemptionis nostræ. Quoniam etsi fuerunt ex alienigenis, quos temporibus legis veritas illustrare dignata sit, tamen

tam pauci fuerunt, ut vix cognoscatur an fuerint. Neque ob hoc excusabiles 47 sunt nationes, quæ alienatæ a conversatione Israel, spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo, sub ignorantia tenebris perierunt, quia hæc abundantia gratiæ quæ nunc universum mundum rigat, pari antea largitate non fluxit.

CAPUT  
XV.  
Ephes. 2.  
12.  
47

## CAPUT XV.

*Meliora non nasci nunc ingenia, quam ante Christi adventum: quinimmo tempore adventus Christi inventa est iniquitas robustior, ut gratia Dei manifestaretur.*

A dhibita enim semper est universis hominibus quædam supernæ mensura doctrinæ, quæ etsi parvioris occultiorisque gratiæ fuit, 48 sufficit tamen, sicut Dominus judicavit, quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium: ut non dubie, sed evidenter appareat, quod nisi ubi abundavit peccatum, superabundaret & gratia, nunc quoque universum genus humanum similis obcæcæret impietas. An forte, ut plerique garriunt, meliora quam veterum ingenia nostris sæculis orta sunt, & aptiores divinis donis animas tempora extrema pepererunt? Quod etiamsi ita esset, ad bonitatem id referendum esset auctoris, qui vocandis ad vitam æternam populis ea quæ non renitentur, corda finxisset. Sed nihil prorsus novatum est in generatione carnali, nec generosior avis minorum orta successio est: cum potius in hominibus illius temporis, quo mundi redemptor advenit, quanto erat propago tardior, tanto sit iniquitas inventa robustior. Probavit hoc Judaici furoris impietas; & quam apta Evangelio Christi fuerit illa generatio, non solum populi, sed etiam Scribarum & Principum ac Sacerdotum corda docuerunt. Quibus parum fuit in Agnum Dei tollentem 49 peccata mundi, contra testificationem legis, contra oracula Prophetarum, contra divinarum experimenta virtutum, seditionibus, contumeliis, sputis, alapis, colaphis, lapidibus, flagris, & ad postremum Crucis atrocitate sævisse, nisi etiam testes resurrectionis ejus eadem persequerentur insania: quam Apostoli, quando a Pontificibus flagellati sunt, ostenderunt in Psalmo davidico prophetatam, dicentes: *Domine tu es qui fecisti cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt; qui Spiritu sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes*

Gratia sufficiens quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium.  
48  
Rom. 5. 20-

Quod plures credant in Christum nunc quam ante incarnationem, non est ad diversitatem ingenii referendum. Obsinatio Judæorum in adventu Christi.

49  
Joan. 1. 29.

Aet. 4. 24.

Psal. 2. 4.

con-

43 Vat. 1. *propaginis.*  
44 Idem MS. *machina solverentur.* Aliquanto post pro *coaptatura* al. *vocatura.*  
45 Ita melius visum est ex quatuor codd. duobus Vatt. Jol. & Camb. al. *acceperat.*  
46 Voces *per Spiritum sanctum* defunt in MSS. Vat. 1. & Jol.  
47 Præferimus *sunt* cum MSS. Vatt. 1. & 3. ac

Jol. Al. *sint.*  
48 Vulg. *sufficit*: at melius *suffecit* cum MS. Jol. ut videntur exigere verba contextus, quæ præterito tempore efferuntur. De hoc loco vide observationes nostras in dissert. 2. Quæsn. n. 18.  
49 Sic tres MSS. libri, Vat. 1. Jol. & Camb. Al. *peccatum.*

CAPUT XV.

convererunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus. Convererunt enim vere in civitate ista adversus sanctum Filium tuum Jesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel facere quæ manus tua & consilium decreverunt fieri. Igitur ad manifestandam gratiam Dei, quæ ex æterno ejus incommutabilique consilio in salutem omnium gentium disponebatur, non priora, quasi incapacia, declinata sunt tempora, sed ista electa, quæ tales populos ediderunt, quorum ferox & voluntaria iniquitas non consulendi affectu, sed intentione sæviendi persisteret facere, quæ manus Dei & consilium decreverunt fieri: ut mirabilior esset gratia & potentia Dei, quæ de tam duris animis, tam tenebrosis mentibus, tam inimicis cordibus fecit sibi populum fidelem, subditum, sanctum, qui non per sapientiam hujus mundi pervenit ad lumen sapientie Dei; sed per illius donum, de quo testatur Joannes

Gratia Dei eo manifestior, quo duriores sunt quos sibi subicit.

1. Joan. 5. 20.

Colof. 1. 12.

Tit. 3. 3.

Quæ merita invenit Christus.

51

Matt. 9. 13. 1. a. 9. 2.

52

Efficacia gratiæ in rebellibus Deo subdendis.

Apostolus dicens: Scimus quia Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus. Cui testimonio Apostolus Paullus consonat dicens: Gratias agentes Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, qui eripuit nos de tenebris & potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ. Et iterum idem: Eramus enim, inquit, aliquando insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri, non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ.

Potuitne 51 plenius, luculentius, verius explicari, quæ merita hominum Christus invenerit, & quos sibi mores subjecerit, quæ ad se corda converterit, quando venit mederi non sanis, sed male habentibus, & vocare non justos, sed peccatores? Quoniam Gentium populus, qui sedebat in tenebris, 52 lucem vidit magnam, & sedentibus in tenebris & umbra mortis, lux orta est illis. Fremebant gentes, irascebantur populi, sæviebant Reges, & potestates contradicebant, superstitiones & totius mundi reluctabantur errores; sed de resistentibus, furentibus, persequentibus, populum suum Christum augebat, & per vincula ac supplicia mortisque Sanctorum roborabatur fides, vincebat

veritas, perque universum mundum dominicæ segetis multiplicabatur ubertas. Tan- CAPUT XV. & XVI. ta enim desuper præbebatur constantia fidei, fiducia spei, fortitudo tolerantia, ut ille ignis dilectionis, quem in cordibus fidelium Spiritus Sanctus accenderat, nullo modo ab opprimentibus posset extinguui: cum & qui cruciabantur vehementius inardescerent, & qui sæviebant, eandem quam persequerentur, flammam sæpe conciperent, qua beatus Apostolus Paullus ignitus, fidenter ferventerque dicebat: *Justificati igitur Rom. 5. 1. ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem & accessum habemus 53 fide in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus; scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Et iterum: Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, 54 existimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos, 55 neque mors, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. Hæc caritas diffusa per Spiritum Sanctum, fecit ut mundum fidelium mundum vinceret impiorum. Hæc Neronis crudelitatem, Domitiani furorem, multorumque post eos Principum rabiem glorioso innumerabilium Martyrum fine confudit, donante Christo imitatoribus suis, de persecutionibus Regum æternarum stemmata coronarum.*

## CAPUT XVI.

Quod Christus pro omnibus mortuus fuit.

Nulla igitur ratio dubitandi est, Jesum Christum Dominum nostrum pro impiis & peccatoribus mortuum: a quorum numero si aliquis liber inventus est, non est pro omnibus mortuus Christus: sed prorsus pro omnibus mortuus est: nemo ergo omnium hominum ante reconciliationem, quæ per Christi sanguinem facta est non aut peccator, aut impius fuit, dicente Apo- sto-

50 Vocem Israel, quæ in editione Quesnelli desideratur, ex MSS. & ceteris editis revocavimus. Mox in Var. 1. & consilium tuum.

51 Var. 1. planius.

52 Quesnelli editiones per saltum septem sequentes voces omiserunt, uti etiam eodem saltu ob repetitam vocem tenebris desunt in Var. 3. Ex aliis codicibus & ex editis Prosperi integrum

textum dedimus, quemadmodum integer etiam legitur lib. 1. c. 15.

53 MSS. Thuan. Jol. & Var. 1. fidei. Var. 3. per fidem. Mox in gratia ista cod. Var. 1.

54 Cod. Jol. estimati.

55 Idem codex alio ordine: neque vita, neque instantia, neque futura, neque Angeli, neque principatus, neque altitudo &c.

CAPUT  
XVI.  
Rom. 5. 6.  
56

stolo: 56 *Ut quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, juxta tempus, pro impiis mortuus est? vix enim pro justo quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem suam caritatem Deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis justificati* 57 *sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus; multo magis* 58 *reconciliati, salvi erimus in vita ipsius. Idem autem Apostolus in secunda ad Corinthios ait:*

57  
Christus  
mortuus  
pro omni-  
bus.  
58

2. Cor. 5. 14.

*Caritas enim Christi urget nos, judicantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est, ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. De seipso vero quid pronuntiet, audiamus: Fidelis, inquit, sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum: sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus JESUS omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam aeternam.*

1. Tim. 1.  
35.

Omnes sub  
peccato, &  
omnibus  
redemptio  
Christi in-  
notuit.

*Sive ergo circumcisio, sive præputium, peccato universaliter concludebatur, unusque omnes reatus obstrinxerat, & inter magis minusque impios nemo erat qui posset absque Christi redemptione salvari. Quæ redemptio universo sese intulit mundo, & omnibus hominibus indifferenter innotuit, 59 quandoquidem in die quinquagesimo ab illo Pascha, in quo se hostiam Deo verus Agnus obtulerat, cum Apostoli & qui cum eis unanimes erant, repleti Spiritu Sancto linguis omnium gentium loquerentur, conveniebat excita miraculo diversi generis hominum multitudo, ut Evangelium Christi in eis qui aderant, totus mundus audiret. Confluxerant autem, sicut scriptum*

Mat. 2. 9.

*est, Parthi, & Medi, Elamita, & qui inhabitant Mesopotamiam, Judæam & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, Ægyptum & partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenen, & advenæ Romani, Judæi quoque & Profelyti, Cretes & Arabes, audientes omnes suis linguis prædicari magnalia Dei: quorum testificatio etiam in eas gentes, quæ remotiores sunt, longe lateque procurreret. Ad cujus rei effectum credimus providentia Dei Romani regni latitudinem præparatam: ut nationes vocandæ ad unitatem corporis Christi, prius jure unius confociarentur* 60 *imperii: quamvis*

60

gratia christiana non contenta sit eosdem limites habere quos Roma; multosque jam populos sceptro Crucis Christi illa subdidit, quos armis suis ista non domuit. Quæ tamen per apostolici sacerdotii principatum amplior facta est arce religionis, quam solio potestatis.

CAPUT  
XVII.  
& XVIII.  
Gratiæ  
christianæ  
latius im-  
perium  
quam Ro-  
manæ  
Reip.  
Romani  
Pontificis  
Primatus.

### CAPUT XVII.

*Nationes, quibus nondum gratia Salvatoris illuxit, disposito tempore vocandas esse ad Evangelium.*

**Q**UOD si forte, quemadmodum quasdam gentes non olim in consortium filiorum Dei novimus adoptatas, ita etiam nunc in extremis mundi partibus sunt aliquæ nationes, quibus nondum gratia Salvatoris illuxit: non ambigimus etiam circa illas occulto judicio Dei tempus vocationis esse dispositum, quo Evangelium, quod non audierunt, audient atque suscipient. Quibus tamen illa mensura generalis auxilii, quæ desuper omnibus semper hominibus est præbita, non negatur: quamvis tam acerbo natura humana vulnere sauciata sit, ut ad cognitionem Dei neminem contemplatio spontanea 61 plene valeat erudire, nisi obumbrationem cordis vera lux discusserit, quam inscrutabili judicio Deus justus & bonus, non ita in præteritis sæculis, quemadmodum in novissimis diebus effudit. Unde & B. Apostolus Paulus scribens Colossensibus, ait: *Mysterium quod absconditum fuit a sæculis & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis* 62 *ejus, quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ Sacramenti hujus* 63 *in gentibus, quod est Christus in vobis.*

Tempore  
SS. Leonis  
& Prosperi  
ad Christi-  
um vene-  
re Scoti o-  
pera Cæle-  
stini, ut in  
fine libri  
contra Col-  
latorem  
legitur.  
Colos. 1. 26.

### CAPUT XVIII.

*Prioribus sæculis absconditum fuisse gentibus mysterium de ipsarum vocatione ad Evangelium, non tamen Prophetis.*

**N**UMQUID hoc mysterium etiam Prophetis incognitum fuit; & illi per quos Spiritus Sanctus loquebatur, ea quorum ab ipsis fiebat denuntiatio, nesciebant? Non ita plane intelligendum puto; sed ipsis gentibus hoc absconditum fuisse mysterium, quod Dominus quando voluit, & quibus voluit, revelavit. Nam de vocatione gentium, quæ non erant populus Dei, & 64 quibus prius non misertus est, nunc autem miseretur, in Deu-

Prophetis  
non igno-  
ta mysteria,  
quæ prædi-  
cebant.

Rom. 9. 25.  
64

56 Ita Quesn. & novissima edit. Prosperi ut in Vat. 2. juxta Apostoli textum. Al. Si enim.

57 Vat. 1. & 3. in sanguine.

58 Hic vox reconciliati omittitur in Vat. 1. Mox idem codex in secunda ad Corinthios epistola ait.

59 MS. Jol. quando in die; & paullo post excitata pro excita.

60 Quesn. in marg. Al. impietatis. Mox gratia Christi jam non contenta sit legitur in MS. Jol. & forte melius.

61 MS. Vat. 1. quod multis mendis scætat, omittit plene; quod tamen adverbium omnia alia exemplaria MSS. & impressa exhibent. Dein erudi pro erudire mendose pariter præfert.

62 Ex MSS. & editis adjecimus vocem ejus, quam Quesnellus omisit.

63 Apud Quesn. cum anterioribus editis deest particula in; & dein pro in vobis habetur in nobis. Correximus ex nostris MSS. Vat. & Jol. ac novissima edit. Prosperi.

64 Vat. 1. quarum.

CAPUT XVIII. Deut. 32. 19. 65  
 Deuteronomio ita dicitur: *Et vidit Dominus, & zelavit, & iratus est propter iram filiorum suorum & filiarum, & dixit: Aver- tam faciem meam ab eis, & ostendam quid erit in novissimo, quia generatio perversa est, 65 filii in quibus non est fides in illis. Ipsi in zelum compulerunt me in hoc quod non est Deus, irritaverunt me in idolis suis; & ego in zelum incitabo eos in eis qui non erant gens, super gente insipiente irritabo eos. Et David hæc de adoraturis Deum omnibus gentibus præcinit: Omnes gentes quascumque fecisti, venient & adorabunt coram te, Do- minæ, & glorificabunt nomen tuum. Et ite- rum idem: Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes 66 servient ei. Et ite- rum: Benedicentur in ipso omnes tribus ter- ræ, omnes gentes magnificabunt eum. Isaias quoque similia annuntiat, dicens: Quoniam erit in novissimis diebus manifestus mons Do- mini, 67 & domus Dei in cacumine mon- tium, & exaltabitur super colles; & venient ad eum omnes gentes. Et iterum idem: Et faciet, inquit, Dominus Sabaoth omnibus gentibus, in monte isto bibent in jucunditate vinum, ungentur unguento in monte isto: tradet hæc omnia gentibus: hoc enim consi- lium super omnes gentes. Et iterum idem: Et revelabit Dominus brachium suum sanctum in conspectu omnium gentium, & videbunt omnes gentes terræ salutem quæ a Domino 68 nostro est. Et iterum: Ecce advenit ad te per me accedent, & ad te confugient. Et in- fra: Gentes quæ te non cognoverunt, invo- cabunt te: & populi qui te nesciunt, ad te confugient. Osee quoque paria prophetat, di- cens: Et erit in loco in quo dictum est eis: Non populus meus es tu; ibi vocabuntur filii Dei vivi, & congregabuntur filii Juda & filii Israel 69 in idipsum. Et iterum: Mi- serebor non dilecta, & dicam non populo meo, Populus meus es tu: & ipse dicet, De- us meus es tu. Sub Apostolis vero cum ii qui in Christum ex circumcissione credide- rant, eos qui gentiles erant, dicebanturque præputium, justificationum gratiæ arbitra- rentur participes esse non posse, docet B. Apostolus Petrus, quam indiscretus apud De-*

Tom. II.

CAPUT XVIII. & XIX. Act. 11. 15. 70  
 um uterque sit populus, si in unitatem fidei ambo convenerint. Cum autem, inquit, cæ- pissent loqui, decidit Spiritus Sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat: Jo- annes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini 70 in Spiritu Sancto. Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum JESUM Christum: ego quis eram qui possem prohibe- re Deum? His auditis tacuerunt, & glorifi- caverunt Deum dicentes: Ergo & gentibus Deus pœnitentiam ad vitam dedit. Jacobus quoque Apostolus de hac vocatione gentium dicit: Viri fratres audite me. Simon narra- vit quemadmodum primum Deus visitavit su- mere ex gentibus populum nomini suo, & huic concordant verba Prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc revertar, & reedificabo taber- naculum David quod cecidit, & diruta ejus 71 ædificabo, & erigam illud; ut requirant ceteri hominum Dominum, & omnes gentes super quas invocatum est nomen meum, di- cit Dominus faciens hæc. Notum a sæculo est Domino opus suum. Simeon quoque ille, 72 Luc. 2. 26. cui responsum erat a Spiritu Sancto, non 72 eum visurum mortem priusquam videret Chri- stum Domini, de salute omnium gentium, quæ in Christo revelabatur, hæc dixit: Nunc 73 Ib. 29. 73 dimittis servum tuum, Domine, secun- dum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad reve- lationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

## CAPUT XIX.

Deus pro omni tempore vult omnes homines salvos fieri.

74 HIS & aliis testimoniis Scripturarum 74 non dubie demonstratur istam dit- tissimam, potentissimam, benignissimam gra- tiam, qua in novissimo mundi tempore om- nes gentes in regnum Christi 75 vocan- 75 tur, prioribus sæculis in occulto Dei ab- conditam fuisse consilio: & cur hac ma- ni-

R ni-

65 Idem cod. & filii, in quibus non est fides. Ipsi &c. Mox MS. Jol. in eo quod: Vat. 1. & in hoc quod. Paulo post Vat. 1. & 3. ac Jol. qui non erant gentes.

66 Codd. Jol. & Vat. 1. magnificabunt eum; ubi apparet saltus ad ultima verba versus sequen- tis, qui omittitur.

67 In MS. Jol. & domus Dei desunt; & mox verbo exaltabitur præmittitur &.

68 Vat. 1. & 2. ac editiones Prosperi omit- tunt nostro.

69 MSS. Jol. & Vat. 1. ad ipsum.

70 Edit. Prosp. delet in.

71 Vat. 1. reedificabo.

72 Idem Vat. 1. & Jol. qui responsum acceperat: & postea de salute vero ... hæc dicit.

73 Edit. Prosp. dimittite. Paulo post MS. Jol. parasti secundum faciem, ac mox in revelatio- nem ... populi sui Israel.

74 Mala divisione ac interpunctione non solum difectum fuit in editis hoc caput ab anteceden-

ti, cum tamen non sit nisi ejus conclusio; verum etiam prima ejus parte assuta in fine capituli præ- cedentis usque ad verba absconditam fuisse consi- lio, interpolito titulo capituli XIX. exordiebatur ipsum caput ab illis: Et cur hac manifestatione: quo fiebat, ut sensus non facile posset intelligi. Neque enim animadvertebatur, infinitum nullum posse regi a verbo demonstratur, verba autem in- notescit, & revelata non fuerit referri ad nomi- nativum gratia: quæ in postremam periodum capi- tis antecedentis traducta, exinde erant supplenda. In MSS. nulla hujusmodi divisio est, cum sine distributione capituli textus continuet. Unien- da quidem fuerant hæc cum antecedentibus: sed ne capitulum, quæ ex vulgatis citari solent, nume- rus sine magna necessitate varietur; satis sit ad hoc caput revocasse, quæ ab eo separari nequi- bat, & interpunctionem, quæ minus congrue- bat, submovisse.

75 Quæsaellus vocentur. Ex MSS. & edit. Prosp. correximus.

CAP. XIX.  
& XX.

nifestatione, qua nunc universis nationibus innotescit, antea revelata non fuerit, nullam posse scientiam comprehendere, nullam intelligentiam penetrare: cum tamen illud quod de bonitate Dei piissime creditur, 76 quia omnes homines velit salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, non oporteat, nisi perpetuum æternumque sentiri, secundum eas mensuras quibus Deus dona generalia specialibus novit cumulare muneribus: ut & qui exortes gratiæ fuerint, de sua nequitia redarguantur; & qui 77 ejus lumine enituerint, non in suo merito, sed in Domino glorientur.

## CAPUT XX.

*Obiectio ex parvulis contra illud: Qui vult omnes homines salvos fieri.*

**I**N hoc sane angusto quidem, sed tamen recto intelligentiæ tramite, non parum difficultatis opponit consideratio parvulorum, qui nullo judicio rationis utuntur, quo auctoris sui beneficia sentientes, ad agnitionem valeant veritatis accedere; nec videntur de neglectu opitulantis gratiæ juste argui, in illa ignorantia naturaliter constituti, quam dubium non est nullam recipere scientiam, nullam sentire doctrinam. Unde cum omnes homines velit Deus salvos fieri, quid est quod alienatur a salute perpetua tanta infantium multitudo, totque in his ætatibus hominum millia extra vitam relinquuntur æternam: quasi ad hoc tantum conditi sint ab eo, qui neminem odiens creavit, ut quia in hunc mundum cum peccati carni venerunt, insolubilis culpæ vincula sine reatu propriæ actionis 78 inciderent? quid hoc profundius, quid mirabilius esse potest? Neque enim credi fas est, eos qui regenerationis non adepti sunt 79 Sacramentum, ad ullum beatorum pertinere confortium. Et magis stupendum, magisque fit mirum, quod ubi actio non offendit, ubi arbitrium non resistit, ubi eadem miseria, similis imbecillitas, causa communis est, non unum est 80 in tanta parilitate iudicium; 81 sed quales reprobatur abdicatio, tales adoptat electio.

## CAPUT XXI.

*Iuste agi cum parvulis pereuntibus, tam in hoc saculo, quam futuro, propter originale peccatum.*

**V**erumtamen de hac altitudine discretionis Dei non conturbabitur cor humilitatis nostræ, si firma & stabili fide omne iudicium Dei iustum esse credamus, nec appetamus habere cognitum, quod voluit esse secretum; ut ubi investigari non potest quare ita iudicet, sufficiat scire quis iudicet. Quamquam non ita incognoscibilis ista sit quæstio, ut nihil inde eruditionis possimus acquirere, si ad contemplandum id quod videri potest, tranquillus sobrii cordis adhibeatur intuitus. Cum enim consideramus inter paganos, inter Judæos, inter hæreticos, interque ipsos Catholicos Christianos, quam multiplex pereat numerus parvulorum, quos 82 quantum ad proprias pertinet voluntates, neque boni aliquid, neque mali constat egisse, discimus super eos illam manere sententiam, quam humanum genus 83 in Adæ primi parentis prævaricatione excepit: cuius sententiæ rigor, dum etiam circa tales non resolvitur, quam magnum illud peccatum fuerit, demonstratur. Nemo 84 etiam putaretur non innocens nasci, nisi etiam talibus esset noxium non renasci. De immaturitate vero mortis non est ratio conquirendi, cum semel in naturam nostram per peccatum ingressa mortalitas, obnoxium sibi omnem vitæ nostræ fecerit diem. Effet enim, quando secundum aliquem modum immortalis dici homo posset, 85 si esset tempus, intra quod mori omnino non posset. Sed nunquam corruptio ita incorruptionis est particeps, ut non semper obnoxium sit defectioni, quod debetur occassui. Vitæ hujus principium, mortis exordium est: nec prius incipit augeri ætas nostra, quam minui. Cui si quid adjiciatur spatii temporalis, non ad hoc accedit ut maneat, sed in hoc transit ut pereat. Quod ergo ab initio sui mortale est, qualibet occidat die, non contra legem mortalitatis occumbit, nec unquam ei vicinior est posse vivere, quam posse deficere. Quamvis autem ex una causa omnium hominum 86 sit orta mortalitas, non in unam tamen, sed in multiplicem imbecillitatem corruptibilis natura distrahitur. Et sive morbis, sive debilitatibus,

Mors immatura parvulorum multa docet 1. quam grave Adæ peccatum. 82 83

2. Ad posteros illud transiisse. 84

3. Omni momento latam mortis sententiam posse executioni mandari. 85

Vitæ principium, mortis exordium.

86

76 Quæsn. qua. Ex iisdem fontibus emendavimus.

77 Vat. 1. & 3. in ejus lumine.

78 Solus Quæsn. incidere. Mox verba: Quid hoc profundius? quid mirabilius esse potest? defunt in Vat. 1. & 3. In codice autem Vat. 2. addita sunt in margine.

79 Quæsn. cum MS. Camb. sacramenta. Ceteras editiones, & MSS. sequuti sumus.

80 Tres codd. Vat. de tanta parilitate.

81 Ita melius visum est cum Vat. 1. Al. & quales. Designari nimirum videtur, non unum

iudicium esse de parvulis, sed alios reprobari, alios eligi.

82 Voces quantum ad proprias pertinet voluntates defunt in MSS. Vat. 1. Jol. & Camb.

83 Tres codd. laudati in Adæ prævaricatione suscepit.

84 Edit. Prosperi autem.

85 Sequentia usque ad non posset ob repetitum verbum posset in Quæsnelli editionibus per saltum exciderunt. Mox Vat. 1. perperam: Sed tam corruptionum, quam incorruptionum est particeps.

86 Cod. Jol. sit ista mortalitas.

Parvuli mortui ante baptismum beatitudinis extorres.

79

80

81

CAPUT XXI. & XXII. **Omni momento omni mortis generi homo obnoxius.** *Eccli. 40. 1. 87*

bus, sive vulneribus, non solum anni aut menses vel dies ætatis humanæ, sed & omnes horæ, omniaque momenta subiecta sunt. Nec est aliquod mortis genus, aut ul-  
 ulus obeundi modus, qui non intra universi-  
 tatem mortalium in aliquam incidat portio-  
 nem. Manet enim *grave jugum super filios*  
*Adam, a die exitus de ventre matris eorum,*  
*87 in diem sepulture in matrem omnium.*

## CAPUT XXII.

*Divina justitia cuilibet mensuram & modum miseria ordinat.*

**S**ED hujus asperissimi jugi pondera, non sita in Adæ filios irruerunt, ut divina justitia nihil 88 ei suæ dimensionis adhiberet; quæ defectuum legibus ita defectura subjecit, ut ab eis moderationum suarum non averteret potestatem. Nec ideo omnia omnes inciderent mala, quia per communem conditionem omnes omnibus subjace-  
 rent; sed ut generali necessitate variata, causas sibi Dominus indulgentiæ correptionisque servaret, essetque in uno omnium debito quod & misericors remitteret, & justus exigeret. Cum igitur justa & omnipotens providentia Dei incessabiliter universa dijudicet, & nemo in hunc mundum veniat, neque ab hoc mundo exeat nisi eo ortu atque 89 decessu, quem rerum arbiter secundum altissimam scientiam suam sapientiamque decernit, sicut scriptum est in libro Job: *Quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fecerit? In cujus manu 90 anima omnis viventis & spiritus universæ carnis hominis: & iterum: Breves dies hominis sunt, & numerus dierum ejus apud te est: quis audeat causas operum & consiliorum ejus inquirere? Inscrutabile enim est, valdeque secretum, cur tantis differentiis conditio humana variata sit. Illum ab infantia usque ad senectutem 91 longæva carpit infirmitas, nec inter perseverantes dolores statutz deficit tempus ætatis. Illum integris valentem viribus annosissimus vigor vegetat. Huic in pueritia finis est, illi in adolescentia. Huic ultra juventutem non licet progredi, illi impossibile est usque ad loquendi rudimenta grandescere. Quas vitæ metas multiformiter inæquales, minus acerbis experiretur caduca mortalitas, si præsentis tantum sæculi detrimenta pateretur; & non in æternas miseras caderent, qui hinc sine lavacro regenerationis exiissent.*

Tom. II.

87 Vatt. 1. & 3. usque in diem.  
 88 Idest jugo. Quæsn. in margine. Edit. Prosp. eis, & refertur ad pondera. Dein pro subjecit cod. Jol. subegit.  
 89 Ita ex tribus MSS. Vatt. & alio Jol. Al. discessu.  
 90 Vatt. 1. & 3. inferunt est.  
 91 Cod. Jol. longævam.

## CAPUT XXIII.

*Parvulis pereuntibus generalis gratia tribuitur, dum parentibus datur.*

**S**ED cum inscrutabilior sit causa donorum quæ gratia tribuit, quam miserationum quas natura promeruit, ipsa nos intelligentiæ difficultas ad nostrum remittit auctorem. Et cum quærimus, quomodo omnes homines salvos fieri velit, qui non omnibus illud tempus impertit, in quo per voluntariam fidem percipiendæ gratiæ sint capaces; non irreligiose arbitror credi, neque inconvenienter intelligi, quod isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiæ partem, quæ semper universis est impensa nationibus: qua utique si bene eorum uterentur parentes, etiam ipsi per eisdem juvenantur. Omnium namque exordia parvulorum, totaque illa principia necdum rationalis infantia, sub arbitrio jacent voluntatis alienæ, nec ullo modo eis nisi per alios consuli potest: & consequens est illos ad eorum pertinere consortium, quorum vel recto vel pravo aguntur affectu. Sicut enim ex aliena confessione credunt, ita ex aliena infidelitate aut dissimulatione non credunt. Et cum ipsi nec præsentis vitæ desiderium 92 habuerunt, nec futuræ; quam ipsorum factum est nasci, tam ipsorum efficitur non renasci. Sicut autem circa majores præter illam generalem gratiam parcius atque occultius omnium hominum corda pulsantem, excellentiore opere, largiore munere, potentiore virtute vocatio specialis exeritur; ita etiam circa innumeros parvulos eadem manifestatur electio. Quæ quidem 93 nec illis qui renati non sunt, in parentibus defuit, sed iis qui renati sunt, 94 præ parentibus affuit: ita ut multis sæpe, quos suorum impietas deseruit, alienorum cura servierit, & ad regenerationem venerint per extraneos, quæ eis non erat providenda per proximos.

## CAPUT XXIV.

*Non esse justam querelam ex discretione parvulorum, sed magnam divinæ justitiæ & gratiæ Christi commendationem.*

**I**N quo opere gratiæ, quis nisi arrogantissimus atque 95 vanissimus de divina justitia conqueratur, quod non omnibus parvulis similis providentia consulat, omniaque pericula, quæ moriturorum regenerationem prohibere possunt, aut potestate submoveat,

R 2 aut

92 MSS. Vatt. 1. & 3. ac Jol. habuerint.  
 93 Vat. 1. & Jol. nec in illis... sed in his qui.  
 94 Vat. 1. pro parentibus. Dein pietas pro impietas in eodem Vat. 1. & in Jol.  
 95 MSS. Vat. 1. & Jol. inanissimus... conquiritur. Mox in iisdem codd. & in Vat. 3. simili providentia.

CAPUT XXIII. & XXIV.

1. Tim. 2. 4. Inscrutabilior donorum causa quam miseriarum.

Sæpe ex voluntate parentum pendet parvuli, etiam quoad regenerationem.

92

Gratia specialis præter generalem.

93

94

95

CAP. XXIV. aut miseratione præveniat? Quod utique er-  
& XXV. ga omnes fieret, si ita fieri omnino deberet.  
Quæ utili- Non autem latet, quantum in cordibus fide-  
tas ex im- lium defidiæ gigneretur, si in baptizandis  
matura par- parvulis nihil de cujusquam negligentia, ni-  
vulorum, hil de ipsorum esset 96 morte metuendum:  
96 quandoquidem ut tales baptismo fraudarentur,  
nullo modo posset accidere. Hac vero  
tam inamissibili felicitate infantium, vehe-  
mentissime opinio illius roboraretur erro-  
ris, qui gratiam Dei secundum merita homi-  
num dari, audet contra fidem catholicam  
prædicare. Videretur quippe inculpabili in-  
nocentiæ hoc tota æquitate deberi, ut nemi-  
nem eorum adoptio præteriret, quos nullus  
reatus obstringeret: nec impie a quodam de  
parvulorum baptismo dictum fuisset: *Habet*

Dogma  
Pelagianorum.

*gratia quod adoptet, non habet unda quod diluat.* Sed hoc detestabiliter prædicatum omnes discipuli veritatis intelligunt; & inde manifestum est, eos qui salvi fiunt, non merito, sed gratia liberari, quia sine baptismo mortuos, periisse non dubium est. Qui utique nisi gravissimi peccati essent participes, non perirent. Nunc autem occulta quidem Dei discretione, sed iusta, sic ostenditur & quid conferat gratia, & quid prævaricatrix mereatur natura: ut nec contra donum eleve-  
tur superbia, nec contra periculum cesset industria.

#### C A P U T XXV.

*Deum generali gratia omnibus collata semper velle ac voluisse omnes salvos fieri; at peculiarem gratiam non omnibus traditam.*

Sive igitur novissima contemplerur sæcula, seu prima, seu media, rationabiliter & pie creditur, omnes homines salvos fieri Deum velle, semperque voluisse; & hoc non aliunde monstratur, quam 97 de iis beneficiis quæ providentia Dei universis generationibus communitur atque indifferenter impendit. Fuerunt enim ac sunt hujusmodi dona ita generalia, ut ipsorum testimonio ad quærendum verum Deum possent homines adjuvari: quibus donis auctorem suum per omnia sæcula protestantibus, specialis gratiæ largitas superfusa est. Quæ licet copiosius nunc quam ante præstetur, causas tamen distributionum suarum Dominus apud scien-

Gratiæ generalis utilitas.

96 Quesn. in marg. Al. *mortalitate.*

97 Tres nostri codd. Vatt. nec non Jol. & antiquæ edit. Prosp. *de his beneficiis, eaque providentia Dei, quam universis.*

98 Ex sex hæcenus observatis codicibus, quatuor habent: *ita credimus benignam, ut* &c. nimirum Thuan. & Camb. a Quesnello allegati, Jol. citatus a novissimo S. Prospero editore, & Vat. 1. Alii duo Vatt. 2: & 3. habent: *ita credimus & experimur potentem, ut in editis legitur.* Plurium & vetustiorum exemplarium lectionem præferendam putavimus; cum præsertim in subsequentibus dicatur hæc gratiæ opitulatio, non solum variis modis omnibus adhiberi, verum etiam a multis refutari ipsorum nequitia, quod ad benignitatem potius gratiæ nullam necessita-

tiam suam tenuit, & intra secretum potentissimæ voluntatis occuluit: quæ si omnibus uniformiter affluerent, non laterent. Et quam nulla est ambiguitas de benignitate generali, tam de speciali misericordia nihil quod stupendum esset existeret: ac proinde illa esset gratia, ista non esset. Deo autem placuit & hanc multis tribuere, & illam a nemine submovere, ut ex utraque appareat non negatum universitati, quod collatum est portioni, sed in aliis prævaluisse gratiam, in aliis resiliisse naturam.

#### C A P U T XXVI.

*Quod in omni justificatione gratia quidem principaliter præmineat, sed voluntas ei subjungatur, & conjungatur cooperando divino operi in se; & gratia ad id præparet voluntatem.*

Hanc quippe abundantio-rem gratiam 98 ita credimus benignam, ut nullo modo arbitremur esse violentam, quod quidquid in salvandis hominibus agitur, ex sola Dei voluntate peragatur, cum etiam ipsis parvulis per alienæ voluntatis subveniatur obsequium. Gratia quidem Dei illa 99 in omni justificatione principaliter præminet, suadendo exhortationibus, i monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo; sed etiam voluntas hominis subjungitur ei atque conjungitur, quæ ad hoc prædictis est excitata præsidii, ut divino in se cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum quod de superno semine concepit ad studium; de sua habens mutabilitate si deficit, de gratiæ opitulatione si proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos, sive occultos, sive manifestos, omnibus adhibetur: & quod a multis refutatur, ipsorum est nequitia; quod autem a multis suscipitur, & gratiæ est divinæ, & voluntatis humanæ. Sive igitur initia, sive profectus fidelium, sive usque in finem perseverantiam cogitemus, nullum genus, nulla species cujusquam virtutis 2 occurret, quæ vel sine dono divinæ gratiæ, vel sine consensu nostræ voluntatis habeatur. Ipsa enim gratia hoc omni genere medendi atque

CAP. XXV. & XXVI. Gratia specialis non omnibus uniformiter affluit.

Gratiæ officium & modus agendi. 98

99

Defectus ab homine. Opitulatio omnibus adhibita, a multis refutatur eorum nequitia.

2

tem inferentis, quam ad potentiam ejusdem demonstrandam pertinet. Post pauca MS. Thuan. *Quod si quid in salvandis.* MSS. Vat. 1. Jol. & Camb. *Quo si quid* &c. Edit. antiquiores Prosp. *Quo quidquid in salvandis.* Vatt. 2. & 3. ut in textu.

99 Ita cum MSS. Vat. 1. Jol. & Camb. Cod. Vat. 3. *in omnium justificationem.* Editi vero antiqui & Quesn. *in omnibus justificationibus.* Vox Dei præmissa deest in MSS. Jol. & Camb. Vox vero illa in Vatt. 2. & 3. ac in antiquioribus editis omittitur.

1 Vulg. *movendo.* Magis placuit trium nostrorum Vatt. codicum lectio.

2 Vatt. 1. & 2. *occurrit.*



CAPUT XXVI. & XXVII. <sup>3</sup> Voluntas famula gratiæ, eiusque consensus, que auxiliandi agit, ut in eo quem vocat, primam sibi receptoricem & famulam donorum suorum præparet voluntatem. Nam virtus nolentium nulla est, nec potest asseri vel fidem, vel spem, vel caritatem eis inesse, quorum ab his bonis consensus alienus est.

## CAPUT XXVII.

*Consensum voluntatis per gratiam gigni, non solum ex doctrina & illustratione, sed etiam ex terrore & metu,*

**H**unc autem consensum non solum hortatio prædicantium & incitamenta doctrinæ, sed etiam metus gignit, propter quod scriptum est: *Principium sapientiæ timor Domini*. Qui quantislibet terroribus inferatur, non aliud agit, quam ut quem fecerit timentem, faciat & volentem, nec solum volentem, sed etiam sapientem. Unde & illud scriptum est: *Beatus cui donatum est habere timorem Dei*. Quid enim tam beatificum, quam hic timor, qui genitor eruditorque sapientiæ est? In cuius utique devotione devota est & voluntas, quæ auctore gratia eodem proficit timore, quo cœpit. Cum ergo hic timor etiam per quamdam vim magni terroris immittitur, non ibi ratio extinguitur, nec intellectus aufertur; sed illa potius quæ mentem premebat caligo discutitur, ut voluntas depravata prius atque captiva, recta efficiatur & libera. Unde sicut animus nihil virtutis capit, nisi radium veri acceperit luminis; ita gratia nihil ei quem vocat confert, nisi oculos in eo aperuerit voluntatis. Quæ in plerisque, sicut superius disputatum est, ab ipso initio sui ardentissima, citis & magnis ditatur augmentis; in plerisque autem tarde cunctanterque proficiens, vix ad ea incrementa provehitur, quæ idoneam ad perseverandum habeant firmitatem. Dicit quidem Dominus: *Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum*. Sed hoc ideo dictum est, ut illam fidem, sine qua nemo ad Christum venit, ex Patris haberi munere noverimus, secundum illud quod Apostolo Petro dicitur: *Beatus es Simon bar-Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in calis est: qui in cordibus trahendorum hoc egit ut crederent, hoc effecit ut vellent*. Non enim

Prov. 9. 10. Utilitas timoris.

Eccli. 25. 15.

4 Timor sapientiam gignit, Deo gratiæ auctore operante.

Nihil confert gratia, nisi oculos aperiat voluntatis.

Joan. 6. 44.

Matt. 16. 17.

Fides qua venit ad Christum, inspiratur a Deo.

3 Forte primum.

4 Editi quæ auctore gratiæ eodem proficit timore. MS. Camb. notante Quesnello, & Vat. 1. quo auctore eodem proficit timere. Sequuti sumus Vat. 3. nam utroque genere auctoris nomen effertur; & feminino quidem genere usus est Ovidius lib. 5. Fast. v. 192. & Seneca Medæ v. 979.

5 Quesn. in marg. Al. Quia. Notandum vero est hoc primum membrum ad postremum antecedentis capituli pertinere; atque, ut recte intelligatur, cum eo esse connectendum, ita ut qui sit loco vocis Deus, ad quam refertur.

6 Vat. 1. solius.

effect unde traherentur, si sequaces fide & voluntate non essent: quoniam qui non credunt, nec trahuntur omnino, nec veniunt; neque accedunt qui dissentiunt, sed recedunt. Qui ergo veniunt, amore ducuntur: dilecti enim sunt, & dilexerunt, quæsi sunt, & quæsierunt, & quod eos voluit Deus velle, voluerunt.

CAPUT XXVII. & XXVIII. Qui dissentiunt, recedunt.

## CAPUT XXVIII.

*Posse eos qui gratia Dei in Christum credunt, non credere; & eos qui perseverant, a Deo recedere.*

**Q**ui ad obediendum sibi, ipsum vel sic donat, ut etiam a perseverantibus illam mutabilitatem, quæ potest nolle, non auferat: alioquin nemo umquam fidelium recessisset a fide, neminem concupiscentia vinceret, neminem tristitia elideret, neminem iracundia debellaret, nullius caritas refrigesceret, nullius patientia frangeretur, & collatam sibi gratiam nemo negligeret. Sed quia hæc possunt fieri, & in consensum talium tentationum facilis nimium proclivisque descensio est, numquam debet in auribus fidelium vox illa Domini non sonare, qua Apostolis dicitur: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem*. Ubi si de vigilando tantum, non etiam de orando discipulos admoneret, 6 solas liberi arbitrii vires videretur hortatus. Sed cum addidit, *Et orate*, satis docuit superni futurum muneris, ut eos etiam vigilantes tentationis procella non vinceret. Tale est & illud quod ait: *Simon, Simon, ecce Satanas 7 postulavit ut vos cerneret velut triticum. Ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua: & tu tandem conversus confirma fratres tuos: 8 & rogate ne intretis in tentationem*. Si ergo defectura erat fides tanti Apostoli, nisi 9 pro ea Christus oraret, inerat ei proculdubio mutabilitas, quæ posset in tentatione nutare. Et non ita jam perseverantiæ fuerat virtute solidatus, ut nullis periculis esset obnoxius. Siquidem tam gravis eum perturbatio etiam post ista concusserit, ut in Caiphæ domo unius ancillæ interrogatione pavesceretur, usque ad trinam 10 negationem ejus, cui commorturum se sponderat, constantia deficiente perductus sit. Qui ergo tunc conturbatum cor Apostoli non humanis, sed divinis con-

Potestas dissentienti gratiæ efficaci. Conc. Trid. sess. 6. de iustific. c. 5.

Matt. 26. 41.

6

Luc. 22. 31.

7

8

9

10

VE-

7 Vat. 1. & Jol. exposulavit, ut vos cibraret sicut triticum. Vat. 2. exposulavit, ut vos cerneret velut triticum. Vat. 3. expetivit, ut vos cerneret. Editorum lectionem retinimus, cum eadem reperiat supra lib. 1. c. 24. ubi solum pro velut habetur sicut.

8 Quædam editiones Prosperi, & Vat. 1. & roga. Confer adnot. 83. in lib. 1.

9 Ita ex quinque MSS. tribus Vatt. Jol. & Camb. Editi pro eo. Post pauca pro nutare Quesn. in marg. Al. mutare.

10 Edit. Prosp. negationem Christi.

CAPUT  
XXVIII.

Quibus  
oculis  
Christus  
Petrum  
respexit.  
Præcipuus  
discipulus.

Joan. 10. 18.

11

Gal. 5. 17.

Matth. 26.  
47.

Nec ipsa  
victoria  
periculo  
caret.

12

Job. 7. 1.

13

Pugna vol-  
luntatum  
in Sanctis.

14

Joan. 21.

18.

15

Matth. 16.

18.

16

Matth. 6. 13.

Perseve-  
rantia est  
donum  
Dei.

1. Cor. 1.

31.

17

18

19

venit oculis, & ad largos pœnititudinis fletus potenti incitavit aspectu, potuit hanc firmitatem animi præcipuo conferre discipulo, ut sicut ipsum Dominum nihil ab explendæ passionis proposito deterrebat, ita nec B. Petrum ulla tunc formido superaret. Sed hæc stabilitas illius tantummodo propria fuit, qui solus vere potenterque dicebat: *Potestatem habeo 11 ponere animam meam, & potestatem habeo iterum sumere eam.* In ceteris vero hominibus, donec *caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem*, & donec *spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*, incommutabilis animi fortitudo non potest reperiri: quoniam non hujus, sed alterius vitæ est veræ pacis perfectæ & securæ felicitas. In præsentis autem agonis incerto, ubi *tota vita tentatio est*, & 12 ab insidiantis superbia nec ipsa est tuta victoria, mutabilitatis periculo non caretur. Et licet innumeris Sanctis suis donet virtutem perseverandi usque in finem divina protectio, a nullis tamen 13 aufert quod ipsis repugnat ex ipsis, ut in omnibus studiis eorum atque conatibus semper inter se velle & nolle decertent. Quam compugnantium idem beatissimus Petrus etiam in ipsa palmarum omnium consummatione perpessus est. Si quidem hoc 14 ipsi Dominus protestetur & dicat: *Amen, Amen dico tibi, quando juvenis eras, præcingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & ætius te præcinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autem 15 dixit, significans qua morte glorificaturus esset Deum.* Quis ergo ambigat, quis ignoret hanc fortissimam petram, quæ ab illa principali petra communionem & virtutis fumsit & nominis, hoc desiderium semper habuisse, ut ei moriendi pro Christo constantia donaretur? Verumtamen ita inevitabilis erat oblectatio trepidationis, 16 ut vir martyrii avidissimus, adepturus quidem denuntiaretur victoriam passionis, sed non sine tentatione formidinis. Merito igitur non solum ab incipientibus, verum etiam a provectis Sanctis uniformiter Domino supplicatur & dicitur: *Ne nos 17 inferas in tentationem, sed libera nos a malo.* Universis enim, qui in fide & dilectione permanent, ab ipso donatur ne in tentatione superentur: 18 ut qui *gloriatur, in Domino gloriatur*: ipsamque 19 victoriam iisdem quibus eam impertit, ascribit; ut quamvis auxilio Dei steterint, tamen, quia in se habebant unde caderent,

11 Vat. 1. *ponendi... & iterum sumendi*: quod postremum est etiam in cod. Jol.

12 Vat. 3. *ab insidiante*. Vatt. 1. & 2. cum antiquis editis Prosp. *ab insidiante*.

13 MSS. Jol. Camb. & Vat. 1. *aufertur*.

14 Vat. 1. *ipse Dominus protestatur, & dicit*. Vat. 2. & antiquæ edit. Prosp. *ipse Dominus &c.*

15 Vat. 1. & Jol. *dicebat*. Mox idem Vat. *clarificaturus esset Deum*.

16 MS. Jol. *ut viro martyrii avidissimo, adepturo quidem, denuntiaretur victoria passionis*:

CAPUT  
XXIX.

ipforum sit meritum quod steterunt. Igitur sicut qui crediderunt, juvantur ut in fide maneat; sic & qui nondum crediderunt, juvantur ut credant: & quemadmodum illi in sua habent potestate ut exeant, ita & isti in sua habent potestate ne veniant; fitque manifestum quod diversis atque innumeris modis *omnes homines vult Deus salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire*: sed qui veniunt, Dei auxilio diriguntur; qui non veniunt, sua pertinacia reluctantur.

1. Tim. 2.

## CAPUT XXIX.

*Promissio benedictionis omnium gentium ita completur quotidie, ut nec pereuntibus sit excusatio justa, nec salvatis de sua justitia gloriatio.*

Quamvis enim multi amantes tenebras suas, splendorem non recipiant veritatis, & multi qui illuminati fuerant, tenebrescant; verbum tamen Dei manet in æternum, & de promissionis veritate nihil excidit. Intrat quotidie præscita 20 & promissa gentium plenitudo, & in Abrahamæ semine omnis gens, omnis tribus, omnis lingua benedicitur. Quod enim Pater Filio dedit, Filius non amittit, neque quisquam potest de manu ejus 21 rapere quod accepit. *Firmum fundamentum Dei stat*, & mansuri in æternum templi ædificatio non vacillat, prætentata super omnes veritate & misericordia Dei: a quo quod & nemini negatur, & nulli debetur, in iis quos promissit efficitur. Ipse enim operatur omnia in omnibus; sed omnia proculdubio justa & bona. *Universæ enim viæ Domini misericordia & veritas*. Qui sicut præscivit ante sæcula, quanta totius mundi hominum multitudo, vel communibus usæ donis, vel specialibus 22 adjuncta præsidiiis, declinans tamen ab itinere veritatis & vitæ, ingressura esset latitudinem erroris & mortis; ita semper præcognitum habuit quantum piorum numerus per opem gratiæ, & per servitutum obedientiæ ad æternam beatitudinem pertineret: ut nullo excidente de plenitudine promissorum, qui nec 23 provectu erat fallendus, nec auxilio defuturus, eos glorificaret præ omnibus, quos elegit ex omnibus. Universitati quippe hominum, quod abunde probavimus, ita multiplex atque ineffabilis bonitas Dei consulit semper & consulit, ut neque ulli pereuntium excusatio suppetat de abnegato sibi lumine veritatis, neque cuiquam

Isa. 40.

20

Joan. 6. &  
10.Quod Pater  
Filio  
dedit, Fi-  
lius non  
amittit.

2. Tim. 2.

19.

21

1. Cor. 12.  
6.Psal. 24.  
12.Communia dona,  
specialia  
præsidia.

22

23

Electi ex  
omnibus,  
glorifican-  
tur præ  
omnibus.

& forte melius.

17 Sic melius ex quatuor codd. Al. *inducas*.

18 Sex voces sequentes desunt in tribus MSS. Vatt.

19 Editi Prosperi *gloriam*.

20 Vat. 1. & *præcognita*.

21 Ita ex pluribus & verustioribus codd. nec non ex ultima Prosperi edit. Al. *eripere*.

22 Vatt. 1. & 3. ac Jol. *adjuta donis*.

23 MS. Jol. *proventu*: & dein pro omnibus quos elegit in codd. Vatt. 1. & 3.

CAP. XXX. & XXXI. quam sit liberum de sua iustitia gloriari : cum & illos propria nequitia demergat ad pœnam, & istos Dei gratia perducatur ad gloriam.

## C A P U T XXX.

*Repetitio primi capituli libri secundi.*

24 **Q**uod itaque in principio secundi hujus voluminis insinuavimus, hoc nunc iterum commendamus, ut cum de gratiæ profunditate & altitudine disputatur, 24 tribus illis saluberrimis & veracissimis definitionibus simus innixi; quarum una proficitur æternum & proprium divinæ esse 25 bonitatis, ut omnes homines salvos fieri velit, & in agnitionem veritatis venire. Alia simul prædicat, omnem hominem qui salvus fit, quique in agnitionem veritatis venit, Dei auxilio juvari & regi, utque in fide, 26 *qua per dilectionem operatur*, permaneat custodiri. Tertia vero temperanter & sobrie protestatur, non omnem voluntatis Dei comprehendere posse rationem, & multas divinorum operum causas ab humana intelligentia esse subductas, ut cum in temporibus, in nationibus, in familiis, in parvulis, in nondum natis & 26 geminis quædam aut varie aut insigniter gesta noscuntur, non ambigamus ea ex illis esse, quæ iustus & misericors Deus in hoc transitorio sæculo noluit sciri. Quod quidem ad utilitatem nostram dispositum sentiendum est : 27 ut, quoniam *spe salvi facti sumus*, quibus præparavit Deus quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit; sicut constanter credimus videndum, quod nondum videmus; ita patienter expectemus intelligendum, quod nondum intelligimus. Si ergo cesset insidiosa malignitas, si insolens præsumptio conquiescat, his recte, ut arbitror, 28 pertractatis, nullius superest causa certaminis, neque ultra necesse est nos interminabilibus quæstionibus occupari.

## C A P U T XXXI.

*Omnibus sæculis adfuisse omnibus hominibus gratiam Dei bonitate generali; sed salvandis peculiarem gratiam.*

**E**laboratum est enim, quantum Dominus adjuvit, ut non solum in novissimis diebus, sed etiam in cunctis retro sæculis probaretur, gratiam Dei omnibus hominibus adfuisse, providentia quidem pari &

bonitate generali, 29 sed multimodo opere, diversaque mensura: quoniam sive occulte, sive manifeste, ipse est (ut Apostolus ait) *Salvator omnium hominum, maxime fidelium*. Quæ sententia subtilissimæ brevilitatis & validissimi roboris si tranquillo consideretur intuitu, totam hanc, de qua agimus, controversiam dirimit. Dicendo enim: *Qui est Salvator omnium hominum*: confirmavit bonitatem Dei super universos homines esse generalem; adjiciendo autem, 30 *maxime fidelium*, ostendit esse partem generis humani, quæ merito fidei divinitus inspiratæ, ad summam atque æternam salutem specialibus beneficiis provehatur: quod utique nulla iniquitate agitur iustissimi & misericordissimi Dei, cujus iudicium in his dispensationibus non cum arrogantia discutiendum, sed cum tremore laudandum est.

## C A P U T XXXII.

*Inter fideles varios esse gradus munerum Dei, idque non ex meritis eorum, sed iusto & latenti Dei iudicio.*

**S**iquidem 31 in ipsis quoque fidelium populis, quod jam superius ostensum est, non eadem omnibus, nec paria 32 conferantur, & ante ulla humanorum pondera meritum, dissimillima divinorum mensura fit munerum. Si enim de parentum carnalium iudiciis conqueri non audemus, cum aliquos filios suos ante ulla morum examina, 33 ante aliqua pietatis obsequia, indulgentiore amplectuntur affectu: si in dominis quoque erga famulos libera est dispositio, nec iuste a quoquam reprehenditur, qui de unius 34 conditionis familia quosdam sibi quos benignius honestaret, & quos liberalius erudiret, elegit: numquid de summi patris & veri domini benevolentissima æquitate causandum est, quod in magna domo ejus innumeris differentiis universa variantur? Cumque nemo aliquid boni habeat, quod 35 non ille donaverit, non omnes tamen iisdem virtutibus micant, aut eadem charissimum dote ditantur. Nec possumus hanc diversitatem graduum causis aptare meritum, cum totius boni meriti principalis causa sit gratia, de cujus opibus sumitur quicquid in singulis probabile reperitur.

C A-

24 Quesn. *primis illis*. Emendavimus ex MSS. & ceteris editionibus.

25 Vat. 1. *potestatis*, 3. *voluntatis*.

26 Quesn. in marg. Al. *genitis*.

27 In Vat. 1. & 3. deest *ut*. Mox pro *quibus* edit. Prosp. *cui*, scilicet *spei*. Dein Vat. 1. obmissam particulam *ut* habet *expectamus* pro *expectemus*, & similiter in MS. Jol.

28 Vat. 1. & Jol. *retractatis*.

29 MS. Camb. *sed multimoda diversaque mensura*.

30 Vat. 1. & *maxime*.

31 Idem cod. *in his quoque*.

32 Ibidem *conferuntur*; & paullo post *fit pro fit*.

33 Ibi. *ante ulla pietatis*.

34 De voce *conditionis*, ejusque sensu vide ep.

4. Leonis c. 1. & ibidem adnotata tum a Quesnello, tum a nobis.

35 Vat. 1. *non illi*, scilicet homini.

CAPUT XXXI. & XXXII.

29 1. Tim. 4. 10.

Sententia subtilissimæ brevilitatis & validissimi roboris.

30

31

32

33

34

35

Gratia est principalis causa meriti.

## CAPUT XXXIII.

*Nemo electorum perit ; sed omnes ab aeterno electi salvi fiunt .*

36 **S**icut ergo de iis quæ intra Ecclesiam multiformiter Spiritus Sanctus operatur, impium est ullam querelam corde concipere ; ita etiam de illa providentia quæ infidelibus præsidet , nullatenus murmurandum est . Quoniam & justus & bonus arbiter , nec voluntatis iniquæ est , nec discretionis incertæ , ut 37 sub immensa omnipotentis Dei misericordia atque iustitia putemus quod quicumque pereat , qui perire non debeat . Nulla pars mundi ab Evangelio vacat Christi . Et licet illa generalis vocatio non quiescat , tamen etiam ista specialis jam universis est facta communis . Ex omni gente , & ex omni conditione adoptantur quotidie millia senum , millia juvenum , millia parvulorum : & effectibus gratiæ christianæ , etiam ipsa quibus mundus atteritur , arma famulantur . Quam multos enim qui in tranquillitate pacis sacramentum baptismatis suscipere differebant , ad aquam regenerationis confugere instantis periculi metus impulit ; & lentis tepidisque animis quod diu cohortatio quieta non fuisse , minax subito terror extorsit ? Quidam Ecclesiæ filii ab hostibus capti , dominos suos Christi Evangelio manciparunt , & quibus conditione bellica serviebant , eisdem fidei magisterio præfuerunt . At alii barbari dum Romanis auxiliantur , quod in suis locis nosse non poterant , in nostris 38 cognovere regionibus , & ad sedes suas cum christianæ religionis 39 institutione remearunt . Ita nihil obistere divinæ gratiæ potest , quo minus id quod voluerit impleatur , dum etiam discordiæ ad unitatem trahunt , & plagæ in remedia vertuntur ; ut Ecclesia unde metuit periculum , indeumat augmentum . Ad quolibet igitur rerum humanarum exitus se nostra convertat inspectio , nulla sæcula , nulla negotia , nullos generationum ortus atque decessus ab æternis & inscrutabilibus iudiciis Dei vacare reperiet . Omnes varietatum compugnantia , & universæ dissimilium 40 proVectuum caussæ , quas investigare & discernere non valeamus , in illa æterna scientia simul notæ , simulque divisæ sunt : & nihil ibi inordinatum est etiam de necdum existentium qualitatibus actionum . Quoniam non est in Deo accidens motus , aut nova voluntas , aut temporale consilium , nec cogitatio ejus cum rerum mutabilium inæqualitate variatur ; sed cuncta pariter tempora & temporalia , sempiterno ac stabili com-

prehendit intuitu , & omnibus omnia jam retribuit , qui quæ sunt futura , jam fecit . Hinc illud est beati Paulli Apostoli scribentis ad Ephesios : *Benedictus Deus & Pater Domini nostri JESU Christi , qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in celestibus in Christo , sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem , ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in caritate . Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipso , secundum propositum voluntatis sue , in laudem gloriæ gratiæ sue , & cetera* 41 quæ sub ejusdem sensus prædicatione connectit , docens donum atque opus gratiæ in aeterno semper Dei mansisse consilio , omnesque adoptionis filios non solum in eo tempore , quo jam existentes vocati sunt , sed etiam prius quam mundus 42 constitueretur electos . In qua electione quicquid hominum in Christo præcognitum non est , nulla eidem ratione sociabitur . Omnes enim qui in regnum Dei de cujuslibet temporis vocatione venturi sunt , in ista , quæ sæcula cuncta præcessit , adoptione signati sunt . Et sicut nullus infidelium in hac sorte numeratur , ita nullus piorum ab hac benedictione discretus est . De plenitudine quippe membrorum corporis Christi , præsentia Dei , quæ falli non potest , nihil perdit : & nullo detrimento minui potest summa præcognita , atque in Christo ante sæcula æterna præelecta , sicut ad Timotheum scribens Apostolus dicit : *Collabora Evangelio secundum virtutem Dei , qui nos liberavit & vocavit vocatione sancta non secundum opera nostra , sed secundum suum propositum & gratiam , que data est nobis* 43 *in Christo Jesu ante tempora æterna .*

## CAPUT XXXIV.

*Non frustra laborari ad acquirenda bonorum operum merita , vel orationibus insisti , quamvis incommutabile sit Dei propositum super salute electorum .*

**C**ontra hanc invictæ veritatis splendidissimam lucem solent quidam non sobrie dicere , superfluo ad acquirenda bonorum operum merita laborari , frustra etiam orationibus , quibus Deus exorandus speratur , insisti , si ex incommutabili proposito ejus christianæ gratiæ subsistit electio , nec aliter quicquam procedere potest , quam omnipotentis voluntate dispositum est . 44 Sed qui hoc ingeniose se arbitrantur opponere , non intelligunt scientiam Dei , quæ & præterita , & præsentia , & futura complectitur , tempore non teneri , & tam in conspectu e,us

Vocatio specialis omnibus jam communis.

Multi , qui in pace differebant baptismam , instante belli , periculo baptizati .

Omnia in Deo æterna & immutabilia .

CAPUT XXXIII. & XXXIV. Ephef. 1.3.

Donum & opus gratiæ ab æterno decretum .

41  
42

Electio salvandorum facta ab æterno .

2.Tim. 1.8.

43  
44

36 Idem Vat. omittit ergo .  
37 MSS. Jol. & Vat. 1. *sub immensa misericordia ejus atque iustitia , ommissis vocibus omnipotentis Dei .*  
38 Al. cum Vat. 1. & 3. *didicere* . De hoc loco confer observ. in Dissert. 2. Quæsn. num. 11.  
39 Tres nostri codd. Vatt. & Jol. *justificatione* . Mox in Vatt. 3. *redierunt* .

40 Edit. Prosp. *provenuum* .  
41 Quæsn. *que ibi ejusdem* . Ex MSS. & edit. Prosp. *correximus* .  
42 Quæsn. in marg. *conderetur* .  
43 Verba *in Christo Jesu* desunt in Vat. 1.  
44 Quæsn. *Sed qui hæc se ingeniose* . Ceteras editiones , quibus omnes codices suffragantur , secuti sumus , licet alii alio vocum ordine urantur .

CAPUT  
XXXIV.  
& XXXV.  
Omnia si-  
mul Deus  
intuatur.

247 DE VOCAT. OMN. GENTIUM LIB. II. 248  
eius astare ea quæ gerenda sunt, quam illa  
quæ aut geruntur, aut gesta sunt. Quod  
cum verissimum sit, non indiget mora cer-  
nendi & discernendi illa virtus quæ perpe-  
tuo veroque contuitu creata & creanda, orta  
& oritura, acta & agenda simul aspicit;  
& quicquid in universitate rerum per sæcu-  
la præfinita evolvitur, ac multimodis va-  
rietatibus explicatur, id totum in eo jam  
ordine comprehendit quem ex ipsius summo  
illo perfectoque iudicio mundi huius finis ac-  
cipiet. Hæc autem æterna & semper tran-  
quilla cognitio, nulla nos urget necessitate  
peccandi, nec inde manat iniquitas, unde  
iustitia. Quia, cum bonus Deus omnia bo-  
na fecerit, 45 & mali nulla sit omnino na-  
tura, a liberis voluntatibus, quas utique bo-  
num fuit liberis fieri, spontanea est orta  
transgressio: & natura mutabilis, cuius in-  
columitas ab incommutabili pendebat essen-  
tia, a summo se bono, 46 dum propriis  
delectatur, abruptit, cui nunc ruinæ mede-  
tur gratia Dei.

C A P U T XXXV.

*Gratia datur electis, non ut otientur, vel a  
nullo hoste impetantur; sed ut bene ope-  
rentur, & hostem vincant.*

**E**T propterea Jesus Christus venit in hunc  
mundum, ut solvat opera diaboli: quæ  
utique sic solvuntur, ut in destructione eo-  
rum etiam ab iis quibus succurritur, labo-  
retur: quoniam & hoc a salvante donatur.  
Ideo beatus Apostolus: *Non solum autem,  
inquit, sed & gloriamur in tribulationibus:  
scientes quod tribulatio patientiam operatur,  
patientia autem probationem, probatio autem  
spem, spes autem non confundit: quia cari-  
tas Dei diffusa est in cordibus nostris per  
Spiritus Sanctum, qui datus est nobis.* Item  
Tom. II.

1. Joan. 3. 8.  
Coopera-  
rio ipsa,  
donum Dei.  
Rom. 5. 3.

que idem ad Ephesios: *Gratia, inquit, sal-  
vati estis per fidem, & hoc non ex vobis,  
Dei enim donum est, non ex operibus, ne  
quis gloriatur. Ipse enim sumus figmentum,  
creati in Christo in operibus bonis, quæ præ-  
paravit Deus, ut in illis ambulemus.* Deus  
ergo 47 his, quos elegit sine meritis, dat  
unde ornentur & meritis. Et frustra dicitur,  
quod ratio operandi non sit electis, 48  
cum etiam ad hoc ut operentur, electi  
sint. Virtutum quippe munera otiosa esse non  
possunt: quoniam, sicut Veritas ait, *omni ha-  
benti dabitur; non habenti autem etiam quod  
habet auferetur ab eo.* Non igitur ad hoc datur  
continentia, ut concupiscentiis non repugnet:  
nec ideo cuiquam tribuitur sapientia & intel-  
lectus, ut non die ac nocte 49 in Domini  
lege meditetur. Quid agit donum dilectio-  
nis, si benevolentia sollicitudo non vigilat?  
Quis fructus est patientia, si non habet for-  
titudine quod toleret? Aut quomodo in Chri-  
sto pie vivere 50 ostenditur, qui nulla per-  
secutione pulsatur? Vel pax, quæ est a Deo  
& cum Deo, numquid bene quietata est, si  
non discordat a mundo? Aut amor Dei po-  
test sine diaboli inimicitia obtineri? Nemi-  
nem prorsus Dei gratia intentabilem facit.  
Neque ob hoc cælestium armorum præsidio  
a dextris & sinistris instruitur christiana mi-  
litia, ut nullo cum hoste confligat: cum  
laudabilius sit atque felicius pugnantem non  
potuisse vinci, quam desiderium non potuisse  
tentari.

CAPUT  
XXXV.  
Ephes. 2. 8.

47  
48  
Matr. 23.  
29.  
Psal. 1. 2.  
49  
50  
2. Tim. 3.  
1. 2.

S C A-

45 Cod. Jol. & mala.  
46 Quesn. in marg. Al. dum proprio perverse  
delectatur. Novissima Prosperi editio hanc lectio-  
nem secuta est; ubi tamen notatur in MS. Jol.  
deesse vocem perverse. Mox cuius nunc legitur  
in Var. 1.  
47 Vocem his a Quesn. omissam, ex cunctis edi-  
tis & MSS. supplevimus.  
48 Ira legendum esse (non vero, ut antea  
legebatur, ad hoc operentur ut electi sint) per-  
suadet & tota huius libri doctrina, & MS.  
Cod. Thuan. Cui MS. Codici, qui solus adfue-  
rat in priori editione, accedunt modo quatuor  
Vaticani, quos amicime consuluerunt, ac post-  
modum recensitos reperi ab erudito viro Jose-  
pho Antelmio in Dissertatione III. SS. Patrum  
Leonis Magni & Prosperi Aquitani, pag. 144.  
Codicum istorum 1. annorum fere quadringento-  
rum numerat 262. Alter num. 559. est paullo  
verustior. Tertius annorum circiter 800. est 558.  
Quartus denique nongentos habet annos. Ipsa  
contextus ac sermonis series ita legendum esse  
evinçit. Objectio enim, cui verbis istis satisfacit,  
facit, ex eorata est quod ante docuerat in hæc  
verba: *De plenitudine membrorum corporis  
Christi præscientia Dei, quæ falli non potest,  
nihil perdit, & nullo detrimento minui potest  
summa præcognita atque in Christo ante sæcu-*

„ la æterna præelecta. cap. 33. Si hæc, inquit,  
„ ita se habent, ratio operandi non est electis.  
„ Immo, regerit ille, maxima ratio operandi  
„ cum non tantum ad hoc ut salventur, sed et-  
„ iam ad hoc ut operentur, electi sint. Concinit  
„ plane beato Apostolo ad Ephes. 2. 10. *Creati  
„ in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præpara-  
„ vit Deus ut in illis ambulemus: & cap. 1. 4.  
„ Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut  
„ essemus sancti.* Inde hausit S. Augustinus quod  
„ passim docet, quod *prædestinatio est præpara-  
„ tio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur,  
„ quicumque liberantur: quod prædestinatio est  
„ gratiæ præparatio: quod Deus prædestinavit  
„ quos voluit & ad opera bona, & ad præmia  
„ sempiterna.* Porro, ut subjicit auctor noster,  
„ *virtutum munera otiosa esse non possunt.* Hæc  
Quesnellus. Duo codices Vaticani ex Antelmio  
allegati, qui habent ut in textu, sunt nostri Vatt.  
1. & 3. Eamdem lectionem præfert MS. Jol. te-  
ste novissimo S. Prosperi editore. Solus Vat. 2.  
Ambrosio inscriptus, qui cum antiquioribus edi-  
tis etiam in plerisque erratis concordat, lectio-  
nem mendosam, ut in iisdem editis, exhibet.  
49 Cod. Jol. in Dei lege.  
50 Idem MS. creditur; & paullo post discedas  
pro discordat.

## CAPUT XXXVI.

*Electio non tollit orandi studium, sed ejus effectus per orationem & bonæ opera complectur.*

**O**rationum vero sollicitudinem divinæ electionis proposito non resolvi, uno testimonio evidenter probabo, ut cetera studio brevitate omittam. In libro igitur Tobie ad filium ejus Tobiam Raphael Angelus dicit: *Memor esto mandatorum patris tui, quoniam præcepit tibi accipere 51 debere uxorem de genere patris tui. Et nunc audime, frater, noli computare dæmonium illud, sed postula eam. Et scito quoniam dabitur tibi hac nocte uxor: & cum intraveris in cubiculum, tolle de jecore piscis illius, & impone super carbones, & odor 52 manabit, & odorabitur illud dæmonium, & fugiet, & non apparebit circa illam omnino in perpetuum. Et cum cæperis velle esse cum illa, surgite primum ambo, & deprecamini Dominum cæli, ut detur vobis misericordia & sanitas. Et 53 noli timere: tibi enim destinata est ante sæcula, & tu eam sanabis. Quamvis ergo quod statuit Deus, nulla possit ratione non fieri, studia tamen non tolluntur orandi, nec per electionis propositum liberi arbitrii devotio relaxatur; cum implendæ voluntatis Dei ita sit præordinatus effectus, ut per laborem operum, per instantiam suppli-*

*cationum, per exercitia virtutum fiant incrementa meritorum; & qui bona gesserint, non solum secundum propositum Dei, sed etiam secundum sua merita coronentur. Ob hoc enim in remotissimo ab humana cognitione secreto præfinitio hujus electionis abscondita est.*

## CAPUT XXXVII.

*De nullo ante finem vitæ hujus pronuntiarî potest, quod in electorum gloria sit futurus: & nullius lapsi est desperanda reparatio.*

**E**T de nullo ante ipsius finem pronuntiarî potest, quod in electorum gloria sit futurus, ut perseverantem humilitatem utilis metus servet; & qui stat, videat ne cadat; & si forte aliqua victus tentatione corruerit, non absorbeatur tristitia, nec de ejus miseratione diffidat, qui allevat omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Dum enim in hoc corpore vivitur, nullus est negligenda correctio, nullus est desperanda reparatio. Oret itaque sancta Ecclesia, & pro iis qui crediderunt, gratias agens, proficientem eis perseverantiam petat: pro iis autem qui extra fidem sunt, poscat ut credant. Nec ideo ab obsecrationibus cesset, si pro aliquibus exaudita non fuerit. Deus enim qui omnes vult ad agnitionem veritatis venire, non potest quemquam sine justitia refutare.

Tob. 6. 16.

51

52

53

Prædestinatio nec libertatem tollit, nec studium orandi.

CAPUT XXXVI.

&amp; XXXVII.

54

1. Cor. 10.

12.

Psal. 1. 144.

14.

Proficiens

perseverantia.

1. Tim. 2. 4.

IN-

51 Vocem *debere* ex tribus nostris MSS. adjecimus. Paulo post Vatt. 1. & 3. scio quia proficito quoniam; & introievis pro intravevis.

52 Ita omnes codd. MSS. & editi excepto Quæsn.

apud quem manebit, forte typographorum errore.

53 Sic melius ex MSS. Vatt. 1. & 3. Al. nolite.

54 Cod. Vat. 1. sed etiam suo merito.

I N C I P I U N T  
P R Æ T E R I T O R U M  
S E D I S A P O S T O L I C Æ  
E P I S C O P O R U M  
A U C T O R I T A T E S

2 D E G R A T I A D E I ,

*Quas a SANCTO LEONE Romanæ Ecclesiæ tunc Diacono  
collectas \* Quesnellus credidit.*

TITULI SENTENTIARUM

ex Dionysio Exiguo.

- I. Quod Adam omnes homines laeserit, nec quemquam nisi Christi gratia posse salvari.
- II. Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione ejus, qui solus est bonus.
- III. Quod nisi gratia Dei continua juvemur, insidias diaboli devitare non possumus.
- IV. Quod per Christum libero bene utamur arbitrio.
- V. Quod omnia Sanctorum merita dona sint Dei.
- VI. Quod omnis sancta cogitatio & motus pie voluntatis ex Deo sit.
- VII. Quod gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adjuvet ne committantur, & præstet ut lex impleatur, non, sicut ait Pelagius, facile, quasi sine gratia Dei difficiliter possit impleri.
- VIII. Quod, præter statuta Sedis apostolicæ, omnes orationes Ecclesiæ Christi gratiam resonent, qua genus reparatur humanum, (addit Isidorus) & ab æterna damnatione reducitur.
- IX. Quod gratiam Dei etiam baptizandorum restetur instituta purgatio, cum exorcismis & exsufflationibus spiritus ab eis expelluntur immundi.

Tom. II.

X. Quod profundiores quæstiones nec contemendæ sint, nec penitus asserenda.

P R Æ F A T I O .

Quia nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis hæreticorum sensibus, seu pravitate, sive imperitia demorantes, piissimis disputatoribus obviare præsumunt; & cum PELAGIUM atque CÆLESTIUM anathematizare non dubitent, Magistris tamen nostris, tamquam necessariam modum exceßerint, obloquuntur, eaque tantummodo sequi & probare profitentur, quæ sacratissima beati Apostoli Petri Sedes contra inimicos gratiæ Dei per ministerium Præsulum suorum sanxit & docuit: necessarium fuit diligenter inquirere, quid Rectores Romanæ Ecclesiæ de hæresi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, judicarent, & contra nocentissimos liberi arbitrii defensores quid de gratia Dei sentiendum esse censuerint; ita ut etiam Africanorum Conciliorum quædam sententias jungeremus, quas utique suas fecerunt apostolici Antistites, cum probarunt. Ut ergo plenius qui in aliquo dubitant, instruantur, constitutiones Sanctorum Patrum compendio manifestemus indiculo, quo, si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum

S 2 num

<sup>1</sup> Hæ Auctoritates a Dionysio Exiguo editæ, subjunctæ fuerunt epistolæ Cælestini Papæ ad Venerium, Maximum, & ceteros Galliarum Episcopos; ac ex eo in collectiones Hadrianeam, Hispanicam, & Isidorianam transferunt. Hinc unicus fons est Dionysius. Verbum *Incipiunt*, quo hæc lucubratio a Cælestini litteris distincta designatur, existat tantum in MSS. collectionum Dionysii & Hadriani: expunctum autem invenitur a collectione Hispanica, ex qua Isidorus sumpsit. In veteribus editionibus Conciliorum totus hic titulus omissus fuit.

<sup>2</sup> Quesnellus cum Sirmondo, *De gratia & libero voluntatis arbitrio*. MSS. vero codices &

hic & in generali titulorum indice habent tantum: *De gratia Dei*. Solum in calce hujus opusculi legitur: *Explicunt præteritorum Sedis Apostolicæ Episcoporum auctoritates de gratia Dei & libero arbitrio*. Sed titulum in fronte præmissum (ut optime animadvertit P. Coustantius tom. I. Epist. Rom. pag. 1188. not. f.) sinceriosem esse, fidem facit ipse, qui has auctoritates collegit. Hanc enim operam ideo a se susceptam testatur, ut contra nocentissimos liberi arbitrii defensores, quid de gratia Dei (nec addit & de libero arbitrio) sentiendum esse censuerint Romanæ Ecclesiæ rectores, innotesceret.

\* Vide ejus Differt. 3. & nostras in eam Observationes.

num connexionem ex hac subditarum auctoritatum brevitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis credat, & dicat:

I. Quod Adam omnes homines leserit, nec quemquam, nisi Christi gratia, posse salvari.

IN prævaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse confurgere, nisi eum gratia Dei miserentis erexerit; pronuntiante beatæ memoriæ Papa INNOCENTIO, atque dicente in epistola ad Carthaginense Concilium: 3 Liberum enim arbitrium olim ille perpeffus, dum suis inconsultius utitur bonis, cadens in prævaricationis profunda, demersus est, & nihil, quemadmodum exinde 4 surgere posset, invenit; suæque in æternum libertate deceptus, hujus ruinæ jacuisset oppressus, nisi eum postea Christi 5 pro sua gratia relevasset adventus, qui per novæ regenerationis purificationem, omne præteritum vitium sui baptismatis lavacro purgavit.

II. Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione ejus qui solus est bonus.

IN ead. Epistola cap. 2. in fin. Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet, qui solus est bonus: quod in eisdem scriptis ejusdem Pontificis sententia protestatur dicens: 6 Numquid nos de eorum posthac retum mentibus æstimemus, qui sibi se putant debere quod boni sunt; nec illum considerant cujus quotidie gratiam consequuntur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt?

III. Quod nisi gratia Dei continua juvemur, insidias diaboli devitare non possumus.

Neminem, etiam baptismatis gratia renovatum, idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad evincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adjutorium Dei perseverantiam bonæ conversationis acceperit. Quod ejusdem Antistitis in iisdem paginis doctrina confirmat dicens: Nam quamvis hominem redemisset a præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quem-

admodum posset illum & post ista corrigere, multa servavit quotidiana præstans illi remedia, quibus nisi freti confisque nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Neceffe est enim ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur.

IV. Quod per Christum libero bene utamur arbitrio,

QUOD nemo nisi per Christum libero bene utatur arbitrio, idem Magister in epistola ad Milevitanum Concilium data prædicat, dicens: Adverte tandem, o pravissimarum mentium perversa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis ejus utitur, in prævaricationem præsumptione conciderit; nec ex hac potuerit erui, nisi ei providentia regenerationis statum pristina libertatis Christi Domini reformasset adventus.

V. Quod omnia Sanctorum merita dona sint Dei.

QUOD omnia studia, & omnia opera ac merita Sanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda sint: quia nemo aliunde ei placeat, nisi ex eo quod ipse donaverit. In quam nos sententiam dirigit beatæ recordationis Papæ ZOSIMI regularis auctoritas, cum scribens ad totius orbis Episcopos ait: Nos autem instinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde nascuntur) ad fratrum, & Coepiscoporum nostrorum conscientiam universa retulimus. Hunc autem sermonem sincerissimæ veritatis luce radiantem tanto Afri Episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eundem virum scriberent: Illud vero quod in literis, quas in universas provincias curasti esse mittendas, posuisti dicens: Nos tamen instinctu Dei, &c. sic accepimus dictum, ut illos, qui contra Dei adjutorium 7 extollunt humani arbitrii libertatem, districto gladio veritatis, velut cursim transiens amputares. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod universa in nostræ humilitatis conscientiam retulisti, & tamen instinctu Dei factum esse fideliter sapienterque vidisti, veraciter fidenterque dixisti? Ideo utique, quia præparatur voluntas a Domino, & ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangat 8 corda filiorum, Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt: ut nec

3 Quesnellus hanc lectionem, quæ est omnium MSS. tum hic, tum in epistola Innocentii, rejecit in marginem, & substituit non solum hic, verum etiam in eadem epistola Codici canonum inserta: Libero enim arbitrio olim ille perversus. Si quid vero, inquit laudatus Constantius, mihi de meo mutare liceret, mallet: Libero enim arbitrio ... permiffus. Vox olim apud Merlinum & in MSS. desideratur.

4 Idem Quesn. resurgere. Nostræ lectioni MSS. codices, Innocentius, & Prosper contra Collatorem c. 5. n. 15. suffragantur. Mox Quesn. subja-

cuisse oppressus renitentibus MSS. nisi quod in quibusdam est latuisset.

5 Ita codd. & apud Innocentium, Augustinum, & Prosperum. Quesn. cum editis ante Constantium per suam gratiam.

6 Editi Nam quid. Emendavit Constantius ex puro Dionysiano MS. Regio, cui ipsa Innocentii epistola consentit.

7 Cod. Regius puri Dionysii extendunt.

8 Vulg. corda fidelium. MSS. cum Justello & Constantio, sicut etiam apud Prosperum contra Collatorem c. 5. n. 17. corda filiorum.



nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humana singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium.

VI. Quod omnis sancta cogitatio, & motus pia voluntatis ex Deo sit.

Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operetur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit: quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hanc enim nos professionem idem Doctor instituit, qui cum ad totius orbis Episcopos de divinæ gratiæ opitulatione loqueretur: Quod ergo, ait, tempus intervenit, quo ejus non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, causis, cogitationibus, motibus, adjutor, & protector orandus est. Superbum est enim ut quicquam sibi humana natura præsumat, clamante Apostolo: Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed contra principes & potestates aeris hujus, contra spiritalia nequitæ in cælestibus. Et sicut ipse iterum dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, Et iterum: Gratia Dei supra id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus illis omnibus laboravi. Non ego autem, sed gratia Dei mecum.

VII. Quod gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adjuvet ne committantur, & præstet ut lex impleatur, non, sicut ait Pelagius, facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.

Illud etiam, quod intra Carthaginensis Synodi decreta constitutum est, 9 quasi proprium apostolicæ Sedis amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum est, ut quicumque dixerit gratiam Dei, qua justificamur per Jesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, ut non committantur, anathema sit. Et iterum quarto capitulo: Ut quisquis dixerit, gratiam Dei per Jesum Christum propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, & quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod fa-

ciendum cognovimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicitur Apostolus: Scientia inflat, caritas vero ædificat: valde impium est, ut credamus ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Christi, & ad eam quæ ædificat, non habere; cum sit utrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut ædificante caritate, scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est: Qui docet hominem scientiam: ita etiam scriptum est: Caritas ex Deo est. Item quinto capitulo: Ut quisquis dixerit, ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius possumus implere per gratiam; tamquam, etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possumus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit: de fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait: Sine me difficilius potestis facere; sed ait: Sine me nihil potestis facere.

VIII. Quod præter statuta Sedis apostolicæ, omnes orationes Ecclesiæ Christi gratiam resonant, qua genus reparatur humanum.

Præter 10 has autem beatissimæ & apostolicæ Sedis inviolabiles sanctiones, quibus nos piissimi patres, pestiferæ novitatis elatione dejecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium studiorum, & in eis usque in finem perseverantiam ad Christi gratiam referre docuerunt; obsecrationum quoque sacerdotium sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradita, in toto mundo atque in omni catholica Ecclesia uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium præsules mandata sibimet legatione fungantur, apud divinam clementiam humani generis agunt causam, & tota secum Ecclesia congeminante postulant & precantur, ut infidelibus donetur fides, ut idololatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, ut Judæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut hæretici catholicæ fidei perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum reditivæ caritatis accipiant, ut lapsis poenitentia remedia conferantur, ut denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis cælestis misericordiae aula referatur. Hæc autem non perfunctorie, neque inaniter a Domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus: quandoquidem ex omni errorum genere plurimos

Publicæ preces sexta hebdomadæ sanctæ fieri solitæ, per totum orbem ex traditione apostolica. Coloss. 1. 13. Rom. 9.22.

9 Ex his verbis P. Constantius colligit, totam hanc pericopen ad præcedentem Zosimi epistolam pertinere, & non collectoris harum sententiarum, sed ipsius Pontificis verba esse, quibus sequentes canones probavit, ac litteris inseruit. Id autem non omnino certum nobis videtur. Ut enim præremittamus, haud esse credibile, collectorem, qui in ceteris auctoritatibus, quas recitat, aliqua suis verbis præmittit, hoc uno in capitulo nihil proprium inseruisse: hæc verba, quasi proprium Apostolicæ Sedis amplectimur, eo

sensu ab ipso scribi potuerunt, ut innueret, quod in præfatione se demonstraturum receperat, Apostolicam Sedem tamquam suos recepisse Africanos canones, cum eos probavit. Prosper quidem in Chronico Carthaginensis Concilii decreta ad Zosimum missa, & ab eodem probata testatur: ea vero epistolæ pontificiæ fuisse etiam inserta non indicat.

10 Voces has autem a Quæsn. omissas ex Constantio adjecimus.

mos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum Filii caritatis suæ, & ex vasis iræ faciat vasa misericordiæ: quod adeo totum divini operis esse sentitur, ut hæc efficienti Deo gratiarum semper actio, laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referatur.

IX. *Quod gratiam Dei etiam baptizandorum testetur instituta purgatio, cum exorcismis & exsufflationibus spiritus ab eis expelluntur immundi.*

**I**llud etiam quod circa baptizandos in universo mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso contempler intui- tu: cum sive parvuli, sive juvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis & exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur: ut tunc vere appareat, quomodo princeps mundi hujus mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vasa ejus diripiantur, in possessionem translata victoris, qui captivam ducit captivitatem, & dat dona hominibus.

His ergo ecclesiasticis regulis, & ex divina sumtis auctoritate documentis, ita adjuvante Domino **II** confirmati sumus, ut omnium bonorum affectuum atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profiteamur auctorem, & non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita præveniri, per quem fit, ut aliquid

Joan. 12. 31.  
Mat. 12. 29.  
Marc. 3. 27.  
Ps. 67. 19.  
Ephes. 4. 8.

Gratia Dei  
præveniens  
omnia me-  
rita nostra,  
non aufert  
libertatem.

boni & velle incipiamus & facere. Quo utique auxilio & munere Dei **12** non aufer- tur liberum arbitrium, sed liberatur; ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente sit providum. Tanta est enim erga omnes homines bonitas Dei, ut nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius **13** dona; & pro his quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. Agit quippe in nobis, ut quod vult, & velimus, & agamus, nec otiosa esse in nobis patitur, quæ exercenda, non negligenda donavit, ut & nos cooperatores simus gratiæ Dei, ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum sollicitate recurramus, qui sanat omnes languores nostros, & redimit de interitu vitam nostram: & cui quotidie dicimus: *Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo.*

Ipsum bonum velle Deus in cordibus nostris operatur, ipsumque insuper operari. Ps. 102. 3. Mar. 6. 13.

X. *Quod profundiores quæstiones nec contem-  
nenda sint, nec penitus asserenda.*

**14** **P**rofundiores vero, difficilioresque partes **15** incurrentium quæstionum, quæ latius pertractarunt qui hæreticis resisterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus astruere: quia ad confitendam gratiam Dei, cujus operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quicquid secundum prædictas regulas apostolicæ Sedis nos scripta docuerunt: ut profus non opinemur catholice, quod apparuerit præfixis sententiis esse contrarium.

IN-

**11** Quidam editi conformari; alii confortari. Præclare correxit Constantius ex MS. Regio Dionysii.

**12** Vide S. Fulgent. l. de incarn. & de grat. Chr. c. 20. *Qua gratia humanum non auferitur, sed sanatur, non adimitur, sed corrigitur, non removetur, sed illuminatur, non evacuatur, sed adjuvatur atque servatur arbitrium.* Idem Quæsn.

**13** Aug. in Ps. 144. *Merita tua nusquam ja-  
des, quia & ipsa tua merita illius dona sunt.*

**14** Lib. de Gest. Pel. c. 14. *Redditur quidem meritis tuis corona sua (o Beate Paulte) sed Dei dona sunt merita tua.* Ep. 105. ad Spiritum. *Cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua.* Quæsn.

**15** De profundioribus istis incurrentium quæstionum partibus, vide quæ dicuntur in calce Disser-  
sert. 3. Quæsnelli, & quæ in fine nostrarum Obser-  
vationum ad eandem Dissertationem addemus.

**15** Alias occurrentium.

INCERTI AUCTORIS  
EPISTOLA  
AD SACRAM VIRGINEM DEMETRIADEM,  
S E U  
DE HUMILITATE  
TRACTATUS,

*Quem LEONI MAGNO Quesnellus \* attribuit.*

ARGUMENTUM.

Magnis laudibus veram humilitatem commendat, adversamque illi superbiam suis depingit coloribus: tum devotam Christo Virginem hortatur, ut elationem caveat, seque sinceræ humilitatis præsidio munit.

CAPUT PRIMUM.

2 PRÆFATIO.

*Quanta fœvit Demetriadis nobilitas  
& virtus.*



UM splendidissimæ sanctimoniam tuam sublime propositum super humilitatis fundamenta consistere pie & sapienter intelligis, in hoc usque, o sacra Virgo Demetriadis, dignationem tuam dignitatis inclinas, ut pro-

vectiones tuas etiam meo stilo exigas adjuvari. Quod ego, ad tenuitatem facultatis meæ respiciens, omnibus modis recusarem, neque tam maturo & erudito animo cohortatiunculas meas adhibere præsumerem, ni-

si fiduciam efficiendi id quod jubetur, a iubente conciperem, & tuis meritis atque orationibus considerem esse præstandum, ut *oriatur in deserto aqua: & fiant in sicca terra flumina.* Unde collaborandum tibi mecum est, ut qui *sapientiam præstat parvulis, & linguas mutorum facit disertas*, jubeat de cordis mei ariditate profluere, quod sitis tua digne possit haurire. Quæ ergo materia stilo dabitur: & unde loquendi tecum caussa fumetur? Si laudes tuas scribere aggrediar, & majorum seriem, quæ per te multum illustratur, evolvam; onerosum me forte & impudentem videri posse arbitror, qui vel humanæ tibi gloriæ tentationem adulando ingeram, vel tuis ac tuorum prædicationibus ingenium meum par esse præsumam. Si vero de commendando virginitatis bono disseram, superflua erit ejus nunc propositi insinuatio, quod tu a primo ætatis tuæ flore

*Psal. 106. 33.  
Psal. 104. 41.  
Isaie 43. 19.  
Sap. 10. 21.*

re

1 Nullus hætenus codex usui fuit, cum quo hæc epistola relegeretur. Omnes enim editiones e prima transcriptæ fuerunt; unde nihil emendari potuit. Nos quatuor Vaticana exemplaria MSS. invenimus, signata num. 262. 268. 281. & 284. Duo priora potissimum contulimus, ac ex iisdem plura loca corrigemus.

2 In vetustis Ambrosii editionibus hic titulus præfigitur: *Ambrosius Episcopus sacre virginis Demetriadi.* In editione autem Lovanienſi an. 1565. *Prosper Episcopus sacre virginis Demetriadi:* ex qua inscriptione Prosperum Aquitanum fuisse Episcopum nonnulli putarunt. Sed hæc inscriptio ex arbitrio solius editoris Lovanienſis profecta est. Cum enim is nullum hujus epistolæ codicem habuerit, eamque transcripserit ex Ambrosii editione; ex sola præsumptione quod hujus au-

ctor esse non posset Ambrosius, Prospero illam ex aliquot conjectationibus attribuit; ac eandem transcribens ex Ambrosii vulgatis, in inscriptione Ambrosii nomen, retentis ceteris ac etiam voce *Episcopi*, proprio Marte mutavit in *Prosperum*. In quatuor autem memoratis codicibus Vaticanis nulla ejusmodi inscriptio legitur. In duobus Vat. 268. & 281. hæc epistola subjicitur libris *de Vocatione omnium gentium* Ambrosio adscriptis; ac sine ullo auctoris nomine ipsa describitur cum titulo: *Incipit de vera humilitate ad sacram virginem Demetriadem.* In Vat. 262. post eosdem libros *de Vocatione* Prospero attributos, interpositis aliquot paginis albis, sine ullo titulo invenitur. In solo cod. Vat. 284. hæc inscriptio præfertur: *Ambrosii ad Demetriadem virginem.* Vid. plura in Observ. ad Dissert. 4. Quesnelli.

\* Confer Dissert. 4. Quesnelli, & in eam nostras Observaciones.

Sanctitatis virginalis fundamentum humilitas.

3 re 3 sine humanis cohortationibus elegisti :  
 4 & de quo inter ipsa principia multi, 4 qui  
 tunc in Ecclesia præminebant, merito non  
 filuerunt. Valde enim mirabile erat, & inter  
 præcipua divinæ gratiæ exempla numerandum,  
 5 quod virgo Anicia, super omne fastigium 5  
 Trabeatæ nobilitatis evecta, de cujus fecunditate  
 avis atque atavis responsura posteritas & familia  
 votis expectabatur & patriæ, converso repente  
 animo, desiderio cælestium nuptiarum declinasti  
 mortale conjugium, & ut omnem profapiam  
 tuam etiam hujus virtutis titulo consecraret,  
 6 6 prima stirpis tuæ perpetuam te virginem  
 Filio virginis spondesti. Illam ergo ætatem  
 tuam & illa principia rationabiliter doctissimi  
 viri suis adhortationibus incitarunt: & licet  
 plantationi suæ summus agricola valida ad  
 profectum tuum incrementa præberet, cooperatores  
 tamen gratiæ Dei opportune piam adhibere  
 culturam, ut germen tenerum fortitudinis robur  
 acciperet, & dignos generositate sua fructus  
 propositi tui arbor afferret. Nostris autem  
 paginis quid erit loci? Et post ornatissima  
 scripta excellentium magistrorum, quid utilitatis  
 in eo, quem indicere dignata es, sermone  
 reperies, nisi forte, quia & illorum doctrinis,  
 & tuis studiis ad sublimiores gradus virtutum  
 consuetudo proficit, 7 cavendæ te elationis  
 admoneam, & humilitatis tibi sinceritatem  
 fida suggestionem commendem; ut in omnibus  
 actionibus in quibus tibi es bene conscia,  
 numquam audeas esse secura.

## C A P U T II.

*Veras virtutes a falsis esse discernendas.*

8 DE hoc igitur congruentissimo 8 tibi &  
 saluberrimo bono, quod Dominus donaverit  
 differamus; ut inspectioni nostræ non tantum  
 visibilia ejus, sed etiam occulta referentur.  
 Est enim multiplex virtutis istius qualitas,  
 & licet in exterioribus quoque pulchra sit,  
 in intimis tamen suis multo est speciosior,  
 multoque luculentior: ubi nihil obscurum,  
 nihil turbidum, nihil est inquietum: quia  
*pax multa diligentibus legem Dei, & non est  
 illis scandalum.* Accessuri autem ad beatæ  
 humilitatis intuitum,

*Psal. 118.  
 265.*

3 Demetriadem hortante Augustino, nuptiis contemptis, quæ ipsi paratæ erant, virginitatis propositum suscepisse, discimus ex ejusdem Doctoris epist. 143. nunc 188. ad Julianam, quam Auctor, cum verba textui inserta scripsit, non legerat.

4 „ Vide Aug. epist. 143. nunc 188. ad Julianam & Demetriadis matrem, & 179. nunc 150. ad Probam & Julianam. Item Hieronymi epist. 8. & Innocentii Papæ I. epist. 14. Vide etiam quam Pelagius hæresiarcha ad hanc ipsam virginem scripsit epistolam, cui Auctor hanc videtur opposuisse pro antidoto. “ Quæsn.

5 Duo nostri codd. Vatt. quos contulimus, habent mendose *trahent beatæ nobilitatis*; uti etiam in editionibus legebatur ante emendationem Quæsn.

omnem illam abjectionem, quæ ignavos & inconstantes animos deprimit, repellamus: nec generale nomen ita nos a iudicio discretionis excludat, ut omnes quoquomodo humiles putemus esse laudabiles. Imitatur quidem plerumque necessitas voluntatem, & ab imagine modestiæ parum differt forma segnitæ. Sed aliud est quod gravat, aliud quod exercet; nec in eundem finem venit labor indeclinabilis miseriæ, & expetitæ fortitudo patientiæ. Unum est paupertatis vocabulum, sed non una mens pauperum: quia non idem est gaudere bene expensis divitiis, quod aut gemere de non acquisitis, aut dolere de perditis. Timoris etiam quo Deus metuitur, nulla est in appellatione distinctio: sed aliud est timere, quia peccaveris, aliud timere ne pecces: & ibi est formido de supplicio, hic sollicitudo de præmio. Ob hoc enim de illo servili metu dicitur, quia *perfecta caritas foras mittit timorem*; de hoc vero liberali: *Timor Domini 9 sanctus, manens in sæculum sæculi*. Remora itaque illa speciei humilitatis, quæ tota sine fructu est, voluntarios tantum pendamus affectus; qui etiam in gradibus meritorum inveniuntur impares, non sunt tamen ab ipsa virtute discordes.

Non omnis humilitas laudabilis.

Imitatur necessitas voluntatem.

Timor duplex: servilis, & liberalis.

1. Joan. 4. 18.

Psal. 18. 10.

## C A P U T III.

*Primum humilitatis bonum, dilectionem & concordiam inter homines servare.*

PRIMA ergo humilitatis ratio in communis vitæ versatur officiis, quibus & divina clementia conciliatur, & societas humana connectitur. Multum enim ad roborandum dilectionem valet, cum secundum doctrinam apostolicam, *invicem se homines honore præveniunt*, & alteri alterum superiorem existimantes, amant servire subjecti, & nesciunt tumere prælati: cum & pauper divitem non sibi dubitat anteferre, & dives pauperem sibi gaudet æquare: cum & sublimis non superbiunt de claritate profapiæ, & pauperes non extolluntur de communione naturæ: cum denique non plus tribuitur magnis opibus, quam bonis moribus; nec major ducitur phalerata iniquorum potentia, quam rectorum inhonora justitia. Ab hoc æquo & modesto jure concordiæ, in quo

Rom. 12. 10. Humilitatis officia.

nellianam, quæ postremo editori S. Prosperi placuit. Quænellus autem hanc notationem adjecit. *Trabea insigne erat Consulium, Augurum, & Regum: de quo vide Bayssium de re vestiaria c. 11. apud quem & antiquiores laudatos invenies.*

6 Editi cum Vat. 262. *primam stirpis tue perpetuam virginem*. Correctionem suppeditavit alter vetustior codex Vat. 268.

7 Sic melius ex eodem MS. Vat. Vulgati cum alio cod. Vat. *cavendam*.

8 Addidimus tibi ex MSS. & ex editionibus Prosperi.

9 Vocem *sanctus*, quæ est etiam in psalmo, adjecimus ex utrisque MSS. Vatt. In recentiori 262. pro *manens* legitur *permanens*.

CAP. III.  
& IV.10  
Fortitudo  
humilitatis  
quæ.

Matth. 5. 40.

quo nullum 10 est de gradu superiore certamen, nec felicitas aut inflat propria, aut urit aliena, pulchre & mirabiliter a plerisque proficitur ad illam humilitatis fortitudinem, quæ & se extra omnem constituit dignitatem, & mavult apta esse injuriis accipiendis, quam idonea repellendis; ut impleatur quod ait Dominus: *Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicumque te angariaverit mille passus: vade cum illo & alia duo.* 11 Illudque quod Apostolus docet dicens: *Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?* Tales enim multum ad imitationem ipsius Domini nostri & Salvatoris accedunt: qui cum dives esset, pauper factus est: & cum malediceretur, non maledicebat: & percutienti se non comminabatur: & quoniam dixerat: *Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui vos oderunt:* ut hujusmodi benevolentiam confirmaret exemplo, ipse pro iis a quibus crucifigebatur, orabat.

1. Cor. 6. 7.

11

2. Cor. 8. 9.

1. Pet. 2. 23.

Matth. 5.

44.

## C A P U T IV.

*Verum humilem, gloriam & opes  
seculi fastidire.*

QUI ergo fideliter & scienter intelligunt quo opere salvati, & quo pretio sint redempti, nolunt de mundi hujus sapientibus, nolunt esse de fortibus: quoniam, sicut ait Apostolus, *quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: ut non gloriatur omnis caro in conspectu ejus:* id est, ut nemo se placere Deo per mundi sapientiam putet, quæ tota carnalis est, & a vera sapientia cum omni sua vanitate destruitur: *Dominus enim novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.* Cum itaque discipuli veritatis humanam gloriam fugiunt, & a temporalium amore desciscunt, ut quæ Dei sunt sapiant, non quæ hominum, proficiunt sensibus, non deficiunt: neque vigorem cordis amittunt, sed excellentissimæ intelligentiæ lumen acci-

Tom. II.

1. Cor. 1. 27.

Nemo Deo  
placet per  
mundi sa-  
pientiam.  
Ps. 93. 11.

10 Verbum est supplevimus ex iisdem codd.

11 Editi *Illud* sine conjunctione enclitica *que*. Hanc autem maxime necessariam nostri codices suggererunt.12 Hæc nostrorum codicum lectio melior, quam vulgata *electius*.13 „ P. Nannius vult legendum esse *abeunt*. “ Quesn.14 Editi habebant *patientie*. Quesnellus *sapientie* ex ingenio reposuit, ea ratione ductus, quia voci *patientie* sensus reluctatur, ut in adnotationiuncula professus est: & hanc lectionem postremus editor Prosperi suscepit. Sed veram lectionem *potentie*, quæ antecedentibus maxime congruit, nostri codices suppeditarunt.15 „ Prius ita lectum est: *ad vitam æternam*, *angusta & ardua mittitur*: in hujus ultimæ vocis locum substituendum esse *emittitur* ante nospiunt; viventes quidem in hoc mundo, sed omnes mundi strepitus relinquentes, ut *redimant tempus, quia dies mali sunt*. Quo autem pretio quies hujus temporis aptius comparatur, quam ut ipsi mundo omnes divitiæ, omnes dignitates & universarum cupiditatum materiæ refundantur, & sancto beatoque commercio ematur christiana libertas, fiantque filii Dei de paupertate divites, de patientia fortes, de humilitate sublimes? Non enim, ut dilectores hujus sæculi putant, pravi cordis aut segnitis animi terrenas opes spernere, honores occiduos fastidire, nec ibi gloriam quærere, ubi *laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur*. Unde si vere intelligatur, contemptus iste rerum præsentium ad quæ tendat, & qualia concupiscat; nihil hujusmodi mentibus rectius, nihil invenietur 12 erectius, quæ sacratissimis desideriis universa transcendunt, neque ad ullam creaturam quamvis potentem atque mirabilem, sed ad ipsum omnium visibilium & invisibilium 13 ambiunt creatorem: cui appropinquare, clarescere est; quem timere, gaudere est; cui servire, regnare est.
CAP. IV.  
& V.Ephes. 5.  
16.  
Quo pretio  
christiana  
libertas  
emenda.

Ps. 9. 23.

12

13

## C A P U T V.

*Non solos pauperes, sed etiam divites humilitate christiana ornari posse.*

SED hæc virtus, quæ temporalis copiarum & 14 potentiarum negligens ad vitam æternam 15 angusta via & ardua enititur, non debet voluntarios pauperes in consortium christianæ humilitatis admittere; eos autem a societate boni hujus excludere, qui ampla prædia, magnifica patrimonia, & multas in hoc sæculo possident facultates: cum in populo Dei multi semper qui divitiis bene uterentur extiterint, nec ullo modo vel dici, vel cogitari liceat, quod Abraham, & Isaac, & Jacob, quorum se esse Deum Dominus protestatus est, ideo vera humilitate caruerint, quia pauperes non fuerunt. Aut quod vir sacratissimus Melchisedech, Domini & Salvatoris nostri præferens formam, non fuerit perfecte humilis, quia & sacerdotio eminebat & regno. Vel quod beato Job,

T de

Exod. 3. 6.

Hebr. 7. 3.

„ conjecit nonnullus. Petrus Nannius Alcmari-  
„ nus in scholiis ad S. Ambrosium Basilæ an. 1551.  
„ primum editis, putat in hunc modum posse cor-  
„ rigi, *per angusta & ardua mittit*: optime id qui-  
„ dem, si pro *mittit* posuisset *enititur*. Similis lo-  
„ quendi modus in serm. 2. de jej. Pent. c. 1. Nam  
„ *quia angusta & ardua declinantes*, &c. qui est  
„ Matth. 7. v. 14. *Quam angusta porta & ardua*  
„ *via est, quæ ducit ad vitam*: quem Leo noster  
„ ita semper repræsentat: *Angusta & ardua via*  
„ *quæ ducit ad vitam*, ut serm. 5. de Nativ. Dom.  
„ c. 1. septimo de Quadrag. c. 1. &c. ex quo &  
„ nonnulla probatio elicitur, qua hanc ipsam epi-  
„ stolam S. Leoni vindicetur. “ Hæc Quesnellus.  
„ Hinc autem edidit: *ad vitam æternam per an-  
„ gusta & ardua enititur*. Sed huic arbitrariæ emen-  
„ dationi lectionem nostrorum MSS. Vatt. textui in-  
„ sertam prætulimus.

CAP. V. de quo Deus pronuntiat, dicens: *Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, & timens Deum, & recedens a malo? ideo virtus ista defuerit, quia erant (sicut scriptum est) in possessione ejus septem millia ovium, & tria millia camelorum, quingenta quoque juga boum, & quingenta asina, ac familia multa nimis: eratque vir ille magnus inter omnes Orientales. 16 Qui si tunc istius gratiæ particeps factus est, quando omnibus facultatibus perditus, universa quoque familia filiisque privatus, & percussus vulnere pessimo a planta pedis usque ad verticem capitis, testa saniem radebat, sedens in stercore; 17 ad imaginem elationis tentationisque postmodum revocatus est, quando corporis incolumitate renovata, septem rursus filiorum triumque filiarum factus est pater, & duplo in universam substantiam est ditatus augmento. Absit autem ab animis fidelium tam irreligiosa persuasio, ut cuiquam Sanctorum, quibus Deus & divitias est largitus & honores, ad capiendum veræ humilitatis meritum credatur 18 vel opulentia obfuisse, vel dignitas; cum eis ad hujus virtutis proventum utraque profuerint. Quamvis enim tota vita hominis tentatio sit super terram, & tam abundantia, quam inopia, materia soleat esse peccati, cum vel dives extollitur ad superbiam, vel pauper profilit ad querelam; exstiterunt tamen in omni tempore, & in nostrâ quoque ætate non desunt, sicut & boni pauperes, ita & boni divites. Nec frustra beatus Apostolus Paulus Timotheum admonet, dicens: *Divitibus hujus sæculi præcipe non superbe sapere, nec sperare in incerto divitiarum, sed in Deo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum; bene agere, divites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum: ut apprehendant veram vitam.* Quod utique fieri in universa Ecclesia, quæ per totum mundum est diffusa, non dubium est; & pauperes Christi non eorum tantum facultatibus sustineri, qui ut expeditiores Dominum sequerentur, simul se omnibus suis opibus exuerunt; sed eadem operi etiam illorum substantias deservire, qui possessionibus suis non aliter, quam rebus pauperum præsent, 19 & ecclesiasticæ utilitati sub quadam procuratore famulantur, elaborantes singuli pro suarum virium portione, ut ad victum atque vestitum familiæ Dei necessaria conferantur, & simul prospicientes ut in domibus ipsorum sub justo sanctoque moderamine omnes & benignitas foveat, & disciplina contineat: 1. Tim. 5. 8. dicente Apostolo: *Si quis autem suorum, &**

maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior.

CAP. VI. & VII.

### CAPUT VI.

*Omnes sanctos Ecclesiæ filios aliis rebus dispares, sola humilitate pares effici.*

CUM itaque Ecclesia Dei, quæ est corpus Christi, ita sit multimoda varietate contexta, ut in unum decorem etiam quæ non sunt paria, concurrant: & de omni genere hominum, de omni gradu officiorum, de omni mensura operum, de omni qualitate virtutum fiat totius ædificationis inseparabilis connexio & indifferens pulchritudo, nec desit soliditati, quod non defuerit portioni; tantaque ibi sit pax, tantaque concordia, ut non possit esse nisi omnium, quod est etiam singulorum: indubitanter apparet, copulatricem quamdam esse virtutem, qua sibi confederatur & concinit multiplex sanctorum unitas, & speciosa diversitas. Hæc autem virtus, vera humilitas est; quæ inter quoslibet meritum gradus numquam sui potest esse dissimilis. Nam & in officiorum vicissitudine, & in mansuetudinis lenitate, & in voluntariæ paupertatis electione, invenitur multa distantia, & alter altero in proposito sui devotione aut major aut minor est; in vera autem humilitate nihil divisum, nihilque non solidum est: & ideo, omnes participes suos unum facit, quia inæqualitatem ipsa non recipit,

Structura Ecclesiæ qui fit.

Humilitas virtus copulatrix.

### CAPUT VII.

*Veram humilitatem in perfecta & integra gratiæ confessione consistere.*

HUJUS igitur boni proprietatem in confessione est gratiæ Dei, quæ tota repellitur, nisi tota suscipitur. Sicut enim alienus est a numero fidelium & a sorte Sanctorum, qui in aliquo a catholica veritate dissentit; ita extra gratiam efficitur, qui aliquid de ejus plenitudine diffidet; quasi homo auxilio Dei in quadam actionum suarum parte egeat, in quadam autem parte non egeat, sitque ullum tempus, ullumve momentum, quo perniciosum illi esse non possit, si ab eo Spiritus Sanctus defuerit: qui utique secundum veræ Deitatis essentiam ubique totus est, & omnia comprehendit; sed ab illis modo quodam intelligitur recedere, quos destiterit gubernare. Cessatio quippe auxilii ejus pro absentia accipitur, quam sibi insanissime utilem putat, qui in iis quæ recte gesserit, se magis quam Deum

Gratia tota repellitur, nisi tota suscipitur.

Semper Dei auxilio egemus.

16 Editi: *Quasi tunc*: & post nonnulla Quænellus ante voces ad imaginem elationis addidit aut, quod in editis deerat. Utroque autem modo lectio corrupta, de qua novissimus Prosperi editor nonnihil conjecit; sed codicibus destitutus, Quænellus lectionem secutus est. Nostri codices veram lectionem præbuerunt.

17 Ob corruptam lectionem *Quasi* Quænellus

addidit aut, ut antecedenti adnotatione monuimus. Vera autem lectio inducta nostrorum MSS. præsidio, hoc additamento opus non est. Mox tentationisque ex iisdem MSS. addidimus.

18 Quæso. & opulentia. Correximus ex editis Prosperi nostrisque codicibus.

19 Ita ex MSS. Vatic. Editi: *ut ecclesiasticæ utilitati .... famulentur.*

CAP. VII.  
& VIII.

Deum gaudet operatum. Plene ergo & veraciter confitenda est gratia Dei, de cuius hoc primum munere est, ut auxilium ipsius sentiat. Propter quod dicit Apostolus:

Primum gratiæ munus est, nihil sibi boni, sed Deo tribuere.

1. Cor. 2. 12.  
20  
1. Cor. 1. 39.

Rom. 1. 21. *Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis.* Unde si quis est qui aliqua se habere existimat bona, quorum non Deus largitor sit, sed ipse sibi auctor existat; manifestum est hunc non Dei spiritum habere, sed mundi, & de illa sæcularis sapientiæ tumere doctrina, de qua dicit Dominus: *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?* Secundum quam, sicut ait Apostolus, quidam *cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor insipiens eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Videtne qualis superbis retributio debeat, & quali mercede replantur, qui si quo modo ad cognitionem veritatis accesserint, suæ hoc sapientiæ tribuunt, & de naturali ingenio gloriantur; tanquam Deum, non Dei munere, sed proprii intellectus facultate cognoverint? Omnia quidem elementa mundi, & universæ creaturarum naturæ, hoc ipsa sui exigunt specie, ut *invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciantur: & in pulchritudine cæli & terræ quædam sunt* paginæ, ad omnium oculos semper patentes, & auctorem suum nunquam tacentes, quarum protestatio doctrinam imitatur magistrorum, & eloquia scripturarum. Sed quicquid illud est, quo corporeorum sensuum exteriora pulsantur, in agro cordis cui impenditur ista cultura, nec radicem potest figere, nec germen emittere, nisi ille summus & verus agricola potentiam sui operis adhibuerit, & ad vitalem profectum ea quæ sunt plantata, perduxerit. Sive enim contemplatio creaturarum, sive sacrorum series voluminum, sive scientia dissentium, sincero & assiduo testimonio prædicet veritatem, *neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.*

Deus nisi Dei munere non cognoscitur.  
Rom. 1. 20.

21

Exteriora auxilia indigent gratia.

1. Cor. 3. 7.

## C A P U T VIII.

*Superborum ruinam omnium esse gravissimam.*

**I**Nter omnes igitur lapsus hominum, inter omnia commissæ peccantium, nulla est gravior quam superborum ruina; maxime cum ipsa elatio in Dei tendit injuriam. Nam aliter insulantur, qui cupiditate extolentiæ singularis omnibus appetunt antefere-

Tom. II.

20 Sic nostri codd. Vulg. *sint.*21 Unus cod. Vat. *sint.*22 Forte *sublimitate.*23 Sic Quesnellus cum editione Parisiensi S. Ambrosii an. 1569. sicut & in novissima editione Prosperi. Al. *in libertate:* & ita nostri codices.

ri; aliter vero intumescunt, qui Dei auxilium resutantes, quæ fieri sine ipsius opere non possunt, ex sua perfici virtute contendunt, & spem suam a Domino auferunt, atque ad se transferunt: ut adimpleatur in eis quod scriptum est: *Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmat carnem brachii sui, & a Domino discedit cor ejus.* Hæc

superbia a diabolo sumit exordium: qui quoniam sua, quam a creatore acceperat, potentia & dignitate sibi placuit, seque auctoris sui gloriæ comparavit, cum iis angelis quos in consensum impietatis suæ traxerat, a cælesti humilitate dejectus est. Et ideo primis hominibus nocere potuit, quia illis male credulis per mendacia venenata persuasit, ut meliores se futuros putarent, si in libertatem sui arbitrii profilerent, quam si in legis datæ custodia permanerent.

## C A P U T IX.

*Superbiam, qua quis suorum sibi vult auctor esse bonorum, omnis esse peccati initium.*

**S**Ive itaque in lapsu diaboli, sive in prævaricatione hominis, initium peccati superbia est: quæ congruenter & avaritia nominatur, quia utraque appellatio eum significat appetitum, qui & suam mensuram concupiscat excedere, & non dignetur dives esse, nisi propriis: tamquam habeat hoc simile Deo, ut bonorum suorum ipse sibi fons, ipse sibi sit copia. Hæc autem elatio de perverso usu donorum Dei nascitur. Nam si conditor naturarum nulla pulchra, nulla sublimia naturis rationabilibus contulisset: unde se extollerent non haberent. Nemo enim de iis quæ non accepit superbit, nec inflari quisquam de eo potest, quod a participatione ejus alienum est. Numquam gloriatur de sobrietate temulentus, neque de benevolentia invidus, aut de lenitate sævus, vel de castitate extollitur impudicus. Ipsa se a virtutibus vitia secernunt; & cum in peccatis agitur, non insita per naturam, sed ex mala voluntate concepta ut propria diliguntur: quia, sicut scriptum est, *mendax de proprio loquitur.* Cum autem in bonis & rectis actibus laudabilis vita ducitur, Dei est quod geritur, Dei est quod amatur. *Omne enim datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum.* Unde quia inter vitia aut nulla est, aut rara jactantia, & facile spernitur qui de opprobrio gloriatur, malum superbiæ maxime virtutibus est cavendum: quia nullis opportunius insidiatur, quam quibus laus iusta debetur.

T 2

C A-

24 Editio Prosp. *sit fons.*25 Vulg. corrupte: *Non enim.* Nostri codd. emendationem præbuere.26 Sic Quesn. probe correxit, cum in editis & nostris etiam MSS. mendose legatur & *propria.*

moibus hominibus velle præferri, Deo nolle subijci.  
Jer. 17. 5.

Superbiæ exordium a diabolo.

22

23

Cur superbia avaritia nominatur.

Perversa Dei imitatio.

24

25

26

Joan. 8.

44. Dei est quidquid boni in homine.

Jac. 1. 17. Superbia virtutibus insidiatur.

Duplex superbiæ genus: o-

## CAPUT X.

*Ex bonis operibus superbiam & Pelagianam  
hæresim esse natam: nec non & Pe-  
lagianorum reliquias.*

Boni qui-  
que mali-  
gnius ten-  
tantur,

**C**UM ergo per ineffabilem misericordiam Dei captivis libertas, perditis salus, mortuis vita reparatur; cum in sacramento crucis & resurrectionis Christi, ad novitatem redit vetustas, & ad innocentiam regeneratur impietas; antiquus hostis malignus fremit, & acrius inardescit: & cum innumeris nocendi artibus humanum genus nitatur evertere, ferens discordias, incitans iras, acuens cupiditates, suadens turpia, falsa commentans, & errorum laqueos per opinionum commenta multiplicans, plus uritur de virtute stantium, quam lætetur de fragilitate labentium. Multi enim fervientes Deo, & in lege ejus die ac nocte meditantes, *crucifixerunt carnem suam cum desideriis & concupiscentiis*, omniumque illecebrarum incentiva domuerunt; non damnis victi, non persecutionibus fracti, non prosperitatibus depravati, mundum istum nec dilexere obsequentem, nec timere terrentem. Tantam itaque firmitatem, & tam sublime propositum qua impugnatione diabolus possit adoriri, nisi ut quibus non poterat persuadere vitiorum amorem, immitteret laudis cupiditatem: 27 & inde novissima instrueretur tentatio, unde nocuit, prima deceptio? Non itaque desidiis & tepidis, neque inertibus & incultis, sed magis quibusdam animis sedulis, & bonorum actuum probitate luculentis, per gloriam irrepfit humanam: & quos impulsione non movit, elatione dejecit. Quanto enim clariores erant meritis, tanto eos aptiores suis invenit insidiis. In paradiso namque Ecclesiæ constitutos, & virtutum deliciis abundantes, ad confidentiam liberi incitavit arbitrii, ut profectus suos in se constituerent, & ad arborem propriæ voluntatis manum præsumptionis extenderent. Restiterunt quidem huic impietati recta 28 innumerabilium corda sanctorum, & non solum docti quique Pontifices, verum etiam universales Ecclesiæ plebes, Apostolicæ Sedis 29 exemplo, insaniam novi dogmatis horruerunt. Sed invenerunt 30 quidam viperina consilia, quibus doctrinæ lææ virus infunderent, & quorum linguam per dolos falsæ rationis armarent. Hinc illa erat naturæ humanæ fraudulenta laudatio, & illæxæ per omnes homines originalis defensio dignitatis: hinc

27  
Optimis  
quibusque  
insidiari  
tentatio-  
nem.

Confiden-  
tia liberi  
arbitrii,  
tentatio  
perfecto-  
rum.

28

29

30

Pelagii  
dogmata,

27 Ita nostri codd. & editi Prosperi. Quesn. *ut inde.*

28 Antiquæ edit. Prosp. *innumerabilia*. Emendationem Quesn. nostri codices approbant.

29 Carpit hunc locum Quesnellus Dissert. 4. c. 6. n. 5. ac si Auctor Romanæ Sedis gloriam elaturus, eidem tribuat, quod Africanis Prosperaferit. Sed quo sensu, & quam vere Auctor scripserit, ex ipsomet Prospero demonstrabimus in

CAP. X.  
& XI.

Adæ peccatum exemplo posteris asserbatur nocuisse, non transitu: & quam illi possibile fuerat non violare mandatum, tam liberum esse unicuique declinare delictum: hinc evacuatio baptismatis parvulorum, qui sola adoptione donari, nullo 31 autem reatu dicerentur absolvi: hinc postremo divinæ gratiæ simulata & insincera confessio, quæ secundum merita daretur, non ex qua merita nascerentur. Quam 32 partem superbæ prædicationis quidam sibi, cum cetera abnuerent, servaverunt. Sed hoc eos aut nimis imperite, aut valde nequiter fecisse non dubium est; ut omnium hominum generalem ruinam, meritorum privilegio sublevarent: & cum inter nostros originalis peccati vulnera faterentur, inter suos tamen hoc tenere ostenderent, quod primorum hominum prævaricatio solis imitatoribus obfuisse; naturalem autem facultatem nihil sui in alieno amisisse peccato, cui & possibile esset & liberum per voluntariam devotionem promereri gratiæ largitatem.

31

32

## CAPUT XI.

*Omnes in peccato natos, a salute alienos esse, nisi in Christo renascantur.*

**V**ERUM istam damnati dogmatis portionem catholicæ mentes facile intelligunt, & merito detestantur. Dicente enim Domino Jesu: *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus: non enim veni vocare justos, sed peccatores*: convincuntur isti in superbia etiam sine voce clamare: Sani sumus, opus medico non habemus: quæ nobis expectanda sunt præsidia de ope gratiæ, quibus suppetunt vires de incolumitate naturæ? Non autem frustra Joannes protestatur, & dicit: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Nec frustra scriptum est: *Nemo mundus a sorde, nec infans cuius unius diei vita est super terram*: & *juxta 70. Quis poterit facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?* Propter quod, sicut nunc in Ecclesia manet constituto Salvatoris dicentis: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum cælorum*: ita sacratissime erat in lege præcautum, ut natus puer, nisi die circumcideretur octavo, exterminaretur anima ejus de populo suo, nullum in hereditate Israel habitura consortium. Quæ omnia, & multo plura documenta, non tanta cura sacris paginis Spiritus Sanctus inseruisset, si talis esset natura in filiis Adam, qualis in ipso est principaliter instituta. Sed

Luc. 5. 31.

Job 14. 4.

juxta 70.

Ibi juxta

vulg.

Joan. 3. 5.

Gen. 17.

14.

Observ. ad citatam Dissertationem num. 8. & seqq.

30 Ita cum Quesn. nostri codd. In postrema edit. Prosperi quosdam.

31 Sic iidem MSS. libri. Editi tamen.

32 His postillam Quesnellus affixit: *Pelagianorum reliquiæ Semipelagiani*; ac si ad Semipelagianos sequentia pertineant. Sed hæc spectare ad quosdam occultos Pelagianos ostendemus pluribus in Observ. ad Dissert. 2. n. 4.



CAP. XI. Sed quia Filius Dei venit, ut solveret opera diaboli, & ut quæreret ac salvaret quod perierat: manifestum est omnes in Adam damnationi obnoxios esse nascendo, nisi in Christo liberati fuerint renascendo. Unde vigilantè nobis considerandum est in ipso regenerationis munere quid geratur. Quamvis enim ad unum concurrant omnes ejusdem mysterii portiones; aliud tamen est quod visibiliter agitur, aliud quod invisibiliter celebratur: nec idem est in sacramento forma, quod virtus; cum forma 33 humani ministerii adhibeatur obsequio, virtus autem per divini operis præstetur effectum: ad cuius utique potentiam referendum est, quod dum homo exterior abluitur, mutatur interior: & fit nova creatura de veteri, vasa iræ in vasa misericordiæ transferuntur, & in corpus Christi convertitur caro peccati: de impiis iusti, de captivis liberi, de filiis hominum fiunt filii Dei, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis; sed ex Deo nati sunt. Quod quia indubitanter accepimus, verissimum est quod Apostolus docet, dicens: *Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ii filii sunt Dei.* Unde videant cuius se haberi filios velint, qui definierint, omnes homines voluntate propria regi, cum idem Apostolus protestetur, & dicat: *Qui spiritum Christi non habet, hic non est ejus.*

## C A P U T XII.

*In solo Deo esse gloriandum, a quo omnis virtus, gloria, & sapientia est.*

Refutata igitur superborum impia vanitate, quibus in peccatum etiam illa, quæ in eis videntur laudanda, vertuntur, nos illam humilitatem, 34 cui virtus & gloria Deus est, eligamus; scientes Prophetam David cecinisse de Sanctis: *Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in tua justitia exaltabuntur: quoniam gloria virtutis eorum tu es.* Qui & alibi piissime confitetur Dominum in Sanctis suis esse laudandum, dicens: *Mirabilis Deus in Sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi sue.* 35 Huic etiam Jeremias concordat, & dicit: *Hæc dicit Dominus: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur dives in divitiis suis; sed in hoc gloriatur qui gloriatur, intelligere & scire quia ego sum Dominus.* Ipse vero intellectus & scientia unde habeantur, pandunt Proverbia Salomonis, & dicunt: *Quoniam*

*Dominus dat sapientiam, & a facie ejus scientia & intellectus.* 36 Et in Ecclesiaste libro ipsius legimus, quod & corda & opera justorum in manu Dei sint: & tantum in studiis suis proficiant, quantum eos ille provexerit. *Quantumcumque, inquit, laboraverit homo ut quærat, non inveniet. Et quodcumque 37 dixerit sapiens ut sciat, non potest invenire: quia universum hoc vidit cor meum, quia iusti & sapientes, & operationes eorum in manu Dei.* Tale est quod Apostolus prædicat, dicens omne verbum bonum & omne opus sanctum 38 donum esse Spiritus Sancti, sine quo nihil recte agatur. Ideo, inquit, *notum vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto.* Divisiones vero sunt gratiarum, idem autem Spiritus; & divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus; & divisiones operationum sunt, idem vero Deus; qui operatur omnia in omnibus. *Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eundem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu: 39 alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.*

## C A P U T XIII.

*Sine Christi operantis in nobis auxilio nihil boni nos agere; nec ita auferrî liberum arbitrium, sed juvari.*

Sunt & alia innumerabilia testimonia, quæ ex paginis & novi & veteris testamenti, quadam conclamatione confirmant, hanc esse veræ humilitatis excellentissimam dignitatem, ut omnia quæ hominem faciunt christianum, ad divinæ gratiæ donum referantur. Sed tantam multitudinem sententiarum in unum congerere, immodicum fuit; præsertim cum mihi sermo esset ad Sanctimoniam tuam, cui ex formula eorum quæ commemoravimus, omnia se aut recordanti offerent, aut legenti, licet quædam, etiam brevissima, tantæ sint plenitudinis, tantæque virtutis, ut nullo adversantis ingenio possint in sensum alium detorqueri. Nam quæ contradictio admitti potest in eo quod ipsa Veritas discipulis suis per Evangelium Joannis dixisse narratur: *Sicut palmes, inquit, non potest facere fructum, nisi manserit in vite; sic nec vos, nisi*

33 Editi cum uno nostro cod. Vat. addunt *cum*. Melius delevimus auctoritate alterius MS.

34 Ita Quesn. & novissimus editor Prosperi. Vulg. anteriores cum recentiori MS. Vat. *cui virtus & gloria Dei est*. Alius cod. Vat. *cui virtus est gloria Dei*.

35 Editi *hinc etiam*. Nostorum codicum lectio melior.

36 Vulg. *Unde in Ecclesiaste libro, vel in Ecclesiaste*. Nostros codd. Vatt. prætulimus.

37 Iidem codd. *dilexerit*.

38 Cum in anterioribus editis haberetur *donum est*, Quesnellus omissa voce *donum*, ex est scriptum esse. Nostri codd. veram integramque lectionem dedere.

39 Sic iidem MSS. libri Vatt. Editi *aberi*.

Baptismi  
virtus &  
forma.

33

Joan. 1. 13.

Rom. 8. 14.

Rom. 8. 9.

34

Psal. 88. 17.

Psal. 67.  
36.

35

Jerem. 9.  
23.

Prov. 2. 6.

CAP. XII.  
& XIII.  
36

Ecc. 8. 17.

37

Ecc. 9. 1.  
Dei est  
opus omne  
sanctum.

1. Cor. 12.

38

39

Joan. 15. 4.

CAP. XIII.  
& XIV.

nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum: quia sine me nihil potestis facere. Nonne vincitur palmes elatus, quod omni fertilitate vacuatur, si vitis ubertate non alitur? Quis enim sine auxilio gratiæ fructum potest afferre justitiæ? aut quis audet dicere se a Christo non dividi, qui Christum in se diffidetur operari? An forte verendum est, ne liberum tollere videamur arbitrium, cum omnia per quæ propitiatur Deus, ad ipsum dicimus esse referenda? Quod nequaquam esse consequens, 40 luce veritatis ostenditur: operante enim Spiritu Dei juvatur arbitrium, non aufertur: & hoc agit gratia, ut voluntas peccato corrupta, vanitatibus ebria, seductionibus circumseptâ, difficultatibus impedita, non remaneat in languoribus suis, sed per opem misericordis medici curata revalescat, & gaudeat se non interrogantem edoctam, & non quærentem esse quæsitam: quia impletur quotidie quod Isaias Propheta prædixit: *Isa. 52. 15. Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt; & qui non audierunt, intelligent.* Quomodo autem hoc fiat, Joannes Apostolus docet, dicens: *Scimus quia ex Deo sumus; & mundus totus in maligno positus est: & scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus.* Quod utique nunc 41 quoque eadem potentia Dominus indefinenter operatur, qui ait: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.*

A Christo dividi qui Christum in se non fateretur operari.

40

*Isa. 52. 15.**1. Joan. 5. 19.*

41

*Matth. 28. 20.*

## C A P U T XIV.

In nullo gratiæ operationem ab humana voluntate præveniri.

*Rom. 9. 15.*

UT ergo misericordiam Dei quæramus, Dei misericordia est, qui ait: *Misererebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericordiam præstitero.* Unde mire per Jeremiam idem Dominus manifestat, quod Dei gratiam nemo præveniat merito suo, sed propter dilectionem qua Deus diligit, etiam aversos ad misericordiam trahi. *Dilectione, inquit, æterna dilexi te: propterea traxi te ad miserationem: quia ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel.* Cui sententiæ Joannes quoque Apostolus congruit, dicens: *Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos: & infra: Nos ergo diligamus: quoniam Deus prior dilexit nos.* Paullus quoque Apostolus in eadem est sententia, dicens in epist. ad Timoth. 2. *Collabora Evangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberavit, & vocavit vocatione 42 sancta: non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ*

*Jerem. 31. 3.**1. Joan. 4. 10.**Ibid. 19.**2. Tim. 2. 8.*

42

CAP. XIV.  
& XV.

Tit. 3. 3.

data est nobis ante tempora æterna. Ad Titum etiam scribens, docet, nullo bono hominis merito Dei gratiam præveniri. *Erasmus, inquit, & nos insipientes aliquando, increduli, errantes, servientes desiderii & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri, non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis Spiritus Sancti: quem effudit abunde in nos per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ. Omnis igitur illuminatarum mentium pius motus, alienari quidem non potest a propria hominis voluntate; siquidem nihil recte faciet, nisi quod volens egerit: sed ut ad id quod æquum & utile est, animi tendat intentio, de illius æternæ & incommutabilis voluntatis inspiratione concipitur. Et sicut arte medici fit in oculis caligantibus, ut possint videre quod non vident, nec tamen non ipsorum est visio, quam medicina contulerit; ita in cordibus tardis & hebetibus, per Spiritum Sanctum acies obducta tergitur, & de vero lumine tenebræ jam & deficientes lucernæ lumen accipiunt: nec tamen nisi ipsarum erit, quicquid fulgoris acceperint. Unde dicit Dominus: *Ignem veni mittere in terram; & quid volo nisi ut ardeat?* Et idem jubet ut lucernæ nostræ sint semper ardentes; ut scilicet superno igne accensus animus non tepescat, sed studeat semper ardere: ac si vigorem ejus aliqua turbarit adversitas, unde coepit inflammari, inde poscat igniri.*

Nostrum est, quod in nobis operatur Spiritus Sanctus.

*Luc. 12. 49.*

## C A P U T XV.

Ideo dari præceptum, ut præcipientis quærat auxilium, cui homo obediendo cooperetur.

PROinde quia manifestissime & prophetica, & evangelica, & apostolica doctrina, nec superbos nos vult esse, nec desides; cooperatores nos esse oportet gratiæ Dei, ut illam excitantem, juvantem, locupletantem, & quotidie provehentem, vigilantem & sobrie subsequamur, numquam cessantes ab actione gratiarum: quia inter secunda vitæ istius & adversa, quibus gemina semper tentatione pulsamur, si proficimus, inde alimur; si stamus, inde subsistimus; si recidimus, inde reparamur. Dicit enim Spiritus per Prophetam David: *A Domino gressus hominis dirigentur, & viam ejus volet. Cum ceciderit non collidetur: quia Dominus supponit manum suam. Non itaque frustra præcipitur ut boni simus, cum di-*

Nec superbi nec desides sint Christiani.

*Psal. 36. 23.**Ibid. 27.*

40 Erat in vulg. veritatis ostenditur sine vobula luce. Quenellus defectum suspicatus, notavit in postilla: *Videtur hic deesse voce, aut quid simile.* Unus e nostris codd. supplevit luce: alius

alia ratione, veritas ostendit.

41 Vox quoque addita ex vetustiore cod. Vat. 42 In eodem MS. posteriori manu voci sancta superadditur sua.

CAPUT  
XV.  
& XVI.  
*Ibid.* 27.  
*Jerem.* 32.  
40. & 41.  
*Rom.* 12.  
21.  
*2. Cor.* 13. 7.  
Datur præceptum, ut quæretur auxilium. Obedientia divinæ operationis effectus. 43

dicitur: *Declina a malo, & fac bonum.* Sed nec frustra per Jeremiam dicit Dominus: *Timorem meum dabo in cor eorum; & visitabo eos, ut bonos eos faciam.* Nec superflua erat præceptio Paulli Apostoli ad Romanos dicentis: *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum:* cum Corinthiis dicat: *Oramus autem ad Deum ut nihil mali faciatis.* In omnibus enim monitis Dei atque mandatis, una eademque ratio est & divinæ gratiæ, & humanæ obedientiæ: nec ob aliud umquam datur præceptum, nisi ut quæretur præcipientis auxilium. Voces enim docentium, & litteræ paginarum, quæ ad eruditionem audientium vel legentium Deo ferviunt, non carent ejus virtute cui serviunt: & quando id quod jubetur, 43 obedienter perficitur, tunc effectus divini operis declaratur.

## C A P U T XVI.

*Quantopere cavenda sit in bonis operibus elatio, quæ omnia corrumpit.*

**V**igilant autem tentatoris insidiæ, ut ubi proficit devotio, surrepat elatio; & ut homo de bono opere in se potius quam in Domino gloriatur. Sed sollicitudo nos Apostoli contra hoc periculum monet, dicens: *Cum timore & tremore vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle, & operari pro bona voluntate.* Quanto ergo excellentius in mandatis Dei quique proficiunt, tanto majores habent causas formidinis & tremoris: ne de ipsis probitatis augmentis mens sibi conscia, & laudis avida, in superbiæ rapiatur excessus, & fiat immunda vanitate, dum sibi videtur clara virtute. Sed contra hoc periculum quid beatus Petrus in prima epistola prædicet, audiamus. *Si quis, inquit, loquitur, tamquam sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute quam administrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum, cui est gloria & imperium in sæcula.* 44 Idem in epistola secunda: *Gratia, inquit, vobis adimpleatur in recognitione Domini nostri Jesu Christi, qui nunc omnia nobis divina virtute sua, quæ ad vitam & pietatem pertinent, donavit per agnitionem suam, qui vocavit nos propria gloriæ virtute: per quam maxima nobis & pretiosa promissa donavit: ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ, fugientes ejus, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.* Si ergo omnia quæ ad vitam & pietatem pertinent, Deus nobis divina sua virtute donavit; nihil magis fugiendum est quam appetitus hujus concupiscentiæ, quæ virtutem negat divini operis, amore propriæ dignita-

tis: & cum aliæ cupiditates ea tantum bona quibus adversantur, imminuant; hæc dum omnia ad se trahit, simul universa corrumpit. Cum itaque totius superbiæ generale nomen odiosum sit; sive illa de honore suo, seu de nobilitate, vel 43 de immodicis opibus intumescat: hæc pars ipsius omnibus tentationibus nocentior invenitur, quæ videtur iis quas perditas cupit, amica esse virtutibus. Sed quia sublimiora quæque gravius corruunt; gaudet princeps superbiæ, eos quos potuerit sua impulsione prosterne- re, ad celsiora crevisse,

## C A P U T XVII.

*Per humilitatem homo vere Deo subditur & unitur.*

**H**uic autem malo firmissimum bonum humilitatis occurrit. Quam ideo diximus veram, quia omnium virtutum inexpugnabilis fortitudo, & quædam suorum est vita membrorum. Discernimus enim illam ab iis officiis quæ potest etiam cum mundi sapientibus habere communia: & in eo proprietatem ipsius definimus, quod per omnia Deo subditur. Nec potest quicquam de meritis suis perdere, quorum causas atque profectus non in se, sed in suo auctore constituit. Dignum quippe est ut imago Dei Deo splendeat, & inde pulchra, inde sit comta, dicens: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine:* alioquin adultera est, & a divino aliena conjugio, si alterius cujusquam decorem in speculo sui cordis ostentat, aut ullis aliis monilibus acquiescit ornari, nisi illis quæ de thesauris sponfi per Sancti Spiritus pignus accepit.

## C A P U T XVIII.

*Demetriadi magis humilitate opus esse, propter & virginitatis puritatem, & familiaris splendorem.*

**S**i autem quælibet anima christiana hujus debet continentiæ soliditate muniri, quia omnes nuptiale sacramentum in quocumque vocationis suæ ordine susceperunt; quanto magis personæ tuæ dignitas præsidio hujus virtutis armanda est, cui de opulentissimis gratiæ Dei donis tam multiplex se ingerit materia gloriandi. Quamvis enim communis tibi sit cum multarum virginum puritate virginitas, non tamen facile reperitur, quæ possit tibi magnificentia domus & splendore antiquissimæ familiaris comparari. De quibus ut non superbias, nec tibi hoc ipsum, quod eis Christum præposueris, ascri-

CAPUT XVII. & XVIII. Nulla pars superbiæ nocentior, quam de operibus bonis elatio.

45

Alia humilitatis officia, alia ipsa humilitas.

*Psal.* 4. 7.

Multæ virgines.

Vera virginitas in humilitate.

43 Prætulimus obedienter auctoritate vetustioris cod. Vat. Al. ab obediente.

44 Quesn. Item in epistola. Novissima editio Prosp. Item idem in epistola. Cod. Vat. 262. Item

ipse in epistola. Vetustioris MS. lectionem adoptavimus.

45 Particulam de ex MSS. & ex edit. novissima Prosp. inferuimus.

CAPUT  
XVIII.  
& XIX.

46  
Nihil di-  
ligere nisi  
quod ex  
Deo est.

47

48

ascribas; 46 ipse est vera humilitas, vera caritas, vera virginitas. Ab omni quippe contaminatione mens libera est, quæ sive in se, sive in proximo nihil diligit, nisi quod 47 ex Deo esse non ambigit. Nam amare aliquid quod non ex opere & spiritu Dei sit, non est casta dilectio: & sufficit tentatori sublimes & claras animas hac illusione violasse, ut quas ad illicita non impulit, 48 placendi sibi ad elationem dejecerit.

## C A P U T XIX.

*Sine caritate, quæ non querit quæ sua sunt, nihil prodesse.*

DE hac caritate sine dubio Apostolus loquebatur, & istius proprietatem subtilissimis discretionibus eliquabat, dicens: *Si linguis hominum loquar & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut æsonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* In quarum definitionum formula multo laboraremus obscuro, nisi sequentia demonstrarent quæ esset species istius caritatis, cui soli tot operum labores, tot virtutum merita 49 non perirent. Esto enim ut multiplex loquendi peritia, quæ non solum ad omnem 50 humanæ facundiæ artem, sed etiam ad angelici eloquii pervenerit facultatem, si caritate careat, inutili æris sono & tinnitui sit comparabilis cymbalorum: esto ut habens prophetiam & scientiam, habens fidem dæmonibus imperantem, nihil sit, quia caritate sit vacuus; 51 verum ut etiam ille ab hac esse possit alienus, qui in alimoniam pauperum suas distribuerit facultates, vel qui corpus suum igne torrendum pro Christi confessione tradiderit, incredibile videretur, nisi beatus Paulus hoc diceret. Qui tamen cum ejusdem caritatis membra describeret, doceretque qualis esset hæc virtus, sine qua nullæ possint prodesse virtu-

tes: *Caritas, inquit, patiens est, benigna est: caritas non amulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, & reliqua.* CAP. XX. & XXI. 1. Cor. 13. 4.

## C A P U T XX.

*Vanam proprii meriti gloriam omni esse peccato nocentior.*

INflatio ergo & ambitio, & priorum bonorum superba defensio possunt destruere eleemosynas, possunt evacuare martyria; si & magnas opes amore quis humanæ laudis effundat, & sæva supplicia, non ea fortitudine quam Deus tribuit, sed ea quam de se præsumsit, excipiat. Hoc est enim propria fiducia inflari; hoc vanam gloriam quibuslibet ambire dispendiis; hoc postremo est, nolle habere quæ Dei sunt, & ibi suum constituere meritum, ubi divinum cessarit auxilium. Hæc superbia omni peccato nocentior, omni genere est elationis 52 infanior. A quibuslibet enim lapsibus delictorum facile surgitur, quando opem a reparatore suo poscit elisus. Huic autem ruinæ nihil subvenit: quia aut difficile peccatum suum superbus agnoscit, aut etiam si intellexerit, non currit ad medicum, sed de se sibi remedium pollicetur: nec umquam ibi proficit cura, ubi morbus est ipsa medicina.

## C A P U T XXI.

*Superbia virus sola humilitate & caritate, quæ se invicem complectuntur, excludi.*

HUNC autem corruptissimum pestilentiae istius flatum, spiritus veræ humilitatis, & veræ caritatis excludit: in nullo enim hæc virtutes ab invicem dividuntur, & ambarum tam indiscretæ connexio est, ut qui in una earum construitur, simul utraque potiatur. Sicut enim pars caritatis est humilitas, ita pars humilitatis est caritas. Et si illa recolamus, quæ sine bono caritatis infructuosa esse Apostolus definivit, inveniemus eadem similem habere 54 qualitatem, si eis humilitas vera defuerit.

46 Vulg. *ipsa*. Prætulimus lectionem MS. Vat. 268. quæ æquissima quidem videtur, & sequentibus etiam congruentior.

47 Ita ex eodem cod. Editi ex Deo esse novit. Alius cod. 262. pro *non ambigit* habet *novum didicit*; ubi forte *nutum* scribendum fuit.

48 Editi ante Quesn. *placendo sibi ad elationem*. Quesn. ex arbitrio emendavit *de elatione*. Utrique nostri codd. *placendi sibi*; sed unus ad *elationem*, alius *adulationem*, quod pro *ad elationem* errore librarii scriptum videtur. Id autem prætulimus.

49 Editi. Duac. & Colon. *Prosperi non prævent*.

50 Ita editi. *Prosperi. Al. humanam*.

51 Quesn. addidit vocem *verum*, quæ & in nostris MSS. & in editis deest. Eam nihilominus sensui fere necessariam cum novissimo Prosperi editore retinimus.

52 Forte *insanabilior*. Quesn. Post pauca unus

Vat. MS. cod. *opem reparatoris sui*: alius *opem reparatori suo*.

53 Quesn. *Hinc autem*; & dein cum ceteris editis *ipsius flatum*. Nostri codd. meliorem lectionem dedere.

54 Cum in editis esset *caritatem*, Quesnellus *vanitatem* substituit; & hanc novam subiecit: „ In omnibus codicibus excusis legitur, *caritatem*; quod quam a mente auctoris alienum sit, nemo non videt. Aliquis in margine hujus loci tomo 3. opusculorum de gratia, Lovanii an. 1648. editorum, scripsit *veritatem*: quod etsi sensum aliquem efficere queat, censeo tamen commodius aptiusque *vanitatem*, vel *inutilitatem*, aut aliam ejusdem energæ vocem substitui debere, ut ex contextus serie quisque intelliget. “ Hæc ille. Omnem autem difficultatem submoverunt nostri codd. qui *qualitatem* congruenter exhibent.

52

53

Pars hu-  
militatis  
caritas &  
vicissim.

54

rit. Quem enim fructum habebit, aut cum inflatione scientia, aut cum humana gloria fides, aut cum jaestantia largitas, aut cum elatione martyrium? Unde quia in 55 destructionem superbiam, & humilitas tendit, & caritas; de utraque habeatur dictum, quicquid de una est disputatum.

## CAPUT XXII.

*Nihil boni esse a nobis, quando nec ipsa recta oratio.*

56

**S**uperest nunc, sacratissima Dei virgo, ut sobrio castoque judicio sancti cordis tui 56 arcana discutias, & aculeo totius elationis obtrito, investiges in te atque dinumeres, quæ & qualia tibi sponfus tuus dona contulerit: quæ a me non oportuit recenserem, ne aut plura contexerem, aut pauciora percurrerem. Vereturiam enim tuæ onerosa foret etiam vera laudatio, & ipse contra disputationem meam facerem, si cui ab humana gloria continentiam suavissem, ad eandem te tuis præconiis incitarem. Ipsa ergo aulam tuæ mentis ingredi: & in secretario purissimæ conscientiam tuæ, qualia tibi reposita sint ornamenta circumspecte: & quicquid ibi splendendum, quicquid pulchrum pretiosumque repereris, divini operis & muneris esse ne dubites, ita ut in omnibus bonis opulentiam tuæ, & gratiam donatoris, & jus proprietatis agnoscas. Accepisti enim quæ habes, & quicquid tibi diligentia tui laboris accrevit, per ipsum tibi est auctum, per quem fuerat inchoatum. Itaque utendum tibi est 57 his quæ largitus est Deus: & ab eodem semper est petendum ut donis ejus

Humana etiam diligentia & cooperatio Dei munus est.

57

Usus gratia a gratia est.

Rom. 8. 26.

fideliter & scienter utaris. Quid enim nobis boni potest esse sine ipso; quandoquidem etiam ut recte oremus, ex ipso est, dicente Apostolo: *Nam quid oremus sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus, quoniam secundum Deum postulat pro sanctis.* Et ne dubium esset de quo spiritu loqueretur, jam supra dixerat: *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, Pater.* Itaque ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quoniam sumus filii Dei. *Si autem filii, & Tom. II.*

bid. 15.

55 Editi habebant in distinctione. Quæsn. emendandum putavit in distinctionem. Nostri codd. Vat. melius.

56 Editi arcam: male. Emendatum ex MSS. Vat.

57 Sic iidem codd. Al. eis.

58 Conjunctio & ex nostris MSS. addita.

59 Ita ex Vat. 268. Alius Vat. 262. ut non in solo. Dein ex eodem Vat. 268. non autem scripsimus, pro quo editi habebant cum alio Vat. sed etiam. Sub finem capituli Quæsnellus sic quasi ex nobis. Delevimus autem sic ope nostrorum codd. & edit. Prospero.

heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, ut 58 & conglorificemur.

CAPUT XXIII. & XXIV. 58

## CAPUT XXIII.

*Omnem rectum affectum, cogitatum, & sermonem nostrum esse a Deo.*

**I**mplet igitur Spiritus Sanctus organum suum: & tamquam fila chordarum tangit digitus Dei corda sanctorum. Qui ideo cum die Pentecostes in Apostolos plebemque credentium, sicut a Domino fuerat promissus, influeret, in specie linguarum apparuit ignearum, & loquelis omnium nationum eos, super quos infederat, fecit effari: ut dubium non esset, per ipsius inspirationem, utilem affectum, rationabilem sermonem animis fidelium ministrari; sicut ipse Dominus discipulis suis insinuavit, & dixit: *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquamini, sed Spiritus Patris, qui loquitur in vobis.* Quod 59 ne in solo magnarum tribulationum tempore credamus fieri, non autem in pace præstari; audiamus Apostolum definientem, quod ipsæ quoque cogitationes nostræ, nisi a Deo nobis insitæ fuerint, rectæ esse non possint. *Fiduciam, inquit, talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est.*

Matt. 10. 19.

59

2. Cor. 3. 4.

## CAPUT XXIV.

*Quicquid virtutis & caritatis sancti habent in hac vita, a Deo habent: quoniam & in celo quicquid habituri sunt, ab illo erit: ab eo portio, a quo erit plenitudo.*

**U**nde cum sanctorum animis ex Deo sit 60 utilis meditatio, justa petitio, efficacis actio; ex Deo sit in fide firmitas, in tribulatione patientia, in perfectione victoria: magna est in vera humilitate felicitas, cui Deus dilectio, Deus sapientia, Deus consilium, Deus fortitudo est. Nec dubie ista subjectio jam ex magna parte in illius futuræ beatitudinis est constituta consortio, ubi *Deus erit omnia in omnibus:*

60

V

quod

1. Cor. 15. 28.

60 „ In aliis omnibus hujus epistolæ editionibus pro utilis legebatur ut illis; quæ adeolevis immutatio cum vitiosa interpunctione totum sensum tam egregiæ sententiæ subvertibat. Etsi porro ex sola conjectura eam restitimus; nihilo tamen minus de emendatione securi sumus. Ne quis tamen surreptam sibi antiquam lectionem queratur, eam repræsentamus. Unde cum sanctorum animis ex Deo sit ut illis meditatio justa, petitio efficax, actio ex Deo sit, in fide firmitas, &c. Quæsn.

CAPUT  
XXIV.

quod ideo in hac vita ad plenum non potest obtineri, quia nondum mortale nostrum induit immortalitatem, nec corruptio transiit in incorruptionem: caro adhuc contra spiritum, & contra carnem spiritus concupiscit; nec invenitur in ullo hominum tanta concordia, ut legi mentis lex quæ membris est insita, non repugnet. Propter quod ex omnium sanctorum persona accipitur quod Joannes Apostolus ait: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* Cum tamen idem ipse dicat: *Qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.* Utrumque ergo verum est: quia & nemo sine peccato est, in eo quod nemo est sine lege peccati: & qui natus 61 est ex Deo, peccatum non facit: quia per legem mentis, id est per caritatem, quæ Dei semen est, peccatum

1. Joan. 1. 8.

1. Joan. 3. 9.

Caritas,  
Dei semen.  
61

non facit. *Caritas enim operit multitudinem peccatorum: & 62 sine ea nullum prodest bonum, per quam deletur omne peccatum.* Dum igitur corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, non quidem obtinetur ut jam 63 omnia in omnibus Deus sit: quia nullus est sine tentationis stimulo, & sine mutabilitatis incerto: sed quia omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum: sine dubio inde habetur virtutum omnium portio, unde habebitur plenitudo: & tanto quisque est beator, Deoque conjunctior, quanto plus in eo fuerit divinæ gratiæ, quam actionis humanæ. *Benedic itaque Domino in omni tempore, & laus ejus in tuo ore sit semper: anima autem tua non acquiescat nisi in Domino laudari.* Superbi quidem refragabuntur, sed mansueti hæc 64 audient, & lætabuntur.

CAPUT  
XXIV.  
1. Petr. 4. 8.  
62  
Sap. 9. 15.

63

Jac. 1. 17.

Beatior,  
quo plus  
divinæ  
gratiæ,  
quam a-  
ctionis  
humanæ.  
Psal. 33. 1.  
Psal. 33. 3.  
64

A D-

61 Verbum est a Quæsnello deletum ex nostris codd. & Prosperi editis revocavimus.

62 Editi sine qua, & postea per quam: Quod cum careret sensu, Quæsnellus retentis vocibus sine qua correxit per hanc. Sed potius retinen-

das voces per quam & emendandum sine ea unus præstantior noster codex Vat. docuit.

63 Mendose legebatur in vulgaris anima. Quæsnelli emendationem omnia probant nostri codd.

64 Unus cod. Vat. audiant & lætentur.

# A D M O N I T I O

in sequens Breviarium .

1 **S**equens opusculum Leoni nostro inscriptum his verbis, *Disputatio Sanctissimi Leonis Papæ in hæreticos*, cum nobis instantibus in Ambrosiana bibliotheca ejusdem opera quærentur, inventum fuit in MS. codice signato litt. I. num. 119. cumque crederetur ineditum, ejusdem exemplar diligenter transcriptum ad nos transmissum fuit. Hoc idem opusculum in eadem bibliotheca contentum cum eodem titulo memorat Ludovicus Muratorius tom. 2. Antiquit. mediæ ævi dissert. 44. pag. 928. ubi tamen indicans codicem signatum litt. P. & num. 154. diversum exemplar videtur innuere, nisi forte hæ notæ deinceps mutatae fuerint. Ipse quoque haud impressum opusculum credidit: utrum autem Leonis sit, dubium reliquit. Idem opusculum cum Leonis pariter nomine invenimus in vetusto MS. Patavino Patrum Eremitanorum SS. Philippi & Jacobi aliquot S. Cypriani operibus subjectum, & adjuvante P. Mag. Antonio Manentio conferre etiam potuimus. Ibi autem hæc inscriptio legitur: *Breviarium Papæ Leonis adversus hæreticos, sive schismaticos.*

2 Cum eodem *Breviarii* titulo, sed sine auctoris nomine hunc eundem tractatum una cum Leonis operibus olim repererat P. Jacobus Sirmondus in duobus codicibus Corbejensi & Pithæano hanc illi inscriptionem præfigentibus: *Breviarium adversus Arrianos*, aut *Breviarium adversus hæreticos*: editus autem fuit ab eodem, & legitur tom. 1. Oper. var. pag. 224. ac exinde tom. 7. Biblioth. Patrum pag. 8. Titulus vero a Sirmondo præfixus est hujusmodi: *Breviarium fidei adversus Arrianos hæreticos, in quo trium divinarum personarum æqualitas plurimis Scripturæ sacræ locis & argumentis liquido comprobatur, auctore incerto, sed antiquissimo.* Licet autem incertum auctorem protulerit, eo quod in duobus laudatis codicibus nullus auctor nominetur; cum tamen hoc Breviarium, inquit in præfatione, *Leonis operibus utroque in codice intextum sit, ævoque non impar videatur; veniebat in mentem haud abs re Breviarium fidei credi posse, quod a Juliano Coenſi Episcopo missum, Leo Papa nondum ad se pervenisse significat epist. 60. ( nunc 113. ) ab eoque, quisquis est auctor, mutuatos videri tum Eugenium Carthaginensem in ratione fidei, quam suo collegarumque nomine obtulit Hunerico Regi, tum Idacium in libro adversus Varimadam Arrianum.*

3 Quæsnellus not. 2. in laudatam epistolam 113. huic conjectationi & opinioni Sirmondi refragatur, & jure quidem, ut ex eadem notatione liquebit. Breviarium quidem fidei a Juliano Coenſi ad Leonem Papam missum cum ibidem recte statuatur non fuisse aliud nisi ipsam definitionem fidei editam in Concilio Calchedonenſi, quæ *Tractatus fidei* alibi pluries vocatur; ab hoc opusculo plane diversum agnoscitur. Neque in Oriente pro Orientali Ecclesia scriptum videtur, sed in Occidente pro iis Occidentis partibus, in quibus Arriani dominabantur, ac baptismum iterabant, quod in illis postremo opusculi capite reprehenditur. Id autem Arrianis Orientis, quod sciamus, non congruit; sed Africanis, vel Hispanis, qui sub Vandalis, vel sub Gothis baptismum iterasse traduntur. Quoad Africanos, id cum Leonis ævo maxime congruit. Auctor enim libri *de promissionibus & prædictionibus*, qui fuit Afer, scripsitque vivente Valentiniano III. ante an. 455. loquens de his hæreticis ait: *Pugnat ( Arrianus ) exsufflando & rebaptizando membra agni, quæ jam Christus suo sanguine sacraverat.*


4 Addemus vero observationem non levem. In nostro Breviario num. 24. habetur: *Sicut panem jam semel coctum si aliquis remittat in aquam, & velit recommiscere & coquere, perdet pristinam dignitatem, & in nigredinem terramque convertitur; sic talis efficitur, quicumque in se permittit baptismum iterari.* Cum hæc eadem similitudo eodem consilio & argumento Genserico Arriano objecta fuerit a Sebastiano Comite viro catholico apud Victorem Vittenſem lib. 1. de Persec. Van-

Vid. Til-  
lem. Vit.  
Eug. art.  
12. t. 16.

dalica; nonnulli dubitant, num hic Sebastianus hanc similitudinem ex nostro Breviario jam apud Africanos vulgato didicerit. Sed Victor Vittenfis eundem Comitem ejusdem similitudinis & argumenti palam tradit auctorem. Cui (Genserico), inquit, *Sebastianus rem inveniens miram multisque necessariam, pro tempore acute respondit*. Integrum textum recitabimus suo loco adnot. 55. Hinc autem verisimilius videtur, nostri Breviarii Auctorem ex Sebastiani Comitis responso apud Afros celebri, quippe quod nec Gensericus, nec alii Arriani potuerunt solvere, hoc argumentum sumsisse. Sebastiani Comitis factum contigit circa annum 449. ac propterea in laudata hypothesi Breviarium paullo post ab Africano scriptum dici deberet adversus Arrianos Africam occupantes: quod cum Leonis pontificatu ac posterioribus ejus annis concurrere potuit.

5 Chiffletius in præfatione ad Ferrandum diaconum scribit, se hoc Breviarium fidei Alcuino diacono adscriptum reperisse in cod. MS. Chartusæ Portarum. At huic auctori, quem tres libros de Trinitate edidisse certum est, hoc opusculum adjudicari nequit: tum quod ab ejus stilo alienissimum est, tum quod rebaptizatio ab Arrianis usurpata Alcuini ætati non convenit; sicut nec convenit interpretatio vetus nonnullorum locorum sacre Scripturæ, quæ in eodem opusculo adhibetur.

6 Cum porro Leoni nostro in duobus vel tribus MSS. exemplaribus inscribatur, & in duobus aliis a Sirmondo inventis inter ejusdem Pontificis opera fuerit insertum; etsi ob manifestum scriptionis discrimen ipsi Pontifici attribui non posse videatur; aliquid tamen fortassis habuit cum eodem conjunctum, quod ad nostram notitiam non pervenerit: ac propterea non immerito in hac Appendice haud prætermittendum credidimus.





# I B R E V I A R I U M A D V E R S U S A R R I A N O S

*in quibusdam mss. LEONI PAPÆ inscriptum, in aliis vero ejus operibus intextum, cujus Auctor incertus, at eidem Pontifici suppar.*

Causa er-  
randi in hæ-  
reticis quæ.

**E**Rrare hæreticos hæc 2 maxime causa facit, dum aut ignorant, aut nolunt advertere, in Domino Jesu Christo sicut unam personam, ita duas esse substantias, Deum ex Deo Patre, & hominem ex homine matre; & quæ de se ipso Dominus secundum dispensationem carnis assumptæ loquitur, deputant Divinitati, ut est illud, *Pater major me est*; vel illud, *Jesus fatigatus ex itinere*; vel illud, *Flevit Lazarum*; vel alia hujusmodi quæ leguntur. Qui si vellent advertere illud Apostoli: *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*: vel illud Evangelii: *Verbum caro factum est & habitavit in nobis*: non dubitarent, ut superius dictum est, confiteri in una persona duas esse substantias; & ubi audiunt dici, *Pater major me est*, secundum humanitatem acciperent; ubi vero audiunt, *Ego & Pater unum sumus*, secundum Divinitatem dictum non dubitarent, sicut ex ejus operationibus datur intelligi.

Jo. 14. 1.  
3  
Ibid. 4. 6.  
& 11. 35.  
2. Cor. 5. 19.  
Jo. 1. 14.

In Christo una persona & duæ substantiæ confriendæ.  
Ib. 10. 30.

De diversis operationibus Christi secundum naturas diversas.

4

5

II. Secundum hominem enim esurivit, ut veram carnem ostenderet; secundum Deum autem de quinque panibus quinque millia hominum saturavit, ut se Deum virtutibus adprobaret. Secundum hominem sitiivit; sed secundum Deum Samaritanam viva aqua refecit. Secundum hominem navem ascendit; 4 secundum Deum siccis pedibus super mare ambulavit. Secundum hominem in navi dormivit; secundum Deum ventis & fluctibus imperavit. Secundum hominem, Lazarum flevit; secundum Deum, quatri-duanum eum 5 de monumento mortuum suscitavit. Secundum hominem in cruce pependit; secundum Deum, Paradisum latroni de cruce donavit. Secundum hominem passus mortem gustavit; secundum Deum, semetipsum a mortuis suscitavit.

III. Si hæc & his similia vellent sapienter discernere, & unicuique substantiæ quod

suum est deputarent, facile poterant recte fidei cursum tenere, & non pro eius beneficiis, quæ pro nobis redimendis in forma servi suscepit vel passus est, Divinitati ejus contumelias irrogarent: & ubicumque legunt 6 in Scripturis secundum humanitatem aliquid quod minus loqueretur Divinitas; sed pro dispensatione carnis assumptæ hoc protestatur humanitas. Nam nos sicut eum Deum legimus, ita nec majorem, nec minorem Deum 7 usquam legimus; nec credere religio- 7 sa mente debemus.

IV. Sed ideo adhuc persistit, & dicit: Fieri non potest ut non Filius minor Patre credatur, quia ex Patre esse dignoscitur. Fallit eum consuetudo generationis humanæ, ut quia Filius dicitur, minor Patre credatur. Apud homines ideo minorem filium generat pater, quia & ipse minor est generatus a patre. Idcirco crescente filio pater senescit, & moriente patre, filius succedere comprobatur, & melior ac potentior patre nonnumquam efficitur. Apud Deum vero non ita est: quia ubi crescere, vel senescere Divinitas non habet, hoc est dignum ut filium dilectio habeat æqualem, quia non potest plenitudo majorem; ideoque perfectus perfectum genuit, 8 omnipotens omnipotentem, plenus plenum; & quia ætatis incrementum non habuit, minorem generare non potuit, sed omnino qualis est Pater, talem & Filium esse cognosco, sicut ipse 9 dixit: *Qui me videt, videt & Patrem*: & alibi: *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum*. Sed forte quia audis missum, ideo putas minorem. Rogo te: Deum credis esse Filium, an non? Sine dubio responsurus es, Deum: quia & si tu negare volueris, sanctis Scripturis convinceris, dicente 10 Apostolo: *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula*: & Joannes in Epistola sua: *Ut simus, inquit, in vero Filio ejus, qui*

Arianorum obiecta solvuntur, & Filii Divinitas & æqualitas Patri probatur.

8

9

Jo. 14. 9.  
& 5. 23.

Rom. 9. 5.

10  
1. Jo. 5. 20.

qui

1 Diversas inscriptiones huic opusculo in MSS. præfixas Admonitio exhibet. Breviarii titulum in plerisque codd. receptum prætulimus. *Adversus Arianos* sumpsimus ex cod. Sirmondiano, cum Arriani re ipsa toto hoc opusculo impugnentur.

2 Sic ex cod. Patav. Alias *maxima*.

3 Codd. Ambros. & Patrv. *fatigatur Christus ex itinere*.

4 Apud Sirmondum repetitur *sed*.

5 Idem: *de sepulcro*.

6 Cod. Ambros. *Scripturas*.

7 Sic MS. Patav. Sirmondus *nusquam*: MS. Ambros. *usque*.

8 Cod. Patav. repetit *genuit*. Mox MS. Ambros. *non habet*.

9 Alias *dicit*. Dein MSS. Ambros. & Patav. *Qui me vidit, vidit & Patrem*, tum hic, tum inferius num. 6.

10 Codd. laudati *Scriptura*.

Jo. 20. 28. qui est verus Deus, & vita aeterna: & Thomas: Deus meus, inquit, & Dominus meus: & Melchisedech summus Sacerdos: *Benedictus*, inquit, *Abraham Deo excelsus, qui creavit caelum & terram*. Vides quia non solum Deus, sed Deus excelsus Melchisedech vocibus comprobatur? Testis est & 11 Osee Propheta dicens: *Firmans caelum, & creans terram, ego Dominus Deus tuus, cujus manus creaverunt omnem militiam caeli*. Si ergo Deus est Filius, immo quia Deus est, quia per ipsum facta sunt omnia, & non solum non minor, sed excelsus Deus; interrogo te, utrum Deus ubique sit, an forte localiter? Cum impium sit negare quod ubique sit Deus; 12 & si ubique est, quæso te, ubi missus est? Sed missionem Filii incarnationem ejus intellige, ipso Apostolo exponente. *Misit*, inquit, *Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege*.

Hier. 32. 24. V. Denique de ipso legimus in Propheta: *Caelum & terram ego impleo, dicit Dominus*: & Evangelista de eodem: *Plenitudinem*, inquit, *ejus omnes 13 accepimus*. Et si omnia ipse implet, ubi missus, cujus majestate plena sunt omnia? Sed adhuc forte dices: Sicut habet carnalis intellectus, inter gignentem Patrem & genitum Filium non potuisse fieri nisi ut aliquod fuisset spatium. Spatium horæ faciunt, horæ tempus designant; ac sic si tempus anteponis Filio, non omnia per ipsum facta fateris. Et ubi est illud: *Omnia per ipsum facta sunt*? Certe secundum tuam propositionem respondeo, qui dicis fuisse Patrem aliquando sine Filio. Utique legimus pariter in Apostolo: *Christum Dei virtutem & Dei sapientiam*: & ipse de se Dominus loquitur: *Ego sum via, veritas, & vita*. Si ergo fuit Pater sine Filio, sicut tu dicis; fuit sine virtute, fuit sine sapientia, fuit sine vita, fuit sine veritate. Sed quia sine his numquam fuisse Pater credendus est, hoc convenit salutis tuæ, ut juxta fidem catholicam sempiternum Patri & æqualem Filium fatearis: quia virtus ejus legitur sempiterna, dicente Apostolo: *Sempiterna quoque virtus ejus, & Divinitas*. Similiter & de veritate, dicente Psalmista: *Et veritas Domini manet in æternum*.

Ariano-  
rum sophis-  
ma solvi-  
tur.

VI. Solent etiam istam velut quæstionem calumnia generare. In tantum, inquiunt, major est Pater, ut priori semper nominetur loco. Etiam si priori semper loco nominaretur, valde videbatur esse conveniens: quia ex ipso est Filius, non ille ex Filio.

Tamen ut æqualitatem agnoscas, audi in Scripturis, ubi etiam prior Filius nominatur. Joannes Evangelista ait: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: in Verbo utique Filium indicavit: & Apostolus ad Ephesios: *An nescitis, quia omnis fornicator, & im-* Ephef. 5. 5. *mundus non habet hereditatem in regno Christi & Dei?* Ecce & hic priori loco 14 Christus nominatur. Et ad Galatas: *Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum & Deum Patrem*. Et ad Thessalonicenses: *Ipse autem Dominus Jesus Christus & Deus & Pater* 2. Theff. 2. *nostrus, qui dilexit nos*. Ad Corinthios: *Gratia Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei Patris* 15. Ipse Dominus dicit: *Ego & Pater unum sumus*; non dicit Pater & ego. Et alibi: *Qui me videt, videt & Patrem*: & iterum: *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum*. Ecce quotiens priori loco Filius nominatur. Sed quia in Patre & Filio æqualitas est, nullum præjudicium nec ante nec postea nominatus alteri poterit exhibere: quia nulla est diversitas, ubi est æqualis in utroque Divinitas; sed ideo sic legimus, quia humana locutio aliter se non potest expedire, nisi ut cum unum dixerit, sic alterum dicat. Ecce ut agnoscas, quia ibi nihil majus nihilque minus est, cessat quæstio de Patre antequam nominato: quia ubi una est substantia, una Deitas & incorporalis immensitas; nulla est disparitas, vel diversitas æstimanda: ubi enim unus 16 In uno Deo creditur, ibi minor & major excluditur: major & minor excluditur. 16 nescit enim numerum unitas, ac gradum non amittit æqualitas; sicut scriptum est: 17 *Non ascendes per gradum ad altare meum*. Et ideo auferat contentionem, & teneat cum 18 fide catholica inseparabilem Trinitatem sine permixtione conjunctam, sine separatione disjunctam: quia Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus Deus 19 plenus & unus est. Ipsa enim per se ratio docet, quia unus nec posteriorem 20 recipit, nec priorem, comparisonem, vel separationem nescit habere, qui solus est; minor non potest esse, qui plenus est, quia perfectioni nec addi quidquam potest, nec minui.

VII. Credantur ergo tres personæ, sed non tres substantiæ; tres proprietates, sed non tres potestates; ita una sine principio sempiternitas, sicut una sine fine majestas, sine auctore Pater, sine tempore Filius, sine majore Spiritus Sanctus. Nos enim 21 Catho-

Nulla in personis diversitas, ubi æqualis Divinitas.

In uno Deo creditur, ibi minor & major excluditur.

Exod. 20. 26.

17

18

19

20

22

11 In vulgata apud Oseam non inveniuntur verba sequentia. At sunt in antiqua versione apud Hieronymum Comment. in Oseam cap. 13. v. 4. ac totidem verbis recitantur ab Hilario lib. 12. de Trinit. n. 4. sicuti etiam sunt in Græco MS. Vat. licet nec in Hebræo, nec in aliis Græcis exemplaribus septuaginta interpretum reperiantur. Confer P. Sabbatier in hunc locum.

12 Voces & si ubique est supplevimus ex duobus nostris codd. Patav. & Ambr.

13 Vulgat. addunt nos. Mox iidem codd.

accipimus.

14 Ita nostri codd. Vulg. Filius.

15 Vulg. addunt: & communicatio Sancti Spiritus cum omnibus vobis. Et ipse &c.

16 Editi addunt Deus.

17 Nostri codd. Non ascendit.

18 Iidem ignorant fide.

19 MSS. nostra Patav. & Ambr. addunt verus.

20 Ita nostri codd. Vulg. recepit.

21 MS. Ambr. catholice.

Christus minor Patre secundum humanitatem, æqualis secundum Deitatem.

tholici Dominum Deum nostrum Jesum Christum & minorem dicimus Patre, & æqualem; minorem propter humanitatem adsumtam, quia cum in forma Dei esset, formam servi induere dignatus est; æqualem vero dicimus propter Deitatem perpetuam, qua ex Patre existens Filius, & consempiternus est Patri. Quare ergo nobiscum non confitentur æqualem, cum nos cum illis non negemus minorem? præsertim cum utrumque in sanctis Scripturis legimus, dicente Evangelista. *Propterea, inquit, quarebant interficere eum Judæi, quia non solum solvebat sabbatum, sed etiam Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.* Ecce impietas Judæorum dicit æqualem, & non veretur dicere Christianus minorem. Et alibi idem Evangelista ait: *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum:* æqualis enim honor non nisi æqualibus exhibetur. Et alio loco idem dicit: *Sicut Pater suscitavit mortuos, & vivificat; ita & Filius quos vult vivificat.* Audi dicentem, *sicut Pater, ita & Filius*, audi dicentem *quos vult*; & æqualem eum Patri, ac suæ potestatis esse cognosce, & non dicas eum minorem: quia nusquam in Scripturis sanctis vel majorem Deum legimus, vel minorem; sicut ipse Philippo dicit: *Qui me videt, videt & Patrem;* &: *Omnia quæ Pater facit, hæc eadem & Filius similiter facit;* & illud: *Deus erat Verbum:* & Apostolus, ut memoravimus, *Qui est*, inquit, *super omnia Deus benedictus in sæcula:* & Apostolus: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse 22 se æqualem Deo.* Quare hoc? quia nemo rapit, nisi quod non habet. Ille ergo, qui habebat æqualitatem, non est arbitratus 23 rapinam. Sed quam rebellis angelus sumere voluit per rapinam, Christus possedit per naturam. Quia vero est verus Deus, audi beatum Joannem dicentem in epistola sua. *Et simus*, inquit, *in vero Filio ejus Jesu Christo: hic est verus Deus, & vita æterna.* Audis verum Deum, & præsumis dicere minorem, & non confiteris æqualem? Dicit etiam beatus Apostolus ad Titum: *Expectantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei.* Nescio qua fronte minor esse dicatur, quem magnum Deum Apostolus profitetur.

VIII. Hoc etiam perfidus error dicere solet, quod ubi in Scripturis legimus, aut solum Deum, aut solum altissimum, aut solum sapientem; hoc non de Trinitate dici, sed de solo Patre accipi debeat: quod quam absurdum sit ita sentire, de hoc uno testimonio convincatur. Dicit enim Apostolus: *Cognitum soli sapienti Deo:* non intelligunt, quia non dixit soli sapienti Patri, sed soli

sapienti Deo, quæ est Trinitas. Nam dum soli Patri hoc deputant, Filium insipientem blasphemant. Et quomodo eum Apostolus sapientiam Dei esse dicit, si solus Pater est sapiens, cum nullus sapiens possit esse nisi per sapientiam suam? Et ubi est illud quod ad Colossenses idem Apostolus protestatur de Christo Jesu? *In quo sunt, inquit, omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.* *Colos. 2. 23.* Unde agnoscant quam stultum sit quod 24 promunt, & ubicumque aliquid similiter legunt, non uni personæ deputent, sed beatæ Trinitati, quæ sola summus Deus & verus est. Nam & de Spiritu Sancto sic dicit Apostolus: *Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ; alii autem sermo scientiæ secundum eundem Spiritum.* Si ergo per Spiritum Sanctum, sicut verum est, & sapientiæ & scientiæ sermo donatur; quomodo solus Patris personæ hoc potest adscribi, quod solus sit sapiens, nisi, ut dictum est, 25 æquæ Trinitati ista convenient?

IX. Solent etiam dicere: Ideo minor est Filius, quia visibilis, Pater autem invisibilis. Non intelligunt, quia nec Filius in substantia Deitatis suæ sit visibilis nisi in assumpto homine, qui & Christus dicitur. Nam Filius Dei, idest Verbum, quod erat in principio Deus apud Deum, per quem facta sunt omnia, videri in sua substantia non potuit, sicut nec Pater in substantia sua. Interrogo autem sine sui injuria illum ipsum, qui dicit quod visus sit Filius Dei: utrum animam suam visibilem, an invisibilem fateatur: & cum dixerit invisibilem, sicut & verum est, dicatur ei: Si creatura, idest anima sua, invisibilis est, creatura utique Dei; creator universitatis quomodo potuit esse visibilis? Sed ideo induit carnem, quæ videri poterat, quia Deitas ab homine videri non poterat. Hac carne major est Pater. Itaque est æqualis Verbo, major carne: æqualis ei per quem fecit nos, major eo qui factus est propter nos. Nam quod Deus sit Filius, licet multa testimonia superiora posita evidenter doceant; tamen adhuc pauca credidi subjungenda. In Genesi scriptum est: *Creavit Deus calum:* & utique Evangelista confirmat omnia a Filio esse creata. *Gen. 1. 1. 10. 1. 3.* Item ibi sequitur: *Creavit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam:* ecce hic eum Deum agnosce, quia & hominem ipse creavit. Et Isaias dicit de Joanne Præcuratore Domini: *Rectas facite semitas Dei nostri.* Cujus Dei, nisi utique Filii, quem in carne venisse non dubitamus? Et paullo post: *Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate; dicite pusillanimis: Ecce Deus vester in fortitudine veniet, & salvabit vos, & tunc aperientur oculi cæcorum:* quod utique in adventu Christi completum esse cognoscimus.

22 Nostri codd. delent se.

23 Vulg. cum MS. Patav. per rapinam. Codex Ambr. coherentius cum Apostoli textu expungit per. Mox Sed quod in eodem MS. Ambr.

24 Cod. Patav. pronuntiet ubi cum aliquid. &c.

Ambr. pronuntietur ubi cum aliquid.

25 Nostri codd. æque veteri Trinitatis.

26 Voces itaque est ex nostris MSS. additæ, in quibus solum & pro est legebatur.

- Pf. 85. 9. gnoscimur. Psalmista etiam dicit: *Omnes gentes quascumque fecisti, venient & adorabunt coram te 27 Domine, quoniam magnus es, & faciens mirabilia, tu es Deus solus.* Non puto aliquem esse tam impium, qui neget Filium Dei & mirabilia fecisse, & universas gentes creasse, nisi forte Judæos. Et alibi Ilaias, cum adventum Christi per Virginem nuntiat, dicit inter cetera: *Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis.* Sed & beatus Apostolus: *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: & ut agnoscas Dominum esse Christum, sic alibi dicit: Omnes stabimus ante tribunal Dei. Vivo ego, dicit Dominus, quia mihi flectitur omne genu: utique de Christo dicit, quem ad judicandum vivos & mortuos credimus esse venturum.* Psalmista voces Angelorum faciens, cum Christus in cælos ascendisset, *Tollite, inquit, portas, Principes, vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Illisque interrogantibus quis esset iste Rex gloriæ, respondit: *Dominus fortis & potens, Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.* Et ne forte de Patre dictum putent, quomodo multa absurde intelligunt, audiant Apostolum huic versiculo consentientem: *Si enim, inquit, cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent.*

X. Cum tam præsentibus, quam præteritis testimoniis, quæ de Scripturis sanctis postulata sunt, Deus esse Filius demonstratur; miror, cur forte eum aliqui minorem dicendo blasphemare non metuunt, cum nunquam omnino Deus minor esse legatur, nisi, ut dictum est, propter dispensationem carnis assumptæ, in qua non solum ab Angelis minoratus est; 28 sed & matre sua junior invenitur, sicut jam diximus. Secundum hanc ergo regulam duas in Christo crede substantias, Deum verum, & hominem verum. Secundum hominem morti subditur; secundum Deum auctor vitæ cognoscitur, dicente beato Petro: *Petistis virum homicidam donari vobis, auctorem vero vitæ interfecistis.* Secundum hominem: *Tristis est anima mea usque ad mortem;* secundum Deum: *Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, & nemo eam tollit a me; sed ego eam pono a memetipso.*

XI. Hinc etiam occasionem accipere calumniandi solent, quod Dominus in Evangelio dixerit: *Non potest Filius aliud facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem:* quod carnalis sensus non intelligens, ideo dictum putat, ut se ex Patre esse ostenderet, utpote & Deum & Filium, quomodo inter homines fieri solet, veluti Pater artifex Filium suum artificium suum

29 docet, ut quod videret Patrem operantem, Filius hoc specialius imitetur: quod quam absurdum sit de Deo Patre omnipotente ita credere, qui est incorporeus, invisibilis, inæstimabilis, & immensus; qui cordis oculos sanos habet, evidenter potest agnoscere. Nam qui sic sentiunt, interrogandi sunt: Mundus iste quem cernimus, a quo sit factus? utique a Filio minime denegabunt, vel attestante Evangelista, & dicente: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Dicant ergo, ubi vidit Filius Patrem ante facientem alium mundum, ut sic postmodum ille istum crearet? præsertim cum apud potentiam Dei voluisse, creasse sit, sicut legimus: *Ipse 30 dixit, & facta sunt.* Sed sublato cordis velamine discant credere Filium in Patre, & Patrem esse in Filio: quia Divinitas ubique tota, & præsens, tam Patris, quam Filii, quam Spiritus Sancti, sine se esse nunquam potest, sicut ipse dixit: *Ego in Patre, & Pater in me: & cognoscant 31 quid sit videre Filii, ut ubi una est substantia, una voluntas, una potentia, una gloria, nihil ibi majus, nihilque minus esse credatur.* Si enim nos homines terreni, quod facere volumus corpore, animo nostro ante, meditationis insinuatione præmissa, sapientia exequente perficimus, & quodammodo consilio nato in mente nostra, prius intus in corde agimus, quod facere disponimus; quæ tamen absque ulla partitione sensuum indissociabiliter una mens efficit: quomodo non Deus Pater cum Deo Filio, qui est sapientia sua, in se manente, quia ipse est, ut sæpe diximus, sapientia & virtus Patris, in una voluntate cuncta & una operatione 32 perficit?

XII. Sed nec alia Pater facit, alia Filius, sed eadem quæ Pater facit, ipsa & Filius facit, sicut ipse testatur. *Quæcumque, inquit, Pater facit, hæc eadem & Filius similiter facit.* Sed ideo dixit: *Non potest Filius a se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem,* ut nos agnoscamus & credamus, quia ex Patre est Filius, & non ex semetipso, vel aliunde, sed cum sempiternus Patri, quia & Pater in se semper perfectus existit, nec ei aliquando aliquid defuit, vel accessit. Nam si aliquando, quomodo Arriani blasphemant, fuit sine Filio Pater, ergo imperfectus fuit. Pater ergo fuit sine Verbo, &, sicuti jam memoravimus, fuit sine sapientia, sine virtute, sine vita, sine justitia, sine veritate: quia istæ omnes species Divinitatis secundum Scripturas Filius esse noscuntur. Sed quia sine his virtutibus Patrem unquam dici fuisse blasphemum est; hoc justum est, hoc convenit, ut consempiternum, & coæqualem Patri Filium fatearis. Si enim Deus in cordibus nostris conloquitur, miro modo loqui-

27 Apud Sirmund. defunt verba Domine, quoniam magnus, & pro faciens mirabilia habetur mirabilis tu es.

28 In nostris codd. inseruntur hæc: *Videmus Jesum propter passionem mortis; quæ fortassis e marginali glossæmate in textum perperam irreperunt.*

29 Iidem codd. vellet docere... videret.

30 Ita cod. Ambr. Vulg. cum MS. Patav. dicit.

31 Vulg. quod sit. Codicum lectionem prætulimus.

32 Ita nostri codd. Vulg. perficit.

quitur sine sono; putas quomodo potest loqui Filio suo, qui est Verbum ejus? Sic ergo cogitate, quia incorporaliter locutus est Filio, quia & incorporaliter genuit Filium: nec enim sic docuit, quasi indoctum genuerit; sed hoc est eum docuisse, quod est doctum & scientem genuisse: & hoc est, *docuit me Pater*, quod est, scientem genuit me Pater. Quomodo autem a se nihil potest facere Filius, de quo Propheta testatur, & dicit: *Deus autem in celo sursum; 33 in celo & in terra omnia quaecumque voluit fecit?*

XIII. Sed forte dicturus es, hoc de Patre dictum. Redi ad Evangelistam dicentem de Filio, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Qui etiam loquitur ad Moysen: *Vade*, inquit, *dic filiis Israel: Deus Patrum vestrorum misit me ad vos; illo respondente, & dicente: Dic mihi nomen tuum, nam non credent mihi:* post hæc adjiciens Deus dixit ei: *Vade, & dic filiis Israel: Ego sum qui sum: & qui est, misit me ad vos.* Et ne hoc de Patre dictum accipias, audi beatum Apostolum huic loco consentientem, & quodammodo ipsum testimonium exponentem ad Corinthios. *Dei*, inquit, *Filius, qui prædicatus est vobis per me, & Silvanum, & Timotheum, non fuit in illo Est & non, sed est in illo Fuit.* Quotquot enim promissiones Dei sunt in illo Est. Audi Paullum cum Moysæ concordantem; & 34 noli a fide catholica discordare. Nam si Ecclesiam catholicam interrogas de Patre quid sit, dicit Deum: 35 si de Filio, dicit Deum: si de Spiritu Sancto, dicit Deum; & tamen non dicit tres Deos, ne gentibus comparetur, qui plures Deos errore suo decepti confingunt. Sed credamus Scripturæ dicenti tam novi, quam vereris testamenti, quia Deus unus est: & si unus major, alter minor est, ut Arriani dicunt; unus dici non potest: inæqualitas unitatem excludit.

XIV. Quomodo autem tres, & unum credamus, adverte. Unitatem facit æqualitas virtutum, Trinitatem proprietates personarum. Audisti quomodo ipse intelligendam æqualitatem suam, & Patris docuerit. *Ego*, inquit, *& Pater unum sumus.* Aliud est unum, aliud sumus: nam cum dicit sumus, personas significat. Unum sumus, id est justitia sumus, eademque sapientia, virtus indivisa, par gloria. Quæ cum ita sint, dissensio auferatur, & fides integra teneatur. Dicunt etiam: ideo major est Pater, quia est immortalis. Interrogandi sunt, utrum Filium in substantia Deitatis suæ mortalem esse fateantur. Quod si dixerint, quam contra rationem dicant, omnis homo agnoscere potest, qui etiam humanam animam im-

Tom. II.

mortalem esse non ambigit. Sed hoc eis dicendum, quod secundum carnem dicatur passus & mortuus: nam secundum Divinitatem, qua semper existit, & universa creavit, immortalis permanet. Dicunt etiam esse visibilem: quod quam absurdum sit, agnoscant qui hoc dicunt. Cum nec anima humana possit esse visibilis, quanto magis Deus in sua substantia? Sed ideo carnem assumpsit, quæ poterat videri, quia Deitas corporeis oculis non poterat intueri. Hæc 36 iterum de æqualitate Patris ac Filii ad præsens dicta sufficiant. Nam de æqualitate operum Trinitatis, id est Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, paulo post donante Domino de Scripturis sanctis monstrabimus.

XV. Nunc vero de Sancti Spiritus Deitate pauca de multis testimoniis sunt ponenda: quem non solum minorem asserere, sed etiam Deum omnino dicuntur hæretici denegare. Audiant pauca de Deitate Spiritus Sancti. In Genesi dicit sermo divinus: *Spiritus Domini ferebatur super aquas; hoc est eminentia potestatis, non inopia necessitatis.* Et in Evangelio: *Spiritus est Deus, & eos qui adorant, in spiritu & veritate oportet adorare.* Et ne forte de Patre dictum intelligas, & non de Spiritu Sancto, audi quod sequitur: *Spiritus ubi vult spirat.* Audi ubi vult, ut suæ potestatis eum esse non dubites. Et Apostolus ad Corinthios dicit: *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus; 37 & divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus; & divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Et ut cognoscas ipsum Spiritum Sanctum nominatum Dominum, & Deum; audi inferius quomodo concludit. *Alii quidem datur per spiritum sermo sapientia; alii autem sermo scientia secundum eundem spiritum; alii fides in eodem spiritu, & reliqua: & sic concludit: Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult.* Qui divina munera prout vult dispensat, legem superioris ignorat. Agnosce tandem, quia qui prout vult dividit, nulli subditus esse probatur, sed suæ potestatis esse dignoscitur: de summa enim potestate descendit voluntas, cui nulla contradicit auctoritas. Et ad Hebræos similiter dicit de Spiritu Sancti distributionibus secundum suam voluntatem; & quis iste sit distributor ac divisor, ad Romanos evidenter ostendit dicens: *Unicuique sicut Deus dedit mensuram fidei: & ad Corinthios: Nescitis, inquit, quod templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* Et quis iste Deus sit, cujus templum prohibet violari, audi in sequentibus:

X

Ne-

33 Nostri codd. repetunt *in celo*, ut in antiqua versione, de qua vide P. Sabbatier. Vulg. delent, quod forte ob inconsultam præscam versionem hæc voces errore librorum repetitæ crederentur.

34 Nostri antiqui libri addunt *tu*.

35 Cohærenter antecedentibus & sequentibus

adjecimus *si de Filio, dicit Deum.* Vulg. habebant; sed & *Filium dicit Deum, sed & Spiritum Sanctum dicit Deum.*

36 Ita nostri codd. In vulg. *interim*.

37 Septem voces sequentes ommissas in vulg. *Sirmondi ex nostris codicibus supplevimus.*

2. Cor. 6. 19. *Nescitis quia membra vestra templum sunt Spiritus Sancti? Et quis esset iste Spiritus Sanctus, cujus templum effemus, sic concludens demonstrat: Glorificate, inquit, & portate Deum in corpore vestro. Agnosce Spiritum Sanctum evidenter Deum, & desine blasphemare. Et in Actibus Apostolorum beatus Petrus ad Ananiam, qui Deo voverat oblationem, & postmodum exstitit indevotus, sic dicit: Quis compulit te mentiri Spiritui Sancto? Non es mentitus hominibus, sed Deo. Ecce & hic eum evidentissime Deum esse, beati Petri adtestatio manifestat. Item ibi: Dixit Spiritus Sanctus: Segregate mihi Paullum & Barnabam ad opus ad quod elegi eos: & beatus Paullus inibi dixit: Attendite, inquit, vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Apostolos regere Ecclesiam Dei, quam adquisivit sanguine suo. Et quis est iste, qui Apostolos segregat & mittit, idem Paullus ad Corinthios declarat dicens: Et quosdam, inquit, posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, & reliqua: 38 ubi Spiritum Sanctum Deum luce clarius demonstravit; & quem in Actibus Spiritum Sanctum esse dixit, ad Corinthios Deum esse manifeste confessus est: dicit enim idem vas electionis ad Judæos: Bene Spiritus Sanctus de vobis prophetavit per os Isaie Prophete. Et quis esset iste Spiritus Sanctus, qui in Prophetis locutus sit, beatus David exprimit dicens: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: & in Actibus: Ut impleretur, inquit, Scriptura, quam promisit Deus per os Prophetarum suorum. Et hic agnosce, quod eum Deum evidenter declaret, qui per os Prophetarum locutus est; sicut & Zacharias in Evangelio ait: Benedictus, inquit, Deus Israel, quia visitavit & fecit redemptionem plebis sue: & post pauca ait: Sicut locutus est per os sanctorum Prophetarum suorum. 39 Agnosce Dominum Deum esse Spiritum Sanctum, qui per os Prophetarum locutus est, quod nec impii Judæi denegant: qui si Deus non esset, non in baptismo in uno nomine Deitatis Patri & Filio sociaretur, sicut scriptum est, ubi regulam baptismi posuit ipse Dominus. Itē, inquit, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: quod solum testimonium deberet hæreticis sufficere ad credulitatem inseparabilis Trinitatis, quia nec ipsi audent aliter baptizare, ne regulam Domini corrumpere videantur. Et ubi unum nomen dicitur, ibi & major & minor excluditur. Et in secunda ad Corinthios: Gratia Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio Sancti Spiritus cum omnibus vobis. Ut agnoscas Patris, & Filii, & Spiritus Sancti unam esse substantiam, ac Deitatem, audi Isaïam Prophetam dicentem: Qui appendit tribus digitis molem terræ: nam & singulariter invenimus in Scripturis digitum, Spiritum Sanctum nominatum, ut est illud in Evangelio, ubi ait: Si ego in digito Dei demonia ejicio; quod alius Evangelista declarat dicens: Si ego in Spiritu Dei demonia ejicio. Et Magi Pharaonis victi signis divinis dicunt: Digitus Dei est. In Pentecosten, quod etiam ante adventum Christi Judæi colebant, digito Dei, idest spiritu, inscriptas tabulas Moyses accepit. Et quæ tunc in lapideis tabulis figurata sunt? corda durissima Judæorum. Post ascensionem Domini in carneis tabulis, idest in cordibus discipulorum, visibiliter dignatus est apparere in ipsa specie ignis, qua Moysi in deserto apparuit, de quo credimus Isaïam dicere: Deus noster ignis consumens est. Et sicut legimus, quod nemo noverit cogitationes hominum, nisi Deus; quomodo Spiritus Sanctus non est Deus, qui etiam non solum in homine, sed etiam quæ in Deo sunt, scire dignoscitur? dicente Apostolo: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei: & paullo post: Ita quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei. Sed forte dicit aliquis: Ideo minor est, quia missus legitur. Et quid dicitur est? cum legit in Isaïa Propheta ex persona Christi dicentis: Dominus misit me, & Spiritus ejus: & alibi: Spiritus Domini super me, propter quod unxerit me, ad evangelizandum pauperibus remissionem, & cæcis visum, annuntiare annum placabilem Domini, & reliqua. Et ut sciens evidenter de Domino dictum, Evangelista dicit: Cum venisset Dominus Jesus in Synagogam, datus est ei liber Isaïæ Prophete, quem aperiens invenit scriptum: Spiritus Domini super me, & reliqua, quæ supra diximus: & post hæc, Plicuit, inquit, librum, & dedit ministro, & dixit: Hodie in vobis impleta est Scriptura ista. Credendum est mitti, qui ubique esse dignoscitur? sicut dicit Psalmista: Quo ibo a Spiritu tuo, & a facie tua quomodo fugiam? Sed sicut Filii missio incarnatio declaratur, cum se dignatus est aut in columbæ specie, vel in igne, aut diversis hujusmodi assumptis indiciis declarare; quomodo ergo minor credendus est, qui etiam Deum, qui, sicut ipse, æqualis est Patri, approbatur ad nostram remissionem misisse; & non solum misisse, sicut per Isaïam dictum memoravimus; sed etiam secundum carnem creasse, sicut habes in Evangelio Angelum ad Mariam dixisse: Spiritus, inquit, Sanctus veniet in te, 40 & virtus Altissimi obumbrabit tibi, & reliqua. Non enim generatione, sed jussione, & benedictione Sancti Spiritus conceptus est Christus, sicut & alius Evangelista ait: Inventa est, inquit, habens in utero de Spiritu Sancto. Prophetæ autem dicunt frequenter, sicut jam memoravimus: Hæc dicit Dominus; & qui sit iste Dominus, Michæas Propheta evidenter ostendit, cum loquitur ad Achab*

38 Vulg. addunt ecce. Melius delent nostri antiqui libri.

39 Ibidem libri Agnosceimus.  
40 Conjunctio & ex iisdem suppleta.

1. Reg. 22. 3. Achab dicens: *Si tu de pralio sanus redieris, in me non est locutus Deus. Et quis iste Deus sit, qui in Prophetis locutus sit, Paullus Apostolus demonstrat, cum dicit ad*  
 Act. 28. 25. Judæos: *Bene, inquit, de vobis Spiritus Sanctus prophetavit per os Isajæ Propheta:*  
 Is. 6. 10. *Vade, inquit, excaca cor populi hujus, & reliqua.*

XVI. Interrogandi sunt tamen hæretici, cujus major offensa sit, qui in Patrem peccat, an qui in Spiritum Sanctum, quem dicunt Deum non esse. Et cum dixerint majorem offensam esse qui in Patrem peccat; interrogandi sunt iterum, filii Israel utrum Patri peccaverint, an alteri? Cum responderint, quia Patri peccaverunt; iterum interrogandi sunt, si eis fuerint dimissa peccata? Uti que non negabunt, quia & legimus, quod conversi sint ad Dominum, & dimissa fuerint eis peccata. Deinde interrogandi sunt, ut exponant, quomodo intelligant dictum a Domino: *Quicumque in*

Matth. 12. *Spiritu Sancto peccaverit, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.* Si Deus non est, quare tam gravis offensa a Domino esse dicatur? Iterum interrogandi sunt, si fuerint filii Israel contumaces Deo, an non? Cum non negaverint, quia nec possunt; dicendum est eis, quomodo accipiant illud quod beatus Stephanus Judæis

exprobrat dicens: *Vos semper restitistis Spiritui Sancto, & semper ei contumaces fuistis, sicut & Patres vestri.* Audi etiam ad Theffalonicenses, ubi Spiritum Sanctum 41 & priori loco ponit, & Dominum nuncupat, dicens: *Dominus autem dirigat corda vestra in caritate Dei, & patientia Christi.*

Diligenter advertite, quia hic Spiritus Sanctus oratur, ut corda credentium dirigat in caritate Dei, & patientia Christi. Interrogandi sunt etiam, quid majus sit, utrum cæli, an virtutes cælorum? & cum sine dubio dixerint virtutes cælorum, dicendum eis est: In tantum Spiritus Sanctus minor non est, sed summus est, ut cum verbo Domini dicantur cæli creati, Spiritu Sancto virtutes cælorum. Accipe adhuc ubi creator evidenter Spiritus Sanctus describitur.

Job 33. 4. *Job dicit: Spiritus divinus, qui fecit me. Et divinum utique creatorem uno versiculo demonstravit, cum divinum appellat, & Deum & creatorem ostendit, sicut & David dicit: Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* Interrogandi etiam sunt, si creatura ubique esse potest, an non. Et cum responderint, quia non ubique, sicut & verum est; dicendum sine dubio: Spiritus Sanctus Deus est, & non creatura, qui ubique esse describitur, de quo, sicut jam dictum est, Propheta

Pf. 103. 7. *omnipotentiam ejus metuens dicit: Quo ibo a Spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam? Agnosce ergo nullum esse locum, ubi non omnipotentia Spiritus Sanctus præsens esse probetur. Item interrogandi, utrum possit alius præter Deum peccata dimittere? Et*

Tom. II.

41 Vulg. & priorem. Nostris codd. secuti sumus.

cum responderint, quia nullus nisi Deus, quia scriptum est: *Nemo potest peccata dimittere nisi solus Deus:* dicendum est eis sine dubio: Spiritus Sanctus Deus est, qui remissionem peccatorum conferre dignoscitur, sicut Dominus dixit: *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittentur eis:* qui etiam in Baptismo cum Patre & Filio baptizatis, remissionem tribuit peccatorum. Audi etiam quod Spiritus Sanctus Deus est, qui frequenter cum Patre & Filio copulatur. Ad Corinthios, sicut jam dictum est: *Gratia, inquit, Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communitatio Sancti Spiritus cum omnibus vobis:* qui si non esset Deus, & creatura esset, sicut blasphematur hæreticus, numquam in baptismo, ubi salus humani generis agatur, Patri & Filio copularetur. Nam quod unius substantiæ sit Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Isajæ Propheta dicit, sicut jam memoravimus: *Quis appendit tribus digitis molem terræ? quo loco per tres digitos in tribus personis unam substantiam esse perdocuit; quod Apostolus de Trinitate dictum intelligens ait: Omnia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia;* idest 42 Patre, & Filio, & Spiritu Sancto omnia continentur. Item ad Corinthios dicit idem Apostolus: *Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, qui inluxit in cordibus nostris 43 ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in faciem Christi Jesu: quo loco manifestissime Trinitas intelligitur. Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, Spiritus Sanctus agnoscitur; & ubi dicit, illuminationem scientiæ claritatis Dei, Pater intelligitur. In eo vero, ubi dicitur in faciem Christi Jesu, Filius designatur.*

Luc. 5. 21.  
Jo. 20. 22.

2. Cor. 13.

Una trium personarum substantia.

1f. 40. 12.

Rom. 11. 36.  
42

2. Cor. 4. 6.  
43

XVII. Audi adhuc, quia Trinitas in unitate manet, & unitas in Trinitate, Angelorum & Archangelorum voces declarant in Isajæ, ubi Seraphin hymnum scribitur dicere: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, non tres Sanctos, sed tertium Sanctum conclusit dicendo, Dominus Deus Sabaoth, idest ut tres personas, & unum Deum intelligas. Non semel dicunt, ne singularitatem credas; non bis, ne Spiritum Sanctum excludas; non Sancti Domini Sabaoth, ne tres deos more Gentilium fatearis: sed dicunt Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, & est Trinitas: Deus laudatus, qui est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, quem etiam Deum esse ex operationum æqualitate, qui oculos cordis sanos habet, facile poterit approbare, sicut in sequentibus demonstrabimus.*

Trium personarum Divinitas, & æqualitas demonstratur.  
1f. 6. 3.

XVIII. Sicut salvat Pater, ita & Filius, ita & Spiritus Sanctus. De Patre: *Salva nos Deus noster, & congrega nos de nationibus.* De Filio: *Venit Filius hominis salvum facere quod perierat: & alibi: Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* De Spiritu Sancto ad Titum: *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renova-*

Pf. 105. 47.  
Luc. 19. 10.  
Matt. 1. 25.

Tit. 3. 5.

X 2 tio-

42 Ita codd. Vulg. ex Patre & Filio.

43 Ex iisdem codd. supplevimus ad.

tionis Spiritus Sancti. Sicut confortat Pater, ita Filius, ita & Spiritus Sanctus. Esther  
 Esth. 14. de Patre: Conforta me Rex, & Deus deo-  
 rum. De Filio Apostolus: Gratias ago Do-  
 1. Tim. 1. mino nostro Jesu Christo, qui me conforta-  
 vit, & fidelem existimavit. De Spiritu San-  
 12. cto, in Evangelio: Puer autem crescebat,  
 Luc. 1. 80. & confortabatur Spiritu Sancto. Vivificat  
 Pater, ita Filius, & ita Spiritus Sanctus.  
 Jo. 5. 21. In Evangelio: Sicut Pater suscitavit  
 & vivificat, ita & Filius, quos vult, vi-  
 vivificat. De Spiritu Sancto in Epistola Pe-  
 1. Pet. 13. 18. tri Apostoli: Mortificatus carne, vivificatus  
 2. Cor. 3. 6. autem spiritu: & Paullus Apostolus: Lit-  
 Jo. 6. 64. tera, inquit, occidit, Spiritus autem vivi-  
 ficat. Et in Evangelio: Spiritus est, qui  
 vivificat, nam caro non prodest quidquam.  
 Sicut liberat Pater, ita Filius, & ita Spi-  
 ritus Sanctus. De Patre: Deus excelsus libe-  
 Jo. 8. 36. rator eorum. De Filio in Evangelio: Si vos  
 liberaverit, vere liberi eritis, & veritas li-  
 berabit vos. De Spiritu Sancto: Spiritus vi-  
 ta in Christo Jesu liberavit me a lege pec-  
 Rom. 8. 2. cati & mortis. Eligit Pater, ita Filius, ita  
 & Spiritus Sanctus. De Patre Apostolus:  
 Ephes. 1. 3. Benedictus Deus, & Pater Domini nostri  
 Jesu Christi, qui elegit nos ante mundi con-  
 Jo. 15. 16. stitutionem. De Filio: Non vos me elegistis,  
 sed ego elegi vos. De Spiritu Sancto in Acti-  
 bus: Cum ergo jejunassent, & orassent, di-  
 xit eis Spiritus Sanctus: Segregate mihi Bar-  
 nabam & Paullum ad opus quod elegi eos.  
 XIX. Creator dicitur Pater, ita Filius,  
 Ephef. 3. 9. ita & Spiritus Sanctus. De Patre Apostolus:  
 Quae sit dispensatio sacramenti absconditi a  
 Deo, qui omnia creavit. De Filio ad Colof-  
 Coloss. 1. 17. senses: Quia ab ipso creata sunt universa,  
 & omnia in ipso constant: & in Evangelio:  
 Jo. 1. 3. Omnia per ipsum facta sunt. De Spiritu  
 Eccl. 1. 9. Sancto in Salomone: Et vidit, & nume-  
 ravit, & mensus est omnia, ipse creavit ea  
 per Spiritum Sanctum: & in Psalmo: Emit-  
 te Spiritum tuum, & creabuntur: & alibi:  
 Ps. 103. 30. Spiritus oris ejus omnis virtus eorum. Sicut  
 Ps. 32. 6. praedixit Pater, ita Filius, ita & Spiritus  
 Sanctus. De Patre: Deus autem qui predi-  
 xit pati Christum suum, implevit. Sic de  
 Filio in Evangelio: Angelus dixit mulieribus:  
 Ite & annuntiate fratribus, quia praecedit  
 vos in Galileam, ibi eum videbitis, sicut  
 praedixit vobis. De Spiritu Sancto in  
 Actibus Petrus: Oportet impleri Scripturam,  
 quam praedixit Spiritus Sanctus per os Da-  
 vid. Magnus Pater, ita Filius, ita & Spi-  
 ritus Sanctus. De Patre: Magnus Deus nos-  
 ter, & laudabilis. De Filio ad Titum:  
 Tit. 2. 13. Expectantes beatam spem, & adventum glo-  
 riae magni Dei Salvatoris nostri Jesu Chri-  
 sti. De Spiritu Sancto in Regum ait Domi-  
 nus ad Eliam: Ecce Dominus transit &  
 3. Reg. 19. Spiritus Sanctus & fortis. Sicut caritas Pa-  
 tris, ita Filii, ita & Spiritus Sancti. De Pa-  
 1. Tim. 1. 14. tre: Superabundavit autem gratia Domini nos-  
 2. Cor. 5. 14. tri Jesu Christi, & caritas Dei nostri. De  
 1. Cor. 4. 11. Filio: Caritas enim Christi urget nos. De  
 Spiritu Sancto: Quid vultis, in virga ve-

niam ad vos, an in caritate Spiritus? &  
 alibi: Caritas Dei diffusa est in cordibus no-  
 stris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.

XX. Vitam aeternam dat Pater, ita Filius,  
 ita & Spiritus Sanctus. De Patre in epistola  
 Joannis: Quoniam vitam aeternam dabit no-  
 bis Deus. De Filio in Evangelio: Oves meae  
 vocem meam audiunt, & sequuntur me, &  
 ego vitam aeternam do eis. De Spiritu Sancto,  
 ad Galatas: Qui seminat in Spiritu, de Spi-  
 ritu metet vitam aeternam. Sicut pacem dat  
 Pater, ita Filius, ita & Spiritus Sanctus.  
 De Patre: Pax Dei, quae exsuperat omnem  
 sensum. De Filio in Evangelio: 44 Pacem  
 meam do vobis, pacem meam dimitto vobis.  
 De Spiritu Sancto: Prudentia autem Spi-  
 ritus, vita, & pax. Revelat Pater, ita Fi-  
 lius, ita & Spiritus Sanctus. De Patre ad  
 Galatas: Ut revelaret Filium suum in me.  
 De Filio inibi: Neque ego enim ab homine  
 accepi illud, sed per revelationem Jesu Chri-  
 sti. De Spiritu Sancto ad Ephesios: Quod  
 aliis generationibus non est agnitum, sicut  
 nunc revelatum est Sanctis ejus per Spiritum  
 suum Sanctum: & alibi: Nobis enim revela-  
 vit Deus per Spiritum 45 Sanctum suum.  
 Sicut illuminat Pater, ita Filius, ita & Spi-  
 ritus Sanctus. De Patre: Tu illuminabis lu-  
 cernam meam Domine. De Filio in Aposto-  
 lo: Exurge qui dormis, & illuminabit tibi  
 Christus. De Spiritu Sancto idem Apostolus:  
 Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen  
 splendescere, illuxit in cordibus nostris ad il-  
 laminationem scientiae claritatis Dei in fa-  
 ciem Christi Jesu. Sicut dicitur Evangelium  
 Patris, ita Filii, ita & Spiritus Sancti. De  
 Patre ad Timotheum: Quae est secundum Evan-  
 gelium gloria beati Dei. De Filio ad Roma-  
 nos: Cui servio in Spiritu meo, in Evangelio  
 Filii ejus. De Spiritu Sancto in epistola be-  
 ati Petri: Vobis autem ministraverunt haec,  
 qui vobis evangelizaverunt in Spiritu Sancto.  
 Sicut illuxit Pater, ita Filius, ita & Spi-  
 ritus Sanctus. De Patre: Deus meus illumi-  
 na tenebras meas; de Filio in Psalmo: Deus  
 Dominus, & illuxit nobis; de Spiritu San-  
 cto Propheta: Non abscondam ultra faciem  
 meam ab eis pro eo quod illuxit Spiritus meus  
 super universam domum Israel; & Apostolus:  
 Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen  
 splendescere, qui inluxit in cordibus nostris ad  
 illuminationem claritatis Dei in faciem Christi  
 Jesu. Praescientiam habet Pater, ita Filius, ita  
 & Spiritus Sanctus. De Patre: Deus, qui oc-  
 cultorum cognitor est. De Filio: Ab initio, in-  
 quit, sciebat Jesus, qui eum esset traditurus. De  
 Spiritu Sancto: Cum venerit Spiritus Para-  
 clitis docebit vos omnem veritatem, & quae  
 ventura sunt, annuntiabit vobis. Sicut ubi-  
 que esse dicitur Pater, ita Filius, ita & Spi-  
 ritus Sanctus. De Patre: Calum & terram  
 ego impleo, dicit Dominus. De Filio: Ubi-  
 cumque fuerint duo vel tres congregati in no-  
 mine meo, ibi sum in medio eorum: & Apo-  
 stolus: Qui ascendit super caelos, ut impleret  
 omnia. De Spiritu Sancto in Salomone: Spi-

44 Voces Pacem meam do vobis idem codd. suppeditarunt.

45 Supplevimus ex iisdem Sanctum suum.



*Sap. 1. 7.* ritus Domini implevit orbem terrarum: & quod super orbem est, implevit ipsum Dominum orbis totius conditorem; sicut legitur: *Jesus autem plenus Spiritu Sancto regressus est ab Jordane: & David: Quo ibo a Spiritu tuo? Arguit Pater, ita Filius, ita & Spiritus Sanctus. De Patre: Domine ne in ira tua arguas me. De Filio: Arguam te & statuam illa contra faciem tuam. De Spiritu: Cum venerit Spiritus Paraclitus, ipse arguet mundum de peccato, & reliqua. Bonus Pater, bonus Filius, bonus & Spiritus Sanctus. De Patre: Pater bone. De Filio: Ego sum pastor bonus. De Spiritu Sancto: Spiritus tuus bonus deducet me in via recta. Sanctificat & justificat, sicut Pater, ita Filius, ita & Spiritus Sanctus. Apostolus: Sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.*

XXI. Sanctus dicitur Pater, sanctus dicitur Filius, sanctus & dicitur Spiritus Sanctus. De Patre in Levitico: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. De Filio in Evangelio: Quod naseetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei: item ibi: Scimus qui sis sanctus Dei: de Spiritu Sancto in Salomone: Sanctus enim Spiritus disciplina effugiet fictum. Fortis Pater, fortis Filius, fortis Spiritus Sanctus. De Patre: Deus fortis & patiens; de Filio in Isaja: Et vocabitur nomen ejus Deus fortis; de Spiritu Sancto in Salomone: Spiritus fortitudinis in vis ejus. Operatur Pater, operatur Filius, hoc & Spiritus Sanctus. De Patre ad Philippen- ses: Deus enim, qui operatur in vobis & velle; de Filio in Evangelio: me oportet operari opera ejus, qui misit me; de Spiritu Sancto ad Corinthios: Hec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult. Virtus Pater, virtus Filius, virtus & Spiritus Sanctus. De Patre Apostolus: Non confundor de Evangelio; virtus enim Dei est in salute omni credenti. De Filio Apostolus: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis ut habitet in me virtus Christi. De Spiritu Sancto ad Thessalonicenses: Evangelium nostrum non fuit apud vos in verbo tantum, sed in virtute Spiritus Sancti. Fons Pater, fons Filius, fons & Spiritus Sanctus. De Patre Jeremias: Dereliquerunt fontem aque vive. De Filio in Salomone: Fons sapientie Verbum Dei. De Spiritu Sancto Isajas: Ecce nomen Domini post multum tempus veniens, ardens in ira indignationis vorabit gentes, & Spiritus ejus ut fons aque vallem trahens. Caritas Pater, caritas Filius, caritas & Spiritus Sanctus. De Patre in Epistola Joannis: Deus caritas est. De Filio Apostolus ad Corinthios: Caritas enim Christi urget nos. De Spiritu Sancto Apostolus: Obsecro vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, & per caritatem Spiritus.*

XXII. Regenerat Pater, regenerat Filius, regenerat & Spiritus Sanctus. De Patre Petrus: *Benedictus Deus, & Pater Domini no-*

*sri Jesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vite eterne. De Filio inibi: Diligentes invicem ex corde, quasi renati per Verbum Dei vivi. De Spiritu Sancto in Evangelio: Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non introibit in regno calorum. Resuscitat Pater, resuscitat Filius, resuscitat & Spiritus Sanctus. De Patre in Actibus: Deus Patrum nostrorum, qui suscitavit Jesum, & nos suscitabit per potentiam suam. De Filio in Evangelio: Venerunt Judæi non solum propter Jesum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit a mortuis. De Spiritu Sancto Apostolus: Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis, & vivificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. Gratia Dei Patris, gratia Filii, gratia Spiritus Sancti. De Patre: Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum. De Filio ad Corinthios: Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quia propter vos factus est pauper, cum esset dives. De Spiritu Sancto in Actibus: Et obstupuerunt, qui cum Petro venerant, quoniam in Gentibus gratia Spiritus Sancti diffusa est. Signat Pater, signat Filius, signat & Spiritus Sanctus. De Patre ad Corinthios: Et qui signavit vos nobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus. De Filio ad Ephesios: Audientes Verbum veritatis Evangelium salutis vestre, in quo signati estis. De Spiritu Sancto ubi supra: Nolite contristare Spiritum Sanctum, in quo signati estis in die redemptionis. Habitat Pater in creditibus, habitat Filius, habitat & Spiritus Sanctus. De Patre in Isaja: Servate diem Sabbati, & sanctificate cum, ut habitem in medio vestri. De Filio ad Ephesios: Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. De Spiritu Sancto: Nescitis quoniam templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Scrutatur Pater, scrutatur Filius, scrutatur & Spiritus Sanctus. De Patre in Psalmo: Scrutans corda & renes Deus. De Filio in Apocalypsi: Et scient omnes Ecclesie, quia ego sum scrutator cordis, & renum. De Spiritu Sancto in Apostolo: Spiritu omnia scrutatur etiam profunda Dei. Testificat Pater, testificat Filius, testificat & Spiritus Sanctus. De Patre in Psalmo: Testimonium Dei fidele sapientiam prestans parvulis. De Filio ad Timotheum: Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, & Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato. De Spiritu Sancto, Apostolus: Testimonium perhibet Spiritui nostro.*

XXIII. Ostendit Pater, ostendit Filius, ostendit Spiritus Sanctus. De Patre ad Timotheum: *Quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens. De Filio in Evangelio ipse Filius dicit: Ostendam autem vobis quem timeatis, & multa bona opera ostendi vobis a Patre meo. De Spiritu Sancto ad Corinthios: Prædicatio mea non fuit in persuasibilibus humanæ sapientie verbis, sed in ostensione Spiritus. Implet Pater, implet Filius, implet & Spiritus Sanctus. De Patre Jeremias: Calum & terram ego impleo, dicit Dominus. De Filio in Apostolo: Dominus autem impleat corda vestra, & confirmet*

46 Sic nostra MSS. exemplaria. Vulg. vivificavit.

47 Vulg. te Deus. Ex MSS. emendavimus.

*Io. 1. 16.* in omni opere, & sermone bono; & in Evangelio: De plenitudine ejus omnes accepimus. De Spiritu Sancto in Actibus: Implevit omnem locum, ubi erant discipuli congregati: & Jesus plenus Spiritu Sancto, regressus est a Jordane. Loquitur Pater, loquitur Filius, loquitur & Spiritus Sanctus. De Patre: Deus locutus est in Sancto suo. De Filio: Loquente Jesu ad turbas. de Spiritu Sancto: Est qui loquitur in vobis.

*Act. 2. 2.* Apparuit Pater, apparuit Filius, apparuit & Spiritus Sanctus. De Patre in Actibus: Deus gloriae apparuit Patribus nostris. De Filio in Epistola Joannis: Ad hoc apparuit Filius, ut solvat opera diaboli. De Spiritu Sancto in Job: Et Spiritus apparuit in oculis meis, & horror irruit in me. Veritas Pater, veritas Filius, veritas & Spiritus Sanctus. De Patre in Psalmo: Redemisti me Domine Deus veritatis. De Filio: Veritas de terra orta est: & in Evangelio: Ego sum via, veritas, & vita. De Spiritu Sancto in Evangelio: Cum venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Ecce unitatem operis, non dubites 49 unitatem credere Trinitatis.

Unitas operis in unitate naturæ Trinitatis.

49

Rebaptizatio apud Arrianos hujus temporis.

50

Cum male collarum fuit baptisma, datur, non iteratur baptisma.

51

XXIV. Dicere etiam solent de baptismo, quod in eo melior sit illorum baptisus, quam noster; quia qui de illis ad nos convertuntur, non eos rebaptizamus, sed per manus impositionem reconciliamus. Illi vero si quos de nostris seducere possunt, inconsideranter rebaptizant. Qui interrogandi sunt: Baptisma istud, quod dant, suum dicunt esse, an nostrum? Si nostrum est, quare illud præsumunt, similiter ut nos baptizando? Si illorum est, quare illud violant iterando? Sed nos reverentiam habemus dominicis verbis; & quomodo ipse iussit, ita & baptizamus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Sed & illos sic certum est baptizare. Nam si sic baptizarent illi, quomodo credunt, in nomine Patris majoris, & in nomine Filii minoris, & in nomine Spiritus Sancti multo minoris; tunc demum si non iterabamus baptismum, sed dabamus: quia non secun-

dum regulam, quam Dominus tradidit, baptizabant. 52 Sed qui id faciunt, bene baptizant, sed male credunt: bene baptizant, sed malum est quod rebaptizant. Regulariter quidem baptizant, sed fidem male insinuant; & dum carnaliter gradus in Divinitate faciunt, offensam Divinitatis incurrunt, non metuentes illud quod Dominus dixit: Qui semel lotus est, non indiget iterum ut lavetur. Dixit enim Dominus in Evangelio: Vos estis sal terræ: & quicumque sapiens est, non hoc sine causa dictum intelligit. Sal enim ex aqua fit, sed si iterum in aquam mittitur, liquefcit, & perit. Sic qui semel baptizatus est, sal est effectus; sed si iterum se baptizari permittat, ad nihilum sicut sal in aqua redigitur, & anima ejus perpetua morte punitur. Dicit enim Apostolus de Ecclesia: Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus; quia sicut ex multis granis unus panis efficitur; ita ex multis populis una Ecclesia congregatur. Et panis, ut omnes norunt, per aquam conficitur, & per ignem excoquitur; & omnis Christianus, per baptismi aquam, & ignem Sancti Spiritus, oblatio Dei est effectus, dicente Domino: Si quis non renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum celorum. Sed sicut panem jam semel coctum si aliquis remittat in aquam, & velit recommicere & coquere, perdet pristinam dignitatem, & in nigredinem, terramque convertitur; sic talis efficitur quicumque in se permittit baptismum iterari. Et ideo debet unusquisque usque ad mortem baptismum suum, Deo adjuvante, servare, si vult ad regna celorum fideliter pervenire. Nam quicumque se rebaptizare permittit, ipse blasphematur in Spiritu Sancto, dum se negat Christianum, & per aquam, ac Spiritum Sanctum fuisse renatum; & necesse est ut illam, quam memoravimus, Domini sententiam comminantis excipiat: Quicumque blasphemaverit in Spiritu Sancto, non ei remittetur neque in hoc seculo, neque in futuro.

52

*Io. 13. 10.*

*Matth. 52. 13.*

53

54

*1. Cor. 10. 17.*

*Jo. 3. 5.*

55

*Matth. 12. 32.*

## F I N I S.

48 Vulg. solvantur. Codicum nostrorum lectionem retinimus.

49 Cod. Ambr. veritatem.

50 Confer quæ de Arrianis hujus temporis rebaptizantibus in præmissa Admonitione observavimus.

51 Legendum videtur non iteravimus baptismum, sed davimus . . . . baptizarent.

52 Vulg. Sed quid facimus? minus recte. Cod. Patav. Sed qui faciunt. Melius in Ambr. Sed qui id faciunt, nimirum ut supra dictum est ab Arrianis fieri, qui baptizabant in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; non autem, quomodo perperam credebant, in nomine Patris majoris, & in nomine Filii minoris, & in nomine Spiritus Sancti multo minoris: quod si fecissent, baptismum irritum fuisset, & sic baptizati accedentes ad Ecclesiam, baptizandi essent sine periculo iterandi baptismatis.

53 Vulgati, non autem nostri codices, addunt ex aqua.

54 Iidem vulg. addunt missum.

55 Edit. velit recoquere. Secuti sumus lectionem MS. Ambr. cui & Patav. concinit. Hoc idem argumentum adversus Arrianos intorsit Sebastianus Comes apud Viflorem Vittensem lib. 1.

de Persec. Vandal. Cum enim ab eo petiisset Rex Gensericus, ut Arrianismum amplecteretur, ille statim respondit: Quoeso, Domine Rex, ut nunc unus panis mundissimus ac simitaceus afferatur. Quem, cum ignorasset Gensericus Sebastiani victoriam, illico iussu asservi. Apprehendens itaque Sebastianus mundissimum panem ita affutus est: Hic enim panis ut ad tantum decorem splendoris venisset, & mensæ regie necessarius haberetur, discussa spurcicia fursuris ex massa simitagine compressus, per aquam transivit & ignem; & idcirco aspectu clarus & suavis habetur. Ita & ego mola catholice matris commoluitus, & cribro examinationis ut similitudo munda purgatus, rigatus sum aquis baptismatis, & igne Sancti Spiritus coctus, & ut hic panis de furno, ita & ego per officia sacramentorum divinatorum, artifice Deo, de fonte mundus ascendi. Sed fiat, si velis, ut ipse propono. Iste panis confringatur in frustra, madidetur aqua, & iterum conspergatur, mittatur in furnum. Si melior exierit, faciam quod bortaris. Quam propositionem ubi Gensericus cum omnibus qui aterant audisset, ita ligatus est, ut se solvere omnino non posset. Confer quæ diximus in Admonitione num. 4.

SANCTI HILARII  
EPISCOPI ARELATENSIS

V I T A

E T O P U S C U L A

*In hac editione auctiora, quam in Quesnelliana, & ad  
præstantes Mss. codices emendata.*

SAINT HILLARY

RESCUE AND RECOVERY

V. 1

1850

Published by the  
Author at the  
New York Office

# P R Æ F A T I O .

**Q**uesnellus *Vitæ & Opusculis* S. Hilarii Arelatensis, quæ a Leonis operibus non disjungenda credidit, hanc præfatiunculam præfixit.

„Tantus est Leonem inter & Hilarium ætatis, ingenii, eloquentiæ, dignitatis, rerumque actarum nexus, ut hujus Vitam & Opuscula illius scriptis appendi, necessitas pene fuerit. Necessitatem auxit, saltem quoad Hilarii Vitam, & infinitus prope mendorum, quibus scatet, numerus, & exemplarium penuria. Quod Vitam hanc attinet, in MS. Codice Arelatensi, quem clarissimus vir D. Saxius Arelatensis Ecclesiæ Canonicus nobiscum pro sua humanitate communicavit, illius auctor dicitur Reverentius Hilarii successor. Nullus est porro hujus nominis successor Hilarii; qui vero in ejus locum proxime successit, Ravennius est, quem Vitæ hujus auctorem non esse Vita ipsa clamat. Præterea vix dubitandum quin hæc ipsa sit Vita, quam ab Honorato Massiliensis Ecclesiæ Episcopo Hilarii alumno scriptam esse, testis est Gennadius in Catalogo illustrium Virorum cap. ult. quod & ipsa Vita suggerit, ex qua constat ejus auctorem exequiis Hilarii interfuisse. *Sanctorum*, inquit Gennadius, *Patrum Vitas ad ædificationem posterorum coaptat ipse* ( Honoratus ) *legendas, præcipue nutritoris* ( legisse Barralis videtur *meritoris* ) *sui sancti Hilarii Arelatensis Episcopi*. Hanc periisse putat Philippus Labbeus in Dissertatione de Scriptoribus Ecclesiasticis: quia eam distinguit ab ea Hilarii Vita, quam Chronologiæ Lirinensi inseruit Barralis, & quæ apud Surium exstat. At illa Barraliana Hilarii Vita non alia est, quam quæ ab Honorato scripta, ut optime conjecerat Barralis ipse, qui ex membrano, ut ait, per antiquo MS. Monasterii Lirinensis eam edidit. Crediderim ego Reverentium illum, cui Vitæ scriptum tribuit Codex Arelatensis, alium non esse ab Honorato, qui servata nominis sui significatione sub Reverentii nomine latitare voluerit: honor quippe & reverentia idem sonant. Favent conjecturæ plurium scriptorum ejusdem ævi exemplum, qui vel tacito nomine proprio, vel etiam sub alieno, tractatus varios emisissent. Opuscula alia *aliqua & parva* Hilarius, ut habet Gennadius, *edidit, quæ eruditæ animæ & fidelis linguæ indicio sunt, in quibus præcipua & ad multorum utilitatem necessaria opera Vitam S. Honorati decessoris sui composuit*. Hanc nos ad Codicem MS. Arelatensem, & ad Bollandianam editionem, relectam damus: cui adjicimus Metrum in Genesim Leoni PP. nuncupatum, & perbreve Epistolam ad Eucherium Lugdunensem Episcopum scriptam. Narrationem de Miraculis S. Genesii, quæ apud Surium Hilarii nomine decorata legitur, abhorret ab ejus facundia, stilumque potius redolet Honorati Massiliensis, quem & testatur Gennadius plura ad Vitas SS. Patrum pertinentia scripsisse. Homilias pene infinitas ab Hilario dictas scribit Trithemius, quarum plures forsitan inter Eusebianas seu Eucherianas delitescunt. Sed his discernen-

„ dis nec vacamus, nec sufficimus. Aliquot alia enumerat Vitæ ejus  
 „ scriptor cap. XI. *Gratia ejus, inquit, ex his operibus, quæ eodem di-*  
 „ *cendi impetu concepit, genuit, ornavit, protulit, potest absque hæsi-*  
 „ *tatione dignosci; Vita scilicet Antistitis Honorati, Homiliæ in totius an-*  
 „ *ni festivitibus expeditæ, Symboli expositio ambienda; Epistolarum*  
 „ *vero tantus numerus; versus etiam fontis ardentis.* Nonnulla etiam  
 „ sæcularis eruditionis scripta ejus indicant hæc capituli I. verba:  
 „ *Inexhaustum facundie fontem, philosophicorum dogmatum interiorem*  
 „ *veramque doctrinam præclara posteris tradita ejus eloquio monumenta*  
 „ *testantur.* Ex tot tamque præclaris sancti & facundi Præfulis lucu-  
 „ brationibus nihil præter paucula hæc ad nos usque pervenisse & mi-  
 „ ramur & dolemus. Saltem his, & quidem longe quam antea  
 „ emendatioribus utere, Lector, & vale. “ Hactenus Quæsnellus.  
 Quid autem circa hæc nobis videatur, quidve novi huic editioni  
 per nos accesserit, ex duabus Admonitionibus, quarum alteram  
 Sancti Hilarii Vitæ, alteram ejus Opusculis præmitteremus, quisque  
 cognoscet.



# A D M O N I T I O

*in Vitam S. Hilarii Episcopi Arelatensis .*

1 **Q**UI S. Honoratum Massiliensem Episcopum sequentis Vitæ auctorem existimant, nullius codicis auctoritate nituntur. Solum insistant testimonio De Auctore  
hujus Vitæ. vulgati Gennadii cap. 99. ubi de S. Honorato Massiliensi scribitur: *Sanctorum quoque Patrum Vitas ad ædificationem posterorum coaptat ipse legendas, præcipue nutritoris ( Barralis legit meritosis ) sui Hilarii Arelatensis*. Nunc vero jam inter eruditos constat, illud caput 99. non esse Gennadii, sed posteriori additamento Operi ipsius fuisse subjectum. Enim vero in pluribus MSS. libris deest, quos Addita-  
menta in  
Gennadio  
notantur . observarunt Petrus Franciscus Chiffletius, Miræus, Suffridus Petri, & Ernestus Salomonis Cypriani: & ( quod plurimum valet ) abest etiam a nonnullis antiquis exemplaribus alias additiones præferentibus, quas in vetustioribus, vel sincerioribus codicibus haudquaquam invenies. Hinc quoque S. Honorati elogium omittitur a S. Isidoro, a S. Idelfonso, ab Honorio Augustodunensi, & a Sigiberto: qui postremi e Gennadio potissimum exscripsere. In codice 100. S. Crucis in Hierusalem Gennadii catalogus desinit in Joanne Antiocheno, idemque deprehenditur in MS. Vat. 551. & in prioribus Gennadii editionibus, quas Aleriensis ex alio codice impressit. Pervetustum exemplum Capituli Cathedralis Veronensis eundem catalogum ad Joannem Antiochenum usque pari modo perducit; & solum post hujus elogium duo additamenta subjicit, alterum de Gelasio Pontifice, de ipso Gennadio alterum. Hæc sola additio post primam editionem operis ab eodem Gennadio profecta credi potest. Cetera autem Cæsarii Arelatensis, Eugenii Carthaginensis, Juliani Pomerii, & Gennadii Massiliensis elogia, quæ in editis quidem leguntur, at in antiquioribus memoratis exemplaribus desunt, posterioribus incerti, seu incertorum scriptorum additamentis tribuenda sunt. Id vero de elogio S. Honorati multo magis patet, quippe quod in aliquot etiam ex iis MSS. non legitur, quæ cetera additamenta exhibent ad Pomerium usque, uti Petrus Chiffletius animadvertit. Hinc Ernestus Salomonis Cypriani de hoc capite 99. judicium ferens, scripsit in editione Fabricii: *Hanc Vitæ Honorati descriptionem ineptissimus quidam homunculus Gennadio supposuit. Stilus plane diversus est a Gennadii nostri scripturæ genere: nec est in codicibus nostris.*

2. Etsi vero hoc caput Gennadium non habeat auctorem; cum tamen inveniat in aliquot non recentibus MSS. Gennadii, scriptum & additum negari nequit a vetusto aliquo ignoto scriptore, qui Honorato Massiliensi Hilarii Vitam attribuit. Neque idcirco hæc Vita eidem Honorato certe adjudicanda est. Vitæ hujus auctor ipsius Hilarii exequiis interfuit ex cap. 22. ubi etiam Basilium nominat, tum Presbyterum, postea vero, cum scribebat, Episcopum: quæ Honorati Massiliensis ætati non repugnant. At non propterea hic certus est auctor. Ex tribus enim MSS. exemplis, quæ hætenus nota sunt, duo, videlicet Lirinense & Vaticanum Reginæ 645. auctoris nomine carent; tertium vero Arelatense, licet ejusdem Ecclesiæ sit, cui Hilarius præfuit; non tamen Honoratum, sed *Reverentium* auctorem præfert, quemadmodum Petrus Saxius & Quesnellus ipse testantur. Hæc Arelatensis manuscripti inscriptio passim rejicitur, eo quod Saxius putarit *Reverentii* nomine indicari Ravennium Arelatensem, qui Hilario immediate successit. Ravennio enim hanc Vitam convenire non posse ex eo cognoscitur, quia in eadem bis cum laude nominatur Ravennius, & c. 23. Hilarii successores plurali numero appellantur. Ex capite autem 24. liquet, hanc Vitam fuisse scriptam *tot annorum spatiis evolutis* post Hilarii mortem, idest sub finem sæculi V. cum Ravennius jamdiu ante e vivis excefferit. Quesnellus suspicatur Honoratum Massiliensem sub *Reverentii* nomine latere voluisse, ut aliis ejusdem ævi & regionis Scriptoribus placuit. At nulla occurrit ratio, cur Honoratus, si Vitæ auctor fuit, non tam latere, quam confictum nomen operi præfigere voluerit;

Honoratus non est certus Vitæ Auctor .  
Certe non est Raven-  
nius .

rit; cum præsertim de Vita agatur, quæ *jussionibus venerabilibus* exarata, ut in procemio traditur, verum auctorem aliis cognitum alieno nomine occultari non sinebat.

3. Hinc recte fortassis Cardinalis Baronius, Miræus, & Papebrochius in *suf-*  
 picionem venerunt, hanc Vitam *Reverentii* nomine inscriptam, esse diversam ab  
 illa, quam Honorato Massiliensi antiquus auctor apud vulgatum Gennadium  
 attribuit; & Reverentio nobis ignoto ex MS. codicis Arelatensis fide adjudican-  
 dam existimant. Hic auctor Episcopus creditur ex illis extremi capitis verbis,  
 quibus se *Sacerdotem* appellat. At præterquam quod hocce caput deest in MS.  
 Vat. Reginæ; *Sacerdotis* nomen non semper pro *Episcopo*, sed nonnumquam et-  
 iam pro *Presbytero* accipitur, ut pluribus exemplis probare liceret. Sed ne in ex-  
 terna divagemur, idem Vitæ auctor cum cap. 8. inter sacras Hilarii Episcopi cu-  
 ras retulit, *Sacerdotes Domini non solum verbis, sed factis accendere . . . digna sa-*  
*cerdotia consecrare . . . Pontifices ordinare*; Sacerdotes a Pontificibus distinguens,  
*Sacerdotum* voce Presbyteros profecto intellexit; cum præsertim instructio non tam  
 verbis, quam factis adhibenda iis Presbyteris congruat, qui una cum Hilario vi-  
 tam degebant. Auctorem quidem Vitæ, licet *Sacerdotis* nomine appellatum, Pre-  
 sbyterum, cum scripsit, non vero Episcopum fuisse Tillemontius ex aliis ejus-  
 dem Vitæ locis collegit not. 6. in Hilarium. Quod si credatur Episcopus, Reve-  
 rentium ignotæ sedis Episcopum Vitæ auctorem credere nihil vetat, quin ad Ho-  
 noratum Massiliensem confugiendum sit. Quicumque vero hic auctor judicetur,  
 certe a studio aliquo defendendi Hilarii, quoad ea, in quibus Leonis censuram  
 incurrit, alienum non fuisse ex nostris Observationibus in Dissert. V. Quæsnelli  
 part. I. c. I. n. 3. facile intelliges.

Quid de  
Reverentio,  
  
Sacerdotis  
nomen pro  
Presbytero  
sumptum

4 Hanc Vitam Barralis publici juris fecit ex antiquo codice monasterii Liri-  
 nensis; ac exinde inserta fuit ultimæ Surii editioni. Eamdem recuserunt Bollandi-  
 stæ cum emendationibus e codice Reginæ Suecorum, quas Pater Possinus ad  
 ipsos misit. Quæsnellus in sua editione codice Arelatensi usus est. Nos plurimum  
 debemus diligentiae D. D. Joannis Salinas, Canonici Regularis Lateranensis, qui eam-  
 dem Vitam impressit Romæ an. 1732. Non solum enim laudatas editiones re-  
 coluit, verum etiam accuratissime consuluit MS. Vat. Reginæ 645. qui utrum sit  
 ille idem, quem P. Possinus apud eandem Reginam tunc viventem invenit, an  
 diversus, ignoratur.



# SANCTI HILARII ARELATENSIS EPISCOPI

## V I T A

ab **AUCTORE** ejusdem Sancti HILARII  
discipulo scripta.

PRÆFAT.



Onscius imperitiæ meæ,  
& non ignarus ignaviæ,  
dum tenerum verecundiæ  
frontem silentii latebris volui  
cunctabundus operire,  
eamque sub velamine ta-  
citurritatis abscondere, jus-  
sionibus venerabilibus diu-

tissime repugnavi. Sed vicit meritum Domi-  
norum præsentiumque Pontificum; si tamen  
obedientis temeritas non imminuat judicium  
tam sublimium Sacerdotum: quia cui fandi  
facultas non suppetit ubertate loquendi, in-  
docta rusticitate depressus, frustra vocatur  
in culpam, si nequeat excolere propositam  
sterili sermone materiem: cujus ponderis  
magnitudine angustus animus in ipso præ-  
fationis exordio præfocatur, dum innume-  
ras virtutum palmas hinc inde circumspicit,  
2 nec incipere quod aggredi conatur, queat,  
nec quod cœperit, supplere pravealeat.

2  
CAP. I.  
Natalium  
nobilitas  
ab Hilario  
& auctore  
ejus vitæ  
posthabita.

Beatissimi igitur Hilarii, peculiaris Pa-  
tris, Monachi singularis, Antistitis summi,  
Doctores eximii, pii Institutoris Vitam ser-  
mone pauperulo, sensu tenui cupiens de-  
monstrare, dignum duco nequaquam more  
rhetorico patriam parentesque memorare:  
quia etiam ipse in laudibus venerandi pro-  
pinqui præcellsum stemma Natalium maluit  
nobilitate dum respuit, commendare dum  
præterit, dilatare dum spernit. Ego, ut sic  
dixerim, hujus rei non immerito arbitror  
faciendam esse jacturam, ubi præconiorum  
sublimium redundat ubertas: more artifi-  
cum, qui composituri diadema pretiosum,  
sic eligunt veras gemmas, ut aliquas ta-  
men præterire noscantur industria: ita &  
ego, ubi virtutum exuberant margaritæ,  
nonnullas necessario prætermittam, ut vitæ  
ipsius pretiosissimum monile, non humanis  
gemmis ornatum, sed supernis virtutibus

splendidum, sine artificis manu pretiositate  
propria commendetur. Proinde infantia ejus  
rudimenta, indolem pueritiæ; jam tunc quæ  
subsecuta sunt, 3 vultus nivei candorem,  
fulgentium luminum faces, modestum gra-  
dientis incessum, ignem flagrantis ingenii,  
inexhaustum facundiæ fontem, philosophi-  
corum dogmatum 4 interiorem veramque do-  
ctrinam, præclara posteris tradita ejus elo-  
quio monumenta testantur, brevi trado com-  
pendio, 5 illis definiens hæc requirenda  
personis, in quibus tanta insignia nequeunt  
fructificare virtutum. Ego autem, qui in  
humilitate gratiam, in mundi contemptu sa-  
pientiam, in auctoris amore justitiam, in  
carnis mortificatione prudentiam, in pereni-  
nium præmiorum comparatione fortitudi-  
nem prædico, illa omnia necessaria dissimu-  
latione prætereo: illud recte æstimans nar-  
rationis exordium, quod ipse judicavit con-  
versationis suæ dignum esse principium,  
quemadmodum portum veræ salutis intra-  
verit, vitæ istius naufragio superato, præ-  
libare tentabo.

Hunc igitur dum beatæ memoriæ Hono-  
ratus Pater in novæ vitæ immortalitatem  
cuperet pietatis regenerare visceribus, con-  
gregationem per se Domino 6 conquistam  
paufillulum dereliquit. Ad patriam, ex qua  
cum amor cælestium expulerat, tanti filii  
revocavit affectus. Corpore infirmus, men-  
te validus & robustus, sobolem novam spi-  
rituali adhortatione concipiens, instructione  
formans, orationibus procreans, in corde  
præclari cespitis sanctum semen aratro fidei  
percolendum jaciebat peritus agricola, quod  
orationum perennibus donis & lacrymarum  
fluentibus rivis irrigabat. Sed anima generosa,  
quæ falsam atque fallentem sæculi felici-  
tatem innumero doctrinarum labore con-  
ceperat, cum ad cælestis regni militiam vo-

ca-

1 Quædam editiones cum plerisque MSS. Au-  
ctoris nomen omittunt. Aliæ cum Quesnello sine  
ullius codicis auctoritate S. Honorati Massilien-  
sis nomen præfigunt ex additamento Gennadii.  
Reverentius auctor dicendus esset ex MS. Arela-  
tensi. Cur præscindamus, ex Admonitione patet.

2 Quesn. n<sup>o</sup> incipere ... supplere provideat.

MS. Vat. Reg. & Bollandistas seculi sumus.

3 Codd. Lirin. & Vat. Reg. *nivei nitorem vultus.*

4 Lirin. *antextorem.*

5 MSS. Arel. & Vat. Reg. *in illis.*

6 Cod. Lirin. *acquisitum pauillulum.* Post pau-  
ca *cælestis* pro *cælestium* in eodem Lirin. & in  
Vat. Reg.

CAP. II.  
Hilarium  
convenit  
Honoratus  
ut ad Deum  
convertat.  
6

7 caretur, non levem habuit facilemque 7 tractatum; quandoquidem se subtiliter ingerebat dulcedo presentium, ut veram frugem & gloriam abstraheret futurorum. Sed pius Pater his adhortationibus animum mundi prosperitate constrictum solvere gestiebat: Ego, fili, superna inspiratione flammatus, ut perennis vitæ gloriam consequaris ad eadem loca pro te redire compellor, unde jam diu fugiendum esse salubri, ut cernis, definitione constitui. Non tibi terrena, sed cælestia; non caduca cum mundo, sed æterna cum Christo, eodem sponse, quo largitore muneris, in perpetuum proviturus. Ista, quæ sequeris, & quæ animo concepisti, mors potest 8 intercipere omni communis ætati: quæ autem suadeo, non deserentes parant divitias, sed mansuras; nec temporalia comoda, sed æterna; nec titulos vanescentium honorum, sed perennem gloriam tribuunt Angelorum. In sæculi conversatione volatili, quam scriptura prophetica umbræ apparenti & illico vanescenti credidit comparandam, dicens, *Dies mei sicut umbra prætereunt*, recte quicquid aspicitur, 9 deceptorium judicatur. Et ideo seu corporum vires, seu patrimoniorum facultates, seu felicitatis 10 augmenta, vel diversarum prosperitatum insignia, pene est ut ante transeat, quam producta lætitia 11, quolibet usu auctorem incipiant oblectare. Quæ tamen plus metu amissionis excruciant amatorem, quam suæ prosperitatis ambitu lætificent possidentem. Jugiter suspecta, nec tamen manentia, more subdoli hostis ingrentis parvam prædam, ut possit animam perpetuo tenere captivam. Et ideo accensus non humano affectu, sed divino nutu; quia non fallit ille, qui dixit interius, magna & supra quam credi possunt de te mihi metere promitto; illa tibi & in presenti proviturus, quæ non æstimas, & in futuro, quæ non possunt hæcenus cogitari.

CAP. III. Repugnat Hilarius Honorato. Sed cum B. Hilarius exercitatione præcipua, qua pollebat, acrimonia, qua ceteros superabat, eloquentiæ fonte, quo ipsis suis institutoribus plus fluebat, ista destrueret; non facile suscipiendum credens, quod summum esse mentis videbat intuitu, B. Honoratus ad Deum tota se animi virtute convertit. Quo facto non solum fastidientis assensum, verum etiam humilem & subiectum Christo auctore lacrymis gemitibusque promeruit. Quem blanda adhortatione non flexerat, violenta supplicatione superavit; prostratus in conspectu Domini, ut eundem cellius exaltaret; producens flumina lacrymarum, ut a lacrymis eximeret futurorum. Illico in ejus pectore novæ cogitationis fluctus exæstuat: suscitantur altercantium diversa inter se consilia voluntatum, & cui

Violenta supplicatio.

invitantis Domini ingerebantur præmia, ipsi nihilominus mundi opponuntur obstacula. In suscipienda igitur cælestis militiæ tyrocinia excitatus, talia secum ipse deliberat. In studiis sæculi constituti nonnumquam suadendi deliberatione suscepta, iusta ab injustis, utilia ab inutilibus perpensa salubriter examinatione discrevimus. Nonnumquam humanis auribus blandientes speciem justitiæ oratoriæ artis venustate celavimus. Hic quid agendum est, ubi causa vertitur salutis æternæ; ubi status animæ & infinitorum cælorum est pensanda securitas? Grandi maturitate tractanda sunt, in quibus ad portum pœnitendi nec ratio superest, nec recursus. Æquitatis lance cuncta pensanda sunt; quæ utilitatis pondere mensuram suppleant in libra justitiæ. Cuncta, quæ a mortalibus expetuntur, licet incomparabiliter velut pretiosa desiderentur, ipsa continuo adeptione vilescunt: natura humana vitiorum noxio insolens appetitu, non contenta, quod voluit, non satiata, quod concupivit, in novas cupiditatum faces flammarum more detrimentis suis crescens, pabuli assumptione deficiens, nec intelligens quod nonnumquam in ipsis conatibus morte immatura mortem cogitur subire perpetuam. Et idcirco quid justitia, prudentia, fortitudo, temperantia demonstrare soleant, ut dignum est, cogitemus.

Justitia persuadet nihil auctori redemptori-que præponendum: quia propterea Divinitas ad nos humiliata descendit, ut ad cælestia regna nos faceret pervenire. Recte deputatur eidem vita, qui dedit. Redemptori debetur obsequium. Amplectenda devotio, quæ gloriam parit dignitatis angelicæ. Prudentia similiter docet illorum exempla debere sectari, qui Domino placuerunt. Eligamus ergo, qui nostrum firmet ambiguum. Abraham primus occurrit, qui egredi compulsus e patria præceptum convertit in præmium. Astra iustus aspiceret, credidit quod contra naturam promittebat 12 æternitas. Promissum verit in debitum. Istum decet imitari innumera stellarum comparatione fecundum; qui extitit regni 13 cælestis conviva gloriosus, cujus sinus recte dicitur paradus animarum. Fortitudo cordis animæ generosæ nihil humile, nihil abjectum permittit arripere. Celsa sectari, ardua conscendere, facit adversa superare, desperationem fortibus probationem nullatenus exhibere permittens. Temperantia Regi cælorum templum provocat præparandum, fugatis tenebris vitiorum, replere lumine splendidissimo puritatis; abjectis voluptatum foetoribus, castitatis fragrare thymiamate. Proinde quia justitia conditori nos tradere, prudentia majorum exempla sectari, fortitudo contrarias pro-

Deliberatio Hilarii conversio-nem parturientis.

12

13

7 Lirin. cod. *traclavit*.  
8 MS. Arel. *incipere*: & post pauca pro *atati* Lirin. habet *criminis*.  
9 Vat. Reg. *deceptio*.  
10 Edit. Rom. 1732. *argumenta*.

11 Cod. Lir. addit *leviter*.  
12 Codex Arelat. notante Quesnello supra lineam alia manu habet *etatis*; &, ut videtur, optime.  
13 Lir. & Vat. Reg. *perennis*.

prostrernere potestates, temperantia templum auctori parari debere, iustæ definitionis deliberatione suaserunt; contemptum pristinum spontaneo emendemus occursum: quia non hunc, sed illum a quo missus est, offendemus, si causam salutis dissimulatione aliqua, vel occupatione mundana crediderimus esse 14 levandam: & quia laborem ipsius superna potentia 15 in vitavit, ut spolia diaboli victor ipse suscipiat.

CAP. IV. Adstructioni nostræ ipse B. Hilarius testimonium præbet ita dicens: 16 *Hesitantia mea invitante pio Domino, totus cum voluptatibus suis mundus adstabat: quid relinquendum, quid appetendum videretur, animus meus tamquam collatis apud amicam tractatibus ventilabat. Quotiens in animo meo velle & nolle successit? Et quid plura? Absente illo partes suas in me Christus exequitur.* Tali definitione firmatus occurrit, aspectu sereno, animo securo, submisso colloquio, quemadmodum humanum arbitrium divina præcedens gratia 17 commutaret in melius, digna conversatione, sermone, mente, habituque demonstrans, manum continuo in Evangelii missurum aratrum, ne retro vel cogitatione respiceret. Obiit taxatione omnium prædiorum totiusque substantiæ, acceptas a Germano pecunias vel usus pauperum, vel refrigeriis deputat Monachorum, Nequeo, ut dignum est, vel æstimare, vel dicere, quemadmodum sæculi voluptas, quæ ætatis lubrico & illecebroso humanæ fragilitatis solet escario prava delectatione decipere, ex animo hujus Beati abjecta fuerit 18 respuendo salubri damnata consilio, rationabili evitata perfrugio, desideratæ eremi glorificata secreto: illum evangelicum 19 percontatorem merito superans, virtute vincens, perfecta consummatione transcendens, Ille vendere noluit; hic universa distraxit: ille tristis abscessit; hic lætificatus 20 sæculi paradisi festinanter intravit. Adstructioni nostræ dignum B. Eucherius testimonium perhibet, ita dicens: *Et tu licet omnem censum in Christi pauperes 21 Christo dives effuderis: tu licet præferas annis juvenem, moribus senem; tamen plus est quod eremum concupisti,*

Ruptis ergo occupationum catenis, & auctori facultatibus traditis, tanto duce terrestrem ingreditur Lirinenis Insulæ paradisum: non unde, more primi Adæ, in hujus vitæ mitteretur exilium, sed unde jure victoris ad cælestia postmodum regna raperetur. Hinc jam omnibus nota illa mentis acrimonia, ardens 22 anima, mens compuncta, quemadmodum singulorum in ea fervorum Dei profectus alacri inspectione pervaserit, perseverantiam hauserit, vigiliis vicerit, abstinentiam rapuerit, humilitatis mansuetudinem transcendit, orationis instantiam superaverit, lacrymarum flumina meruerit, gratias omnium sibi vindicaverit, compunctionum virtutes attraxerit, & vim intulerit regno cælorum, pontificalis gloria mundo nota satis superque monstravit. Si quidem quantum compunctionis tunc acquisierit, hinc aperte cognoscitur, quod postmodum in media civitate eremitica fecit instituta fervere.

Amorem autem secreti ita medullitus hausit insertum, ut cum illum ducem suum patremque profectuum in sacerdotali fastigio collocatum sub ordinationis principium crediderit comitandum, statim desinere relinquentium. Quantus amor eremi fuit, apud quem B. Honorati dilectio 23 potuit studio caritatis imminui? Sed, o ardentissima compunctionis flamma, nequeo tuum, fauciatu intuitu, videre fulgorem. Quid tantopere fugis? Quid deseris? Quasi alibi possis lumen 24 parare, quam ubi auctor elegerit. Licet velis proprio gaudere secreto, licet consueto eremi rapiaris affectu patrem deserens, pater effectus postmodum reverteris. Relationi huic scripta Beati Eucherii præbent attestatorem, quæ ad eum directa testantur: *Magno, inquit, animo egressus dudum de domo tua & de cognatione tua usque in mare magnum recedentia eremi secreta penetra- veras: majore tamen virtute repetita a te est eremus, quam petita. Siquidem hospes ingressus habuisti ducem & velut itineris tui prævium, quem deinde etiam militiæ cælestis magistrum; cumque in pontificali fastigio persequendum putasses, ad familiare eremi secretum te amor retulit.* Et quia nobis multo-

CAP. V.  
Hilarius  
ad Mona-  
sterium Li-  
rinense se-  
cedit.

22

Eremum  
ad tempus  
relinquit.

23

24

Eucherus  
de laude  
Eremi, li-  
nea 1.

to-

14 Quæsn. *latandum* ex MSS. Arel. & Lir. notavitque in Arel. alia manu *latendam*. Cod. Vat. Reg. *latandum*. Bollandistæ & edit. Rom. 1732. *levandam*: idque magis placuit.

15 Quæsnellus in margine: Forte *incitavit*.

16 Idem Quæsn. *Hesitantiam meam*. Magis arripit Bollandistarum lectio, quam duo MSS. Lirin. & Vat. Reg. approbant.

17 Bollandistæ, & edit. Rom. *commutat*. Mox pro *conversatione* legebatur *conversione*. Emendavimus opæ MSS. Vat. Reg. & Lirin.

18 Bolland. & edit. Rom. *repente salubri*. Mox *desiderabili* pro *desiderate* in MS. Lirin.

19 Arel. cod. *peccatorem*: & pro *merito* MS. Lir. *meritis*.

20 Quæsnel. in margine: *idest hujus vite, vel lege eremi*. D. Salinas optime monuit *sæculi paradisi* hic vocari Insulam Lirinensem, uti vocatur ab Eucherio in libro de laud. eremi ad

ipsum Hilarium missa, ex quo Vitæ auctor profecit. Id autem multo magis ex sequenti capite confirmari potest, ubi *Lirinenis insulæ paradisi* nominatur.

21 Cod. Lir. delet *Christo*.

22 Idem cod. delet novem voces sequentes.

23 Idem cod. *non potuit*. Hæc autem lumen accipiat ex Eucherii epistola *de laude eremi*, cujus excerptum Auctor hoc loco inseruit. *Prius enim, inquit ille ad Hilarium scribens, cum desertum peteres, comitatus fratrem (idest Honoratum) videbaris. Nunc cum desertum repetieris, etiam patrem reliquisti. At qualem illum, quantumque, quanto tibi semper dilectionis cultu observatum, quam singulari tibi affectione devinctum? ut cujus caritati præferre nihil possis, nisi forte solam eremi caritatem.*

24 MS. Lirin. & edit. Rom. *præstare*.

torum necesse est adstructionibus narrationem suscepti operis confirmare, quisquis plenus ista scire voluerit, 25 opus illud ubi hæc digne sunt digesta, percurrat.

25

CAP. VI.  
Honoratum in extremis positum conuenit.

26

Designatur ab Honorato sibi successurus Hilarius.

Rapitur ad Episcopatum.

27

Emenso 26 biennio, cum ad meriti proprii percipiendum præmium ex incerto vitæ istius cursu beatus Pontifex vocaretur Honoratus, missis epistolis, ut extremis suis interesse deberet, admonuit. Ita iussionem ejus festinavit implere, ac si revocaretur ad eremum. Cumque ad tantum virum crebra sublimium virorum agmina benedictionis accipiendæ gratia adventarent, cœperunt de successore beati Honorati flagitare responsum. Excitati desuper animi de electione Pontificis ad iudicium perrecturi testimonium postulabant; supremo halitu summum meritis singularibus digito demonstravit Antistitem. Impensis ergo supremis obsequiis, iterum sanctus Hilarius ad eremi secreta festinat. Sed illa Divinitatis potentia, quæ modis occultis suam per humana ministeria peragit voluntatem, illustris Cassii, qui tunc præerat militibus, animum repente succendit, ut ignotum, ut longe positum, ut denique ad eremum properantem ardentem expecteret, fortiter retineret, violenter attraheret. Electum civium numerum cum non parva manu dirigit militantum. Feliciter pervenitur: spiritualis præda adstat ante oculos inquirentium, & nihilominus ignoratur. Quorundam tamen iudiciis declarata capitur. Et, o supernæ gratiæ dispensatio inaudita! tibi officia pastoris oves egerunt; nec immerito postmodum abegit exinde lupum, ubi oves primitus officia pastoris peregerunt. Cumque sollicito gregis agmine servaretur, animus ejus plus de divini iudicii demonstratione sollicitus, quam exstaret de suscipiendi officii onere occupatus, diurnis nocturnisque stetitibus voluntatem sibi Domini declarari flagitabat 27 enixe. Cumque positum in itinere sollicita expectatione pavor iudicii fatigaret, etiam clara voce, quæ intrinsecus volebantur, omnibus patefecit. *Licet fortiter, inquit, caritatis illigatum me vinculo teneatis, & violenta custodum manibus catena cingat adstrictum, nisi Dominus voluntatis suæ mihi dederit signum, nequaquam Sacerdotii sum suscepturus officium.* Itaque cum tali affatu cunctorum vota atque animos vulnerasset, ac mæsto ducentium agmine vallaretur, Alamannicum descendens Castellum, nivæ columbæ desuper advenientis & residentis in capite, ac si divino confirmatus tactu, omne amputavit ambiguum. Quæ nec ab illis civium militumque frequentibus turbis atque custodiis vel abigi potuit, vel territa separari, quin beato vertici superposita Domini volunta-

tem, dum secura residet, apertissime demonstraret. Nullo dubitationis vestigio deinceps derelicto, ubi columbæ species, quæ jam tunc comparata Spiritui sancto super caput Jesu venit in baptismo, Pontificis quoque futuri 28 designavit nutu divino specialius dignitatem. Scilicet quæ supernam benedictionem pernibus pennis, stridenti volatu, terris velocius deportasset; ut prius quam vocibus humanis, favore superno dignus Pontifex clamaretur. In tam præclaro cultu, novoque miraculo exigebat materiæ magnitudo diutius immorari, nisi narrationis ordo cœpta compelleret explicare.

28

29 Dum ergo voluntate omnes alacres tam de confirmato invicem voto, quam de ostenso summi Pontificis merito latiores ad Arelatensem perveniunt civitatem, occurritur, festinat; primas delicias vultus sui splendore advenientibus præbens, merita interioris hominis exterioris pulchritudine demonstrabat. Eminentissimam Sacerdotii dignitatem & novum privilegium sanctitatis angelico præferens vultu, agnoscitur, & agnoscit: in quo agnitus est, magnus extitit; in quo agnovit, major apparuit. Sicut Sacerdotii gradu summum, ita humilitatis descensu fastigium celsæ sublimitatis indeptus. O vere perfectus Christi discipulus, qui vias magistri secutus, exercuit docendo, quod didicit. Consecratur in Sacerdotio jamdiu virtutum meritis consecratus. Amplectendum consecrationis ministerium, quod auxit merita consecrantum. Effectus nomine Sacerdos, qui jampridem erat virtutum decoratus insignibus. Quod ita ardentem ac strenue cœpit ac perfectissime consummavit, ut in illius temporis incerto tumultu, quem pax longa 30 nutrierat; Congregationem subito institueret secreti cupidam, continentiæ virtute crescentem, quam suo non minus pene imbuat exemplo, quam formavit eloquio. Huic affectu animi promptum, sed effectum sermonis impari esse profiteor, ut incipere audeam, qua pietate sustinuerit infirmos, quibus doctrinis imbuerit imperitos. Quicquid in virtute summum, in celsitudine arduum, in mortificatione corporis asperum, in sæculi contemptu vilissimum, æquitate justitiæ pretiosum, correctione providum, sapientiæ consideratione præcipuum, cælesti desiderio sempiternum, exercuit, implevit, ostendit. Adeptus ipse cælestem gloriam, exemplo suo fecit alios adipisci. Ad Philosophiæ supernæ dogmata expeditus incessit; ut alii quoque incederent inflammavit. Usus vitæ temporariæ minimis, immo nullis exegit impendiis, & ita docuit singulis dierum curriculis transigendum ad obtinenda futura præmia. Innovato studio fem-

CAP. VII.  
Arelatensem pervenit Hilarius.

29

Seminarium Episcopale, seu congregatio ecclesiastica sub Episcopi manu.

30

25 Idem laudatam Eucherii epistolam.  
26 Barralis suspicabatur legendum triennio, eo quod assignabat Honorati mortem an. 430. At ex epist. Prosperi ad Augustinum liquet S. Hilarium, qui S. Honorato successit, fuisse Episcopum an. 429. Apud Bolland. hic locus effertur sic. *Gemens a biennio cum ad meriti proprii percipiendam*

*dum ex merito præmium, ex vitæ ipsius cursu &c.*  
27 Cod. Lirin. *obnixè*; & post pauca Arel. *sollicitè expectationis*.

28 MS. Liria. *designaverit .... specialem dignitatem*.

29 Idem MS. cum Reg. Vat. *Domini ergo*.  
30 Cod. Lit. *minuerat*.

semper exarsit, & ut alii inardescerent oratione & adhortatione coegit.

CAP. VIII.  
Episcopus factus fit omnium exemplum.

31 Cum primum speculatoris suscepit officium, in seipso primum monstravit quemadmodum Congregatio mundum contemneret, corpus despiceret, & vitia superaret, fatigaretur laboribus, manuum quoque operibus continuis 31 vexaretur, sanctis paginis inhæreret, jejuniis vigiliisque studium commodaret, unius tunicæ tegmine ætatis ardorem & hiemis rigorem contenta toleraret, iter pedibus conficeret; talia sibi suisque ingerens documenta: *Manducandi necessitas incumbit, semina jaciamus: vini perceptio præsumenda est; vineas excolamus.* Implevit illud apostolicum, ne quem forte gravaret otiosus, victus proprii habita ratione. Si quid operis superfuerat, 32 misericordiæ deputabat expensis. In meditatione jugiter permanere, verbi ministerio indefinenter insistere, multiplicibus cælestis sapientiæ mysteriis saginari, Deum proximamque diligere, Sacerdotes Domini non solum verbis, sed factis accendere, zeli superni æmulatione flagrare, instituire Monasteria, ædificare 33 templa, digna Sacerdotia consecrare, propriis non solum manibus, sed nec periculis temperare, suscipere orphanos, confirmare Monachos, accersire sæculares institutione sua, Pontifices ordinare, ita quotidianam sui actus discutere rationem, ut superno judici tamquam multiplicatum dispensationis suæ talentum niteretur ingerere. Ita viscera ejus misericordia quatiebat & pietas, ac si solus ad redimendum paginis cælestibus urgeretur. Tractavit, secum deliberavit, 34 effecit ut sacra ministeria captivis potius solatia, quam præstarent Ecclesiis ornamenta. Quid dicam cupidus? Quid omitam nescius; ab his, qui majora sciunt, negligens judicandus? Quicquid argenti omnes Basilicæ habuerunt, captivorum redemptioni protinus deputavit; cumque omnia cognovisset expensa, exultans atque congratulans, quia vota fidelium dispensatione sua videbat cæli in sedem præmissa. Numquidnam poterit æstimari quantum visceribus ejus insederit pietas, qui usque eo credidit omnia distrahenda, quousque ad Patenas vel Calices vitreos veniret? Accendit studia offerentium dispensatione laudabili, nec ut 35 fatigaretur rejecit, sed ut iterato offerrent uberius excitavit, quod offerentium devotio grater optavit, ut oblatio sua primum sacris altaribus, postmodum membrorum Christi redemptionibus militaret.

Ornamenta Ecclesiarum pauperibus erogat.

Usque ad Patenas & Calices.

CAP. IX.  
Ut se gessit erga servos Dei.

Quemadmodum etiam servi Dei debeant honorari, documentis spiritalibus salubriter imitandum posteris non negavit. Nam cum  
*Tom. II.*

31 Idem cod. *vesceretur.*

32 Idem cum B lland. *pauperum deputabat.*

33 Lirin. *templa digna sacerdotio, proprii &c.* Dein a voce *proprii* ad *temperare* cod. Arel. ignorat.

34 Lir. & *fecit.*

sanctum Caprasium, sicut ipse dicere solitus erat, angelica in insulis conversatione degentem infirmitate fatigari corporea, certis nuntiis comperisset, ad ejus occursum celeri se festinatione proripuit: ad cujus pedes residens, ut sui meminisset, humilitate summissa & virtute inclita flagitabat. Juste, dum tanto eremi incolæ impendit obsequium, & singularem præbet humilitatis affectum, 36 sacerdotalem dignitatem quo magis extolleret solerter invenit. In eodem loco tunc temporis sanctum Faustum Presbyterum pariter & Abbatem, ita futurorum præscius honoravit, ut inter se & sanctos Sacerdotes Theodorum & Maximum medium 37 compulerit residere. Constat ergo humilitatis culmina proprio eum comparasse despectu, & celsum proinde virtutum meruisse fastigium. Sed forte hæc tanta & tam multiplicia veræ humilitatis exempla aliquod superbix 38 supercilium generarunt, & non potius sublimia humilitatis compararunt celsa præconia. Exstitit rigidus, sed superbis: extitit terribilis, sed sæculi iniquitate turgentibus, cœnodoxix vanitate tumentibus. Ceterum Congregationi sanctæ & consummatis viris, non solum cor atque animum, sed & corpus quoque promptissime prosternebat.

36

37

38

Quantum igitur distinctionis habuerit in causa justitiæ, apertissime declaravit; ita ut ne dignitati quidem pepercit Præfecturæ. Nam cum sapius Præfectum temporis illius secreta monuisset, ut ab injustis judiciis se temperaret, & consuetudinario lapsu illo ferretur in præceps, accidit ut dum in Basilica Constantia sacra solemnia celebrantur, productis fontibus cælestium doctrinarum fidelium corda rigaret, subito cum suo ingrederetur officio Præfectura. Quam dum ibidem cerneret immorantem, a prædicatione cessavit, dicens: Non esse condignum, ut qui ejus pro salute propria contemserat monita, spiritalis cibi perciperet alimenta. At ubi ille digna confusione perfusus egressus est, convivium, quod inchoaverat spiritalium deliciarum profusissime cibum rursus innovato studio cœpit præbere agminibus populorum. Præmisit & reliquit exemplum qualiter constantix virtute mundanæ contemni debeant potestates.

CAP. X.  
Qualis erga sæculi potestates.

Temporalis vero ejus prædicatione quantum flumen eloquentiæ habuerit, 39 quas sententiarum gemmas sculperit, aurum supernorum sensuum repererit, argentum splendentis eloquii abundaverit, descriptionum varias picturas & rhetoricos colores expresserit, ferreum spiritalis gladii acumen in truncandis hæreticorum venenatis erroribus exercuerit; non dicam differere, sed nec

CAP. XI.  
Qualis in prædicatione verbi.

39

Z co-

35 MSS. Lir. & Vat. Reg. *fatigaret.*

36 Vat. Reg. & Lir. *sacerdotii dignitate.*

37 Lir. *compelleret.*

38 Idem cod. & Bolland. *periculum.* Mox cod. Lir. *sublimibus,* Bolland. *sublimis.*

39 Octo voces sequi in MS. Arel.

40 cogitare me posse protestor. Sedilibus 40 præparatis in jejunio, ab hora diei sexta usque in ejus decimam epulis plebem spiritalibus saginabat, pascendo esurire cogebat, esurientes nequaquam pascere desistebat. Nescio utrum satietas plus famem fidelium provocaret, an edendo plebem magis coegerit esurire, implens illud 41 propheticum dictum: *Qui edunt me, adhuc esurient; & qui bibunt me, adhuc sitient.* Si peritorum turba defuisset, simplici sermone rusticorum corda nutrebat: at ubi instructos supervenisse vidisset, sermone ac vultu pariter in quadam gratia insolita excitabatur, seipso celsior apparebat, ut ejusdem 42 præclari auctores temporis, qui suis scriptis merito claruerunt, 43 Silvius, Eusebius, Domnulus admiratione succensi in hæc verba proruperint: *Non doctrinam, non eloquentiam, sed nescio quid super homines consecutum.* Quid plura dicam? Nisi dicendi pausa desuper eisdem advenisset, sermonem finire non poterat, tanta gratia exundante, & miraculo 44 & stupore crescente, ut peritissimis desperationem tunc auctoribus sæculi ejus inferret oratio: in tantum ut Livius temporis illius Poeta & auctor insignis publice proclamaret: *Si Augustinus 45 post te fuisset, judicaretur inferior.* Et licet gratia ejus ex his operibus, quæ eodem dicendi impetu concepit, genuit, ornavit, protulit, possit absque hæsitatione dignosci; Vita scilicet Antistitis Honorati, Homiliæ in totius anni festivitibus expeditæ, Symboli expositio ambienda, Epistolarum vero tantus numerus, versus etiam fontis ardentis: at ne quis me æstimet falsa fortassis asserere, testimonium Beati Eucherii Episcopi justum

credidi adhibendum, qui ejus volumine profusa versuque percepto, ita respondit: *Et tu licet sis clarus eloquio, clarus ingenio; tu licet præferas annis juvenem, moribus senem.* Et Auxiliariis auctor Romanæ facundia: *Dictu difficile est quanti mihi pretii fuerint litteræ sanctitatis tuæ, in quibus ita expressam facundiam recognovi, sicut tenes in aliis modestiæ morumque operibus principatum.* Ignosce de te studiose minoradicienti; 46 quia *semper in prædicatione sui virtus erubescit; cum hoc ipsum verecundiæ genus pars magna virtutis sit.*

Inaudita forsitan crederer replicare, nisi hoc magnorum virorum dictis, scriptis, testimoniiisque firmarem. Sedili mensaque apposita, 47 liber ingerebatur & retia, adstante Notario. Liber præbebat animo cibum, manus neſtendi velocitate currebant, Notarii simul ferebantur articuli, & oculus paginam percurrerebat. Adveniens sanctus Edeſius rhetoricæ facundiæ & metricæ artis peritissimus vir, stupens & admirans hæc lætus effudit:

*Vidi ego, nec dignus tanta ad præconia testis,*

48 *Prolixos Soles jugi cessisse labori. Neſtendi ratio varias injunxerat horas, Nec finem precibus mutatus secerat actus. Credere vix possum quemquam sic tempore eodem*

*Neſtere dictantem, relegendo, lecta 49 fatendo,*

*Ore, manu simul hoc operari, attendere, fari.*

Cibum sine lectione non famſit. Ab eodem

40 Quæſn. in margine *ideſt menſis ad cibum ſumendum paratis.* At de ſedilibus, quæ jejuniſ auditoribus verbum Dei auditoris parabantur, hæc accipiendæ eſſe optime notavit D. Salinas. Licet enim multis in locis a fidelibus ſtantibus audirentur conciones ſacræ, ut conſtat ex Optato l. 4. c. 5. ubi negat populum in Eccleſia ſedendi habere licentiam; tamen, ut reſert S. Aug. lib. de catech. rud. c. 13. *Longe conſultius in quibusdam tranſmarinis Eccleſiis non ſolum Antiltites ſedentes loquuntur ad populum; ſed etiam ipſi populo ſedilia ſubjacent, ne quiſquam infirmior ſtando laxatus, a ſaluberrima intentione avertatur, aut etiam cogatur abſcedere.* Id periculi magis multo imminebat jejunii tempore, cum populo adhuc jejuno Miſſæ ſub veſperam celebrarentur, eumque a ſexta hora ad decimam uſque Hilarius in verbi Dei prædicatione detineret. Poſt pauca ante voces ab hora Quæſnellus præmiſit particulam ut, quam melius delendam putaviſ cum MSS. Vat. Reg. & Lirin. uti etiam Bolland.

41 Lir. cod. *Sapientiæ dictum.*

42 Quæſn. *prolati.* MSS. Lir. & Vat. Reg. *prælati.* Præferimus lectionem Bolland. Mox pro *meritis claruerunt* cod. Vat. Reg. habet *meritis ſummi*, Bolland. *meriti ſummi.*

43 Quinam fuerint hi tres auctores, Bollandi continuator non invenit. Joannes Salinas *Domnulum* a Sidonio Apollinari lib. 4. ep. 25. & lib. 9. ep. 13. & 15. commendatum notavit: ex quibus testimoniis is narione Afer, & vir apprime doctus, ac ob litteras Quæſtor fuiſſe cognoscitur.

Silvium vero in Chronico Proſperi Tironis nomine edito memoratum reperimus ad annum XV. Theodoſii junioris poſt Honorii mortem, ideſt ad an. 439. *Silvius*, inquit, *turbatæ admodum mentis poſt militia in palatio exactæ munera, aliqua de religione conſcripſit.* Eſt etiam auctor *Kalendarii* a Bollandiſtis editi tom. 6. Junii part. 2. pag. 182. & inſcripti Eucherio Episcopo an. 449. ut patet ex notationibus Bollandi tom. 1. Januar. in præfat. c. 4. §. 3. ac ex Epistola nuncupatoria ipſius Silvii apparet, eum aliorum quoque operum fuiſſe auctorem, quæ ad eundem Eucherium legenda miſerat. De Eusebio nihil ſcimus.

44 Cod. Arel. ex *stupore*, & mox *auditoribus* pro *auctoribus*.

45 MS. Lir. *poſt Hilarium*; Bolland. *poſt te, Hilari.*

46 Idem cod. *quia ſemper in prædicatione virtutis ſit.*

47 D. Salinas alia lectione & interpunctione: *liber ingerebatur; & Titio adſtante Notario, liber præbebat &c.* Nihil vero immutaviſ in lectione vulgata, quæ item eſt codicum: quia *neſtendi* verbum, quod mox ſubjicitur, *retia* requirat.

48 Quæſn. *Plexos Sole jugi digitos ceſſiſſe labori*; & notavit cod. Lir. habere *Prolixos ſoles.* Ita etiam Vat. & apud Boll. quod præferendum fuit, cum prima ſyllaba vocis *jugi* longa ſit. Mox pro *Neſtendi ratio* in Vat. Reg. & Boll. *Neſtendi operatio*, male.

49 Idem *ſando*; unde in verſu ſeq. *fari.*

dem in civitatibus ista est 50 investa primitus consuetudo. Et tanta parcitate vita est illius sustentata, ut raro secularium aliquem invitaret. In omni actu, in omni loco quicquid ad profectum pertinere poterat, alacer inquirere, strenuus exercere, solers consueverat consummare. Jam quemadmodum

51

52

51 Salinas expetens 52 automata propriis manibus & sudore confecerit: hebdomada completa, die dominico, media nocte confulgere; & triginta millia pedibus conficere; postmodum sacris solemnibus interesse, & usque ad horam septimam populos pasceret; ut dignum est, nec antiquorum posset explicare facundia.

CAP. XIII. Qualis in pœnitentia tribu-  
nali.

53

53 die dominico ad eum turba varia confluebat; volabat ad ejus castigationem, quicumque adesse volebat, lacrymarum se imbris eluebat, caelestibus judiciis territus, promissisque succensus; tanti gemitus, tanti fletus adstantibus nascebantur, ut vitæ præsentis horreret habitaculum. Quis ita futuri judicii monstravit examen? Quis ita tenebrosum terribiliter intimavit incendium?

54

54 Quis ita 54 flumen exurentis pariter & rapientis cruciatus expressit? Quis ita vulnera conscientiae ante oculos inspicenda reduxit? Admonitione completa cum lacrymis supplicationum sumebat exordia, ut pœnitentiae fructum, quem monendo contulerat, orando firmaret. Nam mulier quaedam caeca, dum manus ejus impositione benedicitur, visum se recepisse proclamat: æstimo quod antea interiori homini præstitit, quod exteriori postmodum 55 impetravit. Quæ recepto lumine ducem viæ ulterius non quaesivit. Precibus ejus non ambigo impetratum ut tantum miraculum ad paucos admodum perveniret. Die etiam dominico dum Lectio-  
num solemnia recitantur, quidam phantasmate contrictus, Sancte, inquit, Hilari, cur me torques? publica voce proclamans. Tunc beatus Hilarius ea, qua po-

Tom II.

Forma de precatioria pœnitentia.

55

Lectio-  
num solemnia.

terat, Dominum vi constringit & rogat. Cumque se obtinuisse sensisset: Imperat tibi JESUS, ait, ut de isto 56 homine nullam facias mentionem. Qua supplicatione, quasi quibusdam catenis adstringeretur, obmutuit, 57 & discessit. Plus obmutuisse congaudens, quia ejus meritum potuerit occultari, quam plasmatis vigentis sospitate.

56

57

Sacrilegium etiam, quod spiritus Pytho-  
nis muliere obtenta influxerat 58 civitati, quam solerti spiritalis arte consilii extinxerit, nequaquam silentio prætermittam. Comprehensam jubet recensitis Lectio-  
num veteris testamenti in cancello Ecclesiae publicae collocari. Quid lex juberet, quantum mali christianis mentibus diabolicæ perversitatis propinaret astutia, sermone profuo demonstravit. Et ne ullus deinceps tanto sacrilegio, dum dæmonum responsa perquirat, sponte se subderet, necessaria instructione perdocuit: nullam deinceps excusationem, etiam negligentibus, derelinquens, quam idcirco publice fecisset statui, ut non liceret postmodum ignorari. Præcepit ut abiret malignus spiritus. Tum, quia videbat se aperte proditum, nec postmodum decipiendis animabus clandestina fraude valiturum: Quo, inquit, vadam? Et Sanctus advertens quantum Dei gratia suo ministerio effecisset, lætus exclamat: 59 Maximum purgationis indicium est, nescire quo redeas.

CAP. XIV. Pythonem expellit.

58

59

Populos etiam post evangelicam lectio-  
nem 60 egredientes tali clamore revocavit: Exite, inquit, exite, quia hoc vobis de gehenna facere non licebit. Tum spiritalis zeli æmulatio singularis ultionem pœnæ terribilem ob eorum exegit injuriam. Nam cum facilis ad eum tunc inaniter excitata populorum turba & 61 inconsueta deceptaque venisset, ejusque animum concitasset, civitatis pars maxima misso desuper terribili conflagravit incendio; quod ipsi quoque, qui non mediocribus sunt dispendiis fatigati, propria voce ob ejus vindictam venisse co-

Exeuntes a Basilica retinet.

60

61

Z 2 gno-

50 Cod. Lir. *inventi*. Quod autem dicitur, hæc legendi consuetudo in civitatibus primitus investa, subintelligendum est in Gallias: nam lectio ad mensam etiam ab Augustino adhibita fuit in civitate Hypponenſi, teste Possidio in ejus Vita. Porro Lirionenses monachi, qui pariter legabant ad mensam, extra civitatem degebant.

51 Quæsnellus in marginali notatione: *Orpidum puto, illud quod Salona nunc dicitur, jacetque inter Arelatem & Aquas sextias, ab hac urbes quinque leucis, ab illa septem circiter distans. Vulgo Salon appellatur: in Tabula Geographica Hondii Salins, cui responderet vox Honorati, Salinæ.*

52 Cod. Arel. & ex parte Lir. hæc ad marg. *Automata sunt instrumenta in arte mechanica, quæ nullo labore, sed sua quasi sponte moventur: unde ex his verbis conspiciere licet S. Hilarium suis manibus pro comoto ad Salinas laborantium hæc instrumenta confecisse. Quæsn. Quidam volunt hæc automata fuisse machinas, quibus aqua in Salinas derivabatur.*

53 Hæc, quæ de pœnitentiis ab Hilario Episcopo cum magna pœnitentium frequentia quolibet die dominico impostis trauntur, privatam & secretam confessionem indicant: neque enim sin-

gulis dominicis publica pœnitentia dabatur, sed privatim; uti de pœnitentiis item ab Ambrosio privatim traditis Paulinus refert in ejus Vita: *Quotiescumque illi aliquis ad percipiendam pœnitentiam lapsus suos confessus esset, ita sebat, ut & illum flere compelleret... Causas autem criminum, quas illi confitebatur, nulli nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur &c.* Hinc etiam S. Leo ep. 168. c. 2. *Rerum conscientiam sufficit solis Sacerdotibus indicari confessione secreta.*

54 Codd. Lir. & Vat. Reg. *fluvii*.

55 MS. Arel. *imperavit*.

56 Lir. *nomine*.

57 Idem Lir. *delet & discessit*, sicut delent etiam Bolland. & Vat. Reg. codex, qui mox subdit *plus se obtinuisse congaudens*.

58 Lir. & Boll. *delent civitati*.

59 Quæsn. *Maximum purgati orbis*. Magis placuit Boll. lectio, quæ cod. Vat. Reg. confirmatur.

60 Idem abusus obtinuit etiam sub S. Cæsario Hilarii successore, ut colligitur ex ipsius. Serm. 280. & seqq. in Append. Augustini, & ex Cypriano in ejus Vita lib. 1. n. 14.

61 Forte *inconsulta*, Quæsn.

gnoscentes, clamaverunt flebiliter ejus genibus provoluti, misericordiam postulantes. Ille autem lectioni intentus, vigiliis deditus, orationi ac jejuniis jugiter mancipatus, cilicii asperitate exilitatem tenuati corporis macerabat. Nec hiemis quidem 62 frigore, quo solent torrentia flumina glaciali rigore constringi, pedes indumento adjecto tenuit, 63 numquam linum lanamve concedens.

Psalmodum mysteriis suavi modulatione cantatis, stertus uberes adungebat; orationem gemitibus inenarrabilibus duplicabat, ab opere nec in noctis obscuro desistens. Manus nota rapiiebantur velocitate necstendi; mens recolendi exercebatur industria. Semel evigilatus nec oculis pepercit, nec membra posuit ad quietem, nihil aliud agens, nisi ut eum spiritales hostium ceteræ invenirent occupatum pariter & armatum.

CAP. XV.  
Zelus animarum & compatiens animi exemplum.

In his profectibus constitutum subitus ardor accendit, ut Heliodori matrem hæresis Arrianæ vinculis conligatam expeteret, illuminaret, attraheret, & in æternum oblaturus in præsentia consecraret. Pietatis autem suæ insignia in his, quos ad cæli regna præmisit, ita intimis misericordiae visceribus demonstravit, ut nullus valeat imitari. Minimi cujusque Lectoris transitu ejusdem animus taliter vulnerabatur interius, ut singultibus quateretur, & profunderet stertus uberrimos, & non aliter ac si unici pignoris solatio caruisset: casus quoque infirmitatesque suorum, vulnera propria reputabat; quod sancti Cyrilli tum Levitæ manifesto patuit documento, qui Basilicis præpositus construendis, dum marmorum crustas & theatri profcena celsa deponeret, 64 fidei opere nudans loca luxuriæ, quod sacrum parabat ornatis, subito molarum funibus ruptis, impetus desuper marmoris venientis 65 stantis pedem cum extrema digitorum parte occupatum collideret atque minueret: pro cuius gemitu & dolore non minus vulneris vir beatus excepit in corde, quam collisus sustinebat in corpore. Cumque ministri vulnus immensum juges & indefessos Sacerdoti gemitus extorqueret; quia ejusdem cellæ erat ejus cella conjuncta, remedia vir sanctus more solito supplicationibus flagitabat. Paullulum sopore depressus vidit 66 reverendam eminens adstare personam, quæ mœstitiæ causas sollicitè perquirebat. Ille collisum Levitæ pedem, non solum mærorem sibi tristiciæ, sed vulnus animi indicat

Diaconus Basilicis construendis præfectus.  
Theatra demolita.

64

65

Primæ sedis Galliarum Episcopus cum suis Clericis in Seminario seu Congregatione ecclesiastica simul habitans.

66

influxisse. Percontatur: *Vis, inquit, ut dolor omnis abscedat?* Optare se omni aviditate, respondit. *Produc, ait, pedem 67 vicarium succidendum, & omnis protinus dolor ministri aufugiet.* Pedem sine hæsitatio-  
ne protendit, ictum ferientis libenter excepit, tantusque dolor accessit, ut refectionis dulcedinem doloris excluderet magnitudo. Evigilans non dubitavit implendum, quod fuerat 68 promissum. Ad præfati cellulam dirigit inquirentem, ut qualiter se Levita sentiret protinus nuntiaret. Mandat ille omnem recessisse dolorem; quietem 69 in-  
super esse concessam. Merito ejus pietate sanatus creditur, cujus inquisitione quietissimus reperitur. Qui in revelatione proximi membrorum propriorum jacturam creditur faciendam, implevit divinum præceptum, quin immo feliciter & excessit, dicente Domino: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum:* ecce invenitur hic beatus dilexisse proximum  
70 supra se, qui, quantum definitio mentis habuit, membra tradidit amputanda propria, ut sanaret aliena.

In excursibus autem quis, ut dignum est, explicabit quantum ejus præsentia profectum contulerit civitatibus Gallicanis, sanctum Germanum sapius 71 expetendo, cum quo Sacerdotum ministrorumque curam & vitam, nec non profectus excessusque tractabat. Ubi ejus adventus innotuit, flammata ad utrosque nobilium & mediocrium studia convolarunt, adstruentes Celidonium in-  
nuptam suo adhibuisse consortio: quod Apostolicæ Sedis auctoritas & Canonum prohibent statuta: simul ingerentes sæculi administratione perfunctum capitali aliquos condemnasse sententia. Tantæ rei novitate per-  
moti, testes 72 imperant præparari. Conveniunt ex aliis locis probatissimi Sacerdotes. Res omni ratione prudentiaque discutitur. Accusatio testimoniis confirmatur. Adhibetur vera simplexque definitio; ut quem Scripturarum regulæ removebant, voluntate propria se remove debere. Ille Urbem creditit expetendam, ibique se injusto rigore astruit condemnatum. Quod ubi comperit vir beatus, quanto studii ardore, quantoque zelo superno fuerit inflammatus, ut non hiemis asperitatem, non Alpium fridores attenderet, vel 73 frigora, non vitrea glacialis crustæ spicula protinus resolvenda desuper, nec gladii ictui similes expaverit aculeos dependentes, vi frigoris terrorem mortiferum gelu concreto velut vibrantem dexteram imitantes. Verum ille in-

67

68

69

Matth. 22.  
37-

70

CAP. XVI  
Celidonium deponit.  
71

72

73

62 Lir. & Bolland. *rigore, & deia algore.*  
63 Lir. *numquam sinum lanamine concedens: forte contegens.* Quesn.  
64 Cod. Lir. *fideli: & mox sanctum pro sacrum.*  
65 Lir. *stantis:* Quesn. *statim.* Nostra lectio est MS. Vat. Reg. & Bolland.  
66 Lir. *reverentem; & paullo post justitiæ pro wistitiæ.*  
67 Editi *vicario.* Melior visa est lectio MS. Arelatensis: *vicarium enim pedem vocatum credi-*

mus pedem ipsius Hilarii, qui pro pede Levitæ succidendus petitur.

68 Cod. Arel. *repromissum.*69 Salinas præfert *desuper.*70 Lir. *supra se ipsum.*71 Idem cod. *expectando; & postea delet eusam &.*72 Lir. *impetrant.* Jacobus Cujacius Observ. lib. 15. c. 38. legit *permotus ... imperat.*73 Lir. *fragores.*



74 inconcussa fidei radice constanter animatus, præsertim qui ad tantam 74 voluntarius venerat paupertatem, ut pedibus iter aggrediens conficere non timeret. Intrepidus urbem Romam sine equo, sine 75 sagmario vel fago, omni difficultate superata festinus intravit.

CAP. XVII. Apostolorum ac Martyrum occursum peracto, beato Leoni Papæ illico se præsentat, 76 Quid Romæ actum cum reverentia impendens obsequium, & ab Hilario. cum humilitate deposcens, ut Ecclesiarum statum more solito ordinaret: adstruens aliquos apud Gallias publicam merito excepisse sententiam, & in Urbe sacris altaribus interesse. Rogat atque constringit, ut si suggestionem suam libenter excepit, secreta jubeat emendare; & se ad officia, non ad causam venisse; protestandi ordine, non accusandi; quæ sunt acta suggerere. Porro autem si aliud velit, se non futurum esse molestum. Et quia tantorum virorum præsertim jam ad supernam gratiam vocatorum, nec in narratione audeo judicia ventilare, hoc breviter tetigisse sufficit: quod solus tantos sustinuit, quod nequaquam minantes expavit, quod inquirentes edocuit, quod altercantes vicit, quod potentibus non cessit, quod in discrimine vitæ 76 positus communioni ejus, quem cum tantis viris damnaverat, conjungi nullatenus acquievit, quod custodibus appositis, hiemis rigore sævientem, quos ratione non flexerat, credidit relin-

quendos. 77 In civitatem regressus, licet corporali infirmitate fractus, tamen perfectione sanctus & pietate promptissimus, totum se ad placandum tunc animum sancti Leonis inclinata humilitate convertit. 78 Misit primitus S. Ravennium tunc Presbyterum, postmodum proprium successorem, deinde sanctum Nectarium sanctumque Constantium præcipuos Sacerdotes. Et quia 79 quanta in hac causa dictaverit, huic operi nulla possum ratione connectere, 80 Auxiliaris tunc Præfecti quæ fuerit sententia, credidi 81 inferendam, cujus hæc verba sunt: *Sanctos Nectarium & Constantium Sacerdotes de Beatitudinis tuæ parte venientes digna admiratione suscepi. Cum his sæpius sum locutus de virtute animi atque constantia, contentuque rerum humanarum, quo inter fragilitates nostras semper beatus es. Nam quid potest in hac corporea vita esse 82 secundum, quæ cum sit misera, tamen non potest esse perpetua? Locutus sum etiam cum sancto Papa Leone. Hoc loco, credo, aliquantum animo perhorrescis: sed cum propositi tui tenax sis, & semper æqualis, nullogue commotionis felle rapiaris, sicut nullis extolleris illecebris gaudiorum, ego nec minimum quidem factum Beatitudinis tuæ arrogantia memini contagione fuscari. Sed impatienter ferunt homines, sic loquamur, quomodo nobis conscii sumus. Aures præterea Romanorum quadam teneritudine plus trahuntur: in quam si se*

77  
Quid Arelatem re-  
versus egit  
Hilarius.

78

79

80

81

82

74 MS. Lirin. *voluntarie*.

75 Idem cod. *saginario*. Sagmarius est mulus seu equus sarcinarius.

76 Cod. Vat. Reg. *positum*. Duo hic incredibilia narrantur ab auctore Vitæ, quem ex populari fama de Romæ gestis scribentem, in nonnullis bona fide errare potuisse, in Observationibus ad Dissert. 5. Quæsnelli part. 1. c. 1. animadvertimus. Incredible scilicet est, S. Hilarium Romæ fuisse in discrimine vitæ, eidemque custodes appositos, sive ne fugeret, sive ne a quopiam læderetur. Si quid enim periculi vel injuriæ a Celidonii amicis ipsi timendum erat in Urbe, multo magis metuendum fuisset in itinere, cum pedes, & solus, vel cum paucis Roma excessisset. Si vero S. Leo suæ mansuetudinis oblitus, aliquam ei vim inferendam putasset; fuga ejus audita, nullo negotio potuisset præcipere, ut nonnulli ipsum statim insecuti, in Urbem reducerent. Sed violentiæ ejusmodi alienæ omnino erant a moribus ejus temporis, & a Pontificis indole: nec excogitatæ videntur, nisi ut Hilarii fuga a Romano judicio, specioso aliquo nomine excusaretur. Mox communioni ejus reposuimus ex duobus MSS. Lir. & Vat. Reg. pro *communione suæ*. Respicitur Romanum factum, quo Hilarius, qui questus fuerat, aliquos apud Gallias publicam sententiam promeritos, in Urbe sacris altaribus interesse, non acquievit ibidem conjungi communioni ejus Celidonii, quem rite & recte abs se in Gallicana Synodo condemnatum putabat. Huc respiciens S. Leo epist. 10. c. 7. Hilarium *apostolicæ communionis exortem* tradidit, eo quod ex Urbe aufugere maluit, quam una cum Celidonio sacris ibidem interesse.

77 Lir. *In civitatis recessu*.

78 Ita ex emendatione Cujacii. MSS. Lir. Arel. & Vat. Reg. *perperam Misso primitus sancto Ravennio*, &c.

79 Cod. Lir. *quantum*.

80 Judicium Leonis in causa Celidonii, quo Hilarii sententia cassata fuit, contigisse an. 445. ex Valentiniani Novella, quam dedimus epist. 11. manifestum est. Porro Albinus, qui fuit Præfectus Prætorio Italiæ iterum an. 443. ex Novella 22. ejusdem Valentiniani, hanc Præfecturam adhuc gerebat 13. Kal. Julii an. 445. ex Novella 2. de Manichæis, nec non an. 446. ex Novella 1. & 2. de Testamentis, & an. 447. ex aliis Novellis. Igitur Auxiliarem Præfectum Prætorio Italiæ fuisse hoc tempore, quo ante Leonis judicium ad Hilarium scripsit, nonnulli perperam opinati sunt. Porro Auxentium Præfecturam Urbis administrasse 18. Kal. Maji an. 445. discimus ex Novella de Corporatis tit. 26. Nisi in vitam Hilarii Auxiliaris nomen pro Auxentii errore librariorum irrepisset; hunc Auxiliarem, qui ex inscriptione Arelatensi adhuc servata, fuit Præfectus Prætorio Galliarum circa an. 435. (vide Maffejum in Antiquit. Galliarum ep. 1. pag. 38.) & Arelate residebat, ut ex Vita S. Germani Antissiodorensis colligitur num. 34. unde cum Hilario amicitiam inierat: hunc, inquam, Auxiliarem Auxentio in Præfectura Urbis præcessisse credibilius est, quam successisse: siquidem cum de Hilarii negotio Romæ scripsit, ibidem Præfecturam gerebat. Quæ enim pro Hilario gessit, antecesserunt Leonis epistolam, & Valentiniani Novellam editam 8. Id. Julias. Forte vero Auxiliaris, licet in Urbe per hoc tempus degeret, nec Præfectus Prætorio Italiæ, nec Præfectus Urbis erat, sed Præfecturam Prætorio Galliarum iterum post Marcellum agebat hoc an. 445. & aliqua ignota de causa Romam petierat, ut aliis Præfectis nonnumquam accidisse comperimus.

81 MS. Arel. in margine alia manu *inferendum*.

82 Idem cod. in marg. alia manu *secutum*.

si se Sanctitas tua subinde demittat, plurimum tu, nihil perditurus, acquis. Da mihi hoc, & exiguas nubes parvæ mutationis serenitate compeſce.

CAP. XVIII. Totum se pastoralibus muniis addicit & pœnitentiæ.

83

84

85

Talia percipiens totum se orationi, prædicationi, operationi velut incipiens mancipavit, rigore districtus, miseratione propensus, largitione promptissimus; non contentus quæ 83 inveniebantur ingerere, nisi solatia consolationum rivis fletuum cumulasset. Unde sanctus 84 Edeſius ita profequitur, dicens poetice:

Vidi ego præventum fletu, 85 magis ubere fletu,

Quod crevit nummis, cupiebat crescere votis.

Quam prorupta viget miseratione, quam cita donis

Gratia! nec solum fueras ad munera largus:

Majores comitantur opes pietate ministra.

Abstinendo victu, operi insistendo, itinera pedibus conficiendo ita se tenuavit, fatigavit, exhaustit, ut vix quadragesimi octavi anni circulum adimpleret. Non enim virtutum celsa illa perfectio, quæ non solum locum, sed condignam in cælis paraverat mansionem, moras diutius est passa terrenas. Sed fidelis servus implens præceptum, desiderans promissum, corpus suum diversis ægritudinibus mancipavit, ut supernæ monetæ 86 aurum obrizum, ægritudinum caliculo excoctum, thesauris reconderetur æternis.

86

CAP. XIX. Visione cælesti recreatur, qua etiam prænoscit successorem suum.

87

Ergo ubi infirmitate crescente, non virtus mentis, sed ipsa est corporis consumpta materies; quo studio alacri omnes & exhortatione relevare, in proposito permanere, facunda & necessaria persuasione coegerit, nequeo explicare. Igitur in ultimo ambiguo constitutus, accepit manifestæ revelationis non mediocre solatium. Mens ejus ad hoc in sopore 87 relaxata est, ut ei singularis præmii magnitudo patefacta virtutum suarum depingeret ornamenta. Videt sacris se interesse mysteriis. Intuetur tunicæ Aaron quondam Pontificis tegmine decoratum, quod divina per Moysen jussione miram fuerat artis varietate contextum. Duodecim

gemmarum multiplici ac diverso splendore pectus ornari, ejusdemque niveo humeros fulgore vestiri. Stola quoque dispari varietate micante membra circumdari, quam bysso, 88 cocco, jacintho, radio coruscante, colore dissono metallo pretiosam spiritalium manus docta decoravit artificum. Pretiosiora pulchritudinum quam diximus ornamenta, quia Deo sunt auctore formata atque constructa, 89 tinnivolentia commota gressibus incedentis, & intrinsecus malogranatis illisa, ictibus claris personabant extrinsecus salutariferumque tinnitum. Cumque ita meritum perennium donis, præmiis, atque muneribus se cerneret adornatum, humano affectu adjici sibi desuper vestimenta omnimodis flagitabat. Quod ubi didicit abnegari, & vidit filium suum sanctum Ravennum applicari ad divina mysteria consecranda, intellexit se esse migraturum. Quam beatus igitur, quamque inclitus Pater, qui adhuc in sæculo constitutus, illius 90 veri Sacerdotis, quem in multiplici colorum varietate non figura, sed meritum veritas proprie decorabat, est præmium consecutus. Cur non ei monstraretur in tunicæ illius tegmine, quod in omni virtutum diversitate possederat? Cur non ei revelaretur in vestimenti illius pulchritudine, quod erat ei in stola perpetua compensandum? Quem enim decoraverat continentia mentis illæfæ, & in quo immaculatæ conscientie lucebat auctoritas, merito lamina auri fulgentis speculum verecundæ frontis ejus obtexerat. Quem virtutum semper 91 extulerat principatus, digne pretiosorum lapidum textus ornabat. Cur non bysso circumdaretur, quem 92 castitatis zona constrinxerat? Nam, ut vere loquar, principalis ejus lamina auctoritate fidei & ignea flamma rutilavit. Gemmæ quoque omnium virtutum splendore sidereo micuerunt; rationale micuit pettoris, fulsit 93 elogium pietatis, justitiæ byssinum, continentie cingulum, prædicationis tinnivolum, malogranata bonæ spei opere & sermone jugiter sonuerunt.

88

89

90

91

92

93

Cum ergo tanta ac tali esset consolatione relevatus atque perfusus, Congregationi ad solatium pariter & exemplum alacri sermone disseruit, ista 94 omnes allocutionis voce compellans adjecit: Vitæ curricula hucusque peregrimus: jam ad illud tremendum su-

CAP. XX. Hilarii morituri exhortatio ad suos. 94

83 Sic ex codd. Vat. Reg. & Boll. Apud Quesn. minus recte *inh. bebantur*.

84 Lir. Edeſius.

85 Lir. *magno ubere fletus*. Bollandistæ hos verus exhibent ex emendatione P. Possini, qui ex apicibus in membrana Regine signatis eos sibi visus est posse restituere sic.

Vidi ego præventus fletu magis ubere fletus, Quod dabat in nummis, cupiebat crescere votis.

Quam prompta viget miseratione, quam cita donis

Gratia! nec solum fuerat ad munera largus, Majores sed opes avida pietate ministrat.

Hanc lectionem Joannes Salinas prætulit.

86 Idem Lir. cod. *verum*, & mox *calculo exor-*

*tum pro caliculo excoctum*.

87 Lir. *luxata*.

88 Idem MS. *croco*.

89 Cod. Lir. *tinniola*, Vat. Reg. *tinnivola*, idest tintinnabula a veste pendentia, quæ incedendo concutiebantur. Apud Sidonium *tinnibularas* legitur; & forte *tinnibula* hoc loco legendum est. Post pauca pro *claris* cod. Lir. habet *clarum*.

90 Quesn. ex MSS. Lir. & Arel. *viri*; ac in margine notavit *forte veri*. Hanc lectionem, quam editio Rom. exhibet, prætulimus.

91 Lir. *exaltarat*, Arel. *principalitas*.

92 Lir. addit *zeli*.

93 Cod. Arel. *logium*, & postea Lir. *tinnivolum*.

94 Codd. Lir. & Arel. *omnis*.

„ supernæ Majestatis evocamur examen. Viam  
 „ carnis hujus & incertam vitam sæculi præ-  
 „ sentis ingressi, jussionibus parvimus crea-  
 95 „ toris, 95 ac servitutis propriæ peractis  
 „ officiis, ad veram perennemque patriam  
 „ prælatâ consolatione migrabimus. Mili-  
 96 „ tavimus hucusque spiritali militia. 96 In-  
 „ fidi corporis aculeos cilicii asperitate con-  
 „ tulimus. Abstinentiæ rigore ac vigiliarum  
 „ lassitudine universa vitiorum certamina  
 „ auxilio superavimus desuper implorato.  
 „ Cogitationum laqueos sanctâ meditatione  
 „ dirupimus. Occupati studiis doctrinæ cæ-  
 „ lestis, talentum perennitatis multitudini  
 „ fidelium non cessavimus erogare. Navi-  
 „ gavimus per vitæ istius pelagus, & di-  
 „ versa, juvante Domino, virtutum mercimo-  
 „ nia cum sœnore usuræ salutiferæ Deo re-  
 „ ferenda percepimus. Ad portum quietis  
 „ Domino gubernante cœpimus propinqua-  
 „ re. Cum istius mundi Principibus, cum  
 „ quibus Apostolus describit bellum jure ef-  
 „ se, confiximus, quod nulli deerit qui-  
 „ cumque ad beatitudinem cælesti gratia  
 „ præcedente, & industria subsequente vo-  
 „ luerit pervenire. Absolutum me & libe-  
 „ ratum ad Domini mei intuitum credo  
 „ eodem propitiante venturum. Ad ea 97  
 „ præmia obtinenda perseveranti cursu vo-  
 „ bis sunt peragenda certamina. Ille uti-  
 „ que, qui se livore proprio perdidit, qui  
 „ procul odoratur bellum, & ad vocem tubæ,  
 „ quasi cuncti esse debeant in sua po-  
 „ testate, diutina antiquitate callidus, sub-  
 „ tilitate dolosus, decipiendi assiduitate at-  
 „ que arte peritus, qui electis pascitur escis,  
 „ & perditione perfectorum faginatur, pœ-  
 „ nam propriam, salutem reputat alienam,  
 „ non mediocre æstimans solatium, si ad  
 „ superna tendentes laqueis capiat peccato-  
 „ rum, & funibus perditionis; quos etiam  
 „ 97 „ Propheta suspirans dicebat: *Funes pecca-*  
 „ *torum circumplexi sunt me.* Hic salutis  
 „ humanæ inimicus cavendus est: huic omni-  
 „ modis oppugnandum est & resistendum.  
 „ Quomodo enim poterit incedere jam li-  
 „ gatus, vel audebit repugnare captivus?  
 „ Habebit procul dubio in infernali pœna  
 „ participem, quem tenuerit in sæculi vo-  
 „ luptate consortem. Hujus fortitudinem  
 „ Dominus beato Job monstrans, ita di-  
 „ cit: *Aurum reputat velut lutum: Jordanis*  
 „ *alveum avido se æstimat ore sorbere.* Quid  
 „ est, *aurum reputat ut lutum?* nisi sancto-  
 „ rum vitam, velut lutum se æstimat cal-  
 „ caturum: proclamante Propheta: *Erue de*  
 „ *luto fœcis pedes meos,* Jordanis autem fluen-  
 „ ta quæ sunt, nisi baptismi sacramenta,  
 „ quæ sua credit impugnatione devoranda?  
 „ Lutea compago antiquitatem potentiam-  
 „ que ejus non potest sine Dei gratia supe-  
 „ rare: tamen jugi certamine & indefinen-  
 „ ti conflictu ejus sunt insidiæ tolerandæ.

Vide ut  
errorem  
Semipela-  
gianorum  
abiecerat  
Hilarius.

97  
Job 39. 28.

Pf. 118. 51.

Job 41. 21.  
22.

Pf. 39. 3.

Gratiæ  
confessio.

„ Spectator certaminis humani quotidianam  
 „ exercitii palæstram placidus intuetur. Vi-  
 „ det ignita jacula dirigi, sed lacrymarum  
 „ facit fonte restingui. Cernit laqueos præ-  
 „ parari; sed orantes eruit & plorantes, ut  
 „ cum vera exultatione decantent: *Oculi* Pf. 24.  
 „ *mei semper ad Dominum, quia ipse evel-*  
 „ *let de laqueo pedes meos:* ut liberi ad an-  
 „ nuntiandam pacem incipiant esse pretiosi.  
 „ Et ideo quicquid in præsentî potest ab  
 „ auctoris amore separare, æstimandum est  
 „ inimicum. Si me humana non fallit illu-  
 „ sio, grandis tempestas huic imminet ci-  
 „ vitati: non mediocris, sed satis gravis in-  
 „ cumbit afflictio. Ad omnia contraria ad-  
 „ versaque vos jugiter præparate. Fidem Tri-  
 „ nitatis immobiliter retinete. Scripturarum  
 „ interiora penetrate; ut abyssum invocan-  
 „ tes *in voce cataractarum*, id est creden-  
 „ tium, 98 terras dono superno irrigare omni-  
 „ 98 „ modis non cessetis. Sit vestis asperior,  
 „ panis grossior, cibus durior. Iter nihilo-  
 „ minus conficiatur pedibus expeditis, ne  
 „ necessitas subita perniciem novi laboris in-  
 „ ferat delicatis: quia ut exercitatio robu-  
 „ stum, sic desidia reddet ignavum.

Hac igitur adhortatione completa, jubet  
 Congregationem mœstam sacrificium vesper-  
 tinæ laudis offerre, & cibum consuetudina-  
 ria refectioe percipere, dicens: *Hora diei*  
*undecima anima mea de corporis domicilio li-*  
*berata ad supernum iudicem festinabit.* Cum-  
 que modulatione Psalmorum solita officia  
 auctoris in laudibus alacer cœpisset offerre;  
 jam rediens atque commigrans, inquit: „ Vo-  
 „ ces sanctæ, voces quæ ad aures pervenitis  
 „ auctoris, me quoque Domino commendate.“  
 Fratrum deinceps refectioe completa, ma-  
 nu oculos atque os crucis dominicæ signo  
 muniens, & in oratione perlistens, securus  
 innumeris Sanctorum 99 choris occurrentibus  
 99 „ lætus gaudenque proficiscitur ad patriam su-  
 „ pernam.

Hinc jam qualiter sit universa civitas con-  
 gregata; quemadmodum unusquisque non  
 patrem, aut matrem, vel unicum, sed omnium  
 religiosorum atque orphanorum singularem  
 fleverit genitorem, quis ut dignum est ex-  
 plicabit? Nullus a fletu, nullus cessavit a  
 gemitu. Parem cunctis luctum dilectio uni-  
 versalis indixerat: eratque velut seminarium  
 lacrymarum, generalis dolor omnium dili-  
 gentium. Ubi Basilicæ beati ac Protomartyris  
 Stephani venerabile corpus illatum est,  
 1 totius populi cum fletu vox una procedit.  
 Hæc, inquit, *dies quevelas injustæ imputa-*  
*tionis perpetuo reseravit:* ut amplius, quam  
 in prædicatione sufficit, non dicamus. Fi-  
 dei populus nimio ardore succensus membra  
 sancta, dum vult contingere, pene discerpit.

Studio Congregationis effectum est, ut  
 columnis ardentibus cereorum hinc & inde  
 2 „ populos abigerent 2 irruentes nocte. Vigi-  
 „ liis

CAPUT  
XXI.  
Mortem  
prænun-  
tiat ac  
poritur.

CAPUT  
XXII.  
Exequiæ  
S. Hilarii.  
2

95 Adiecinus ac ex Edit. Rom.  
96 MS. Lir. *infidelis*.  
97 Ex edit. Rom. D. Salinas addidimus *pre-*  
*mia*.

98 Cod. Lir. *iras*, & dein *vestitus* pro *vestis*.  
99 Lir. addit *sacris*.  
1 Arel. cod. *civis*.  
2 Edit. Salinas *irruentes*. *Noctis vigiliis*.

liis expeditis, cum mœsti Solis claritas reputaretur obscura ad exequias venerandas, non solum fidelium, sed etiam Judæorum concurrunt agmina copiosa: omnium lacrymæ invicem se superare certabant. Deficiente voce, gemitus increfcebant. Hebræam concinentium linguam in exequiis honorandis audisse me recolo. Nam nostros ita mœror obsederat, ut ab officio solito impatiens doloris inhibuerit magnitudo. 3 Dein cum ante beati Genesii altare sanctum corpus inferrent, utriusque sexus tantus cum lacrymis datus est clamor, ut astra ipsa percussa vicarium e cælo reddiderint insolitum, & tonitruis comparandum, fragore 4 consono reboatum. Hinc iterum nova dilectio graviore fletu corda succendit, dum singuli cupiunt fimbriam decerpere, corpusque contingere. Sancti Basilii tum Presbyteri, nunc Pontificis summi invenit industria, ut maximam partem coopertorii utraque manu discerptam, qua corpus ejus tegebatur, 5 arriperet, & longius recedens dividendo populis erogaret. Dum dispertiendi studio lætificat populum tanto munere, paullulum retrahuntur a sepulcro, & sic corpus illud venerabile atque decorum, ne iterum devotis 6 læderetur obsequiis, clam est positum in sepulcro. Quod ubi populi intellexerunt esse tumulatum, tantum subito omnes clamorem cum gemitu proprio reddiderunt, ut tecta ipsius Basilicæ discissa corruere & populos obruere putarentur.

Vita illius in morte fit apud animos omnium pretiosa, & desiderium tam 7 cælestis Antistitis in laudem renascitur. Eodem tumulato, cum plausu cœpit doctrina illius recenseri, memoria cum gloria prædicari; mundi contemptus, compunctionis affectus, lacrymarum fluvius, temporalitatis impetus, pietatis thesaurus, justitiæ culmen, temperantiæ moderamen 8, omnibus in exemplum trahuntur. Quid plura? Civitas universa quicquid sacramento confirmare voluisset, nomen ejus proferebat; altruens similem postmodum non futuram. Sed summum est, quod orante ipso amor verus utcumque potuit habere mendacium. Nam non solum in successoribus, sed adhuc in multorum Pontificum renasci non cessat augmentis; cum quibus dum 9 laborans hic participat temporarios fructus, sine dubio æternorum compar efficitur gaudiorum; sicut arbor paradisi fecunda, & quid in præsentem offerat, & quid postmodum gignendo relinquat, singulari 10 posteritatis fertilitate procreare non desinit. Quanticumque seu per ipsum nutu cœlesti, seu post ipsum Dei providentia ordinati sunt Sacerdotes, qui ejus intercessioni respondere eruditione 11 doctrinæ, ac crescentibus

meritis, gratia juvante; contendunt. Felix, qui non tantum propriæ civitati ex sua institutione providit, verum etiam 12 diversa loca illuminare accensis fidei calore innumeris lampadibus, & super candelabrum ponere procuravit. Ac sic in singulis ejus gratia concalescens quotidianis profectibus generata renascitur: quia quicquid ex ejus institutione producit, 13 eidem meritissime deputatur. Capitis utique lucris adscribitur, quicquid membrorum uberrimo cultu percipitur. Pro omnibus sollicitus, in certamine vitæ istius constitutus orationum solatia impendit, præsentiam visitationis attribuit, sanctæ castigationis vel increpationis innumera ac reverenda præcepta feminavit spiritalis & peritus agricola, nunc minitans & dolens, exultans & tristis, lætus & anxius, turbulentus & patiens, serenus atque terribilis, durus & placidus, remissus atque strictus: nunc suspirio gemens, sed cum gaudio uberes lacrymas fundens. De cuius pectoris exundanti fluvio & fonte caritatis irriguo sic hausit unusquisque quod voluit ac potuit, ut nullum damnum largitas sancta sentiret; sed erogando cumulum potius fœnerator thesauri cælestis acceperit. Quia hæc est munerum natura cælestium, ut profusiori scœnore in se jugiter crescat, & cum defecisse putetur, quasi semper incipiat, atque 14 imminutionis paupertatem descendens augmentum quoddam de detrimento dispensator divinus semper obtineat.

O magna, præcellsa ac singularis caterva gratiarum! Quam veneranda recordatione obtutibus præsentatis, & beneficiis sentitis, profectibus nostris adhuc militare cognosceris! Tot annorum spatii evolutis, in tuorum filiorum renasci non cessas honoribus atque reparari. Juste perpetuis laudum titulis honoraris, qui interpellaris & audis, pro supplicantibus intercedens conveneris & reddis; constringeris, & ut postulata impetrentur exequeris; rogaris, & Deo præstante obtinere non desinis. Ecce laudis pretiosum titulum, post emeritæ sanctitatis excessum. Ecce caput laureis virentibus & crucis stemmate coronatum, & fructu virtutum folio- mate contextum, quod non defluit in æternum. Ecce præconium post obitum triumphalibus meritis proponendum. Jacet in sepulcro ejus corpus conditum, cujus precibus referantur regna cælorum. In diversa virtutum culmina innovari tuorum non desistunt insignia meritorum. Cur anima tua non majora præstet in paradisi beatitudine posita, quam in sæculi certamine constituta; cujus virtutem ne signa proderent, oratio impetravit? Unicum pignus & decus Sacerdotii, & totius cælestis scientiæ thesauri jugiter

CAPUT XXIII. Quam pretiosa S. Hilarii memoria & vitæ fructus uber.

7  
8

9

10

11

CAPUT XXIV. Elogium Hilarii. Diu post mortem scripta Hilarii vita, ut adhuc indicat vox successoribus cap. 13.

3 Lir. & Bolland. *Demum antequam beati.*  
4 Boll. *cum sono.*  
5 Cod. Lir. *arriperet.*  
6 Quesn. *redderetur.* Correctionem præbuit MS. Vat. Reg.  
7 Lir. *singularis.*  
8 Quatuor voces seqq. desiderantur in Vat. Reg.

& apud Boll.  
9 Lir. *laborem temporariis fructibus.*  
10 Idem cod. *prosperitatis.*  
11 Arel. MS. *doctores.*  
12 Lir. *divina;* & postea Arel. *accensg.*  
13 Lir. *ejusdem meritis deputatur.*  
14 Ibidem *in munitionis.*

ter ex tuo corde manarunt. Lucerna tua fidei lumine splendens, etiam ceteras super Ecclesie candelabrum positas lucere concessit. Vocatus ab auctore ad laboris fructum & perenne refrigerium feliciter pervenisti, in illa beatissima Patriarcharum societate receptus, anime tue singularia modo conspicis ornamenta: quæ ita creverunt divinæ gratiæ adjumento, ut pretiosis virtutum manibus perenniter conspicua decorentur.

Qui continentia paritate omnium scripturarum thymiamate templum tui cordis & corporis flagrare fecisti, & ut in eo auctor requiesceret, perennis industriae vigilantia præparasti. Qui secreti amore animum quoque affectumque pavisti. Qui cum psalmodiarum modulatione flumina lacrymarum junxisti. Qui in decacordo præceptorum moribus pariter & vocibus præfultasti; vias duras custodiendo vita & institutione prædicasti. Qui spiritalis organi celestis harmoniæ suavi sono cantu 15 variam modulaminis dulcedinem concrepasti. Qui sacrificio jejunii exteriorem hominem continens, vigiliarum solita assiduitate interiorem cursu strenuo oblectare non destitisti. Illud autem prætereundum esse non credidi, qui 16 ante resurrectionis diem, dum Campilapidei spatia peragrasti, pastores singulos unda baptismi regenerando 17 baptizasti, & baptizatos recte vivere docuisti. Fac ergo, quæsumus, ut qui te ad Christum feliciter venisse & sine fine te regnare cum illo gloriamur, tuis continuis precibus muniamur, interventu protegamur, & qua frueris cum Christo gloria perfruamur. 18

Cum ergo tanti talisque viri testimonium merita ejus perhibuerint, digneque facta laudaverint; quia possibilitatis immemor, impulsu amoris, incautus ad tantum præconium proslivi, veniam sperare præsumsi: ut in illo meritorum suorum præclaro fastigio constitutus, etiam pro me interpellare non cesset; illisque venerabilibus Patriarcharum cœtibus aggregatus, ad præsidium nostrum turbam piæ 19 sodalitatæ adfiscat; obtinens ut non actu meo, non ignavia contristetur: quocirca me ejus suffragium muniat, sed

suis patrociniis meritum Sacerdotis in illa examinatione tremenda faciat inveniri: regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

*Explicit Vita S. Hilarii Episcopi.*

EPITAPHIUM S. HILARII  
ARELATENSIS EPISCOPI

In tabula marmorea parieti infixæ in  
Ecclesia sancti Honorati.

*Antistes Domini, qui paupertatis amo-*  
*rem*

*Præponens auro, vapuit caelestia regna,*  
HILARIUS; *cui palma obitus, & vivere*  
*Christus;*

*Contemnens fragilem terreni corporis*  
*usum,*

*Hic carnis spoliū liquit ad astra vo-*  
*lans.*

20 *Spernit opes dum quærit opes, mor-*  
*talia mutans,*

*Perpetuum calum donis terrestribus emit:*  
*Gemma Sacerdotum, plebisque Orbisque*  
*Magister.*

*Rustica quin etiam pro Christo munia*  
*sumens,*

*Servile obsequium non dedignatus adire,*  
21 *Officio vixit minimus, sed culmine*  
*summus.*

*Nec mirum si post meruit tua limina,*  
*Christe,*

*Angelicasque domos intravit & aurea*  
*regna,*

*Divitias, Paradise, tuas, fragrantia*  
*semper*

*Gramina, & halantes divinis floribus*  
*hortos,*

*Subiectasque videt nubes & sidera celi.*

Inscriptio Tumulo ipsi S. Hilarii  
infulpta.

SACRO-SANCTE LEGIS ANTISTES  
HILARIUS HIC QUIESCIT.

15 *Lir. varia modulationis dulcedine; & dein MS. Arel. sacrificiis pro sacrificio.*

16 *Quesn. inseruit particulam aut, quam utpote redundantem expungendam putavimus. Boll. omitunt etiam voces ante reparationis diem, quæ cum in MSS. legantur, retinendæ fuerunt.*

17 *Vat. Reg. omittit baptizasti.*

18 *Hic definit cod. Vat. Reg. nec non is, quo*

*usus est P. Possinus, ut Bollandi continuator tradit. Ex hoc indicio idem videtur hic codex, ac Vat. Reginz.*

19 *Quesn. soliditatis. Ex Boll. & Sallius emendavimus, ut in MSS. legitur.*

20 *Arel. cod. spernit; & mox Lir. vitans pro mutans.*

21 *Bolland. obsequio.*

# A D M O N I T I O

in Sancti Hilarii Arelatensis Opuscula.

1. **P**rimum locum tribuimus sermoni S. Hilarii de Vita S. Honorati Episcopi Arelatensis, quem emendatiorem notationibusque locupletatum edidit P. Rosveidus an. 1620. iterumque Jo. Bollandus tom. 2. Januarii die 16. duobus MSS. exemplaribus usus, altero S. Mariæ de Ripatorio, altero Preuhdomii Canonici Cameracensis, quorum ope non paucis locis depravatis & obscuris medicam manum adhibuit, An. 1673. Jo. Adam Soc. Jesu eundem sermonem una cum Eucherii libellis *de Laude eremi & mundi contemptu* rursus impressit. Tum Quesnelli editio subsequuta est, in qua idem sermo ad MS. codicem Arelatensem recognitus fuit. Novissime autem D. Joannes Salinas Canonicus Regularis duos optimæ notæ codices nactus, Vat. Reginae 645. & 1025. eum diligentissime recusit Romæ an. 1731. monuitque se ex iisdem MSS. *loca quædam restituisse feliciter Bollandi sagacitate correctâ, deformataque verius quam emendata in sequentibus editionibus.* His præsiidiis Quesnellianam editionem nonnullibi supplere & corrigere licuit. Hic porro sermo a S. Hilario immediato S. Honorati successore habitus fuit in ipsa Arelatensi Ecclesia anniversario die mortis ejusdem, & ante obitum Leontii Episcopi Forojulienensis, qui cap. 15. vivus memoratur; ac propterea inter an. 430. & 432. Honoratus enim supremum diem obiit an. 429. die 16. Januarii, Leontius vero an. 432. Probabilius autem primo anno Episcopatus S. Hilarius hunc sermonem recitavit ipso anniversario die 16. Januarii an. 430.

2. Hunc primum sermonem narratio excipiet de miraculo S. Genesii Martyris, quam Hilario Arelatensi inscriptam edidit Surius die 25. Augusti. Istam omisit Quesnellus, eo quod ipsam ab Hilarii facundia abesse, stilumque potius redolere putarit Honorati Massiliensis. Nos vero tantum stili discrimen nonprehendimus, nihilque in toto sermone Hilario indignum deteximus. Auctor certe ipsi miraculo interfuit; quod cum patratum fuerit vivente S. Honorato Episcopo Arelatensi anno 427. vel 428. Hilario quidem nostro convenit, Honorato autem Massiliensi, qui sub finem sæculi floruit, congruere non potest. Hinc Bollandi continuatores die 25. Augusti, ac Tillemontius in Hilarii Vita art. 22. Quesnellum impugnant: ac proinde inter Hilarii opuscula hæc ejusdem narratio præmittenda non fuit.

3. His duobus Hilarii opusculis subjicietur ejus epistola ad S. Eucherium Episcopum Lugdunensem amicissimum suum, quam Antelmus scriptam putat inter annum 435. & 440. at laudatus Joannes Salinas mavult circa an. 435. cum juventutis mentio magis congruat huic anno, quo Hilarius vix trigésimum quartum ætatis annum attigerat, quam anno 440. quando virilem ingrediebatur ætatem: ortus est enim anno 401. Ipsius D. Salinas editio maxime juvit: exacta est enim ad antiquissimum & optimum codicem S. Crucis in Hierusalem 186. Hujus variantes, quæ peculiare emendationes præbuerunt, ille accepit a Joachimo Befoccio tunc Abbate, nunc autem Cardinali Eminentissimo, qui studiosis viris favit semper, & favet.

4. Hilarii operibus inferemus carmen de septem fratribus Machabæis, quod licet in nonnullis editionibus Mario Victorino Afro tribuatur, Hilario tamen plerique codices vindicant. P. Labbeus in dissertatione historica de Victorino quosdam codices Hilarium præferentes commemorat. Oudinus etiam tom. 5. de Script. Eccles. pag. 1230. quatuor MSS. exemplaria Hilario idem carmen adjudicantia recenset, nimirum tria Colbertina 1512. 3898. & 4734. ac unum inter suos. Aliud vetus exemplar Floriacense Hilarii pariter nomen præfigere testatur Joannes a Bosco in Bibliotheca Floriacensi tom. 2. pag. 198. Tot igitur codicum auctoritate Hilario potius quam Victorino hoc carmen adscribendum videtur. Cum porro ex testimonio auctoris Vitæ S. Hilarii Arelatensis constet, hunc scripsisse

plisse *versus fontis ardentis*; eidem tribui potest, nisi alium Hilarium nobis ignotum auctorem credere quispiam malit. Vulgati quidem hoc carmen corruptissimum exhibent, ita ut nostro Hilario indignum videatur. At suorum codicum præsidio ita se carmen hoc emendasse Oudinus monuit, *ut novum omnino opus videri possit*. Etsi vero Oudini codices, ac emendationes nobis defuerunt; præsto tamen fuit Joannes a Bosco, qui ipsum carmen, S. Hilarii nomine præfixo, veluti ineditum ex memorato codice Floriacensi supradicto tomo inseruit: ex hac enim editione, quæ vicem codicis gessit, vulgatam lectionem pluribus in locis vitiatam ita corrigere licuit, ut aliud fere carmen S. Hilario non indignum cognoscatur.

5. Sequetur carmen de Genesi ad Leonem Papam, non quod Hilarii certo sit, sed quod a Quesnello inter ejus opuscula editum fuerit. In MSS. teste P. Coustantio, non S. Hilario Arelatensi, sed *Pictaviensi* adscribitur; *ejusque nomen in editis obtinuit, donec a Sixto Senensi & Gillotio Campano Hilario Arelatensi adjudicatum fuit: qua auctoritate non apparet*. Ex sola istorum fide Quesnellus idem carmen Hilarii Arelatensis opusculis addidit, hac notatione subjecta. *Ex fide codicum excusorum metrum istud Hilario Arelatensi inscribimus. An vere illius sit, nec asserere audent, nec negare, cum nulli codices MSS. affuerint, ex quibus aliquid licuerit expiscari. Quicquid porro sit de auctore, videtur mihi esse primus poetæ conatus, carmen non tam scribentis, quam meditantis. Ubique enim foedissimis scatet erratis, quæ nec in tyrone veniam mereantur. Vix ullæ metri leges in eo observatæ, plures versus non absoluti, vix ipsa delibata materies. Hoc tamen quatecumque est, Lectori subtrahendum non putavi, ne aliquid, quod nomen Hilarii Arelatensis præseferat, hoc loco desideraret*. Hanc Quesnellanam ipsius metri censuram Coustantius approbans, *Si propterea, inquit, Hilario Pictaviensi indignum est, nulla succurrit ratio, cur Arelatensi tribuatur: cum præsertim nulli, quod sciamus, codices Arelatensem præferant*. Idem porro Coustantius in hoc carmine corrigendo tria MSS. exemplaria adhibuit, Lugdunense, Colbertinum, & Victorinum, ex quibus adeo profecit, ut ejus editionem cum notationibus hic recudendam curarimus.

tom. 2. Hilarii Pictaviensis Appendix.

6. Duo alia Hilario opuscula a nonnullis tribuuntur, poema de Providentia inter Prosperi opera editum, & Vita S. Genesii. At poema de Providentia Hilarii esse non posse vel ex eo manifestum fit, quod scriptum fuit anno 416., cum Hilarius vix decimum quintum ætatis annum inierat. Vitam autem S. Genesii solus Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum Hilario adjudicandum credidit. Codices vero non minus quam editiones Paulino Episcopo inscribunt, uti videre est apud Ruinartium in Martyrum Actis. Hinc duo hæc opuscula sicut jure omissa fuerunt a Quesnello, ita & nos libenter omittimus.

7. Auctor *Histoire litteraire de la France* tom. 2. pag. 265. opinatur, homiliam de S. Genesio a Surio impressam die 25. Augusti, quæ inter Eusebii Emisleni homilias est quinquagesima, Hilario posse adscribi. Certe Arelati recitata fuit: cumque stilus eodem Episcopo non sit indignus, id sufficere putat, ut ipsi tribuenda credatur citius quam S. Eucherio, aut S. Paulino, aut S. Patienti Episcopo Lugdunensi, aut aliis, quibus eam adjudicandam nonnulli conjiciunt. Hæc opinio probabilis quidem videtur. Cum vero nulli codices hætenus inventi sint, qui Hilario hanc orationem tribuant; ab hac quoque adjicienda abstinendum putavimus.

Bollandianam capitulum ac numerorum distinctionem servavimus (et si accuratior iniri poterat) ne citationum varietas & scriptores fatiget, & turbet lectores, *Quesnellus*.

# DE VITA

## S. HONORATI EPISCOPI

### ARELATENSIS

#### SERMO

## S. HILARII ARELATENSIS EPISCOPI.

### PRÆFAT. I.



Gnoscitis, 2 Dilectissimi, diem publicis fidelium 3 mœroribus consecratum, qui mihi quamdiu hos caducos vitæ hujus dies Dominus indulserit, semper quidem acerbitati-

bus gravis, 4 plenus tamen dignitatis adveniet. Hodie enim ille sanctæ recordationis Ecclesiæ hujus Antistes virtute, sacerdotio, nomine Honoratus, corpore exutus est. Quicquid ad clausulam elocutionis adjecto, absurdum poterit judicari. Si enim dixerò: Ad astra migravit: ille, etiam dum in terris moraretur, inter illa splendidissima astra Dei numeratus est. Addam: Christo adstat? Quando autem ei in vita sua non adstitit? Cujus omnis vita illam Eliæ vocem habuit: *Vivit Dominus, cui adsto hodie*. Dicam: Terrena deseruit: cujus, ut Apostolus ait, conversatio semper in cælis fuit? Similiter itaque, quantum animus meus habet, quicquid de tali viro dicendum occurrerit, ipsa sui magnitudine congruo exitu caret. Compugnant mœroribus gaudia. Talem reminisci dulce est; tali carere supplicium.

II. Duplex itaque materia me provocat. Illinc me laudum suarum gratia ad sermonem trahit; hinc ad singultus 5 retrahunt damna communia. Ignoscite itaque, si diripientibus sibi duobus his affectibus mentem meam, oris mei officium tamquam duobus dominis famulatum congruum negat. Quicquid recordatio in laudis partibus suggerit,

totum hoc sibi inter damna numerans dolor vindicat. Quamquam etsi adesset mihi serenitas mentis, & famulatu idoneo menti lingua ferviret, num abundantius laus ejus proferri sermonibus meis poterit, quam in vestris sensibus manet? Nemo est, ut puto, cui non illius viri gratia major occurrat, quam possit opulentissima cujuslibet proferre facundia. Quia ergo, ut Scriptura loquitur, *Proov. 10. 7.* memoria justorum cum laudibus semper est, nec potest quisquam meritorum illustrium viros non cum laude memorare: proferam, ut facultas datur, aliqua ex his, quæ de illo dilectionis vestræ corda 6 meditantur. Adjuvabunt utique sensus vestri conatus meos; & 7 quidquid sermoni meo expedire difficile est, vestra sibi pectora propriis cogitationibus eloquentur.

III. Scriptum 8 est: *Sapientia in exitu canitur*; hoc est dicere: sapientis conversatio 9 in conversationis fine laudatur. Unde & in alio loco: *Ne laudes hominem in vita sua*. Et iterum: *Ante mortem ne laudes quemquam*: ac si dicat, lauda post mortem; in viventis enim laudibus & laudato locus vanæ exultationis offertur, & laudatori nota assentationis affigitur. Multis modis autem utile est laudare defunctum. Primum quia dum abest, cui gratificari laudatione possumus, necesse est ut ad largitorem gratiæ 11 laus tota referatur. Deinde quia sola virtutis admiratio residet, ubi suspicio assentationis aufertur. Defuncti itaque laus in sancta fidelium congregatione prolata plena est ædificationis, vacua jactantiæ. Merita quoque in hoc ejus, qui laudatur, accre-

*Proov. 10. 7.*

6

7

8

9

Parce laudandum ante mortem. *Ecol. 11. 30.*

10

Largitori gratia laudem totam refert Hilarius.

11

1 In MS. Vat. Reginæ 645. hic titulus legitur. *Incipit Vita S. Honorati Arelatensis Episcopi, cujus depositio agitur XVII. Kal. Februarii*. In fine autem appellatur sermo, & S. Hilarius auctor profertur sic. *Explicit sermo de Vita S. Honorati Episcopi editus a S. Hilario Arelatensi Episcopo depositionis ejus in die, feliciter*. Alius recentior cod. Vat. Reginæ 1025. hæc habet: *XVII. Februarii. Sermo S. Hilarii in depositione sanctæ memoriæ Domini Honorati Episcopi*. Delectæ vero conspiciuntur hæc voces: *eodem die habitus*; & merito, inquit D. Joannes Salinas: nam sermonem habuit Hilarius elapso anno ab Honorati morte, nempe anno 430.

2 Cod. Ripat. a Bollandio adhibitus: *Agnoscente, Dilectissimi*.

3 Al. *memoriis*.

4 Quesnellus cum quibusdam editis: *plenus consolatoria laude, plenus & dignitatis adveniet*. Quæ autem delevimus, desunt in codice Bolland. & in utrisque Vatt. Reg.

5 Ita ex duobus Vatt. Reg. & alio cod. Boll. Quesnellus trahunt.

6 Sic laudati codd. Apud Quesn. *meditentur*.

7 Quesn. *quod sermoni*. Magis placuit lectio trium memoratorum exemplarium.

8 Boll. *Scriptura quodam loco continet*, ad stipulantibus utrisque MSS. Vatt. Reg.

9 Unus cod. Vat. Reg. & Boll. *in consummationis fine*.

10 Ibidem addunt *maxime*.

11 Cod. Vat. Reg. 645. addit *Deum*.



12 crescunt, quod plures sua laude proficiunt. Nec verebor ne nimis forsitan favorabiliter de meo loqui credar, quia præter quam nihil non inferius dici suis virtutibus potest, nemo est qui illum non suum computet, suum senserit, suumque crediderit. Non tamen ego ingenii fiducia, neque fretus eloquio ad attingendam tanti viri vitam manum mitto: quam si quis præcæ eloquentiæ auctor attingeret, non solum facundia non ornaret, sed victus materiæ mole succumberet. Vester me amor provocat; vester affectus de illo aliquid loquendi fiduciam subministrat. Animabitur, ut credimus, ipsius meritis sermo quamvis 12 tepentis ingenii; & quod jacet verbis, elevabitur rebus; & effusa in illum caritate vestrorum pectorum domicilio condietur.

13 IV. Est illud notum omnibus oratoriæ disciplinæ, quorum laudandam receperint vitam, patriam prius & originem prædicare; ut quod in propriis virtutibus deest, in patrum gloria præcessisse videatur. Nos autem omnes in Christo unum sumus: & fastigium nobilitatis est inter Dei 13 filios computari, nec addere nobis quicquam ad dignitatem terrenæ originis decus, nisi contemptu suo, potest. Nemo est in cælestibus gloriosior, quam qui repulso patrum stemmate elegit sola Christi paternitate censerit. Prætermitto itaque commemorare avita illius sæcularium honorum insignia, & quod concupiscibile ac pene summum habet mundus, usque ad consulatus provectam familiæ suæ nobilitatem, majore generositate pectoris fastiditam. Nec placuisse illum sibi de supervacuis suorum honoribus, qui per amorem veritatis jam suos non optabat.

14 V. Ad illud potius meus sermo festinat, qua fide baptismum in adolescentiæ annis proprio concupierit arbitrato, quam maturo consilio sanus mortem expaverit; 14 qualiter ante baptismum vita caritutum se esse prospexerit; qua siti vitam suam desideraverit renovari; quam dulcis ei infantia; quam modesta pueritia; quam gravis adolescentia fuerit; quam omnes etiam ætatum gradus gratia semper & virtute transcendenterit, majorque se semper inventus sit, ut prorsus divino quodam 15 pædagogio educatum putes. Eruditur sine aliqua suorum instantia. Servat, juvante Deo, baptismum præter ullam hominum sollicitudinem; & quod his majus est, recenti adhuc & illibato nitore 16 fontis sine admonitore convertitur. Sine admonitore, dixi: & ubi illud, quod patria obstabat, quod obluçtabatur pater, quod propinquitas tota 17 renitebatur? Intraverat enim gratia sua omnium sensus;

& cum eum sibi Christus assumeret, certatim in suis omnibus mundus tenebat. Alios dulcedo ipsius obligaverat: alios collegii blandimenta devinxerant: alios in variis juvenum exercitiis admiratio sæcularium virtutum tenebat. Quot illi vitæ prioris gratiæ fuerant, tot a conversione vinculis retrahebatur. Commune quoddam familiæ decus proripi omnes timebant. Et vere quis umquam illum habitus non quasi 18 proprium accepit? Quos aliquando amictus non ornavit? Itaque velut splendidissimam gemmam & commune omnium decus eripi sibi simul Patria, simul familiares, simul parentes putabant: neque enim immutanda hæc omnia & reformanda in melius, ut vidimus, sed quasi moritura esse credebant. Et inde illud erat, quod quia omnia, quæ adorfus erat, strenue eum pater agere perspexerat, a Baptismate quamdiu potuit, avertit, timens ne totus, sicut consecutum est, religionis amore raperetur. Invaluit tamen desiderium & amor Christi, & Baptismum discussis patris dissimulationibus, pueritia fidelis invasit. Ita enim se adhuc Catechumenus inter prima fidei rudimenta formaverat, lasciviam pro reverentia accipiendi quandoque baptismatis respuens, clericos ut patres honorans, & puerili interdum censu pauperem juvenans. Quicquid habere adhuc illa ætas, & plus utique pro novitate habendi amare poterat, miseratione prodigus offerebat: jam tunc in parvo præmeditans cuncta contemnere, & sua simul universa largiri.

19 VI. His itaque & talibus exercitiis ad Baptismum se Cathecumeni fides robusta proripuit. Hinc jam providus pater, & 19 terrenæ pietatis suspicione sollicitus, variis eum oblectationibus provocare, studiis juventutis illicere, diversis mundi vanitatibus irretire, & quasi in collegium cum filio adolescente juvenescere; venatibus & ludorum varietatibus occupare, & tota, ad subjugandam illam ætatem, sæculi hujus dulcedine armari. Nec immerito eum sæcularis 20 pater proripi timebat, quem inter reliquos ornatissimos juvenes velut unicum complectebatur.

VII. Verum illi major inter hæc omnia erat custodiendi Baptismatis cura. Fastidiebat adolescens, quo grandævus oblectabatur pater, tali se semper adhortatione compellans: *Delectat hæc vita, sed decipit*. Alia in Ecclesiis præcepta recitantur; alia in auribus meis mandata sonuerunt: illic modestia, & continentia, & quies, & pudor traditur; hic effrenata luxuria nutritur. Ibi pietas viget; hic exercitatio corporalis. Illic

12 Ita recte Quesn. ex codd. Arel. Lirin. & Sur. Bollandus vero, & laudatus Vat. Reg. *repentis*.

13 Codd. Lir. Arel. & Sur. ita legunt. Bollandus *famulos*, minus bene. *Quesn.*

14 Boll. & unus Vat. Reg. *qui eam ante baptismum vita caritativam esse perspexerat*.

15 Arel. *præfatio*.

16 Lir. *ad fontes*: minus bene: agitur enim de fuga sæculi, non de festinatione ad baptismum. *Quesn.*

17 Boll. *retinebat*.

18 Boll. *proprius*.

19 Boll. *teneræ*.

20 Salinas addit *sibi a Christo*.

Consularis  
Honorati  
nobilitas.

Baptizatur  
adolescens.

18

19

20

lic ad æternum regnum Christus invitat ; hic diabolus ad temporale sollicitat. Omne quod in mundo est, vanitas est & concupiscentia oculorum, & mundus transit & concupiscentia ejus: qui autem fecerit voluntatem Dei manet in æternum, sicut & ille manet in æternum. Festinemus ergo erui ab his laqueis, dum adhuc minus tenemur. 21 Difficile diu ligata solvuntur. Facilius est tenera evellere, quam robusta succidere. 22 In monte salvam fac animam tuam: ne forte apprehendant te 22 malæ cogitationes. Cito serpit voluptatis venenum, servanda est Christo per ejus gratiam sumta libertas. Alii aurum argentumque mirentur. Dominentur, ut video, metalla dominantibus. Alii prædia atque mancipia non sine animi sui captivitate possideant. Alii honoribus gaudeant, & honorem divinæ in se imaginis premant: mihi fatis est mancipium non esse vitiorum: mihi salus, gaudium: mihi conjux, sapientia; mihi in virtutibus 23 voluptas; mihi Christus thesaurus sit, qui pensabit mihi gaudia caduca melioribus, dabit & in hac vita studiis disciplinæ & oblectari & ornari, & inter hæc dignum fieri cælestibus regnis.

VIII. Nec longas talis meditatio moras protulit; sed illico in flammam conversionis nutrita hujusmodi fomentis scintilla 24 prorupit. Jugum dominicæ servitutis subdita cervice suscipiens, jugum libertatis excussit, intelligens summum esse captivitatis genus, licentiam juventutis. Rediguntur ad breves capillos luxuriantes comæ. Transferitur ad nitorem mentis vestium splendor. 25 Cervicis lacteæ decus palliis rigentibus occupatur. Transit lætitia in 25 serenitatem, membrorum vigor animi vigore mutatur. Virtus corporis in virtutem spiritus migrat. 26 Palescit jejunio speciosa facies, & prius 26 succi plena, fit plena gravitatis. Et quid plura? ita repente totus alius ex alio ostenditur, ut non aliter genitor ipsius, quam orbatus filio pater lamentaretur. Et vere plena mortificatio corporis; sed vita illi spiritus erat. Totâ hinc parentum persecutio suscitatur. Tunc solum & primum patri contumax fuit, cum Dei Patris filius esse contendit, ordinata jam tunc in eo, sicut Salomon præcepit, caritate. Ita enim Propheta memoratus sub Dei voce pronuntiat: *Ordinate in me caritatem*. Ordinavit plane eam ille, & sub caritatis dispositione prospexit primo Deum, tum proximum diligendum. Condemnari itaque se senectus pa-

tris, ætatis illius 27 conversione credebat. Occurrit, renititur, comminatur; nec tamen ullo horum pueritia Deo freta concutitur.

IX. Assistit tyroni suo Dominus consolator, nec dissimulat unum ei ex germanis suis in collegium suscitare, qui exemplo ipsius ad conversionem vocatus, & senior juniorem secutus, in ipso brevi quo vixit tempore, sicut collegio illum, ita etiam virtute comitatus est. Hinc jam inter illos certamina grata propositi, cujus mens ad pietatem mollior; cujus 28 cibus durior, cujus sermo blandior, cujus amictus asperior; quis loqui rarius, quis orare crebrius; quem minus detineret lectus, quem magis lectio; quem minus moveret 29 injuria, quem magis misericordia; quis daret promittius quod sibi detraxisset; quis libentius hospiti stratum cilicii & cervical illud consueti lapidis offerret; quis peregrinum promittius ante eleemosynæ dispensationem lacrymis foveret, & affectu prius Christum, quam advenam convivio pasceret: cui in ore rarior mundus, cui frequentior Christus: quis in illa sublimitate virtutum sibi met ipsi minor videretur, & quo magis merito ascenderet, eo magis compunctione decreceret. Privatus quidam 30 tunc in conversatione eorum Episcopatus gerebatur. Mentior, nisi plurimi Episcoporum didicere ab illis, dum excipiuntur, excipere: nam si qui rigorem illum propositi non expaverunt, plus illinc humanitatis 31 in animo, quam refectionis in corpore secum tulerunt. Ornabant itaque omnem simul patriam, & quantum apud animos multorum manet, custodiebantur aliorum ab illis corpora, aliorum spiritus, prout quisque indigens erat, aut vestimentis, aut doctrina, aut sumtribus, vestiebantur, alebantur, instruebantur. Nullus illuc peregrinationis labore defessus, non tamquam ad patriam & patrimonii sui rura pervenit: nullus illinc ad ulteriora discedens, non tamquam iterum 32 a domo sua pedem movit, & iterum sibi relinquere cives suos visus est, iterum propinquos.

X. Interea amor in illos omnium crecebat, multiplicabatur, disseminabatur, & fama in ulteriora quæque ferebatur, totaque jam erga illos patria obsequiis & amore & honore certabat. Pervenire illis ad ignobilitatem & paupertatem non licebat: quanto magis eorum vita abscondebatur, tanto magis fama emicabat, & alter alterum laudi objicere & gloriæ exponere, & ad unum com-

Cant. 2. 4.

21 Unus cod. Vat. Reg. *Diu illigata tardius solvuntur*. Alius cum Boll. *Difficile diu illigata solvuntur*.

22 Boll. *mala conversationis istius*. Ita etiam unus cod. Vat. Reg. & editi ante Quesn. excepto Surio.

23 Sic melius ex MS. Vat. Reg. 1025. & ex Boll. Jo. Adam, & Jo. Salinas. Quesn. *voluntas*.

24 Idem cod. Vat. cum Boll. *se proripuit*.

25 Ita Arel. cod. & unus Vat. Reg. Alius cum

Boll. *gravitatem*, Lit. *severitatem*.

26 Boll. *fuci*.

27 Salinas *conversatione*.

28 Idem Salin. *addit esset*; & mox post *crebrius addit posset*.

29 Surius *invidia*.

30 Salin. *jam tunc*.

31 Vat. Reg. 1025. *animæ*, & postea *corpora*.

32 Quesn. edit. per saltum omisit septem voces sequentes.

33 communem 33 virtutem referre. Sed dum  
unusquisque sub umbra alterius obscurari vo-  
34 lebat, tamquam repercussa claritas 34 utrum-  
que irradiabat. Jam quæ illorum gravitas,  
quam senilis maturitas, quam rara femi-  
narum visitatio etiam proximarum, & quæ  
inter tot virtutes totius vanitatis fuga: quam  
blanda consolatio, & quam sollicita custodia  
erga eorum salutem, qui se doctrinæ eorum  
mancipaverant! Angelica ab illis vita in  
terra ducebatur, *in multa patientia, in vi-*  
*giliis, in jejuniis, in castitate, in scientia,*  
*in longanimitate, in suavitate, in spiritu*  
*sancto, in caritate non ficta, in verbo ve-*  
*ritatis, in virtute Dei.* Pavebant interea  
illi gloriam suam, & odorem bonæ conver-  
sationis longe lateque diffusum, licet ad Dei  
laudem referrent, sibi tamen vanitatis peri-  
culum inferre metuebant: percepisse se in  
vita sua mercedem suam reputabant, hu-  
manam conversationem & gratiam fastidien-  
tes eremi amore flagrabant.

Honoratus  
& Venan-  
tius Pa-  
tria abse-  
dunt.

35 XI. Inito itaque consilio, & quodammo-  
do passi honoris sui persecutionem, ad pere-  
grina contendunt. Iterum patria consurgit,  
iterum propinqui reluctantur. 35 Spoliari  
se, sed nunc sanius, lumine suo metuunt.  
Quod illic, JESU bone, certamen fidei at-  
que amoris fuit? Qui tunc consiliorum, qui  
precum, qui lacrymarum ambitus? Quis  
non illic sibi officium propinqui vindicavit,  
aut cujus lacrymæ non cum lacrymis patris  
certaverunt? Amittere enim se omnis pa-  
tria in juvenibus illis patres sentiebat. Et  
vere erat illis senectus non annis cana, sed  
gratiis: non cariosa artubus, sed moribus  
36 venusta. O quanta, Domine, dispensa-  
tio procurationis tuæ! qui lampades tuas fi-  
dei igne fulgentes, non loco fixas stare pa-  
37 teris, sed 37 præfers eas illuminationi diverso-  
rum locorum, inspirans migrandi volunta-  
tem & fugiendi gloriam; quæ utique mul-  
tiplicanda erat, ipso per susceptam peregre-  
nationem virtutis augmento. Diripitur du-  
dum quidem vario misericordiarum opere  
vexata, adhuc tamen larga substantia; &  
38 æqualiter ad patrimonium 38 propinquus  
atque extraneus auctorator admittitur. Ita  
nullus in lucris dumtaxat parentum res-  
pectus est, ac si rem non suam vendant.  
Possessio, quæ pauperibus, ex quo ab ipsis  
fuerat possessa, servierat, pauperibus nunc  
distribuenda distrahitur. Excipit patria ef-

fusam misericordiam, & fletibus effusis re-  
pensat.

XII. Exeunt de terra sua & de domo &  
de cognatione sua, & exemplo 39 pari ve-  
ri Abrahæ filii demonstrantur. Ne quid ta-  
men juvenili ausu temere ab ipsis inceptum  
putaretur, assumunt senem perfectæ consum-  
mataque 40 gravitatis, quem semper in  
Christo Patrem nominarunt, sanctum Ca-  
prasium, angelica adhuc in infulis conver-  
satione degentem: cujus quamquam dilectio  
vestra nomen hæstenu ignoraverit, & ad-  
huc nesciat vitam, amicis eum suis Chri-  
stus annumerat, Hunc tamquam ordinato-  
rem in Domino atque custodem suæ ætatis  
assumunt, quos jam custodes sibi plurima  
juventus elegerat. Quaritur ergo peregre-  
nationis latebra, fama fugitur virtutis: at ubi-  
cumque itur, ibi alia, velint nolint, fama  
pariebatur. Felices terræ, & portus beati,  
quos cælestem patriam sitiens peregrinus il-  
lustrat! Alii Orientis oras, & quæcumque  
alia plena sanctis loca accipiendi exempli  
gratia, accedunt: hi quicquid adeunt exem-  
plis bonis suscitant. Spargitur ubique sub-  
stantia, & in omni accessu eorum bonus  
Christi odor flagrat.

39

40

Peregre-  
nationes  
ad loca  
sacra.

XIII. Hunc 41 ipsum jam tunc, cujus  
hodie memoria pascimur, urbi huic Massi-  
liensis Ecclesia pene præripuit, hortante il-  
lius urbis antistite, & tali eo gaudente col-  
legio. Sed quid non ille fervor lacrymarum  
certamine & blandimentorum ambitione evin-  
ceret? Alacrius ergo, 42 novo admoniti peri-  
culo, maria 43 transmittunt, expetunt lit-  
tora quibus barbara esset 44 illa, quæ plu-  
rima in ipsis erat, Romana eloquentia. Lon-  
gum est perecurrere quem ab illis profectum  
unusquisque locus traxerit, quam salubrita-  
tem Ecclesiis sine ullo clericatus actu inve-  
xerint, quot magistris magistri in silentio  
fuerint.

41

42

43

44

XIV. Illud commemorasse sufficiat, in-  
trepide ab illis pro Christi desiderio maris  
rheuma toleratum, squallorem ac sterilita-  
tem Achaici littoris expetitam; & tam de-  
licate, tam 45 molliter educatos contra tan-  
tas aquarum & aurarum varietates decertasse:  
quod quam grave, quam intolerabile illi ten-  
eritudini fuerit, excessus illic Germani sui bea-  
tissimi in Christo viri Venantii, & infirmitates  
sux ac suorum protestabantur. Jam quid in illo  
46 funere 46 Methona aut extulisse se, aut perce-  
pisse

45

46

33 Edit. *Quest. virtutum apicem*, minus bene.  
34 MSS. Vat. Reg. *utrumque radiabat*. Boll.  
& Jo. Adam *utrimque radiabat*.

35 Ita utrique codd. Vat. Reg. Boll. & alii.  
*Quest. vers. Spoliari se se hoc simul lumine omnes*  
*metuunt*. At melior textus lætio, cum indicet,  
nunc sanioem esse metum, quippe qui non ut  
antea ex sæculi, sed ex virtutum, quæ in Ho-  
norato & fratre ejus lucebant, amore oriebatur.

36 Ita utrique codd. Vat. Reg. cum Arel. &  
Ripat. apud Boll. Al. *vetusta* Boll. & Sur.

37 Cod. Ripat. apud Boll. *profers eas ad illu-*  
*minationem*.

38 Al. *proximus*.

39 Cod. Ripat. *patris*; & mox vere pro ve-  
ri Boll.

40 *Quest. ætatis*. Correctionem ex Vat. Reg.  
1025. inductam confirmat Jo. Salinas ex Euche-  
rio de Laude Eremitæ, ubi *venerabilem gravitate*  
*Caprasium* appellat.

41 Voces ab *Hunc ipsum* usque ad *littora* de-  
sunt in codd. Arel. & Lirin. Reddidit eas Boll.  
ex MSS. Absunt etiam in Vat. Reg. 645. sed in  
alio 1025. leguntur.

42 Salinas addit *tamquam*.

43 Al. *transmeant* *Quest.*

44 Salinas addit *etiam*.

45 Cod. Ripat. *nobiliter*.

46 Plures sunt hujus nominis civitates. Hic ea  
videtur intelligenda, quæ in ore Mesceniæ in Pe-  
loponneso sita est. *Bollandus*.

pisse crediderit, multiplicibus psallentium indicavit agminibus. Hinc Hebræus, hinc Græcus, hinc Latinus exultat. Judæus ipse Christum respuens fidelem Christi servum admiratur. Astra ipsa ferventes chori pullant, & ut credimus cum humanis vocibus angelici chori concinunt, fideli famulo suo Christus occurrit. *Euge, Venanti, serve bone & fidelis*: & dum audis, *intra in gaudium Domini tui*, memento nostri quos adhuc sæculi gaudia impugnant. Accipiunt finem carnis animæque certamina; sumit principium vita perennis & gloria. 47

Matth. 25.  
21.

47

CAP. III.  
Honoratus  
fratre mor-  
tuo, venit  
in Italiam,  
& apud  
Episcopos  
hospitatur.  
48

XV. Hinc jam vobis Honoratum vestrum Christus reducit, & occulta manu 48 salubritatem regressu sui temperat. Nam quicquid præterfluens tangit, illuminat. Hujus Italia benedici gaudet introitu. Hunc Tuscia venerata complectitur, & blandissimas per Sacerdotes suos moras necit. Porro Dei providentia nobis prospiciens cuncta dirupit, & quem e patria eremi desideria provocarant, hunc in eremum huic urbi propinquam Christus invitat. Vacantem itaque insulam ob nimietatem squalloris, & inaccessam venenatorum animalium metu, alpino haud longe jago subditam petit. Præter secreti opportunitatem, sancti ac beatissimi in Christo viri Leontii Episcopi oblectatus vicinia, & caritate constrictus 49 plurimis etiam novo ausu retrahere illum conantibus. Nam circumjecti accolæ terribilem illam vastitatem ferebant, & suis occupare illum finibus fidei ambitione certabant. Verum ille humanæ conversationis impatiens, & circumcidi a mundo vel objectu freti concupiscens, illud corde & ore gestabat, nunc sibi, nunc suis proferens: *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*: & in Evangelii Christi ad discipulos suos factam promissionem: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones*. Ingreditur itaque impavidus, & pavorem suorum securitate sua discutit. Fugit horror solitudinis, cedit turba serpentium. At quæ non tenebræ illud lumen refugerunt? Quæ non illi medicamento venena cesserunt? Inauditum vere illud, & plane inter miracula ac merita illius 50 deputandum reor, quod tam frequens, ut vidimus, in illis ariditatibus serpentium occurfus, marinis præsertim æstibus excitatus, nulli unquam non solum periculo, sed nec pavori fuit.

Leontius  
Episcopus  
Forojulen-  
sis.  
49

Pf. 90. 13.

Luc. 10. 19.

Lerinam  
Insulam  
ingreditur.  
50

50

51

XVI. Quid longius morer, cooperante, ut ita dicam, Christo, omni, quæ prius deterruerat, adversitate superata Honoratus 51

vester castra illic quædam Dei collocat; & qui locus dudum homines a sua commoratione repulerat, angelicis illustratur officiis. Illuminatur latibulum, dum lumen occulitur. Cedit ignoti prius exilii obscuritas voluntarii exulis claritati. Quid ergo accessio, quid emendatio illa conferat? Quocumque Honoratus accesserit, adesse illic 52 honorem necesse est. Hic primum illigatur diu evitati clericatus officio: hic refugam suam sacerdotialis infula innectit; & qui 53 ire ad dignitatem detrectaverat, ad ipsam dignitas venit. Apparuit illic Presbyter non duplici tantum, sed multiplici honore dignissimus, coram quo nullam Sacerdotii distantiam, nullum nominis privilegium Episcopatus agnosceret. Nemo umquam Episcoporum sibi tantum usurpavit, ut se Presbyteri illius collegam 54 computaret. Verum ille tam integram in Sacerdotio Monachi humilitatem conservabat, quam plene Monachus Sacerdotii merita possederat.

52

53

54

XVII. Industria illic sua sufficiens electis Dei Ecclesiæ templum excitatur, apta Monachorum habitaculis tecta consurgunt: 55 negatæ a sæculis aquæ largiter fluunt, in uno ortu suo duo veteris testamenti miracula proferentes. Nam cum de saxo erumperent in media maris amaritudine dulces profuebant. 56 Certatim jam illuc omnis regio quærentes Deum dirigebat. Honoratum expetiit quisquis Christum desideravit; & plane Christum, quisquis Honoratum expetiit, invenit. Illic enim ille totus vigeat, pectus ejus quasi præcellam arcem & splendidissimum templum infederat. Illic castitas, quæ est sanctitas, fides, sapientia & virtus habitavit: ibi justitia fulsit & veritas. Itaque velut 57 ulnis effusis patentibusque brachiis in amplexum suum, hoc est in amorem Christi, invitabat: omnes undique ad illum certatim confluebant. Etenim quæ adhuc terra, quæ natio in Monasterio illius cives suos non habet? Quam ille barbariem non mitigavit? Quoties de inmanibus belluis 58 quasi mites fecit columbas? Quam amaros interdum mores Christi dulcedine aspersit? Et quorum pravitas sibi metipsis prius penalis fuerat, eorum postmodum gratia oblectamento omnibus erat: degustata deinde boni suavitate, non poterant non magis & magis odisse quod fuerant. Nam velut adducti in novam lucem antiquum illum 59 diu insipientium errorum carcerem detestabantur. Pulsa per exhortationem illius est varia pestis animorum, Amaritudo, asperitas, &

55

56

57

58

59

ra-

47 Quesn. addit Amen. Deest in Boll. & nostris codd.

48 Ita cum Boll. codex Vat. Reg. 1025. Quesn. salubri regressu sui.

49 Ita codd. & editi excepto Quesn. apud quem plurimis sitim novo haustu protrahere conantibus.

50 Sic ex iisdem MSS. Vat. Reg. Salinas. Quesn. cum aliis editis mirandum.

51 Ita Salinas, uti etiam supra: Honoratum vestrum. Quesn. noster.

52 Salinas addit etiam.

53 MSS. Vat. Reg. & Boll. venire.

54 Arel. cod. copularet. Mox pro in sacerdotio Quesn. in margine, forte in sacerdotium.

55 Ita Salinas, qui codd. Vat. Reg. adhibuit. Quesn. negatæ sæculis aquæ fluunt.

56 Sic ex eodem Salinas. Quesn. Certatim se jam illuc omnis regio quærens Deum &c.

57 Quesn. venis effusis protensisque brachiis. Prætulimus lectionem ceterarum editionum, & Vat. Reg. 1025.

58 Unus cod. quam mites.

59 Quesn. diu in se densorum errorum. Ceterarum edit. & codd. lectionem secuti sumus.

rabies locum dabant libertati, quam Christus obtulerat, & 60 delectabat requies post longam & gravem Pharaonicam servitutem. Stupenda & admirabilis permutatio, non Circeo, ut ajunt, poculo ex hominibus feras, sed ex feris homines Christi verbum tamquam dulcissimum poculum, Honorato ministrante, faciebat. Quid enim non 61 extunderet illa instantia cum alacritate conjuncta? aut qui lapides non in Abraham filios verterentur? ubi tanta in expoliendis mentibus 62 erat officina virtutum, ut si minus hominem ad salutem suam vivis exhortationibus promoveret, Deum oratione constringeret. Omnium ille passiones, suas credidit, & tamquam suas flevit: profectus laboresque omnium, suos computavit; sciens gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, simul & vitia & virtutes omnium in meriti sui cumulum transferebat. Sicut enim virtus ad virtutem 63 excitat, ita miseratio miseris impensa fructificat. 64 Metet enim singulis plusquam sibi singuli. Singulorum enim salus 65 unam illi gloriam instruit. Impiger, festinus, infatigabilis perseverat, prout cujusque naturam moreque perspexerat. Hunc secreto, 66 illum palam; hunc severus, illum blandus aggreditur; & ad castigandi immutationem, ipsam plerumque faciem castigationis immutat. Inde illud erat quod non facile quemquam tantum vel amari vidimus vel timeri: ita enim duos hos affectus sui in unoquoque suorum collocabat, ut & amor suus delicti metum, & timor disciplinæ amorem introduceret.

CAP. IV.  
Præclara  
Lirinensium iustitio: Honorati virtutes.

XVIII. Incredibile est quantæ illi curæ fuerit, ne quem tristitia affligeret, ne cogitatio sæcularis urgeret. Quam facile perspexerit quid quemque vexaret, 67 tamquam singulorum mentes mente gestaret. Quanta præterea pietatis dispensatione providit, ne quem nimius labor gravaret, ne quis nimia quiete torpesceret. Ipsos, si dici potest, singulorum 68 fratrum somnos pio pensavit affectu. Valentis corpore a desidia semper excutiens, ferventes spiritu cogeat ad requiem. Omnium vires, omnium animos, omnium stomachos instinctu, credo, Dei noverat, vere servus omnium factus propter Jesum Christum. Mirandum est quomodo unus tot simul officia compleverit, tam va-

Tom. II.

ria præsertim infirmitate vexatus. Fortissimos quosque, & recenti adhuc conversatione prævalidos in jejuniis vigiliisque, impar viribus, pari lege comitatus est. Infirmos ipse infirmior visitavit: refrigeria animarum simul providit & corporum: & ne quid cuiquam minus fuisset impensum, animo semper recurrebat: hic alget, hic 69 cogitat: illi labor gravis est; huic hæc esca non convenit: ille ab alio læsus est; grave est quod hic intulit, nec minus grave quod iste sensit 70. Grandi instantia opus est, ut offensa gratiam consequatur, & hic sibi illatas contumelias aut leves aut nullas computet; hic autem se gravissimas intulisse suspiret. Hæc illi jugis opera, jugis intentio erat, levigare omnibus jugum Christi, & quicquid diabolus injecisset, avertere, discussio culparum nubilo, gratiarum serena revocare, amorem Christi & proximorum amando inferere, & mentes omnium tamquam suum pectus excolere: innovare gaudia, & ad Christi semper desiderium tamquam primo conversionis die inardescere.

XIX. Hinc illud erat quod 71 omnis Congregatio illa divinæ cupida servitutis ad nomen ipsius ex diversa terrarum parte collecta, tam moribus quam linguis diversa, in illius amorem conspirabat. Omnes Dominum, omnes Patrem vocabant. In illo sibi patriam, 72 propinquos, & omnia simul reddita computantes. Didicerant omnes, ipso sibi compatiante, dolores illius suos computare, ut non immerito egregius & in Christo beatissimus vir Salvianus Presbyter carorum suorum unus in scriptis suis dixerit quod 73 sicut cæli faciem pro sua Sol aut obscuritate aut serenitate mutaret, ita Congregatio illa cælum sitiens, & cælestibus studiis mancipata ab ipso vel nubila vel serenitatem mentium, quasi peculiari in Christo Sole, susciperet, 74 ipsoque & afflicto afflitteretur, & respirante revalesceret. Hinc illa erat, & adhuc orationibus suis 75 permanet diffusa in Monasterio suo sancti Spiritus gratia, tanti doctoris & exemplo & admonitione firmata in variis charismatum donis, in humilitate & mansuetudine, in caritate non ficta, & una capitis gloria 76 in diversitate membrorum.

XX. Magna illi inter hæc in advenas & hof-

60 Apud Quesn. *delectabatur*.

61 Vat. Reg. 1025. *obtineret*.

62 Vat. Reg. 645 *erant officia*. Mox apud Salinas *quod si minus*.

63 Ita Vat. Reg. codd. cum editis excepto Quesn. qui in textu præfert *excitans*. . . . *impedens*, & in margine *excitat*. . . . *impensa*.

64 Quesn. ex MS. Arel. *Medetur enim singulis plusquam sibi singulo*. Magis placuit lectio aliorum editorum, quæ item est codd. Vat. Reg. & videtur explicare verbum *fructificat*, quatenus Honoratus ex miseratione pluribus impensa meter plus gloriæ, quam singuli, qui ejus opere salutem consequuntur.

65 Cod. Vat. Reg. 1025. *unam illi gloriam struit*.

66 Ita Salinas. Quesn. *hunc palam*, illum *severus*, hunc *blandus*.

67 Melior hæc lectio Salinas, qui MSS. Vatt. Reg. usus est. Quesn. *quam singulorum mentes*

*mente gestaret: quanta præterea pietatis dispensatione providerit.*

68 Quesn. *patrum*.

69 Ita Arel. & alii codd. ac Boll. In Surio & Barrali *ægroiat*, minus bene.

70 Salinas addit *injuriam*; & mox præfert singulari numero *illata n contumeliam*, & sic deinceps alia.

71 Ex eodem adjecimus *omnis*.

72 Quesn. addit *vel*.

73 Salinas *sicut Sol cæli faciem pro sua sola aut obscuritate* &c.

74 Boll. *ipsoque congruo congrueret*, *inspirante revalesceret*.

75 Ita cum Boll. utriusque codd. Vat. Reg. Apud Quesn. vero: *permanet in monasterio suo Spiritus sancti* &c.

76 Sic Vat. Reg. 1025, & plerique editi. Quesn. *in divisione*.

69

70

71

72

Salvianus  
Presbyter.

73

74

75

76

Benignus  
& liberalis  
in hospite-

77

hospites cura . Quis enim illum aliquando præteriret ? Quis non quamlibet prosperam navigationem , 77 quoslibet suaves ventos mox per tanti viri desiderium , commodi sui contempitor abruptit ? aut si insulam tenere non licuit , violentum secundæ navigationis obsequium , acerbissimam tempestatem computavit . Nemo illuc non festinus accessit ; nemo illic moras suas sensit ; nemo illinc non securissimus solvit , prosequente ipso amore , sumptibus , votis , & tunc primum agnitos tamquam dudum suos emittente . In squallore eremi delicias 78 conspectu suo ministrabat , cum tanto omnes gaudio & amore suscipiens , tamquam expectasset : aderat præterea munificentia animo par substantia , pari fide ministrata . Nam qui libenter audierat : *Vende omnia tua , & da pauperibus , & veni , sequere me* : huic libentissime unusquisque , si quid misericordiae animo devoverat , dispensandum ingerebat ; securus illi sua cuncta committens , cujus in relinquendis omnibus secutus fuerat exemplum . Hinc ad eum frequens ille ex diversarum regionum 79 vastitate concursus . Et vere is ille erat , qui , non ut parcus dispensator aut timidus , 80 respectu sibi creditæ & crescentis quotidie Congregationis aliqua tribueret , plura servaret . 81 Sed quid quotidie in alieno non faceret , quod in suo semel fecerat ? Hoc est , nihil sibi , nihil suis præter præsentium dierum victum & 82 vestitum reservabat .

Matth. 19.  
21.

79

80

81

82

XXI. Exhausta est aliquando dispensationis substantia , fides numquam . Quadam enim vice cum unum jam ex multis millibus aureum nummum 83 proflua ad munificentiam arca retineret , hunc ipsum , etiam in multarum rerum defectu , constantissime prætereunti pauperi dedit , & 84 me atque aliis adstantibus dixit : *Certum est jam appropinquare 85 qui deserat , si non habet munificentia nostra quod proferat* . Vix trium aut quatuor horarum spatium , die fluente , transferat , & continuo qui 86 verbis suis fidem faceret , occurrit . O felix munificentia , cui fides ministravit ! O felix fides , cui munificentia numquam moram fecit ! Et vere quantum fides sua 87 suppeditabat , dispensare sua tantum manu non occurrit . Plurimos multis locis probatissimos viros habuit , quorum semper manibus , quod sibi deferebatur , expenderet . Sic unius dispensatoris gra-

83

84

85

86

87

tia , dispensatores multos habebat , & fides sua , quasi communis quidam fons , & dan-  
tibus & accipientibus plurimis profuebat . Nullius 88 angustia ad ipsum pervenerunt , quæ ultra ipsum protenderentur , aut non in ipso metam reperirent .

88

XXII. Hinc jam ad illum certatim , ut putabat , aut certe ut optabat , latentem undique litterarum officia perlata sunt , quibus ille quam novis affectibus variata reddebat , quam gravia , quam blanda , quam dulcia ! Unde pulcherrime splendidus mundo , splendidior Christo æmulus virtutis suæ beatus Eucherius cum ab eremo in tabulis , ut asolet , cera illitis , in proxima ab ipso degens insula , litteras ejus suscepisset : *Mel* , inquit , *suum ceris reddidisti* . Quis itaque non beatum se , beatam domum , beata scrinia sua credidit , in parvo ex ore ipsius munere magna benedictione ditatus ? Et sane tantum in scriptis illius falis , tantum dulcedinis erat , ut non scriniis aut armariis , sed arca pectoris condi mererentur . Inde est quod plurimi ea inscripta sensibus ferunt ; & libentissime ad testimonium amoris sui 89 proferunt . Denique quis umquam tantum sibi amicorum præsentibus illigavit officiis , quantos ille , qui se diligenter & avidissime desiderarent , habuit ignotos ?

Eucherius  
Lugdun.  
Episc.  
Leronis  
incola .  
Tabulis  
cera illi-  
tis episto-  
larum scri-  
ptæ .

89

XXIII. Interea ego dum 90 multam ejus in omnes gratiam memoro , in me infinitam curam prætermitto : cum ipsius utique mihi cura non minus in Christo salutis attulerit ; quam amor inter vos ornamenti & 91 amoris reliquit . Mei enim gratia , quod ad meritum suum & judicium meum pertinet , patriam , quam fastidierat , non dignatur accedere ; nec refugit laborem 92 tam longi itineris , suis præcipue multis jamdudum infirmitatibus gravem ; 93 meque illic jam in illis annis nimis amicum sæculo & contumacem Deo , ut seductor & verax ad amorem Christi blanda manu tentat . Longum est intromittere illam in exhortationibus ingenii sui violentiam : in quibus cum jam ante propositum acerrimos sibi metipsum 94 ad conversationem stimulos admovere potuisset , haustis diu sapientia fontibus multipliciter diffundebatur . Sed cum parum in aures meas pietatis illius verba descenderent , ad solita orationis præsidia convertitur 95 & affectus sui clamor repulsus duritia mea piissimas Dei 96 usque ad misericordiam pulsa-

CAP. V.  
S. Hilar-  
ius Ho-  
norati ad-  
hortationi-  
bus con-  
vertitur .

90

91

92

93

94

95

96

vit

77 Salinas ex eodem Vat. Reg. & quamlibet secundos ventos haud pro tanti viri desiderio , commodi sui contempitor , abnuvit ? Boll. pro haud habet aut .

78 In Quæsn. omittæ voces conspectu suo .

79 Apud eundem captivitate , minus bene .

80 Salinas respector .

81 Ita Boll. & Salinas . Quæsn. sed qui quotidie .

82 Quidam editi vestimentum reservaret .

83 Lirin. cod. prona .

84 Al. mibi .

85 Quæsn. addit Christum .

86 Cum Salinas adjecimus verbis ex utrisque MSS. Vat. Reg.

87 Al. suppetebat .

88 Salinas addit pene .

89 Quæsn. perseverat . Postea Salinas tantos sibi amicos .

90 Salinas multimodam .

91 Idem bonoris .

92 Idem tanti itineris .

93 Quæsn. præmissio puncto inseruit Venit , & omittit illic . Codicum & aliorum edit. lesionem secuti sumus .

94 Quæsn. ad conversationem suam stimulos amovere .

95 Vat. Reg. 1025. & ita de fructu sui laboris pulsus duritia mea .

96 Ita cum quibusdam editis codd. Vat. Reg. Quæsn. usque ad misericordes .

vit ac penetravit aures. Et vere obluſtanti mihi, & per ſæcularem illam nimis periculofam conſuetudinem obſtinationem interdum meam ſacramento obſtringenti, prophetico, 97 ut ita dicam, ſpiritu ante 97 promiſerat: *Hoc*, inquiens, *quod mihi tu non præſtas, Deus præſtat*. Et o quamdiu emollire duritiam meam niſus eſt imbre lacrymarum! quam piis mecum pro ſalute mea oſculis amplexibusque certavit! ad præſens tamen, ut 98 ille ait, vici 98 peſſima victoria. Exagitantum me illinc & edomandum dextera Dei ſuſcepit: illi enim me oratione tradiderat. Qui tunc in corde meo fluctus! Quæ tempeſtates diverſarum & inter ſe compugnantium voluntatum excitatæ ſunt! Quotiens ſibi in animo meo velle & nolle ſucceſſit! Et quid plura? Abſente illo partes in me ſuas Chriſtus exequitur: 99 poſt biduum orationibus ſuis per miſerationem Dei mea contumacia ſubjugatur. Fugaverat enim ſomnum cogitatio, & invitante me pio Domino, totus eminus cum voluptatibus ſuis mundus adſtabat. Quid expetendum, quid relinquendum 1 ſuaderetur, animus mecum meus, tamquam collatis apud amicum tractatibus, ventilabat. Gratias tibi, Jeſu bone, gratias, qui dirupisti vincula mea, famuli tui Honorati pia ſupplicatione permotus, & inje-ciſti mihi vincula amoris tui, quibus ſi tener, numquam peccati vincula revaleſcent. Occurro itaque ſubditus, qui ſuperbus abſceſſeram, & omni contradictione depoſita novus precator accedo. Sic, ſic ſancti oratio fugitivos ſuos reducit, ſic contumaces ſubjugat, ſic expugnat rebelles.

XXIV. Jam quibus ille tunc lacrymis ariditatem meam 2 irroravit, quam pio ſletu me quoque traxit in lacrymas! Tali me humilitate & blandimento, tamquam ſi ipſe a me exciperetur, excepiſt. Ablata eſt illico cauſa remorandi. Tunc primum illam 3 patriam, quam fugiendam dudum crediderat, agnovit. Educit me ſecum, ſuam prædam: gaudet, triumphat, exultat. Eremita me jam tamen exemplo ſuo ſecreti cupidum feſtinat includere. Alit primum lacte, & poſtmodum cibo. Potat etiam profluo illo, qui in ſe erat, cæleſtis fonte ſapientiæ. Atque utinam tantum anguſtiæ ſpiritus mei recepſent, quantum ille 4 ſtudit infundere. Præ-

Tom. II.

parafſet me proſecto vobis, & deſiderio veſtro dignum dediſſet; 5 & ſucceſſorem ſibi idoneum neſciens erudiſſet. 6 Jam vero illam fui in omnes profluam caritatem, quod ſine invidia dixerim, quantum in me adjecerat, & leve illud Chriſti jugum quantum mihi levius blandimentis ſuis fecerat! 7 Quoties me mentem ſuam, quoties animam, quoties linguam ſuam nominabat! Quam impatiens abſentiæ, quam ſemper indigniſſimi conſpectus mei cupidus erat! Quid de his omnibus dicam, niſi illud propheticum, quod Dominus ei retribuit pro me?

XXV. Interea, dilectiſſimi, ſtriſtim contingens potius cuncta, quam referens, de ſolertiſſimo paſtore veſtro ea, quæ aliis potius quam vobis erant nota, 8 replicavi. Sacerdotium quippe ſuum in Eccleſia hac nomine auctum vidimus; ſanctimonia vero & actibus jam prius ſummum. Sed unde illud, quæſo, quod tam e longinquo tam ignotus expetatur? Quis illam abſentis nec prius viſi gratiam veſtris pectoribus affixit? Quis illud deſiderium ſuſcitavit, ut orbatis his, quibus a Domino apud eremum indultus erat, vobis naſceretur? Ille utique, qui cuncta diſpenſat; ille, qui eum & patriæ ſuæ, quamdiu congruum videbat, indulſit, & per maria & per terras ad utilitatem videntium hanc tantam cultoris ſui gratiam circumegit.

XXVI. In ſumma ex illo brevi, quo vobis indultus eſt tempore, facile metiri datur, quid plus de illo in his, quid minus dixerit. Vidisti enim, dilectiſſimi, illam ſollicitudinis vigilantiam, illud diſciplinæ ſtudium, illas pietatis lacrymas, illam jugem ac perpetuam mentis ſerenitatem, cujus 9 teſtimonium vultus immutabilis erat. Audiſtis quoque os illud congruens vitæ, 10 in quo erat conſentanea puritas pectoris, ſermonis luculentia. Vidisti illam latitudinem caritatis, quæ tanta in illo fuit, ut non immerito de illo Sanctus idem, cujus proximam ſententiam protuli, dixerit: quod ſi arbitrio ſuo caritas ipſa 11 exprimenda eſſet, in vultum Honorati potiſſimum pingi debere videretur. Quis itaque illum umquam ſufficienter vidiffe ſibi viſus eſt? Cui non loco omnium affectuum fuit? Quis ita blandimentum cum ſeveritate conjunxit? Quis ita mixtam 12 hilaritate diſciplinam propina-

B b 2

pina-

97 Salinas addit jam.

98 Queſn. peſſimam victoriam. Mox pro Exagitantum Salinas Sed agitantum.

99 Sic cum Queſn. codex Vat. Reg. 645 Salinas & Boll. cum alio Vat. Reg. poſt iriduum.

1 In Vita S. Hilarii c. 4. ubi hoc teſtimonium proferitur, legimus videretur. Salinas omittit quid expetendum, pro quibus in Vita laudata quid appetendum.

2 Ita Boll. Salin. & utrique codd. Vat. Reg. Queſnellus irrigavit.

3 Salinas addit eſſe. Honoratus & Hilarius ejuſdem erant patriæ.

4 Salinas ſtudebat.

5 In Queſn. ſex voces ſequentes deſunt, quas ex aliis edit. & MSS. ſupplevimus.

6 Salinas ſic. Jam vero proflua illius in omnes caritas, quod ſine invidia &c. Paulo poſt adje-

cimus illud ex eodem Salinas.

7 Ita idem Salinas. Queſnellus vero. Quoties mentem meam, quoties animum, quoties linguam nominabat.

8 Queſn. refricari: forte typographorum lapſu pro refricavi.

9 Queſn. legit propemodum vultus immutabilis erat, renitentibus ceteris editis, ac Vat. Reg. codicibus.

10 Ita cum Queſn. & Salinas cod. Vat. Reg. 645. Boll. cum aliis in quo erat conſcientia auriſicati pectoris.

11 Salin. exprimenda eſſet in vultum, Honorati potiſſimum pingi debere vultu videretur.

12 Ita melius Salin. cum plerisque editis & uno Vat. Reg. Queſnellus lætitiæ. Paulo poſt idem Salin. cum ipſius, qui corrigebatur, voluntate correxit.

pinavit? Quem non cum ipsius gaudio, qui corrigebatur, correxit? Quando lætitia illius quicquam lasciviæ redolens? Quando tristitia non salubris? Quando gemitus, nisi de peccati alieni mœrore descendens? Quis eum non auctiorem invenit, quam prius viderat? Semper in summitate virtutum positus, semper quo crescere posset invenit.

XXVII. Jam vero sub exhortatione ipsius, quis anxius non dolorem suum sprevit? Quis feris moribus non insaniam suam execratus est? Quis arrogans non plusquam omnes superbiam ipse suam abominatus est? Quis lascivus luxuriam non detestatus est? Et quid plura? *Omnia omnia*, ut Apostolus ait, *factus*, communis omnium medicina erat. Nullam pene gratiam non in se tam plenam habuit, ut ipsam specialiter excolere & possidere tamquam unicam putaretur. In nullo vitæ ordine non ita viguit, ut 13 ipsi specialiter aptus videretur.

XXVIII. Denique ut primum 14 Ecclesiæ hujus Arelatensis regimen accepit, prima ei cura concordia fuit, & præcipuus labor 15 fraternitatem calentibus adhuc de assumendo Episcopo studiis dissidentem mutuo amore connectere. Tamquam probatus Israelitis agitator, probe noverat non facile quicquam discordantibus imperari. Studebat præterea amore potius regere, quam terrore dominari: ut voluntaria magis quam coacta correctio, hunc quoque subditis adjiceret ornatum, ne ad officium suum compulsi 16 viderentur. Confestim itaque exclusa discordia illi, quæ est omnium virtutum mater, caritati locum præbuit. Floruit igitur 17 sub ipso Christi Ecclesia, sicuti Monasterium ante floruerat. Crevit gratis, decrevit metallis; ingressa videlicet disciplina, 18 domo sua tamquam domo dominica mammona iniquitatis exclusit: & quæ otiosæ diu congestæ fuerant, dignis tandem usibus deputavit: dudum defunctis thesauros suos misit: iterumque, qui obtulerant, oblationum suarum refrigeria ferunt. Hoc solum, quod ministerio suo sufficiens erat, reservavit. Sed si exegisset usus, nec ministerio, ut reor,

pepercisset. Alieni temporis vota dispensationem suam fecit.

XXIX. Operari etiam inter extrema non destitit. Multos in lectulo suo verbi dispensatione ditavit. Sed quamdiu illum lectus tenuit, cui superare etiam vicinas 19 mortis lassitudines jam in consuetudinem venerat? Ulimum, doloribus jam reluctantibus, Epiphaniorem die in Ecclesia sermone habuit: nesciens umquam colluctante cum infirmitatibus fide, dolori magis corporis, quam spiritus fervori acquiescere, servivit desideriis vestris supra suas vires. Non illum siquidem aliqua extrinsecus superveniens ægritudo, non subitus febrium æstus absorbit; sed diu dilata infirmitas, nimio dudum propositi rigore contracta, & adhuc remissioni parum acquiescendo ingravescens, octavo eum vel nono die 20 a solemnitate prædicta, paulatim attenuando confecit. Vix quatrinduo tamen nobis suam in officiis caritatis deditis præsentiam denegavit, timens utique ne suos vicinia transitus sui contristaret. Nulli umquam gravis inter gravissimas ægritudines fuit. Nulli, ut asolet, ullum infirmitates suæ horrorem intulerunt. Et quidem hoc ordine illud sancti Spiritus 21 habitaculum conquievit.

XXX. Ceterum impollutæ illius mentis vigorem incredibile est quam integrum usque in extrema servaverit, 22 Ac primum semper uberrime consolatus est suos, ac nihil magis timuit, quam ne diutina desperatione conficerentur; intelligens pene facilius ferri extrema, quam dubia. Absterfit semper sermone condito circumstantium lacrymas, quas tamen quo magis 23 absterfit, irritavit. Inde graviorem suo dolore, nostrum computabat. Non facile quisquam tam forti pectore inter quælibet aspera & dura 24 toleratu, nec optavit aliquando mortem, nec expavit. Nam is, quem vivere inter quælibet gravia in Christi servitute non piguit, ad novam vitam per communem illam novæ vitæ januam transire non timuit. Præmeditata enim illi

CAP. VII.  
Honorati  
morbus,  
obitus, se-  
pultura.

19

20

21

22

23

24

13 Quesn. *ipsis*.

14 Salinas addit *sanctæ*, & omittit *Arelatensis*, quam tamen vocem in uno MS. Vat. Reg. reperiri notavit.

15 Salinas *fraternitatis*, & post pauca *dissidentes*. Postea *de assumendo Episcopatu* erat apud Quesn. Magis placuit lectio Salinas, cum studia dissidentium, de quibus hic sermo est, excitata fuerint occasione eligendi Episcopum successorem Patrocli, qui anno 426. occisus fuerat, aut potius Euladii, qui in vetusto diptycho Arelatensi apud Mabilionium in Analectis inter Patroclum & Honoratum recensetur. Cum vero certum sit, Honoratum electum fuisse Episcopum labente an. 426. vel ineunte an. 427. Euladii paucis mensibus Episcopatu potitus agnoscitur.

16 Salinas *putarentur*.

17 Ita Salinas. Quesn. *sub illo*.

18 Quinque sequentes voces a Quesnello omis-  
sas ex aliis editis & MSS. Vat. Reg. revocavi-  
mus. *Mammona iniquitatis* hic notata, respicit

pecunias, quas Patroclus, Honorati prædecessor, qui paulo ante fuerat occisus, *infami mercatu sacerdotia venditando*, ut ait Prosper Tiro in Chronico, congeserat.

19 Salinas *mortis*; & post pauca *confictante pro colluctante*.

20 *Uno igitur, vel altero die prius obiit, quam in martyrologio Romano notatur*, inquit Quesnelus in margine. Sed dies depositionis pro die obitus in Martyrologiis nonnumquam signatur.

21 Salinas *receptaculum*.

22 Quesn. *Aut primum*. Dein Salinas *ne diutina nos desperatione conficeret*.

23 Ita melius ex Salinas. Quesnelus *abstergit, irritat*. *Graviorem sui dolorem, nostrum computabat*.

24 Ita Vat. Reg. 635. cum Salinas. Editi antiquiores *diu tolerata*. Quesn. *dura toleravit*. Paulo post apud Salinas: *Nam quem vivere inter quamlibet gravia*.



ultima hominum necessitas, non repentina advenerat. Itaque sub ipso jam finis aspectu, tamquam emigraret, tamquam vale diceret, ne quid imperfectum dereliqueret, ne quid minus plene, quam proposuerat, ordinaret, interrogare singulos nostrum, & ad suggerendum, si quid memoriam suam subterfugisset, hortari. Omnia interim subscriptione firmare, & parentes nos fatigationi suæ ad omnia, quæ agenda erant, cogere; cogere autem blando illo, sicut semper, imperio.

XXXI. Quadam autem vice cum comprimere lacrymarum mearum tempestatem & abrumpere rivos fletuum laborarem: *Quid*, inquit, *fles?* inevitabilem humani generis necessitatem? *Imparatum* ergo te invenire meus transitus debuit, cum me non invenerit *imparatum*? Cumque ego 25 impedita singultibus utcumque poteram verbis ipsius verba subnecterem, quod jam non destitutionem 26 meam dolerem, quippe qui mihi orationum suarum patrocina numquam defutura considerem, quin & post transitum suum validiora præsumerem, uno me dolorum suorum vulnere & difficilium inter extrema luctaminum graviter affligi. *Et quid ego*, inquit, *minimus omnium* fero ad ea, que sanctorum plurimi in supremis suis acerbissima pertulerunt? Et commemoratis aliquot, adjecit, quod credo alicubi legerat: *Magni*, inquit, *viri multa patiuntur*, & ut alios pati doceant, *nati sunt in exemplum*.

XXXII. Confluentibus autem ad se potestatibus, Præfecto & Præfectoriis viris, quam serventia sub mortali jam frigore mandata depromsit, ab ipso exitu suo fumens acerrimum exhortationis exordium. Et dignum plane erat, ut qui vitæ semper exempla præbuerat, etiam mortem suam in exemplum advocaret. *Videtis*, inquit, *quam fragile habitemus hospitium*. Quolibet vivendo ascenderimus, illinc morte detrahemur. *Ab hac* necessitate neminem honores, 27 *nullum thesauri redimunt*. *Hæc iustis & iniustis*, hæc potentibus & humilibus communis est. *Magnas Christo debemus gratias*, qui morte & resurrectione propria mortem nostram spe resurrectionis animavit, *æternam vitam offerens*, 28 *discusso æternæ mortis horrore*. *Sic ergo vitam agite*, ne vitæ extrema ti-

meatis; & hoc quod mortem appellamus, quasi commigrationem expectate. Mors pena non est, si non ad supplicia deducit. Dura quidem est carnis animæque divulsio; sed multo durius in gehennæ flammis erit carnis animæque consortium; nisi in omni vita generositate suam spiritus recognoscens, bellum corpori, & corporalibus vitiis certamen indixerit, & felici discretus 29 a carnis convolutione divortio, æternæ paci impollutam servet utramque substantiam, illic feliciter copulandam, ubi exultabunt sancti in gloria & lætabuntur in cubilibus suis, 30 hoc est in corporibus tamquam in receptaculis suis; cum ea, que justitiæ dedicaverant membra socialia, tamquam consueta hospitia 31 recognoscent. Hoc itaque agite: hanc vobis Honoratus vester hereditatem relinquit: supremo habitu suo ad hereditatem vos regni cælestis invitat. Nullus nimium mundi hujus amore teneatur. Optimum est ut voluntate fastidias, quo te vides necessitate cariturum. Nemo opibus distuat, nullus pecunia inserviat, neminem vana divitiarum pompa corrumpat. Scelus est pretium salutis in materiam perditionis assumere, & 32 illo capi quemquam, quo redimi potest. Plus interea vultu, plus oculis, plus emicante in cælum sensu monebat. Impar est quidem ignito sermoni suo sermo referentis; sed non minus imparia spiritui suo verba erant momentis. Tali itaque exhortatione & infolito quodam 33 motu oratione profusa, inusitatum quoddam munus benedictionis impendit.

XXXIII. Deficiente membrorum ministerio, nova semper mentis gratia pullulabat. Ordinatis itaque omnibus (neque enim multa in actibus suis minus plena restabant) cum omnes caros 34 suos mente percurreret, quantos nominatim proferre lassitudo non vetuit, missa per eos qui adstant salutatione ditavit. Mihi vero in aurem, 35 *Excusa*, inquit, *sancto illi fieri non potuisse quod voluit*. Magna & admiranda solertia, inter graves illas mortis angustias providisse, ne cuius tristitiam non, quantum in se erat, abstergeret: ne quid certe inexcusatum relinqueret. Quid illud, quæso, quod cum omnes suos, quos ad hanc urbem amor suus traxerat, utique inter peregrin-

25 Codd. inquit Bollandus *indita*, sicut & in Vat. Reg. 1025. Mox cum editis & MSS. adjecimus vocem *ipsius* a Quæsn. omissam.

26 Ita melius Vat. Reg. 645 cum editis excepto Quæsnello, qui *ejus* prætulit.

27 Ita cum Quæsn. idem cod. Vat. Reg. Alii editi cum alio Vat. Reg. 1025. *neminem divitiæ liberant*.

28 Quatuor subsequentes voces desunt in editis ante Quæsn. sed reperiuntur in utrisque Vat. Reg.

29 Ita editi cum MSS. Solus Quæsn. *a carnali*.

30 Deerant in Quæsn. voces *hoc est in corporibus*, quis ex ceteris editis & MSS. revocavimus.

31 Quæsn. *agnoscent*.

32 Idem Quæsn. *in illo*.

33 Ita Arel. Lirin. Sur. Quæsn. & Salinas cum uno Vat. Reg. Apud Boll. & in alio Vat. Reg. *nutu*.

34 Quæsn. omisit *suos*.

35 Quæsn. sic. *Exclusa*, inquit, *sunt: sic sancto illi fieri non licuisset. Quod voluit cognovi*. Magna &c. ac notavit ita legi in MSS. Arel. & Lirin. nisi quod in hoc postremo una serie, quasi verba Hilarii sint, habetur: *Sic sancto illi fieri non licuisset quod voluit, cognovi*. Prætulimus lectionem Boll. & Salinas utrisque MSS. Vat. Reg. confirmatam, quippe quæ sequentibus magis videtur congruere. *Sancto illi* scribendum fuerat, ubi *ill.* loco proprii nominis positum fuit ab Hilario, cum proprium nomen sibi ab Honorato significatum reticendum credidit.

egrina defereret, nullum ulli redditum, nullam societatem commendavit, non loca vivendi certa distribuit: tamquam vere præsciis nullam suorum dispersionem futuram, nisi eorum qui jam & se superstite animi definitione migrassent? & vere non facile quemquam a societate nostra abesse novimus, nisi quem 36 abfuturum ipse præmonuit, qui aut cariorem conspectu suo patriam, aut graviolem senserat disciplinam. Interea gravior illum somnus urgebat: quem cum interdum pavidi interpellarem: *Miror*, inquit, *in tam gravi mea lassitudine, post tam longa insomnia, quæ præcesserunt, gravem vobis meum somnum videri*. Et cum, suspectis omnibus, sedere eum in ultimo diutius 37 perhiberemus; joculari, ut erat solitus, blandimento & consuetudinaria mentis serenitate respondit: quod molestos nos in hac sollicitudinis parte pateretur. Ita pene ante vita 38 ejus, quam dulcedo consumpta est.

XXXIV. Somno deinde ultimo exceptus, in mortis quietem dormiens transiit sine ullo, 39 ut se habent suprema, lætamine. Nullas difficiles obitus moras sensit. Angelicis choris anima illa sancta, generosa, sincera, & ab omni contactu mundi incontaminata suscipitur. Multorum interea variis visionibus somnus incutitur, quarum tamen una omnium facies erat, quod scilicet Sancto illi occurrerent officia Sanctorum. Et vere illico in eodem mediæ noctis puncto Ecclesiam in occursum sancti corporis conventus implevit, ut nonnisi angelicis nuntiis fuscitatus putaretur. Relinquitur vegetatum semper spiritu, plenum gratiæ corpus exanime: integrum siquidem vultus decorem facies omnibus grata 40 servabat. Probe vos ista noctis, & multo plenius vobis, quam sermo sufficit, animorum meditatione describitis.

XXXV. Neque ullus non magno sibi damno affici visus est, si conspectu corporis 41 ejus caruit, si non, ut quemque aut reverentia, aut amor suaferat, osculum aut ori, aut quibuscumque membris 42 ipsius impressit, aut feretro: in quo sanctum illud corpus magna fidei ambitione vestitum erat, majore postmodum, dum sepulcro

admoveretur; pene nudatum. Nec enim pepercit sanctificatis amictu suo palliis fides, quæ pretiosissimi muneris loco habuit aliquam 43 velaminum illius fimbriam decerpisse. Certavit in exequiis illius vester affectus. Refecistis in funere suo latentem adhuc inter vos peregrinationem meam. Pavistis me tam effusa in ipsum animi caritate. Quem enim illo die sua testata tenuerunt? Aut quem non tamquam peculiari luctu obrutum Basilicæ huic mœnia hujus urbis dederunt? Pro magno munere habitum est lætica 44 manum admovisse, aut cervicem subjecisse. Vidistis non sine vestra gloria gloriam suam: nam & illa exequiarum religio, fidei devotio erat; & tam lætum erat habuisse talem, quam grave talem amisisse. Nec parum fiduciæ dat sepulcri sui gratia: nam cujus hic ossa condidimus, in cælo utique patrocina præsumimus. Præлата tunc ante feretrum ipsius aromata & incensum vidimus; sed majora de vestris mentibus Deus, in tanto erga tantum Pastorem affectu vestro, odoramenta suscepit. Præsultavit in gloria sua Dei gloria, & in dissonis 45 diversarum linguarum choris amor consonus.

XXXVI. Pius Dominus, qui stimulando animos vestros ad electionem parvitatæ meæ, dedit ne a sepulcro illius longius abessem, illud etiam vobis orantibus dabit, ne a viis ejus longe 46 recedam; sed ut quicquid illum egisse cognovero, id sine exploratione aliqua, aut disceptatione factorum, agere festinem. Vobis enim me, ut video, jam tunc per illum Deus genuit. 47 Vobis licet indignum præparavit. Vobis ille me nesciens tanto labore quæsit. Vobis tam propensa sollicitudine & cura utcumque dividit, querens in me fidei, sicut sanguinis sui venam. Vobis me tanto labore per literas, tanto per excursus suum ambitu, ab insula, cui me 48 derelictis Episcopatus sui principiis secreti amore reddideram (non audeo dicere, nesciens) fortasse præsciis, 49 amovere satagebat, uti juxta sepulcri sui sedem in amore vestro patriam collocaret. Sed quid agimus, quod immaturum me maturo excessu tradidit? Non est nostrum secretum æterni Regis in ullo vel leviter culpare

43

44

Patrocina  
Sanctorum.Incensum  
in exequiis.Cantus di-  
versarum  
linguarum.45  
CAP.VIII.  
Successor  
Honorati:  
alia lau-  
dum Ana-  
lecta.

46

47  
Hilarius  
Honorati  
consanguineus.

48

49

36 Quesn. futurum.

37 Ita Quesn. cum uno Arel. &amp; alio Vat. Reg. Al. prohiberemus.

38 Quesn. sua.

39 Ita Salinas. Quesn. ut se se habent extremo lætamine.

40 Salin. servavit. Mox ista reposuimus ex Salinas pro ita, quod Quesn. prætulit.

41 Quesn. sui.

42 Quesn. omittit ipsius. Post pauca Boll. &amp; Salinas cum duobus MSS. Vatt. Reg. omittit in quo sic habent. Sanctum illud corpus magna fidei ambitione vestitum est; majore fide postmodum, dum sepulcro admovetur, pene nudatum.

43 Salinas de velaminibus.

44 Ita ex eodem Salin. melius, quam apud Quesn. aut humerum.

45 In exequiis Venantii Methonæ Hebræi,

Græci, &amp; Latini sua quique lingua psalmos cecinisse traduntur in hoc ipso sermone n. 14. &amp; similiter in exequiis S. Hilarii Arelatenis Auctor vitæ ejus, quam supra edidimus, c. 22. prodidit: Hebræam concinentium linguam in exequiis honorandis audisse me recolo.

46 Apud Quesn. minus recte, ni fallimur: recedam. Sed &amp; quicquid illum egisse cognovero, id sine exemplo, vel ratione aliqua, aut disceptatione. Aliorum edit. lectionem secuti sumus.

47 Quatuor sequentes voces forte per saltum in Quesnelli editione omittas ex aliis editis &amp; MSS. restituumus.

48 Boll. directis. Quesnelli lectionem ex codd. Lir. &amp; Arel. etiam Salinas cum MSS. Vat. Reg. confirmat.

49 Boll. admoveo, Arel. admovebat, uti ... collocarem.

50 pare iudicium: non facile fenferatis 50 quid amiffisset boni, si redintegratum vobis bonum veftrum fuiffet.

XXXVII. O magna & inclita, Honorate, tua gloria! Non indiguit meritum tuum signis probari: ipfa enim converfatio tua plena virtutibus & admirationis novitate præcella perpetuum quoddam signum ministravit. Multa quidem tibi divinitus 51 indulta novimus quicumque propius adiffitebamus; fed in his tu minimam partem computabas, majufque tibi gaudium erat, quod merita & virtutes tuas Chriftus scriberet, quam quod figna homines notarent. Et tamen quod effe majus fignum virtutis poteft, quam figna fugere & occultare virtutes? Et vere tam familiaris quodammodo oratio tua Chrifti auribus erat, ut enixiffimis precibus impetratum putem, ne virtutem tuam figna clamarent. Habet & pax martyres fuos: Chrifti enim tu perpetuus, quamdiu in corpore moratus es, teftis fuifti. Illud etiam ftupendum quod adolescentiæ tuæ robur perpetuo abftinentiæ rigore tenuatum, & in illam, quam vidimus, afpectus licet decore fervato, exilitatem redactum crux utique quotidiana confumfit: quam tamen femper fine ulla notabili fupervitione fervasti, omnes femper nimietates, & cognatum nimietatibus gloriæ fugiens appetitum. Numquam in tuo ore nifi pax, nifi caftitas, nifi pietas, nifi caritas. Numquam in corde nifi horum omnium fons Chriftus habitavit, qui tibi & per te plurimis caritatis, gaudii, pacis, longanimitatis, bonitatis, benignitatis, fidei, modeltiæ, continentiæ fructus ministravit, 52 exuberantes in multiplicem copiam in multorum salutem & gaudia, ut non immerito illi cantaveris: *Qui timent te, videbunt me, & letabuntur*: cui omne femper converfationis tuæ bonum adfcripifti: illud affidue tibi ac tuis ingerens: *Quid enim habes quod non accepifti? aut, fi accepifti, quid gloriaris, quafi non acceperis?* Sed eo magis tuum erat vitæ tuæ bonum, quo magis tuum negabas.

XXXVIII. In te commune omnium Dominum defiderantium folamen fuit. 53 Quidam gloriantur in hujus vitæ profperis; tu e contra in Deo exultare fuadebas, refonante 54 affectum tuum voce blandæ modulationis immurmurans: *Letetur cor quærentium Dominum*. Nulla tibi umquam major, quam in orationibus & pfalmis 55 voluptas. Tuis in tantum medullis Chriftus infederat, ut

interdum, quod expertus loquor, membris tuis placido fopore devinctis; illum etiam in fomnis officio folito tua lingua refonaret. Sæpe dormiens faniffimæ exhortationis, sæpe orationis affectuofiffimæ verba refudifti. Agebatur quippe in lectulo corporis requies, mentis in Chrifto. Et quidem hæc, prout 56 quique affuimus, experti fumus. Tu vero unica femper omnium requies, quam alacer, quam sæpe referebas fomnia, non aliquid præfagiantia, neque aliqua in futurum anxietate follicita, fed 57 irriquietis animæ defideriis excitata: Martyrium fcilicet, quod femper meditatione geftabas, credo, alludente interdum, & provocante cupiditatem tuam Domino, tamquam excitata in fidem tuam perfecutione peragebas. Et vere puto neminem diffiteri, tibi ad martyrium 58 tortores, non animum, defuiffe. Quotidianus fiquidem in finceriffimis tractatibus, 59 confelfionis Patris, ac Filii, ac Spiritus fancti teftis fuifti. Nec facile tam exerte, tam lucide quifquam de Divinitatis Trinitate differtit, cum eam Perfonis diftingueres, & 60 gloriæ æternitate ac majeltate fociates.

XXXIX. Memento itaque, amice Dei, memento jugiter noftri, Deo incoinquatus affiftens, canens illud canticum novum, & fequens agnum quocumque vadit. Tu illi pedifsequus; tu nobis Patronus, orationum nofttrarum interpres acceptabilis, & fortis affertor, perfufas ad fepulcrum tuum alumni gregis preces 61 perfer; impetra ut conffpiratione communi omnes fimul Sacerdos & populus, quæ juffifti, quæ docuifti, aliquatenus obtinere mereamur. 62 Per Dominum nofttrum JESUM Chriftum, qui te in gloriam fuam affumfit, atque cum Patre fuo, & cum Spiritu fancto vivit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Invocatur  
Honoratus  
uri Patronus.

61

62

*Explicit feliciter.*

DE

50 Salinas quantum.

51 Salinas addit *signorum specie*.

52 Ita Lir. Bol. & Salin. At Quæfn. *exuberans...* & *multorum*.

53 Sex voces fequentes defiderat Bollandus.

54 Ita Salinas cum fuis codd. Quæfn. *affectuum voce*.

55 Al. *voluntas*.

56 Quæfn. *quifque*.

57 Boll. & Sur. *inquietis animi*. Cod. Vat. Reg. 1025. *Sed inquietis animi martyrii fcilicet*

*gestabas*. At alius Vat. Reg. textus lectionem probat.

58 Ita cum Quæfn. & Salinas Vat. Reg. 645. *Alias tempus*.

59 Boll. *confelfione*, Arel. *confelfionum*.

60 Boll. *gloriam*.

61 Quæfn. *profer*. Salinas lectionem prætulimus.

62 Hæc claufula deeft in utrifque MSS. Vatt. Reg.

## DE MIRACULO

## S. GENESII MARTYRIS

## ARELATENSIS

## SERMO SEU NARRATIO

## S. HILARII EPISCOPI ARELATENSIS

ex SURIO die xxv. Augusti.

**O**pera Dei narrare honorificum est: ergo opere pretium est miracula dicti operis ad S. Martyris Genesii gloriam referenda narrare. Natalis enim ipsius die frequens ille in civitate Arelatensi casus, pontis abrupti periculo, urbem totam nimio tremore concussit, & animis subiti pavoris discrimine concussis, solemnitatis lætitiã recepta salutis gratia lætiores reddidit, jucunditate duplicata. Nam quum quos in hac celebritate plus etiam, quam suos Arelas populus coegisset, quorum in illa die gaudiis ipsa civitas angusta erat, semitæ & spatia camporum, surgente in agmine, & laborantibus sua cunctis densitate ibat in ulterioris fluminis ripam, in honorem Martyris, Christo devotus exercitus cum caris conjugibus, dulcibus pignoribus, plura simul beneficia habere festinans. Nec contentus uno in loco vota perfundere, in Ecclesia pervigil, antelucanus ad locum cædis, & sanguinis festinabat: item ad sepulcrum gaudiorum immolans hostias, quasi occupaturus aures Martyris properabat. Nec clericorum officia solemniter ordinata, nec ipsum denique lucis tempus expectabat. Splendor siquidem festivitatis, collucente urbe tota, omnem omnimodis pepulerat noctis horrorem. Interim via illa navalis, qua inter confœderatas sibi urbes, illius terribilis Rhodani terga calcantur, subito, aut sub injusto fasce, aut nimio materiarum pondere, aut per obliquum amnis illapsum pronam diffusa est. Incertum est quo casu: certum tamen, cujus insidiis pretiosum onus, hoc est fidelium turmam in mediis fluctibus male pendula strata deposuit, adstante me, quod veraciter loquor, & pedem ab ipso, ut ita dixerim, ponte referente. Magnus illico fragor populi tam ruentis, quam circumstantis exoritur: pavor tota urbe percurrit: hic conjugi, ille filii, alii propinquus, alii amicus: omnes simul diversis affectibus metuunt: qui parum, civibus.

Inter hæc sanctæ recordationis Antistiti Honorato, quo tunc ille populus pastore gaudebat, uni quidem pro omnibus metuenti, omne cladis pondus incumbit: quos tunc illa pietas stimulos accepit? quam subita animi ægritudine ægris præsto fuit? Ercetis confestim ad cælum oculis, intentione cordis luminibus exequata, ita a nobis circumstantibus mentis excessu totus abscessit, ut nemo dubitaret, quin tribunalibus Christi cum S. Genesio opem præsentis mali impe-

traturus adstaret. Agebantur interim grandi tumultu miseranda naufragia: mixti hominibus phalerati equi, impedito indignantes natatu, altis pectoribus crura innotabant: quidquid obvium fuerat, seu admoniti periculo, seu pavidi instinctu, proculcantes pavida virtute: impliciti caris oneribus matrum ulnam, & pressi caucis matronalibus famuli, & tota itineris sui immixta fragminibus pompa solemnitas. Nemo hoc loco malus interpret occurrat, nemo tantam Martyris gloriam maligna abtrectatione obscuret, & ripæ vicinam turbam nullus alleget, nemo vadis exceptos asserat, quos palam dextera divina salvavit. Depressa peregrinorum mercibus, quotidie iisdem ripis inestimabilium onerum navigia junguntur: navem illic ferendis pontibus tamquam jacere fundum desperaret aggeribus, ordinatio antiqua constituit. Tantum cum hoc vasto gurgite, stipati populi pondus exposuit, quantum longissimis validissimis, eodemque confractis pondera trabibus acceperat.

Occurrat nunc animis atque oculis ista replicantium, simul totum Rhodanus, ruina, naufragium, implicanda turba miserorum diversa, in unum diaboli insidiis conglomerata pernicies. Nihil periculo defuit ut ad gloriam Martyris nil deesset. Quando enim alumnos ipsius mergeret fluvius, quem eodem die piis natalibus consecrasset? O magna Dei gloria! Erupit e vasto gurgite gloriosus exercitus. Jordanem iterum credes, rupto divinitus amne patuisse: aut iterum maria populo Dei, sicut sub Moyse quondam duce, in virgæ imperio iter inter fluventa solidum præbuisse. Neminem ruina quassavit, neminem gravatum vestibibus fluvius involvit, nemini haustum suum fluvius incessit. Illæsos omnes, atque incolumes vernacula, ac familiaris ripa suscepit. Pompa omnis, sicut ingressa fuerat, egressa est. Materfamilias ex profundo famulorum suorum cervicibus mobilium cubiculorum secreta viderunt. Comptæ in honorem Dei virgines, nulla fluitantium monilium detrimenta senserunt: acus ipse, ut ita dixerim, sicut affixæ fuerant maternis manibus, hæserunt. Nemo damnum aliquod rei, nemo dispendium salutis accepit. Occurrunt pignora cara pignoribus: unusquisque proximum suum, cui plurimum timebat, lætus amplectitur. Cujus hic nisi Christi per intercessionem Martyris sui præsens virtus operata est? Convenit utique Episcopus Martyrem, & Dominum Martyr. Ostensum est salute dignum fidelis populi officium. Et denique plurimi (quod mecum forsitan, & cui fecistis agnoscitis) illico, ne vel leviter turbare devotionem sanctam liceret inimico, vestibibus ut erant madidis navigia conscendunt, & matutinum rigorem fluvii spe fervente contemnunt: festini, quo intenderant, ad locum scilicet cædis, animo victore perveniunt, alacritate majori post periculum recens vota suscipiunt. O dignæ audiri preces! quæ non fractæ injuriis, imputare nesciunt quod periclitati sunt:

sunt: grates referre sciunt, quod evaserunt. Omnes gaudio tripudiant: assistunt denique solemnibus læti, interfuisse periculis juvat: quia conspicabile interfuisse miraculis: tanti cuique fuit de salute dubitasse, ut salutem suam mirabiliter acquireret. Integro suorum numero Honoratus Pastor exultat: qui quidem hæc manu politiori, majorique gratia mansuris perpetuo sæculo scriptis mandare potuisset, nisi divini muneris conscius in legatione S. Martyris particeps designatus, quod se Præsule Dominus hæc contulisset, insolentius exultare timuisset. Et quidem ad nos beneficia per plures diffusa perveniunt. Ceterum quanti in se privata cognoscunt? Quod soli Deo adscribimus, qui omnium conditor, & conscius colitur, & vivit cum Filio, & Spiritu Sancto per infinita sæcula sæculorum. Amen.

## I EPISTOLA

S. HILARII ARELATENSIS  
EPISCOPI

Ad S. Eucherium Episcopum Lugdunensem.

2 Domino beatissimo, merito suscepto & suscipiendo & in Christo devotissimo Patre Eucherio Episcopo Hilarius Episcopus.

CUM me libellos tuos mecum relaturum præcedentibus litteris indicassem, 3 instantiam & exactiorem pueri, quem miseris, lentare nullatenus potui. 4 Emisi itaque florulenta beatitudinis tuæ opera, non parum anxius ne necdum. 5 descripta tam jugiter, tam graviter ruentibus imbribus labefactarentur. 6 Persurri ea semel tantum, universa miratus. Concedat Dominus, ut speciosa hæc in Christo 7 Instructionum nostrarum gloriæ tuæ opera, te in paginis tuis duce, aliquando 8 percenseam. Hoc unum precor, ne me diu his Instructionibus fraudari feras; sed unum me de juvenibus tuis, Tom. II.

9 quorum hæc eruditioni ordinasti, habens, eo instantius habere me hæc velis, 10 quo me magis juventutis retia premunt. Memorem te mei Dominus ad profectum Ecclesiæ suæ diu servet, beatissime Papa.

## I SANCTI HILARII

## VERSUS

IN NATALI MACHABÆORUM  
MARTYRUM.

R EX fuit Antiochus Syriæ ditissimus olim, 2 In cujus regno mater natique 2 fuerunt Septem, ut fama refert, de sancta gente creati: Quos cura 3 egregii generis meminisse jubebat, Et legi servire data: sic namque volentes De populo meliore Dei sua jura tenebant. Rex avidus mutare fidem, mutare timorem 4 Justorum voluit, populo ut misceret iniquo Præmia promittit matri, promittit 5 & aurum, Et quidquid posset toto conquirere regno, Si modo mutaret mores sensusque priores, Cogere & natos alios sibi fingere mores. Illa negat, tacitumque premit sub corde dolorem. Hanc postquam 6 nullis potuit corrumpere verbis, Tentavit primum tormentis vincere sævis. Pertulit illa 7 tamen gemitus, & tristitia Regis Verbera non timuit. 8 Victum se vidit ut ille: Heu quid agam? dixit. 9 Vincis quod femina Regem! Non tamen effugies: plus est quod 10 dura dolebis. In natos servibo tuos, licet improba perstes: Hac certe ratione meum 11 sanabo dolorem. Sustulit illa manus, calumque 12 aspexit in altum;

C c Emi-

1 Hæc epistola recognita & emendata est a D. Joanne Salinas ex MS. 186 S. Crucis in Hierusalém.

2 Hic titulus desiderabatur in editione Quæsnelli. Supplevimus ex Bibliotheca Patrum editionis Lugdunensis, & ex MS. S. Crucis in quo etiam continentur libri *Instructionum* Eucherii. In hoc codice pro *devotissimo* habetur *devotissimo*.

3 Ita ex eodem MS. S. Crucis D. Salinas; cum editi præferant: *instante exactiorem pueri, quem miseris, lentare nullatenus potui.*

4 Libentius legerem *Remisi*. Ideam Salinas.

5 Ita Salin. Quæsn. *scripta*.

6 Desunt hæc in MS. S. Crucis usque ad *miratus*.

7 „ Ex ista adeo brevi epistola ab Hilario scripta, habemus egregium testimonium, quo Eucherio asserantur libri duo *Instructionum* seu *Institutionum*, quos hic designari nemo dubitaverit, quosque innotuit ad utrumque Eucherii filium scriptos, ab eo fuisse, tametsi Salonium unum nomen, excusi *Instructionum* Codices. “ *Quæsnellus*.

8 Sic cod. S. Crucis & ex eo Salinas. Aliæ editiones *persentiam*. Post pauca *Instructionibus*

scripsimus ex eodem MS. Al. *Institutionibus*.

9 Secuti sumus lectionem Salinas ex eodem codice. Al. *quos hac eruditione ornasti*. Post nonnulla adjecimus *hec* cum laudato codice.

10 Idem cod. *evi senium juvenæ imperitiæ premie*.

1 Titulum MS. Floriacensis exhibemus.

2 Ita ex eodem cod. *Alias perperam fuisse*.

3 *Vulgati assidui*. Prætulimus hic lectionem laudati MS. in quo mox pro *jubebat* legitur *videbat*.

4 Sic idem cod. Male in vulg. *Voluit*, & *ut populo pariter misceret iniquo*.

5 Vulg. & *illis*: & postea *totum perquirere regnum*, *Si demutaret mentes*. Codex Floriac. melius.

6 Ita idem cod. Vulg. *nulla potuit compellere præda*.

7 Cod. Flor. *graves gemitus*.

8 Idem cod. *Visum ut se vidit at ille*.

9 Vulg. *Vincor, quid plura? dolendo*. Melior MS. Flor. *lesio*.

10 Idem vulg. *plura*.

11 Cod. Flor. *satiabo*.

12 Vulg. *inspexit in altum, emittens gemitus*;

- Emisit gemitus, & talia verba locuta est.  
Tu licet & gazas tradas & regna tyranne;  
Non capimur Regum donis, nec munera sanctis  
Eripiunt promissa Dei. Spes certior illa est  
Quæ vitam nobis promittit tempore longo.
- 13 Hanc sequor, hanc didici. 13 Nam lubrica tangere dona,  
Sumere divitias facile est, & perdere vitam.
- 14 Sed licet & flammam 14 post verbera saxa mineris,
- 15 Nil mutare potes, 15 quod primis cœpimus annis.  
Virtute id cum lege data mihi vincere certum est.  
Quid nunc sæve jubes? natis quid dure minaris?  
Hoc solo poteris matrem turbare dolore.
- 16 Est mihi namque Deus spes, est mihi 16 cura meorum,  
Per quam spero equidem te nullum vincere posse.
- 17 17 Cali tu faveas Numen, quia iusta rogamus.
- 18 Rex furit Antiochus 18 turbatus corda tumultu.  
Non tulit, & sævos testatur lum'ne vultus,  
Miraturque diu, possit quod femina tantum.
- 19 19 Pare age miles, ait: Regi quoque pare mini, er.
- 20 Vos famuli parete mihi, date 20 digna furenti  
Femine tormenta malo, sævire furentem  
Femina me cogit: quod plus est, femina vincit  
Regis iussa sui: sed non impune locuta est.
- 21 Membratim 21 perdam septem quos perfida natos  
Intra se retinet: quorum qui primus habetur,  
22 Hic primus pereat: 22 perdam sic ordine cunctos.
- 23 Cratibus impositos subjectis urere flammis  
Cernat ut ipsa suos, sic cernat ut aspera natos  
24 Pœna autem manet hæc: celeres decet esse ministros.  
Interea secunda parens, jam crine soluto  
25 Stabat, & hortanti similis jam pectore nudo  
Ubera protendens, natorum alimenta suorum  
Non confusa 26 aperit; natumque ut vidit ad ignem  
27 Constantique gradu fortem procedere, dixit:  
Tu mea progenies, tu primus respice matrem:  
28 Tu certe meus es, nunc nostri nate memento.  
Te primum peperit, 29 tu nunc imitare parentem:  
Sume meos mores, & Regem vince tacendo.  
Tu poteris durare diu, 30 si tempora vinces  
Perfida, ne superet sanctos violentia Regis.  
Utere consilio 31 matris, nec damna timebis.  
Fortior 32 esto ære saxoque potentior ipso.  
Ingredere ut juvenis, patienter vince dolores.  
Ille modo ad matrem vultus, modo tollit in altum;  
Dumque tacet tacitusque rogat quem debet  
33 timetque,  
Conscendit rapidos subjectos cratibus ignes.  
Corpus inane 34 fluit: mater gravis ipsa resultat,  
Et dixit: Vici, 35 vincam si sæpius orem.  
Duret natorum virtus incognita Regi,  
Sed jam nota Deo, populi qui pectora novit.  
Finierat primi partus secunda dolorem,  
Sed remanente metu pro pluribus anxiam mater;  
Dissimulatque tamen, ne Regem gaudia tangant.

Rex

13 Vulg. non lubrica tangere regna.  
14 Supplevimus post ex MS. Flor. in quo est vulnera pro verbera.  
15 Secuti fumus cod. Flor. In vulg. omittitur quod, & aliter sic legitur: Primis accepimus annis. Virtutem cum lege datam: mihi linquere certum est  
Quidquid sæve jubes. Natis quod dura minaris, Hoc solum poteris matrem turbare timore.  
16 Vulg. certa meorum, Per quæ jam sperem se nullum.  
17 Idem vulg. Fave calique parens iusta rogamus. In cod. Flor. minus male; licet ex vulgatis supplenda fuerit vox iusta. Ex fave existente versu correximus faveas.  
18 Vulg. turbataque corda tumebant. Concu- tit, & sævos.  
19 Ibid. Miles, ait, pare Regi, pareque sa- telles.  
20 Ib. regna.  
21 Vulg. pereat, septem nam perfida natos Intra regna tener.  
22 Ibi. pereant sic ordine cuncti.  
23 Duo sequentes versus desunt in MS. Flor.

24 Vulg. Pœna aut quem maneat.  
25 Ibi. Assitit hortanti.  
26 Ibidem vulg. stetit, & dein ad ignes.  
27 Contrario & falso sensu in vulg. Inconstan- te gradu timidum procedere.  
28 Ib. Tu nunc certe meus, matris tu nate.  
29 Secuti fumus vulg. In cod. Flor. nunc nunc imitare.  
30 Vulg. sic tempora.  
31 Ibidem: Regis ne damna timeto.  
32 Melius in vulgatis quoad metrum est isto, saxoque. Sed quoad sententiam melior codicis lectio, licet versus errorem aliquem indicet in voce ære. Joannes a Bosco in margine, forte ar- mis.  
33 Vulg. & orat, Non sensit rapidos. Melior hic quoque codicis lectio, ubi forte prima au- thoris manu ob quantitatem versus servandam scriptum fuit debe timetque, omissa in verbo de- bet littera t ob concursum eju'dem litteræ ini- tio vocis sequentis, quod antiquis usitatum fuit.  
34 Vulg. fuit, mater gavisæ dolore est.  
35 Prætulimus lectionem vulgatam. Cod. Flor. Invicta sic sæpius oro.

36 Rex stupet Antiochus, 36 nec credit posse  
sequentes  
Pœne tale genus simili pervincere sensu.  
Capta jubet peragi. Mater non territa  
mansit:  
Sed tamen ut vidit pallentem assistere natum,  
37 Hec secum volvens, aliqua jam parte 37  
levatur.  
38 Ecce secunda mihi partus producitur atas.  
Quam similis 38 fratris formæ si pectore  
duras,  
Et sequeris primi partus vestigia nostri!  
39 Esse meus poteris, 39 poteris reperire salu-  
tem,  
Quam jam frater habet, matris præcepta  
secutus.  
Pone metus, Regisque minas contemne  
furentis,  
40 Regnaque, 40 queis cursim labentia tem-  
pora dantur,  
Non poterit post ista tibi Rex iste nocere;  
41 Sed poteris post hæc tu Regi nate nocere.  
42 Temporis ecce levis 42 conscendere cogere  
ignes,  
Sed virtute opus est, languentem pone ti-  
morem.  
43 43 Esto memor nostri generis, si sensus  
inhæret.  
44 Hic qui sceptrum tenet, regno qui sævit in isto,  
Tempus inane 44 putat, regno vitæque ca-  
rebit,  
Damnatusque nocens æternos sentiet ignes.  
Tu securus eris turba comitante piorum.  
Aspice nate meos vultus, & suspice calum,  
Auctoremque Deum, per quem tibi vita  
paratur  
45 Hac 45 melior, fratrisque tui vestigia calca.  
46 Neve quod iste jubet, sed quod Deus  
imperat audi.  
Sicut erat monitus, matrem calumque videre  
Constitit, atque hilari vultu contemnere  
Regem  
Cæpit, & ut ridens ardentes irruit ignes,  
Collapsusque jacens anima superante quie-  
vit.  
Mater ut hoc vidit, rigido sic ore locuta est.  
47 Felix parte aliqua 47 jam sum, jam non  
potis omnes  
Tom. II.

Sæve tyrannæ meos 48 trucidando vincere  
natos.  
Te gravior 49 mox pœna manet, crudelis  
inique,  
Quam patiere brevi: Deus 50 hæc nam-  
que omnia cernit.  
Jam duo securi contemto Rege manebant.  
Spes melior jam matris erat: jam tertius  
instat,  
Ecce locus pœnæ, si pœna est vincere Regem:  
Et servire Deo laus est, non pœna furentis.  
Tertius adtrahitur juvenis 51 frendente  
tyranno,  
Qui nondum satiatus erat. Furor intus & ira  
Sæviebant pariter, quod sortia pectora fra-  
trum  
Viderat imparvide Regis superasse furorem.  
Constitit ante pedes juvenis florentibus annis  
Egregius forma, 52 dignus qui regna tene-  
ret,  
Dignior Antiocho, 53 verum meliora secutus  
Regna, 54 vocante Deo: mater cui talia  
fatur.  
Accipe nate tua securus dicta parentis,  
Accipe, ne segnis perdas virtutis honorem.  
Sunt tibi jam fratres pietatis sede manentes  
55 Inque loco meliori, quam labentia regna;  
56 Quorum 56 si proprios attingis pectore sen-  
sus,  
Victor apud populos Regem superasse fereris,  
Sicut fama tuos jam misit in ardua fratres.  
57 His accede precor: sunt hæc aptissima do-  
na,  
Contempsisse nefas, & jura relinquere Re-  
gis  
Indomiti, quem nulla manet post ista volu-  
ptas.  
At juvenis tacito mittebat murmure voces  
Oranti similis, palmas tendebat in al-  
tum,  
Subnixoque genu matris 58 pendebat ab  
ore,  
Cui licet aspectus, corpus non ipsa preme-  
bat.  
Qui simul admonitus cratem conscendit,  
59 in igne  
Intrepidus certaque fide sua membra loca-  
vit.

C c 2 Con-

36 Cod. Flor. ipse sequentes. Melius posse ex  
vulgatis, in quibus dein similes pervincere natos.  
37 Editi levata.  
38 Vulg. fratri formoso pectore dura.  
39 Ibi. & sic reparare salutem.  
40 Edit. que parvo labentia tempore dantur.  
41 Hic versus e cod. Flor. suppetit: in vulg.  
deest.  
42 In vulg. accensus cogitur ignis, Virtutis  
locus est, languentem.  
43 Ibidem: Same animos, nostri generis si sen-  
sus inhæret.  
44 Editi regit: regnum vitamque cremari,  
Damnarique nocens.  
45 Cod. Flor. melius. Editorum lectio magis  
placuit.  
46 Vulg. Non quod Rex jussit, sed.  
47 Ibidem editi cum jam vis, nec potes omnes.  
48 Sic ex vulg. exigente versu. Cod. Flor.  
cremando, melius urendo, ut in margine nota-  
vit Jo: a Bosco.

49 Vulg. nunc pœna, & paullo post in igne  
pro inique.  
50 Cod. Flor. namque hæc errore metri. Vulg.  
bic namque. Ex utraque lectione veram expref-  
simus.  
51 Vulg. mandante.  
52 Ib. diro qui.  
53 Ibi. & sic meliora.  
54 MS. Flor. volente Deo. Vulgatorum lectio-  
nem prætulimus.  
55 Vulg. Jam locus est melior, quam regna  
labentia Regis.  
56 Cod. Flor. tu proprios, & versu sequenti  
ferentes pro fereris, ac dein in omnia pro in ar-  
dua. Magis placuit lectio editorum.  
57 Vulg. Huc accede precor: sunt hæc, sunt  
apta dolenti.  
58 Ibid. figebat in ore, Qua licet aspectum cor-  
pus, qua turba tenebat.  
59 Edit. in ignemque.

60 Conduntur flammæ tepida remanente favilla,  
Corpusque illæsum tellus adapertha recepit :  
Sancta quoque ad superos anima inviolata recessit .  
At mater dubitans , gemitus an gaudia summat ,  
61 Hesitat , & querulo sic est sermone locuta .  
Quid nunc dire paras ? jussis 61 parebimus omnes ?  
Sed numero partus , custos ne subtrahat ullum  
Ac licet ipse velis , non sum passura , tyranne ,  
62 Ut non isto omnes pereant certamine nati .  
Temporis ista tui , mutes licet , horrida pœna est ,  
Duraque damnatis eadem sententia natis .  
Si graviora putas , si sunt graviora , minare :  
Quodque meos cernis vultus , horrore teneris .  
Gaudemus pariter , quoties deservis in istos .  
63 Ardet at ipse magis 63 rabida Rex concitus ira ,  
64 64 Tentarique putat , ne sicut cetera fratrum  
65 Turba ferant pœnas , 65 matremque hoc querere sentit .  
Durat in exitium , quantumque addicere natum  
Pœna mox voluit : lassati namque ministri  
Nec Regis furias , nec Regem ferre valebant .  
Proh pudor ! erubuit vultus ostendere matri  
66 Natus , & 66 attonitam mentem confundere cepit .  
Hunc postquam stantem submisso lumine vidit ,  
Talibus aggreditur dictis monitura timentem .  
67 Quartus es a trino partus , mihi quartus & infans .  
Quæ nunc verba tibi , quæ possum dicere nate ?  
68 Hoc nisi quod 68 cali durata potentia tecum  
69 Sit simul & virtus : 69 sanctæque propaginis ortum  
Illi debemus Regi , quodcumque negamus .

Ille dedit nobis Abraham cum semine sancto ,  
Per quem nobilitas , per quem genus omne probatur ,  
Quod manet in Domino : 70 sanctus cui nascitur Isac ,  
Tunc cum jam nullum natum sperare senectus  
Sponte sua poterat , sterilis quia Sarra manebat ;  
Illaque cum peperit , generisque propagine  
71 cæpta ,  
71 Ex insperato remanent tibi Sarra nepotes ,  
72 Esau 72 & patria deductus origine Jacob ,  
72 Quos scimus partu geminos peperisse Rebeccam .  
Hinc sumus , hinc 73 orimur : genus hoc tibi , nate , petendum est :  
Tu tibi pande viam , genitori accede priorum .  
Quorum progenies totum dispersa per orbem  
Invidiam patitur : Dominum quia sola potentem  
Mente colit , turba nec mixta accedit iniquæ .  
Quid tibi cum tristi vultu , quid lumina terræ  
Fixa tenes ? Calum potius calique parentem  
Conspice , ne dubites , mater tibi prospera monstrat .  
74 Quicquid inest , patiens porta , ac comitare valenter  
74 Turbam nate meam , numerumque hortare sequentem .  
75 Sic dilecta parens luctus & gaudia miscens  
75 Finierat claros monitus ; cum luminis orbes  
76 Ipse levat , matremque oculis 76 intendere cepit  
76 Nil jam triste gerens , habitu vultuque fatetur  
Se timuisse nihil nisi tristia vulnera matris .  
Per partus divisa suos : 77 sic ipse tenentum  
77 Elapsus manibus , cursu contendit in ignes .  
78 Mira loquar , 78 flamma illius non contigit ora ,  
78 79 Exanime ut corpus flammam superaverat  
79 & ignes ,

Ore

60 Tres sequentes versus sic in vulgatis exhibentur .

Sanctæque quæ superest anima inviolata recessit .

Conciderant flammæ tepida remanente favilla :

Illæsum corpus tellus adapertha recepit .

61 Vulg. paremus , & omnes . Munera sed partus custos ne subtrahat ulla , Sed licet .

62 Idem editi :

Omnes nam pariter pereant certamine tanto ,  
Temporis ipse tui mutes licet horride pœnam ,  
Duraque quæ sanctis eadem sententia natis :  
Sed graviora paras , si sunt graviora , minaris ,  
Quodque meos cernis vultus horrore teneri ,  
Gauderes partem quoties decernis in istam .

63 Vulg. rapida .

64 Ibi. Contemnique putat .

65 Ibi. matrem hoc quoque querere sentit ,  
Duraque in exitium quantum producere natum

Pene manu voluit .

Post pauca volebant pro valebant in iisdem vulgatis .

66 Jo: a Bosco attonita mente , male .

67 Editi A primo quartus partus mihi , quartus ab imo .

68 Sic ex vulg. Cod. Flor. solum durata .

69 Edit. & sanctus originis auctor .

Illi debemus Regi quodcumque rogamur .

Locus utraque lectione difficilis , & , ut videtur , corruptus .

70 Cod. Flor. sanctum cum nascitur illi . Magis arrisit lectio editorum .

71 Jo: a Bosco septa . Correximus ex vulg. ubi sic . Atamen hæc peperit , generique propagine cæpta .

72 Vulg. & patriam deductus Jacob in unam , Quos certum est partu .

73 Sic ex vulg. male apud Jo. a Bosco movimur . Post pauca in vulg. pande viam generis , quis in arce piorum : & dein mixtæ nec turbe accessit .

74 Edit. Quidquid id est , patienter adi , consensibus auget Turbam nate meam . . . sequentum .

75 In iisdem edit. Nec decreta parens luctus & gaudia mixta .

76 Ibidem attendere : & post pauca habitus vultusque fatentur .

77 Ib. sed & ipse citato , Elapsus manibus , cursu conscendit in ignes .

78 Ib. non flamma comas , non contigit ora .

79 Cod. Flor. Corpus ut exanime . Emendavimus ex editis , in quibus tamen tres sequentes versus sic proferuntur .

Exanime ut corpus flammæ superaverat ignis . Ore patente tamen tacte qua spiritus iret

Unde acceptus erat , pariter cum sanguine fudit .



Ore patente, tamen tacito, qua spiritus iret,  
Unde acceptus erat, pariter cum sanguine  
fugit.  
80 Hoc ipso gavisa parens, quod qui modo tristi  
Confliterat vultu, 80 fretus mox pectore toto  
Paruerit monitis, & Regis tempserit iras:  
Sic est orsa tamen, cum Rex dubitaret in  
illos  
Qui superant, gemitusque daret pia turba  
ministri  
Regem execrantes, tacito sermone requirunt.  
Protrahere, quid dubitas? nulli jam parcere  
debes,  
Nec potes, ut cupias, decretum rumpere noli.  
Appello Regem, totum qui temperat orbem,  
Cui mare, cui calum, calii cui sidera parent:  
81 Quod nisi producis, timor est; 81 jam  
segnius instas,  
Jam sentis quæ regna petant, quæ gloria  
nobis  
Jam parte ex utraque manet, si parcere nolis.  
Nam quoscumque tuo iussisti excedere regno  
82 Seu vitio comitante tuum vicere furorem,  
Nempe tuum, lætique manent in sede pio-  
rum.  
Forsthan hoc mortem credas, furiose tyranne?  
Vita est longa magis, regnoque potentior isto  
83 Quod regis, 83 extrema cuius jam parte  
moraris.  
Mortalis tamen es, nec in ævum regna tenebis.  
Sed perage imperium, nec partus divide  
nostros:  
Hos quoque funestus, superant qui ætate  
minores,  
Hos quoque da flammis, & iuribus utere  
regni.  
Hi contempta etiam vincunt tua regna su-  
perbe.  
Concipit Antiochus furias, servusque tyrannus  
Æstuat, & gemitus inter sua pectora volvit.  
84 Consentit cum mente 84 color, tristisque  
gravatos  
Attollit vultus, & talia verba profatur.  
85 Hæc tua libertas & 85 dura potentia lin-  
a quæ,

Atque hic, quem tumida portas cervice ri-  
gorem,  
Sentiet irati Regis quid 86 verbera possint, 86  
Si nondum es satiata malis, & fingere tentas  
Lætitiam, luctusque tuos in gaudia vertis.  
87 Non mutabo necem, gaude, latere, 87  
triumpha;  
Dummodo sic vincas, ut sis suprema tuorum.  
88 Sic furiosa animis natorum funere gaudet. 88  
Hos quoque do flammis, hoc nec mutare po-  
testas  
Ulla potest; 89 decreta manent, latere su- 89  
perstes  
Natis orba tuis, & ne mea iussa morentur,  
Ordo suos peragat cursus: 90 producite na- 90  
tos,  
Ne vani pereant ignes. Dubiusne videri  
Rex possit, certe timor est mihi, femina,  
nullus.  
Præcipuus de gente tua produceris, 91 ore 91  
Et specie mirande puer, cui pectore virtus  
Firma manet: 92 tamque hinc poterat vel 92  
vincere Regem.  
Ad quem sic placido mater sermone locuta est.  
Si dare complexus matri tibi nate liceret,  
Confiteor soli, post vulnera nate dedissem.  
Sed me dura vetat, tristisque potentia Re-  
gis.  
93 Denegat amplexus, dum sit vox libera 93  
nobis,  
Et liceat meminisse Dei, legemque tenere  
Non a Rege datam, sed quam Deus arbiter  
orbis  
Tradidit, & mundi rector, Moysesque pe-  
titam  
Accepit, populoque dedit, 94 cui maxima 94  
laus est  
Nosse Deum, meritum cui nos debemus ho-  
norem.  
Tu modo ne dubites monitis parere parentis:  
95 Sit vigor & virtus, penitusque in pecto- 95  
re toto  
Mens maneat jam plena Deo; sit fortior atas,  
96 Quam 96 Regem sperare fuit superare ju-  
bentem.

O quan-

80 Vulg. fretus quod pectore tuto  
Paruerit monitis Regis contemptor & ira  
Sic exorsa parens, cum Rex.  
Et post pauca:  
Regem execrantur, tanto sermone querentes.  
81 Cod. Flor. jam sequitur beres. Melius in  
vulgatis, in quibus postea  
Jam sentis quem pœna petat, jam gloria  
nobis  
Parte in utraque manet, liceat producere  
nullis:  
& dein tuum iussisti excedere regnum.  
82 Defunt in vulgatis duo sequentes versus.  
Num pro seu vitio comitante legendum sit scivi-  
tia comitante, alii iudicent.  
83 Cod. Flor. & cuius extrema in parte. Vulg.  
extrema huius jam parte. Ex utraque vitiosa le-  
ctione veriore expressimus. Tum in vulgatis se-  
quentes versus sic exhibentur:  
Hos quoque si metuis, superant ætate minores,  
Contemptique simul vincunt tua regna, su-  
perbe.  
Sed perage imperium, nec partus divide no-  
stros:

Hos quoque da flammis, & iuribus utere re-  
gni.  
Mortalis tamen es, nec in ævum regna te-  
nebis.  
84 Sic ex vulg. Cod. Flor. dolor.  
85 Editi dira.  
86 Ibidem ed. vulnera.  
87 Cod. Flor. errore librarii: Non muta bene  
esse, gaude.  
88 Vulg. Sic furiosa nimis natorum funere  
gaudes.  
89 Ibi. decreta, modo tu vive superstes.  
90 Edit. producite natum,  
Ulli nec parcant ignes, dubiumne videre  
Rex post ista reor, timor est.  
91 Vulg. index, Quam specie.  
92 Ibi. Jam quæ poterat.  
93 Cod. Hor. denegat. Vulg. Sed neget. Ex  
utraque lectione veriore exhibuimus.  
94 Vulg. quam: & post pauca: merito cui nos  
tribuamus honorem.  
95 Ibidem edit. Sed vigor.  
96 Ibidem Quam Regi sperare fuit, sperare  
jubenti.

- O quanta est virtus, quanta est fiducia fortis!
- 97 97 Sed jam ne dubites medias pervincere flammæ.
- Victor eris, mi crede puer, victorque redibis. Ossibus & validis miscébunt corpora nervi, Servataque animas iterum in nova viscera reddent.
- 98 Sed ne forte tamen rapidus te terreat ignis, Fratrum sume animos, 98 æternumque inspice Numen.
- Jussa facit, tacitusque Deum testatur & orat Murmure quo poterat: puerum non impedit ætas,
- 99 99 Non timuit cratem expositam, matricque volenti Parvuit, & dicto citius super irruit ignes. Cesserunt flammæ, cessit dolor omnis, & una Corpus & ignis erat, corpus superaverat ignem, Spiritus ante tamen placidas superaverat auras.
- 1 Lata dolet tacite mater, 1 pressoque dolore Tristitiam luctusque suos in gaudia vertit.
- 2 Interea trepidat, & curas corde volutat Non de præteritis, sed de puerilibus annis Qui superant; ne forte negent, ne forte timorem
- 3 Concipiant 3 animis, Regique accedere malint. Et quo quis minor est, major metus, anxia secum
- 4 Ducit heu curas; etiam spes ac timor una Luctantur, matrisque piæ per viscera currunt.
- 5 Spes tamen est 3 melior. Natum ut procedere vidit, Et procul, exultans, Video quid possit in isto Spes conferre mihi, vultus agnoscere nostros
- 6 Debet & hic, fratrum 6 & numero parere suorum.
- 7 Forsitan hunc solum puerilia pectora 7 tangent, Indigneque feret, quod sic velut hostia detur. Alloquar, & paucis conabor dicere verbis, Sit memor ut potius generis, quam temporis hujus.
- Si te nobilitas generis, si tangit origo, Respice nate tuos, 8 & nos quoque respice nate:
- 9 Noli annos numerare tuos, puer: incipe 9 forti Pectore ferre Deum, tradent hoc sacula sæclis
- 10 Quod tu forte petis, des nunc exempla futuris Temporibus; mundo quod ames, nil amplius hoc est. Respice quæ fugias, & quam meliora petantur. Non te sollicitet 11 stolidi fallacia Regis. Sic crescens iste nunc in contraria victor Spiritus extinxit flammæ; sic deinde vocatum
- 12 Quod dederat corpus tellus ad aperta recepit, Sanctaque quæ superest anima inviolata recessit.
- 13 Quamvis lassæ parens, 12 per tot sua vulnera victrix Procidit in faciem, pariter manibusque supinis Has habuit voces & talia verba locuta est. Qui 13 regis imperium cæli, terræque, marisque,
- 14 Sidera qui cælo, qui das animalia terris, Æquoribus pisces, 14 avibus qui temporis auras,
- 15 Ad te, magne, me mentis fiducia surgit; Qui chaos 15 immensum cæca caligine mixtum Dividis in partes, & das noctemque diemque,
- 16 Lunamque 16 ac Solem, vario quos tempore semper Nocte dieque jubes lumen præbere per orbem. Post hæc das hominem, cujus de semine 17 mundi
- 17 Completur mortale genus, cui lingua loquescit Diffona per gentes, sapor est tamen omnibus unus.
- 18 Sed 18 quid mutavit meritumque hominumque loquelas Longa referre mora est, cæptis insistere certum est.
- 19 Te mare divisum 19 virga tenuisse fatemur, Dum pede per siccum populus transcenderet æquor,

Ægy-

97 Vulg. Sed tu quid dubitas medias evincere: & dein mihi crede; & postea miscébit corpora nervus, Servataque.

98 Cod. Flor. æternumque invoca nomen. Melius in vulgatis, quorum lectionem securi sumus.

99 Vulg. Amplius hæc timet ille necem, matricque.

1 Ib. pressitque dolorem Lætitiæ, luctusque.

2 Hic versus ex cod. Flor. suppetit.

3 Sic ex vulg. Cod. Flor. animo. Mox in vulg. Quo minor est ætas, erronee.

4 Edit. Dividit & curas, & spes, & sic timor una.

5 Vocem melior supplevimus ex vulgatis, in quibus producere vidit, & procul insipientem: Videam.

6 In cod. Flor. deest &.

7 Sic ex vulg. In MS. Flor. tangunt, & mox ferat.

8 Cod. Flor. Israel quoque. Melius in vulg.

9 Vulg. verum Pectore ferre Deum.

10 Cod. Flor. Quod tua det fortis ætas exempla futuris

Temporibus. Dona te precorque quod amplius hoc est.

Cogita quæ fugias.

11 Vulg. miseræ fallacia Regis: Sed crescas ipsi nunc. Et mox Spiritus extinctus flammis sic deinde recessit.

12 Cod. Flor. perque & sua. Vulg. per tot sua vulnera, Regem

Pertulit, ast animo paviter.

13 Cod. Flor. tenes, male.

14 Vulg. ventum qui verberat auras,

Ad te prima mei cupide fiducia surgit.

15 Ibi. implicitum cæca caligine miscens.

16 Ibidem & rapidum Solem, qui tempora servant; Et post hæc hominem: ubi intermedius versus omittitur.

17 Vulg. mundus; & postea tum lingua loquescit.

18 Vulg. qui mutavit meritis hominumque.

19 Ibi. virga volvisque tenesque.

20 *Ægypti fugiens 20 mortem Regemque Pharaon,*  
*Qui sibi Sanctorum numerum servare jubebat,*  
 21 *Quem tua majestas Mose duce transtulit*  
 21 *omnem,*  
*Servatumque tua tutum virtute divemit.*  
*Terra dabat fructus, quos te cogente ferebat,*  
 22 *Et sitis ad requiem quasita est lympha latebris.*  
 22 *Humor erat nullus, cuncti clamore querentes*  
*Poscebant Moysen, daret ut sitientibus undas,*  
*Ad quos ille brevi sic est sermone locutus.*  
 23 *Credite posse Deum quicquid 23 petetis ab illo,*  
*Qui potis est virga hac annem diffundere saxo,*  
 24 *Ut veniant fontes tota regione 24 negati.*  
*Percussitque simul, dicto velocius omni*  
*Emisit saxum fontes dulcedine prima.*  
*Confiteor, totus cum sit tibi debitor orbis,*  
*Tu quicquid possunt gentes, potes omnia solus,*  
 25 *25 Et quod non capiunt gentes, capis omnia solus.*  
*Tu mortale genus curis onerasque levasque,*  
 26 *Te precor 26 attonita cum firma mente timentem,*  
*Ne desit fratrum numero meus infimus infans,*  
*Ignarusque sui, quem jam procul ecce teneri*  
*Conspicio, turba circumveniente frequenti*  
 27 *Hunc propter solum lacrymas 27 mihi commo- vet atas:*  
*Unus enim superest, de quo mihi maxima cura est,*  
*Ne tener ignoret, quæ sit de gente creatus.*  
*Hunc ego si possem secreto apprehendere solum,*  
*Blandiver, patriumque genus, patriamque docerem:*  
*Sed quacumque tamen potero solatia mit- tam.*  
*Parve puer tenerisque tuis mihi carior annis,*  
*Carior es regno, vita quoque carior ipsa,*  
*Tu potes in totum victricem redere matrem,*  
 28 *Tu finis 28 partus, finisque future ma- lorum;*

*Si te cura mei tangit, si matris honorem*  
*Mente pia retines, quamvis 29 sis ... &* 29  
*infans;*  
*Hoc magis auge avida dictis attende pa- rentis,*  
*Primum discite puer, quid sis post ista fu- turus,*  
*Si patiens fueris; 30 quid te mihi care* 30  
*futurum*  
*Facta docent. Fratrum sanctorum in parte*  
 31 *31 manebis,*  
*Et requie securus eris, dum sacula cursus* 31  
*Sæva suos peragunt, finito tempore 32 longo* 32  
*Hanc lucem repetes, æternaque regna videbis*  
 33 *Non maculata malis, 33 nusquam contra- ria sanctis:*  
*Nec morti locus ullus erit, nec bella citatis*  
 34 *34 Committentur equis, sed pax æterna manebit.*  
 35 *35 Matri crede tuæ, salvum que te cupit esse.*  
*Heu mihi cur tristi vultu mea dicta repellis?*  
*Quid refugis? Miserere mei, miserere tuique.*  
 36 *Siliceat, 36 prior ire velim, vetor ecce;* 36  
*sed ibo,*  
 37 *Tunc cum victorem 37 te videro nate ma- lorum.* 37  
*Quid sperare jubes? solus mea dicta moraris?*  
 38 *Solus adhuc 38 etiam revocas mi nate do- lorem?* 38  
 39 *Annus, an damnas 39 & me fratresque genusque?* 39  
*Quod ne forte velis, oro te, & deprecor, audi.*  
 40 *His ego te parvum nutriti nate papillis,* 40  
*40 Has etiam lacrymas te propter nate pro- fundo.*  
*Ne remanere velis, remanebis solus & orbis.*  
*Non tibi jam frater superest: solatia vitæ*  
*Quis dabit? Heu solus matrem confunde- re tentas,*  
*Et genus, & patriam! si talia dicta recusas.*  
 41 *41 O quanto melius vitam servabis in ævum,* 41  
*Si facis ante Deum quicquid fecere priores.*  
*Audenter deponere metus, deponere timorem:*  
*Concipe mente Deum, vires dabit ille vi- riles.*  
*Hæc dum mater agit, puer ad præcepta pa- rentis*

Respi-

20 Sic ex vulg. Cod. Flor. *montes*.  
 21 MS. Flor. *amne*. Prætulimus lectionem edi- torum, in quibus postea *totum virtute redemit*.  
 22 Vulg. *Occupat & totis quasitam lympha latebris*.  
 23 Forte *posceris* legendum pro *petetis*, quod verbum MS. Flor. præfert. In vulgatis *petieritis illum*, Sed tamen hanc virgam durum diffindere saxum.  
 24 Edit. *morati*.  
 25 Hic versus deest in iisdem editis.  
 26 MS. Flor. *attonita mente confirma timen- tem*, perperam. Lectionem vulg. retinimus.  
 27 Edit. *quas commovent*.  
 28 Ib. *parvus*; & postea *si matris odorem Men- te create tenes*.  
 29 Vulg. & *carus & infans*. In cod. Flor. ubi lacuna est, supplendum citius placeret *parvus*. Mox in vulg. *aure pia*.  
 30 Vulg. *tunc se*.  
 31 Ib. *locatus*.

32 Ibidem certo.  
 33 Edit. *sed erit concordia sanctis*.  
 34 Ib. *Exercentur*. Cod. Flor. *Commiscentur*: futurum tempus requisivit contextus.  
 35 Vulg. *Matrem crede tuæ semper cupidam esse salutis*.  
 36 Ib. *priore velim, vetor ecce*, quas postre- mas voces retinimus, cum minus recte in cod. Flor. *vetat ecce*.  
 37 Vulg. *cernam te*.  
 38 Ib. *equum renovas mihi*.  
 39 Ibid. *quoque me*.  
 40 Vulg. *Te per ego has precor & stetus lacry- masque meorum*,  
*Ut remeare velis: remeabis solus, & hujus*  
*Non tibi jam fratres dederint solatia vitæ:*  
*Dedecoras fratrum sanctissima nomina, matrem,*  
*Et genus*.  
 41 Ibidem *Heu quando*; & paullo post *Si fa- cias tandem quicquid*.

- 42 *Respicit, & solum 42 cum se videt esse relictum,*  
*Sustulit in calum vultus palmasque supinas,*  
*Et sic voce potens, aeternum Numen adorat,*  
 43 *43 Quem secum sensu pariter nutuque ro-*  
*gabat,*  
*Vinceret ut Regem, sevos ut vinceret ignes.*  
*Atque ita non segnis nec pro puerilibus annis*  
*Profilit intrepidus medios delapsus in ignes,*  
 44 *44 Expugnat, victor donec remearet in*  
*altum*  
*Spiritus, & fratrum peteret secreta prio-*  
*rum.*  
 45 *Dum puer ista gerit, 45 solverunt gaudia*  
*matrem,*  
*Jamque ut erat lassata malis, jam voce*  
*negata*  
 46 *46 Spirat ovans, interque manus collapsa*  
*suorum*  
*Concidit exanimis, resolutaque membra*  
*quieverunt.*  
 47 *47 Sic ipsa, ut nati, sanctorum in parte*  
*recepta est.*

## M E T R U M

## I N G E N E S I M

## A D L E O N E M P A P A M,

*Quod Hilarii Arelatensis Episcopi opu-*  
*sculis a Quesnello subjectum fuit.*

Paruimus monitis, tua dulcia iussa  
 secuti,  
 Antistes Christi, quæ i dabis ore pio.  
 An ego non canerem tanti præconia  
 Patris,  
 Munus opusque Dei, dum mihi lingua  
 foret?  
 Rauca quidem, stridens, & nullis digna  
 coronis,  
 Ingeniumque jacens, sed libet alta lo-  
 qui.

42 Ib. *solum se vidit ut esse relictum.*

43 Ib. *Sensu & sic pariter secum, nutuque ro-*  
*gabat.*

44 *Vulg. Vicit quicquid erat, sic vitam ut iret*  
*in altam.*

45 Libro 2. Machab. c. 7. vers. 41. id tantum de  
 matris morte dicitur: *Novissime autem post filios*  
*& mater consumpta est.* Qua autem morte obie-  
 rit, alii aliter tradunt. Josephus in libro de Ma-  
 chabæis eam, ne quo ab homine tangeretur, in  
 rogam se se iniecisse scribit. Quidam post vete-  
 rem latinum Josephi interpretem durissimum mar-  
 tyrium eandem subiisse sentiunt. Sorionides &  
 Arabs ferunt, eam post filiorum necem Deum sup-  
 plicasse, ut se ex hac vita educeret, & lapsam su-  
 per liberos expirasse. Alii tandem inspecta omnium  
 filiorum constantia gaudio exanimatam fuisse, in-  
 ter quos noster auctor recensendus est.

46 *Vulg. Suspirans, interque.*

47 *Cod. Flor. Sic ipsa nati. Vulg. Sic ipsa &*  
*nati. Hoc loco sensu exigente emendavimus.*

1 *Quesn. metri causa emendavit dabit. Sensus*

*Dignum opus & justum est semper tibi*

*dicere grates,*  
*Omnipotens mundi genitor, quo principe*  
*cuncta*

*Natalem sumfere diem, atque exorta repente*  
*Post tenebras stupido spectarunt lumina calo.*  
*Gens hominum, pecudesque, ferae, 2 mil-*  
*leque volucres,*

*Et quæ per liquidos discurrunt agmina*  
*campos.*

*Omnia per temet, ex te, qui maxima condis,*  
*Ex te 3 nate, Pater: nec jam patris est*  
*pater alter.*

*4 Tu capitis primique caput, tu fontis*  
*origo,*

*Primus apex rerum, primus sator, omnia*  
*condens:*

*Nec tamen ex alio ducis genus, ipse per-*  
*ennis*

*Spiritus, antiquo vivens per sæcula motu,*  
*Semper eris, quia semper eras, non mortis*  
*egenus,*

*Qui natalis inops, nec finem noveris ævi.*

*5 Ex se principium, cui contigit, haud*  
*manet alter*

*Auctorem casus, nascentia terminus urget.*  
*Omnia cum tegeter nigrum chaos, altaque*  
*moles*

*Desuper urgetet informis corpora mundi,*  
*Et caliganti premeret serotina nocte,*

*Nec species, nec forma foret; Deus intus*  
*agebas,*

*Corporibus tellis mixtus, secreta potestas.*

*6 Jam tum disponens nascentia mœnia*  
*mundi,*

*Et varias rerum facies animasque futuras,*  
*Utque caput 7 victa promisit caligine noctis*

*Sublimem attollens vultum, sensere tenebrae.*  
*Mox Dominus rerum somnos discussit inertes,*

*Pigraque materies trepidavit 8 numine*  
*pulsa*

*Commotaque simul 9 matura, conscia partus,*  
*Scinditur ingentis cumuli per plurima corpus*

*Membra, 10 locusque simul metantur se-*  
*mina jussu,*

*Et confusa 11 simul descendunt viscera*  
*moles,*

Se-

vero exigit dabas.

2 Idem Quesn. ob metrum mille atque.

3 ,, Quesnellus ex conjectura nata: quod alias  
 ,, etiam Joanni Veitio placuit. Retinemus cum  
 ,, omnibus MSS. nate, quasi ex te existens & a nul-  
 ,, lo alio originem habens. " Coustantius.

4 Al. Tu caput es, primique. Quesn. in mar-  
 gine.

5 Al. Ex te. Idem in marg.

6 ,, Editi Jam tumidi ponens. Emendantur ex  
 ,, MS. Laudun. " Coustantius.

7 Al. prompsit victa ipse caligine. Quesn. in  
 marg.

8 ,, Ita cum MS. Laudun. Quesn. Alii vero libri  
 ,, nomine. " Coustant.

9 ,, Veitz. maturo. Quesn. favente MS. Colb. na-  
 ,, iura. " Coustant.

10 ,, Non displicet cum Veitz. locosque. ,, Coust.

11 ,, Adjectimus simul ex MS. Laud. Legit Quesn.

,, Atque inconfusa descendunt. Veitz. autem, Et  
 ,, confusa prius descendunt viscera molis. Pro de-  
 ,, scendent satis arderet discidunt. " Coust.

Sectaque per partes, formas spectantia  
frusta,  
Jam calor intus alit, & blando suscitatur  
igni.

Ac primum celi pangsus liber omnia mundi  
Complectens spatia, celso suspenditur orbe:  
Terra gravis pigro descendit pondere ad  
inum,

Ac semet defixa salo fundata resedit,  
Esetque ut spatium vacuæ regionis aperte,  
Qua tener incedens mortalia pasceret ather,  
Quoque exire patris possent tot munera re-  
rum,

12 Ortaque ferrentur nullo per inane labore,  
Diffusa coguntur aquæ: mox 12 limite certo  
Liquuntur maria, nec finem transiit unda.  
Tunc oritur lux alma, dies quæ iussa vo-  
cari

Nascentem tenero perfudit lumine mundum.  
Munus opusque tuum prodens, tua maximæ  
dona,

Condere quæ genitor patria pietate parabat,  
Utque hominum solers posset clarescere vita  
Artibus athereis quæ totas ducere luces  
Gaudet, & ingenium diversa laude fa-  
tigat.

Insequitur nox atra diem densaque tene-  
bræ,  
Corporibus somnos quæ ferrent otia fessis,  
Et cunctis unam faciem similemque figu-  
ram.

13 Namque dies varia 13 verum discriminat  
ora,

14 Et dat cuique suum disjecta nocte colorem,  
Instigatque animos 14 opere ad majora ca-  
lentes,

Exacuens variis mortalia pectora curis:  
Quo mage forma dies vitæ, nox mortis  
imago.

15 Tunc condens Pater astra polo, ac lumine  
15 vivens,

Sidera distinguens, variis per tecta figuris  
Lucifer exurgit roseus & fulgidus ore  
Vesper, puniceos spargit aurora capillos.  
Anguis agit sudum, important plejades  
imbres.

Sunt juga, sunt plaustra, gemmantes flo-  
re coronæ,

Signaque bisseis annum volventia formis.  
Multaque præterea celsæ domus ornamenta,  
16 Quis sæclum fulcit signis, & regia  
summa

16 Pieta parens varia stellarum luce coruscatur.  
Sed Soli lux major inest, quem munere  
largo

Excultum genitor pleno dignaris honore.  
Igneus ille jubar præcelso vertice tollit,  
Tom. II.

Ora rubens patulo, celi per mœnia fertur,  
Astrorum ductor mundi viget, atque ele-  
menta.

Ecce aliud mirum, mirum decus, en no-  
va cursum

Mutat Luna suum, quos perdit colligit ignes,  
Cornuque extinguens perturbat 17 lumi-  
ne frontem.

Mox tamen ardescit completo circulus orbe  
Noctilucum lumen pascit sata sidera luce.  
Nec tamen æterno, quæ machina volvitur  
18 æthere,

Non tantum pictura poli est, nec celsa vo-  
luntas;

Mens ratioque subest, & rebus utilis ordo.  
Hinc doctrina venit terris, hinc denique  
cunctis

Consilium agricolis, & qui maria alta per-  
errant,

Ut se quaque ferant luces prædicere possint,  
Venturos norint imbres, siccumque serenum,  
Tempore quo tauros campis inducat arator,  
Et dubium tentet securus navita pontum.

Instructos ignes calo, pater optime, terras  
Excolere aggredieris, & 19 munere donas  
opimo.

Regna hominum, pecudumque lavem re-  
quiemque volucrum

Planescunt campi, colles tumor arduus effert,  
Subsidunt valles, florentia prata vivescunt,  
Saxaque durantur, pinguis se gleba resolvit,  
Rumpuntur fontes, 20 fluviis genus ar-  
duum unde est,

Herbarum varia consurgunt gramina campis.

Jamque seges tenera fructum fundebat arista,  
Cum juga nulla forent, nec vomer ullus  
aratri,

Mugiret nullus proscissis taurus in arvis,  
Ecce etiam vitis madido jam plena racemo  
Expers falcis adhuc, & duri nescia ferri,  
Pampineas celsis texebat collibus umbras.

Diversa exoritur variarum forma ferarum,  
Quadrupedes animæ, nec non repentina terris,  
Nascuntur pictis volucres per nubila pennis.

His ubi perfectis genitor, jam divite mundo  
Cuncta videt magni curam deposcere regis,  
Qui mare, qui terras, atque omnia nata  
gubernet,

Quique altum spectet calum, laudetque 21  
potentis

Munera magna Dei, ne sint hæc condita  
frustra.

Tunc faciamus, 22 ais, hominem. Dic,  
optime, cum quo?

23 Nunc loqueris? clarum est: jam tum  
tibi filius alto

Adfidet in folio, & terras 24 spectat amicas.

Dd Sed

12 Cod. Viët. cum Colb. *limine*. Coust.

13 Non placet cum Veitzio *varias* ... oras; namque hic *os* pro forma & facie ponitur. Coust.

14 Editi *opera*, renitentibus MSS. Coust.

15 Quæsn. *vivo*. MS. Laudun. *videns*.

16 Quæsn. *Qui*.

17 Ita MS. Laudun. At editi *limite*. Coustant.

18 Veit. *axe*, & mox *volanti*, non *voluntas*. Coust.

19 Quæsn. ratione metri, *donas munere opimo*.

20 Reponit Veitzius *cunctis genus annibus un-*

*de est*; sed non reddit sententiam auctoris, quippe qui fluviis originem arduam attribuit; quia ex fontibus oriuntur, qui in arduis esse solent. Coust.

21 Coust. *potenter*.

22 Quæsn. in textu *ait*, & in marg. *Alias ais*.

23 Ita MS. Colb. cum Veit. *Alias Non loqueris clarum: jam*. Coust.

24 Nunc videtur pedis pars ad versus complementum deesse; sed non apud antiquos, quibus id moris erat, ut *expectat* legerent. Coust.

*Sed faciamus, ais, hominem, cuius vultus imago*

*Noster erit, manibusque meis procedat in ævum.*

*Inde opifex rerum, adsumis mollia terra*

25 *Atque virum formas, cuius 25 de costa cupido*

*Fit mulier vultu, mulier de costa viri fit.*

*Quo mage cara viro & lateri sit conjugis apta.*

*O felix animal, summi cui dextra tonantis*

*Est pater! o felix nimium, qui ducis olympo*

*Et genus & formam! si te non noxia terra*

*Decipiant vitia, nec blandus subruat error,*

*Numen eris, caloque redux mirabere regna,*

*Quæ promissa bonis fido pater exhibet ore.*

*Nam tibi multa Deus nascenti contulit ultro,*

*Ætheream faciem primum, vultumque pa-*

*ternum,*

*Incessumque pedum rectum, sublimia colla,*

*Ne qua mora in calum oculis spectantibus*

*esset,*

*Tunc alacres promptasque manus, vitæque*

*ministras,*

*Atque domum divæ pectus rationis, & alti*

26 *Sedem consilii, 26 fundendæ vocis honorem.*

*Hac soli concessa homini: nam cetera mutum*

*Est pecus: obtinuit ventrem, præcordia,*

*nervos,*

*Venarum rivos, & sparsum corpore sanguen,*

27 *27 Iuste, levique simul sensusque dolores.*

*Tu vero omnipotens privato munere largus*

*Erga hominem, manibusque tuis operisque*

*favore*

*Impendens patria pignus pietate colendo,*

*Ne quid divinis modo desit vultibus, ignem*

*Ætheris inspiras, & sacræ mentis opimam*

28 *Indulges partem, 28 permixtus corpore toto.*

*Tunc meminisse licet veterum, præsentia*

29 *29 nosse*

*Hinc datur, atque animæ fas est ventura*

*videre.*

*Hinc loquimur canimusque Deum, hinc*

*sidera cuncta,*

*Terrarumque viget cultus, pontusque mo-*

30 *vetur.*

*Hinc artes, 30 nomenque pudor, prudentia,*

*justum.*

*Hinc animæ surgunt fortes, hinc pergit ho-*

*nestum,*

*Et via quæ ducit castos ad limina cali.*

*Ergo hominem pleno perfectum munere terris*

31 *Præponis genitor, & rerum tradis habenas;*

*Cuncta habeat subdatque sibi, 31 fieretque*

*Telluris Dominus, famulus tuus, omnia mundi*

*Possideat, tantum Domino tibi serviat uni.*

*Postquam primus homo vetito se pascere ligno*

*Non timuit, captusque dolis se præbuit angui,*

*Stat reus, & nudus dejecto lumine vestem*

*Implorans, Dominumque fugit, vultumque*

*recondit;*

*Culpa comes sequitur, peccato obnoxia vita*

*Debilitat vires, calo venientia dona.*

*Æthere demissus paullatim deficit ignis.*

*Frigore peccati torpentia corda rigescunt,*

*Cura cibi ventrisque 32 subibat, cura tegendi*

*Corporis, & sacrum subeunt mortalia pectus.*

*Nascitur hinc proles peccati, germinat inde*

*Deterior soboles multo, pejorque priori*

*Progenies sequitur gradibus ad crimina cre-*

*scens;*

*Crimina quæ stimulis acunt dementia corda,*

*Teque, pater, variis amant. 33*

*Tum primum venit opere incumbere terris*

*Intempestivus descendere nubibus imber,*

*Fulgmina tum primum calo dejecta sereno;*

*Horrida tum grando turbatos verberat agros,*

*Et tonitru altisono infractus murmurat æther.*

*Nec tamen ista malos revocant: furor impius*

*orbem*

*Obsidet, & laxis rabies desertur habenis.*

*Bella placent, cadæque simul, perjuria,*

*fraudes,*

*Mentivique libet, rapere est amor, abdere*

*furta.*

*Nulla fides populis, nulla est jam veritas*

*usquam.*

*Diluvio abluitur terrarum crimen & undis,*

*Virque unus residet generis populique refector.*

*Arca tegit paucos castorum semina servans;*

*Jam tum venturi facies monstrata lavacri,*

*Atque unus multis, per quem 34 data lu-*

*ce renati,*

*Susceptor fido servans Ecclesia partu.*

*Postquam diluvii cecidit tumor, unda re-*

*sedit,*

*Ales pacifera folium portavit olivæ,*

*Jam siccis revolans pennis dedit omina pacis.*

*Tum populus surgit melior, 35 tum purior*

*undis*

*Gens hominum magnos terris paritura nepotes.*

*Inde Sacerdotis in calum dedita corda,*

*Hinc inter flammæ pueri cantare parati,*

*Et puer impasti quem non terigere leones,*

*Tum reges cecinere Deum, tum vera Pro-*

*phetis*

*Ora sonant cali sobole splendentia terris.*

*Quamvis cuncta Deo servirent crimine victo;*

*Attamen antiqui etiam nunc gutta veneni*

*Spargebat populos, & erant vestigia fraudis,*

*Quæ bonus ablueret doctor melioribus undis.*

### S. HILARI OPUSCULORUM FINIS.

PAS-

25 „ Legit Veitz. mox *costa cupido*, & mox nam *costa* pro *de costa*. “ Coust.

26 „ In MS. Laudun. *facunde vocis*. In versu seq. *Alias cetera motu*. “ Coust.

27 „ Veitz. *Lætitiaque sinus duri sensusque doloris*. Nonnihil favet MS. Viêt. a secunda manu.

28 „ An *In viâ lesbique?* “ Coust.

29 „ Solus Veitzius *permiscens*; qui deinde legit cum MSS. Viêt. & Colb. *corpore rotam*; ac rursum solus subjicit *hinc meminisse*. “ Idem Coust.

30 „ Quæsn. pro *nosse* habet *menti*.

31 „ Quæsn. in textu *manantque*, & in marg. *Alias nomenque*, quod cum ceteris editis & MSS. retinimus.

31 „ Colb. MS. *viceretque cuncta*. Viêt. *secundis curis vivaque perennis*. “ Coustant.

32 „ Solus Quæsn. *subit*, ac *cura*.

33 „ In MS. Viêt. a secunda manu hic adfertur ad *fulmina factis*: apud Veitzius autem *punire periculis*; ac deinde *Tum primum mala cæperunt*. “ Coust.

34 „ Post Cl. Zehnerum Veitzius *dat luce renatis*, *susceptos servans Ecclesia partus*. Alii editi *data lance renati*, sed *sceptos* (al. *ceptos*) ... *servans Ecclesia partu*. Sequimur MS. Laudun. “ Coust.

35 „ Quæsn. *quam prior in undis*; & postea *Inde Sacerdotes*.

PASCHASII QUESNELLI  
DISSERTATIONES  
I N  
S. LEONIS MAGNI  
PONTIFICIS ROMANI  
O P E R A

CUM ADNOTATIONIBUS ET OBSERVATIONIBUS CRITICIS IN EASDEM.

PASCUALI QUERBEI  
DISSERTATIONES

S. LEONIS MAGNI  
CONSTITUTIONES ROMANAE  
OPERA

EDITIO SECUNDA AUCTORIS REVISIONE ET SUPPLEMENTO



# A D M O N I T I O

in primam Quesnelli dissertationem.

**S**Equentem dissertationem de Vita & rebus gestis S. Leonis omissemus libentius, & novam ac exactam ejusdem Pontificis Vitam facilius digessimus. Alia enim ab eo omissa sunt, quæ maxime notanda videntur; alia non admodum accurate juxta chronologicum ordinem exposita, confusionem pariunt. Quædam conjectationibus non satis firmis extulit: & nonnulla suis præjudiciis indulgens, perperam distraxit. Adde quod aliquot lectiones & chronicæ notæ emendatæ, aliquot epistolæ hactenus ineditæ, aliquot etiam documenta post Quesnellum vulgata novam lucem attulere, ex quibus non pauca vel emendanda, vel adjicienda sunt. Hæc omnia incommoda novæ Vitæ conscriptione facile declinari poterant. At cum ex instituti nostri ratione omnia, quæ Quesnellus suæ editioni inseruit, nobis recudenda sint; primam ejus dissertationem edere coacti, ne eandem Vitam bis repeteremus, a nova Vita lucubranda omnino abstinendum credidimus. Quesnellianos autem defectus in adnotationibus indicantes, eisdem, ut fieri poterit, remedium aliquod afferemus: speramusque fore ut æqui lectores necessitati, qua adstringimur, condonaturi sint, si in hoc nostro profecto graviore labore non eam S. Pontificis Vitam commodius digestam inveniunt, quam ex mente nostra exhibendam crederemus.

PASCHASII QUESNELLI  
 DISSERTATIO PRIMA  
 DE VITA ET REBUS GESTIS  
 S. LEONIS MAGNI  
 ECCLESIAE ROMANAE EPISCOPI:

*In qua servato annorum ordine cum præclare ab eo gesta,  
 tum scripta ejus singula recensentur.*

I.  
 Sancti  
 Leonis Pa-  
 tria & Na-  
 tales.  
 1



Sanctus Leo Pontifex Romanus hujus nominis primus 1 in Tuscia natus esse dicitur ab auctore libri Pontificum Romanorum, quem secuti sunt plerique alii Historiæ Pontificum Urbis scriptores. Roma-

num tamen ut fuisse credam, antiquioris meliorisque notæ scriptoris testimonio adducor. Prosper enim Leoni æqualis & familiaris, cum ejus narrat electionem: *Igitur Valentinia-Leo, inquit, legatione publica accitus, & no V. & Agaudenti PATRÆ presentatus, quadragesimus septimus Romanæ Ecclesiæ Episcopus ordinatur.* Roma igitur Leonis patria fuit, teste Prospero. Sed quid aliena conquirimus testimonia, qui Leonem ipsum hoc de se clarissime profitentem habemus? In epistola enim 27. (nunc 31.) cap. 4. excusans se, quod Ephesino Concilio secundo præsentiam suam non exhiberet, quod in votis habuerat Theodosius Imperator, hanc rationem affert: *Quia rerum presentium nimis incerta conditio a TANTÆ URBIS populis me abesse non sineret, & in desperationem quamdam animi tumultuantium mitterentur, si pro occasione causæ ecclesiasticæ viderem PATRIAM & Sedem Apostolicam velle deserere.* Clara sunt verba, nec interprete indigent. Neque obstat penitus Anastasii seu libri Pontificalis testimonium. Etsi enim vulgati codices Leonem natione Tuscum asserant; at duo codices MSS. Regius & Mazarinus, ex quibus variæ lectiones excerptæ ad calcem Regiæ editionis editæ sunt, Leonem natione Romanum inscriptum habent; quod & in recentioribus etiam scriptoribus legere me memini. Quarti denique argumenti loco sit, quod inferius dicturi sumus, Leonem scilicet in sinu Romanæ Ecclesiæ educatum &

baptizatum, etiam a teneris Sixto Presbytero adhæsisse, & in Ecclesia Romana inferioribus ministeriis esse defunctum: ut probabile sit patrem quidem Leonis Quintianum in Tuscia natum, Leonem vero ipsum, patre in urbem Romam sedem læsque transferente ibidem esse progenitum.

De anno ejus natali in antiquis Ecclesiæ monumentis nihil scriptum reperi: nec quicquam certi conicere licet ex iis, quæ de ejus vita nobis supersunt, neque ex ætate qua decessit, quamdiu enim vixerit pariter incertum; tamen certum non modo illi vitam gloriosam, sed & longam contigisse. Quando enim ad Pontificatum assumptus est, jam longa rerum negotiorumque experientia & ætate maturum fuisse oportet, qui tum in Gallis versabatur, ut discentes Duces Romani exercitus ad concordiam revocaret: immo & multo ante Cælestino Papæ in ecclesiasticarum rerum administratione operam suam navabat. Huc accedit quod complures annos gessit Pontificatum.

De suscepto a Leone nostro baptismo occurrit memoria apud Vigilium Tapensem Episcopum initio quarti contra Eutychem libri, seu defensionis Epistolæ S. Leonis ad Flavianum CP. Calumniant enim Eutychanistæ, qui Leonem fuggillabat, eo quod verba Symboli referens, dixerat: *fideles credere in Deum Patrem*; non dixerat: *in unum Deum Patrem*: juxta Nicæni Concilii decretum; ita respondet Vigilus: *Sed Romæ & antequam Nicæna Synodus conveniret, a temporibus Apostolorum usque ad nunc, & sub beate memoriæ Cælestino, cui iste rectæ fidei testimonio reddidit, ita fidelibus Symbolum traditur.* Non dubitem asserere hunc Vigilii locum intelligendum esse de redditione Symboli quæ baptismo præmitti consueverat, vel ipso Leone teste. *Quod, inquit epist. 24. (nunc 28.) c. 1. per totum*

II.  
 Quo anno  
 Leo natus  
 est.

Prosperi  
 Chronicon,  
 Valentinia-  
 Leo, inquit,  
 legatione  
 publica accitus,  
 &  
 no V. & A-  
 gaudenti  
 PATRÆ presentatus,  
 quadragesimus  
 septimus  
 Romanæ  
 Ecclesiæ  
 Episcopus  
 ordinatur.  
 Roma igitur  
 Leonis  
 patria  
 fuit,  
 teste  
 Prospero.  
 Sed quid  
 aliena  
 conquirimus  
 testimonia,  
 qui  
 Leonem  
 ipsum  
 hoc  
 de  
 se  
 clarissime  
 profitentem  
 habemus?  
 In  
 epistola  
 enim  
 27.  
 (nunc  
 31.)  
 cap.  
 4.  
 excusans  
 se,  
 quod  
 Ephesino  
 Concilio  
 secundo  
 præsentiam  
 suam  
 non  
 exhiberet,  
 quod  
 in  
 votis  
 habuerat  
 Theodosius  
 Imperator,  
 hanc  
 rationem  
 affert:  
 Quia  
 rerum  
 presentium  
 nimis  
 incerta  
 conditio  
 a  
 TANTÆ  
 URBIS  
 populis  
 me  
 abesse  
 non  
 sineret,  
 &  
 in  
 desperationem  
 quamdam  
 animi  
 tumultuantium  
 mitterentur,  
 si  
 pro  
 occasione  
 causæ  
 ecclesiasticæ  
 viderem  
 PATRIAM  
 &  
 Sedem  
 Apostolicam  
 velle  
 deserere.  
 Clara  
 sunt  
 verba,  
 nec  
 interprete  
 indigent.  
 Neque  
 obstat  
 penitus  
 Anastasii  
 seu  
 libri  
 Pontificalis  
 testimonium.  
 Etsi  
 enim  
 vulgati  
 codices  
 Leonem  
 natione  
 Tuscum  
 asserant;  
 at  
 duo  
 codices  
 MSS.  
 Regius  
 &  
 Mazarinus,  
 ex  
 quibus  
 variæ  
 lectiones  
 excerptæ  
 ad  
 calcem  
 Regiæ  
 editionis  
 editæ  
 sunt,  
 Leonem  
 natione  
 Romanum  
 inscriptum  
 habent;  
 quod  
 &  
 in  
 recentioribus  
 etiam  
 scriptoribus  
 legere  
 me  
 memini.  
 Quarti  
 denique  
 argumenti  
 loco  
 sit,  
 quod  
 inferius  
 dicturi  
 sumus,  
 Leonem  
 scilicet  
 in  
 sinu  
 Romanæ  
 Ecclesiæ  
 educatum  
 &

EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Volaterani inter Tuscos hunc Pontificem civem suum volunt, sed nullo documento

probant. Vide Bolland. die 11. Aprilis pag. 16. §. 2.

totum mundum omnium regenerandorum voce depromitur: & ep. 97. ( nunc 124., c. 8. oblii Symboli salutaris & confessionis quam pronuntiantes coram multis testibus sacramentum baptismi suscepistis. Sed scrupulum inijcit, quod asserere videtur Leonem a Cælestino Papa esse baptizatum; quod verum esse non potest: cum & jam sub Zosimo Papa Acolytus fuerit, ut ex conjectura inferius dicturi sumus, & ( quod certissimum est ) Archidiaconi munere fungeretur circa annum 430. eodem Cælestino Pontifice; ad quem gradum vix septennio post Baptismum elapso evectum esse, haud scio an cuiquam probabile videri possit. Vel igitur hallucinatus est Vigilius; vel dicendum hoc unum voluisse Vigilium, non a Cælestino jam Pontifice baptizatum Leonem; sed hunc Symbolum reddidisse Cælestino tunc Presbytero Innocentii Papæ, vel ab eo etiam Presbytero baptizatum: ex Innocentii enim ejuldem epistola ad Decentium Eugubinum Episcopum cap. 3. perspicuum est licitum fuisse Romæ Presbyteris etiam præsentem Episcopo baptizare: & ex Canone Trullano 78. & Laodiceno 45. Presbytero reddi poterat Symbolum. Hæc sunt hujus verba ex pag. 237. Codicis antiqui Romani: *Oportet baptizandos & fidei Symbolum accipere, & quinta feria ultimæ septimæ vel Episcopo, vel Presbytero reddere.* Quod si hoc alicubi licitum, Romæ certe potius quam in alia qualibet Ecclesia propter & majorem baptizandorum numerum, & innumera negotia, quibus Pontifex impeditus excipiendæ Competentium fidei onus in Presbyteros rejicere

cogebatur. Hoc a Pontifice nostro ita usurpatum inde conicio, quod cum studiose collecti sint omnes ejus sermones, quos pro munere suo ac summa dicendi facilitate ad plebem habuit, non solum in præcipuis solemnitatibus, sed etiam in indictione jejuniorum, & prout se se dabat occasio; nullum tamen habemus ejus sermonem vel de Baptismo ad Cathecumenos, vel de Symbolo ejusque Traditione, quales circumferuntur non pauci ab aliis dicti Episcopis. Quod porro potuerit Cælestinus sub Innocentii Pontificatu Presbyterum agere, eadem epistola ad Decentium cap. 8. evincit, ubi mentio de Cælestino Diacono jam administrationis ecclesiasticæ particeps, qui facile potuit succedente tempore gradum ad Presbyteratum facere. Ex Baptismo autem Romæ suscepto a Leone confirmatur sententia nostra, qua eum Romæ natum & educatum superius asseruimus.

Obscura sunt ea quæ gessit juvenis usque ad tempora Diaconatus. Pennotus scribit allectum primo in numerum Clericorum Basilicæ Lateranensis. Etsi conjectura est, nolim tamen fidem derogare. Nam aurea illa ætate alebantur ad Clericatum juvenes in ipso Sacerdotum sinu, ponebantque in sacrario tyrocinium Sacerdotii, & per gradus inferiora munia obibant. An tamen per id temporis 2 Basilica Lateranensis, ubi Leonem egisse Clericum volunt, esset Urbis primaria, an Basilica Sancti Petri, merito dubitatur. Ut sit, certum est juvenem ea virtute eoque ingenio præditum, ut ceteris & exemplo & admirationi esset.

Leonis Clericatus. Gabriel Pennotus in hist. Canonico-rum Regularium.

2

ANNUS  
CHRISTI  
418.

ZOSIMI  
PAPÆ  
2.

HONORII 24  
THEODOSII II.  
IMP.

HONORIO XII.  
THEODOSIO VIII.  
COSS.

Leonis Acolythy iter Africanum.

QUALIS esset Romani Cleri de Leone adolescente & Acolythy opinio, testantur quæ illi demandata sunt hoc 418. JESU-CHRISTI anno negotia. Iis temporibus grassabatur hæresis Pelagiana, gliscebaturque malum artibus Pelagii Cælestique, qui pestem hanc orbi invexerant. Nefarii homines aliquamdiu dissimulato errore delituerant, illuserantque Zosimo Romano Pontifici, qui postremo detectam hæresim publico solemnique anathemate proscripsit. Jamdudum expectabatur in Africa judicium Pontificis: illuc Leo Acolythus missus est, ut litteras condemnationis ferret ad Aurelium Carthaginensem, Augustinum Hipponensem, ceterosque Africanæ Ecclesiæ Epi-

scopos. Hæc quidem, quæ de legatione Leonis refero, in Annalibus ecclesiasticis non leguntur; sed id Augustinus testatur in epistola ad Sixtum S. R. E. Presbyterum, qui postea Cælestino in Pontificatu successit. In hac scribit Sixtum ad Aurelium Carthaginensem breves quidem litteras misisse, sed vehementes in Pelagianos, ablataque cum litteris Zosimi, quibus admonebat Patres Africanos judicii, quod pronuntiaverat in Pelagium Cælestiumque, *Cum litteris*, inquit, *Apostolica Sedis de illorum ( Pelagianorum ) damnatione ad Africam missis tux quoque epist. 105. litteræ ad venerabilem senem Aurelium consecuta sunt; quæ, tametsi breves erant, tuum tamen vigorem adversus eorum errorem*

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Augustinus ep. 29. n. 10. Basilicam S. Petri remotum esse locum ab Episcopi conversatione restatur. Electionem Bonifacii I. in Lateranensi peractam indicat epistola Romanorum

Presbyterorum ad Honorium pro eodem Bonifacio: & Damasus etiam in eadem Basilica consecratus fuit, ut ex libello Marcellini & Faustini ad Imperatorem manifestum est.

AN. CH.  
418.Sancti  
Aug. epist.  
104.

rem satis indicabant. Illæ certe litteræ non aliæ sunt ab iis, de quibus idem Augustinus loquitur epist. 104. ad eundem Sixtum, ubi iterum mentionem facit brevioris epistolæ, quam Sixtus miserat ad Aurelium Carthaginensem, allatamque narrat per Acolythum LEONEM. *Si enim, inquit, brevissimam epistolam tuam, quam de hac ipsa re ad beatissimum senem Aurelium per LEONEM Acolythum direxisti, descripsimus.* De Leone magno tunc Acolytho tempora congruunt: hæc enim acciderunt anno Christi quadringentesimo decimo octavo, Pontificatus

Zosimi secundo. Suadet præterea, quod Sixto, cujus litteræ deferebantur, semper additus fuit Leo noster. Probant denique quæ præstitit Leo in Pelagianis, tum sub Cælestino Sixtoque Pontificibus, quos opera sua consiliisque plurimum juvit: tum quando ipse in illorum locum substitutus Romanam rexit Ecclesiam. In illa porro profectio admiratus magnos Præsules, lumina Ecclesiæ Africanæ, imprimisque Augustinum, puto, eos æmulari cogitavit, eorumque odiis in Pelagianos exarsit: quod infra describemus.

AN. CH.  
418.

ANNI CÆLESTINI		THEOD. ET VALENT.		CONSULIBUS	
CHRISTI	PAPÆ	IMPP.			
430	8	24	7	AUGUSTIS IISDEM	
431	9	25	8	BASSO ET ANTIOCHO,	
432	10	26	9	AETIO ET VALERIO.	

I.  
Leo quando factus Diaconus.

QUAMDIU Leo in Acolythatu permanferit incertum est, & a quo ordinatus fuerit Diaconus. Hoc certum, Diaconatus vel etiam Archidiaconatus officio functum eum esse sub Cælestino Papa. Hic enim illius consilio & opera usus est in tractandis ecclesiasticis negotiis, ut inferius narrabimus ex ipso Leone, & aliis monumentis. Quis porro credat hominem nondum ad Diaconi gradum evectum in partem pontificiæ sollicitudinis a Cælestino esse vocatum? Deinde Cassiani opus de Incarnatione adversus Nestorium Leoni Diacono i dedicatum est; at vero liquet librum scriptum esse ante Synodum Ephesinam sub Cælestino: quia Cassianus de condemnatione synodica Nestorii nihil meminit, & in Nestorium invehitur quasi nondum ab Episcopatu dejectum, sed ejusdem muniis adhuc fungentem in Ecclesia Constantinopolitana, ad quam tamen certum est ipsum non esse reversum post Synodum Ephesinam. Hortatur denique cives Constantinopoliticos ut errorem ejus detestentur, ejusque fugiant societatem: quod supervacaneum esset, nisi adhuc tum Constantinopoli reledisset hæreticus.

Vide Iba  
Edesseni epistolam  
Act. x.  
Calchedonensi, & apud Facundum.  
lib. 7. cap. 4.II.  
Guesnæi Fabulæ de sancto Leone.

Mitto fabulas, quas multis prosequitur Cassiani quidam laudator, qui dum multa Cassiano affingit, plurima de Leone fabulatur. Unde enim illud hausit, quod narrat, Leonem etiam Innocentio Pontifice Diaconum fuisse; Cassianum sub Innocentio eodem Romæ egisse cum Leone de dissensionibus Orientis, & de negotiis Joannis Chrysofomi; prope Leonem se socium adjunxis-

se Cassiano ut vitam solitariam simul cum illo coleret, sed prohibitum ab Innocentio? Neque magis verum illud, quam hoc quod confidenter asserit: Massiliensem Cassiani Ecclesiam a Leone Archidiacono, ut Legato Apostolicæ Sedis, consecratam. Hæc allata sine probatis testibus, & ab ætate Leonis, & a disciplina Ecclesiæ longe aliena, neque fidem, neque responsum merentur. Bulla Benedicti omnino supposita, quam auctor ille producit, nihil profert aliud præter rumores vagos incertasque hominum traditiones. Ecce verba Bullæ Benedictinæ. *Hæc diligentia muniendum censuimus prædicti Martyris Victoris Monasterium apud Massiliensem urbem tempore Antonini Imperatoris fundatum. Quod postea a B. Cassiano Abbate constitutum eodem rogante, ut fertur a majoribus natu, a beatissimo Leone Romane sedis Antislite consecratum, & ejus apostolica benedictione atque auctoritate sublimatum, in quo majorem constituentes Ecclesiam in honorem SS. Apostolorum Petri & Pauli & omnium Apostolorum, aliamque in honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, sanctique Joannis Baptistæ, multorum Sanctorum collatis pignoribus dedicarunt.* In hæc Bulla multa sunt quæ incertis majorum relationibus innixa, a vero longe abhorrent. Nec enim Archidiaconus potuit dedicare Ecclesiam contra regulam & consuetudinem ecclesiasticam, ut somniavit Guesnæus, neque Leo jam Pontifex potuit ipse consecrare Ecclesiam Massiliensem, qui dum Pontificatum gessit nusquam in Gallias venit, neque vivente Cassiano ad Pontificatum evectus est.

Jam

## EDITORUM ADNOTATIONES.

I Cassiani opus Leoni dedicatum fuit, quia Leone petente fuit scriptum, ut ex ipsa nuncupatoria Cassiani epistola liquet. Potuit autem Leo Cassianum cognoscere, cum is sub Innocentio Romæ aliquamdiu versatus est. Per-

utile autem visum est Leoni ut per Cassianum Constantinopolitanæ olim Ecclesiæ Diaconum, & S. Joannis Chrysofomi discipulum, Constantinopolitana Ecclesia moneretur vitare Nestorium.

AN. CH. Jam vero qualia sunt quæ de Monasterii  
431. fundacione scribuntur sub Antonini princi-  
432. patu, quo tempore nondum in orbe Mona-  
stera condita erant, nedum intra Gallias  
fundata? Sed ab illis fabulosis transeo ad  
certiora quæ gessit Leo Diaconus.

III. Quanta de Leonis nostri opera & consilio  
Leo Cæle- fiducia esset Cælestino Papæ in rerum ec-  
stini Papæ clesiasticarum administratione, quamque id  
admini- per totam Ecclesiam cognitum, testis est  
ster. Leonis ipsius epistola ad Maximum Antio-  
chenum, cujus lectione edocemur ipsum Cæ-  
lestino, velut primarium administrum, ad-  
fuisse, ad ipsumque in primis delata esse  
operosiora negotia, de quibus Pontificem  
instrui necesse erat. Cum enim in Ephe-  
sino Concilio primo Juvenalis Jerosolymorum  
Episcopus Palæstinæ provinciæ principatum  
ambiret, Cyrillus Sedem Apostolicam de in-  
solenti conatu Juvenalis monendam esse exi-  
stimavit, ne malis artibus commentitiorum-  
que scriptorum prolatione Episcopi Romani  
consensum eliceret. Hac de causa 2 scripsit  
ad Leonem nostrum, ut per eum Cælesti-  
nus de ambitiosis Juvenalis prelationibus  
certus fieret, atque ab illius subreptione sol-  
licite caveret. Verba Leonis hæc sunt: *In*

*Epist. xci. Ephesina Synodo, quæ impium Nestorium cum  
nunc cxi. dogmate suo perculit, Juvenalis Episcopus ad  
cap. 4. obtinendum Palæstinæ provinciæ principatum  
De Juve- credit se posse sufficere, & insolentes au-  
nalis am- sus per commentitia scripta firmare. Quod  
bitu. Cy- sanctæ memoria Cyrillus Alexandrinus Epi-  
rillus ad scopus merito perhorrescens scriptis suis mi-  
Leonem hi, quid predicti cupiditas causa esset, indi-  
feribit. cavavit, & sollicita prece multum poposcit, ut  
nulla illicitis conatibus præberetur assensio.*

IV. Hæc Cælestinum inter & Leonem neces-  
situdine nostram juvat conjecturam, ex qua  
credimus circa eadem tempora Cælestinum  
Leonis usum stylo, ut 3 Capitula illa de  
gratia & libero arbitrio colligeret, quæ hu-  
jus Pontificis epistolæ ad Gallos subungi  
solent, ac vel ejusdem, vel Prospero esse cre-  
dita sunt ad hanc usque ætatem. Romam  
accurrerat illo tempore Prosper Aquitanus,  
opem Apostolicæ Sedis imploraturus adver-  
sus Pelagianorum reliquias, doctrinæque Au-  
gustinianæ adversarios tunc apud Gallias nu-  
mero invalescentes. Horum omnium prin-  
ceps erat Cassianus, cujus errores Romano  
Episcopo aperuit, & cum Leone, ut par  
est credere, Prosper communicavit: hocque  
præsertim significavit, illis exosam maxime  
Augustini doctrinam, quam imprimis ex  
Pontificum Sedis Apostolicæ decretis pessum-  
Tom. II.

dare se existimabant. Hæc occasio fuit ut AN. CH.  
Romanæ Ecclesiæ scrinia accuratius investi- 431.  
gari vellet Cælestinus, hancque sollicitudi- 432.  
nem Leoni demandaret, a quo collecta es-  
se Capitula ista, Dissertatione III. probabi-  
mus. In Gallias reversurus Prosper 4 man-  
datum accepit ab Apostolica Sede, ut ex  
ejus auctoritate Augustini doctrinam defen-  
deret, quemadmodum in præfatione ad ob-  
jectiones Vincentianas se facere testatur: at-  
que ut illius Sedis doctrinam exacte perspe-  
ctam haberet, cum epistola Pontificis ad  
aliquot Galliarum Episcopos accepit ab ipso  
forfan Cælestino Capitula seu sententias Præ-  
sulum Sedis Romanæ: unde factum postea  
ut eidem epistolæ annexa circumferrentur.

Regressus in Provinciam Prosper scripsit 5  
adversus objectiones Vincentianas, & contra  
Collatorem: atque in his opusculis usus es-  
se mihi videtur sententiis Roma asportatis,  
cum iisdem omnino testimoniis pugnet, quæ  
in illis leguntur. Post ejusdem Prospero ab  
urbe discessum scripsisse crediderim Leonem  
nostrum aureos 6 libellos *de vocatione omnium  
Gentium*, quibus Semipelagianorum discutiit  
errores, de his nimirum accurate a Prospe-  
ro edoctus. Istos a Leone scriptos eo ma-  
xime consilio crediderim, ut Cassianum ab  
errore revocaret. Coniunctus enim cum eo  
erat amicitia vinculo, dolebatque tantum  
virum in alienas a fide opiniones abreptum;  
quas quidem eo facilius ac periculosius hau-  
riebant incautæ animæ, quod immixtæ erant  
opusculis tum sermonis elegantia, tum re-  
rum spiritualium doctrina singulari acceptis-  
simis. Erant certe in his plurima, quæ ad  
bonos mores, quæ ad pietatem vitæque san-  
ctioris institutum pertinebant; sed tamen  
quædam injecta, quæ gratiæ Christi adver-  
sabantur. Cassianus quidem Pelagii Cælestii-  
que nefarias de gratia opiniones scriptis di-  
ctisque condemnabat; sed ab Augustini pa-  
riter abhorrebat sententia: scilicet sibi in  
animum induxerat illum impie sensisse de  
gratiâ Christi, hunc vero ultra modum ex-  
cessisse in emendando Pelagio, certosque li-  
mites prætergressum æstu quodam abreptum  
disputationis. Hæc dum falso cogitat de Au-  
gustino, quem Ecclesia catholica asceverat  
sibi magistrum assertoremque gratiæ, in vi-  
tium ipse Cassianus incidit. Scribens enim  
quædam de gratia subtilius disputata, Pela-  
gianismum, si non omnimode, saltem ali-  
quatenus inducebat. Hæc qui postea defen-  
derunt, propterea Semipelagiani appellati  
sunt, quorum vel auctorem, vel primipi-  
E e l u m

V.  
Scribit  
Leo libros  
de voca-  
tione om-  
nium  
Gentium.

5  
6

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Confer adnot. 24. in ep. 119.

3 Hæc Capitula Leonem non habere aucto-  
rem, & probabiliter a Prospero elucubrata fuisse  
sub Sixto III. ostendetur in Observ. ad Dis-  
sertationem III. ubi de occasione etiam hujus  
opusculi aliquid conjicietur.

4 Hoc mandatum non adeo certum est, uti  
creditur: de quo vide Observ. in Dissert. III.  
num. 7.

5 Responsum Prospero adversus Objectiones  
Vincentianas ab eo scriptam, antequam  
Romam accederet, & ante epistolam Cælesti-  
ni ad Gallos, satis probabiliter ostendemus in  
Observ. ad Dissert. III. n. 7.

6 Hos a Leone abjudicabimus in Observ. ad  
Dissert. II. ex quibus tota hæc, quam Quefnel-  
lus intexit, narratio corrui.

AN. CH. lum Cassianum fuisse perhibent. Leo inter-  
431. rim graviter tulit hæc ab amico publicari.  
432. Ne tamen causâ Ecclesiæ & gratiâ Christi  
videretur deesse, aut amicitiam neglexisse,  
ejusmodi consilium instruit. Scribit li-  
brum cui titulus est *de vocatione omnium*  
*Gentium*, tacitusque nomina Augustini Cas-  
sianique prætermittit, ut videatur causam  
suscepisse Ecclesiæ, non personarum, & po-  
tius velle amicum emendare, quam prode-  
re. Immo suum ipse nomen reticet, &  
quasi velo obducta facie pugnat; ne dum  
hostem petit, amicum cernat qui vim &  
æstum certaminis mitiget. Scio equidem de  
auctore operis hujus dubitatum esse, aliis  
alia dicentibus. Nonnulli Ambrosio, qui-  
dam Prospero, alii Hilario Syracusano Pro-  
speri socio. Prioris constat non esse opus:  
quia Pelagianorum meminit, qui non nisi  
post tempora Ambrosii extitere. Sed neque  
Prosperi est, ut copiose alio in loco disseri-  
mus, unice Leoni postliminio vindicamus:  
quod stylus characterque scriptionis probat,  
id tempus quo scriptum est, id res ipsa quæ  
dicitur. Sed de iis alias.

VI. Sed & insignem illam epistolam ad De-  
Leo auctor metriadem, quæ hætenus in operibus aut  
epistolæ S. Ambrosii, aut S. Prosperi læta est, 7  
ad Deme- Leoni quoque tamquam suo auctori reddi-  
triadem. mus. Hæc vero quibus de causis scripta  
7 est, paucis recenseo. Demetrias virgo orta  
e familia Aniciorum, non minus virtute  
quam genere incluta, capta a Gothis Ro-  
ma fugit in Africam; dumque manet Car-  
thagine, S. Augustinum forte de virginitate  
loquentem audivit, adeoque ejus virtutis  
retinendæ desiderio exarsit, ut illico se vir-  
ginem Deo sacram professa, meditata spon-  
salia dissolveret. Certatim laudavere Patres  
clarissimæ Virginis institutum. S. Hieronymus  
Innocentiusque PP. elegantes de hæc re  
litteras ad Demetriadem miserunt. Ipse  
Pelagius, cui vita austerior famam æstima-  
tionemque paraverat, nondum rupto ulcere  
quod venis alebat, ad eandem litteras mi-  
sit: an precibus Julianæ, quæ mater erat  
Demetriadis, an sponte sua sit impulsus ad  
scribendum, incertum est; sed constat lit-  
teras toxico Pelagiano infectas. Latens vi-  
rus sensit Augustinus, cavique detegendo  
ne alij hoc scripto quasi contagione aliqua  
contaminarentur. Post aliquot annos scripsit  
& ad Demetriadem S. Leo: quo tempore &  
quo in loco scripserit, haud facile dictu;  
sed quantum conjectura assequi possum, id  
accidit antequam ad Pontificatum assume-  
retur. Certe in epistola longo intervallo  
post prima illius consecrationis tempora scri-  
bere se inquit. *Si vero, de com-*  
*mendando virginitatis bono disseram, super-*  
*flua erit ejus nunc propositi insinuatio, quod*  
*tu a primo ætatis tuæ flore sine humanis co-*  
*hortationibus elegisti, & de quo inter ipsa*  
*principia multi, qui tunc in Ecclesia præ-*

Epist. seu  
libell. ad  
Demetriad.  
c. 1.

mendando virginitatis bono disseram, super-  
flua erit ejus nunc propositi insinuatio, quod  
tu a primo ætatis tuæ flore sine humanis co-  
hortationibus elegisti, & de quo inter ipsa  
principia multi, qui tunc in Ecclesia præ-

minebant, merito non siluerunt. Quæ verba AN. CH.  
fatis notant neque illam in primo ætatis 431.  
flore tunc fuisse, diemque obiisse qui antea 432.  
illam scriptis suis laudaverant. Demetrias  
itaque annum plus minus quadragesimum  
aut quadragesimum quintum agebat, credi-  
derimque ipsam per id temporis Romam red-  
iisse. Nam Vandali infesto exercitu vasta-  
verant Africam; nec, opinor, Demetrias,  
quæ patriam reliquerat metu Gothorum,  
populante Genserico Africam in peregrina  
regione remansit. Res certe adeo feliciter  
Vandalo cessit, ut videatur in Africam ve-  
nisse tantum ut videret & vinceret: Hip-  
ponam & Cyrtham, quæ aliquandiu resti-  
terant, cepit; Carthaginemque ipsam expu-  
gnavit anno cccxxxix. Annales ecclesiastici  
& Leo ipse commemorant iis miserrimis  
temporibus hominum magnam turbam pro-  
fugisse in Italiam. Nec vereor asserere eam-  
dem esse Demetriadem quæ, postquam Gen-  
sericus Romam diripuit, Basilicis restituen-  
dis animum adjecit, & quæ via Latina ad  
tertium ab urbe lapidem Basilicam in me-  
moriam S. Stephani extruxit. Apportaverat  
scilicet ex Africa reliquias sancti hujus Pro-  
tomartyris, cujus corpus ab aliquot annis  
inventum divinitus fuerat; exinde ejus reli-  
quæ toto orbe in honore erant, sed præ-  
sertim in Africa nomen Stephani venera-  
bile, ex quo Orosius Historicus ossa aliquot  
in hanc provinciam devexerat. Demetrias  
itaque sanguine & nobilitate clara, nobilior-  
que virtutibus, facile innotuit Leoni, qui  
cum ea amicitiam contraxit, cum eoque  
sancta Virgo communicavit epistolam Pe-  
lagii quo tempore vulnus recruduerat. Id-  
circo cœpit ille altera ad eandem epistola  
emendare Hæretici errores: & quanto ma-  
gis vires humanæ voluntatis, posthabita  
Christi gratia, Pelagius extulerat, tanto  
magis fatagit Leo labem voluntati hominis  
per peccatum illatam detegere, profligatas-  
que liberi arbitrii ad bonum vires ostende-  
re, quibus reparandis gratia Christi pretio  
sanguinis comparata sola idonea est. Sic do-  
cuit Virginem humiliter & modeste de se  
sentire, & Christi merita tanti parta, tan-  
tique nobis data non flocci æstimare.

Circa annum 430. vel 431. indistincta for-  
Cur Cas-  
san jam Synodo Ephesina; cum Nestorius siano scri-  
in Oriente dogma suum propagaret, modo bendi con-  
per susurros, modo per litteras, modo per tra Nesto-  
publicos ad populum sermones, Cælestinus rium Leo  
PP. nihil in Occidente omittebat, quod ad auctor  
nefariam hæresim citius opprimendam con- fuerit.  
ferre posset. Leo Cælestini sollicitudinem  
opera sua & industria, quantum poterat,  
adjuvabat: intelligensque non solum aucto-  
ritatem seu Imperatorum, seu Pontificum,  
hæreticorum malitiæ opponendam; sed &  
eorum scripta scriptis idoneis destruenda:  
Joannem Cassianum adhortatur ut pro In-  
carnatione adversus Nestorium scribat. Mul-  
ta

EDITORUM ADNOTATIONES.

7 Epistolam quoque ad Demetriadem Leoni adimemus in Observ. ad Dissert. IV.

AN. CH. 431.  
432.  
Holstenius  
Præf. in  
Regulas  
Monachor.  
cap. 3.  
H. De No-  
ris Hist.  
Pelag. lib.  
2. cap. 1.

ta Leonem impulerunt, ut Cassiani imprimis manum & industriam advocaret. Erat quidem ille vel Scytha, ut multi scribunt, vel Gallus, ut Holstenius & Norisius multis probant; sed in Oriente educatus, ubi hæresis hæc invaluerat, discipulus Diaconusque S. Chrysofomi, quem pietas cum singulari conjuncta doctrina, memoriaque recens peractæ in exilio vitæ celebrem non modo fecerant, sed & eos qui ejus disciplinam documentaque hauserant. Erant præterea Joanni Cassiano suæ animi ingenitque dotes eximiæ, sacrarum litterarum notitia haud vulgaris, pietatis sanctitatisque fama per Orientem juxta Occidentemque celebrata. Erat quoque Ægypti Syriæque Eremotus: & si forte Nestorianismi virulentia speluncas aliquot Monachorum attigerat, depellere morbum poterat. Adde quod acta Massiliæ vita, conditaque Monasteria, vitæ asceticæ institutum, concursus piorum doctorumque hominum, qui vitæ arctioris desiderio illecti ad eum confugerant, illum per Occidentem clarum reddiderant. Quid dicam scripta utilia Christianis, quæ haud mediocrem Cassiano laudem pepererant, & magnorum hominum conciliarant amicitias, Leonisque præcipue Archidiaconi, qui rem utilem Ecclesiæ credidit, si Cassianus Scripturarum doctrina, sanctorumque Patrum traditione invalescentem jam hæresim penitus jugularet?

Denique Cassianus, ut diximus, Ecclesiæ CP. Diaconus erat, sanctique Joannis Chrysofomi discipulus, cujus propterea doctrina tamquam a suo Chrysofomo hausta, acceptissima futura erat civibus clerique Con-

stantinopolis. Sed & noverat Nestorianos plurimum sibi spondere præsidii ex Pelagii reliquiis, quos ut a spe sua deiceret, Cassianum illis opponere voluit 8 Semipelagianorum antesignanum, qui simul & Nestorianos Nestorianorumque fautores Pelagianos exagitaret, & semet ipse ab eorum communione ac doctrina longius removeret. Quæ cum attentius considero, facile persuadeor Cassianum, sive Prosperi, sive Leonis victus scriptis ad sanio rem mentem jam tunc rediisse, aut saltem sensa sua aliquandiu silentio pressisse. Fas enim non est credere eum hæreticis a Leone objiciendum esse, nisi catholice in omnibus sentiret, omnemque adversus Augustinum deposuisset suspicionem: & revera eum in libro suo de Incarnatione impense laudat, magnisque accenset Ecclesiæ magistris.

Scriptit igitur septem libros de Incarnatione, quos Leoni dedicavit, ut testatur epistola, quam operi suo præfixit: ubi Leonem suspiciendam caritatem suam, nec non Romanæ Ecclesiæ ac divini ministerii decus appellat; quam epistolam his claudit verbis: *Tua ergo hæc res, tuum negotium, tui pudoris opus est: ora & obsecra; ne imperitia mea periclitetur electio tua, & opinioni tantæ nobis non respondentibus, etiamsi ego per obedientiam veniam bene pareo, tu tamen per inconsiderantiam judicii male imperasse videaris.* Quæ verba satis testantur quod in pretio erat Romæ Leo, quem Cassianus annis gloriaque cumulatus honorificis adeo sermonibus prosequitur, cujus preces & adhortationes pro imperio erant.

AN. CH. 431  
432  
8

Joannis  
Cassiani ep.  
ad Leonem

ANNUS SIXTI III. THEODOSII 26. THEODOSIO XIV. ET  
CHRISTI P A P Æ VALENTINIANI 9. ANICIO MAXIMO  
433. 2. IMPP. COSS.

Leo Six-  
tum Pa-  
pam de-  
fendit.

Cælestinus PP. anno 432. e vita decedens Romanam sedem Sixto III. reliquerat. Post unum vel alterum, ut videtur, Pontificatus annum, Anicius quidam Bassus Exconsul, opibus & potentia odia sua metiens, Sixtum accersit stupri illati Virgini consecratæ, fædaque calumnia Valentinianum Augustamque ab ejus communione segregat, magnam præterea potentum, Cleri, populique partem in Pontificem per fas nefasque concitat. Leo Diaconus tam certus calumniæ, quam fidens innocentiam Pontificis, Sixtum non modo non Tom. II.

fugere, sed illi patrocinari & publice deprecari innocentiam. Tum ecce Leo, ut Acta Concilii Romani pro purgatione Sixti PP. cap. 4. & 5. cta referunt, si delicta mea contra me sunt, quare probatio non fit? Res æqua visa est. Valentinianus illico Senatam & populum, Sixtus Clerum congregat. Omnes aderant in Basilica Heleniana. Tum Pontifex hæc conversus ad Valentinianum: *Intrent qui separaverunt Filium a Matre, & comprobent universa velamina cordis sui. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo Diaconus, & dixit: Justa petitio, non abscondatur.* Sixto res bene feliciterque cessit E e 2 suf-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

8 Hæc conjectatio omnino gratuita est. Romanis Semipelagianos haud cognitos scimus, nisi postquam S. Prosper S. Augustini doctrinam adversus ipsos vindicaturus, an. 431. Romanam accessit. Hoc autem anno Cassiani libri de Incarnatione contra Nestorium editi fue-

runt. Leo igitur cum ab eo ante aliquanto, nimirum anno saltem 430. hoc opus petiit, Semipelagianismum ipsius detexisse nullo documento probabitur: tantum abest ut hoc opus eo consilio, quod Quesnellus ingerit, eidem commississe affirmari queat.

AN. CH.  
433.

suffragante Leone: nam a calumniis vindicatus est, & accusatores rei calumniarum convictique a sacris prohibiti sunt. Hæc

ex Actis Synodi Romanæ r valde depravatis, & quibus vix aliquam fidem habere velis.

AN. CH.  
433.  
I

ANNUS  
CHRISTI  
439.

SIXTI  
PAPÆ  
8.

THEODOSII 32.  
VALENTINIANI 15.  
IMPP.

THEODOSIO XVII.  
ET FESTO  
COSS.

I.  
Leo Julia-  
ni Pela-  
giani insi-  
dias rete-  
git.

Quid per totum septennium ab ineunte Sixti Pontificatu egerit Leo noster, Ecclesiæ Annales non produunt; si illam, quam modo retulimus, Pontificis defensionem ab eo susceptam excipias. Sed quin magna Ecclesiæque admodum utilia egerit vir ad Ecclesiæ victoriam, ut Patres Calchedonenses loquuntur, præparatus, dubitare non sinunt, quæ ad annum 439. referuntur in Prosperi Chronico.

Res igitur hoc anno contigit, quæ testatur, quibus odiis Leo noster tum alios hæreticos, tum maxime Pelagianos insequeretur. *Hac tempestate*, inquit Prosper in Chronico, *Julianus Eclanensis jactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi Episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis speciem præferens, molitus est in communionem Ecclesiæ irreperere. Sed his insidiis Sixtus Papa Diaconi Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit: & ita omnes Catholicos de reiectione fallacis bestie gaudere fecit, quasi tunc primum superbissimam hæresim apostolicus gladius detruncasset.* Quæ fuerit Leonis prudentia atque sagacitas, eventus comprobavit. Fallax enim hæreticus iterum Ecclesiam per-

turbare aggressus est, & stylo impetere Christi Servatoris gratiam; ut clarum fuerit ipsum tunc aliud pectore alere, aliud ore profiteri.

Interea tumultus militares Imperium premebant. Aetius Albinusque duces exercitus Romani in Galliis diffidebant; odiaque eruptura erant ad bellum intestinum, si foverentur, & prope impendebat ruina Imperii, obstrepentibus undequaque Barbaris, intransitibusque provincias signis infestis. Quæritur imminenti malo remedium: occurrit Leo Archidiaconus, qui reconciliare animos ducum posset. Vir erat prudentiæ singularis probatæque rerum experientiæ, negotiis perficiendis idoneus, neutri contentium partium invisus, gratus ambobus, aut sermonum vi, qua pollebat, persuadere pacem, vel auctoritate nominis iram animorum frangere poterat. Retinebatur quidem Romæ rebus Ecclesiæ; sed, ut ipse loquitur, *absentem fecit longæ peregrinationis necessitas.* Adiit exercitum, cum ducibus de obliterandis injuriis egit, monuit ne bella cicerent intestina, dum hostis ad fores fremeret, tantumque valuit, ut animos sapientia placare, & gratiam inter duces posset reconciliare. Hoc postremum Diaconi Leonis opus fuit.

II.  
Leo Ro-  
mani e-  
xercitus  
duces re-  
conciliat.

ANNUS  
CHRISTI  
440.

LEONIS  
PAPÆ  
I.

THEODOSII 33.  
VALENTINIANI 16.  
IMPP.

VALENTINIANO V.  
ET ANATOLIO  
COSS.

I.  
Sixti Papæ  
obitus.  
I

INTERIM Sixtus diem obiit r Calendis Aprilis, ut Prosper chronographus scribit. Tum reipublicæ christianæ opus erat

summo Pontifice, qui Christianorum contentiones auctoritate & sapientia componeret, eo præsertim tempore quo res Ecclesiæ

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

r Hæc Acta non solum valde depravata, sed prorsus supposititia demonstrantur a P. Constantio tom. I. Epist. Rom. Pontif. in Appendice pag. III.

i Sixtum tertium Calendis Aprilis obiisse Prosper non tradit, ut idem Quesnellus pervidit & monuit §. 12. ad an. 461. n. I. Neque auctor Pontificalis in sincerioribus codicibus eandem diem signat. Nos vero Sixtum III. excessisse die II. Augusti ex nostro vetustissimo Sacramentario probabilius collegimus adnot. 23. in §. 33. mensis Septembris. Cum porro post Sixti III. obitum *quadraginta amplius diebus* Romana Ecclesia Leonis adven-

tum expectaverit, ut Prosper testatur; hujus ordinationem diei 29. Septembris, quæ anno 440. erat Dominica, assignandam credimus. Hac enim die singulis annis sub S. Leone Episcoporum conventus habebatur ex ep. 16. c. ult. In die autem anniversaria ordinationis Romanorum Pontificum episcopalem conventum celebrari consuevisse discimus ex Serm. 2. cap. 2. & ex aliis testimoniis, quæ in admonitione præmissa Serm. I. indicata invenies. Confer laudatam adnotationem in Sacramentarium, ex qua hæc dies ordinationis Leonis non modicum confirmatur.



AN. CH. 440. *sic turbatissimæ erant, seu saviente hæreticorum furore, seu discordiis plusquam civilibus lacerantibus Ecclesiam, seu corruptela vitioque grassantibus, sive Barbaris distrahentibus Imperium.*

In ea itaque rerum perturbatione, cum tot mala, veluti facto agmine, Imperio Ecclesiæque incumberent, ad cumulumque accederet mors Sixti PP. Roma viduata Pontifice in luctu versabatur. Deus tamen providit ne quid detrimenti pateretur Ecclesia, suscepto in locum Sixti Leone, cui par summa pietati doctrina, explorataque multos annos ecclesiasticæ rei administratio: adeo ut Romani non viderentur Præsulem amisisse. Quando electus est, profuit Leoni, quod raro accidit, tum abuisse Roma: nam & eo ardentioribus votis quæsitus est quod abisset, & certum fuit meritis non ambitu adisisse Pontificatum. Unde Leo ipse, *In humi-*

*Serm. I. in Natali sui. litate nostra, inquit, memor fuit nostri Dominus, & benedixit nobis, qui fecit mihi mirabilia magna solus.*

*Prosper Aquit. in Chron.* Sanctus Prosper scribit Sixtum Calendis Aprilis decessisse. Quo, inquit, defuncto quadraginta amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atque patientia adventum Diaconi Leonis expectans, quem tunc inter Aetium & Albinum amicitia reintegranda caussa Gallia detinebant. Nec ipsa reditus mora sine laude fuit, quasi, ut ait idem S. Prosper, *ideo\* longius esset abductus, ut electi meritum & eligentium iudicium probaretur.*

II. Continuo legatio honorifica ad eum missa est, ut totius Cleri suffragia, voluntatemque populi Romani, omnium bonorum vota cognosceret, rogareturque omnium nomine ut reditum maturaret, Ecclesiamque sua præsentia solaretur. Etsi Leo ab honoribus longe erat alienus, paruit tamen: nam repudiare munus, quod non ambierat, obsequi Deo non erat; & fugere Pontificatum per speciem virtutis, prodere erat Ecclesiam, & quasi sedem direptioni dare: qui erant tunc temporis ambitus quorundam hominum, hæreticorumque molitiones, qui oculatum vigilantemque Episcopum reformidabant. Venit itaque Romam, & acclamatione populi totiusque Cleri lætitia exceptus, tandem ordinatus est Episcopus Romanæ Ecclesiæ. Igitur, pergit Prosper, *Leo Diaconus legatione publica accitus, & gaudenti patriæ presentatus, quadragesimus septimus Romana Ecclesiæ Episcopus ordinatur.*

*Prosper in Chron.*

III. Sed quam pias cogitationes sanctosque motus conceperit, quando ad summum Ecclesiæ culmen evectus est, operæ pretium paucis addiscere. Afficiebatur quidem gaudio, non, ut plerumque fit, quod potentiolem Cathedram nactus orbi christiano immineret; sed quod pluribus famularetur inserviretque; quasi alii honorem sibi detulissent, ipse laborem caperet. Id ipse testatur: *Non tam præsidere, inquit, quam servire gaudeamus.* Aliud lætitiæ argumentum erat, quod multa sibi condonata intelligeret, seque vel immeritum pluribus bonis cumulatam es-

*Serm. IV. nunc v. in Assumptione sua, c. 5.*

se, quo vehementius Deum amaret: *Vera mihi in gloriam Dei caussa est lætandi, qui mihi, ut a me multum diligeretur, multa dimisit: & ut mirabilem faceret gratiam suam in eum munera sua contulit, in quo meritorum suffragia non invenit.* Sed retinebatur gaudium illud metu peccandi in tanta negotiorum turba, & magnitudine muneris, quod innumeris sciebat esse obnoxium periculis. Ipsa, inquit, *operis magnitudo creberrima est offensionis occasio.* Neque timor ille inertis pusillique animi erat, adeo ut laborem reformidaret; sed prudentis providique gubernatoris, qui vasta maria cogitans, periculaque reputans animo, fugit quidem regimen, quoniam se imparem casibus putat, & tamen a clavo manum non amovet, & non tam sua fidens industria, quam bono siderum influxu, per fyrtes & per brevia navim securus circumducit. *Domine, inquit, audivi auditum tuum, & timui; consideravi opera tua, & expavi: quid enim tam insolitum, tam pavendum, quam labor fragili, sublimitas humili, dignitas non merenti? Et tamen non desperamus, neque deficimus: quia non de nobis, sed de illo præsumimus, qui operatur in nobis.* Trepidabat itaque periculo proximus, sed fidens Dei auxilio regere Dei populum aggressus est: *Etsi enim, inquit, necessarium est trepidare de merito, religiosum tamen gaudere de dono: quoniam qui mihi\* oneris est auctor, ipse mihi fiet administrationis adiutor: & ne sub magnitudine gratiæ succumbat infirmus, dabit virtutem qui contulit dignitatem.*

Nihil igitur sibi tribuens, sed omnia bona auctori Deo accepta referens, & virtute & nomine Christi, quem non modo ovium custodem, sed Pastorem pastorum esse sciebat, rem christianam summo studio promovebat; hunc sibi non defuturum ratus, qui ad consummationem sæculi nobis adfuturum pollicitus est. *In hac ergo materia trepidationis, inquit, quæ nobis esset dependendæ fiducia servitutis, nisi non dormitaret neque obdormiret qui custodit Israel; nisi dignaretur non solum custos ovium, sed ipsorum etiam Pastor esse pastorum .... quandoquidem pie & veraciter confitemur, quod opus ministerii nostri in omnibus quæ recta agimus, Christus exequitur, & non in nobis, qui sine illo nihil possumus; sed in ipso, qui possibilitas nostra est, gloriamur.* Illa modestiæ, humilitatis, sui que diffidentis argumenta sunt: ecce grati in Deum animi specimen. Divina in se merita sæpe revolvens animo palam hæc & publice prædicabat: & si quando de assumptione sua ad Pontificatum concionabatur, audientium animos oraque populi sollicitabat ad reddendam gratæ suæ mentis significationem, imparem se tot beneficiis reputans. *Laudem Domini loquatur os meum, & nomen sanctum ejus anima mea ac spiritus, caro & lingua benedicat: quia non verecunda, sed ingrata mentis indicium est, beneficia tacere divina; & satis dignum est a sacrificiis dominicæ laudis obsequium consecrati Sacerdotis*

AN. CH. 440. *Serm. I. nunc II. in Assumpt. sua.*

*Serm. IV. nunc v. in Assumpt. sua, c. 11.*

*Serm. II. nunc III. in Assumpt. sua, c. 1.*

*Serm. I. in Assumpt. sua. \*Al. honoris.*

IV. *Timor & fiducia Leonis onus episcopale subeuntis.*

*Serm. IV. nunc v. in Assumpt. sua, c. 11.*

*Serm. I. in Assumpt. sua.*

AN. CH.  
440.

*tis inchoare: quia in humilitate mea memor fuit nostri Dominus, & benedixit nobis, quia fecit mihi mirabilia magna solus, ut presentem me cerneret vestrae sanctitatis affectio, quem fecerat necessitas longe peregrinationis absentem. Et iterum: Magnificate, dilectissimi, Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in invicem, ut tota ratio solemnitatis hodierna ad laudem sui referatur auctoris.* Hæc gratitudo beneficentiæque divinæ memoria accendebat vehementer sanctum Præfulem ad amorem in Deum, ad eaque suscipienda, quæ e re christiana esse ducebat, nec ullis umquam laboribus aut periculis a sancto illo proposito deterritus est.

Sed enim omnes virtutes, quibus quasi tot sideribus ejus Pontificatus præfulsit, commemorare singulas longum est, nec tam hujus loci quam totius hujus operis; qua vigilantia gesserit Pontificatum, qua sedulitate & constantia Ecclesiam administraverit, quam egerit prudenter, quot bella adversus hæreticos confecerit feliciter, quot labores pro christiana & publica re pertulerit, quam prope perditis deploratisque rebus non cesserit, stylo persequi ardui laboris est. Hæc antequam qualitercumque expediam, breviter dicere aggredior quam tristitia fuerint tempora, cum Pontificatum Leo assumpsit, magnum certe attritis rebus Ecclesiæ & Imperii præsidium.

Postquam Theodosius senior vita decessit, Barbari vel atatem, vel socordiam posteriorum Principum despectui habentes, velut torrens ruptis repagulis Romanum Imperium invaserunt. Præfecti, quibus tutela Principum & Reip. cura erat, tum mutuis odiis certare, & æmulatione potentiæ, externa injuriæ locum facere. Gothi Alarico duce Romam ceperunt. Exinde seu urgente fato imperii, seu ulciscente Deo vitia mortalium res ire in deterius; Barbarorum examina irruere in Provincias, & prout quisque plus ferro aut copiis valebat, regiones devastare; pulsos vel subactis incolis, in quæ inciderant loca sedes ponere & ex laceris Reip. partibus nova regna condere. Etsi per ea tempora Persæ, Sarraceni, Zanni, Isauri, Hunnique Orienti immincbant; fœda tamen hæc tempestas in primis Occidenti incubuit Britannia vexata Pictorum Scotorumque incursionibus, Franci trajecto Rheno sedes in Galliis posuerunt, Burgundiones Ararim Rhodanumque infederunt, Novempopulaniam occupant Gothi, cum ea parte Hispaniarum quæ magis ad Pyrenæos pertinet. Hæc quidem sub Honorii Principatu. Nec felicior Valentiniiani quam patrii fortuna fuit, nec promptior animus ad refarcienda Reip. damna. Etsi Aetii ducis virtute videbatur Occidentis Imperium movere humeros, tamen obtrectatio, invidia, intestinaque ducum odia prope magis noxia Reip. quam barbarus & multiplex hostis. Ad hæc recens Littorii clades strenui ducis, qui Aetium virtute & rei bellicæ fama prope adæquabat. In eo statu erat occidentale Imperium.

Verum nec quietior Ecclesiæ res erat. AN. CH. Barbarus non minus fidei catholicæ quam 440. Reipublicæ Romanæ infensus. Burgundio, VI. Gothus, & Vandalus, Arianismo imbuti vi Qualis Ecclesiæ facies iisdem temporibus. & armis cum Imperio fidem labefactabant. Nec modo foris hostis ingruebat, domi invalescebat hæreticorum audacia, dumque res turbidæ erant, velut cancer hæc labesilæsas partes vitiabat. Orientem infestabant Nestoriani, & ex capite eliso multa renascebantur. Manichæorum impietas nondum extincta tot plagis quas acceperat, reparatis viribus infestabat Occidentem. Quid referam Priscilliani monstra, quæ iterum terrebant Hispanias? Adde Pelagianorum pravitatem, quæ novo auspice Juliano jamdiu vexabat Ecclesiam. Hic novis artibus, eloquentiæ viribus, ingenio, & industria bellum asperum redintegravit, horumque soboles infausta Semipelagiani, quorum doctrina eo nocentior, quo vita sanctior austeriorque vivendi disciplina; malumque immedicabile quod mentem lædit, dum titillat. In eo rerum statu erant Ecclesia Imperiumque cum Leo Pontificatum adeptus est. Sed instabat aliud malum longe gravissimum Eutychetis audacia, ad quam potissimum reprimendam divinitus Leo ad hoc Ecclesiæ culmen evectus est, ut ibi tamquam in specula & propugnaculo staret adversus imminentem hæreticum. Tunc enim Deus, sicut olim, provisum consultumque Ecclesiæ voluit quoties religioni tempestas favior impendebat. Sic Athanasius columen fuit catholicæ doctrinæ, bacchante Arianorum furore. Sic nuper Cyrillus Alexandrinus, dum Nestorius turbaret Ecclesiam. Sic Augustinus contra Pelagianos Manichæosque invictus pro religione stetit. Sed Leonis certamina victoriasque infra describemus, mirabimurque quod non impar tot hostibus imperium Christi tam fortiter defenderit.

Leoni Episcopo prima cura fuit asciscere VII. sibi homines eruditione & doctrina præclaros, rerum ecclesiasticarum peritia & morum integritate insignes, quorum consiliis Leo viros doctos pioque sibi adsciscit. rem gereret, eosque paratos ac intentos haberet, ne falleretur eorum pravis artibus, qui rem Ecclesiæ ex commodo æstimant, & quod fere fit, sacra profanaque juxta questui habent. Inter eos, quos in partem laborum assumpsit, Prosper Aquitanus primas obtinebat (doctissimum illorum temporum Scaliger appellat) jam notus orbi christiano: nam ut gratiæ Christi defensor, Augustini doctrinæ studiorumque heres, Pelagianismi reliquias stylo persequeretur. Jamdudum Leoni carus, ex quo sub Cælestino Romam Prosper venit, ut adversus hostes Augustini Romanum Pontificem concitaret. Leoni Prosperoque non deerant, quæ vulgo amicitiarum sunt vincula, mirabilis animorum ingeniorumque concentus, studia eadem ad promovendas res Ecclesiæ, utriusque summa pietas doctrinaque singularis. Erat Leo in Galliis cum electus est Episcopus, ut dictum est: Prosperum secum adduxisse mihi facile persuaserim, ut illi ceter,

AN. CH. 440. *AN. CH. 440.*  
 fet, sicut olim Hieronymus Damasus, a consiliis epistolisque. Plurimum certe Leonem re & opera Prosper iuvit, præcipue adversus hæreticos, quibus clanculum & per cuculos fidem catholicam oppugnare statutum.

VIII. Leo publice concionatur ad populum.  
 argumentum fuit in Leone, quod statim atque in pontificali specula positus est, plebem sibi commissam non vitæ solum exemplo excitare, sed proprii etiam oris officio erudire aggressus est. Immo primus omnium Romanorum Pontificum istud muneris in se recepit, si qua Sozomeno fides, cum hæc scribit: *In eadem urbe (Roma) nec Episcopus, nec alius quisquam in Ecclesia populum docet.* At 2 Sozomeno hac in re assentiri vix ac ne vix quidem possumus.

2  
 ἵτε δε ο επι-  
 σκοπος, ἵτε  
 ἄλλος τις, ἐπ'  
 ἐκκλησίας ἐρ-  
 θάδε διδάσ-  
 κωι.  
 Sozom. lib. 7. cap. 19. An primus in Ecclesia Romana docuerit populum. S. Gregorius magnus Registri lib. 1. epist. 14. Lib. 1. de vita contemplat. cap. 20. IX.

Primum enim quales Episcopi, qui docendi munere, quod omnium præcipuum est, sese abdicant? *Præconis officium suscipit*, inquit Gregorius Papa I. *quisquis ad sacerdotium accedit.* Et ut Leoni coævus in Ecclesia aut suppar Julianus Pomerius scribit, *quicumque alius perierit, quem nulla docendi necessitas manet, solus pœnas sui sceleris dabit; ille autem, cui dispensatio verbi commissa est, etiam si sancte vivat, & tamen perditæ viventes arguere aut erubescat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierint, perit.*

2. Hoc ante Leonem usitatum esse a Pontificibus Romanis persuadet 3 sermo Leonis LXXXII. habitus in Natali septem Fratrum Machabeorum, ubi Sixti III. prædecessoris sui laudes prolequens, eos loquendi modos

usurpat, qui publice edoctos a Sixto Pontifice Romano significant. *Magnificus*, inquit, *structor parietum, sed magnificentior ÆDIFICATOR ANIMARUM ultra ævi sui terminos opera pietatis extendens: ut utilitatibus INSTITUTIONUM ejus etiam in ipso frueretur devota posteritas, & habitando quod condidit, & faciendo quod DOCUIT.* De publicis & solemnibus sermonibus ad populum habitis hæc intelligi puto, *adificator animarum: institutionum ejus utilitas: docuit.* Publice enim populum non moneret, ut revocaret in memoriam tradita sibi a Pastore suo documenta, si hæc paucis tantummodo & intra privatæ domus secreta effudisset. *Omnia ergo, inquit, dilectissimi, quæ oculis cernitis & mente meministis, ad profectum vestræ adificationis assumite.*

X.  
 3. Multoties Leo officii sui esse dicit sermonem habere ad populum, sibi que metuit imputari ad culpam, si huic ministerii sui partem defuerit. Serm. III. de Epiphania: *Tamen ut nostri nihil desit officii, loqui de eadem festivitate quod Dominus donaverit audebo.* Serm. VII. de Passione, c. I. *Non ita, inquit, mihi divini operis consideranda est magnitudo, ut vel diffidam DE SERVITUTE QUAM DEBEO: cum sacramentum salutis humanæ non liceat taceri, etiamsi nequeat explicari.* Serm. XI. NON EST LIBERUM Sacerdoti in tanto divini misericordie sacramento fidelis populi auribus subtrahere sermonis officium. Serm. II. de Resurrectione, cap. I. *Adjiciendum est etiam nostri sermonis OFFICIUM, ut sicut pia expectatione REPOSCERE VOS CONSUETUDINIS DEBETUM*  
*sen-*

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Sozomenum Romanæ disciplinæ parum peritum demonstrant, quæ de Presbytero pœnitentium confessionibus excipiendis apud omnes Occidentales ac præsertim apud Romanam Ecclesiam præposito tradit lib. 7. c. 16. ut in notis probat Henricus Valesius. Errasse autem manifeste, cum lib. 5. c. 39. scripsit, Romæ nec Episcopum, nec quemquam alium populum docere, si id generatim intelligendum sit, testimonia a Quesnello subjecta evincunt, quibus addi potest Prudentius, in hymno II. de Coronis, ubi Romanam S. Hyppoliti basilicam describens, summum Pontificem consuevisse ad populum fermocinari testatur.

*Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal*

*Tollitur: Antistes prædicat unde Deum.*

Idipsum etiam confirmatur ex nostro vetustissimo Romanæ Ecclesiæ Sacramentario, quod initio hujus tomi edidimus, in quo mense Julio §. XVII. Missa IX. oratione ultima habetur: *Tui sunt, Domine, populi, qui ministerium nostræ vocis expectant.* Si hoc expectabat populus, Romani utique Pontifices prædicare solebant. Et mense Septembri §. XXIX. in Natali Episcoporum Missa VII. *Da nobis, quæsumus, & exercere quæ recta sunt, & prædicare quæ vera, ut instructionem gratiæ tuæ præbeamus & agendo tuis fidelibus, & docendo.* Si vero hæc Sozomeni propositio restringenda credatur ad solum diem Paschatis, ut secundus

curis Quesnellus censuit (vide infra n. XII. circa medium) nullum, quod nobis adhuc innotescat, monumentum editum est, quo id quoque falsum convinci queat. Num vero hæc Quesnelli interpretatio obvia sit, & contextui congrua, nonnulli fortassis dubitabunt. Unum hic addemus, nihil movere debere Cassiodorium Romanarum rerum peritum, cui tribuitur Tripartita Historia, in qua hoc Sozomeni testimonium descriptum legitur. Cum enim in Tripartita edenda Cassiodorii consilium fuerit, ecclesiasticam historiam ex tribus Græcis Scriptoribus ab Epiphano Scholastico latine redditis compactam Latinis proponere, nihil in versione Epiphaniæ emendavit; sed ipsa literaliter ipsius versione usus est. Hinc quæ ex Sozomeno in Tripartita recitantur, nihil ex Cassiodorio auctoritatis acquirunt, sed tota fides est penes Sozomenum, cujus interpretationem ab Epiphano conditam Cassiodorius intactam reliquit. Vide quæ hac de re Quesnellus animadvertit Dissert. VI. n. 16. ubi errorem de jejuniis diei Sabbati apud Romanam Ecclesiam in Socrate detegit, qui tamen in Tripartita verbis Socratis latine redditus receptus legitur.

3 Hunc sermonem a Leone abjudicavimus, & Augustino vindicatum in Appendicem rejecimus, ac propterea pro concionibus Romani Pontificis adstruendis testimonium ex eo excerptum nihil probat.

AN. CH.  
440.

*sentio, ita solemnitati sacratissima lectionis subjungatur exhortatio Sacerdotis. Non ita profecto loqueretur Pontifex, nisi longo usu ac consuetudine firmatum invenisset in Ecclesia Romana prædicandi morem.*

Conc. Tri-  
dent. sess. 5.  
de Ref. c. 2.  
& sess. 23.  
cap. 1.

4 Sanctus Leo scribens ad Maximum Antiochenum & ad Theodoritum diserte affert: *Non permittendum ut quisquam extra sacerdotalem ordinem constitutus gradum sibi prædicatoris assumat. Cum in Ecclesia Dei omnia ordinata esse conveniat, ut in uno Christi corpore & excellentiora membra suum officium impleant, & inferiora superioribus non resultent.* Quod decretum cum ab Antiocheno Episcopo omnibus diocesis suæ Metropolitanis atque Episcopis notum fieri vellet, indicium est hoc semper ab omnibus Episcopis per universam Ecclesiam observatum esse, ut ipsi verbo Dei gregem Christi pascere satagerent: nec alioqui eum putasse suum ab Episcopo officium implevi, nisi prædicationis obiret munus, si legitime impeditus non fuerit.

XII.  
Sermo Li-  
berii Papæ.

5. Sozomenum falsi redarguit sermo Liberii Papæ, quem totum descripsit B. Ambrosius lib. 3. de velandis virginibus, habitumque esse tradit in Basilica sancti Petri die Natalis dominici ad ipsius Ambrosii sororem Marcellinam, quæ tunc virginitatem cum aliis nonnullis profitebatur. Quod enim obijciunt aliqui, non fuisse sermonem ad populum, sed exhortationem dumtaxat ad Marcellinam, allocutionemque privatam, præter consuetudinem Romanæ Ecclesiæ: quis non videat hoc gratis dici, & solum negando exsufflari? Quid enim desideratur, ut solemnitas dicatur hic sermo? Habitus est in Basilica sancti Petri, in qua omnia Pontificii sui munia obibant Romani Episcopi: habitus est in maxima Natalitii dominici solemnitate: habitus est coram ingenti ac numerosa plebe, quem gemina festi dominici & consecrationis virginum solemnitas in Basilicam acciverat: cui etiam interfuit Bononiensis Episcopus. Quid amplius requiritur? Contra consuetudinem porro Ecclesiæ suæ egisse Liberium in tanta solemnitate, in tanto plebis concursu, in tam augustæ Basilicæ luce, qui dixerit, haud scio an satis Liberii honori consulat. Probabile magis est hoc ex Ecclesiæ suæ more Pontificem egisse, eumque occasione consecrandarum virginum, post maximam sermonis partem, quæ de mysterio Natalis Domini erat, pauca tantummodo subjunxisse ad virgines. Clarum est enim non esse integrum hujusmodi sermonem apud Ambrosium, qui ea solum scriptis suis inseruit, quæ subjectæ tunc materiæ congruebant, & sorori suæ accommodata erant.

6. De Zephirino Papa antiquiorem adhuc testem adduco Tertullianum, ex quo id saltem certum habemus, in reconciliatione pœnitentium Romanos Pontifices concionem ad populum habuisse: in libro enim de Pudicitia quem jam ab Ecclesia catholica alienus conscripsit, Zephirinum Papam inducit fideles in gratiam pœnitentium ad mi-

sericordiam commoventem: ita cap. 13. *Et tu quidem pœnitentiam maschi ad exorandam fraternitatem in Ecclesiam inducens ... in eum hominis exitum quantis potes misericordie illecebris bonus Pastor & benedictus Papa concionaris, & in parabola ovis capras tuas quaris &c.* Falsum est igitur quod ajunt, nullum sermonem Leonis antiquiorem reperiri, qui a Romano Episcopo habitus sit. Quod etsi verum esset, non inde tamen roboris plurimum caperet Sozomeni sententia. Cum enim nullum Mediolanensis alicujus Episcopi, aut Arelatensis, aut Ravenensis, aut Hipponensis sermonem habeamus dictum a prædecessoribus Ambrosii, Hilarii, Petri Chrysologi aut Augustini: quis propterea dixerit nullos istarum Ecclesiarum Episcopos his, quos recensui, ætate superiores sermonem ad populum suum habuisse? Satius est igitur fateri hallucinatum esse Sozomenum falsique rumulculis deceptum; vel cum sancto Gregorio Magno dicendum: *Sozomeni historiam Sedes Apostolica suscipere recusat, quoniam multa mentitur.*

Greg. Reg.  
epist. lib. 6.  
Ind. 15.  
epist. 31.  
ad Eulo-  
gium Alex.

Non alia tunc occurrebat animo ex ista difficultate evadendi via, cum primæ editioni incumberebam. Aliam quarto post anno sibi fecit in Præfatione ad novam Magni Cassiodori editionem vir doctissimus Joannes Garetius Congregationis Benedictinæ S. Mauri alumnus. Auguratur videlicet in locum Cassiodori sui ex Sozomeno deceptum mendam irrepisse, auguriumque suum Codicis Santheodoriciani suffragio roborat, ubi pro verbo *docet*, legitur *dicit*. Quæ quidem lectio, inquit, alium omnino ac verissimum sensum efficit. Ibi enim de cantico Alleluja agit Cassiodorus in hunc modum: *Apud Romanos in uno quoque anno semel psallunt Alleluja primo die Paschæ, ita ut Romani pro juramento habeant ut hunc hymnum audire mereantur. In qua Ecclesia (subjungit continuo Tripartita) neque Episcopus, neque actor quisquam coram populo dicit, supple illud primum Alleluja paschale.*

Conjecturæ lubens subscriberem, nisi veritas obstaret. Ecquis enimvero hymnum illum dicit, si neque Episcopus, neque quisquam alter illum dicit coram populo? Ad quid audiendum concurrerent Romani, si neminem dicentem haberent? at vero unico fulcitur codice MS. sexcentorum fere annorum Tripartitæ historiæ. Sed quid hic inter tantos tot editionum Editorumque codices qua excusos, qua MSS. tam Tripartitæ historiæ quam Sozomeni, quem tandem fontem adire tutius est, quam rivuli umbram persequi? Quis enim asserere audeat corruptum fuisse Græci auctoris textum, tot criticis eruditorum virorum lucubrationibus vexatum, apud quorum neminem nulla umquam vel minima labis suspicione laboravit? Enimvero ut facile a genuina voce *docet* Latini interpretis, ad affinem *dicit* deflectere oscitans scriba potuit; ita a Græcarum vocum illis respondentium una

una ad alteram lapsus longe difficillimus. Quid igitur? Huic viri docti conjecturæ nostram illam de errante Sozomeno suspicionem anteferimus? minime. Sed novam, utraque posthabita, proferimus sententiam opinione ni fallor majorem. Certum enim mihi est de publica concione Sozomenum hoc loco scribere, sed paschali; scriptorifque verba sic explicanda: Apud Romanos quotannis semel cantari Alleluja primo Paschatis die: & ita solemnem illis esse sacri hujus cantici ritum, ut ad illud audiendum & psallendum omnes ad Ecclesiam confluerent, & multi etiam pro juramento ac voto haberent, ut hunc hymnum audire & canere mererentur. Quippe illa sacra Paschatis die solus hic brevissimus hymnus pro omni concione erat: cum in ea Urbe neque Episcopus, neque alius quisquam ad populum in Ecclesia congregatum illa die concionem haberet.

Hanc esse mentem Sozomeni, materiæ ipsius quam tractat, inspectio probat. Toto enim superiori capite quod est XVIII. de sola paschali festivitate sermonem habet: in præfenti vero seu XIX. & de Paschate plurima, & nihil nisi occasione Paschatis disserit, varias Ecclesiarum consuetudines hunc solum in finem referens, ut discrepantes olim in festivitatis istius die Ecclesias excuset, alias SS. Petri & Paulli, alias S. Joannis traditiones varias observantes. *Stultum enim, inquit ille, nec immerito, existimabant* (Episcopi) *consuetudinum causa ab se invicem separari eos qui in præcipuis religionis capitibus consentirent.* Post quæ subjicit varios Ecclesiarum usus, inter quos Romanum semel cantandi in Paschate Alleluja, aliosque subjungit ad illud festum non pertinentes: *cujus tamen causa, inquit caput claudens, in hunc de istis rebus sermonem sum delapsus.*

Sic intellectus Sozomenus non jam amplius dicendus est rem falsam de Romana Ecclesia scripsisse, ut antea senseram; neque etiam quærendum, ut quærit eruditus Garetius, *qui fieri potuerit ut Cassiodorus Sozomenum excerptens, ea quæ præcedunt & quæ subsequuntur prætermiserit, & illa tantum exscripserit, quæ falsa esse constantissime noverat.* Nam quæ vera sunt ea quæ excerptis, & verum non est cetera ab eo non fuisse excerpta, de illa nimirum consuetudine occasione Arii orta, ut apud Alexandrinos solus Episcopus concionaretur. Quid enim sibi volunt hæc superioris capituli seu XXXVIII. verba: *In Alexandria Presbyter non facit sermonem; & hæc res Tom. II.*

AN. CH. 440. *initium accepit ex quo Arius Ecclesiam conturbavit?* Hæc igitur non prætermisit, sed in caput superius transtulit Senator.

Porro quod tam verum sit Pontifices Romanos in die Paschatis sermonem ad populum habere non fuisse per ea tempora solitos, quam falsum est aliis temporibus non publice docuisse, cum Sozomenus sic intellectus asserat, nec alius scriptor contrarium umquam docuerit, non potest in dubium probabili aliqua ratione revocari. Præsertim cum nec Leonis nostri, nec alicujus ante sextum sæculum Pontificis Romani Sermones ulli paschales appareant. Nam quod duo Leonini huic solemnitati adscripti legantur in superioribus editionibus, erratum esse Editorum suo loco probavimus ex Sermonis utriusque contextu, allatis etiam rationibus, insuper auctoritate Hincmari Episcopi Remensis & Flori Lugdunensis, illosque non in paschali festivitate, sed sabbato sancto dictos fuisse demonstravimus. Vide Monitum utrique præfixum, & observa illam Romanæ Ecclesiæ consuetudinem ultra sexti sæculi initia me consulto non extendere, quia Homiliæ a Gregorio Magno in eadem solemnitate dictæ ad populum, rem aliter postmodum se habuisse manifestum faciunt.

Quid primo Pontificatus sui triennio egerit Leo noster pro Ecclesiæ rebus, scriptores silent, nec ex ullis ejus epistolis certo discimus. 4 Duas huic vacuo intervallo assignavimus, quas per id temporis scriptas esse plura mihi persuadent, ut fufius in notis expendimus. Populata superioribus annis Africa, ipsaque Carthagine a Wandalis capta anno 439. plurima hominum multitudo ad transmarina se contulit, vel fractis navibus imposita, ut narrat Victor Videntis, vel sponte immanitati Wandalorum se subducens. Mauritania Cæsariensis adhuc tum Romanis parebat, ex qua Romam plurimi commeantes Leonem monuerunt de ordinationibus illicite & contra statuta canonum in ea provincia usurpatis. Romæ tunc temporis versabatur Potentius Episcopus, ut puto, Africanus, cui ab urbe proficiscenti Leo curæ suæ vicem commisit, ut de Episcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret. Qui & epistolam a Leone accepit ad Africanos perferendam, quæ temporum injuria excidit. Potentius in provinciam reversus accurata, ut rogatus fuerat, relatione per litteras significavit, quæ mala Mauritanæ Cæsariensis Ecclesiam affligerent. Unde sancto Pontifici nata occasio iterum scribendi ad

XIII. Obscura Pontificatus Leonis exordia.

4  
Epist. I. nunc XII. ad Africanos Episc.

Vi&. Vir. de Persec. VWand.

Epist. I. nunc XII. ad Africanos Ep. cap. I.

F f Afri-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Duas alias epistolas nos initio posuimus, alteram ad Episcopum Aquilejensem, alteram ad Septimum Altinatem, quas circa an. 442. scriptas in Admonitione ostendimus. E contra ex duabus epistolis, quas sub initium Pontificatus Leonis datas existimavit Quæfnellus,

prima ad Episcopos Africanos in hac editione erit duodecima, eo quod exaratam credamus post annum 445. secunda vero ad Rusticum erit epist. 167. quippe quam traditam putamus post diem 9. Kal. Nov. an. 458. Admonitiones his singulis præmissæ conferendæ sunt.

AN. CH. 440.

5  
Quam tenax Canonum sanctus Leo.

Africanos hujus provinciae Episcopos. Exstat 5 praecleara illa epistola, ubi Episcopus vitiole creatos condemnat, eos in primis qui scientia & moribus egebant; monet non cito manus imponendas Episcopis, nec ad hoc culmen evehentos, nisi per gradus & post longam meritorum experientiam; arcendos a sacerdotio qui secundas uxores, aut viduas, aut priore dimissa alteram duxerant, cum quibus ut dispensaretur nec captandae Afro- rum gratiae occasio, nec temporum necessitas, nec summa ministrorum ecclesiastico- rum inopia Leonem potuerunt impellere.

XIV.  
Dispensa-  
tio circa  
Canones.

Mitius porro agendum censuit cum iis, qui ex laicis statim ad Episcopatum pro- vecti erant: sed indulgentiam esse, non le- gem, neque consuetudinem: nec praedica- re se contrariis Apostolicae Sedis statutis, fuisse decretis. Verba ejus contra Episco- pos, qui festinantius inconsultiusque manus imponunt, non sunt omittenda: *Manus cito nemini imposueris, neque communicave- ris peccatis alienis. Quid est cito manus im- ponere, nisi ante maturitatem aetatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinae, sacerdotalem hono- rem tribuere non probatis? Et quid est com- municare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis est ille qui non meruit ordinari?*

Epist. 1.  
nunc XII.  
c. 2.  
1. Tim. 5.  
22.

Haec etsi vel ex sola Scripturarum tra- ditionisque scientia scribere potuerit sanctus Leo, aliunde tamen edoctum scimus, quan- tus esse debeat ordinandorum delectus. Nar- rat enim auctor opusculi, quod *Pratum spi- rituale* vocant, sanctum Leonem caelitus ad- monitum, ut in primis attenderet ad eos, quos ad sacrum Ecclesiae ministerium adle- geret, quorum Deus ab eo rationem expo- sceret. *Cum descenderet, inquit, Abbas Amos Jerosolymam, & Patriarcha ordina- tus esset, venerunt omnes Monasteriorum Ere- mi Abbates, ut adorarent eum; inter quos affui & ego cum Abbate meo. Caepitque Pa- triarcha dicere Patribus: Orate pro me, Pa- tres: magnum enim onus & intolerabile mi-*

Pratum  
Spir. Joan.  
Moschi,  
c. 149.  
quod ca-  
pit Grae.  
etiam ex-  
stat.

hi injunctum est, sacerdotique dignitas me terret immodice. Petri & Paulli similitudinem est regere rationales animas; ego autem infelix & peccator sum. Plus enim quam ce- tera timeo ordinationis sarcinam: nam inve- ni scriptum, quia beatissimus & aequalis An- gelis Leo Papa, qui Romanorum Ecclesiae praesuit, quadraginta dies perseveravit ad sepulcrum Apostoli Petri, vigiliis & ora- tionibus insistens, petensque ab Apostolo, ut pro se apud Deum intercederet, ut dimitte- rentur sibi peccata sua. Impletis diebus qua- draginta apparuit ei Apostolus Petrus, di- cens ei: Oravi pro te, & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, praeterquam impositionis manuum. Hoc solum abs te requireretur. Haec in illo libro, quem septimae Synodi Patres approbarunt, cum ex eo retulerunt aliqua action. 4.

AN. CH. 440.

Eadem Africana clades, quae epistolae Leonis ad Mauritaniae Episcopos occasionem dedit, plurimos ex Africanis regionibus ad Gallicana littora compulit transmeare: quo- rum aliqui, cum ignorarent a cujus festa hominibus baptismatis sacramentum accepis- sent, hinc orta dubitatio apud Galliarum Ecclesias, quidnam factu opus. Rusticus Episcopus Narbonensis Romanum Episco- pum consulendum censuit tum ea de re, tum de aliis plurimis ecclesiasticae discipli- nae capitibus. Respondit Leo prolixiore epi- stola, quam secundo loco posuimus, his ad id rationibus adducti, quas in notis videre est. Mire elucet hac in epistola Leonis no- stri prudentia, scientia Canonum, & apo- stolica caritas: qua primum Rusticum ani- mo propter occurrentia scandala desponden- tem, & de secessu cogitantem erigit, con- solatur, hortaturque ne episcopali oneri tranquillioris vitae amore illectus se subtra- hat: tum doctissimas suas responsiones subji- cit circa sacramenta baptismi, ordinis, pœ- nitentiae, & matrimonii, clericorum continen- tiam, virginum consecrationem, & alia hujusmodi ad mores & regimen Eccle- siae pertinentia.

XV.  
Epist. II.  
nunc clx-  
VII. ad  
Rusticum  
Narbo-  
nensem.  
6

AN-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Hanc epistolam duplici forma editam de- dimus: & eam partem, quam Quesnellus repudiavit veluti supposititiam, luculenter vindicavimus. Vide Admonitionem, in qua etiam duplicis editionis seu formae causam as- signavimus n. 14. Inde patebit non solum Po- tentium, sed post hunc etiam David Africa- num Episcopum aliosque Afros Romam trans- migrasse, & novis, quae supervenerunt, no- titiis, primae scriptioni alia Leonem addidisse, quae integram epistolam constituunt. Quan-

tum Romanae Sedis auctoritati tribuerent Afri- cani, & quanto zelo S. Pontifex emendationi corruptelarum, quae irreperant, ac restituti- oni disciplinae prospiceret, ex hoc documento discimus. De appellatione quoque Episcoporum Afri- cae ex causa Lupicini Episcopi cognoscere licebit.

6 Cum epistolam nobis 167. ad Rusticum Narbonensem scriptam probavimus post diem 9. Kal. Nov. an. 458. aliae causae dubitandi Africana clade posteriores inciderunt, ut ex Admonitione quisque intelliget.

ANNUS CHRISTI 443	LEONIS PAPÆ 4	THEODOSII VALENTINIANI IMPP.	36 19	MAXIMO PATERIO COSS.	ET
-------------------------	---------------------	------------------------------------	----------	----------------------------	----

I. **P**rima Leonis I congressio adversus Manichæos fuit. Romam complures nefariæ illius sectæ homines venerant, rebus in Africa profligatis, devastataque a Wandalo provincia. Hæreticorum hæc colluvies diu latuit sub larva piorum hominum, qui impietatem vultu, incessu, simplici habitu, vitæque severiore dissimulabant. Palam sinceræ fidei, clanculum flagitiosæ profligatæque doctrinæ, prompti aliis instillare virus suum; tantaque industria celabatur hoc malum, ut percipi posset, non auctores flagitii deprehendi. Toto prope biennio, seu suis se tegerent artibus, seu illis Leonis vigilantia formidolosa erat, latuit Pontificem hæc hominum nequitia; sed quæ tandem prodita est ineunte tertio Pontificatus anno. Quod ubi compertum habuit Leo, monuit publice Christianos, ne se falli sinerent ficta virtutis imagine, & fallaci pietatis umbra; quandoque vitam corruptam, pravos mores vitæque his fraudibus tegi. Nihil ergo, inquit, cum hujusmodi hominibus commune sit cuiquam Christiano, nulla cum talibus habeatur societas, nullumque consortium. Profit universæ Ecclesiæ quod multi ipsorum Domino miserante detecti sunt; & in quibus sacrilegiis viverent eorundem confessione patet factum est. Modum præterea rationemque edocuit agnoscendi eos, qui sceleratæ huic sectæ nomen dederant: sacrum illis in honore Lunæ Solisque primum secundumque septimanæ diem, & utrumque jejunantes transigere. In uno crimine multiplex sacrilegium, & quod astra tamquam deos colerent, & quod diem dominicum disciplinamque Ecclesiæ violarent. *Nulla vos, ait, contagionis hujus aspergat impietas, qui sua maxime abstinentia polluuntur servientes creaturæ potiusquam creatori, & luminaribus* Tom. II.

Serm. IV.  
in Epiphania  
cap. V.

Serm. IV.  
Quadrages.  
cap. V.

*cali sultam abstinentiam devoventes: quos nemo esse ambigat Manichæos, qui in honore Solis & Lunæ die dominico & secunda feria deprehensi fuerint jejunare. Uno enim perversitatis opere bis impii, bis profani sunt, qui jejunium suum & ad siderum cultum & ad resurrectionis Christi instituire contempunt.*

Certiora deinde subjungit indicia. Fideles Christiani, quæ erat consuetudo illorum temporum, Christi corpori & sanguini, ut loquuntur, sub utraque specie communicabant. Manichæi, ne palam fieret sua impietas, a sacris mysteriis non abstinentes, sub una specie corpus sumebant, sed sanguinem Christi sub altera haurire illis religio erat: quoniam vinum dæmonis opus malique principii inventum reputabant. Admonuit Christianos Leo hujus perniciosi dogmatis. Cum, inquit, ad tegendam infidelitatem suam nostris audeant interesse mysteriis, ita in sacramentorum communione se temperant, ut interdum tutius lateant: ore indigno corpus Christi accipiunt, sanguinem autem redemptionis nostræ haurire omnino declinant: quod ideo vestram volumus scire sanctitatem; ut vobis hujusmodi homines & ex his manifestentur indicibus, & quorum detecta fuerit sacrilega simulatio, notati & proditi a sanctorum societate sacerdotali auctoritate pellantur. Demum vehementi omnes oratione adhortatur uti in perquirendis illis hæreticis operam non denegent suam. Magna enim, inquit, pietas est prodebre latebras impiorum, & ipsum in eis, cui serviunt, diabolum debellare. Tum ut odiosa sit omnibus hæc hæresis, præcipua ejus capita recenset, & quasi in brevi tabella delineat. Quemadmodum Manichæi legem, psalmos, & prophetas re dictoque repudiant; qua impietate Christum opinione tantum natum asserunt,

II.  
Manichæi sub  
vini specie non  
communiant.

Ibid. cap. V.

F f 2

## EDITORUM ADNOTATIONES.

I Huic congressioni adversus Manichæos duo præcesserunt. Primo duæ epistolæ, quæ desiderantur, circa dubium Paschatis an. 444, altera ad S. Cyrillum Alexandrinum, ad Paschasium Lilybetanum altera. Existabat sola Paschasini responsio. Fragmentum responsionis S. Cyrilli in hac editione accedit. Utraque ferius scripta fuit an. 443. Paschalem diem anno præcedenti indici consuevisse colligitur ex ep. 131. & 138. scriptis an. 454. In his enim agitur de Paschate an. 455; & cum in ep. 131. c. 2. data die 9. Martii an. 454. imminere traditur dies indictionis, qui formati inscribentur; tum vero ex ep. 138. qua idem Pascha Gallis indictum fuit, hanc indictionem factam liquet V. Kal. Augustas ejusdem anni 454.

Ante indictionem vero, ubi dubitatio incidere, conciliandæ erant Orientalium sententiæ. Hinc hæ epistolæ ad Cyrillum & Paschasium scriptæ pro dubio die paschali anni 444. ut responsiones opportune acciperentur, non modicum ante indictionem dirigendæ erant: ac proinde traditæ credendæ sunt ineunte an. 443. vel etiam an. 442. & forte illa præsertim ad Cyrillum an. 441. Sane pro solvendo dubio Paschatis an. 455. Leo scribere cœpit an. 451. ut liquet ex ep. 88. c. 4.

Alterum, quod congressionem cum Manichæis præcessit, est epistola 4. ad Campanos data die 10. Octobris an. 443. Manichæos enim detectos fuisse solum sub hujus anni finem, satis ostendimus in Admonitione ad epist. I. n. 23.

AN. CH. 443.

runt, ejus passionem, mortem, resurrectionem puta puraque somnia & apparentia oculis ludibria credunt; ut baptismi elevant virtutem, mores disciplinamque Ecclesie depravant: totam denique christianam convellunt religionem. Nihil, ait D. Leo, apud eos sanctum, nihil integrum, nihil verum. Cavendi sunt, ne cuiquam noceant; prodendi, ne in aliqua civitatis parte consistant.

III. Superstitio a Manichæis ad Catholicos derivata.

Amplius conqueritur quorundam simplicitatem, qui pravos illorum mores æmulantur. Manichæi mixti Christianis ad Basilicam sancti Petri ire consueverant: ubi ad vestibulum ventum erat, illico vertere se ad Solis ortum, & inclinatione corporis & nutu oculorum Solem salutare orientem. Prisca quidem religio & antiqua Christianorum disciplina, verum usu nefando incestata: partim, ut loquitur sanctus Leo, ignorantis vitio, partim paganitatis spiritu. Pariter damnosa & fidelibus, & recens initiatis: quoniam illi Manichæorum sacrilegia æstimare videbantur, dum idem atque illi agebant: bis peccandi occasio; nam dum Solem salutare non vetabantur, colere perseverabant. Abolere consuetudinem Leo statuit, ut erroris offendiculum tolleret. Id vero ex usu pro temporum locorumque opportunitate ritus Ecclesie & disciplinæ leges figendi refigendique penes Sacerdotes æqua semper fuit potestas: etsi fidei sua semper ratio & una eademque integritas manet, nec illa hominum arbitrio, nec temporum mutationibus obnoxia est.

IV. Manichæos in urbe latentes emendat, vel expellit.

Postquam Leo crebris concionibus ab illa secta fidelium animos avocavit, inquit in urbe eos qui hac labe imbuti sunt; complures inventos emendat, & ad sanitatem revocat, & ab ipsismet clandestina secretaque sacrilegia edocetur, libros eorum innumeros comburit: utque de secta constet, testataque sit omnibus Manichæorum nequitia, 2 conventum frequentem advocat. Leo & judicium & confessum, Valentinianus Augustus confessum vocat, Baronius Concilium dicit. Sed non opus Concilio (quod revera sanctus Prosper non commemorat) quoniam non de proscribenda nova hæresi, aut de asserenda fide agebatur, sed de pœna juxta Canonem Ecclesie fancienda; neque Concilium est ubi cum Sacerdotibus pars senatus & pars plebis est. Quicquid sit,

2 Epist. xv. ad Turibium & homil. v. de jejunio mens. decimi. Novel. in Manich. a. 443. Conventus Romanus adversus Manichæos.

AN. CH. 443.

frequenti cœtu adfuere Manichæorum Electi Electæque, velut nefariae superstitionis Antistites. Rogati de secta referunt detestanda dogmata, multa de eorum cæremoniis horridisque institutis, turpia flagitia obscenaque sacra confessione publica palam facta sunt. Pudet referre. Aderat puella decennis vitiata; aderat & corruptor virginis cum duabus mulierculis conficiis, & ipso Episcopo infando criminis ordinatore. Per ordinem omnia exposita: qui fuerint ritus, qui Episcopi Sacerdotesque sacrilegæ religionis, quibus in locis vetitos cœtus agerent, quas in provincias labe hæc penetravit. Hortatu sancti Leonis multi ad bonam frugem redierunt, & coram ejurata hæresi dicto, scriptoque condemnata, pœnitentiæ legibus subjecti sunt; alii, quibus potior turpitudine religionis, acti in exilium, in eaque loca deturbati, ubi contagione grex Christi contaminari non poterat. Edictis præterea Principum coercita infania est. Valentinianus uno aut altero anno post, constitutione ad Albinum præfectum prætorio directa eos publico crimine teneri declarat, militare prohibet, arcet a communi hominum consortio, testandi facultatem adimit, & ab omni pariter hereditatis successione amovet: defensorum & judicum auxilia illis non permittit; demum sancit valituras leges, quæ contra eos diversis temporibus latæ sunt.

Legitur & Leonis epistola ad Episcopos Italiae contra Manichæos, anno ccccliv. scripta post detectam Romæ damnatamque eorum perfidiam, quæ & per provincias 3 ad omnes Episcopos missa est. Hujus meminit Idacius Episcopus & scriptor illorum temporum æqualis. Laudi non modo vigilantia Leonis fuit, sed etiam exemplo. Tum per Occidentem, tum per Orientem facta inquisitio de hac hæresi. Episcopi certatim hæc monstra fugare e suis latibulis, & hac perniciosa labe liberare provincias. Hoc præsertim nomine laudatur a Theodoro Leonis fides. Hujus quidem, inquit, possunt quoque multa alia inveniri indicia: sufficit autem & vester zelus in nefandos insaufstosque Manichæos, quem vestra nuper Sanctitas aperuit, ostendens vestra in Deum pietatis studium. Baronius ad annum ccccliv. hæc refert; nos anno uno citius retulimus. Pro-

V. ep. viii. nunc vii. ad Italiae Episcopos. 3

Theodor. ep. nunc lii. ad S. Leonem. PP.

Baronius emendatur.

EDITORUM ADNOTATIONES.

2 De hoc conventu & de gestis in eo habitis, quibus Manichæi detecti fuerunt, vide quæ diximus in dissert. de Epistolis deperditis n. 4. Hic conventus habitus quidem fuit sub finem anni 443. at sermones, ubi de iisdem jam detectis sermo est, huic conventui præcessisse Quesnellus perperam narrat. Et licet sermones V. de Jejunio X. mensis, & IV. de Nativitate Domini eodem anno habitis fuerint; sermones tamen IV. de Epiphania, & IV. de Quadragesima in sequentem annum 444. rejiciendi sunt.

3 In Tabula collectionis V. vocatur Episto-

la generalis de Manichæis: & codices collecti. II. & V. hanc inscriptionem exhibent: Universis Episcopis per diversas provincias constitutis. Ex quibus discimus, hanc constitutionem fuisse encyclicam datam a pari ad Episcopos diversarum provinciarum: ac propterea in aliquo codice, quem Quesnellus vidit, missa traditur per illum Acolytum, ubi formula illi posita pro nomine proprio acolyti, qui in ipsis litteris nominabatur, plures fuisse acolytos indicat, qui diversa exempla in diversas provincias detulerunt.



AN. CH. 443. Prosper enim, qui forte conventui intererat, Maximo Paternoque Coss. gesta scribit, scilicet ad annum ccccxlIII. Epistola quidem Leonis ad Episcopos Italiae data est anno sequenti, sed ad finem Januarii; unde colligo rem gestam anno superiore; nam inquirere de Manichæis, conventicula eorum & cœtus detegere, extorquere ab eis confessionem, confessum de hac re habere, hortari ad pœnitentiam, reluctantes plectere exilio, non est negotium aliquot dierum; nec epistola ad Episcopos scripta est nisi re gesta, ut ipse Leo profitetur. Est præterea sancti Leonis homilia v. de jejunio x. mensis ubi de hac causa loquitur ut modo peracta, immo ut nondum confecta, quod cadit potius in Decembrem anni ccccxlIII. quam in annum ccccxlIV. Eisdem infestatur Pontifex in Sermonem IV. in Quadragesima cap. 5. ubi, *ne penitus*, inquit, *latere non possint, ore indigno Christi corpus accipiunt; sanguinem autem redemptionis nostræ haurire omnino declinant*, hisque indiciis illos deprehendi posse admonet: unde non absurde colligi videtur & prius non imperatam fuisse communionem sub utra-

que specie, ac postea fuisse si non præceptam, saltem maxime commendatam.

His 4 ita feliciter adversus Manichæos pro fide gestis, sanctus Leo labentem seu temporum, seu hominum vitio disciplinam restituere instituit. De hac re epistolam ad Episcopos Campaniæ, Piceni, & Tusciæ scribit, quæ temporis ordine 5 eam quam de Manichæis scriptam esse diximus, antecedit. In ea servos vetat fieri Sacerdotes, aliosque promoveri, nisi qui & natalium, & morum nobilitate vigeant; ne id sit in dedecus Ecclesiæ & fraudem dominorum. *Debet enim*, inquit, *esse immunis ab aliis, qui divinæ militiæ fuerit aggregandus; ut a castris dominicis, quibus nomen ejus ascribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur*. Similiter vetat ordinari viduarum maritos aut digamos, quod est contra canonem Ecclesiæ & S. Paulli Apostoli auctoritatem: qui ejusmodi sunt, & ab officio & a sacerdotio removet. Jubet demum acriter animadverti in quemlibet Clericum qui usuras exercet, negans id Laicis licitum, nedum Clericis.

AN. CH.

443.

VI.

Leo lapsam disciplinam restituit. *epist. III. nunc IV. ad Episc. Campaniæ &c.*

4

5 *Ibidem cap. I.*

A N N U S LEONIS THEODOSII 37. THEODOSIO XVIII.  
CHRISTI PAPE VALENTINIANI 20. ET ALBINO  
444 5 I M P P. COSS.

I. **M**agna i hoc anno de die Paschatis disputatio fuit. Variæ olim de hac celebritate in Ecclesia contentiones, quæ tandem compositæ in Nicæna Synodo, decretumque ut post Æquinoctium Dominica proxime sequenti quartam & decimam Lunam celebritas fieret. Quoniam Alexandriae florebat ars inspiciendi computandique cursum astrorum, Alexandrino Episcopo data provincia, ut quotannis diem orbi christiano indiceret; exstantque hodie Theophili Ale-

xandrini Episcopi epistolæ aliquot paschales. Ille vero diligentius investigatis Lunæ Solisque conversionibus 2 cyclum ediderat, qui in usu & pretio fuit tempore Leonis magni. Igitur ex computo hujus Episcopi anno Christi ccccxliv. Pascha rejectum ad xxIII. diem Aprilis: in Occidente vulgo vitium fuisse in cyclo creditum est; nec paschalem diem eo usque differendum. Leo super hanc controversiam Cyrillum primo Alexandrinum Pontificem consuluit, deinde

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Alterum Leonis factum hic recensendum est ex coævo auctore libri de Promissionibus part. 4. c. 6. *In Italia quoque nobis apud Campaniam constitutis, dum venerabilis & apostolico honore nominandus Papa Leo Manichæos subverteret, & contereret Pelagianos, & maxime Julianum; ambiens tum quidam Florus &c.* Hinc Leonem, quo tempore Manichæos subvertit, Pelagianos etiam & Julianum contrivisse cognoscimus, de quo plura in Admonit. ad epistolam 1. n. 23. ubi & Prosperi libellos contra eosdem Pelagianos Romæ oblatos memoravimus.

5 Epistola IV. ad Campanos data 10. Octobris an. 443. non solum ordine præcedit epistolam 7. ad Episcopos Italiae, sed ipsum etiam conventum, quo Manichæi detecti fuere: alias in ea de vitandis Manichæis jam detectis ita monuisset Episcopos Campaniæ, ut Italiae Episcopos monuit ep. 7. data initio anni sequentis.

1 Disputatio seu potius disquisitio de die Paschatis an. 444. non hoc anno, sed antecedentibus fuit. Vide adnot. 1. in annum præcedentem. Quæ autem fuerit quæstionis hujus ratio, exactius explicatur in notationibus ad Fragmentum epistolæ S. Cyrilli ad Leonem, quod epistolæ 3. Paschafini præmissimus.

2 Non cyclus seu periodus Theophili annorum 418., quæ incipiebat ab an. 475. sed laterculus ejusdem annorum centum, qui incohabit ab anno 380. seu potius computatio Alexandrinorum ex hoc laterculo deducta causam dedit controversiæ de die paschali an. 444. Anno enim 65. ipsius laterculi, qui respondebat anno Christi 444. Pascha notabatur die 23. Aprilis: cum Latini ex suo cyclo annorum LXXXIV. quem Prosper emendaverat, Pascha hujus anni evehendum contenderent ad diem 26. Martii. Confer adnotationes memoratas in Cyrilli Fragmentum.

AN. CH. 444. de Paschasinum Lilybæi Episcopum, cujus præclara in Concilio Calchedonensi memoria est. Uterque cyclum Theophili confirmavit: idque Paschasinus ex computo Hebraeorum approbat: & miraculo quod sub Pontificatu Zosimi accidit. Paschasini epistola edita est, qua cyclum Theophili paschalemque diem hujus anni ad xxiii. diem Aprilis ab injuria vindicat. Baronius existimavit de die xxv. Aprilis fuisse controversiam; sed hallucinatio est, unde error alter in Annalibus: nam hanc de Paschate contentionem in annum ccclv. rejicit, quod undecim annorum est metachronismus, & duas de eadem re controversias simul miscet. Non est hujus loci de his exactius differere. Ceterum haud dubium est Leonem Cyrillo Paschasinoque assensum esse. Prosper enim, qui Romæ versabatur, Leonique familiaris erat, nec Alexandrinorum alioqui computo favebat, hæc habet in Chronico. *Hoc anno, inquit, Pascha Domini ix. Calend. Maji celebratum est, nec erratum est: quia inde xi. Calendarum Majorum dies Passionis fuit: ob cujus reverentiam Natalis urbis Romæ sine circensibus transit.*

II. Sub 3 finem ejusdem anni Anastasius Thessalonicensis Episcopus Nicolaum Presbyterum cum litteris ad Leonem mittit, rogatque ut more decessorum suorum ejus vices in Illyricum gerat. Benigne respondet Leo, annuensque ejus petitioni significat, quemadmodum olim Siricius Anisio ejus prædecessori bene de Apostolica Sede merito vices in Ecclesias Illyrici commiserat, sic se suas illi committere. Monet deinde ut eorum sequatur exempla, quorum privilegiis utitur; caveat ut Sacerdotes vita & moribus, non gratia, ambitu, aut emtis suf-

fragiis Sacerdotium adipiscantur: itidem digamos arcet a Sacerdotio, & digamum esse vult, qui duxit uxorem ante baptismum, & qua sublata jam initiatus baptismo alteram duxit. 4 Denique Sacerdotes, sicut Episcopos, non alia quam die dominica consecrandos pronuntiat. Aliis insuper litteris Metropolitanos monet, se suas vices Episcopo Thessalonicensi dedisse, nec tamen ideo Ecclesiarum imminui jura, immo conservari hac ratione disciplinam & leges Ecclesiæ. Altera est epistola Leonis ad eisdem Metropolitanos data anno cccxlvi. qua suscepias æquo animo litteras Leonis constat.

Ad 5 eadem prope tempora refero ea, quæ dicuntur in opere de *Promissionibus Dei*, quod vulgo, sed falso, Prospero tribuitur. Illic mentio Leonis, quod adversus Pelagianos Julianumque eorum principem arma moverit. *In Italia quoque, dicit ille auctor, nobis apud Campaniam constitutis, dum venerabilis & apostolico honore nominandus Papa Leo Manichæos subverteret, & contereret Pelagianos & maxime Julianum &c.* Ex quibus verbis constat adversus Pelagianos a Leone gestum bellum in Campania: nam & auctor ille ideo videtur meminisse Campaniæ, *nobis in Campania constitutis*, & Julianus Eclani Episcopus erat, quod oppidum fuit Campaniæ. Neque vero, opinor, Pelagianismum per Campaniam solummodo grassantem profligare nitebatur, sed & per ceteras Italiæ provincias, & maxime per Aquilejensem: quod ex binis Leonis epistolis accipio, quarum altera ad Episcopum Aquilejensem est, altera ad Septimum Altini Episcopum: cujus rei Photius mentionem facit, cum Pelagianos dicit renovatis erroribus iterum gra-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Non sub finem, sed sub initium hujus anni, nimirum pridie Idus Januarii, ad Anastasium & ad Metropolitanos per Illyricum Leo respondit; ac propterea Anastasii ad Leonem epistola ac Nicolai Presbyteri transmissio pertinent ad an. 443. Huic autem facto præmittenda erat alia Leonis epistola ad eundem Anastasium, qua eum monuerat, *ut de statu Ecclesiarum veſtrarum*, inquit ep. 5. ad Illyrici Metropolitanos c. 5., *certiores subinde sua relatione nos faceret.* Huic autem monitioni obsequens Anastasius laudatas litteras ad Leonem per Nicolaum Presbyterum direxit. Confer Dissert. de Epistolis deperditis n. 5. & 6.

4 Nonnulla hic a Quesnello omiſſa ſupplenda ſunt. Episcopos Illyrici a Metropolitanis inconſulto Theſſalonicenſi ordinari vetat S. Leo. Ipſos autem Metropolitanos ab Episcopo Theſſalonicenſi jubet ordinari. Mandat ut ad Synodum quiſquis Episcopus fuerit evocatus, accurrat. Cauſas majores & appellationes Apoſtolice Sedis judicio ex traditione veteris inſtituti reſervat.

5 Hoc loco facta & Chronologiam Quesnellus pervertit, & aliorſum diſtrahit. Duo Leonis geſta adverſus Pelagianos diſtinguenda ſunt:

primum contra illos provinciæ Aquilejenſis, qui ſine debitis cautionibus recepti fuerant, ut Septimus Altinas monuerat; alterum adverſus eos Pelagianos, qui Romam ipſam turbare cœperant, quique offerente Proſpero adverſus eos accuſationis libellos evanuerunt, ut ex horum geſtorum ordine, quem proferet Photius, dicendum eſt. Ad hos poſtremos Pelagianos, non vero ad primos referendum videtur teſtimonium auctoris libri de *Promiſſionibus*: cumque hoc factum Pelagianorum ab eo copuletur cum geſtis adverſus Manichæos, utrumque referendum eſt ad finem anni 443. & primum factum adverſus Pelagianos provinciæ Aquilejenſis ad anteriorem 442. Vide de his plura in Admonit. ad ep. 1. n. 23. & ſeqq. Addendum porro hoc loco eſt teſtimonium Gelatii Papæ in ep. 5. ad Honorium Episcopum Dalmatiæ, ubi hæc Leonis geſta reſpiciens, eum inter prædeceſſores ſuos adverſus Pelagianam hæreſim fortiter dimicantem reſenſet. *An forteſſe neſcitis hanc hæreſim ab Apoſtolica dudum Sede per beatæ memoriæ Innocentium, ac deinde Zofimum, Bonifacium, Cæleſtinum, Sixtum, Leonem continuis & ineffabilibus ſententiis fuiſſe proſtratum?*

AN. CH. 444.

Photius  
lib. 1. Bi-  
blioth. cod.  
54.

gratiam Christi oppugnasse; sed Leonem a Septimio admonitum virtute Leonis similia hostes afflixisse. En verba Photii, quæ ex genuinis actorum exemplaribus videtur accepisse: **EXEMPLAR ACTORUM AB OCCIDENTIS EPISCOPIS ADVERSUS NESTORIANA DOGMATA**; ubi hæc habentur. Cum temporis deinde progressu sectæ hujus homines per hæresis suæ abjurationem Ecclesiæ restituti essent, iterum malum ab ipsis principium sumsit, ut Septimio Episcopo renascens eadem lues, antequam longius serperet, fuerit reprimenda, datis ad Leonem Romæ tunc Sedem Apostolicam tenentem litteris: qui Leo ferventi zelo contra impios depugnavit. (Hic Nestoriana dicit dogmata pro Pelagianis, propter affinitatem doctrinæ.) Rescripsit Leo Septimio, sed & Episcopo provinciæ Metropolitanano, quem Nicetam mendosi codices appellant. Leguntur hodie ad eos Episcopos epistolæ. Utrumque accendit in Pelagianos, sed Metropolitanum maxime redarguit, quod reviviscentem hæresim non opprimat, quod ad communionem admissi Cælestiani, non prius de erroribus exacta condemnatione. Monet ut Synodum illico provincialem cogat, ne longius serpat malum; & ne quæ ficta emendatione dolo malo labem diffundat, a Pelagianis Cælestianisque nemo ad Ecclesiam admittatur, nisi prius publica detestatione hæreseos approbatis manu & subscriptione, quæcumque ad excidendam hydram hanc, tum Ecclesia universalis, tum 6 Apostolica Sedes synodalibus decretis sancivit.

IV.  
Baronius  
Prospero  
quædam  
affingens  
emenda-  
tur.Prosper  
non est au-  
ctor libri  
de Promis-  
sionibus  
Dei.

Hoc loco Annales Ecclesiasticos emendare oportet, seu horum doctissimus conditor aliorum mendis, seu sua sit deceptus conjectura. Auctorem scilicet operis de *Promissionibus Dei*, Prosperum esse scribit, atque ita illum longis itineribus per Italiam Africamque circumducit: tum illi nova bella contra Pelagianos attribuit: quæ omnia ex hoc eodem manant. Non enim Prosperi est illud opus, sed ignoti anonymique cujusdam Africani, cujus stylus dicendique character quam longe a Prosperiano distet, quivis æquus rerum æstimator facile judicet. Hujus quippe oratio humilis, jejuna, & simplex; Prosperi loquendi genus abundans, dives, viribus & nervis valens, locuplex sententiis. Frustra quis dixerit exaratum hoc opus a Prospero juvene, cum sit hominis ætate proveci, ut & ipse auctor de se testatur, & ex multis locis constat. Gennadius certe horum temporum suppar,

AN. CH. 444.

textens catalogum librorum Prosperi, libri de *Promissionibus Dei* non meminit. Neque quæ anonymus ille de se commemorat, bene Prospero conveniunt: nam adolescentiæ annos scriptor ille in Africa transegit, ut ipse testis est, cum de Cælestis templo Carthaginensi in Africa loquitur. Nam cum sancta Paschæ, inquit, solemnitas ageretur festivitas, collecta illic & undique omni curiositate, etiam adveniens multitudo Sacerdotum multorum, Pater & dignæ memoriæ nominandus Antistes Aurelius cælestis jam Patriæ civis, cathedram illic loco Cælestis & habuit & sedit; ipse tunc aderam cum sociis & amicis: atque ut se adolescentium atas impatiens circumquaque vertebat, dum curiosi singula quæque pro magnitudine inspicimus &c.

De Pro-  
miss. &  
prædict.  
Dei part.  
3. cap. 38.

Id igitur accidit sub Episcopatu Aurelii Carthaginensis circa annum ccccxx. eundem porro in Africa versatum Aspare Consule, anno scilicet ccccxxxiiii. apud eundem auctorem legimus, ut non dubium sit illi patriam fuisse Africam, ubi ætatem egit, & unde aliquando occasione persecutionis Wandalicæ ad Campaniam Italiæ transmeavit. Prosper vero & natus in Gallia est & educatus, & in Africa numquam se egisse suggerit ipse in epistola ad sanctum Augustinum, cui ignotum se facie testatur. His ita constitutis, discedimus a Baronio, qui ex Photio narrat Prosperum in Campania decertasse adversus Pelagianos. Photius quippe magis eum depugnasse Romæ quam in Campania auctor est: ejus verba sunt: *Post non diu rursus veluti existere atque enasci mala radice impudenter cum cœpisset hæresis Cælestiana, Romæ etiam quidam libere pro hæresi locuti sunt, quos Prosper homo sane divinus libellis adversus eos in vulgus editis facile dissipavit extinxitque, Leone etiamnum, quem diximus, Romanam Sedem gubernante. Romæ id actum satis intelligitur & fere sub finem Pontificatus Leonis.*

Photius  
Bibliothecæ  
lib. i.  
cod. 54.

Neque Baronius verius scripsit a Leone edita quædam adversus Pelagianos scripta, quorum memoria apud Photium, quæque ad nos usque non pervenerint. Scripsit, ait Photius, & sanctus Leo, Romanus Episcopus de Pelagianis conversis quomodo debeant recipi, quando convertuntur, scriptis suam opinionem damnantes. Hic certe sermo est de epistolis ad Aquilejæ Altinique Episcopos, quas modo diximus scriptas contra Cælestianos; sed quas Baronius, prudens, an imprudens, tacuit in Annalibus.

V.  
Baronius  
quædam a  
Leone  
scripta  
male au-  
guratur.

AN-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Vide quæ animadvertemus in notam 2. &amp; 3. Quæsnelli ad epistolam 6. nunc 1.

ANNUS  
CHRISTI  
445.

LEONIS  
PAPÆ  
6.

THEODOSII 38.  
VALENTIN. 21.  
IMPP.

VALENTINIANO VI.  
ET NOMO  
COSS.

I. **H**OC anno inter sanctos Leonem, Hilariumque Arelatensem orta contentio, seu sanctissimis viris humani aliquid contigerit, seu casu rerum, caussarumque noxa, quas anno superiori natas esse oportet. Hæc litis occasio fuit. Celidonius provinciæ, ut opinor, Viennensis Episcopus, in Synodo cui præerat Hilarius, & ubi intererat sanctus Germanus Autissiodorensis, accusatus est quod ante Episcopatum viduæ maritus erat, quodque olim dum sæculari administratione fungeretur, sedens pro tribunali reum morti addixerat, & nihilominus ordinatus fuisset Episcopus. Visum id contra leges Ecclesiæ, eoque nomine loco motus est, privatusque Episcopatu. Celidonius iudicium non ferens, Romam venit, expostulavitque injuriam cum Pontifice, adversus Hilarium multa conquestus, se premi accusatorum calumnia. Testes & secum adduxerat, qui crimen aut verum, aut confictum a se depellerent. Leo restituit Celidonium in sedem. Hilarius, qui & Romam profectus fuerat, moleste ferens actum in Concilio iudicium revocari, non approbata Pontificis sententia ab urbe discedit, rediitque in Gallias. Leo inopino discessu exacerbatus plenas irarum litteras ad Viennensis Provinciæ Episcopos mittit, & per Valentinianum Augustum egit, ut mandata Aetio 2 Præfecto Prætorio provincia Romano iudicio sua esset auctoritas; suæque Hilario jura & privilegia Ecclesiæ ademit. Neque vitio verti debet sancto Leoni, si 3 fraudem passus est: quis enim tam lynceus est, quem non obnubilet testium perfidia, vel hominum versatile ingenium? De ea re hic festinanter, alias copiosius. 4

II. Dum hæc in Occidente geruntur, moritur in Oriente magnus ille Cyrillus Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus. Dioscorus illi successus est; vir adumbratæ virtutis, qui specie honesti & ostentatione sanctitatis ad

honores summos Ecclesiæ adrepsit. Statim atque electus est, de ordinatione ad Leonem per Possidonium Presbyterum indidem litteras misit: hunc eundemque esse existimo quem olim Cyrillus adversus Nestorium Romam miserat. Is porro commoratus aliquandiu Romæ, Ecclesiæ florentem statum vidit & admiratus est. Abeunti Leo litteras dedit, quibus Dioscoro persuadere conatur ut nonnulla in quibus Alexandrina Ecclesia a Romanæ institutis discessisse videbatur, emendaret, memor sancti Apostoli Petri, qui primus Alexandrinam gubernarat Ecclesiam. Monet imprimis ne Presbyteros Diaconosque alia quam Dominica ordinaret, cujus diei initium sit a vespera Sabbati: nec semel tantum in Basilicis diebus festis offeratur sacrificium: ne ob multitudinem fidelium pars populi sacrificii oblatione privetur: *Sed quoties Basilicam, in qua agitur, præsentia novæ plebis impleverit, toties sacrificium subsequens offeratur.* In eadem epistola & auctoritatis & modestiæ exemplum est. Admonetur enim Alexandrinus Episcopus sui officii a Romano Pontifice, sed ex paterno magis fraternoque affectu & caritate, quam ex imperio. *Paterna, igitur, inquit, & fraterna collatio debet esse Sanctitati tuæ gratissima, & a te taliter suscipi, quemadmodum a nobis eam intelligis proficisci.* Tum subdit: *Quod ergo a partibus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis volumus custodiri: & ideo pie & laudabiliter apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum Sacerdotum formam &c.* Denique: *Studiose ergo dilectionem tuam & familiariter admonemus, ut quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura non negligat.*

Est & ejusdem Leonis ad Anastasium Thessalonicensem epistola, quæ quo tempore scripta sit non comperio, sed quam

Epist. XI.  
nunc IX.

Cap. 1.

Cap. 2.

Ibid. in  
præf.

Ep. XII.  
nunc XIV.

5 ad

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

I Hic duo præsumuntur, quæ falsa sunt. I. Hilarium Roma discessisse post editam a Leone sententiam, quod ei supposititiæ epistolæ ad Viennenses innittitur, quam in Appendicem rejecimus. II. Hilarium eandem auctoritatem metropolitancam, quam sibi Leo abstulerat, exercuisse quoad vixit. Vide Observ. ad Dissert. V. ejusdem Quefnelli part. 3. c. 2. ubi utramque hanc Quefnelli hypotheseim falsam ostendimus; atque exinde etiam patebit Hilarium Roma discessisse, antequam Leo sententiam ferret epistola decima.

2 Aetius non fuit Præfectus Prætorio, sed

Patricius, & utriusque militiæ magister, ut vel ex ipsa Valentiniani Novella, nobis epist. II. exploratum est.

3 Num Leo fraudem passus sit, non ita certo definiri posse, patebit ex iis, quæ dicemus in Observ. ad eandem Dissertationem V. part. 1. c. 3. & part. 3. c. 3. n. 2.

4 Dissertationem V. apologeticam pro S. Hilario Arelatensi allegat in margine; a qua nostræ adnotationes & observationes non erunt disjungendæ, ut æquum de tota re iudicium feratur.

5 ad hunc annum facile referendam existimo, ut in notis fusius habetur explicatum. Hujus scribendæ occasio fuit, quod Anastasius auctoritate metropolitana vel exarchica abutebatur, & magis impetu animi, quam prudentia, vices Leonis agebat. Gravissimis itaque litteris eum castigat, hortaturque ut moderate & temperanter se gerat, & si quæ in Sacerdotibus corrigenda, id ex consilio & caritate faciat, potius quam ex animi com-

motione & potestate. En moderati animi AN. CH. 445.  
verba aurea: *Erga corrigendos plus agat benevolentia, quam severitas; plus cohortatio, quam commotio; plus caritas, quam potestas. Sed ab his, qui quæ sua sunt quarunt, non JESU CHRISTI, facile ab hac lege disceditur: & dum dominari magis, quam consulere subditis placet, honor inflat superbiam, & quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxam.*

ANNUS  
CHRISTI  
446.

LEONIS  
PAPÆ  
7.

THEODOSII 39.  
VALENTIN. 22.  
IMPP.

AETIO ET  
SYMMACHO  
COSS.

Epist. XIII.  
ex Holstenio.

**A**Nno præsentis, Aetio Symmachoque Consulibus, Leo ad Metropolitanos & Achajæ scripsit epistolam, quam ex opere posthumo Holstenii, quod *collectio Romana Tom. II.*

inscribitur, huc transfulimus: scripta que est pro Vicariatu Anastasii Thessalonicensis Episcopi. Causas majores ad eum referendas censet: objurgat Metropolitanum Achajæ  
Gg pro-

EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Non ad hunc annum, sed ad sequentem hanc epistolam pertinere patebit ex adnotatione sequenti. Huic vero anno 445. assignandæ sunt duæ epistolæ Illyricianorum & Anastasii Thessalonicensis ad Leonem, quæ perierunt. De his in sequenti adnotatione redibit sermo.  
1 Codex quidem, ex quo hæc epistola edita fuit, Achajam præfert; at *Illyrici* certe corrigendum probavimus adnot. 2. in ipsam ep. 13. In hac autem epistola c. 1. memorantur litteræ Illyricianorum ad Leonem, & cap. 3. mentio fit relationis Anastasii ad eundem Pontificem; cumque ea epistola data fuerit die 6. Januarii an. 446. illæ Illyricianorum litteræ, & hæc relatio Anastasii pertinent ad an. 445. Leo Thessalonicensi Episcopo omnes Illyrici Ecclesias delegatione apostolica subjecerat, idque omnibus Metropolitanis Illyrici significaverat ep. 5. scripta pridie Idus Januarii an. 444., & ut rescriberent præceperat. Hos responsionem non multum distulisse credibile est. Hinc alias ipsorum litteras desiderari putamus anteriores illis, quibus die 6. Januarii reddidit epistolam 13. Ex hac autem epistola discimus, sex Metropolitæ ibidem inscriptos, non vero omnes Thessalonicensi Vicario, & Leonis mandatis paruisse: unde S. Pontifex *quorundam inobedientiam* se correcturum minatur. Porro ex relatione Anastasii idem Pontifex cognoverat, Achajæ Metropolitanam illicitas ordinationes celebrasse, & inter has distincte memorat ordinationem Episcopi Thespiensis, qui incognitus invitis & repugnantibus præpositus fuit. Eodem tempore, quo ad Episcopos Illyrici, idem Leo etiam respondit relationi Anastasii, quæ circa factum Metropolitanæ Achajæ præcipue versabatur: ibique alia nonnulla erant inserta, quæ ex cap. 4. ejusdem epistolæ 13. in Episcoporum Illyrici notitiam ab eodem Anastasio dirigenda erant. Hanc Leonis responsionem Quæfnellus esse credidit ep. 14. ad Anastasium. At factum Attici cum aliam Leonis epistolam, quæ intercudit, Anastasio hoc tem-

pore rescriptam adstruit; tum vero epistolam 14. aliis ejusdem Anastasii litteris posterius reditam palam facit. Anastasium scilicet duas ad Leonem de Attici causâ epistolas dedisse colligitur ex ep. 14. c. 1. In prima id tantum indicaverat, quod ille ad Synodum *evocatus adesse differret, & excusationem infirmitatis obtenderet.* Huic respondit S. Leo epistola quæ periit, quamque datam credimus eodem die 6. Januarii, quo scripta fuit ad Illyricianos Episcopos epistola 13. Hinc cum eodem Anastasio queritur ep. 14. quod non expectato suo responso, metuens ne forte mitius, quam ipse vellet, cum Attico agendum Leo præciperet, apud Præfectum Prætorio Illyrici egit, ut Atticus Thessalonicam hiemis tempore vi adduceretur. Id contigit ipso hieme exeuntis anni 445. vel ineuntis 446., antequam Leonis responsio Thessalonicam perveniret. Id autem cum Anastasius obtinuisse, alteram epistolam ad Leonem per Diaconos direxit, in qua dissimulato hoc violento modo, quo Atticum coegerat, id unum referebat, *quod frater Atticus Thessalonicam venisset, quodque consensum suum etiam scripture professione signasset.* At paullo post has litteras a Diaconibus Romam perlatas supervenit idem Atticus cum quibusdam Episcopis suæ provincie, & de acerbiori ratione, qua Anastasius secum egerat, conquestus est coram ipsis Anastasii Diaconis, qui nihil reponere ausi sunt. Vides Illyrici Orientalis Metropolitanam cum aliquot suis comprovincialibus Romam confugere, & apud Apostolicam Sedem intercedere? Huic autem alteri Anastasii epistolæ Leo rescripsit epist. 14. qua violentum agendi modum ejus reprehendit, alique præclara ecclesiasticæ disciplinæ decreta proposuit. Hinc epistola 14. aliquanto post 6. Id. Januarii anni 446. scripta cognoscitur. Huc referenda est epistola 12. Leonis ad Episcopos Mauritanie scripta post an. 445. de qua Quæfnellus egit ad an. 440. n. XIII.

AN. CH. 446. provinciarum quod invitis Thespensibus concessisset Episcopum; constituitque ut nullus

Episcopus alterius sibi vindicet Clericum sine illius, ad quem pertinet, potestate. AN. CH. 446.

ANNUS  
CHRISTI  
447.

LEONIS  
PAPÆ  
8.

THEODOSII 40.  
VALENTINIANI 23.  
IMPP.

CALEPIÓ ET  
ARDABURE  
COSS.

I. **P**ridie 1 Kalendas Julii Ardabure & Calepio Coss. scripsit sanctus Leo ad Januarium Aquilejensem Episcopum contra hæreticos, ne admittantur ad communionem catholicam, nisi publica professione detestati hæresim sint. Et Presbyteri Diaconique, aut cujuslibet ordinis Clerici hoc loco beneficii & gratiæ habeant, si ex hæresi ad Ecclesiam reversi in eo, in quo inveniuntur, ordine maneant, nec se ultra sperent promovendos. Si Pelagiani sunt, de quibus hic agitur, quosque jam diximus duce Juliano turbare Ecclesiam, hac occasione scriptam esse crediderim istam epistolam. Ex quo Julianus dejectus est ab Episcopatu, pulsusque ex Italia, vagus & extorris nullibi sedes certas habuerat. Primo Constantinopolim fugit, sed & inde ejectus post Ephesinam Synodum, ubi tam Pelagiana, quam Nestoriana hæresis proscripta est, in Gallias migravit tamquam in asylum, non ignarus qui homines illic Augustini de gratia doctrinam oppugnarent. Hilario certe, qui ex Monacho Lerinensi creatus Arelatenfis Episcopus fuerat, Augustiniana de Prædestinatione doctrina non admodum placebat, etsi in aliis omnibus, ut Prosper scribit, admiratorem se Augustini, sectatoremque profiteretur. Tum Faustus Abbatem in Lerinensi insula agebat: huc Julianus advenit infaustus hospes: nam Abbatis animum ea labe imbuit, qua Fausti scripta postmodum aspersa sunt. Hæc & alia id genus, quæ multos latent, retecturum se 2 certifque probationibus, tam ex Fulgentio, quam ex aliis asserturum, promiserat vir doctif-

simus Hieron. Vignier Oratorii D. Jesu Presbyter, de Juliano disserens in limine 11. tomi supplem. operum B. Augustini: sed immatura morte præventus fidem præstare non potuit. Julianus porro ex illa insula in Italiam regressus novas turbas ciebat, vindicare se ab errore seu per speciem, seu per fraudem volens: fautoresque ejus eadem moliti redire ad Ecclesiam cupiebant. Hinc illa, opinor, Leonis ad Januarium epistola; si tamen, ut putant nonnulli, de Pelagianis hic agatur: mihi enim potius sermo esse videtur vel de Donatistis, vel de Novatianis. At commodius nostras ea de re conjecturas promemus in Dissertationibus nostris.

Sed ecce nova bella in Hispania adversus Priscillianitas. Illi dum Suevus, Wandalus, Gothus urbes & provincias populant, renovare errores cœperunt; & dum quisque pro focus dimicat adversus Barbarum, ipsi lethalia animis bella ferere, & longè graviora incautis vulnera infligere, quam externus hostis. Turribius Asturicensis Episcopus, quoniam morbus ingravescebat, de eare cum Episcopis provinciarum egit; litteras & 3 libellum, in quo portenta sectæ continebantur refutabanturque, ad Leonem misit per Diaconum suæ Ecclesiæ Pervincum. Rescripsit Leo, exstatque ejus epistola, ubi hæresim ex face aliarum hæreseon coalitam probat, singulaque ejus capita seorsim conterit. Deinde quid ad excidendum monstrum opus sit, paucis explicat. Turribium Episcoposque 4 Galleciæ & Lusitanicæ ad Concilium vocat aliis litteris ad eos scriptis, quæ

Qua occasione scripta.

Epist. S. Prosperi ad S. Augustinum.

II.

Ep. xv. ad Turribium. Priscillianistarum secta in Hispania reviviscit.

3

4

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Epistolam ad Januarium scriptam fuisse III. Kal. Januarii adnot. 15. ostendimus. De Pelagianis autem, non vero de Donatistis, vel Novatianis ibidem agi colliges ex adnot. 5. & 6. Quæ autem hujus epistolæ scribendæ occasio fuerit, conjecimus in Admonitione præmissa epist. 1. n. 26. ex qua Pelagiana hæresis irrepsisse cognoscetur in Aquilejensem provinciam jam inde a temporibus Zosimi, sub quo libellus distinctus ab illis duobus, quos Julianus alique Episcopi Pelagiani Zosimo obtulere, Augustino Episcopo Aquilejensi oblatum fuit a quibusdam, qui in ea provincia Pelagianis erroribus infecti erant. Sicut autem qui ex his ad catholicam fidem redierunt, occasionem dedere epistolis 1. & 2. ita horum reliquæ huic epistolæ ad Januarium scribendæ causam præbuerunt.

2 Quoad hæ probationes non proferantur, nobis interim assensum suspendere licebit, inquit Cardinalis Norisius lib. 2. Hist. Pelag. c. 13.

3 Addendum est etiam Commonitorium. Libellus porro ante Episcopatum a Turribio lucubratus fuit: ex quo non superest nisi epistola nuncupatoria ad Idacium & Ceponium:

quam in Appendice epistolarum dedimus. Confer Admonitionem huic epistolæ præmissam, & Dissertationem de epistolis deperditis n. 16.

4 Quatuor Leonis epistolæ in hac causa distinguendæ sunt. Una, quæ superest, responsiva ad Turribium, in qua præcepit, ut generalis Synodus ex Episcopis Tarraconensibus, Carthaginensibus, Lusitanis, & Baticis cogeretur; vel si aliquo impedimento id fieri non posset, Gallicicæ saltem Episcopi, inter quos error serpebat, omnino convenirent, ut serpenti malo remedium afferretur. Secunda ad Episcopos memoratarum quatuor provinciarum, quos ad idem Concilium cogendum excitavit. Cum porro rescisset hos Episcopos, non autem Gallicios in Toletana Synodo congregandos, tertiam epistolam ad eosdem dedit, præcipiens ut decretum fidei, quod edituri essent, vel edidissent, ad Balconium Bracarensem Gallicicæ Metropolitanam mitterent. Quartam denique ad Synodum peculiarem Gallicicæ & ad Balconium Metropolitanam direxit. Vide quæ de his egimus in Dissertatione de epist. deperditis n. 17. 18. 19. & 20.

AN. CH.  
447.

quæ exciderunt: si vero inter armorum strepitus cogi generalis Synodus nequit, saltem aliquot Episcopos convenire jubet, ut simul videant quid pro re christiana adversus gliscientem hæresim sit agendum.

III.  
*Epist. xvi. ad Episc. Siciliae.*  
Extra necessitatis angustias in Paschate & Pentecoste solum baptizandum.

Mense Octobri ad Episcopos Siciliae Leo gravissimam epistolam misit, eosque increpat, quod die Epiphaniæ baptismum solemniter celebrarent. Id vero, quoniam Christus S. Joannis baptismum eo die suscepisse vulgo credebatur. Consuetudinem Ecclesiae Leo confirmat, qua solitum publice baptismum agere diebus Paschæ & Pentecostes, antiquum esse morem haustum ab Apostolis, quem deinde & rationibus non paucis asserit: baptismum esse imaginem resurrectionis, per hoc mysterium hominem christianum reviviscere, triduanam sepulturam per trinam immersionem denotari, hominem ex aquis tamquam e sepulcro levare. *Ipsa igitur, inquit, operis qualitas docet celebranda generaliter gratia eum esse legitimum diem, in quo orta est & virtus muneris & species actionis.* Addit & huic celebritati consecratum diem Pentecostes, quasi aliquod Paschæ supplementum, effusum super Apostolos hac die Spiritum sanctum, eo die tinctos a Pe-

Tom. II.

tro tria hominum millia: his & similibus ad retinendum priscum morem Siculos adhortatur. Sub finem epistolæ dat salubre Ecclesiis consilium, ut bis quotannis terni Episcopi Romam mittantur, & in commune bonum Ecclesiae simul conferant ad custodienda decreta SS. Patrum, & errores ab Ecclesia eliminandos: *Cum coram beatissimo Apostolo Petro id semper in commune tradendum fuerit; ut omnia ipsius constituta canonumque decreta apud omnes Domini Sacerdotes inviolata permaneant.* Gerardus Vossius, ille Catholicus Theologus, publicavit alteram Leonis ad eosdem Episcopos epistolam, qua prohibet bonorum Ecclesiae alienationem, nisi in ejus proventum utilitatemque, neque id sine consensu & Cleri approbatione, sed in hac epistola desidero styllum S. Leonis: neque mihi facile persuadeo binas litteras ad eosdem tam brevi tempore scriptas, illam quidem xii. hanc xi. Kalend. Octobr. Alipio & Ardabure Coss. hanc tamen, qualiscumque sit, ex epistolis S. Pontificis non expunxi. Sed de ejus suppositione plura in observationibus.

Neque hic præteribo memoriam 6 epistolæ Leonis, etsi ipsa periit, cujus mentio

G g 2 est

AN. CH.  
447.*Epist. eadem.**Ep. xvii. ad Episcopos Siciliae.*

5

IV.  
Epistola S. Leonis de Bassiano Ephesino.  
6

## EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Hanc epistolam 17. in admonitione & adnotationibus vindicavimus.

6 Hæc, quæ affiguntur an. 447. Tillemonius not. 10. in Leonem adsignanda censet an. 448. Id pendet ex diversa ratione computandi annos quatuor ab hoc facto ad Concilium Calchedonense, quos alii integros & aliquot mensibus auctos, alii vero inceptos & quibusdam mensibus deficientes computandos credunt. Quot porro commenta hac in re Quenellus subdole infarcit, ut pontificiam auctoritatem deprimens, judicia Apostolicæ Sedis Concilio generali subjiciat? Integra & simplex facti series, quæ apud ipsum non legitur, fraudem & errorem detegit.

Bassianus Ephesinæ Ecclesiae Presbyter, cum in Memnonis Episcopi invidiam incidisset, ut Epheso amoveretur, ab eodem invitatus ordinatus fuerat Evazorum Episcopus: cumque adduci nequiverit, ut ad hanc Ecclesiam regendam accederet; Basilium Memnonis successor violentam ordinationem miseratus, ei Ephesi commoranti dedit nomen & honorem Episcopi, aliumque Evazensis Ecclesiae Episcopum consecravit. Post Basilii autem obitum idem Bassianus ab unico tantum Olympio Episcopo Theodosiopolis per vim adducto in Ecclesiam, Ephesiorum Episcopus institutus fuit. Hæc vis & modus institutionem ejusmodi contra canones factam palam demonstrant. Nihilo tamen minus idem Bassianus Theodosii Imperatoris opera a Proclo Constantinopolitano receptus fuit, datisque synodicis ad universum Clerum & populum Ephesinum, nec non ad cunctos Asiae Episcopos, per annos quatuor eandem Ecclesiam pacifice possedit; & non tam Clericos, quam Episcopos ordinavit. Postea vero aliquorum Clericorum similtates popularem tumultum excitarunt, quo abductus ab Ecclesia, carceri Bassianus inclusus fuit. Quæ res cum

ad Imperatorem Theodosium delata fuisset, is Eusthatium Silentiarium misit Ephesum, ut de hoc facto cognosceret, atque referret. Nihil autem certum elici potuit adversus Bassianum nisi illegitima ejus institutio. Imperator hac de re scripsisse traditur ad Episcopum Alexandrinum; & probabiliter etiam dedit epistolas ad Romanum Pontificem, ac ad alios primarum sedium, quippe hi omnes rescribere eum esse removendum. Tillemonius hic observat tom. 15. p. 464. aliud rescribi non potuisse, siquidem sola Episcopatus ejus initia, quæ canonibus adverfabantur, commemorata fuere; nec quicquam additum fuit de quadriennali pacifica ejusdem possessione a Proclo Constantinopolitano synodicis litteris inducta atque firmata, & a cunctis Asiae Episcopis, totoque Clero ac populo recepta: pro qua Cypriani testimonium ex epistola 55. afferri potuisset. Interim Imperator, qui Bassianum deposuisse fertur, alium Episcopum Ephesum dandum præcepit. Quadraginta Episcoporum Concilium Stephanum ordinavit; & Bassianus Constantinopoli infelicem vitam egit; quoad Calchedonensis Concilii tempore ab Imperatore Marciano Theodosii successore petiit ut sua causa in Concilio expenderetur: in quo tum Bassianus, tum Stephanus remoti fuere.

Hæc est sincera rerum gestarum historia, quæ ex sola actione XI. Concilii Calchedonensis colligi potest. Nullum hic Concilii Asiæ judicium est, quo Bassianus depositus fuerit. Quadraginta Episcoporum Concilium solam Stephani ordinationem fecit. De Bassiano vero deponendo nullum Concilii judicium fuisse ex eo liquet, quod Meliphtongus Juliopolis Episcopus cum aliis juxta se sedentibus eum non accusatum & sine judicio abjectum affirmavit: unde in ipso Calchedonensi Concilio Asiæ Episcopi eundem restitui volebant; quod non fecit.

t. 4 Conc. Venet. edit. p. 1615. d. Ibid. p. 1620. b.

AN. CH. 447. est in Calchedonenſi Synodo. Cauſſa epiſtolæ hæc fuit. Mortuo Baſilio Epheſino Epifcopo, ordinatus eſt in ejus locum Baſſianus contra Canones. Poſt aliquot annos Stephanus, pulſo per vim Baſſiano, ejus locum occupat: quæ res perturbavit Eccleſiam Epheſinam. De violenta ordinatione Baſſiani Stephanus tum apud Leonem, tum apud Alexandrinum Epifcopum & alios conqueſtus, litteras a Leone acceperat, quibus Baſſianum deponendum eſſe ſtatuert; tumultus tamen non quievit, donec Calchedone adverſus Eutychem congregati ſunt PP. De vi Baſſianus egit adverſus Stephanum, actaque coram Patribus cauſſa utriuſque retractata ordinatione. Tumque mentio epiſtolæ ſancti Leonis, qua Baſſianum loco movendum pronuntiaverat. Verum re examinata, judicio Concilii uterque dejectus Epifcopatu: quoniam utriuſque vitioſam ordinationem fuiſſe compertum eſt. Illius epiſtolæ memoria eſt in xi. actione Concilii Calchedonenſis. Baſſiani porro deſcriptio, quod velim annotatum, primo acta eſt per provinciæ Epifcopos. Tum confirmata judicio non ſolius Romani Epifcopi, ſed omnium primarum ſedium: ſic enim habetur in Concilio Calchedonenſi: *Expulſus eſt Baſſianus a SS. Patribus, & a ſanctiſſimo Regia Romæ Leone, & a beatiſſimo ſanctæ memoriæ Flaviano Conſtantinopolitanæ urbis, & ab Alexandrino, & Antiocheno, ab his expulſus eſt regio judicio. Et iterum: Et Romanus Epifcopus eum depoſuit, & Alexandrinus eum damnavit.* Nota quod pro damnavit, Græce eſt καθείδε, depoſuit; ita ut ni-

Act. xi.  
Concilii  
Calchedo-  
nenſis.

hil hoc in negotio uni tribuatur, quod non AN. CH. 447. deferatur alteri.

Verum eſſi proponerentur & epiſtolæ Leonis, & judicia primarum ſedium, ventum eſt tamen ad cauſſæ retractationem, nullo e Legatis Sedis Apoſtolicæ refragante. Dum petuntur ſuffragia, alii utrumque deſiciendum, alii alterutrum retinendum cenſuerunt: in horum numero erat Julianus Coenſium Epifcopus, & ipſe Legatus Apoſtolicæ Sedis, qui omiſſo Leonis, ut ajunt, judicio, exiſtimavit Baſſiano ſuam poſſe ſedem ſervari: *Julianus Reverendiſſimus Coenſium civitatis Epifcopus, & ipſe Vicarius Romane Apoſtolicæ Sedis dixit: Non debent ambo projici.* Tandem deſcriptionis in utrumque ſententiam dixerunt judices, 7 laudatum primum Anatolii CP. tum Paſchaſini Legati ſuffragio: *Glorioſiſſimi judices dixerunt: Quoniam placuit univerſis interlocutio Dei amantiſſimi Archiepiſcopi Regia Conſtantinopolis Anatolii, & reverendiſſimi Epifcopi Paſchaſini obtinentis locum Leonis Dei amantiſſimi Archiepiſcopi ſenioris Romæ &c.* Tunc Baſſianus, qui nec primarum ſedium, nec Leonis ipſius ſteterat ſententiæ, Synodi judicio acquievit: quia Synodi œcumenicæ ſumma auctoritas & ſupremum eſt judicium.

Hinc manifeſtum evadit nequicquam de hoc ſibi exemplo blandiri Annalium Eccleſiaſticorum auctorem, ſcriptoremque nuperum, qui de canonicis Epifcoporum deſcriptionibus ac judiciis infauſtum volumen ad depreſſionem epifcopalis dignitatis edidit. Putant enim Leonem ſuo juri aſſeruiſſe de Me-

Act. Con-  
cil. Calc.  
part. 11.  
act. XII.

7

Ibidem.

Baron. ad  
an. 447-  
Opus Gal-  
lice ſcrip-  
tum a  
quodam  
Davide:  
De Epif-  
copis ca-  
nonice ju-  
dicandis.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

ciſſent, ſi ipſum judicio habito deponendum putarent. Hujus itaque deſcriptionem primo actam per provinciæ Epifcopos ſibi Queſnellus finxit; & multo evidentius in hoc erravit, cum Romani Pontificis & aliarum ſedium litteras poſt hoc Concilium redditas prodidit, quæ omne Concilium præceſſere. Fallitur quoque cum Stephanum poſt ordinationem ad Leonem ſcripſiſſe affirmat. Ante ordinationem enim ejus Imperator ſcripſit, ut quid de Baſſiano decernendum eſſet, e præcipuarum ſedium Epifcopis diſceret. Leonis porro litteræ, quibus Imperatori, ut videtur, reſcripſit, eundem Baſſianum ob illegitima Epifcopatus ejus initia eſſe non oportere Epifcopum, eſſi judicium aliquod Apoſtolicæ Sedis præferunt, cum tamen ſine examine, ac ſine ullis geſtis editum fuerit, in re & facto, quæ ſubreptioni obnoxia ſunt, novo & expreſſo examini aditum non intercludunt, ſi præſertim circumſtantiæ exiſterint, quæ Pontifici declarata non fuerint. Quot nova ipſius Romanæ Sedis judicia hac ratione inſtituuntur, ut ne idcirco Apoſtolicæ Sedis auctoritas præjudicium capiat? Ita hic Baſſiani pacifica quatuor annorum poſſeſſio Procli auctoritate cæpta, cunctiſque Aſianis Epifcopis approbantibus firmata, ejuſmodi viſa eſt, ut illegitima initia purgaſſet, novamque cognitionem mereretur. Hanc ſi Baſſianus petiſſet ab ipſo Leone, non fuiſſet repulſus.

Cum vero Calchedonenſe Concilium ageretur, dum hanc novam cognitionem petiit a Concilio, a Leone, qui Concilio per Legatos præſidebat, ſimul petiit (ſicut Leoni primum inſcripti leguntur quatuor illi Alexandrinorum libelli, qui Calchedonenſi Synodo oblati fue-  
re) neque per hoc Leonis judicium ſubjiciendum credidit auctoritati Concilii, ſed novis cauſſis allatis novum judicium in Concilio, & Leonis ejuſdem auctoritate inſtituendum putavit. Hac de cauſſa Legati Apoſtolicæ Sedis huic novæ cognitioni non reſtiterunt, & Julianus Coenſis utroſque non debere projici opinari potuit. Leonis tamen judicium ſicut præcipue ingeſtum fuit, ita etiam deſcriptio Baſſiani ex Leonis judicio confirmata eſt. Quod ſi Baſſianus, qui non acquievit Leonis & aliarum præcipuarum ſedium reſcriptis, judicio Concilii paruit; id in cauſſa fuit, quia in Concilio ipſe auditus, ac totius cauſſæ examen inſtitutum fuit, nihilque ſuperſeſſe poterat excuſationis qua judicium ſubreptione notaretur.

7 Primum laudatus fuit Anatolius, non quod præcipuam ſupra Legatos Pontificis auctoritatem haberet (quis enim catholicus primam auctoritatem Apoſtolicæ Sedi non tribuat? unde initio actionis xi. primus locus Legatis tribuitur) ſed quia Anatolius primus in hoc negotio ſententiam dixerat.

Act. 111.  
p. 1267.  
1274.  
1282.  
1290.



AN. CH.  
447.

Metropolitanis etiam orientalibus iudicandi potestatem, eaque potestate usum in Bassianum : cum id non affirmet Stephanus scriptum a Leone, sed tantummodo Bassianum 8 esse non oportere Episcopum : ἄσε τούτων μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον . Nec illud persuasum habuerunt Legati, qui vel quasi de re integra iudicarunt, vel etiam sententiam Leonis temperarunt : Romanus enim Pontifex

dixerat Bassianum esse non oportere Episcopum : Julianus legatus Pontificis, esse posse Episcopum, cum de utroque qui contendebant de Episcopatu pronuntiavit, non debere ambos projici, significans alterutrum eorum in Ephesina sede esse constituendum : κατὰ μὲν κανόνας ἔδε εἰς ὠφελὲν εἶναι, κατὰ Syn. Calch. δὲ φιλανθρωπικῶν ἢ σύνοδος ἢ Ἀσιανὴ ἐπιλέξει- Αἰτ. xlii. ται τίς ὀφίλει εἶναι .

AN. CH.  
447.

A N N U S	LEONIS	THEODOSII	41.	POSTHUMIANO
CHRISTI	PAPE	VALENTINIANI	24.	ET ZENONE
448	9	I M P P.		COSS.

I.  
Epistol.  
xviii.  
nunc xx.  
ad Dorum.

**I**didibus Martii hujus anni scripsit sanctus Leo ad Dorum Beneventanum Episcopum. Ille Presbyterum recens ordinatum posthabitis Presbyteris aliis, qui ætate meritique præstabant, in locum superiorem ordinemque evexerat: quin etiam aliqui assentatione ignava jure & loco sponte cesserant. Arguit Leo Dorum prævaricationis, juvenem superbiæ, Presbyteros projectæ adulationis. Jubet igitur quemque juxta Canones servare prærogativam ordinationis, exceptis qui spontanea abdicatione se hoc honore indignos fecerant, & ipsi ut suo plesterentur iudicio inferiores esse vult illi quem sibi prætulerant. *Et ut iudicii sui, inquit, sententiam ferant, inferiores etiam illo erunt, quem propria sententia sibimet prætulerunt: omnibus Presbyteris in suo ordine permanentibus, quem unicuique ordinationis suæ tempus ascripsit.* I

Ordo antiquitatis inter Presbyteros servandus.

I  
II.

Leo insuper tanta pro Ecclesia gessit, ut visus sit hæcenus præluxisse majoribus, seu dum Priscilliani contaminatum gregem jugulat, seu dum Manichæorum clandestinos motus perimit, aut de profligato Pelagianismo triumphum agit, vel severe vindicat Ecclesiæ disciplinam. Quod alterius summum esset, iter est Leoni ad majora. Hæc quidem fortiter feliciterque, sed adversus faucios hostes, jamque multis debilitatos istibus. Ecce novus hostis, recens & integer Christi Incarnationem oppugnat, fundamentaque Christianæ Religionis concutit. Timendus certe: audax illi animus ad concin-

Eutychniani primordia.

piendum facinus, promptus ad exequendum; ingenium laudabile, si ad meliora convertisset. Pietatis professio & fama æque perniciosa, quoniam iis adversus fidem abutebatur. Quid referam gratiam favoremque Principum & magnatum amicitias, quas ad promovenda studia per fas nefasque conciliaverat? Verum hæc ut gloriosior Leonis victoria sit. Eutyches ille est, Constantinopolitanus Archimandrita, qui a demone malo impulsus, novos errores in Ecclesiam ferit, utramque naturam in Christo miscens, coalitamque in unam asserens: unde illud confectarium, vel naturam divinam perpeffionibus humanisque affectibus obnoxiam, vel quæ humanitus Christo contigerunt, labores & mortem, per quæ salutem nobis peperit, mera fuisse ludibria. Hæc ille: quæ primo latenter cum commensalibus Monachis communicabat; tum furtim cum amicis, & iis quos noverat novitatis avidos. Eusebius Dorylæi in Phrygia Episcopus, cui cum Eutychete amicitia intercedebat, pravam ipsius doctrinam primo amice corrigere: dumque Monachum consiliis non emendari intelligit, rem religionis potiore amicitia putans, denunciare scelus aggreditur, ut opprimatur antequam vires acquirat.

Qualis Eutyches.

Id temporis habebatur Constantinopoli Synodus a Flaviano Episcopo Constantinopolitano Procli successore, convenerantque triginta Episcopi ad litem dirimendam Florentii Sardorum Episcopi Lydiæ Metropolitanus adversus Episcopos suæ provinciæ Joannem

III.  
Synodus CP. sub Flaviano Episcopo.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

8 Si hoc loco Stephanus Leonis sententiam expressit his verbis *esse non oportere Episcopum*, alibi tamen his verbis retulit: *Romanus Episcopus eum deposuit*, quæ potestatem deponendi a Leone sibi assertam præferunt. Hæc ex foliis Stephani relatione. Si exstarent ipsæ Leonis litteræ, quid Leo scripserit expressius cognosceremus. Quod si iisdem aut similibus verbis usi traduntur etiam alii præcipuarum Sedium Episcopi; cum tamen peculiare jus in omnes orientales Episcopos Romano Pontifici ratione primatus negari nequeat; jus de Metropolitanis etiam orientalibus iudicandi

eidem negari non potest, nisi ab eo, qui vel primatum neget, vel meri ordinis primatum cum heterodoxis eidem attribuat. Sed hoc de jure plura in Observat. ad Dissertationem V.

I Hic omittenda non erat mentio duarum lucubrationum, quæ in hac causa scriptæ fuerunt, nimirum libelli querimoniarum, qui a Paulo Presbytero Leoni oblatus fuit, & alterius Leonis epistolæ, quæ desideratur, ad Julium Episcopum, cui hujus decreti executionem commisit. De his vide Dissert. de epistolis perditis n. 22. & 23.

AN. CH. 448.  
Actione 1.  
Concilii  
Calchedo-  
nensis.

nem Cassiniumque. Eusebius hortatu Flaviani, cui audaciam Eutychem nuntiaverat, rem ad Concilium detulit. Patres illico detestari pravitatem, rogare Eusebium, ut pro jure amicitiae adeat Eutychem, persuadeatque meliora. Tum Eusebius abnuere, jam frustra omnem movisse lapidem, sed irrito conatu; non vulnus levi manu leniendum, sed ferro recidendum, priusquam saniores partes occupet; jam Eutychem arma palam adversus Ecclesiam moliri, urbis Monasteria circumire, offerre libellum cui subscribant Monachi, & in doctrinam nomenque suum jurent. His auditis, Patres Presbyterum Diaconumque mittunt, qui de singulis inquirant. Presbyter recta it ad Martinum Archimandritam; plurima de Eutyche sciscitatur. Fatetur ille missum Constantinum Diaconum ab Eutyche cum scripto, cui subscribere rogatur; non aliam in eo fidem, quam quae in Nicæna Synodo jurata, & quae a Cyrillo tradita receptaque: sed a se longe rejectum cum hac responsione: *Μὴ εἶναι ἐμὸν ὑπογράψαι ἐπισκόπων δὲ μόνων: Non est meum subscribere, sed Episcoporum tantum est.* Grave responsum, & posteris retinendum. His Synodo renuntiatis, placuit Patribus ut vocaretur Eutyches ad Concilium. Semel & iterum accersitus venire contempsit, non fas, inquit, egredi e Monasterio. Tertiam quoque citationem ægrotatione simulata elusit. Sed demum post aliquot dies Monachus militari apparatu ad Synodum venit. Cum eo Florentius Patrius, turbulenta Monachorum phalanx, apparitorum militumque Prætorianorum manus. Hanc illi operam præstiterat Chrysa-phius Eunuchus, qui gratia & auctoritate Augusti pro libidine abutebatur; tam Eutychi carus, quam infensus Flaviano, quia

Action. v.  
Concilii  
Constanti-  
nop. in 1.  
Calched.

cum adiit Pontificatum, ejus demereri gratiam contemserat. Nihil territi Patres de fide sciscitantur. Rogant Eutychem, quid de Christo sentiat? Coram ille non hæsitans confessus in Christo duas naturas antequam Verbum cum carne uniretur, sed coaluisse in unam, ex quo Divinitas cum natura humana in unam hypostasim conjuncta est: *ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν προτῆ ἐνώσεως ματὶ δὲ τῶν ἐνωσιν, μίαν φύσιν ὁμολογῶ*: id est: *Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem; post vero adunationem, unam naturam confiteor.* Patres docent eam doctrinam esse alienam a fide, obtestantur ut ipse suos revocet errores proscribatque, ac Nicænam confessionem recipiat. Sed disto non audiens obfirmato animo in sententia persistit: ideoque judicio Patrum Sacerdotio motus est, munere Archimandritæ & communione ecclesiastica privatus.

Eutyches cum auctoritate Chrysa-phii & tutela Principis neque se, neque doctrinam tectam sartamque cerneret, ad Romanum Pontificem confugit, ratus irritam fore condemnationem, si tantum Pontificem suis partibus irretiat. Hoc vero factu facile in animum inducebat: quia absentem circumvenire in promptu est, & sciebatque inter Romanum Constantinopolitanumque Episcopum æmulatione Cathedræ jamdiu fere similitates; sperabat denique amicum Leonem, cujus animum ante aliquot menses exploraverat. Scilicet scelus suum prius meditatus, ne, si quando erumperet, Leo adversaretur, litteras ad eum miserat, quibus catholica fidei homines in suspicionem Nestorianismi adduxerat. Leo nihil tale suspiciens, laudaverat ejus vigilantiam sollicitudinemque. Perit quidem hæresarchæ 3 epistola, sed ex litteris Leonis ad Theodosium & Fla-

AN. CH. 448.

Eutyches  
commu-  
nitione &  
Sacerdo-  
tio de-  
jicitur.

IV.  
Ad Leo-  
nem scri-  
bit.

Epistol.  
XIX. nunc  
XX.

3

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Nullæ contentiones & similitates inter Romanum & Constantinopolitanum exarsisse traditæ sunt, nisi postquam a Calchedonensi Constantinopolitana sedis tres dioceses Asia, Ponti, & Thraciæ subjectæ fuerunt: neque hac in re Leo restitit ob æmulationem cathedræ, ac si exinde Romano Antistiti præjudicium aliquod crearetur; sed quia hoc canone lædebantur privilegia sedium Alexandrinæ & Antiochenæ, nec non jura Metropolitanarum earumdem dioceseon, quæ Nicænum Concilium facta tecta servanda præceperat. Cur potius eam æquorem, & veram rationem confugiendi ad Romanum Episcopum Quesnellus non allegavit; quia scilicet Eutyches Romanæ Sedis prerogativam noverat, qua in orientales quoque Episcopos, cum opus esset, jus exercere poterat?

3 Unam hic Eutychem epistolam ad Leonem Quesnellus memorat, quæ ab eo post condemnationem scripta fuit; huicque Leonem rescriptisse putat epist. 20. At in notatione, quam in secunda editione subjecit epistolæ 20, deprehendit hanc redditam alii epistolæ, quam

ad eundem Pontificem ante condemnationem Eutyches dederat. Duæ igitur hujus epistolæ distinguendæ sunt. Anno 447. magnæ turbæ excitatæ fuerunt adversus aliquot Episcopos orientales, qui in Nestorianismi suspicionem vocabantur. Harum turbarum originem e Constantinopoli profectam Theodoretus notavit ep. III. Eutyches vero Constantinopolitanus Archimandrita præcipuus earum auctor fuit; & dum illos impetivit, in oppositum errorem transiit. Nestorianismi autem nomine eos notavit, qui suo errori adversabantur. Dominus Antiochenus Episcopus, Eutychem impietate detecta, primus eidem restitisse, cum synodicam ad Imperatorem dedit, a Facundo traditur lib. 12. c. ult. Vide integram hanc synodicam insertam Dissert. VII., quæ propterea an. 448. scripta dicenda esset potius, quam anno 449. ut Eminentissimo Baronio placuit, pro cujus tamen sententia Tillemontius nonnulla affert not. 10. in Theodoretum. Certe autem Eutyches anno 448. primam epistolam ad Leonem dedit, qua Nestorianismum repellulare conquestus est. Huic, quæ desideratur,

AN. CH. 448. **449** S. LEONIS MAGNI PP. I. **450** AN. CH. 448.

Flavianum quid scripserit intelligimus. Conqueritur quod cum non diversa a fide sentiret, immerito tamen se se accusatum: quod Eusebius crimen hæresis sibi intulisset, nihil tamen eum, in quo argueretur, expresse & evidenter ostendisse, quod evocatus ad iudicium se sistere non denegasset; quod etsi Nicænæ Synodi decretis assentiebatur, privatus communionem sit; quod libellus appellationis, quem obtulerat, non fuisset susceptus: hæc & alia quam falso Eutyches scribebat, ex Constantinopolitanæ Synodi actis comperimus, quæ Calchedonensibus sunt inserta, ampliusque aperiemus in Dissertatione de ejus causa.

ANNUS CHRISTI 449	LEONIS PAPÆ 10	THEODOSII VALENTINIANI IMPP.	42. 25.	ASTERIO ET PROTOGENE COSS.
-------------------------	----------------------	------------------------------------	------------	----------------------------------

I.  
Epist. xx.  
nunc  
xxiii.  
ad Flav.  
Epist. xxi.  
nunc  
xxiv. ad  
Theodos.

SANCTUS Leo nihil horum, quæ Constantinopoli gerebantur, admonitus a Flaviano, ne vel innocentem condemnet, vel reum absolvat, ad Theodosium Flavianum-

que scribit. Quare i Flavianus non scripserit, haud difficile est distu, seu Eutychem staturum iudicio crederet, seu actam causam secundum Canonem Ecclesiæ in Concilio,

EDITORUM ADNOTATIONES.

tur, Leo respondit ep. 20. Kal. Junii an. 448. in qua cum ignoraret quo spiritu Eutyches ductus, eam Nestorianismi accusationem protulisset (huc enim spectant quæ S. Leo scribit ep. 34.) ejus zelum ac sollicitudinem commendavit. Interim Eutyches ab Eusebio Dorylænsi accusatus, a S. Flaviano damnatus fuit in Synodo Constantinopolitana die 22. Novembris ejusdem anni 448. In hac post damnationem aliquid de appellatione ejus a nonnullis auditum fuit. Mentitus vero est, cum affirmavit se libellum appellationis ad Romanum Pontificem obtulisse, qui receptus non fuerit. Hinc autem alteram ad S. Leonem epistolam dedit, cui quatuor documenta adiecit, libellum accusationis Eusebii Dorylænsis, libellum appellationis suæ, quem oblatum & non receptum venditavit, professionem fidei suæ cum contestatione ad populum Constantinopolitanum, & aliquot testimonia plerumque supposititia: de quibus vide Dissert. de epist. perditis n. 26. Hanc Eutychem secundam epistolam inter Leoninas edidimus ep. 21. Scripsit eodem tempore ad S. Petrum Chryfologum Episcopum Ravennatem; & hæc duæ epistolæ in Italiam missæ videntur una cum litteris Imperatoris Theodosii ad Leonem, quibus hic Augustus agente Chryfaphio deceptus, hæretici patrocinium susceperat. Sicut autem in relectione actorum Synodi Constantinopolitanæ quidam affirmarunt, Eutychem privatim appellasse etiam ad Episcopi Alexandrini, Hierosolymitani, & Theffalonicensis Concilia; ad harum sedium Episcopos fortassis epistolas dedit. Sub hoc quoque tempus Flavianus de gestis in Constantinopolitana Synodo adversus Eutychem retulit ad Leonem Pontificem, ut pluribus dicitur adnot. 1. in annum sequentem.

quæ prima fuit. Ibidem autem nos suum cuique tempus restitimus; & Cardinalis Baronii sententiam, quam ille perstrinxit, luculenter vindicavimus. Ut autem clarior fiat rerum in causa Eutychem gestarum historia, quæ apud Quesnellum non satis est accurate disposita, Breviarium chronologico-historicum documentorum hujus anni hac prima notatione appendendum credidimus, ex quo suum cuique tempus adscribere facile erit.

Cum epistola Eutychem una cum imperialibus litteris eidem faventibus sollicite missa fuerit; citius Romam pervenit, quam Flaviani litteræ: unde S. Pontifex Theodosio rescripsit die 18. Februarii hujus anni 449. antequam Flaviani epistolam acciperet: ex quo etiam factum est ut epist. 23. cum Flaviano questus sit, de tanta re nihil retulisse, & ut cautus, non autem deceptus, documenta ad iudicium ferendum necessaria postulaverit. Interim vero responsionem ad Eutychem distulit. Hic autem hæreticus non expectato Pontificis responso, libellum Imperatori obtulit, quo generale Concilium petebat, & per Chryfaphium patronum suum egit ut Dioscorus quoque Alexandrinus ad Theodosium scriberet, generalem Synodum cogi oportere: quod quidem per imperiales litteras signatas die 30. Martii hujus anni 449. indictum fuit Ephesi Kal. Augusti. Dum de hoc Concilio convocando murmurabatur, Constantinopolim perlata fuerunt duæ memoratæ Leonis epistolæ 23. ad Flavianum, & 24. ad Theodosium, & hac etiam occasione epistola 25. Petri Chryfologi ad Eutychem, ut in Admonitione ad eandem coniecimus. Id ante indictionem Synodi accidisse, ex altera Flaviani epistola colligere licet. Cum enim is ex acceptis Leonis litterisprehendisset, Eutychem ad Pontificem scripsisse, priorem vero suam epistolam ei nondum fuisse redditam; aliam mox epistolam 26. ad eundem Pontificem dedit, in qua tantum apostolicæ auctoritati attribuit, ut istam ad finem huic controversiæ imponendum per se sufficere tradiderit, ne Concilium, de quo rumor erat, amplius necessarium sit. Hæc post cer-

i Flavianum paullo post Concilium, quo damnavit Eutychem, ad Leonem scripsisse exeunte anno 448. aut serius sub initium anni 449. ostendimus in Admonitione ad epist. 22. Quesnellus ex suis præjudicii ordinem litterarum Flaviani pervertit, ita ut primam venditarit, quæ secunda est, & secundam,

AN. CH.

449.  
Baronius  
discussus  
de litteris  
Flaviani.  
Epist. Fla-  
viani ad  
S. Leonem.  
aunc xxvi.

cilio, condemnatumque legitime Monachum suæ paræciæ, non alias audiendum. Baronius credit litteras Flaviani, aut interceptas, aut retardatas ab Eutyche. Sed tum nihil omnino scriptum a Flaviano, constat ex ipsa Flaviani epistola, cujus initium est: *Pietate &c. Accusatum, inquit, eum (Eutychem) a reverendissimo Eusebio, & occurrentem in sanctum Concilium, & voce sua sectam propriam retegentem, alienumque exi-*

*stentem a recta fide damnavimus, sicut docebunt vestram Sanctitatem omnia que super eo sunt gesta, quæque direximus cum nostris his litteris.* Vides ut nihil litterarum vel gestorum Synodi ante hanc epistolam accepit Leo a Flaviano. Et paullo post: *Sed his ita gestis litteræ nobis datæ sunt vestre Sanctitatis per Comitum Pansophium, per quas sumus edocti, quia idem Eutyches libellos direxit vobis plenos omni fallacia atque*

AN. CH.  
449.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

certam indictionem scripta non fuissent. Hinc has Flaviani litteras ante diem 30. Martii exaratas cum Quesnello credimus. Vide hujus textum n. IX.

Eutyches ut sibi facilem in Concilio jam indicato defensionem præpararet, recognitionem actorum Synodi Constantinopolitanæ obtinuit, ac si ea diminuta & corrupta essent. Sed si pauca quædam leviora excipias, quæ non visa sunt actis inferenda, nihil falsatum evinci potuit ab Eutyche defensoribus. Hæc autem recognitio, in qua mentio fit epistolæ Leonis paullo ante receptæ, facta fuit in Constantinopolitano conventu diebus 8. & 13. Aprilis. Interim Leo priorem Flaviani epistolam 22. se jam accepisse indicat epistola 27. data 21. Maji: qua eidem epistolæ Flaviani paucis rescripsit, pleniorum responsum quam citius transmissurus: ubi si turbas adversus eundem Episcopum excitatas innuit, de quibus in ejus epistola 22. nullum indicium est; has ex aliis aliorum litteris satis detexerat. Ex verbo autem *rescribimus* (nisi legendum sit *rescribemus*) quo Leo utitur in ep. 27. ipsum in pleniorum epistola, quam promittit, lucubranda hoc quoque tempore fuisse occupatum colligere licet: hæc enim ob rei gravitatem maturius studium exigebat. Nondum, cum hæc scribebat, de Legatis transmittendis cogitabat; vel eos non ita brevi parandos sperabat. Hinc pleniorum epistolam per eum, qui litteras Flaviani attulerat, dirigendam spondet. Cum autem ob rerum difficultatem, & indictionem Concilii Ephesini jam imminens Legatos sollicitius dirigendos duxerit; his pleniorum epistolam 28. ad Flavianum perferendam tradidit, in qua (cum antea scripta fuisset) Legati solum in fine memorantur additione quadam, ut videtur, posteriori, qua nullam Synodi mentionem facit. Una cum hac celeberrima epistola 28. aliæ ad Theodosium, ad Pulcheriam, ad Archimandritas Constantinopolitanos, ad Synodum Ephesinam, & ad Julianum Coensem scriptæ Idibus Junii signantur, & iisdem Legatis traditæ sunt. His profectis altera Flaviani epistola 26. ad Leonem pervenit, cui Pontifex respondit epist. 36. die 20. Junii, eodemque die aliam ad Imperatorem ep. 37. misit, cujus causam adnot. 1. in hanc epistolam indicavimus. Tertiam porro epistolam S. Flaviani ante Ephesinum latrocinium ad Leonem dedisse per Basilium Diaconum, quæ ad nos non pervenit, evicisse credimus adnot. 2. in ep. 38. qua S. Leo eidem respondit die 23. Julii. Confer inferius adnot. 6. Novas litteras eidem Flaviano dedit die 11. Augusti, quibus de iis, quæ gerebantur, cognoscendis sollicitudinem suam significavit. Vide ep. 39.

Die 8. hujus mensis Ephesinum Concilium, seu potius latrocinium cœpit, de quo satis Quesnellus hoc anno num. XI. & seqq. S. Flaviani non multo post hoc latrocinium, dum duceretur in exilium, nimirum sub finem Augusti, obiisse ostendimus in Admonitione ad ep. 54. n. 1. Neque Menologia Græcorum, quæ ejus festum signant die 18. Februarii, iis auctoritatibus, quas ibidem allegavimus, opponi queunt: nam præterquamquod recentioris ætatis sunt, certe ad Februarium anni 450. Flaviani mors protrahi non potest, cum Anatolius subrogatus fuerit ante finem hujus anni 449. Cum porro prima translatio ejus in urbem Februario anni 450. affigi nequeat, quippe quæ post mensem Julium ejusdem anni contigit; aliam posteriorem sive translationem, sive festivitatem Februarii mensis iisdem Menais indicari necesse est. Hæc porro mors aliquandiu occultata fuit, seu ut successor eligendo cautius prospiceretur, seu ut præcaveretur a tumultu, qui a Clero & populo Flaviani studiosissimis timeri poterat. Hinc *acclamationes* Constantinopolitanæ plebis pro Flaviano, ac si adhuc viveret, contra Ephesinum latrocinium circa initium Octobris anni 449. in gesta publica relatæ fuere, quæ cum litteris Cleri & populi Constantinopolitani ad Leonem transmissæ sunt sub idem tempus, quo S. Pontifex ejusdem mortis pariter inscius ad eisdem scripsit ep. 50. & 51. Idibus Octobris. Confer adnot. 4. in ep. 59. Eodem quoque tempore Martinus & Faustus Archimandritæ litteras ad eundem dedere, quibus suam pro Flaviano ac pro recta fide constantiam declarabant; & eadem occasione probabiliter scripsit etiam Pulcheria Augusta: unde tribus his epistolis simul acceptis S. Leo eadem die respondit per ep. 59. 60. & 61. mense Martio anni sequentis.

Causa vero scribendarum epist. 50. & 51. Idibus Octobris Leoni fuit notitia de infelici exitu latrocinii Ephesini ad eundem perlata ab Hilario Diacono, qui ex eodem conciliabulo statim post S. Flaviani condemnationem mirum in modum effugit. Hic autem Romam pervenit eo tempore, quo ob anniversarium diem Natalis Leonis, Concilium Episcoporum habebatur die 29. Septembris. Auditis autem, quæ perperam gesta fuerant, ut his remedium apponeretur, Synodus Romana producta videtur usque ad diem III. Iduum Octobris, quibus diebus Leonis, vel etiam Synodi nomine plures epistolæ transmissæ fuerunt. Vide ep. 44. usque ad ep. 51., in quibus una est Hilari Diaconi ad Pulcheriam Augustam. In ep. 44. ad Theodosium Imperatorem scripta, & ep. 45. ad eandem Pulcheriam re-  
pro-

que calliditate. Ex quibus liquet pariter 2 non ante Flavianum de litteris ad Leonem ea de re scribendis cogitasse, quam cum didicit Pontificem improbis Eutyichis artibus deceptum, falsam de iudicio Constantinopolitano cepisse opinionem. Enimvero quamdiu intra Ecclesie Constantinopolitane limites sese labes ista continuit, opus non fuit, ut Collegarum opem imploraret Flavianus. Episcopus nempe universis catholicam veritatem totam in solidum a Christo Domino creditam non ignorabat, quam pro sua quisque virili defendere teneretur, erroresque contra insurgentes opprimere tamquam ordinarius iudex in ea quam sortitus est Ecclesie portione. At ubi monitus a Leone rescivit hæresiarcham Occidentem litteris suis pervasisse, suum virus spargere, atque a sæculi potestatibus insidias parari catholicæ doctrinæ, tum Romanum Pontificem adire sui putavit officii: quo videlicet & de re tota instrueretur, quod Ecclesie Capiti debebatur, & qua pollebat apud Augustum gratia ageret sollicitè, ne late serperent hæreticorum artes, nec turbarentur Ecclesie convocatione Concilii, in quo timendum merito erat, ne auctoritate plurimum valituri essent homines improbi.

Ceterum Leo non edoctus ea quæ de Eutyche gesta erant, ad Augustum scribens de Tom. II.

hæreticorum iudiciis hæc statuit: nullum iudicium pronuntiandum nisi re diligenter examinata. *Necesse est, inquit, jam locum subreptionibus non patere; sed prius de quibus eum aestimat arguendum, instrui nos oportet, ad Theod. cap. II.*

3 Non Presbyterum nota hæreseos inurendum, nisi sensu in quo peccaverit clare exposito: *Sed cum Presbytero hæreseos crimen intenderet, quem tamen sensum in eo arguerit, non evidenter expressit.*

4 Non bene reprehendi eum esse alienato a fide animo, qui quæ Nicænis statutis decreta sunt, palam profiteretur: *Asserens se Nicæne Synodi constituta servantem frustra de fidei diversitate culpatum.* Illa ad Theodosium, hæc ad Flavianum. Non festinanter, sed lente exercenda iudicia, cum maxime de recidenda communionem agitur, nec tam in errore confodiendo, quam in emendando errantem laborandum: nec adeo animo indulgendum specie defendendæ veritatis, ut locus caritati non sit. *Decet enim, inquit, in talibus causis hoc maxime provideri, ut sine strepitu concertationum & custodiatur caritas, & veritas defendatur.*

Flavianus rescripsit ad Leonem, & acta Constantinopolitanæ Synodi in causa Eutyichis simul cum epistola ad eum misit. Sed tardius Leoni reddita est. Cum nihil Flaviana-

H h

via-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

probato Ephesino latrocinio, Concilium in Italia habendum Leo postulavit. Theodoretus Cyri Episcopus in eodem latrocinio depositus, apud eundem Pontificem appellationem interposuit ep. 52.

Publicata subinde Flaviani morte cum aliquis eidem subrogandus esset, Imperator Constantinopolitanæ Ecclesie Clericis præcepit, ut quosdam aptiores regimini sibi proponerent, inter quos ipse potiorum eligeret. Dissidentibus autem illis inter se ea forte de causa, quod alii aliquem Flaviano adhærentem velent, alii autem excluderent, idem Imperator e Clericis aliarum Ecclesiarum, qui Constantinopoli ob alia negotia degerent, Episcopum eligendum mandavit. Ita omnium, ut præferretur, suffragio Anatolius Alexandrinæ Ecclesie Presbyter, qui in regia urbe suæ Ecclesie res agebat, electus, & in Synodo ab ipso Dioscuro Alexandrino ordinatus fuit. Scripsit statim Anatolius ad S. Leonem epistolam de ordinatione sui, cujus insigne fragmentum dedimus ep. 53. De eadem quoque ordinatione scripserunt etiam ad eundem Pontificem ordinatores ejus, Theodosius Imperator, & Pulcheria Augusta. Hæc sub finem huius anni 449. contigisse probavimus in Admonit. ad ep. 53. Interim S. Pontifex Leo novas ad Imperatorem litteras dedit 8. Kal. Januarii, quibus ut Concilium in Italia cogeretur, iterum institit. Hæ litteræ vitiata chronica nota editæ plures difficultates promoverunt. Emendato autem mense ex nostro præstantissimo codice Ratisponensi nihil difficultatis superest. Vide ep. 54. Et si vero nullæ Imperatoris litteræ a Leone

acceptæ hic indicentur, haud tamen ambigimus, quin his litteris Leo respondeat Theodosii epistolæ, quam post latrocinium Ephesinum eidem dedisse ostendimus in Dissert. de epist. deperditis n. 38.

2 Cum ex præcedenti adnotatione pateat, Flavianum hoc de negotio, quod fidem tangebatur, ad Leonem retulisse, antequam Pontificis litteris excitaretur, quæ hic subjiciuntur falsa esse manifestum est.

3 Leonis verba libellum accusationis Eusebii Dorilæensis Episcopi respiciunt, in quo S. Pontifex desideravit, sensum quem ille in Eutyche hæresi notaverat, apertius exponi, ut de eo ipse posset iudicium ferre. Non ergo hic Leo statuit (hoc enim verbo quod a Quenello præmissum fuit, sequentia reguntur) *non Presbyterum nota hæreseos inurendum, nisi sensu, in quo peccaverit, clare exposito.*

4 Integra Leonis verba de libello Eutyichis loquuntur, in quo ille assererat se Nicæne Synodi constituta servantem frustra de fidei diversitate culpatum. Hæc ex Eutyichis verbis non sunt Leonis decretum, quo statuerit, non bene reprehendi eum esse alienato a fide animo, qui quæ Nicænis statutis decreta sunt palam profiteretur. Solum Leo Eutyichis protestationem, cum nihil exploratum haberet, & e contra similem professionem in accusatoris ejus libello legisset, suspendendum iudicium credidit, quoad exploratiora documenta transmitterentur. Cum porro hæc documenta accepit, non dubitavit hæreseos condemnare Eutychem, licet Nicæna statuta se tenere & sequi etiam atque etiam profiteretur.

AN. CH. 449. 5  
vianus de epistola audiret, alteram misit in qua 5 prioris meminit, & actorum quæ simul miserat. Baronius deceptus codicum præpostero ordine, eam quæ secundo scripta, primo scriptam credidit, & revera primum locum hætenus obtinuit in editis codicibus. Sed contrarium ex ipsius epistolæ ferie evincitur, quæ videlicet prioris meminit cum actis Constantinopolitani Concilii missæ, & insuper ex epistola xxxiv. (nunc xxxviii.) ad Flavianum scripta Julii die xxiii. ubi testatur se 6 alteram illam epistolam non accepisse, nisi Legatis suis jam in Orientem profectis. Qui quidem nondum urbem reliquerant Junii die xvii. quemadmodum docent epistolæ xxxii. & xxxiv. (nunc xxxvi. & xxxviii.) ad Flavianum, ex quibus inter se collatis liquido apparet inter hujus & illiuscriptionem Legatos ad Synodum missos sese viâ dedisse.

IV. Ex hac utraque epistola pietatem Flaviani agnoscimus, vigilantiamque pastoris, qui suæ bene consulit Ecclesiæ. Scribit quam rite & secundum Canonem in Eutychem animadverterit, non indicta causa damnatum: deinde ejus errores commemorat. Hæc Flavianus, non quod suam auctoritatem cum Eutyche committat, sed ut rei gestæ admo- neat Pontificem Romanum ejusque Episcopos, caveantque ne in his locis pullulet hæresis, & ipse Theodosius admoneatur a Leone quos errores quosque tumultus in orbem invehat unius Monachi improbitas. Sed ne multa dicens, ait Flavianus, longam faciam epistolam, olim quicquid egerimus misi-

Epist. aunc  
xxii. Fla-  
viani ad  
S. Leon.  
cap. iv.

AN. CH. 449.  
mus ad Beatitudinem vestram litteras, quibus litteris docuimus & presbyterio eum esse nudatum: quia sic captus est; & iussimus eum cum Monasteriis nullam habere rationem, & exclusimus eum a communione nostra: ut Sanctitas vestra hoc cognoscens, quod circa illum actum est, omnibus Episcopis sub Beatitudine vestra degentibus manifestare dignetur illius impietatem: ne nescientes aliqui quid ille sentiat, quasi ad orthodoxum vel per litteras, vel per aliquam conjunctionem loquantur.

V. Admonet hoc loco lectorem Cardinalis Baronius, ut attendat ex veteri instituto absque controversia confiteri eosdem inter se altercantes Flavianum & Eutychem, legitimum & præcipuum judicem controversiarum ecclesiasticarum esse Romanum Pontificem, ad quem tam actor, quam reus sponte cur- runt sua jura prosecuturi. Pontificiæ dignitati majori quam quisquam alius reverentia advolvor ego; sed quoniam omnibus Ecclesiæ Episcopis cum Romano & communis dignitas, ipso etiam Leone hoc profitente, absit ut quam in uno veneror, in ceteris calcari velim. Ultro agnoscimus Romanum Pontificem pro legitimo, ac si cum singulis Episcopis comparetur, pro præcipuo controversiarum ecclesiasticarum judice: sed quis propterea ferat Flavianum, quem & sedis prærogativa, & sanctimonia singularis, & fidei constantia ad martyrium usque perseverans tantopere commendare debuerant, cum rebeli, imperito, obscuro ac malæ frugis Monacho componi committique, exautoratum Presbyterum cum suo ac tantæ Sedis

Baronius  
ad ann.  
449. n. 5.  
Ep. xii.  
nunc xiv.  
ad Ana-  
stas. Thef.  
cap. xi.  
7

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

5 In epistola 22. quam nos primam esse ostendimus, nulla anterioris epistolæ mentio fit. Quesnelli, qui hanc ipsam secundam esse contendit, intererat prioris epistolæ mentionem in ea detegere. In id autem usus est antiquæ versionis verbis, ut in Leoninis editionibus legebatur, olim quicquid egerimus misimus ad Beatitudinem vestram litteras, quibus litteris docuimus &c. At cum hæc non cohæreant cum originali Græco, a Romanis editoribus Conciliorum hic locus ad Græcum textum sic emendatus fuit: De iis, quæ de eo dudum egimus, misimus ad Beatitudinem vestram litteras, quibus docuimus &c. ubi pro olim repositum fuit dudum, quæ particula non ad epistolam dudum scriptam, sed ad anteriora gesta in Eutychem refertur. Verbum autem Græcum ἀπεσελάμην latine redditum misimus, hoc loco non de anterioribus, sed de iisdem, quas Flavianus scribebat, litteris acceptum probavimus adnot. 17. in ep. 22. ubi alia hujus significationis exempla protulimus.

6 In epistola 38. non alteram, sed tertiam Flaviani epistolam, quæ desideratur, indicari vidimus adnot. 2. in epist. 38. Cum autem Leo direxit epistolam 36. ad Flavianum datam, non die 17. sed 20. Junii, uti probavimus adnot. 4. in eandem ep. 36. jam acceperat secundam Flaviani epistolam, & tunc Legati jam

profecti erant in Orientem, quemadmodum ex emendata, seu potius restituta ejusdem epistolæ lectione subsequitur cognoscetur; de quo vide adnot. 3. Ita inter diem 13. Junii, quo signatæ fuerunt cum ep. 28. aliæ litteræ per eosdem transferendæ, & diem 20. ejusdem mensis, quo notatur ep. 36. Legati transmiserunt in Orientem, ac post eorumdem discesum tertia brevior Flaviani epistola allata fuit.

7 Communem quidem dignitatem episcopalis honoris Leo admisit in Episcopis & Romano Pontifice; at simul ordinem hierarchicum generalem non esse monuit, cum pro diversitate gradus hierarchici, auctoritate distinguantur, omnibusque Episcopis Romanus Pontifex eo primatu præsit, qui non meri honoris, sed præcipuæ jurisdictionis primatus est, ut omnes catholici profitentur. Vide quæ in hunc locum epistolæ 14. animadvertimus adnot. 52. Porro ad Romanum Pontificem controversiarum præcipuum judicem hanc causam ab Eutyche delatam appellationis libello, idque cum accepisset Flavianus, hunc quoque secundis litteris idem iudicium postulasse, contra Quesnelli nifus probaturi sumus in Observationibus ad Dissert. VI. ex quibus ea, quæ hic obruduntur adversus Baronium, quam inania sint, perpicietur.

AN. CH.  
449.

dis Episcopo, iudicem cum reo; & utrumque velut de communi dividendo altercantem coram Leone sisti, quasi de incerto causæ exitu dimicaturum. Absit tanta a sacratissimo Episcoporum cœtu injuria. Non sane actor Flavianus, Cardinalis illusterrime, sed iudex: non damnandum traducit Eutychen, sed damnatum a se producit; nec novum a Leone iudicium petit, sed latam a se sententiam cura Pontificis Romani collegis occidentalibus notam fieri postulat: ut omnes communi fidei causæ communibus curis, communi opera ac sollicitudine adlaborent.

## VI.

Acceptis litteris Flaviani Leo opem operamque suam adversus Eutychen pollicetur: perque illustrem virum Rhodanum epistolam mittit, quam primum ex codice Cardinalis Grimani in publicum emittimus, quam & secuta est 8 alia ad Theodosium, in qua Nicænæ fidei se inhærere profitetur, Nestorii & Eutychis dogmata condemnat, postulatque Synodum intra Italiam congregari. In ea ampliores litteras promittit per Flaviani nuntium; fuitque illa celebrata adeo ad Flavianum epistola, divinum Magni Leonis opus, laudata Calchedone, Patribus approbata, & retenta ad fidem Ecclesiæ de Incarnatione Christi explicandam, ut hac quasi Lydio lapide sincera adulterinaque fides probetur. Gelasius Papa hunc, qui vel unum ex ea apicem sustulerit, ferit anathemate. *Probamus*, inquit, *epistolam B. Leonis Pape ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum destinatum, cuius textum quispiam si usque ad unum iota dispunxerit* \*, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Apud scriptores tam illorum temporum, quam posteriorum præclara de ea memoria est. Viridarium, seu, ut vulgo vocant, *Pratum spirituale* (an opus Joannis Moschi, an Sophronii Jerosolymitani, nihil refert; certe opus antiquum, Synodo septimæ, act. 4. Photio, aliisque receptum) narrat epistolam Leonis divinitus approbatam. *Narravit Tom. II.*

Ep. xxii.  
nunc xxvii.  
ex cod.

Card. Grimani.

Ep. xxiii.  
nunc lii.

Theodos.

8

Ep. xxiv.  
nuncxxviii.  
ad Flav.

CP.

Gelasius in  
Concilio  
Rom. de  
Libr. Apocr.

\* al. dispunxerit.

nobis & hoc Abbas Menas ejusdem Cœnobii Pater, audisse se eundem Abbatem Eulogium Alexandrinum Patriarcham, dicentem: Cum profectus essem Constantinopolim fructus sum contubernio Domini Gregorii Romani Archidiaconi & singularis viri, qui narravit mihi de sanctissimo ac beatissimo Leone Romano Pontifice, dicens haberi scriptum in Ecclesia Romana, quod cum scripsisset epistolam ad sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopum contra impios Eutychetem & Nestorium, posuerit illam super tumulum Principis Apostolorum Petri; & orationibus ac vigiliis ac jeuniis vacans oraverit ipsum summum Apostolum dicens: Si quid ut homo vel minus caute posui, tu cui a Domino Salvatore nostro JESU-CHRISTO & hæc sedes & Ecclesia commissa est, emenda. Post quatuor dies \* apparuit ei Apostolus & dixit: Legi & emendavi. Sumensque epistolam de sepulcro B. Petri aperuit eam, & invenit apostolica manu emendatam. Sed, ut scite scribit eminentissimus Cardinalis Baronius, præstat audire potius sententiam Petri, quam visionem Petri: Firmiorem, inquit, habemus propheticum sermonem quavis visione. Etenim majorem sibi 9 ea epistola fidem vindicat ex divinis Scripturis, traditionibus sanctæ Ecclesiæ, communi sanctorum Patrum consensu, & ex publica Concilii œcumenici Calchedonensis assertionem & prædicationem, quam ex recensita modo visione. Istam quippe epistolam actione v. approbavit: *ὅτε δὴ τῆ μεγάλου πέτρῃ ὁμολογία συγκατανοῦσαν, ἢ υἱοῦν τινα σὴν ἢ ὑπάρχουσαν κατὰ τῶν κακοδοξουμένων*: id est, *Utpote & magni illius Petri confessioni congruentem, & communem quamdam columnam existentem adversus perverse sentientes*. Olim hæc integra epistola 10 publice, quod ex MS. codice Romano Baronius notat, in Ecclesia Romana tempore adventus legebatur: ex MS. codice Bibliothecæ Regiæ accepimus idem olim factitatum in Ecclesiis Galliarum.

AN. CH.  
449.  
Pratum  
spirit. cap.  
147. quod  
caput latine tantum  
extat.\* al. post  
xl. dies.

9

10

Hh 2 In-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

8 Quæsnellus deceptus chronica nota huic epistolæ subjecta in vulgatis VIII. Kal. Junias, eandem scriptam hic prodidit ante iudicium Leonis editum ep. 28. ad Flavianum. Ipse vero de errore hujus chronicae notæ suspicatus est in secunda editione. Nos ex probatissimo MS. Ratisponensi emendavimus VIII. Kal. Januarias. Vide adnot. 8. in ep. 54. Hinc de Concilio in Italia convocando tum solum Pontifex egit, cum in latrocinio Ephesino omnia per vim & præpotentiam gesta liberum Concilium postulerent, ut illatis malis facilius remedium afferretur.

9 Hujus epistolæ celebritatem pluribus demonstravimus in Admonit. ad ipsam epist. 28. eamque Flavianus etiam antequam ederetur ex Apostolicæ Sedis auctoritate per se se idoneam futuram putavit, quæ toti controversiæ finem

imponeret, adeo ut necessarium nonesset Concilium generale: & S. Petrus Chrysologus ep. 25. eidem acquiescendum Eutychen monuit, eo quod Petrum in suis successoribus vivere, & docere quærentibus veritatem certum haberet. Postquam vero edita fuit, etiam antequam cogeretur Synodus Calchedonensis, tota Ecclesia illam suscepit, eidemque subscriperunt omnes catholici Episcopi, non ut vim & auctoritatem illi adjicerent, sed ut se catholicos probarent, & ne, si renuerent, hæretici haberentur. Vide plura in eadem admonitione. De subjectis autem comparationibus & confirmationibus doctrinæ a Leone definitæ confer dicenda adnot. 22. ad an. 451.

10 Confer eandem admonitionem in epist. 28. n. 3.

AN. CH. Interea dum Leo Flavianusque bono Ec-  
 447. clesiaz pariter consulunt, Eutyches 11 no-  
 VII. vas turbas excitat: decreta Synodi Con-  
*Bavon. ann.* stantinopolitanæ perfringendi cupido inces-  
 449. n. 39. sit. Ea de re libellos supplices dat Impera-  
 II tori, actaque Synodi diminuta falsataque ar-  
 12 guit. Theodosius Chrysfaphii eunuchi ser-  
 monibus deceptus, retractari acta jubet,  
 omniaque ad amissum examinari, an quid  
 omisissum, mutilum, adulteratumque reperia-  
 tur. Eam ob rem, 12 eosdem Episcopos,  
 qui superiore anno Synodum fecerant, ju-  
 bet iterum cogi, sed illis Thalassium Epi-  
 scopum Cæsareæ in Cappadocia præficit, amo-  
 to Flaviano Constantinopolitano, cui jus &  
 prærogativa sedendi aufertur. Concilium II.  
 Constantinopolitanum vocatur a Cardinali  
 Baronio; quamquam vix isto nomine dignan-  
 dum, Appendicem ego dixerim Synodi  
 superiori anno habitæ CP. vel Concilii œcu-  
 menici præludium, quod ad Kalendas Au-  
 gusti indictum legimus. Aprili igitur ineun-  
 te habetur conventus: ad examen acta re-  
 vocantur: nihil depravatum, aut immutatum  
 reperitur: omnia uti gesta erant ita scri-  
 pta esse omnes approbant. Tum Eutychis  
 13 procuratores vana spe delusi 13 appellatio-  
 nem ad Sedem Apostolicam proferunt. Con-  
 stantinus reverendus Diaconus dixit: *Euty-  
 ches, dum legeretur damnatio, appellavit san-  
 ctum Concilium sanctissimi Episcopi Romani,  
 Alexandrini, & Jerosolymitani, & Thes-  
 salonicensis: hæcque actibus non contineri  
 conquerebantur. Patritius Florentius id con-  
 firmabat; dum Concilium solveretur, in-  
 ter strepitus surgentium locutum sibi Euty-  
 chen de provocatione ad Concilium Roma-  
 num, idque Flaviano discedenti renuntia-  
 tum. Unde hæc Basilius Episcopus: Et hæc  
 in gestis non sunt inserta. Magnificentissi-  
 mus Patritius dixit: Turba facta & disso-  
 luto conventu, dixit ad me silenter appellans  
 & Romanum, & Ægyptium, & Jerosolymi-*

*tanum Concilium. Et ego arbitratus indecens  
 esse latere hoc sanctissimum & reverendissi-  
 mum Archiepiscopum Flavianum, abscedens  
 dixi ei. Basilius reverendissimus Episcopus  
 dixit: Jam in veritate dico adhuc ipso con-  
 ventu sedente & proponente hoc sancta Syno-  
 do, ut diceret iste duas naturas inseparabiles  
 & inconsusas in uno Domino, idque post  
 adunationem, scio quia dixit religiosus Ar-  
 chimandrita Eutyches: Si præceperint mihi Pa-  
 tres Romanus & Alexandrinus, dico hoc  
 ipsum; hoc autem non quasi appellans dixit,  
 sed dicens: Non sum ausus disere propter Pa-  
 tres. Rogati Patres, de appellatione nihil  
 auditum omnes responderunt. 14 Eutyches  
 ad Concilium Romanum, Alexandrinum,  
 Jerosolymitanumque appellat, ratus, ut ea  
 erant tempora, auctoritate Episcoporum pri-  
 marum sedium aut numerosiore Synodo sen-  
 tentiam alterius posse irritam fieri. De An-  
 tiocheno silentium: quia Episcopi hujus Dice-  
 ceseos Nestorianismi suspecti erant.*

Eutyches dum hac via omnes aditus in-  
 terclusos intelligit, alio se vertit, ad Dio-  
 scororum scilicet Alexandrinum Episcopum.  
 Hunc audax feroxque animus odiaque pri-  
 vata in Flavianum, præter invidiam æmu-  
 lationemque Sedium, Chrysfaphiique poten-  
 tiam, facile impulerunt in partes Eutychis.  
 Ab iis in perniciem Flaviani & Eusebii Do-  
 rylæi conjuratur. Primum itaque Dioscorus  
 ad Imperatorem scribit; aliamque Synodum  
 postulat. Imperator petitioni subscribit, eam-  
 que ad Kalend. Augusti Ephesum indicit:  
 omnia ex composito sic ordinata sunt opera  
 Chrysfaphii. Dioscorus jubetur per litteras  
 Imperatoris Concilio 15 præsidere; allegere  
 ad Synodum decem Metropolitanos suæ dice-  
 ceseos, aliosque aliunde decem Episcopos,  
 qui sanctitate & doctrina plurimum flore-  
 rent: rejecto nominatim Theodoreto, quia  
 in Anathematisimos sancti Cyrilli Alexan-  
 drini scripserat, aut magis quia Dioscoro  
 in-

AN. CH.  
449.

14

Vide no-  
stram Dis-  
sertationem  
de causa  
Eutychis.VIII.  
Eutyches  
Dioscori  
patroci-  
nium im-  
plorat.Dioscorus  
Synodum  
postulat.Liberatus,  
Diacon. in  
Breviar.cap. 12. Ni-  
ceph. l. 14.  
c. 47.

15

## EDITORUM ADNOTATIONES.

11 Hæ novæ turbæ excitatæ fuerunt ab Eutyche mense Aprili, antequam dogmaticam epistolam 28. S. Pontifex scriberet. De his autem turbis plura adnot. 1.

12 Ex triginta quatuor Patribus, qui huic conventui interfuere, quindecim tantum pertinent ad antecedentem Synodum, in qua Eutyches damnatus fuit.

13 Quam scilicet Eutyches se in anteriori Synodo interposuisse præferebat.

14 Eutychis appellationem ad Romanum Pontificem, quam duplici ex capite Quefnellus subvertere studuit Dissert. VI., nos in Observationibus ad eandem Dissertationem constituimus; ibique etiam egimus de hominis causam desperatam agentis perfugio ad alios atque alios Episcopos, & ad diversas Synodos, ut moras longiores neferet, & alicubi, si fieri posset, Flaviani sententiam rescindendam curaret.

15 Hic respicitur alia Theodosii Imperatoris epistola sub ipsum Concilii tempus data ad Dioscorum Alexandrinum, in qua idcirco pri-

matu eidem in hac causa tributus videtur, quia Imperator Eutychis dolis deceptus, cum ejus patrocinium suscepisset, eum Concilio, seu verius latrocinio Ephesino præficiendum credidit, quem Eutychis defensorem agnoverat, eique etiam comites addidit Juvenalem Jerosolymorum Episcopum, & Thalassium Episcopum Cæsareæ Cappadociæ, propterea quod hos sciebat Dioscoro consentaneos futuros. Hic usurpatus a Dioscoro primatus reprehenditur a S. Prospero in Chronico integro, a Rustico Diacono in notatione ad hanc Imperatoris epistolam, & a Victore Turonensi in Chronico. Liberatus etiam in Breviario tradit, Pontificis Legatos huic primatui Dioscori restitisse: sed contra vim quid poterant? S. Leo id non obscure improban epist. 89. ad Marcianum, Legatum suum Calchedonenæ præsidere voluit. Vide adnot. 9. in eandem epistolam: ubi & hanc primatus usurpationem in Calchedonenæ ipsi Dioscoro a Lucentio objectam vidimus.



AN. CH. 449.

inensus, Eutylianæ doctrinæ aperte contrarius. Synodum prius opinor meditatam, etiam ante conventum Constantinopolitanum. Nam dum consuleretur de procuratoribus Eutythis admittendis, qui scilicet criminis accusabatur, & eam ob rem ipsum Episcopi adesse vellent, Meliphongus Episcopus dum diceret super ea re sententiam, reum quidem præsentem volebat, posse tamen per procuratores audiri, si ita Augusto visum; rem scilicet iterum examini subjiciendam, quoniam Imperator iusserat universalem Synodum fieri, ubi de majoribus causis decernendum: *Εἰ καὶ τὰ μάλιστα οἰκουμένην ἐκέλευσθη γενέσθαι σύνοδος, καὶ περὶ λακταὶ τὰ κριώτερα τῶν πραγμάτων ἐν ἐκείνῃ τῇ σύνοδῳ*: idest: *Præcipue quia universalem præcepit fieri Synodum, & 16 necesse est majores causas in illud reservare Concilium.*

16  
At. I. Calched. Concilii.

Hæc de Synodo jam indicta differebat Meliphongus v. Idus Aprilis. Immo Flavianus ad S. Leonem scribens statim post acceptas primas ejus litteras jam tum de Concilio cogendo rumore divulgatum testatur. Porro datæ videntur Flaviani litteræ ante Constantinopolitanum conventum mensis Aprilis. 1. Quia ante istum pervenisse Leonis litteras, quibus statim respondit Flavianus, narrat Seleucus Episcopus in eo conventu. 2. Quia de solo priore conventu Flavianus ad Leonem sermonem facit; de altero procul dubio non taciturus, si jam conflatus esset. 3. Litteris Flaviani respondet Leo 21. Maji, non statim illis acceptis, sed exspectata occasione: *Pervenisse, inquit, ad nos tuæ dilectionis epistolas, ut primum venientis filii nostri Rodani opportunitatem reperimus, indicamus.* Ex quo, vix ante Kalendas Aprilis scriptas Flaviani litteras, facile statueris.

Ex quibus liquet non errorem, quod Baronio placet, irrepisse in diem quo datæ sunt litteræ Theodosii ad Dioscorum ad tertium Kalend. April. Immo litteras ejusdem Theodosii de convocazione Synodi receperat

Leo III. Idus Maji, quas missas ante mensum solidum oportuit, quod Leo testatur ad Pulcheriam Augustam scribens. Sed ea quæ prius ab Augusto ordinata fuerant, postea immutata haud dubium est. Nam 17 pauci primum Episcopi convocati, deinde mutata sententia plures, ex actis pseudosynodi Ephesinæ liquido constat: nam centum & amplius adfuisse leguntur. Permissum igitur non modo Ægyptiis, sed Orientalibus venire ad Concilium. Archimandritæ & Monachi Constantinopolitani, quia Eutychen repudiaverant, non admissi: unus instar omnium adfuit Barsumas e Syria Archimandrita scelere & perfidia notus, acer Eutylianæ impietatis vindex. Quin etiam postmodum vocatus Leo Pontifex Romanus, ut patet ex ejus epistolis: & ipse adesse Synodo rogatus rescripsit non esse consuetudinem Romani Episcopi extra Romam Conciliis interesse: nec ea esse tempora, Hunno hoste ingruente, quibus civitatem deserat: nec opus Synodo ad fidem defendendam, quæ tam evidens sit: de qua tamen si cogitandum esset, expedire magis 18 ut in Italiæ partibus congregaretur (quod obtinere non potuit: ne tamen fidei videatur deesse, mittere se qui suas vices gerant, quique causæ adeo manifestæ sufficiunt. Ita Legati a Leone missi sunt Julius Episcopus Puteolanus, Renatus Presbyter tituli S. Clementis, Hilarus Diaconus, & Dulcitus Notarius.

Hæc sic legere dedignatus non esset P. Christianus Lupus, qui nostra tam amaris ac virulentis scriptis infectatus est, illis se difficultatibus facile expedisset, quas aliter solvere non potuit, quam per verbum *nescio*. Is in scholiis ad cap. XLIV. Monumentorum Ephesinorum quorum editioni immortalus est, pag. 262. sacram Theodosii jullionem pro congreganda II. Ephesina Synodo discutiens hæc habet. *Est data Consulatu Posthumiani & Zenonis, eodem anno quo S. Leo suas ad Eutychen rescripsit litteras, & quo S. Flavianus suam adversus*

cum-

AN. CH. 449.

17  
Ep. xxvii.  
nunc xxxi.  
cap. iv.Ep. xxvii.  
nunc xxxi.  
ad Pulcher.  
cap. iv. &  
epist. ad  
Theodos.  
xxxiii. nunc  
xxxvii.

Extra Italiam Synodo adesse R. Pontif. non est consuetudo.

18

## EDITORUM ADNOTATIONES.

16 Hæc Meliphongus Episcopus eo consilio dixit, ut causam ad universalem Synodum jussu Imperatoris delatam, a conventu Constantinopolitano eximeret; non vero eo ut non alibi, quam in generali Concilio de majoribus causis decerni posset.

17 Hæc Quefnellus scripsit ratus epistolam imperialem, qua Concilium Ephesi cogendum indictum fuit die 30. Martii, soli Dioscoro datam fuisse, ut vulgata inscriptio præfert. At hæc epistola die eodem data fuit a pari ad alios quoque Episcopos, ut post recitatas eadem litteras in actis Ephesinis Calchedonensi insertis act. 1. notatur t. 4. Concil. Ven. edit. col. 874. *Eodem tenore scriptum est & aliis reverendissimis Episcopis, ut in Synodum convenirent: & Julius Leonis Legatus eadem litteras ad Leonem quoque simili (non vero eodem) tenore datas prodidit; quæ aliquod tan-*

tum verborum discrimen ob peculiarem in Romanam Sedem reverentiam indicant, ut exposuimus adnot. 29. in ep. 31. Hinc quæ de mutata Imperatoris sententia Quefnellus subjicit, falsæ hypothesi innituntur; dum omnes Episcopi eadem die ad Concilium acciti fuerunt; Dioscori vero nomen in editis litteris legitur, eo quod is Ephesino latrocinio omnia suo arbitrio gerens, scriptam ad se epistolam actis inseruit.

18 Hæc de Synodo cogenda in Italia non leguntur in epistolis citatis in margine 31. & 37., sed in ep. 54. quæ ob errorem chronicae notæ pertinere videbatur ad Synodum Ephesinam, cum ex nostra emendatione posterior sit latrocinio Ephesino, cui ut remedium quaereretur, liberam Synodum in Italia cogendam Leo a Theodosio petiit.

AN. CH.  
449.

*eumdem celebravit Synodum. Et quidem tertio Kalendas Aprilis. At vero hæc epistola data est Kalendis Junii: ista vero Synodus cæpit sexto Idus Novembris. Porro istud Ephesinum Concilium fuit indictum ad retractandum illius Synodi de Eutycheie iudicium. Hinc queritur, quomodo illius indictio possit istius celebrationem præcessisse ad medium annum? Quin & Ephesinum latrocinium scribitur actum eodem anno sexto Idus Augusti, tribus mensibus ante S. Flaviani Synodum. Eadem est questio de Rescripto Magni Leonis. Respondeo, esse mendum. Aliud Nescio. At aliud addiscere poterat: ac primum quidem epistolam Leonis ad Eutychem datam Kalendis Junii anni 448. nullo modo pertinere ad Flaviani iudicium seu primum seu secundum, cum illud primum septem fere mensibus epistola præverit; sed potius ad Domni Synodum, ex qua cum Theodosium Antiochenus monuisset de renovata per Eutychem Apollinaris hæresi, Eutyches pariter Leonem scriptis litteris monendum censuit de repullulante, ut calumniabatur, Nestorii per Domnum aliosque Orientales errore; licet nec Domni, nec alterius cuiusquam nomen expresserit. Hæc monueram & hoc præsentis loco, & ad Leonis epistolam ad Eutychem datam. 2. Cum Ephesinam pseudo-synodum, quæ sexto idus Augusti anni 449. certissime celebrata est, placuerit Patri Lupo assignare anno 448. quo videlicet Posthumianus & Zeno gesserunt consulatum, & quo Leo scripsit Kalendis Junii ad Eutychem, & Flavianus de eodem iudicium habuit, non mirum quod Ephesinam Synodum tribus mensibus Constantinopolitana Flaviani antiquiorem inveniat, cum novem potius mensibus junior fuerit. 3. Sanctionem Theodosii pro convocanda Synodo Ephesina Consulibus Posthumiano & Zenone datam asserit, erratum Latinæ editionis secutus, cum scripta fuerit post consulatum eorundem, ut Græci fontes 19 ipsaque rerum series indicant.*

19

X.

Sanctus Leo plures simul epistolas per Legatos in Orientem misit, in quibus Legatorum meminit: datæ sunt eodem die, scilicet Idibus Junii. His tradita illa adeo prædicata epistola ad Flavianum \*, aliæ ad Theodosium Imperatorem \*, ad Pulcheriam Augustam \*, ad Julianum Coensem Episcopum \*, ad Faustum & Martinum Archimandritas CP. \* ad Episcopos Synodi Ephesinæ \*, quibus significat plenius se ad Flavianum de sua sententia scripsisse. Sunt & duæ aliæ ad Julianum Coensem & Pulcheriam eodem die datæ, qua superiores. Cur

\* Ep. xxiv. nunc xxviii. \* Ep. xxvi. nunc xxix. \* Ep. xxvii. nunc xxxi. & ep. xxx. \* Ep. xxv. & xxxi. nunc xxxv. & xxxiv. \* Epist.

xxviii. nunc

xxxii. \* Ep. xxxi. nunc xxxiii.

19 Addendum & veteres codices Latini, in quibus observante Baluzio t. 4. Concil. col. 873. not. a. legitur P. C. Zenonis & Posthumiani, ubi siglæ P. C. post consulatum indicant.

20 De hac re vide admonitiones præmissas epi-

20 binæ simul eodem die ad eosdem epistolæ, nihil certi affirmem, an occasione nuntii qui Legatos anteverteret, an metu ne Legati adire Augustam prohiberentur, quod certe accidit, ut ex epist. 41. (nunc 45.) satis apertum est. Nam altera epistola ad Pulcheriam breviter complectitur ea quæ per Legatos scripta; & Legatos 21 retentos aliquamdiu Romæ, ex breviori epistola quam iterum ad Flavianum XII. Kalend. Julii dedit, accepimus. Cum per ea, inquit, quæ ipsi portabunt scripta, sis plenius instruendus. Et iterum: Subsecuturos significo, quos in hac re placuit destinare.

Jam dies Concilio indictus appetebat, cum Augustus ad Elpidium scribit; jubet eum adesse Concilio cum armatis militibus ad pacem securitatemque Synodi, mitti in vincula turbatores concordie imperans. Hæc in speciem honesta, sed re ipsa ad profligandam fidem, opprimendosque catholicæ doctrinæ vindices. Vetantur Episcopi, qui prius condemnaverant Eutychem, sententiam dicere: immo iudicium de suo in Eutychem iudicio expectare imperantur. Misæ præterea litteræ ab Augusto ad Proconsulem Provincie, ad Magistratus & Duces exercitus, ut executioni mandent decreta Concilii. Demum ad ipsam Synodum, ubi Flavianum ut turbulentum & novas res in religione molientem, Eutychem vero honorifice compellat, ut virum probum & catholicæ veritatis tenacem.

Rebus ita compositis habetur Synodus ab cxxx. Episcopis, quos inter eminebant Dominus Antiochenus, Juvenalis Jerosolymitanus, Flavianus Constantinopolitanus, Thallastus Cæsareæ in Cappadocia. Flaviano locus fuit post Jerosolymitanum Episcopum. Eusebius Dorylæi, non ut iudex, sed ut reus admissus. Præfidebat Dioscorus. Legati sancti Leonis absentiam ejus causis & rationibus deprecantur: cumque ad lectionem ejus litterarum atque imprimis epist. ad Flav. re accingunt, deluduntur a Dioscoro. Aliis rebus legendis consumtum tempus; de fide non statim actum. Eutyches introductus continuo cæpit diluere labem hæreseos, confessionemque fidei proponere. Palam lecta est, falsitatis & simulationis plena, & ambage verborum perplexa. Retractata deinde acta ejus condemnationis. Frustra intercessere Legati, frustra que obtestati, ut Leonis epistolæ legerentur. Lecta aliquot scripta S. Cyrilli. Dum lectio fiebat, Eustathius Berithi Episcopus contenta voce, ut omnes audirent, dixit, non esse sententiam Sancti Cyrilli & S. Athanasii ut duæ in Christo dice-

AN. CH.  
449.  
20

Ep. xli. ad Pulcher. nunc xlv. Ep. xxxii. ad Flavianum, nunc xxxvi.

21

XI. Infausti laetitia trocinii præludia

Imperator a Flaviano alienus in Eutychem propensus. Synodi Ephesinæ proceres.

Leonis epistolam legere volentes deluduntur.

Eustathii Beryth. im-

pia vox.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

stolæ 30. ad Pulcheriam, & 35. ad Julianum.

21 Legatos non retentos, sed jam profectos in Orientem, cum Leo scripsit breviorum ad Flavianum epistolam 36. XII. Kal. Julii, ex emendata ejusdem lectione vidimus paullo ante adnot. 6.

AN. CH. 449. *cerentur naturæ. Οὐ δει, inquit, τοιγαροῦ νοεῖν δύο φύσεις, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσακκωμένῳ.* Non capiebat mentem illorum Patrum, qui promiscue φύσιν naturam pro hypostasi & persona aliquando usurpant. Ceteri Episcopi vel minis territi, vel promissis corrupti, ne hicere quidem, immo vel nutu, vel silentio, vel voce prodere fidem Ecclesiæ. Sic Eutyches triumphanti similis ab omnibus admittitur: declaratur innocens, solvitur ab excommunicationis vinculo.

XII. Neque hic stetit furor Dioscori. Pudet Flavianus referre: non modo innocens prædicatur Eutyches, contra Flavianus ille vindex fidei, columen religionis, condemnatur cum Eusebio Dorylæi: uterque loco & sede moti sunt, & ut faces seditionis & Nicænæ fidei corruptores. Ita, ut Leo noster habet, in

*Ep. XLIII. Flavianum veteres æmulationes & privata odia deserviunt. Æmulationes propter sedis CP. splendorem in dies crescentem: odia privata, quæ in sanctum Episcopum Chrysafrum exercebat. Iconii Episcopus, quod in gratiam Flaviani accedens ad pedes Dioscori, ejus iracundiam frangere tentaverit, non modo repulsam passus est, sed furens Dioscorus milites, qui erant ad fores, vocat. Ecce complures illico magno numero & majore tumultu locum implere, minaces vultu & catenis, quas ostentabant truculenti. Tum trepidare omnes Episcopi, formidine & metu percelli, & in Flaviani condemnationem subscribere. Plurimi cum eo Pontifices proscripti condemnatique: inter quos Ibas Edessenus Episcopus, Theodoretus Cyrensis, & ultimus omnium Dominus Antiochenus, sed & quicumque jurare in verba hæretici abnuit, depositionis pœna mulctatus est. In cujus Synodi gesta, ut scribit Liberatus, timore Episcopi subscripserunt in Eutychetis absolutionem, & orthodoxorum Episcoporum depositionem heresim non recipientium, & quomodo omnibus gestis ejus contradixerunt, vel, ut legendum conjicio, & quoquomodo omnibus gestis ejus contradicendum.*

*Ep. XLIII. Flavianum veteres æmulationes & privata odia deserviunt. Æmulationes propter sedis CP. splendorem in dies crescentem: odia privata, quæ in sanctum Episcopum Chrysafrum exercebat. Iconii Episcopus, quod in gratiam Flaviani accedens ad pedes Dioscori, ejus iracundiam frangere tentaverit, non modo repulsam passus est, sed furens Dioscorus milites, qui erant ad fores, vocat. Ecce complures illico magno numero & majore tumultu locum implere, minaces vultu & catenis, quas ostentabant truculenti. Tum trepidare omnes Episcopi, formidine & metu percelli, & in Flaviani condemnationem subscribere. Plurimi cum eo Pontifices proscripti condemnatique: inter quos Ibas Edessenus Episcopus, Theodoretus Cyrensis, & ultimus omnium Dominus Antiochenus, sed & quicumque jurare in verba hæretici abnuit, depositionis pœna mulctatus est. In cujus Synodi gesta, ut scribit Liberatus, timore Episcopi subscripserunt in Eutychetis absolutionem, & orthodoxorum Episcoporum depositionem heresim non recipientium, & quomodo omnibus gestis ejus contradixerunt, vel, ut legendum conjicio, & quoquomodo omnibus gestis ejus contradicendum.*

*Ibas, Theodoretus, & Dominus deponuntur. Breviar. cap. XII. Liberati locus e-mendatus.*

XIII. Flavianus audito judicio appellationem interposuit: est enim in Liberati Breviario statim a Flaviano datum Apostolicæ Sedis Legatis libellum appellationis; de qua alius erit dicendi locus. Tum hæretici fremere itaque ultra modum succendi, percutere Flavianum, & indignis modis magnum Pontificem accipere: adeo ut vi dolorum plagarumque exhalarit animam; atque ita pro fide martyr mortem oppetierit. Verum va-

ria de ejus morte fama est. Prosper ait, quod *sanctus Flavianus inter manus eorum a quibus in exilium ducbatur, glorioso ad Christum sine transiit.* Nicephorus refert triduo post decessisse. Apud Marcellinum Comitem & in Menologio Græcorum invenio ad Eypam Lydiæ relegatum, ibique tædio, dolore, & tormentis confectum, exanimatumque: quibus similia habet Breviculus Eutychianistarum. *Ducitur, inquit, in exilium Flavianus, & apud Eypam, quæ est Lydiæ civitas, seu superveniente, seu ingesta morte defunctus est.* Libellus Synodicus, cap. 85. calcibus occisum dicit. Cædis auctorem aſta Calchedonenſis Synodi Barſumam Monachum arguunt. Evagrius lib. 11. hist. cap. 11. ex Eusebii Dorylæi fide Dioscoro ejus mortem tribuit, a quo calcibus impetitus, ab Ecclesia extrusus & interfectus dicitur. Sane ejus impulsu pessime affectum nemo dubitat. Plurimi in Concilio Calchedonenſi Dioscorum percussorem & homicidam Flaviani, & alterum Cainum appellaverunt.

Ceterum in tanta rerum desperatione Legati Sedis Apostolicæ non cecidere animo; sed obfirmate restiterunt conatibus hæreticorum adversus condemnationem Flaviani: quæque gesta erant palam contestati. Unde & 22 illi violata fide publica in custodiam dati, unus Hilarus fuga elapsus post varias circuitiones & fortunas tandem adnavigavit Romam. Ita sicut latrocinium absoluta Pseudosynodus Ephesina.

Interea vehementer angebat Leonem cura Synodi, anxie nuntia & litteras Flaviani expectans,olvebat animo, quid posset Monachus factiosus, & spado gratia & auctoritate potens. Super hæc scribit ad Flavianum: ejus silentium conqueritur. Sed demum edoctus ab Hilario Diacono ut sese res haberent, non ita dolori indulſit, ut negligeret remedium. Confestim igitur Concilium cogit. 23 Visum Patribus ut Leo ad Theodosium scribat, ponatque ante oculos miseram Ecclesiæ faciem, quæ vulnera religio accepit ex latrocinio Ephesino, quo in discrimine versatur fides catholica, si Dioscorus & Eutyches pro libidine omnia gerant decernantque. Quod si consultum velit huic malo, cogendam Synodum generalem: hoc votum esse omnium Episcoporum suarum partium; neque alio quærendum remedium, postquam per vim omnia tractata Ephesi, post contestationem Legatorum, Flaviani appellationem, secundum

Ni-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

22 Hilarum Legatum effugisse scimus: quid Julio Puteolano, & Dulcitio Apostolicæ Sedis notario acciderit, ignoramus. Renatum vero Presbyterum ante ipsam Synodum in Delo insula morte fuisse præventum, ex Breviculo Historiæ Eutychianistarum manifestum est.

23 Id & Leoni, & Patribus simul visum est, ut in difficillimis hujus temporis circumstantiis latrocinio Ephesino remedium afferretur; & S. Pontifex, ut facilius Theodosii animum permoveret, omnium Episcoporum petitionem ac lacrymas representat.

AN. CH. 449. Vide dissertationem nostram de causa seu appellatione Flaviani.

24. Vide aliam dissertationem ad Codicem Romanæ Ecclesiæ, ipsumque Codicem. Ep. XXXIX. & xl. nunc XLIII. & XLIV. cap. III.

Nicanæ Synodi decreta: sic per ea tempora Sardicenses Canones appellabant. Appellationem ipse Leo explicat 24 de appellatione ad Synodum Episcoporum suarum partium seu Occidentis, cui ipse præsit Romanus Pontifex. Omnes, inquit, partium nostrarum Ecclesiæ, omnes mansuetudini vestre cum gemitibus & lacrymis supplicant Sacerdotes, ut quia & nostri fideliter reclamaverunt, & iisdem libellum appellationis Flaviani Episcopus dedit, generalem Synodum jubentis intra Italiam celebrari: quæ omnes offensiones aut repellat, aut mitiget, nec aliquid ultra sit vel in fide dubium, vel in caritate divisum: convenientibus utique orientalium provinciarum Episcopis ... Et infra: Quam autem post appellationem interpositam hoc necessario postulerur, Canonum Nicææ habiturum decreta restantur, quæ a totius mundi sunt Sacerdotibus constituta. Quæ Leonis ratiocinatio, qua ex Canonibus Sardicensibus necessitatem Synodi arguit, vana omnino esset, nisi persuasum habuisset eam fuisse mentem Synodi, ut per Romanum Pontificem, Occidentalium Synodum intelligeret, qui vellet; non exclusis utique ab illa Orientalibus. Galla Placidia de ea re ad Theodosium scribens appellationem Flaviani eo modo explicat, *Διὰ τὸ, inquit, λίβελλον εἰ- λαί πρὸς τὸ ἀποστολικὸν ἔθρονον, καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἐπισκόπους τῶν μερῶν τούτων*: idest: Et quod libellum miserit ad Apostolicam Sedem, & ad omnes Episcopos harum partium.

Eo tempore, eodemque die multas litteras Leo in Orientem misit: ad Pulcheriam nomine Concilii Romani epistolam cum exemplari illius quam ad Theodosium miserat. Aliam dedit ad Flavianum Constantinopolitanum \*, ad Julianum Coensem \*, & ad Anastasium Thessalonicensem \*; cui plurimum gratulatur, quod ab Ephesino Concilio abfuisset. Reperiuntur & aliæ tres epistolæ, quas Leo verbis Synodi pariter scripsit: quarum una ad Archimandritas \*, & 25 duæ ad Clerum populumque Constantinopolitanum \*: in quibus præclara de Incarnatione Christi documenta. Quomodo Leo tam brevi tempore Concilium fecerit, vix dici potest: sed id temporis crebra Concilia, ut decretum erat in Synodo Nicæna, & in epistola sancti Leonis ad Siculos Episcopos superius diximus quotannis Romam

\* Epist. xli. nunc xlv. \* Epist. xlii. nunc xlix. \* Epist. xliii. nunc xlvi. \* Epist. xlv. & xlvi. nunc l. & lix.

25

mitti tres Episcopos ex ea provincia ad celebrandum Concilium ad III. Kalend. Octob. quo tempore reditus Hilari Diaconi fuit. Seu ita congregata Synodus, seu Leo de Ephesina Synodo ambigeret, seu fama & rumore admonitus jam ex Occidentis partibus Episcopos Romam vocasset, certum ex ejus ad Theodosium, ad Pulcheriam, ad Clerum plebem & Archimandritas Constantinopoles epistolis, adversus Ephesinum Concilium coactam Romæ Synodum, & ejus auctoritate improbata rejectaque decreta Ephesi. Eiusdem rei testem habemus Hilatum Diaconum scribentem ad Pulcheriam Augustam. Vestra itaque veneranda, inquit, clementia cognoscat a præfato Papa, cum omni occidentali Concilio, reprobari omnia quæ in Epheso contra Canones per tumultus & odia secularia a Dioscuro Episcopo gesta sunt, & nulla ratione hæc in his partibus suscipi posse, quæ per potentiam prædicti, non sine fidei læsione & præjudicio sanctissimi viri innoxique commissa sunt. Sed non solum irrita, nulliusque auctoritatis fuit hæc pseudosynodus hac Leonis Synodique Romanæ declaratione; sed & suo ipsius vitio, & reclamante universa Ecclesia, quod præclare Baronius explicat, etsi alias dicit non prius reprobatam Synodum, quam 26 Leo ita fancivisset. Sic ille de ea Synodo: In qua nihil nisi per vim & metum tentatum & extortum: in qua loco sacrorum librorum gladii atque fistes: in qua suffragiorum libertas fuit vincula catenis: in qua pro Deilaudibus audita sunt militum minæ: in qua perfidus Hæresiarcha Patronus: in qua heresis est stabilita: in qua nullus est a sanctis Patribus servatus ordo iudicii, nulla viguit censura Canonum & Decretorum: in quasiluerunt Episcopi: in qua de oppressa fide catholica impietas triumphavit, & de maribus lapsorum Episcoporum diabolus trophæa erexit, atque tandem de cade Martyris superbus tyrannus Dioscorus triumphavit. Prudenter porro Leo nomine Concilii Romani ad Orientem scribens, a pseudosynodi vocabulo abstinet, ne offendat Theodosium jam sermonibus & calumniis Synodi exacerbatum: nec minus caute ab Augusto Concilium in partibus Occidentis impetrare statuerat.

\* Theodoritus Cyrensis Episcopus per ea tempora audivit se absentem condemnatum Ephesi

AN. CH. 449. Epist. xl. xli. xlv. & xlvii. nunc xlv. l. li. Epist. Hilari Diac. ad Pulcheriam ep. 46.

Baron. ad ann. 449. num. 112.

26

\* XVI. Theodoritus depositus appellat.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

24 Hic Quesnellus postillam apposuit, qua Lectores remittit ad Dissert. VIII. de appellatione Flaviani: ubi ut eludat appellationem ab eo interjectam ad Romanum Pontificem, eamque ad Synodum Episcoporum occidentalem interpositam ostendat, pluribus laborat. Sed nostræ Observationes eidem Dissertationi subjectæ omnes ejus conatus, ut confidimus, disiciunt. Ibi etiam quæ hic subduntur ex Synodo Sardicensi, ac epistola Gallæ Placidæ

explicabuntur.

25 Sola epistola nobis 50. data est hoc anno 449. Alia vero 59. scripta fuit circa medium Martii anni sequentis, ut probavimus adnot. 48. in eadem epistola.

26 Etsi irritum per se esset latrocinium Ephesinum, quatenus nihilominus Leonis declaratio necessaria fuerit, in Observ. ad Dissert. VII. explicatum invenies n. 14.

AN. CH. 449. 27  
 Δία τοι τῷ  
 το τῷ ὁμέ-  
 τρέαν ὁζιο-  
 σιῶν παρα-  
 κληῶ πεί-  
 σαι τὸν ἁ-  
 γιωτάτον ἁ-  
 γιοτάτων ἁ-  
 ἀρχιεπίσκο-  
 πον τῆ ἀπο-  
 στολικῆ χρι-  
 σασθαί ἐξῆ-  
 σίε, ἡ εἰς τὸ  
 ἕμετέρον ἁ-  
 κελῶσας  
 σπεῖδμον .  
 Theodor.  
 Ep. 116.  
 ad Renat.

Occidentem accedam , & ab illis Deo dilectissimis & sanctissimis Episcopis iudicer.  
 Romam quidem Theodoritus non venit, & tamen, ut Acta Calchedonenfis Synodi habent, sedi suæ restitutus est: an expresso iudicio Concilii Romani, an rescissa, reprobataque pseudosynodo Ephesina, vel data receptaque communionē, non asseram. Hoc tamen probabilius. Sed de tota Theodoriti causa alibi fufus. 28

AN. CH. 449.  
 Ἀντιβολῶ  
 τῷ ὁμέτε-  
 ρον μεγα-  
 λοπρέπτων  
 ταύτων ἁ-  
 γιωτάτων  
 ἁρχιεπίσκο-  
 πον τῆ  
 ἁγίας ἁ-  
 κελῶσας  
 ὡς μετῶ  
 ἐσπεραν  
 κατακα-  
 βῆν, ἡ πικ-  
 ρα τοῖς ἐν  
 ἐκείνῃ θεο-  
 φιλετάτοις  
 ἐπισκόποις  
 διασασθαί  
 Theodor.  
 Epist. 119.  
 ad Anato-  
 lium Pa-  
 rricium.  
 Vide dis-  
 sertationem de  
 Theodor.  
 28

ANNUS CHRISTI 450.	LEONIS PAPE II,	THEODOSII VALENTINIANI IMPP.	43. 26.	VALENTINIANO XIV. ET AVIENO COSS.
--------------------------	-----------------------	------------------------------------	------------	---

I. PRæsenti anno mense Martio datæ leguntur a Leone epistolæ I duæ: una ad Pulcheriam Augustam, altera ad Faustum & Martinum Presbyteros: in utraque pastoralis elucet vigor constansque pro fide sollicitudo. Ad eundem hunc annum pertinere arbitror tum epistolas Valentiniani Imperatoris, & Augustarum ad Theodosium Imperatorem, tum Synodum Romanam quam commemorant. Aliam enim hanc esse  
 Tom. II,

se a Synodo cuius nomine scripsit Leo plures epistolas statim post cognita Dioscori latrocinia mense Octobri anni præcedentis, hæc persuadent. I. Congregata fuit hæc Synodus in festo sancti Petri Apostolorum Principis, ut dixerit Valentinianus: Post venerabilem noctem diei Apostoli, & a Romano Episcopo & ab aliis cum eo ex diversis provinciis congregatis rogatus sum scribere vestræ mansuetudini de fide. 2 Junio igitur

EDITORUM ADNOTATIONES.

27 De appellatione Theodoretici conferendum est quid Quesnellus in Dissert. X. disputavit, & quid nos in Observationibus ad eandem Dissertationem adnotavimus: ex quibus eum ad apostolicam auctoritatem appellasse certum fiet.

28 Quæ hoc anno 449. a Quesnello omiſſa sunt de ordinatione Ravennii Arelatensis, paucis attingemus. Post S. Hilarii mortem comprovinciales Episcopi Ravennium Arelatensis Ecclesiæ Presbyterum, Leonique cognitum ac probatum, dum in Hilarii causa Romæ fuit, successorem consecrarunt. Tum & Ravennius, & ordinatores ad Leonem scripsere, quibus is respondit ep. 40. & 41. die 22., vel cum lectione Sirmondi die 26. Augusti hujus anni 449. Cum porro ex Ravennii Clericis Romam missis S. Pontifex intellexisset, Petronianum quemdam vagum sese per Gallias jactare Romanæ Ecclesiæ Diaconum, & hoc nomine diversas Ecclesias circuire; aliam epistolam 42. ad eundem Ravennium dedit die 26. ejusdem mensis, qua omnes Episcopos admoneri jubet, ut eum, ne ulterius hoc usurpet, ab omnium Ecclesiarum communionē expellant.

1 Non duæ tantum ep. 60. ad Pulcheriam, & 61. ad Martinum & Faustum scriptæ fuerunt hoc anno 450., verum etiam ep. 59. ad Clerum & populum Constantinopolitanum, quæ ob supposititiam chronicam notam exarata credebatur an. 449.

2 Festum diem Cathedralis S. Petri hic indicari, non vero festum mensis Junii, probavimus in admonitione ad imperiales litteras præmissa epistola 55. Ut autem omnis confu-

sio tollatur, & omissiones aliquot Quesnelli suppleantur, Breviarium chronologico-historicum rerum gestarum hujus anni appendimus. Ephesini latrocinii scandalis remedium Leo sperabat, si Concilium liberum in Italia cogere- tur. Hoc jam ipse a Theodosio cogendum petierat ep. 43. 44. & 54. Nullum tamen responsum acceperat, cum Imperator Valentinianus, Placidia, & Eudoxia Augustæ Romam acceſſerant die 21. Februarii. Die autem 22. cum ad celebrandum festum Cathedralis S. Petri in Basilica hujus Apostoli convenissent, S. Pontifex cum multis Episcopis, qui ex diversis provinciis coiverant, ab iisdem Augustis obtinuit ut ad Theodosium scriberent epistolas 55. 56. & 57., quibus reprobatis gestis Ephesinis idem generale Concilium hiſce in circumstantiis maxime necessarium efflagitarent. Aliam quoque epistolam 58. eodem consilio ad Pulcheriam dedit Placidia Augusta: & ex his omnibus litteris quantum Romani Pontificis auctoritati tributum fuerit, quisque perspiciet. His transmissis sub finem Februarii, Romam tandem mense Martio allatæ fuerunt epistolæ Cleri & populi Constantinopolitani, Pulcheriæ Augustæ, & Archimandritarum Martini & Fausti, quas circa Octobrem anni superioris scriptas vidimus. Ex his Leo latitia affectus est, cum fidei causam in ipsa regia urbe tot defensoribus vindicatum deprehendit: quos in rectæ fidei constantia confirmat epist. 59. & 61. datis die 17. Martii, eodemque die epist. 60. Pulcheriam magis magisque excitat, ut remediis procurandis sua auctoritate vehementius insistat.

Breviarium historicum gestarum an. 450.  
 2  
 Ha-

AN. CH. tur mense anni ccccl. celebrata, non Octo-  
450. bri anni præcedentis. II. Rescribens Theo-  
dosius ad Valentinianum, & ad Augustas,  
dicit se de his quæ Leo commemoraverat,

AN. CH. jam ad eum scripsisse *fufius, plenius, aper-* AN. CH.  
*tius, plenissime, ac fape.* At cum statim post 450.  
rescitas Ephesinas turbas scripferit Leo ad  
Theodosium, ex Synodo Octobris, si ex ead-  
dem

## EDITORUM AD NOTATIONES.

Epist. 71.  
Epist. 69.  
tom. 1.

Hactenus Leo de suis epistolis anno anteceden-  
tibus scriptis & de Flaviani morte nihil resciverat. Post diem vero 17. Martii & fortassis mense Aprili accepit litteras de ordinatione Anatolii, ex qua Flaviani mortem agnovit. Multa hac in re Leonem turbaverunt, inter quæ illud præcipue ipsum pupugit, quod epistolæ ab Imperatore, Anatolio, & ordinatorem ejus hac occasione directæ, præter id quod ad ordinationem novi Antistitis pertinebat, nihil nobis, inquit, de compressis vel abdicatis erroribus indicarent. In hac rerum obscuritate nihil interim in alterutram partem temere rescribendum putavit, non dilectionem (Anatolio) negans, sed manifestationem catholicæ veritatis expectans. Confer ep. 70. Cum vero non tam ex hac expressæ professionis fidei novi Episcopi dissimulatione, quam ex Dioscori ordinatoris iniquitate aliisque circumstantiis difficillimis de Anatolii fide plurimum suspicaretur, ac ex Imperatoris patrocinio maximum fidei periculum metueret; antequam responsum daret, maturiorem tractatum in hac causâ habuit. Romam paulo ante venerant Petronius Presbyter, & Regulus Diaconus cum libello supplicis Episcoporum Arelatensium Ecclesiæ ad hærentium, de qua re Quenellus agit anno sequenti. Hos Leo diu retinuit ob necessitatem fidei, ut tractatu memorato interessent, & univèrsa cognoscerent, quæ per eosdem Ravennio referrentur, ac per Ravennium ad cunctorum consacerdotum notitiam pervenirent, uti traditur in brevi ep. 67. ad Ravennium hoc anno scripta die v. Maji. Duo autem potissimum a Gallicanis Episcopis S. Pontifex desideravit, quæ solis verbis insinuanda, *committenda litteris non fuere*. Primum ut suæ dogmaticæ epistolæ 28. ad Flavianum subscriberent. Hinc hujus exemplar transmisit, & una cum hac junxit Cyrilli epistolam ad Nestorium, ac priores Flaviani litteras ad Leonem, aliaque in Eutychem gesta, de quibus confer adnot. 5. in ep. 67. ubi præterea illud maxime observandum innuimus, easdem Leonis & Cyrilli epistolas ita pari sollicitudine jungi & commendari Orientalibus in ep. 69. & 70., quæ scriptæ fuerunt in Anatolii causâ, uti in hac 67. ad Gallicanos directæ junguntur & commendantur: ex quo Petronium & Regulum ob tractatum in eadem causâ Anatolii habitum Romæ diu fuisse detentos, atque de toto hoc negotio instructos agnoscimus. Secundo perutile existimavit, si iidem Gallicani sub signatis suis ad Flavianum litteris ad Imperatorem Theodosium scriberent, ac pro remedio Ephesini latrocinii suas quoque præces interpone-  
rent. Hæc satis colliguntur ex ep. 99., qua Gallicani ad Leonem ferius rescribentes, dogmaticam ipsius epistolam locupletissimis subscriptionibus commendarunt, & cap. 4. se superfedisse significant a scribendis litteris ad Theodosium, eo quod mortis ejus nuntio accepto, rebuque sub novo Imperatore immutatis, fieri hoc minime necessarium putassent. Aliquanto post, sive eodem mense Majo vel Junio Theodosii responsa ad Valentinianum & Augustas epistolis 62. 63. & 64. perlata fue-

runt, ex quibus ejus animum ab omni remedio alienum Leo cognovit.

In his ambagibus quatuor Legatos Abundium & Asterium Episcopos, Basilium & Senatorem Presbyteros in Orientem mittere, & dilata ad Anatolium responsione solum ad Theodosium atque Pulcheriam scribere ep. 69. & 70., quibus adjecit epistolam 71. ad Archimandritas Constantinopolitanos, quæ omnes epistolæ die 16. Julii notantur. Legatis autem, qui post hanc diem transierunt, instructio data fuit cum testimoniis Patrum, qui catholicum dogma in epistola Leonis definitum adversus Eutychanam hæresim comprobabant. Hinc autem patet, quid causæ fuerit, cur Leo responsionem ad litteras de ordinatione Anatolii tandiu distulerit, licet has multo ante accepisset saltem mense Aprili. Rerum difficultas, longioris consultationis ac tractatus necessitas, expectatio responsionum Theodosii ad Imperatoris & Augustarum litteras, Legatorum electio & instructio cum testimoniis Patrum non modicam dilationem postularunt.

Quo tempore Legati Constantinopolim pervenerint, ignotum est. S. Leo cum scripsit ep. 75. die 8. Novembris, eos quidem jam pervenisse confidebat. At quamvis Marciani litteræ 73. per Maximinum Comitem allatæ fuissent, ex quibus ejus assumptionem ad Imperium intellexerat, nullum tamen de eorum adventu nuntium acceperat. Solum in ep. 76. Marciani data die 22. Novembris Legati cum honore suscepti commemorantur. Theodosio autem vita functo die 28. Julii, Marcianoque ad Imperium evecto, rerum facies mutata est. Novus enim Imperator, Pulcheria ejus uxore maxime coadjuvante, ad reparanda fidei scandala primas cogitationes & curas intendit. De assumptione sua ad Imperium scribens ad Leonem epistolam 73. exeunte Augusto, vel ineunte Septembri, de Concilio quamcitiùs cogendo studium suum declaravit. S. Flaviani corpus Constantinopolim transferri, atque Eutychem ex eadem urbe egredi jussit. Statim ac accesserunt Leonis Legati, Synodus *Εὐθυμίου* coacta fuit; ibique lecta dogmatica Leonis epistola 28. ad Flavianum cum testimoniis Patrum, quæ per Legatos transmissa fuerant, Anatolius, & omnes Episcopi, Archimandritæ, Presbyteri, & Diaconi eidem epistolæ subscribere, & Nestorio simul ac Eutychi, eorumque erroribus anathema dixerunt. Hæc gesta quæ laudantur ep. 80. ad Leonem missa fuere per Carterium, Patricium, & Asclepiadem Constantinopolitanos Clericos una cum Legatorum relatione, ut discimus ex ep. 79. Tres quoque epistolæ ad Pontificem directæ, una est epistola 77. Pulcheriæ, aliæ duæ Anatolii & Juliani Coensis, quæ desiderantur. Hac eadem occasione missa videtur altera Marciani epistola 76. ad Leonem signata die 22. Novembris. Cum enim omnibus his epistolis S. Leo eadem die 13. Aprilis anni sequentis per epistolas 78. 79. 80. & 81., quas Clericis Constantinopolitanis in regiam urbem redeuntibus tradidit; omnes una per eosdem Clericos transmissæ

AN. CH.  
450.

dem Synodo ad eundem Augustum datæ sunt a Valentiniano litteræ de hoc eodem negotio, quomodo crebra Imperatoris rescripta Leonem prius accepisse credemus, quam Valentinianum? III. Seras admodum litteras dedisse Theodosium ad Leonem, & vix ante menscm Junium hujus anni videri ab eo esse receptas, patet ex epistolis 52. & 53. (*nunc* 59. & 71.) quibus de receptis primum litteris & gratias agit Theodosio, & monet Presbyteros Constantinopolitanos. Nullas certe Leonis ad Imperatorem litteras habemus a die 15. Octobris anni 449. quo primum die Synodum intra Italiam poposcerat, 3 usque ad 16. Julii anni 450. & ex epistola 49. (*nunc* 61.) ad Martinum & Faustum Presbyteros constat die 17. Martii nondum quicquam Pontificem audivisse de receptis primis illis synodalibus litteris ante quinque menses scriptis: quo silentio mire anxius erat Leonis animus. Surda quippe aure ejus de Synodo intra Italiam cogenda petitionem Theodosius exceperat. Unde ubi primum se dedit occasio Augustum Augustasque alloquendi, quod per se impetrare non potuerat, ipsorum litteris & instantia conatus est obtinere. IV. Synodum Romæ tunc coactam esse, rebus Ecclesiæ ita perturbatis; credibile facit antiqua consuetudo Episcoporum, qui undique e remotioribus etiam regionibus convenire consueverant ad Sanctorum Memorias, ut natalium eorum diem concelebrarent. Ita Romam ad sepulcrum Apostolorum, Turones ad sanctum Martinum solemne fuit Episcopis concurrere. 5. Diversas Synodos fuisse inde etiam manifestum fit, quod S. Leo in epistola 52. (*nunc* 69.) disertis verbis scribit, Synodum quæ cum ipso propriis litteris Concilium in Italia celebrandum petierat, ob hanc causam Romæ convenisse, & quidem ante 15. diem Octobris. Synodum vero seu conventum Episcoporum, quorum multitudine circumseptus Leo Valentinianum Augustasque convenit, & ad scribendum hortatus est, occasione solemnitatis apostolicæ, & ut loquuntur Augustæ, pro principatu proprii loci seu dignitate collectus fuerat.

II.  
Quam  
diem B.  
Petri Im-  
perator  
comme-  
moret.

Quod vero solemnem Apostoli festivitatem, de qua in imperatoris litteris mentio, de die dedicationis Basilicæ sancti Petri  
*Tom. II.*

AN. CH.  
450.

tri interpretari magis eligit Cardinalis Baronius, ut de eadem Synodo autumnali anni 449. a quo plures epistolas missas in Orientem a Leone diximus, intelligendus sit Episcoporum conventus a Valentiniano notatus; nemo hætenus assentiri Cardinali abnuit. In eam tamen sententiam ire nequeo. Primo enim quis natalem Apostoli diem statim cogitet cum DIEBUS APOSTOLI, ut in ea sit epistola, appellatur? II. Quis putet Episcopos, qui ad tertium Kalendas Octobris ex Canone veteri & consuetudine Romana, Romam convenire soliti erant, adhuc mense Novembri convenire consuevisse ad dedicationem Basilicæ celebrandam? Et quis Baronio fidem commodet, cum eandem Synodum, quam tertio Kalendas collectam faretur, usque ad decimum octavum Novembris diem perseverasse scribit, quo die occurrit dedicatio Basilicæ sancti Petri; atque ita per quinquaginta dies Episcopos Synodum habuisse? Quis hoc, inquam, sibi persuadat, præsertim cum jam a 15. die Octobris absoluta Synodus videatur, datis nimirum ex ea litteris ad orientales partes?

Sic igitur sese res ista, ni fallor, habuit. Scripsit Leo ad Theodosium ex Synodo autumnali anni 449. Synodumque in Italia partibus congregari poposcerat: votis non annuit Theodosius ab Eurychianis circumventus, unumque hoc rescripsit, Synodum necessariam non esse, Nicænam sufficere, cujus fidei ac decretis standum. Hoc responsum sugerit epist. 52. (*nunc* 69.) ad Theodosium. *Omnibus quidem, inquit, vestra pietatis epistolis inter eas sollicitudines, quas pro fide patimur, spem securitatis nobis maximam præstitistis, Nicænum commendando Concilium: adeo ut ab illo, sicut jam sæpe scribitis, non patiamini Sacerdotes Domini deviare.* Hæc cum cerneret Leo, remque fidei in Oriente periclitari, Valentiniano cum Placidia & Eudoxia Augustis Romam ad festum sancti Petri occurrenti, obviam factus est cum Episcoporum cœtu, qui ad eundem diem festum convenerant, simulque Augustum Augustasque obtestati sunt, ut litteris apud Theodosium agerent pro fidei causa, Synodumque in Italia congregandam impetrarent. 4 Ex ea Synodo Romana puto decretam Legationem Abundii,  
I i 2 dii,

4

## EDITORUM ADNOTATIONES.

missæ ac receptæ videntur. Confer Dissert. de epist. deperditis n. 45. ubi aliam Marciani epistolam, quæ perierit, & hac occasione missa fuerit, haud adstruendam ostendimus.

Ab eadem Constantinopolitana Synodo *missa* est epistola *almi Archiepiscopi Leonis iis, qui ubique essent Metropolitæ, & subscripta est*, uti traditur in Concilio Calchedonenf. a. 4. de Photio Tyri t. 4. Concil. Ven. edit. col. 1435. d. e. Theodoretus, qui anno superiori eandem Leonis epistolam ad Flavianum summis laudibus extulit, post Constantinopolitanam hujus anni Synodum ad Abundium Leonis Legatum scribens, ejus exemplum cum sua sub-

scriptione misit, ac idipsum effecisse Ibam Edefenum, & Aquilinum ibidem testatur. His gestis annus 450. concluditur.

3 Intermedio tempore habemus epistolam 54., quam ex certa emendatione datam fuisse die 23. Decembris an. 449. videre est ex adnot. 8. in annum præcedentem.

4 Cum hæc Romana Synodus habita fuit mense Febuario, ut innuimus adnot. 2., tum vero legationem Abundii & sociorum a Leone directam post conventum Romæ habitum mense Majo, ex Breviario historico chronologico ibidem demonstravimus.

dii, Asterii, Basilii, & Senatoris, de qua mentio in epist. 52. (nunc 69.) & sequentibus quæ Julii 16. & 20. diebus datæ leguntur. Tam numerosam enim legationem haud scio, an per illam ætatem esse extra Synodum decretam aliquis umquam meminerit. Ne quid hic tamen dissimulem, quod sententiæ nostræ adversari videatur, Galla Placidia in epistola sua ad Theodosium de Flaviano loquitur quasi adhuc superstite. *ἐν τῇ εἰρήσῃ τῆς ὑπρωσώνης ἀβλαβῶς μὲν οὐτος ἐν πᾶσι Φλαυιανῷ*: id est: *In statu sacerdotii illaso manente per omnia Flaviano*. Sed quid si Placidia Augusta hoc tantum vult, nullam censendam esse ejus a sacerdotio dejectionem? Quid si Flaviani mortem tunc adhuc 5 ignorabat Augusta, & forsitan ipse Pontifex? Joannes Garnerius, qui contrariam opinionem amplexus est, hac præsertim ratione permotus quod incredibile sit post undecim fere menses nihil in Occidente de morte Episcopi tantæ Sedis rescitum esse: cur de mensibus undecim mentionem faciat, nescio: plures enim quam quatuor menses cum decem fere diebus non excurrunt a Februarii 18. cui mortem Flaviani assignat, ad finem Junii, quo festum Apostoli occurrit. Mirum autem videri non debet per quatuor hos menses ignoratam Romæ fuisse Flaviani mortem. Superius enim observavimus Leonem per quinque integros menses ignorasse an litteræ synodales ad Theodosium, ad Pulcheriam, ad Clerum populumque Constantinopolitanum & ad plures alios scriptæ, receptæ essent: nec videtur quicquam de illis rescivisse ante mensem Julium. Potuit certe potiori ratione ferrius de Flaviani obitu certius fieri. In Hypensii enim exilio ille obierat, unde non statim fortasse nuntius mitti potuit Constantinopolim. Cum autem in ea urbe rescitus est Episcopi obitus, non alia prior cogitatio venit in mentem seu Theodosii, seu aliorum, quam de eligendo ordinandoque regis urbis Episcopo; idque curavere, ni fallor, Imperator & Dioscorus, ne prius Flaviani mortem Leo addisceret, quam successoris ordinationem: ne Anatolii electio, hominis ex amicitia Dioscori ejusque delectu suspecti, inturbaretur. Revera utrumque ex iisdem nuntiis didicisse Leo videtur, nec multis ante 16. Julii diebus: cum illa die primum rescribat de ordinatione Anatolii. Cur enim nobis non liceat æque ac Garnerio argumentatione hujusmodi urgere?

Si, inquit ille, ante Februarium mors Flaviani accidisset, quid esset causæ, cur S. Leone verbum quidem ea de re fecerit, aut certe de Anatolio non scripserit Theodosio, Pulcheriæ, aliisque ante Julium mensem? Cur Theodosius non ante Quadragesimam aut etiam ante Pascha non petierit Anatolium in communionem recipi a S. Leone? Qua ille ratione de morte Flaviani, eadem ego, longe potiori jure, de nuntio mortis arguere possum: par enim de utroque silentium Leonis ac Theodosii. Ceterum libenter subscribo opinioni viri eruditi 6 de die mortis Episcopi illius, non quia juvat nonnihil meam de Synodo Junii sententiam; sed quia juvatur auctoritate Breviculi Historiæ Eutychnianistarum, Menologii Græcorum, & alterius quod est Maximi Cytheræi, & tertii ex bibliotheca Cardinalis Sirleti: testantur enim pari consensu, Flavianum post multas afflictiones ac ærumnas vitam in exilio finisse: quod argumento est, non nisi post plures menses illum vita functum. Quicquid porro sit de hoc capite, certe extra dubium videtur mense Octobri vel Novembri anni 449. vel ex Synodo autumnali scriptam non esse hanc Placidia epistolam, quandoquidem Theodosius ad has litteras rescribens remittit Augustam ad epistolas a se hoc de negotio, hoc est de Concilio in Italia congregando, plenius atque apertius sæpe scriptas: *ἐν τελευτέρον καὶ σαφέστερον πινθόλις ἐγράφη*. Quod procul dubio fieri non potuit, nisi post plures menses ab Octobri, quando primum a Leone scriptum est de Synodo ad Theodosium post acceptum de latrociniis Ephesino nuntium. Si quid porro his contrarium scriptum a nobis est ad istas epistolas, ex dictis corrigi velim.

Igitur Valentinianus cum matre Placidia Eudoxiaque uxore Romam venit ad tumultum Apostolorum in Basilica S. Petri. Leo cum magno Episcoporum numero Imperatorem adiit, de miserando Ecclesiæ statu plurima locutus: quæ mala Monachus & spado Ecclesiæ intulerant; quibus injuriis obnoxii defensores fidei; ut omnia per vim acta Ephesi, ut extortæ suscriptiones, proscriptionesque Episcoporum latæ, & impiis satellitum manibus incestata Religio. Super hæc fidem sancti Petri obtestatur, obsecratque Valentinianum & Placidiam, ut labenti Ecclesiæ opem ferant. Hæc gemens ploransque, adeo ut ex miseratione omnibus

III. Valentinianus & Augustæ scribunt ad Theodosium.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Mense Februario, quo Valentiniani, Placidia, & Eudoxiæ epistolas scriptas ostendimus adnot. 2. Flaviani mortem & Placidia & Pontifex ignorabant. Hæc mors certe istis nota erat die 5. Maji, qua Leo de Anatolii successoris ejus ordinatione consultationem habuit. Hinc falsum est & Flaviani obitum, & electionem Anatolii Leonem didicisse non multis ante 16. Julii diebus. Verum quidem est hæc primum die Pontificem respondisse episto-

lis, quæ Anatolium ordinatum nuntiaverant: at responsum in aliquot menses distulisse vidimus adnot. 2., quæ, ut hæc omnia intelligentur, recolenda est.

6 Diei 18. Januarii hujus anni 450. Flaviani mortem assignari non posse, ipsa Anatolii successoris electio, quæ incidit in finem anni 449. ostendit. Vide quæ de tempore hujus mortis diximus adnot. 1. in annum præcedentem.



AN. CH.  
450.

bus oborirentur lacrymæ . Commotus Imperator sermonibus sancti Pontificis, & pariter Placidia Eudoxiaque, litteras ad Theodosium scribunt, & Placidia privatim ad Pulcheriam. Rogant Augustum ut non sinat se decipi pravitate Eutyichis: caveat ne sub ejus auctoritate invalescat hæresis. Orant enixe ut communi consensu Synodus universalis habeatur in Italia, ubi nova perverſaque doctrina ad examen revocetur. Theodosius odio in Flavianum & susurris hæreticorum deceptus, respondet non tamquam errorem, sed quasi fidem defendat, se observantissimum avitæ religionis, se fidem Ecclesiæ & majorum traditiones sicut sacrum depositum custodire; ob eam causam habitum Ephesi Concilium, ubi libera suffragia, ubi omnia ex æquo bonoque juxta æstimata sunt. Eadem testatur plenius in epistola ad Leonem scripta esse. *Indicatum est, inquit, ad eundem Leonem latius atque plenius, sicut arbitramur.* Ita Theodosius averſus ab Ecclesia non tam proprio quam aliorum ingenio: nam hæreticos potius, quam hæresim fovebat. Dioscorus porro certus gratiæ Imperatoris, & ferox successu rerum, majora meditatur. Audit ægre Ephesinum Concilium pro latrocinio haberi, rescissa Romæ ejus acta. Ira vindictaque impotens facinus intentatum aggreditur, communicata re cum decem Episcopis, quos sibi comites asciverat: S. Leonem a communione Ecclesiæ abscindit, quod bonorum animos vehementer commovit, & Orientis Ecclesiæ toto prope biennio in factiones & schismata divisit. Nam, ut auctor est Diaconus Liberatus, *Ægyptii, Thracæ, Palestini Episcopi Dioscorum sequebantur; Orientales, Pontici, Asiæ partes sanctæ memoriæ Flaviani: quod schisma permansit usque ad obitum Theodosii Principis.*

Breviar.  
Liberati  
cap. XII.IV.  
Chrysa-  
phii pœ-  
na & obi-  
tus.  
Nicepho-  
rus lib. 14  
cap. 49.

Nondum duo anni effluerant, cum auctor perfidiæ Eutyichianæ Chryſaphius tandem suorum scelerum pœnas luit. 7 augustus sero advertens spadonem in perniciem Ecclesiæ & Reip. gratia & auctoritate abuti, hunc bonis honoribusque spoliatum in insulam relegat: quod Nicephorus habet,

qui & eundem inter navigandum haustum fluctibus narrat. Cedrenus memoriæ prodidit in illa insula a Jordane interfectum, cujus pater jussu Eunuchi mortem immeritam subierat; Jordani autem a Pulcheria traditum esse: quæ causa est cur a Comite Marcellino dicatur: *Theodosii sororis nutu sua cum avaritia interemptus.*

AN. CH.  
450.  
Cedrenus,  
pag. 334.  
Edit. Reg.

Theodosius non diu supervixit: morbo alii, alii rupta in venatione ex lapsu vertebra decessisse scribunt; sed omnes boni credidere acceleratum ejus obitum, Deo ita providente, ut discerent Principes non hæresim protegendam, audiendosque in rebus Religionis eos, penes quos auctoritas & jus administrandæ Ecclesiæ. Nicephorus & Cedrenus scribunt ante obitum tactum dolore erroris, & in auctorem convertisse vindictam, expetitis de audacia Chryſaphii pœnis: & ob eam rem in Eudoxiam uxorem averſo fuisse animo, quod odio Flaviani multa Ecclesiæ damna attulisset; hanc vero, ne quid acerbius pateretur, per speciem voti persolvendi Jerosolymam concessisse. An statim, an paullo post, ambiguum; certum tamen illuc venisse, & permansisse ad mortem.

Ad hanc secundam peregrinationem Eudoxiæ crediderim referendum quod ajunt, 8 Eudoxiam filiæ suæ, quæ Valentiniani uxor erat, misisse pro singulari munere catenam, qua vincus ab Herode olim fuerat Apostolorum Princeps: si tamen narrationi fides, cujus locuples testis nullus adducitur. Id in prima professione Jerosolymitana contigisse, narrat Baronius. De illa tamen cum plurimi auctores mentionem faciant, Socrates, inquam, Evagrius, Nicephorus, Marcellini Chronicon, Acta S. Melaniæ, &c. mirum est eos de missa Petri catena apicem quidem habere. Inscriptionum auctoritas nulla, quia ætas incerta. Sed etsi ad primam referre quis maluerit, incidet nihilominus in Leonis nostri tempora. Cum enim Constantinopoli sub finem anni cccxxxviii. profecta fuerit Jerosolymam, multas lauras, monasteria, templa, mœnia ipsa civitatis ædificaverit, multasque res alias,

V.  
De Cate-  
nis S. Pe-  
tri Apo-  
stoli.  
8

## EDITORUM ADNOTATIONES.

7 Chryſaphius non a Theodosio multatus fuit, sed post ejus mortem. Theodorus lector, & Marcellinus necem ejus Pulcheriæ tribuunt. Victor Tunonenſis, & Prosper eam præcessisse dicunt electioni Marciani. In Chronico Alexandrino interfectus traditur in porta (regiæ urbis) quæ ducit ad Melantiadem. Quæ igitur hic narratur ex posterioribus Græcis scriptoribus. Nicephoro atque Cedreno, præferenda non sunt.

8 Si fides adhibenda est versibus, qui olim in Ecclesia S. Petri ad vincula legebantur, & a Floravante Martinello in Roma Ethnico-sacra editi sunt pag. 284. alii posteriori Eudoxiæ, quæ sub ætate Pelagii Papæ floruit, hæc tribuenda videntur. En versus:

*Hoc Domini templum Petro fuit ante dicatum,*

*Tertius antistes Sixtus sacraverat olim,  
Civili bello destructum post fuit ipsum:  
Eudoxia quidem totum renovavit ibidem.  
Pelagius rursus sacravit Papa beatus  
Corpora Sanctorum condens Machabæorum,  
Apposuit Petri pretiosa ligamina ferri,  
Illustris mulier quæ detulit ab Hierusalem,  
Et quibus est Petrus Neronis tempore vin-  
ctus &c.*

Civile bellum, quo hoc templum post Sixtum destructum fuit, nullum, quod sciamus, existit Eudoxia imperante. Sicut autem Pelagius hoc templum renovatum sacravit; ita Eudoxiam, quæ illud reædificasse traditur, sub ejusdem Pontificis ætatem vixisse cognoscitur. Huic autem feminae ac temporis sacrorum vinculorum ab Jerosolyma translatio tribuenda.

alias, teste Evagrio, ad Dei Salvatoris honorem illustrandum ibi gesserit, ante finem anni sequentis ccccxxxix. Constantinopolim non est regressa, munusque illud Romam transmittere vix potuit ante Leonis Pontificatum, quem gerere coepit ineunte fere sequenti anno. Ut ut sit, occasione harum sancti Petri reliquiarum, omittendum non est, quod testis omni exceptione major Gregorius Magnus Lib. III. Reg. epist. xxx. ad Constantiam Augustam, de Leone nostro refert. *Cognoscat, inquit, tranquillissima Domina, quia Romanis consuetudo non est, quando Sanctorum reliquias dant, ut quicumque tangere presument de corpore; sed tantummodo in pyxide Brandeum mittitur, atque ad sacratissima Sanctorum corpora ponitur, quod elevatum in Ecclesia, quae dedicanda, cum veneratione reconditur, & tanta per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illuc specialiter eorum corpora deferrentur. Unde contigit ut beate recordationis Leonis Papae temporibus (sicuti a majoribus traditur) dum quidam Graeci de talibus reliquiis dubitarent, praedictus Pontifex hoc ipsum Brandeum alatis forficibus incidit, & ex ipsa incisione sanguis effluxerit.*

VI. Hanc Gregorii Magni narrationem velut De Brando a Leone inciso in his mota discutitur. fabulosam explodit anonymus auctor dissertationis de Trifagii origine Calvinianae sectae apud Rothomagenes Minister, & in exemplum adducit insulsae credulitatis: cui ut occurrat, sex regulas quasi totidem oracula proponit, ad quas velut ad Lydium lapidem omnes historicorum narrationes examinari vult. *Quarta, inquit, regula est: ubi desunt testes aequales aut suppare, non illico fidem adhibendam juniori cupiam, qui factum illustre, quod primus refert, toti mundo cognitum fuisse pronuntiat. Hujus rei exemplum sit quod Trajanum Imperatorem Gregorii Papae I. precibus a gehenna liberatum esse ita narrat Damascenus, ut id in toto Occidente communiter notum fuisse asserat. Et post pauca: Vellem, inquit, hac usi essent regula viri eruditi ad illustrem consutandam fabulam quam habet Gregorius &c. Et relatis Gregorii verbis supra descriptis, Solus, inquit, Gregorius id narrat tamquam toti cognitum orbi; & tamen nihil videt, opinor, qui non totam Gregorii narrationem inter fabulas esse recensendam videt. Nihil videt, opinor, qui totam Dissertatoris sermocinationem inter deliramenta esse recensendam non videt. Tam iniqua enim est comparatio gemini illius facti, quam tenebrarum cum luce. Tam insulsa regulae illius vel etiam ad fabulam liberationis Trajani a gehenna applicatio, ut nihil insulsius. Etsi enim mille testes, non suppare modo, sed & aequales Gregorio proferrentur, nihilo tamen minus fides omnis hujusmodi narrationi abroganda esset, tum quia frustra testium nubem praedices ad id probandum quod testium fidem ac diligentiam omnem praeterit, quale est illud omne quod circa animas praesertim a corpore separatas agitur ab omnipotenti Deo: tum etiam*

quod adversus catholicum fidei dogma, quo AN. CH. docemur ac profitemur in inferno nullam esse redemptionem, nemo umquam testis idoneus fuerit. Et haec in primis regula ab isto auctore constituenda erat, quae & omnibus aliis certior, & saepe sapius in usum venit ad consutandas narratiunculas pia fraude confictas.

VII. Jam vero quod Gregorianam de facto Leonis narrationem attinet, primum falsum est id ab eo Pontifice narrari tamquam toti orbi cognitum: ne apex quidem id indicat. De Romanorum consuetudine differit Gregorius, hanc facto praedecessoris sui confirmat, hujusque Romanos testes adhibet majores suos, qui a Leonis aetate non multum remoti erant: poterat enim Gregorius eos narrantes audire, qui Leonem ipsi vidissent. Deinde cui magis credendum de Pontifice Romano narranti, quam alteri ejusdem Sedis Pontifici, cui Ecclesiae suae res ac traditio magis nota esse solent? Quamobrem, ut Joanni Damasceno Graeco homini de rebus Occidentalium antiquis & antea non auditis testificanti fides merito negatur; ita Gregorio facile est adhibenda, Romano videlicet de rebus Romae gestis, nec admodum antiquis, & quibus similia adhuc ejus tempore sub omnium oculis fiebant. Si enim inter fabulas rejiciendum quod de Leone narratur a Gregorio, & circa reliquias hujusmodi & mirabilem eventum earum occasione a Deo concessum, quid de aliis, quos aetate sua contigisse testatur idem Gregorius? Nemo enim Gregorio magis aequalis, quam Gregorius ipse: & tamen vir summae sinceritatis & ingenuitatis Romanorum hanc esse significat consuetudinem ut in pyxide Brandeum mittatur, ponatur ad sacratissima Sanctorum corpora, cum veneratione recondatur in Ecclesia dedicanda, & quod per illud tantae virtutes fiant, ac si illuc specialiter eorum corpora deferrentur.

Denique valeat per me licet quarta haec heterodoxa regula adversus Gregorianam de Leone narrationem, si qui prisci scriptores supersunt qui res Leonis accurate & enucleate prosecuti hanc unam praetermiserint, si adhuc certum est omnes qui de his scripserunt ad nostram usque aetatem pervenisse, si contrarium aliquid uspiam scriptum legitur in antiquis. At si nihil istorum verum est, incassum profecto cadit Dissertatoris conatus omnis adversus narrationem sancti Gregorii, & adversus sanctorum reliquiarum venerationem, cujus impatientia & odio motus est, ut hanc historiam inter fabulas relegaret.

VIII. Absente Eudoxia, Chrysaphioque ejecto, sua Pulcheriae rediit auctoritas, etiam ante decessum fratris: quo e vivis sublato, Marciano viro optimo & forti nupsit; ea tamen lege ut potius eum folio quam toro sociaret: ita femina imperium retinuit, & virginitatem, quam Deo voverat, etiam in conjugio custodivit. Utrique par animus erga religionem, quae sub eorum imperio coepit reviviscere.

AN. CH.  
450.

Theodosius sub finem vitæ ad Leonem scripserat de Anatolio subrogato in locum Flaviani, ut eum admitteret ad communionem, qui erat a Dioscuro ordinatus, olimque ejus apud Theodosium Apocristarius. Rescripsit ad Imperatorem XVI. vel XVII. Kalend. Augusti se non recusare eum diligere ut fratrem; sed expectare se ejus de fide sententiam, modo consentanea credat Patrum doctrinæ, qui in Ecclesia utrobique fulserunt, & de Incarnatione ea sentiat, quæ olim Cyrillus, & quæ Ephesina Synodus adversus Nestorium definivit: fidem subscriptione testetur coram Clero & plebe, & admittat quæ consona veritati catholicæ copiose in sua epistola declaravit. Significat etiam mittere se Episcopos Abundium & Asterium cum Basilio & Senatore Presbyteris, per quos, inquit, quæ nostræ forma sit fidei possitis dignanter agnoscere; & ut ipsi testes sint fidei quam Anatolius profitetur, & non vereantur eum ad pacem

Epist. l. III.  
nunc lxxi.

ad Archimandr. CP.

Epist. l. IV.  
nunc lxx.

ad Pulcheriam.

Epist. l. V.  
nunc lxxiv.

ad Mart.

Epist. l. VI.  
nunc lxxv.

ad Faust.

IX.

Anatolius fidem profitetur.

Epist. lxxviii.

nunc civ.

ad Marcianum, c. 11.

admittere, qui cum eo in fide consentiat. De eodem argumento litteras scripsit eadem Julii XVI. vel XVII. die ad Archimandritas Constantinopolitanos, quibus & de Anatolii silentio expostulat, & eos de militis in causa fidei Legatis monet. Nec multo post alias dedit 9 ad Pulcheriam Augustam, ad Martinum & Faustum Presbyteros, eundem fidei catholicæ zelum spirantes: in quarum penultima Legatos suos dudum Constantinopolim appulisse confidit.

Jam vita decesserat Theodosius, cum Constantinopolim advenerunt Legati; jamque Marcianus salutatus erat Imperator, cui reddunt litteras Leonis. Anatolius dubiæ sub Theodosio fidei, sub religioso Principe nihil hæsitandum ratus, Eutychen cum ejus erroribus detestatur. Olim conjunctissimus Dioscuro, & ab eo ordinatus, contra canonicam regulam Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum consecraverat: supplex ad Marcianum Pulcheriamque accedit, oratque ut amicitiam & communionem Leonis sibi concilient. Romanus Pontifex paci Ecclesiæ consulens ultro assensus est. *Ut quod, scribit idem anno sequenti, vestro beneficio non scitur consecutus, nullius cupiditatis pravitate turbaret. Nos enim vestra fidei interventionis habentes intuitum, cum secundum suæ consecrationis auctores ejus initia titubarent, benigniores circa ipsum, quam justiores esse*

voluimus. Eadem prope ad Pulcheriam sequenti epistola.

Anatolius post adventum Legatorum Concilium seu confessum Episcoporum, qui in regia civitate erant, cogit, ut suam fidem approbet. 10 De eo conventu mentio est Actione IV. Concilii Chalcedonenfis, ubi agitatum, an Concilii nomen mereretur. *ἐν συνέδριον ἡμῶν καλεῖται τὸ ἐπιδημοῦντων τῆ βασιλίδι πόλει τὸ σωτήριον. Tryphon Episcopus Chius respondit: συνέδριον καλεῖται καὶ συνέδριον, καὶ οἱ καταπορευόμενοι τὸ δικαίων ἀπολαύουσι: id est: Synodus appellatur, & conveniunt, & laborantes aliqua oppressione sua jura nanciscuntur.* Anatolius 11 subjunxit, & illis ecclesiasticas causas tractari, nihilque a se tentatum quod novitati esset affine, sed ex antiqua id consuetudine Episcopo Constantinopolitano concessum. Quid vero in eo confesso, seu Synodo sit actum, ex fragmentis commentariorum Abundii, qui unus erat ex Legatis, licet ediscere. Refert igitur lectam epistolam sancti Leonis, allata testimonia sanctorum Patrum, qui & latine & græce scripserant, collataque simul coherere & in fidem unam convenire deprehensa. Hæc in Synodo coram Episcopis: ubi & prolata epistola Leonis ad Flavianum, quam omnes sua subscriptione confirmarunt, & Anatolius, & Episcopi, Archimandritæ, Presbyteri, & Diaconi omnes qui aderant. Contra dictum ab omnibus anathema Nestorio & Eutychi, eorumque doctrinæ. Ita hæresis Eutychiana Constantinopoli proscripita est, unaque fides omnium fuit. Ad alios deinde Metropolitanos missa est a Synodo Leonis epistola, qui cum suæ provinciæ Episcopis eam voce & manu approbaverunt; Theodoretus eandem cum sua subscriptione remisit ad Abundium Legatum. Hæc omnia ita gesta esse, ut superius diximus, partim ex Actis Abundii, partim ex Actione de Photio post Act. 4. Chalcedonensem habemus, Leo ipse ad Paschasium Lilybæi Episcopum scribit in epistola prius inedita, quam modo publicam facimus ex MS. Codice Cardinalis Grimani, a suis allegata sanctorum Patrum testimonia apud Constantinopolim, & totam Constantinopolitanam Ecclesiam cum Monasteriis omnibus & multis Episcopis præbuisse consensum, & subscriptionibus suis Nestorium atque Eutychen cum suis anathematizasse dogmatibus.

AN. CH.  
450.  
Synodus ἐπιδημοῦσα CP.

10

Act. IV.  
Calch.

11

Epistola Leonis ab omnibus fere Orientalibus subscripta.

Ep. lxxviii.  
nunc  
lxxxviii.  
ad Paschasium Lybetanum,  
c. III.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

9 Hæc ad Pulcheriam epistola 70. ob chronica notæ emendationem data fuit eodem die 16 Julii, quo duæ epistolæ præcedentes,

10 Non de conventu, in quo Anatolius Leonis epistolæ subscripsit, sed de alio conventu præcedenti paulo post Anatolii ordinationem habito, in quo favente Theodosio Phœnices provincia cum præjudicio Episcopi Tyri in duas divisa fuerat, hæc quæstio in Chalcedonenfi agitata fuit, ut ex ipsius actionis quartæ lectione manifestum erit. Vide t. 4. Concil. Ven. edit. col. 1435. d. & seqq. So-

lum in hac quæstione Triphon Chius, ut probaret eum præcedentem conventum esse Synodum, aliorum similium conventuum, qui Synodi vocabantur, exemplum attulit. Hi porro duo conventus, quorum alter *nunc*, alter vero *nunc* habitus dicitur, si probe distinguantur; aliæ Quæsnelli hallucinationes in sequentibus deteguntur.

11 Hæc ad primum conventum antecedenti notatione indicatum, sequentia autem ad secundum pertinent.

AN. CH. 450. *Noveris etiam proxime me epistolam Constantinopolitani Episcopi accepisse, quæ refert per Antiochenum Episcopum missis per provincias suas tractoris, universos Episcopos & epistola meæ præbuisse consensum, & Nestorium & Eutychen pari subscriptione damnasse.*

De Synodo, priusquam loquendi finem faciamus, addam non contentionis animo, sed veritatis historicæ gratia, hoc Concilium non convocatum a Legatis, ut est in Annalibus, sed coactum ab Anatolio, quod ipsa fragmenta Actorum Abundii, quæ Baronius retulit, commemorant, & 12 Actio 14. Calchedonenſis de Photio, innuit. Ab alio certe quam ab Anatolio colligi Synodum Constantinopoli nec canones, nec privilegia sedis illius sinebant. Neque vero Legati missi sunt Concilii faciendi causa, sed, ut ipsi profiterentur, ad insinuandam cunctis fidem catholicam, &, ut Leo ipse scribit ad Theodosium: *Per quos, inquit, quæ nostræ forma sit fidei, manifestatis instructionibus, quas misimus, possitis dignanter agnoscere.* Quod & in epist. 54. (nunc 70.) ad Pulcheriam uberius edisserit. Denique ad fortitudinem sanctarum mentium roborandam missos Legatos scribit in epist. 55. (nunc 74.) ad Martinum Presbyterum.

Neque etiam verum, accitos ex provinciis Episcopos ad Synodum, sed collectos eos qui in urbe regia erant cum Presbyteris & Archimandritis, quod supra annotatum, confirmatumque ex Actione de Photio intra Actionem 4. Calchedonenſem, ubi pauci convenisse dicuntur; nec alii quam qui in urbe forte fortuna reperti sunt: *Quemadmodum & nunc, cum pauci Constantinopoli convenissent, missa est epistola almi Archiepiscopi Leonis iis qui ubique essent Metropolitanis, & subscripta est; sic tunc quæ visa erant presentibus sanctissimis Episcopis allata sunt & subscripta.*

Denique in hac Synodo non reconciliati Episcopi qui desciverant a fide, nec communione catholica Ecclesiæ donati, sed Ecclesiæ suæ communione contenti esse iussi sunt. 13 Non expuncta ejusdem Synodi decreto nomina Dioscori & Juvenalis: nam Leo ep. 60. (nunc 80.) ad Anatolium scribit non tamquam de re gesta, sed

tamquam definienda a Legatis cum Anatolio. *Quod nostri, inquit, ibidem constituti faciendum esse dixerint.* Immo aliis Legatis, Lucentio & Basilio, servatam esse hanc provinciam, ex litteris anno sequenti 7. Junii scriptis manifestum est.

Quamquam igitur quæ superius a nobis scripta sunt de subscriptione Constantinopolitanorum cum Anatolio, Episcoporum omnium orientalis diœcesis, & omnium qui ubique essent Metropolitanorum, simul cum Abundii legatione alios secuti retulerimus, nolim tamen asserere hæc omnia eodem tempore & anno, vel coram ipso Abundio contigisse. Roma is profectus erat circa 17. Julii anni 450. Die 8. Novembris nondum de ejus & collegarum adventu Leo certus erat factus, ex ep. 56. (nunc 75.) eodem die scripta. 14 Ante Pascha anni 451. reversum Romam persuadet litteræ XIII. Aprilis hujus anni datæ, quibus & alios Legatos tunc missos commendat Pontifex, & de prioribus ab Augusta adjutis gratias agit, & de istorum gestis & relatione a se recensitis mentionem facit. *Fratrum nostrorum, inquit epist. 60. (nunc 80.) quos Constantinopolim miseramus, relatione cognovimus.* Ad istam igitur legationem pertinet sola Anatolii & Constantinopolitanorum Clericorum & Archimandritarum subscriptio, cum Episcopis qui Synodo ἐνδηύον de more interfuerant. Nihil amplius revera commemorant Abundii acta, epistola Pulcheriæ ad Leonem, cui Leo 13. Aprilis anni 450. respondet, & Leo ipse in litteris eodem tempore datis.

Quod Maximum Antiochenum ejusque orientalis diœcesis Episcopos attinet, cum Leo 27. Junii ad Paschasinum scribens proxime tunc edoctus esset per Anatolium de his, quæ ibidem de Antiocheno narrantur, non nisi post Pascha id actum esse, postque Legatorum discessum ex urbe CP. manifestum inde evadit. Reverta quæ in eadem epistola 68. (nunc 88.) ad Paschasinum narrantur de Anatolio & Constantinopolitanis, ab his quæ de Maximo & orientali diœcesi se junguntur; de istis ut recens actis scribitur; de illis ut jam pridem perfectis. De iisdem orientalibus Leo ep. 70. (nunc 91.) ad Anatolium 26. Junii. *Cum & ipse,*

## EDITORUM ADNOTATIONES.

12 In hac actione primum conventum sub Anatolio habitum dicitur, de secundo nihil est, ex quo ejus convocatio Anatolio tribuatur. Cum porro S. Leo eo tempore, quo Legatos direxit in Orientem, eam mutationem, quæ per Theodosii mortem facta est, nec prævidisset, nec sperasset; de cogendo Constantinopolitano conventu, in quo suam epistolam omnes subscriberent, non cogitavit. Nihil tamen dubii est, quin Legati mutatis rebus egerint, ut coacto conventu laudata epistola ab omnibus subscriberetur, eademque etiam ex eodem conventu mitteretur ad omnes Orientis Metropolitanos, ut similiter omnes Episcopi eandem subscriberent.

13 Confer adnot. 19. in epist. 80. ex qua emendata per nos lectione ejusdem epistolæ, approbata cognoscetur sententia Legatorum, qui fuerunt in hac Synodo, non vero hanc provinciam aliis Legatis postea mittendis fuisse reservatam. In epistola autem 85. data die 9. (non vero 7) Julii an. 451. nulla hac in re potestas novis Legatis concessa traditur, sed cap. 2. anterior tantum sententia confirmatur.

14 Abundium cum sociis Romam reversum paullo ante diem 9. Junii an. 451. probavimus adnot. 4. in ep. 83. Die autem 13. Aprilis Leo eos expectabat quidem, eorumque de rebus gestis relationem non voce, sed per litteras acceperat. Vide adnot. 5. in epist. 80.

AN. CH.  
450.

inquit, *indicare dignatus sis quod in suscipienda catholica fide, & damnatione Eutychis atque Nestorii omnes orientales subscripserint Sacerdotes.* Hæc tum primum didicerat; de ipso autem Anatolio ante duos menses.

15 Demum 15 nondum tunc temporis Anatolium e Synodo sua ἐνδημῶσι ad omnes suarum provinciarum Metropolitanos Leonis epistolam subscribendam transmisisse, uti in Calchedonensi de Photio actione narratur, constare mihi videtur tum ex silentio Leonis, qui istud non omisisset ad Paschasinum de duobus aliis capitibus adeo cognatis scribens 24. Junii, tum ex eadem illa actione de Photio, in qua vocula *nunc* rem actam indicat non multo ante mensem Octobrem, quo mense jam inclinatio illa habebatur. His adde, quod conventui Constantinopolitano, in quo Anatolius subscripsit cum Clericis & Monachis, *multos* Episcopos interfuisse narrat S. Leo, cum paucos actio testetur convenisse in alia congregatione, unde ad Metropolitanos suarum provincia-

rum epistola subscribenda directa est. Nihil autem repugnat, quominus coram Lucentio & Basilio Legatis Romanis totum id peractum fuerit, unumque fuisse illorum quæ legatis commissa pluries scribit cap. 3. S. Leo, & de quibus sic Anatolium hortatur ep. 65. *Annitere itaque, frater carissime, ut quæ Ecclesiæ Dei congruunt, fideliter & efficaciter cum his fratribus, quos tantæ curæ idoneos auctores elegimus, exequaris.*

Neque his contraria est epistola Theodoretæ ad Abundium Legatum, sive notha illa sit, sive germana: privata enim fuit Theodoretæ, Ibæ, & Aquilini subscriptio, quam commemorat, & ex proprio ipsorum consilio nata; non communis & ex præscripto Primatis data. Tres illi proprio sibi epistolæ antigrafo subscripserunt; alii per tractorias per provincias Primatis auctoritate & Metropolitanorum cura circumductas ad subscriptionem adacti, & in communi autographo omnium subscriptionibus excipiendis destinato satisfecerunt.

AN. CH.  
450.

* A N N U S	LEONIS	VALENTINIANI	27.	MARCIANO AUG.
CHRISTI	PAPÆ	MARCIANI	1. & 2.	ET ADELPHIO
451.	12.	I M P P.		COSS.

I. Imperium adeptus anno superiori Marcianus dedit ad Leonem Pontificem  
 Ep. LVIII. ad Marcianum, nunc  
 Tom. II.  
 XXVIII.

litteras electionis suæ indices. His non ante Idus Apriles hujus anni respondisse  
 Kk vi-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

15 Hic Quesnellus Leonis epistolam ad omnes Metropolitanos subscribendam fuisse missam negat e Constantinopolitana Synodo, in qua Anatolius & ceteri, qui in regia urbe degebant, agentibus Abundio & aliis Romanæ Ecclesiæ Legatis, eidem subscribere. Alium posteriorem conventum hac de re habitum contendit: cum tamen Theodoretus, qui absens eidem epistolæ hac occasione subscripsit, nulla alia, ut videtur, probabiliori de causa eandem epistolam abs te subscriptam ad Abundium miserit, nisi quia eo auctore in Orientem missa fuit: unde initio eidem epistolæ tribuit, quod Orientales rectam fidem tenuerint. Alius conventus sine certiori auctoritate adstruendus non est. Quæ autem Quesnellus subjicit, infirmissima sunt. Silentium Leonis nihil probat, cum in epistolis non omnes circumstantiæ semper exprimantur. Particula *nunc* in actione de Photio Tyri posteriorem & proximiorum conventum indicat, & opponitur particulae *tunc* conventus antecedentis ac remotioris: ut ne alium conventum ante Concilium Calchedonense habitum adstruere necesse sit. Quod si *pauci* ibidem dicuntur Episcopi, Leo vero ep. 88. de Constantinopolitano conventu scribens, *multos* vocat; triginta vel quadraginta Episcopi diversa consideratione ac relatione *pauci*, vel *multi* appella-

ri potuerunt. Eusthatio Berytensi Episcopo *pauci* dicti sunt relate ad numerum Episcoporum, qui in antecedenti conventu litteras sibi faventes firmaverant: quam relationem cum Leone mente non conceperit, eos in rem suam *multos* non male appellavit. Theodoretus, Ibas, & Aquilinus idcirco privatim epistolam Leonis subscribere, quia erant depositi ac exules, nec ad Orientalium Synodos accedere poterant.

\* Breviarium historico-chronologicum hujus quoque anni 451. ut confusio vitetur, præmittendum est. Constantinopolitani Clerici, qui post Constantinopolitanam Synodum habitam sub finem anni præcedentis transmiserant una cum gestis ejusdem Synodi cum Legatorum relatione & cum epistolis Marciani, Pulcheriæ, & Anatolii, Romam pervenisse videntur non multo post initium anni præsentis 451. Ex iis, quæ Anatolius gesserat & scripserat, Leonis satisfactum fuit; ac proinde is communionem ipsi tribuere non dubitavit. Providendum vero erat & aliis Episcopis, qui impietati cesserant, & ad penitentiam reversi communionem poscebant. Legati cum hac de re, quæ improvisa accidit, non essent instructi, nec idonea facultate potirentur; apostolicam communionem iisdem concedere non potuerunt. Duo constituerant, primum ut resipiscentes sua-

*Breviarium  
 gestorum  
 anni 451.*

suarum interim Ecclesiarum essent communione contenti; deinde ne nomina Dioscori Alexandrini, Juvenalis Ierosolymitani, & Eusthathii Berytensis, qui fuerunt Ephesini latrociniis capita, ad altare recitarentur. His de causis alios Legatos cum congruis instructionibus & facultatibus dirigendos, & Constantinopolitanis Clericis revertentibus jungendos Pontifex censuit. Abundium vero & socios, quos quamcunctius remigraturos acceperat, expectandos duxit, ut ex viva ipsorum voce, quidquid opus esset, plenius intelligeret. Hinc Constantinopolitanos Clericos diutius retinuit, & in epist. 78. 79. 80. & 81. datis Idibus Aprilis, quas per eosdem Clericos in Orientem misit, Legatos novos una directos vel dirigendos indicat. Hæ enim epistolæ paratæ fuerunt ante Pascha, cum novos Legatos una dirigere cogitabat. At cum Abundii & sociorum reditus nimium differret; producta novorum Legatorum transmissione solos Clericos Constantinopolitanos remittendos duxit Idibus Aprilis cum memoratis litteris, quibus eandem diem apposuit intacto textu, quo novi Legati directi significantur. Confer adnot. 7. in ep. 78. & adnot. 5. in ep. 81.

Constantinopolitanis Clericis jam profectis Tatianus Præfectus urbis Constantinopolis epistolam Marciani Leoni tradidit, in qua Imperator pro cogenda generali Synodo institit. Leo rescripsit die 23. Aprilis, in qua Legatos *confestim* dirigendos memorans, de Synodo quid cogitet, ab iisdem plenius explicandum tradidit. Mutatis scilicet circumstantiis Synodum haud necessariam credebat. Interim Abundius & socii Romam cum aliis Marciani & Anatolii litteris rediere. Ab his de poscentibus communionem plenius instructus, die 9. Junii novos Legatos tandem transmisit Lucentium Episcopum, & Basilium Presbyterum, quibus & Anatolium Constantinopolitanum socium delegationis adjunxit, ut Episcopis lapsis non dubia professione Eutychem cum suo dogmate anathematizantibus apostolicam communionem concederent. De impietatis autem capitibus, si forte resipiscerent, & idoneas cautiones præbere viderentur, num recipiendi essent, maturioribus Apostolicæ Sedis consiliis dijudicandum reservavit. In hanc rem data iisdem Legatis quatuor epistolæ 83. ad Marcianum, 84. ad Pulcheriam, 85. ad Anatolium, & 86. ad Julianum Coensem: in quibus pro solis lapsis conciliandis Legatos se dirigere affirmans, Synodi convocandæ opportunum tempus non esse significat. Die 19. Junii ad Anatolium dedit epistolam 87. Ex hac autem discimus Basilium & Joannem Presbyteros ob diluendam Eutychiæ vel Nestorianæ hæreseos suspicionem Romam confugisse. Cumque sese apud Apostolicam Sedem edita fidei professione purgassent, eosdem cum pace Leo remisit, & Anatolio commendavit.

Paulo post Legatorum profectioem Marciani litteræ, quibus Concilium Nicææ cogendum Kal. Septembris, indictum fuerat die 17. vel 23. Maji, Romam allatæ sunt. Inopinata hæc indictio Pontifici accidit. Ne autem Imperatoris desiderio obisteret, in hisce temporis angustiis Leo statim Paschasinum Lilybetanum Legatum ad Concilium elegit per litteras, quæ desiderantur, ac dein die 24. Junii alium Legatum Bonifacium Presbyterum misit, ut cum laudato Paschasino, & duobus

Legatis Lucentio & Basilio antea transmissis Concilio præsideret. Huic Bonifacio cum commonitorio aliquot epistolas eodem die signatas dedit, scilicet novam epistolam 88. ad Paschasinum, 89. ad Marcianum, & aliam deperditam ad Lucentium & Basilium, quæ hanc delegationem declarabat. Has epistolas mox subsecutæ sunt aliæ quatuor datæ biduo post, 90. ad Marcianum, 91. ad Anatolium, 92. ad Julianum, quem Constantinopoli jamdiu degentem ac omnium rerum instructissimum, quatuor memoratis Legatis adjunxit, & 93. ad Synodum.

Duas Marciani & Pulcheriæ litteras Leo videtur accepisse per Theodistum Magistrinum, per quem binas ad eosdem remisit die 20. Julii, nimirum epist. 94. ad eundem Imperatorem, & 95. ad laudatam Augustam. Idem Augusti acceptis Leonis litteris per Constantinopolitanos Clericos directis die 13. Aprilis, & aliis per Tatianum transmissis die 23. ejusdem mensis, Pontificem a Synodo tunc cogenda alienum, & Legatos pro solis lapsis recipiendis dirigendos cognoverant. Cum autem Synodus jam esset indicta die 17. ex Græco, ex Latinis autem antiquis versionibus die 23. Maji, in hanc rem utique sollicitius institere. Pulcheria autem difficultatem movisse videtur circa Leonis consilium, quo nomina principum latrociniis Ephesini e diptychis non recitanda præceperat. Id enim nonnulli, ut ante Anatolium, differendum putabant, quoad illi, nisi resipiscerent, deponerentur. Leo autem rescribens, suam in lapsis ad sanam mentem revocandis & recipiendis sollicitudinem ac indulgentiam commemorans, non alio consilio se vetuisse indicat eorum nomina ad altare recitari, nisi ut qui nondum sui sceleris pœnam ferentes, in impietate adhuc jacebant, hoc saltem stimulo excitarentur ad petendam pacem; quam, si satisfactionem præberent, iisdem concedendam significat. Quod si in ep. 95. ad Pulcheriam c. 3. lapsos *pene omnes* reconciliatos commemorat, quod per Lucentium & Basilium Legatos fieri debuit; non idcirco credendum est hujus reconciliationis nuntium accepisse hoc tempore: spatium enim dierum circiter quadraginta, ex quo Legati Roma discesserant, angustius est, quam quod ad iter Constantinopolitanum conficiendum, & ad reconciliationem pene omnibus concedendam, & ad afferendas hac de re ad Leonem litteras necessarium est. Verisimilius est igitur, hæc Leonem idcirco scripsisse, quod reconciliationem fere omnibus, quos eam petiisse jam noverat, a Legatis suis traditam, præsumeret, cum hæc scribebat, vel cum hæc litteræ Constantinopolim pervenirent.

Abundius & Senator post Constantinopolitanam Legationem in suam Mediolanensem provinciam revertentes, Leonis epistolam tradiderunt Eusebio Metropolitanæ, cui Pontifex præscripserat, ut frequentissimam suæ provinciæ Synodum cogeret, in qua suam ad Flavianum epistolam omnes signarent. Id factum fuit ea Synodica, quæ inter Leoninas est epistola 97. Hanc autem Leo accepit Legatis ad orientalem Synodum jam profectis, quibus fortassis illam, si citius pervenisset, tradere volebat; quemadmodum fecisset de Gallorum quoque Synodica, si maturius reddita fuisset, ut iisdem Gallis rescripsit ep. 102.

Quæ sequuntur, ad Synodum pertinent, de qua in Breviario ejusdem sermo erit.

AN. CH. videtur Pontifex, 1 ad quas quatuor epistolæ  
451. datæ leguntur, ad Marcianum, ad Pulche-  
Ep. lxx. ad riam, ad Anatolium CP. & ad Julianum  
Pulch. nunc Coensem, a quibus omnibus & ipse litte-  
lxxix. ras acceperat, per Clericos, opinor, Ana-  
Ep. lx. ad tolii CP. Episcopi, quibus & suas tradidit  
Anatol. perferendas.

Enimvero cum fidem suam Anatolius in  
Ep. lxi. ad Synodo CP. aperuisset, quam Legati san-  
Julianum, ctorum Patrum doctrinæ epistolæque S. Leo-  
nunc lxxxii. nis per omnia concinentem probarunt, ille  
1 tres Legatos Casterium Presbyterum & Pa-  
tricium Asclepiademque Diaconos Romam  
2 misit 2 ineunte hoc anno, qui Leoni litte-  
ras fidei testes darent, vivaque eam voce  
asseverarent, & insuper, ut de multis cum  
eo communicarent, quæ in Synodo venti-  
lata erant. Relationem suam de iisdem ca-  
pitibus junxerunt Legati Anatolii litteris.  
Omnium præcipuum hoc erat.

Bene multi Episcopi, quibus constantia  
potius quam fides vacillaverat, redire in  
communionem Leonis flagitabant. Legati  
summi Pontificis eos contentos communio-  
ne suarum Ecclesiarum esse, auctores fuerant  
in Synodo, donec S. Leo aliter sanciret.  
Leo mandavit recipi, si modo apud Lega-  
tos Anatoliumque fidem suam testatam facerent,  
si Eutychis insaniam seque ipsos  
condemnarent, quod seu levitate, seu formi-  
dine Ephesini latrocinii acta rata habuissent.  
De recitandis nominibus Dioscori Alexan-  
drini, Juvenalis Jerosolymitani, Eusta-  
thii Berythenis in diptychis, Anatolium  
monet, ut id faciat, 3 quod Legati suaserint:  
caveat in primis ne quid memoriam  
Flaviani offendant, neque eorum nomina  
qui impietatem propugnarunt, cum sanctorum  
memoris promiscue usurpet. Julianum  
Coensem Flaviani defensorem illi insuper  
commendat, Eusebii Dorylæi Ecclesiæ cura  
gerat, neque id in ejus damnum ver-  
tat, quod ablit: cum ille pro causa fidei  
multos pertulerit labores, & suæ sit con-  
sors communionis. Scilicet Eusebius Euty-  
chis acculator exutus ob eam causam Epi-  
Tom. II.

Ep. lx. nunc  
lxxx. c. II.

Nomina  
hæretico-  
rum a Di-  
ptychis eli-  
minata.

3

AN. CH. scopatu per pseudo-Synodum Ephesinam, AN. CH.  
451. Romam tamquam in asylum confugit, &  
fidei confessionem edidit: ut dilueret labem  
qua se malevoli hæretici asperferant, qui-  
que crimen hæreseos, ut fere fit, quoniam  
erat contrarius, inferebant. In confessione  
sua decreta priorum Synodorum Nicænæ,  
Constantinopolitanæ, inprimisque Ephesi-  
næ doctrinam professus est, ut Nestorianis-  
mi suspicionem amoveret: quod ipse in  
Concilio Calchedonenfi publice testatus est.  
4 Hanc regulam, inquit, sanctissimo Papæ  
in Urbe Roma ego relegi presentibus Clericis  
Constantinopolitanis, eamque suscepit. Hæc  
verba tempus indicant epistolæ Leonis,  
quam vult palam omnibus fieri per Ana-  
tolium.

In epistola ad Marcianum illi breviter II.  
Leo gratulatur, quod rem religionis solli-  
cite curet; quod ejus defensionem suscipiat.  
Certe Marciani pietas singularis, amorque  
adversus religionem vehemens fuit. Impe-  
rator salutatus, ut diximus, de sua electio-  
ne litteras ad Leonem misit, sanctis apud  
Deum precibus juvari se flagitans, signifi-  
cansque quanto desiderio componendæ Ec-  
clesiæ teneretur per generale Concilium,  
quod S. Leo rogaverat. Deinde aliis litteris  
de adventu Legatorum honorifice locutus,  
invitavit eum in Orientem ad Synodum  
universalem. Quod si non liceat, expectare  
se ejus responsionem, ut ipse ex Illyri-  
co, Thracia, & Oriente Episcopos ad Syno-  
dum per litteras vocet. Pulcheria quoque  
ad Leonem grata scripserat: Anatolii do-  
ctrinam integram sanamque, ejus subscri-  
ptione ratam haberi epistolam ad Flaviana  
Augusto visum haberi Synodum, ubi  
de iis, quæ ad fidem pertinent, decernatur,  
& de Episcopis, qui Ephesi defecerant:  
allatum jussu Principis corpus Flaviani  
Constantinopolim, conditumque honorifice  
in Basilica SS. Apostolorum: exules  
extorresque Episcopos revocatos, qui in  
Synodo universali cum honore Sedi & Sa-  
cerdotio restituantur. S. Leo rescribit acce-  
ptif-

Actione  
xvi. Cal-  
chedon.

4

Ep. lviii.  
nunc  
lxxviii.  
Ep. Mar-  
ciani ante  
precedent.  
nunc  
lxxiii.

Ep. Mar-  
ciani post  
lxi. nunc  
Ep. lxxvi.

Epist. Pul-  
cheriæ post  
lviii. nunc  
ep. lxxvii.

Epist. lxx.  
nunc  
lxxix.

Kk 2

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Marciani epistolæ 73. ob assumptionem ad Imperium scriptæ exeunte Augusto, vel ineunte Septembri an. 450. Leo respondit per litteras, quæ interciderunt, datas circa diem 8. Novembris, ut vidimus adnot. 2. in ep. 78. Alteri autem Marciani epistolæ 76. scriptæ die 22. Novembris respondit epistola 78. Idibus Aprilis.

2 Hæc Constantinopolitanorum Clericorum transmissio probabilius incidit sub finem an. 450. ut videre est in Dissert. de epist. deperd. n. 45.

3 Confirmavit S. Leo, quod Legati antea missi jam judicaverant in conventu anni superioris. Confer adnot. 13. in annum præcedentem.

4 Hæc Eusebii Dorylæensis verba Quesnellus de professione fidei ab eo Romæ editæ interpretatur, cum hoc tempore nulla alia verte-

retur nisi fidei quæstio. At in contextu actionis 16. Synodi Calchedonenfis referuntur ad canonem pro honore sedis Constantinopolitanæ statutum in Concilio Constantinopolitano sub Theodosio seniore. Cum vero huic canoni in Calchedonenfi renovato Leo maxime obstiterit, incredibile videtur, eum ab Eusebio lectum suscepisse. Hinc Rusticus huic Eusebio testimonio adnotationem affixit: *Aut Eusebius mentitur, aut ad horam S. Leonem fefellit.* Vide tom. 4. Concil. Ven. edit. col. 1754. not. 6. Aliquid vero de hoc canone, vel de moliminibus pro sede Constantinopolitana, Leo præfensisse videtur, cum Bonifacio Legato ad Concilium directo in mandatis dederit, ut *si qui forte civitatum suarum splendore confisi aliquid sibi tentaverint usurpare, hoc qua dignum est constantia revundatis.* Sic act. 16. Concilii Calchedonenfis.

AN. CH. 451. *Epist. lvi. nunc lxxv.*  
 ptissimum se illi referre, quod causam Ecclesie defendat, quodque Nestorio & Euty-  
 chi condemnandis serio & feliciter animum  
 appellat. Sed præter & ante has omnes lit-  
 teras, quas hoc anno in Orientem de Euty-  
 chiana hæresi Leo scripsit, est epistola da-  
 ta octavo Id. Novemb. anni præcedentis,  
 quam primo publicamus, ad Faustum &  
 Martinum Presbyteros; quam vult quasi  
 encyclicam communicari omnibus Catholi-  
 cis: ut quisque pro fide viriliter deceret  
 adversus grassantem hæresim.

III. De privi-  
 legiis Ec-  
 clesie A-  
 relaten-  
 sis. *Ep. Gallo-  
 rum ad  
 Leonem  
 ante ep. l.  
 nunc ep.  
 lxxv.*  
 5  
 Dum Leo perimendæ Eutychie prævi-  
 tati sedulo laborat, superiori anno ad eum  
 scripsere Episcopi Viennensis provinciæ.  
 Vita migraverat S. Hilarius Arelaten-  
 sis. 449. & in ejus locum successit Ravennius.  
 Ob Celidonium depositum a Hilario &  
 restitutum a Leone fuisse irarum causas su-  
 pra retulimus. Hilarius judicio Pontificis  
 Romani non steterat: ideo S. Leo Are-  
 latensem Ecclesiam suis exuerat privilegiis,  
 juraque Metropolis in Viennensem Eccle-  
 siam transfulerat. Cum Hilario extinctam  
 iram summi Pontificis rati Episcopi Vien-  
 nensis provinciæ, pro Ravennio epistolam  
 seu libellum ad eum mittunt, restituique  
 suo Metropolitanò jura suæ Ecclesie poscunt.  
 Scio hanc epistolam falsi suspectam apud  
 nonnullos. Baronius eam ex Arelaten-  
 si codice primus suis annalibus innexit. Eum-  
 dem MS. codicem aut. certe similem in D.  
 Thuani Bibliotheca nactus sum, cum eadem  
 epistola & responsione Leonis; qui pruden-  
 ter litem composuit. Viennensi Metropoli  
 quatuor Ecclesias attribuens, Valentiam,  
 Tarentasiam, Genevam, & Gratianopolim:  
 reliquas subjecit Arelaten-  
 si Ecclesie, cui reddita quodammodo sua jura,  
 nec tamen Viennensis Ecclesia omni honore privata  
 est. Petronius Presbyter & Regulus Diaconus  
 Romam delegati, ut libellum Arelaten-  
 sis provinciæ Leoni darent, Romæ diu  
 detenti sunt: ut quo tandem vergerent  
 molitiones Eutychie ipsi perspicerent.  
 Remissi attulere responsionem sancti Ponti-  
 ficis, judiciumque de causa provinciæ Vien-  
 nensis. Sed & epistolam Leonis ad Raven-  
 nium, cui & suam ad Flavianum epistolam  
 dirigit, quam cum Galliarum Episcopis  
 communicet: adhortaturque uti fidem suam  
 in hac causa commendet. Alia insuper Le-  
 gatis commisit; sed voce potius & dicto,  
 quam scripto. Facile mihi persuaserim ro-  
 gatum Ravennium, 6 ut in Synodo episto-  
 lam ad Flavianum Episcopi Galliarum re-

ciperent, eique solemniter subscriberent: ut  
 Leo apud Orientales, si necesse sit, Occi-  
 dentalium unum esse animum, unamque fi-  
 dem, & suam esse doctrinam omnium Epi-  
 scoporum suarum partium ostenderet: quod  
 per litteras non significavit vir cordatus,  
 ne ardentius Episcoporum suffragia quæsi-  
 se diceretur, aut tempus Synodi nondum  
 publicatæ antevertisse. Ea res in longum  
 protracta: nam ex quo Legati Ravennii re-  
 versi in Gallias, ad diem quo Romani Pon-  
 tificis Legati profecti in Orientem ad Con-  
 cilium, annus est & amplius; & tamen  
 Leo nondum Gallorum responsum acceperat,  
 cum Roma profecti sunt Legati ad Con-  
 cilium. Ita enim post absolutam Synodum  
 ad eos rescribit: *Optassemus quidem frater-  
 nitatis vestre litteras eo tempore, quo pro-  
 miseratis, accipere: ut profecturis ad Ori-  
 entem fratribus nostris, quos ad sanctam Syn-  
 odum vice nostra pro catholica fidei defen-  
 sione direximus, etiam vestre sententiae pro-  
 fessio jungeretur.* Præpostere tandem sibi red-  
 ditus scribit per Ebrédunensem Episcopum  
 cum subscriptione quadraginta trium Epi-  
 scoporum; illis suam doctrinam gratulatur  
 sanctam illasamque, & eruditione Spiritus  
 sancti celestem, quamque Eutyches frustra  
 evertere tentaverat: Calchedonensis quoque  
 Concilii felicem exitum illis significat, ro-  
 gatque ut id Hispaniarum Episcopis notum  
 faciant, sicut antea per eisdem missa epi-  
 stola ad Flavianum cum aliis: quod Idacius  
 scriptor illorum temporum non omisit in  
 Chronico ad Olympiadem cxxx. De Galliis,  
 inquit, *epistola deferuntur Flaviani Episcopi  
 ad Leonem Episcopum misse, cum scriptis  
 Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Nestorium  
 Constantinopolitanum de Eutyche Ebionita  
 heretico; & Leonis Episcopi ad eundem re-  
 sponsa: quæ cum aliorum Episcoporum & ges-  
 tis & scriptis ad Ecclesias diriguntur.* Sic  
 olim e Galliis fides & doctrina Patrum in  
 Hispanias transmissa solita.

IV. Per eos ferme dies, Ceretius, Salonius &  
 Veranus Galliarum Episcopi lecta Leonis ad  
 Flavianum epistola scribunt ad Leonem; gratulantur ei sanctam sanamque hujus epi-  
 stolæ fidem, curamque pro eliminanda e  
 Galliis hæresi susceptam, testificanturque quo  
 in loco & æstimatione sit apud se ejus epi-  
 stola, quam exscriptam mittunt, ut si quid  
 amanuensium vitio erratum sit, si quid adul-  
 teratum, vel ipsi detrudere aut addere quip-  
 piam libuerit, id faciat: ut integra sana-  
 que remittatur, quo & Episcopi, & laici,  
 qui

## EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Hilarium paruisse Leonis judicio proba-  
 bimus in Observ. ad Dissert. V. Quæsn. part. 3.  
 c. 2. Solum ante sententiam appellationi resti-  
 tit, aliaque interposuit, ob quæ metropolitico  
 jure privatus fuit, ut in iisdem Observationibus  
 pluribus explicabimus.

6 Quæ Leo Petronio & Regulo in manda-  
 tis dederit, & cur voce, non scripto, expli-  
 cavimus in Breviario historiæ anni præceden-

tis adnot. 2. In mandatis, inquam: neque enim  
 Ravennium rogavit (quo verbo Quæsnellus  
 utitur) sed mandavit, ut liquet ex illis ep.  
 67. Si hæc ita ut credimus, atque MANDA-  
 VIMUS, impleveris &c. hæcque secreta man-  
 data efficaciter exequenda significat. Quæsnellus  
 præcipiendi verba sæpius declinat: quod semel  
 monuisse sufficiat.

AN. CH. 451.

Ep. lxxvii. nunc cii. ad Gallos Episcopos cap. 1.

Ep. Gallorum ad S. Leonem ante lxxvii. nunc ep. xcix. &amp; Leon. ad Gallos lxxxvii. nunc cii. Idacii Chron. Olymp. cxxx.

IV. Ceretii, Salonii &amp; Verani epistola ad S. Leonem, nunc lxxviii.



AN. CH.  
451.

qui ejus lectionem avidè cupiunt, hanc legant sine periculo errandi, aut suspitione falsi. Justæ petitioni, puto, annuit Leo, & ab iisdem Episcopis ad Eusebium Mediolanensem Episcopum ita emendatam missam esse non vereor dicere. Nam Eusebius in Synodica omnium comprovincialium subscriptione munita, ad Leonem scribit eam sibi a Ceretio redditam. *Quæ ad nos ex vestra, inquit, admonitione sancta, fratre & coepiscopo nostro Ceretio mutuante, pervenit.* Male in editis codicibus Cyriaco, pro Ceretio, ut Baronii Annales habent & MSS. codices. 7 Non ita statim convocata coactaque Synodus ab Eusebio; seu, quod novum erat, ad subscribendum epistolæ cogi Episcopos non ex auctoritate œcumenicæ Synodi; seu mandatum Leonis super eam rem; seu Abundius unus ex Legatis S. Leonis, & hujus provinciæ, expectabatur. Hic profecto Constantinopolim reversus Romam accepit a Leone litteras ad Eusebium Mediolanensem; quibus eum hortabatur, ut habita Synodo provinciæ, omnes Episcopi subscriptione sua epistolam encyclicam approbat.

Epist. Eusebii post lxxvii. nunc ep. xcvi.

7

Synodus Mediolanensis epistolam Leonis approbat.

probarent. Est Eusebii responsio, qua satisfactum Leoni fuisse accepimus, laudatamque in Concilio epistolam 8 *ut plenam fidei simplicitate*, Prophetarum, Evangelistarum, Apostolorumque auctoritate firmatam, & B. Ambrosii scriptis consonam, traditioni Patrum, & fidei Ecclesiæ congruentem. Contra reprobatos damnatosque, quos Sedes Apostolica alienos esse a fide pronuntiaverat. Neque hic moror Baronium, qui credidit bis missam Leonis epistolam ad Eusebium Mediolanensem, quod ex Eusebii responsione non colligitur. Mentio quidem duarum epistolarum: alterius de cogenda Synodo Mediolani, quam Abundius attulerat; alterius, quæ est ad Flavianum & per Ceretium data, quam majorum fidei coherere dicit, quas re & argumento diversas fuisse palam est. Ex his alia a nobis per recapitulationem, alia per anticipationem dicta propter affinitatem rerum. Sed revertamur ad Orientem, videamusque apparatus Ecclesiæ ad sedandos tumultus quos Eutychiana hæresis concitavit.

Marciano & Leoni par animus 9 de cele-

AN. CH.  
451.  
8V. Calchedonen-  
sis  
Concilii  
apparatus.

9

## EDITORUM ADNOTATIONES.

7 Non aliam Eusebius epistolam a Leone accepit, quam quæ per Abundium & Senatorem missa fuit: & ut primum licuit, Leonis mandato paruit: ac propterea commentitia est ratio dilatae responsionis, *quod novum esse ad subscribendum epistolæ cogi Episcopos non ex auctoritate œcumenicæ Synodi.* Enimvero sicut Galli, ita Mediolanensis provinciæ Antislites ex sola auctoritate & præcepto Pontificis ante Concilium œcumenicum suas subscriptiones addiderunt, quemadmodum etiam Constantinopoli & in Oriente factum fuerat. Similiter & Zosimi tractoria adversus Pelagianos multo ante omnes & orientales & occidentales Episcopi subscripserunt sine ulla Synodo œcumenica, ut docet Marius Mercator in Commonitorio edit. Baluzii pag. 138. *Beatissime memorie Episcopi Zosimi epistola, quæ Tractoria dicitur, qua Cælestius Pelagiusque damnati sunt, & Constantinopolim, & per totum orbem subscriptionibus sanctorum Patrum est roborata: cui Julianus & reliqui complices ejus subscribere detrectantes, consentaneosque se nolentes iisdem Patribus facere, non solum imperialibus legibus, sed & sacerdotalibus statutis depositi, atque exauctorati, ex omni Italia deturbati sunt.*

8 In epistola Mediolanensium non legitur particula *ut*, quam Quesnellus hic cursivo caractere apposuit, ac si ideo illi Leonis epistolæ subscripserint, quia hanc plenam fidei simplicitate &c. cognoverint. Eam quidem iisdem Patres plena fidei simplicitate fulgere &c. testati sunt; at ex ipsa Apostolicæ Sedis auctoritate eidem subscripsisse nihil ambigimus. Omnibus enim communis erat, ut credimus, illa S. Petri Chryfologi sententia, qua in ep. 25. Eutychem monens, ut Leonis epistolam *obedienter attenderet*, hanc rationem subjecit obligandi vim ex peculiari Apostolicæ Sedis prærogativa inferentem: *Quoniam beatus Petrus, qui in sua sede vivit & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem.* Eadem sententia ducti Ceretius, Salonius, & Veranus Epi-

scopi Gallicani in ep. 68. ad Leonem scripta ob easdem dogmaticas litteras ad Flavianum protestati sunt: *Merito illic principatum Sedis Apostolicæ constitutum, unde adhuc apostolici spiritus oracula proferuntur: ubi oracula apostolici spiritus Petrum in sua Sede ac successoribus docentem indicant.* Adeo vero uti certum fidei oraculum hæc apostolica definitio ab universis Gallicanis suscepta fuit, ut (quod scripserunt in ep. 99. ad eundem Pontificem) hujus doctrinam cum sua conferentes, hanc suam cum illa conformem nacti, *ita se semper ex traditione paterna tenuisse, ut vester, inquit, Apostolatus exponit, jure letati sint: dein vero ex hac concordia doctrinæ gavisi sint, datam sibi occasionem, qua libere ac fiducialiter, suffragante etiam Apostolicæ Sedis auctoritate, eloquantur, & asserat unusquisque quod credit.* Nullum hi examen necessarium credidere, quod de doctrina earundem litterarum decernerent, antequam ipsas susciperent; sed ex ipsis potius litteris, quas uti oraculum susceperant, eam quam tenebant, esse catholicam & sanam doctrinam, confirmati sunt. Neque idcirco negarimus ea, quæ a Leone definita fuerunt, non fuisse exumini subjecta; quod in Calchedonensi Concilio factum fuisse Vigilius in Constituto c. 15. testatur. Sed quatenus hoc examen liberum fuerit, salva nihilominus Apostolicæ Sedis auctoritate, ex ipso Leone explicavimus pluribus adnot. 14. in ep. 120. Confer quæ adjiciemus pluribus adnot. 1. ad notas Quesnelli in epist. 97.

9 Vivente quidem & Eutychianos protegente Imperatore Theodosio, ut scandalis remedium afferretur, S. Leo Concilium in Italia necessarium credidit; at mutatis post illius mortem circumstantiis, parem necessitatem non agnovit, ut ostendimus sub finem adnot. 7. in ep. 78. Desiderio tamen Marciani novi Augusti obsistere noluit, ut liquet ex ep. 89. 90. & 91.

AN. CH.  
451.

lebrando Concilio; sed de loco & tempore dispar sententia. Leoni in Italiam cogi & distrahi Synodum placebat. Foris hostis externus, Hunnus duce Attila terrebat Occidentem, Orienti minabatur hæreticorum factio, Dioscori Eutyichisque partes plurimi sequebantur: recensque memoria latrocinii Ephesini angebat animum. Leo ipse Pontifex adesse Concilio vehementer optabat, nec poterat extra Italiam. Imperatori decretum in Orientem convocare. Ibi jugulandam hæresim ubi se prodit. Sic olim majores, qui hæreses Arii, Macedonii, Nestorii que ibi extinxerant, ubi natæ. Suam deinde præsentiam magni fore ad victoriam momenti, nec Synodi tempus ultra differendum, ne crescat hæreticis audacia, animusque Catholicorum longa Synodi expectatione fatiscat.

Tertia Leo-  
nis in O-  
rientem  
Legatio.

Eo tempore post quatuor Legatorum, de quibus diximus, reditum, Leo, quod antea per litteras Marciano erat pollicitus, Legatos alios Lucentium Asculanum Episcopum, & Basilium Presbyterum Constantinopolim misit: ut eorum, qui Ephesi lapsi erant, confessionem reciperent, & ad communionem summi Pontificis admitterent: & alia illis negotia commiserat, dederatque litteras ad Marcianum binas, ad Pulcheriam, Anatolium, & Julianum Coensem. Marciani fidem laudat, quod non minus bono Ecclesiæ, quam reipublicæ consulat; gratias agit, quod Legatos bene accepisset: novos commendat. Sub finem epistolæ de differenda Synodo loquitur: ut ii, quos metus belli retinet, ad Concilium veniant. Pulcheriæ pietatem pluribus prosequitur: de lapsis auctor est indulgentius agendum cum iis, qui emendationem penitentiamque pollicentur. Rogat deinde Augustam ut longe amoveat Eutyichen nimis urbi vicinum: ut eorum careat solatio, quorum infecit animos: novumque Abbatem curet præponi in ejus locum, qui expuret mentes, quas labes Eutyichiana corrupit. Anatolium vero admonet, se ideo Lucentium & Basilium mittere, ut communi consilio faciant, quod visum e re & commodo Ecclesiæ: ut qui ad communionem catholicam redire velint, admittantur; sed cum certa professione fidei & detestatione dogmatis Eutyichiani. Et si qui gravius deliquisse reperiuntur, remittantur ad Apostolicam Sedem: ut æstimet quid constituendum. Nomen eorum, 10 qui prævaricati sunt, vetat ad altare recitari. De commonitorio, quod sibi Clerici obtulerant, addit se mandasse Legatis, ut dicto & voce responsum dent. Explicat denique quas spes

Ep. lxxii. &  
lxxiii. ad  
Marcianum.  
nunc  
lxxxii. &  
lxxxiii.  
Ep. lxxiv.  
ad Pulcheriam, nunc  
lxxxiv.Ep. lxxv. ad  
Anatolium,  
nunc  
lxxxv.10  
Prævaricantium  
in fide nomen non  
recitandum ad altare.  
Ep. lxxvi.  
ad Julianum, nunc  
lxxxvi.AN. CH.  
451.

concepit Ecclesia sub Principe, cujus affectus non modo christianus, sed etiam sacerdotalis est. Quarta epistola, quam primum juris publici facimus, Julianum Coensem adhortatur, ut Legatos re & opera juvet in negotio Ecclesiæ, ubi consilio & prudentia opus, incumbantque fortiter ad fluctus frangendos, quos Ephesina tempesta commovit. Ex his epistolis intelligimus quid demandatum Legatis sit; nec ad Synodum universalem missos; etsi Baronius aliter sentit. Nam Marcianus ad Leonem, & Leo ad Marcianum invicem scripserant de Synodo, sed nondum convocata: immo, ut diximus, de loco & tempore erat disceptatio. Fefellit Baronium codex editus. Error est in die quo data vulgo legitur epistola olim *xliv*. nunc *lxxiii*. (in hac editione *xc*.) ubi pro *v. Kalend. Junii*, restituendum *vi. Kalend. Julii*, ut habet MS. cod. Cardinalis Grimani. Nam cum Baronius existimaret Bonifacium Roma Constantinopolim missum *v. Kalend. Junii*, putavit & Lucentium, & Basilium eodem missos ad Synodum: & quoniam profecti Roma *vi. Idus Junii*; & quoniam postmodum legatione perfuncti sunt in Synodo Calchedonenfi.

Dum hæc gerebantur, Basilus & Joannes Presbyteri, falso suspecti hæresis ex Oriente Romam sponte propria veniunt: ut suspicionem Eutyichianæ vel Nestorianæ pravitate amoveant. Professi fidem coram sancto Pontifice remissi sunt cum honore & commendatitiis ad Anatolium litteris.

Verum etsi Romanus Pontifex differri Synodum, & in Italia fieri volebat; Marcianus tamen necessitate rerum & votis Orientalium sollicitatus Synodi indicendæ consilium cœpit. Leo mentem Principis vel fama, vel animo prælagiens, sed & ex epistola ipsius Marciani cui epist. 63. (nunc 83.) Pontifex respondet, ne defuisse Ecclesiæ videretur, siquidem interesse Synodo nequibat, Paschasium Lilybæi Episcopum ad vires suas implendas feligit. Certe iudicium Leonis merebatur; forte plures loci & prærogativa sedis illum anteibant, pauci doctrina, sanctitate, & fama adæquabant. Constantia illi haud vulgaris, probataque dura longaque apud barbaros servitute, ut ipse ad Leonem: scientia singularis, nec inexperta Leoni, qui illum de computo paschali consuluerat, ejusque responsis steterat: antiquæ disciplinæ ita observans, ut illi a Leone commissa cura mores Ecclesiæ Siculæ emendandi, ut patet ex epist. *xvi*. Nec alia deerant adjumenta; experientia matura, prudentia cum pari morum gravitate conjuncta. Continuo Leo ad eum scribit episto-

Baronii ex  
mendoso  
codice  
erratum.Ep. lxxvii.  
ad Anatolium, nunc  
lxxxvii.VI.  
Paschasius feligitur a Leone ut Synodo vice sua intersit.Ep. lxxviii.  
ad Paschasium, nunc  
lxxxviii.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

10 Non de omnibus, qui prævaricati sunt, sed de iis, qui in hac causa gravius peccaverit, & ob hoc superiorem sibi locum in eadem infelici Synodo (Ephesina) vindicaverunt,

Leo præcipit, ut, si resipiscant, eorum nomina ad altare non recitentur, antequam ab Apostolica Sede, expensis omnibus, de iisdem iudicium feratur. Vide epist. 85. c. 2.

AN. CH.  
451.  
II

stolam quasi II ad Legationem eum præparans, tamen omittens aut de Legatione, aut de Synodo proxima dicere. Multa de Eutychianismo disserit, exponitque de Incarnatione Christi doctrinam catholicam: epistolam ei ad Flavianum scriptam mittit: quemadmodum Constantinopoli in Episcoporum confessu, Anatolio præside, recepta confirmataque sit commemorat: quid Antiochenus in sua diocesi, ut subscriptione orientalium Episcoporum eadem muniatur, missis per provincias Tractoris: demum de paschali cyclo quæstionem ingerit, de qua alias sermo erit. Hæc epistola una est ex Grimani Cardinalis MS. codice, dataque reperitur VIII. Kalend. Julii.

Vix hæc ad Paschasium Leo, cum ecce Imperatoris litteræ, quibus indictam Synodum Nicææ Bythinæ ad Kalend. Septemb. nuntiatur. Leo, opinor, nondum convocationis litteras acceperat, cum ad Paschasium scripsit; etsi Marciani litteræ convocationis solido mense ante scriptæ sunt: nam ad alios Episcopos XVI. Kalend. Junii datæ leguntur. Certe Constantinopoli Romam mensis unius est iter.

VII.  
Leo, etfi  
agre, con-  
gregandæ  
Synodo  
annuit.

Acceptis litteris Imperatoris Leo ægre ferebat Synodum nec differri, nec fieri in Italia, ut per Legatos significaverat; sed plus valuisse Anatolii Orientaliumque vota, quam sua. Non tamen erat in animo summo Pontifici pacis consilia comperendinatione omittere. Extemplo de Legatis mittendis cogitat: Bonifaciumque Presbyterum in Orientem mittit; Paschasium Episcopum eodem ex Sicilia navigare curat, mandatque per eos, ut qui antea Legationem susceperant, cum prædictis in Synodo suas vices gerant, hisque Julianum Coensem adjungit: *Quoniam*, ait S. Leo, *scimus omnium illic ætatum rerum majorem te quam nostros habere notitiam*. Mittit de hac re tres epistolas 12 ad Marcianum, Anatolium, & Julianum, quæ datæ sunt VI. Kalend. Julii, Marciano modeste conqueritur temporis angustias, molestias, provinciarumque statum evocandis Episcopis parum idoneum; sed ea nihilominus amore pacis dissimulanda. Optat ut Paschasius Synodo 13 præsideat: ubi licet non asserat pro jure suo Legatis suis

Ep. lxxi.  
nunc xcii.  
ad Julia-  
num.  
Ep. lxxix.  
nunc  
lxxxix.  
Ep. lxx.  
& lxxi.  
nunc xci.  
& xcii.  
12  
13

primum deberi locum, sedendique prærogativam, sed propter Orientalium vel defectiorem, vel inconstantiam: *Quia*, inquit, *quidam de fratribus contra turbines falsitatis non valere catholicam tenere sententiam, prædictum fratrem & coepiscopum Paschasium vice mea Synodo convenit præsidere*: delirat profecto Calvinus cum ex hoc locus Conciliis œcumenicis præsidendi abjudicare conatur Romanis Pontificibus.

In epistola ad Anatolium eadem est ex postulatio: iniqua esse tempora propter tumultus bellorum & angustias temporis; plures Episcopos ex provinciis remotioribus non adfuturos: deinde mentione facta Legatorum, bene de Synodo sperat, acceptis ab eo nuntiis, condemnatos ab omnibus Episcopis orientalibus Nestorium, Eutychemque. Tertia epistola Julianum Coensem suas partes in Synodo agere vult. Has duas posteriores litteras e MS. codice nostro primum publicamus. Sunt præterea aliæ duæ epistolæ datæ 14 postridie: altera ad Marcianum; quæ reddenda erat in Synodo, data XIII. Kalend. August. non, ut in editis codicibus, VI. Kalend. Junii. Altera ad Synodum. Vulgata autem 15 inscriptio falsa, nondum Chalcedonem translata Synodo, Res seipsa clara est, & adhuc Evagrii testimonio certa: ita enim lib. II. cap. II. *Ac primo Nicæam (acciti Episcopi) adeo ut cum Leo Episcopus Romanus ad eos litteras daret per Paschasium, Lucentium, & ceteros quos eo ad suum locum supplendum miserat, eas sic inscriberet: EPISCOPIS NICÆÆ CONVOCATIS S. In epistola ad Marcianum Augustum eum in primis obtestatur, ne sinat retractari fidem ut dubiam, quam Patres ab Apostolis traditam prædicarunt; neque permittat ea, quæ majorum decretis damnata sunt, in controversiam adduci: tale enim aliquid Augustum in animo habere ex ejus litteris Leo suspicabatur. Similia prope ad Patres Synodi: *Unde, fratres carissimi, rejecta penitus audacia disputandi contra fidem divinitus inspiratam, vana errantium infidelitas conquiescat: nec liceat defendi, quod non licet credi*.*

AN. CH.  
451.14  
Ep. lxxiii.  
nunc xc.  
Ep. lxxii.  
nunc xciii.  
15

Rebus ita comparatis ad Synodum, Lucius VIII. centius Basiliusque Constantinopolim adventus Legatorum Constanti-  
nunt. adventus  
Constanti-  
nop.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

11 Cum Leo ad Paschasium dedit epistolam 88. die VIII. Kal. Julii, indictionem Synodi jam acceperat, ut liquet ex epist. 89. eodem die, ut emendavimus, ad Imperatorem scripta, in qua Legati ad Synodum destinati nominantur; ac proinde ep. 88. Paschasium non præparavit ad Legationem, sed novis instructionibus munivit: jam enim antea aliis litteris, quæ desiderantur, eum Legatum suum constituerat. Vide adnot. 4. in ep. 89.

12 Epistola Leonis ad Marcianum data VI. Kal. Julii est epistola 90. non vero 89, quæ allegatur in margine: hæc enim ex nostra emendatione duobus ante diebus scripta fuit.

13 Præsidendi prærogativam sibi in Legatis

suis competere S. Pontifex indicavit ep. 93. ad Synodum Nicææ primum indictam, ubi ait: *In his fratribus Paschasino & Lucentio Episcopis, Bonifacio & Basilio Presbyteris, qui ab Apostolica Sede directi sunt, me Synodo vestra fraternitas æstimet PRÆSIDERE*. Quoad textum vero epistolæ 89. qui a Quæsnello subjicitur, confer quæ observavimus adnot. 9. in eadem ep. 89.

14 Epistola 73. nunc 90. & epistola 72. nunc 93. quæ margini affiguntur, non postridie datæ sunt, sed VI. Kal. Julii, uti epistolæ nobis 91. & 92.

15 Inscriptionem ex nostro Ratisponensi emendavimus.

AN. CH. 451. 16 niunt. Ut commonefacti erant a Leone, & cum Anatolio de recipiendis lapsis agunt: auctores turbarum non statim admitti, sed reservari Apostolicæ Sedi exposcunt, eorum nomina ad altare recitari vetant. Seu Legati vehementius instarent, seu pertinacius resisteret Anatolius, & sui hæc esse arbitrii contenderet, res videbatur eruptura in odia intestina, ni malo statim Marcianus & Pulcheria occurrissent. Magnis itineribus jubent litteras Romam ferri ad Leonem. Benigne respondet utrisque sanctus Pontifex. Marciano quidem dicit se libenter Synodum admittere, nec poposcisse intra Italiam celebrari, nisi ut plures ex remotissimis locis adsint: jam profectos ad Synodum Legatos, qui ad diem veniant, etsi angustia temporis premunt: facile concordiam Ecclesiæ restitutum iri, si fides patrum retineatur, prædiceturque majorum doctrina. Multa & ad Pulcheriam scribit; sed præsertim de redeuntibus ad Ecclesiam sic statutum, ut petentibus pax non denegetur; etsi hæresis odio & detestatione digna sit, tamen non a misericordia arcendos, qui maculam pœnitentia eluunt: *Sed potius, inquit, cum gementibus gemimus, cum flentibus flemus; & sic utimur justitia commotionis, ut non omittamus remedia caritatis.* Addit deinde se id non modo verbis, sed & factis docuisse: abolitionem adeptos complures, qui resciderant quod a se statutum, & condemnaverant quod scriptum: omnia se ex judicio fecisse, ut sine cujusquam detrimento hæresim extingueret. Immo & circa auctores turbarum, quo citius ad pœnitentiam excitarentur, se quippiam ex consuetudine disciplinæ imminuisse: non quidem ejusdem pretii & æstimationis apud catholicos fratres, ut fuerant ante facinus impium Ephesi perpetratum; tamen retinere eos & sedem & Episcopatus honorem. Sic odiorum semina in ipso ortu consilio & prudentia S. Leo opprimere studebat. Hæc ex episto-

lis ad Marcianum & Pulcheriam datis XIV. Kalend. Augusti. Perlatis litteris Imperatoris per provincias ad Metropolitanos, per eosdem admoniti Episcopi continuo complures ad Synodum Nicæam, & ibi expectare Augustum, qui & ipse se interfuturum Synodo promiserat. Jam Kalendæ Septembris præterierant (qui dies dictus ad Synodum erat) neque Marcianus aderat. 17 Tum Episcopi scribere ad eum, ut pro more majorum Synodum haberi liceat: multos aut ex itineris molestiis, aut mala corporis valetudine deficere. Imperator rescribit visum Legatis Apostolicæ Sedis non fieri Synodum, nisi se præsentem: se detentum hæcenus reipublicæ negotiis; se tamen magis Imperio quam Ecclesiæ defuturum; si Calchedonem accedere velint, eo statim profecturum, etsi alio Reipublicæ cura avertit animum. Hunni scilicet, duce Attila, id temporis populatis primum Orientis provinciis in Occidentem infestis signis irruperant. Sed & victus Attila ab Aetio acie ordinata in campis Catalaunicis, prædanti magis quam victo similis fugit, & Orientem versus iter cepit, Illyricumque occupare tentat; sed copiis Imperatoris prohibitus. Ea res tum Marcianum Constantinopoli retinebat; & ne procul abesset, Calchedonem pro Nicæa patribus insinuavit. Molestæ ferebant patres alio Synodum transferri. Rescribunt itaque per Atticum Constantinopolitanum Diaconum metuere se, si Calchedone Synodus habeatur, ne Eutyches, qui factione valet, opportunitate loci usus turbas misceat, fallatque Patrum expectationem. Ad hæc Marcianus daturum se operam ne quid adversus Synodum moliatur Eutyches: hortari igitur, ut Calchedonem veniant, ne mora noxia magis sit, quam metus & terror.

17  
Occasio differendæ Synodi & transferendæ.

SY-

EDITORUM ADNOTATIONES.

16 Legatos egisse de proroganda Synodo, & cum Anatolio concertasse de lapsis, ex eo Quesnellus tradit, quod existimet, hanc ob causam Marcianum & Pulcheriam ad Leonem scripsisse litteras, quibus Pontifex responderet epistolis 94. & 95. Eas vero litteras ante adventum Legatorum ad Leonem alia de causa directas in Breviario ostendimus. Hinc Anatolium Legatis pertinacius restitisse, & sui putasse arbitrii reconciliationem lapsorum, falsissimum est.

17 Quædam a Quesnello omissa hic subjicimus. Cum Imperator belli perturbationibus impeditus, Nicæam, uti optabat, statim non posset accedere; litteras misit ad Synodi Patres, petens ut aliquantulum expectarent. Marciano ob publicam necessitatem alio fortassis profecto, Pulcheria epistolas dedit ad Strategum Consularem Bithyniæ, quibus præcepit, ut a Nicæa expelleret Clericos, Monachos, & laicos, quos in eam urbem ingres-

fos, & turbas excitantes acceperat. Non multo post Episcopi has inducias ægre ferentes ad Imperatorem scribunt, nonnullos Patres infirmitate aliisque de causis laborare. Respondit Marcianus publicam necessitatem adhuc impedire ne accederet, ac præterea Legatos Leonis nolle Synodum nisi secum adire. Suadet autem ut ad Calchedonem viciniorem urbem transeant, quo facilius excurrere poterit. Huic translationi Patres non statim acquieverunt, eo quod metuerent ne Calchedone, quæ Constantinopoli proxima est, Eutychis fautores seditiones facile commoverent. Id per Atticum Diaconum, ut veteres MSS. codices præferunt, non Archidiaconum, ut vulgatum Græcum exemplar habet (qua lectione legendum esset *Aetium*) Marciano significatum fuit. Tum Imperator litteras Patribus reddit Heraclea X. Kal. Octobris, quibus præcepit ut nullam perturbationem metuentes sine mora Calchedonem accurrant.

t. 4. Concil. col. 839. d. Ib. e.

Ib. col. 843.

Ib. col. 846.

SYNOPSIS ACTORUM  
Concilii Calchedonensis.

Concilium Calchedonem translatum. **P**atres acceptis litteris Imperatoris, ultro veniunt Calchedonem; congregataque Synodus in Basilica S. Euphemiae martyris  
Tom. II.

extra urbem octavo Idus Octobris, & Kalend. Novemb. absoluta. Quo tempore actiones fuerunt 18 decem & octo. Liberatus in Breviario quindecim numerat. Sexdecim in actis reperiuntur, pluribus sub eodem numero collocatis.

AN. CH.  
451.  
18

L I      ACTIO

EDITORUM ADNOTATIONES.

18 Quot fuerint hujus Synodi actiones, definiri certo nequit. Septem, quæ generalem fidei ac disciplinæ causam respiciunt, tum in Græcis, tum in Latinis codicibus conservatæ fuerunt. Immo plerisque Græcos antiquiores codices continere Synodum non nisi in sex actionibus sub junctis canonibus, ut omnino cetera, quæ privato studio fuerunt mota, non habeant: testatur Pelagius II. in epistola ad Eliam & Episcopos Istriæ n. 19. tom. 6. Concil. Ven. edit. col. 275. Quæ vero particulares causas tractarunt, non æque proferuntur in MSS. libris, qui supersunt. Aliæ enim actiones suppetunt ex Græcis exemplaribus, quæ in Latinis desiderantur, ut actiones de Photio Tyri, & de Caroso atque Dorotheo. Aliæ ex Latinis præsto sunt, quæ desunt in Græcis, ut actio de Domno Antiocheno, quam codices Rustici præferunt. Aliæ etiam in quibusdam Græcis codicibus exstant, quæ nec in aliis Græcis, sicut nec in Latinis leguntur, ut actio, in qua lecta fuit Leonis epistola ad Synodum scripta, quam in solis MSS. Græcis Venetis S. Marci invenimus, & Appendici epistolarum S. Leonis inseruimus. In codice etiam Græco, quo Evagrius usus est, deerant actiones de Photio Tyri, & de Caroso atque Dorotheo; sicut etiam aberant a MS. Alexandrino, quem Liberatus latine redditum accepit: utriusque enim Calchedonensium actionum historiam describentes, duas has actiones prætereunt. Unus Latinus codex Vaticanus aliam actionem de Domno exhibet a Baluzio vulgatam, & a nobis recudendam in Observ. ad Dissert. IX., quam in aliis vel Græcis, vel Latinis libris frustra requires. Cum igitur singuli codices aliqua omissione laborent, num ex omnibus saltem exemplaribus hætenus inventis omnes actiones habeamus, an aliqua adhuc lateant, vel interciderint, ignoramus. Si vero actionibus 19. antea editis addantur actiones duæ, altera de Domno a Baluzio edita, altera de memorata Leonis epistola, quam nos edidimus; Calchedonenses actiones, quæ ad hoc usque tempus prodire, sunt una & viginti. Decem autem & octo tantum antea editas computavit Quæsnellus, quia editam actionem de Domno spuriam habuit, de quo inferius adnot. 27.

De ordine  
earumdem  
actionum

Neque solum in numero actionum discrepant codices, verum etiam in ordine. Omnes in prima actione conveniunt. At aliis secunda est actio de depositione Dioscori, quæ in vulgatis tertia præfertur; iidemque secundam vulgatam in tertium locum protrudunt. Ejusmodi sunt Græci codices Veneti S. Marci 164. & 555. nec non Græcum exemplum, ex quo Evagrius hunc ordinem exhibuit. Idem quoque obtinuisse in Græco exemplari, quod adhibuerunt Patres Synodi V. colligitur ex collat.

t. 6. Conc.  
vol. 160.

6. in qua protulerunt epistolam Leonis ex tertia actione eorum quæ Calchedone sunt acta; cum tamen ad secundam vulgatam pertineat. Antiqua Latina versio, quæ in Parisiensi codice per Baluzium laudato continetur, similem ordinem præfert, Facundus pariter exemplaria similia se vidisse testatur lib. 5. c. 3. Immo etiam Rusticus, licet vulgatum ordinem in sua editione secutus sit, codices tamen cum eodem ordine allegat, ex-gr. in adnotatione ad caput 7. ante gesta, ubi de Leonis epistola ad Flavianum ait: *Quæ non posita cum istis epistolis, eo quod in gestis sancti & universalis Concilii Calchedonensis TERTIÆ actioni inserta sit.* Hodie est in secunda. Vulgatum porro ordinem inter codices Græcos tenuisse videntur illi, qui Romanis editoribus usui fuerunt. In Græco cod. Veneto S. Marci 555. licet prima manu de Dioscoro diceretur *δεύτερη secunda*, & actio, in qua epistola Leonis lecta fuit, vocaretur *τρίτη tertia*; secunda tamen manu primo loco erasa voce *δεύτερη* superinducta fuit vox *τρίτη*, & secundo loco deleta voce *τρίτη* superinducta fuit vox *δεύτερη*. In margine vero actionis de Dioscoro, quæ prior tituli emendationem recepit, hæc notatio legitur: *ἴσθι δ' ἀναγνώστως, καὶ οὐκ κατὰ σφάλμα προέβηται ἢ Γ πράξις τῆς Β' καὶ δὲ πρότερον ἐκείνη ἀναγνώσκειν μετὰ ταύτην γραφῆσαν ἔσθαι τὸ σημεῖον ο-ο.* Sicut lector, per errorem præmitti actionem tertiam actioni secunde, & oportet primum illam legere, quæ post hanc scripta est, ubi signum ο-ο. Hic Græcus adnotator codicem aliquem antiquiorem nactus videtur, ex quo hunc ordinem, & hanc emendationem elicuit. Rusticus quoque & Liberatus eundem ordinem secuti sunt. Dies certe, qui tum in Græcis, tum in Latinis signatur, actionem, in qua lecta fuit Leonis epistola, anteriorem, actionem vero de Dioscoro posteriorem probat: illa enim VI. Idus notatur, ista vero III. Idus Octobris. Solum in MS. Parisiensi interpretationis antiquæ sub die Idus pro sub die VI. Idus legitur, ubi per errorem omissa est nota VI., alias scribendum fuerat sub die Iduum, vel Idibus. Hæc autem dierum notatio, quæ in ipsis codicibus diversum ordinem præferentibus custoditur, adeo evidens nobis est, ut hac de re, nisi alii codices aliam chronicam notam exhibeant, ambigendum non sit. Facundus quidem in codicibus hunc ordinem contra autographorum fidem fuisse immutatum, & actionem, in qua Dioscorus depositus fuit, primæ fuisse conjunctam existimat: *propterea quia in actione prima judicatus erat idem Dioscorus Episcopus honore privandus, ut ejus condemnatio proxima sequeretur.* Addit porro: *Ceterum non sola dierum prænotatio, verum etiam tenor ipsarum actionum ( idest secundæ ac tertiæ ) cum legitur, docet quod in codicibus tertia ( de Dio-*

t. 4. Concil.  
col. 1982. d.

scop-

## ACTIO I.

In prima actione Paschasinus Lilybæi Episcopus & Legatus Apostolicæ Sedis petiit ut Dioscorus e Synodo discederet. Id mandatum a Leone, ne ut iudex, sed ut reus admitteretur; alioquin se cum collegis discessurum. Ea res altercatione aliquamdiu protraxit. Acerbum videbatur primarium Orientis Primatem pellere e Synodo. Iudices dixerunt ut in medio federet; adeo ut magis reo similis quam iudici esset. Tum Eusebius Dorylæi Episcopus accusandi Dioscori fieri sibi potestatem petiit, se indignis modis acceptum ab eo, fidem Ecclesiæ corruptam, Flaviani fuisse percussorem. Lectus deinde libellus accusationis, quem Eusebius primum Marciano dederat; sed qui Synodo reservatus. Dioscorus respondit condemnationem Flaviani legitime latam in Synodo prohibitus.

Dioscorus federe in Synodo prohibitus.

auctoritate Imperatoris congregata. Acta itaque legi poscere, ut de innocentia constet; existimans non tantum esse patribus otii, ut legendis actis tempus terant, aut se falsitate actorum posse accusationem propulsare. Verum cum & id Eusebius exposceret, & multi falsitatem arguere cogitarent, tum, mutata sententia, postulavit ut prius de fide ageretur. Contra iudices iusserunt relegi acta pseudosynodi Ephesinæ. Cumque legeretur Constitutio Theodosii de Synodo, ventum est ad Theodoritum, quem Imperator abesse a Synodo iusserat. Iudices petierunt introduci Theodoritum in Concilium; & quoniam a Marciano vocatus, & in sedem a Leone impertita communione restitutus. Illyriciani, Palæstini, sed præcipue Ægyptii Episcopi intercessere, & clamoribus petierunt ut non admitteretur. Nihilominus datus locus in medio, ut tamquam accusator sederet, Mediam hanc com-

Theodoritus in Synodo receptus.

po-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

scoro) fuerit secundæ præposita: & forte ex hac ratione Facundi Rusticus & ceteri pristinum ordinem restituere. Vide Tillemontium not. 45. in S. Leonem, ubi hunc vulgatum ordinem ex actionum contextu luculenter confirmat.

In qua actione conditi fuerint Canonici.

t.4. Concil. col. 2041. b.

Aliud ordinis discrimen est in actione, quæ septem & viginti canones continet. Hæc in vulgatis est actio XV. sicut & apud Liberatum & Rusticum. Concinunt Græci codices, quos Romani editores adhibuerunt. Codices vero Græci Veneti S. Marci canones exhibent actione VII. Id ipsum erat in Latino codice Acumitensi, quem Rusticus laudat in adnotatione ad actionem XV. *Codex Acumitensis. Termini Ecclesiastici promulgati a sancta, & magna, & universali Synodo, quæ Calchedone collecta est. Codex idem. Actio VII.* In vetustissimo MS. Capituli Veronensis 55., qui ineditam horum Canonum e Græco versionem præfert, iisdem canonibus hic titulus præfigitur: *Acta septimæ cognitionis Calchedonensis.* Duo codices antiquæ versionis, Parisiensis & Reginæ Svecorum a Baluzio laudati, canones subiiciunt post sextam actionem. Concinit Evagrius, qui lib. 2. c. 18. scribit, canones Imperatore in sexta actione hortante fuisse constitutos. Pelagius II. in epistola ad Eliam & Episcopos Istriæ n. 17. septimæ actioni canones in codicibus, & multis quidem, attributos testatur. *In sexta illius actione, inquit, sanctæ fidei professio consummatur: moxque in septima ad institutionem jam fidelium regula canonum figitur; ulterioribus vero actionibus nihil de causa fidei, sed sola negotia privata versantur: quod cum responsales vestri ita esse ambigerent, curæ nobis fuit exploratis multis hoc codicibus demonstrare.* Hanc sententiam plane confirmare videtur Anatolii epistola 101. ad Leonem, quam in lucem edidimus: nam cap. 4. post relationem gestorum Calchedonensium circa fidem, quæ conclusa sunt actione VI. subdit: *Quoniam vero etiam de aliis rebus oportebat nos considerare, ut tanta Synodus omnia videretur agere sine ulla omissione, quæ correctionis indigent atque approbationis tum in canonicis, tum in ecclesiasticis ca-*

pitibus &c. ubi canones ecclesiasticis causis præmittens, actionem circa canones ceteris actionibus de ecclesiasticis causis præcessisse significat. Mirum accidit in hac actione canonum nec diem notari, nec personas, quæ residerunt; quod tamen in aliis omnibus actionibus servatur. Hac autem de causa Pelagius loco citato n. 18. non improbabiler putavit, canones proprie non pertinere ad actionem distinctam a sexta præcedenti. Verius dixerimus ad distinctam diem (diversa enim fidei & canonum materies, licet eadem die constituta, actioni diversæ adscribi potuit.) Enimvero cum Imperator actioni sextæ præsens, post definitionem fidei & subscriptiones Patrum, antequam Patres dimitteret, quatuor canones sanciendo iisdem proposuit, qui inter xxvi. i. inveniuntur; ita illi statim benemeritissimo Augusto videntur satisfecisse, ut consueti exordio opus non fuerit.

Dies in sequentibus actionibus signata ordinem vulgatum approbat. Solum monendum est actiones de Photio Tyrio, & de Caroso atque Dorotheo, quæ e solis Græcis MSS. prodire, licet diem XIII. Kal. Novembris præferant, ex quo actioni quintæ in vulgatis præmittuntur, in codicibus tamen Græcis Veneti S. Marci post ultimam actionem describi, uti erat etiam in illo Balsamonis, qui in schol. ad can. 29. Calchedonensem, actionem de Photio scriptam tradit in fine quartæ Synodi. Id ipsum quoque deprehendit Card. Cananata in duobus MSS. Vatt. Græcis 831. & 1138. ut Baluzius testatur. Id autem ea de causa accidit, quia hæc duæ actiones in omnibus vel plerisque MSS. collectionis Calchedonensis ab initio deerant, postea autem inventæ iisdem in fine additæ fuere. Idem Baluzius & Harduinus cum P. Lupo errorem in die actionis de Photio Tyri suspicantur, eo quod negotia Episcoporum post definitionem fidei agitata traduntur. Sed qui hoc tradidere, scriptores sunt, quibus hæc actiones in suis codicibus deerant. Eusthatii vero Berytensis interlocutio in eadem actione de Photio hanc causam ante definitionem fidei actam ostendit.

De loco actionis pertinentis ad Photium Tyri.

t.4. Concil. col. 1974. e.

t.4. Concil. col. 1431. b.

AN. CH. 451. ponendis animis viam iniere iudices, tum propterea quod Theodoritus libellum dederat Imperatori, qua hæresis calumniam a se depelleret; tum quia licet a Leone receptus esset, 19 caussa tamen ejus finita non censebatur.

Χριστιανός ἐδὲνα φροβή- ται ἰορθόδοξοι; οὐδὲνα φροβή- ται πὲρ τῆς ἡ- εῖς μανθάνο- μεν, εἰ ἀν- θρώπων ἐφ- θουῖται, μάρ- τυρες οὐκ ἴσταν. Αἰτ. I. Calched. πάντες ἡμῶν- τόμεν πάντες συγγράμην αἰτῶμεν. Ib. infra.

Marcianus Synodi i- nitio non affuit. 20

Tom. II.

ACTIO II.

In secunda actione, quæ habita VI. Idus Octob. de fide actum est, pro qua maxime, ut iudices sunt locuti, factum Concilium. Omnes continuo assentiri nullam aliam regulam fidei recipiendam, quam quæ olim cccxviii. Patribus Nicææ, & cl. Constantinopoli probata: & adversus Eutychem sufficere fidei expositionem, quam sanctissimus Episcopus Leo in epistola sua expresserat: huic se omnes subscripsisse: hanc fidem omnes profiteri: ab omnibus receptam. Lectum deinceps Symbolum Nicænum & Constantinopolitanum, synodice epistolæ duæ Cyrilli, altera ad Nestorium, altera ad Joannem Antiochenum, & epistola sancti Leonis ad Flavianum, & 21 allata Patrum testimonia, quæ in acta relata sunt, Tum Patres unanimiter in has voces prorumpere: *Hæc Patrum fides, hæc Apostolorum fides, Omnes ita credimus, Orthodoxi ita credunt: Anathema ei qui ita non credit. Petrus per Leonem ita locutus est. Apostoli ita docuerunt: pie & vere Leo docuit. Cyrillus ita docuit. Cyrilli aeterna memoria. Leo & Cyrillus similiter docuerunt. Leo & Cyrillus ita docuerunt: Anathema ei qui sic non credit.* Cum vero Syriæ & Palæstinæ Episcopi de locis aliquot ex epistola anxie inquirerent; similibus Cyrilli testimoniis comprobata sunt. Tum omnem ambigendi locum eximere: epistolam Leonis esse fidem Ecclesiæ. *Magnificentissimi iudices & amplissimus Senatus dixerunt: Post hæc omnia adhuc quis dubitat? Reverendissimi Episcopi dixerunt: Nemo dubitat.* Absoluta actio clamoribus Orientalium, qui Dioscorum mitti in exilium exposcebant, reclamantibus Illyricianis, ut quoniam omnes peccaverant, omnibus parceretur.

S. Leonis ep. ad Flavianum approbata. 21

ACTIO III.

III. Idus Octob. actio tertia fuit. Dioscorus accusatus; Eusebius Dorylæi actorem egit: cumque de hæresi & impietate expostulatio fieret, placuit vocari ad iudicium. Iterum tertio vocatus venire abnuvit, modo prætexens ægrotationem, modo causatus absentiam iudicum. Responsum est, cum de

Ll 2 ca-

EDITORUM ADNOTATIONES.

19 Dicendum potius: nondum tamen suæ sedi actu fuerat restitutus: quia etsi Leo eum signatis ad Flavianum litteris in communionem recepit, & eatenus eidem aliqua ratione Episcopatum restituit, unde iudices dixerunt act. I. col. 874. a. Restituit ei Episcopatum Sanctissimus Episcopus Leo: actualis tamen restitutio ab eodem Leone remissa fuit suis Legatis in Synodo, ut pluribus dicitur in Observ. ad Dissertationem X.

20 Non Patres, sed imperiales iudices ita

consuerunt in fine act. I.

21 Patrum testimonia ad gesta Calchedonensia non pertinent: unde nec in Græcis, nec in Latinis codicibus, immo neque in antiquis Conciliorum editionibus in hac actione inveniuntur, sed subjecta tantummodo fuerunt Græcæ Leonis epistolæ ad Flavianum ante gesta descriptæ, & ab editoribus Romanis huc perperam traducta fuerunt. Vide Admonitionem nostram in ep. 28. n. 8.

AN. CH.

451.

ΚΑΝΟΝΙΚΩΝ  
 γὰρ ἐξετάζο-  
 μένων, ἔτε  
 ἀρχόντων, ἢ τε  
 ἑτέρον τινας  
 λαϊκοὺς πα-  
 ρῶναι χρὴν,  
 ὅτι.

Act. 3.  
 Catch.

canonicis judiciis quæstio, secundum Eccle-  
 siæ regulam, neque iudicibus, neque lai-  
 cis locum esse: *Quando enim quadam cano-  
 nica examinantur, neque iudices, neque lai-  
 cos esse oportet.* Lecti interim libelli in Dio-  
 scorum Ischyronis Diaconi Alexandrini,  
 Athanasique Presbyteri (cujus olim Cyril-  
 lus avunculus) & Sophronii; quibus ille  
 pluribus accersebatur flagitiis. Verum Dio-  
 scorus cum iterum tertioque vocatus venire  
 contemneret, Legati sancti Leonis, si Ju-  
 lianum excipias, qui suo ordine sententiam  
 dixit, tulerunt iudicium condemnationis in  
 eum; & quia reus compertus hæreseos, e-  
 piscopali dignitate & ministerio sacerdotali  
 privatus est: & quod Eutychem canonicè  
 excommunicatum recepisset ad communio-  
 nem, quod vetuisset legi in Synodo Ephesi-  
 na epistolam sancti Leonis, quod sanctum  
 Leonem abscondere a communione ausus,  
 quod ter vocatus ad Synodum ad diluenda  
 crimina venire abuisset.

Rogati Patres ut pariter sententiam di-  
 cerent, secundum iudicium Legatorum pro-  
 nuntiarunt, & subscriptione sua condemna-  
 tionem approbarunt. Iudicium Synodi Dio-  
 scoro denuntiatum est: scriptum ea de re  
 ad Alexandrinos, ad Augustum, Augustam-  
 que; & quia Dioscorus se sedi suæ restitu-  
 tum iri jactabat, commonitorium a Syno-  
 do ad Constantinopolitanos Chalcedonenses-  
 que datum: quo palam fuit spe omnino se-  
 dis ablata Dioscorum ab Episcopatu de-  
 jectum.

## ACTIO IV.

XVI. Kalend. Novemb. Actio quarta cœpta

est breviter; relectis quæ prius acta fuerant, AN. CH.  
 iudices rogaverunt, quid Patres de epistola 451.  
 sancti Leonis censerent? Synodis Nicænæ  
 & Constantinopolitanæ consentanea conti-  
 nere, ex ordine Patres dixerunt; diligenter  
 examinata singula verba; non aliam haberi  
 in ea doctrinam, quam quæ in Synodis œcu-  
 menicis prædicata; eam esse quam Cyrillus  
 in expositione fidei Ephesi, & in epistolis  
 exposuit, ob eamque causam se illi sub-  
 scribere. Ex Episcopis nonnulli perplexa  
 quædam atque dubia sibi visa esse significa-  
 runt. Sed admoniti dubia fieri ex vocabulis  
 & locutionibus, ultro subscribere, alii aliis  
 verbis. Hæc quorundam fuerunt: *Aliqua  
 nobis ex ipsa obstiterunt verba, ut partiti-  
 onem & separationem demonstrantia, sic vo-  
 lentibus sapere, de quibus & ab initio ante  
 vestram clementiam ambigebamus, & tunc a  
 vestra jussi exire magnificentia audivimus a  
 sanctis Patribus, Episcopis & Presbyteris  
 locum tenentibus sanctissimi & Dei amatoris  
 præcipui Archiepiscopi Leonis, quia nullam  
 dicunt partitionem in Domino Deo & Sal-  
 vatore nostro Jesu Christo, sed unum eumdem-  
 que Dominum Filium Dei; propter quod con-  
 sensimus & tomo subscripsimus.* Hæc de epi-  
 stola sancti Leonis ad Flavianum, præsentis  
 Legatis: quorum nullus vel commotus,  
 vel conquestus est, quod tanti Pontificis epi-  
 stola a Romana Synodo missa, a plerisque  
 tum Orientis, tum Occidentis subscripta E-  
 piscopis, qua demum nulla unquam vel aucto-  
 rata magis, vel decreta maturius, vel  
 majori splendore publicata, iterum 22 exa-  
 mini subjiceretur.

Tum iudices Patribus significare Impera-  
 toris nomine, liberum illis relinqui ut de  
 fau-

Dubium  
 circa Leo-  
 nis episto-  
 lam.

22

## EDITORUM ADNOTATIONES.

22 In secunda actione cum imperiales iudices  
 fidei expositionem postulassent, Patres  
 Leonis epistolam, quam ut *formam* omnes sub-  
 scripserunt, adversus Eutychem errores suffice-  
 re protestati sunt. Sic enim *Cecropius Episco-  
 pus Sebastopolitanus dixit: Emerferunt quæ ad  
 Eutychem pertinebant, & super iis forma data  
 est a sanctissimo Archiepiscopo Romanæ urbis,  
 & sequimur eum, & epistolæ omnes subscripsimus.*  
*Reverendissimi Episcopi clamaverunt: Ita  
 omnes dicimus: Sufficiunt quæ exposita sunt:  
 alteram expositionem non licet fieri.* Ut autem  
 iudicibus aliqua in parte satisfieret, qui omnium  
 concordiam expetebant, post Nicænæ & Con-  
 stantinopolitanæ symbolum, & post litteras  
 Cyrilli contra Nestorium, lecta fuit epistola  
 Leonis adversus Eutychem hæresim: & nullo  
 peculiari examine statim approbata. *Post  
 lectionem autem prædictæ epistolæ reverendissimi  
 Episcopi clamaverunt: Hæc Patrum fides, hæc  
 Apostolorum fides. Omnes ita credimus, ortho-  
 doxi ita credimus. Anathema, qui ita non cre-  
 dit. Petrus per Leonem ita locutus est.* &c. Cum  
 vero Illyricani & Palæstini Episcopi ob di-  
 versitatem linguæ de quibusdam locis ejus epi-  
 stolæ ambigerent, dati fuerunt quinque indu-

ciarum dies, ut habito apud Anatolium tra-  
 ctatu ii qui dubitabant, instruerentur. Hoc  
 tantum sine, ut dubitantes ad rectum sensum  
 adducerentur, examen institutum fuit; non  
 vero eo quod Patres de ea epistola, quam  
 jam antea uti fidei *formam* omnes susceperant,  
 citra periculum fidei dubitare quemquam posse  
 crederent: unde Anatolius necessitatem con-  
 veniendi in Synodo cum definitione Pontificis  
 aperte declaravit illis verbis epist. 101. *Opus  
 erat . . . ut in recte vestræ fidei sensum omnium  
 conveniret intelligentia.* Cum porro in conven-  
 tu apud Anatolium habito, ambigentes fuissent  
 instructi; ut omnium consensus in ipsa Syno-  
 do palam fieret, omnium Episcoporum suffra-  
 giis actione 4. petita fuere, non vero epi-  
 stola iterum relecta, nec novo examini sub-  
 jecta fuit: & ipsorum quoque ambigentium  
 suffragiis patuit utile fuisse examen, ut diffi-  
 cultates, quæ mentem ipsorum impediabant,  
 solverentur: sicque uno omnium spiritu atque  
 consensu catholica fides magis magisque elu-  
 cesceret, & error proscriberetur. Hoc quidem  
 sensu atque consilio liberum fuisse Patribus  
 examen ejusdem epistolæ, salva nihilominus  
 Apostolicæ Sedis auctoritate, Leo docuit ep.

120.

r. 4. Conc.  
 col. 1207. a.

Ib. col.  
 1235. d.



AN. CH. 451. Marcianus fautoribus Dioscori statuerent, de Juvenale scilicet Jerosolymorum, de Thalassio Cæsariensi, de Eusebio Ancyriano, de Basilio Seleuciensi, & Eustathio Berythenfi, li rogati venire in Concilium, fide Concilii approbata, dicto anathemate in Eutychem, decretisque Patrum sua subscriptione confirmatis, admissi.

Major cum Episcopis Ægyptiis concertatio fuit. Subscriptio petebatur. Eutychem execrari non verebantur: subscribere recusabant. Prætextus, an causa fuit, morem esse Ægyptiorum, nec licitum subscribere nisi præeunte Alexandrino Episcopo; daretur qui subscriberet, facemque præferret, subscriptionem non denegaturos. Magnis altercationibus res acta est, ibaturque in condemnationem Episcoporum, cum iudices obtinuerunt, ut quoniam de fide non ambigebant, subscriptio differretur post ordinationem Episcopi Alexandrini: datisque fidei iussoribus dimissi sunt. Sic minax procella prudentia & consilio iudicum sedata. Tum Archimandritæ & Monachi introducti, quorum fors diversa fuit, ut dispar erat conditio. Quidam pro Eutyche libellos obtulerunt. Communis vox Synodi fuit ut foras mitterentur. Lecti tamen libelli, neque ad condemnationem Eutychem compelli poterunt. Gravior aliorum ingressus, qui Eutychem execrati fidem Synodi prædicarunt. Tum in primis Carosi Dorotheique Archi-

mandritarum cœpta est agitari caussa. Hi Eutychianæ sectæ addicti erant.

De his actio secuta est xiiii. Kalend. Novemb. quæ quartæ subicitur, etsi quinta non nominetur, Caussa continuata Archimandritarum, qui favebant Eutychi. Barsumæ & aliis 23 datæ trium dierum induciæ, ut hoc spatio sibi met consulere & ad saniora redirent. Monachi superbe conditionem Synodi repudiant.

Secuta controversia Photii Episcopi Tyri & Eustathii Episcopi Beryti: de provincia controversia erat. Eustathius sibi in primam Phœniciam jus attribuerat ex litteris quas pragmaticas vocant. Dirempta iudicio Synodi causa: redditum jus Metropolitanis Phœntio, quo exutus Eustathius est, cautumque ne alias ratio pragmaticorum esset. Quoniam contra Canones erant: *Universa pragmatica cessabunt: Canones teneant: sic enim fides custoditur, & unaquæque Ecclesia suum statum habebit.*

### ACTIO V.

QUINTA Actio xi. Kalend. Novemb. fuit. Iecta constitutio seu fides Synodi. Legati Sedis Apostolicæ contestati multa deesse ad profligandam hæresim Eutychianam, multa disertis verbis non explicata. Res delata ad Augustum: censuit ut ex Diocesi Orientis sex Episcopi seligerentur, ex qualibet alia

tres,

AN. CH. 451. De Caroso Dorotheo, & aliis Archimandritis. 23

De Photio & Eustathio.

ἡ λατὴ πρᾶγματικὰ ἔργα σέοι κανόνες χρᾶτέυωσαν ὅτω γὰρ ἡ πίστις αὐλάτῃ τῆται ἡ ἐκλήσια ἐκκλησία ἐξεί το ἀσφαλές.

Definitio Synodi statuitur.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

120. c. 1. Examen scilicet epistolæ dogmaticæ, quo ea veluti incerta expendatur cum facultate dissentendi, apostolicæ auctoritati inimicum est; examen vero, quo omnium concordia & dubitantium instructio & assensus quærat, vel quo etiam iudicium a pontificio distinctum, sed concors feratur in Synodo ab iis, qui controversiarum fidei sunt iudices, sicque facilius ceteri ad unitatem & obedientiam pertrahantur, eandem auctoritatem nihil lædit. Hinc S. Pontifex, qui ep. 90. c. 2. & ep. 94. in Synodo disputari noluit de fide suis litteris constituta, ac si dubium adhuc esset, quod iisdem litteris fuerat definitum; examen ejusdem epistolæ in eum tantum finem, quo errantes docerentur, & ad veritatem jam definitam suscipiendam adducerentur, non recusavit, idemque ex ipso exitu utile, & necessarium agnuit. Confer quæ diximus adnot. 14. in ep. 120. Hoc eodem sensu cum Vigilii in Constituto c. 15. de eadem epistola scripsit, *his exegit comparationibus* (quod nonnulli perperam obtrudunt) *approbari*, non aliam necessitatem intellexit. Hic nimirum Vigilii scopus erat, ostendere epistolam ad Marim Persam, quam Iba non esse contendeat, probatam non fuisse a Synodo Calchedonensi. Id ut evinceret, epistolam Leonis opposuit, quæ in eadem Synodo approbata fuit. Cui cum Palæstini & Illyrici, nec non Eutychem fautores opponerent discordem videri a Nicæno Symbolo, & a doctrina S. Cyrilli confirmata in Concilio Ephesino; ut isti vel

docerentur, vel revincerentur opus fuit, ut concordia ejusdem epistolæ cum laudato Symbolo, & cum Ephesino Concilio, seu cum doctrina S. Cyrilli in hoc Concilio confirmata a Calchedonensibus Patribus in approbationibus ingereretur; & eatenus *his exegit comparationibus approbari*: quod cum factum non fuerit de epistola ad Marim Persam, quæ, ut Vigilii subdit, *specialiter Ephesinam primam Synodum respuit, & beati Cyrilli exposita dogmata definit hæretica*, hanc ab iisdem Patribus approbatam dici non posse concludit.

23 Hæc pertinent ad anteriorem actionem de Caroso & Dorotheo habita die 17. Octobris. In ea autem quæ die 20. celebrata est, Alexander de eorundem Monachorum libello ad Imperatorem, ac de Imperatoris mente retulit, ac triginta dierum induciæ eisdem datæ. Sed de hac actione, quam ex foliis MSS. Græcis in fine additam habemus, nonnullas difficultates non leves Tillemontius proponit not. 47. in Leonem; nec tamen eam uti spuriam expungere audet. Hæc autem actio, sicut & sequens de Photio Tyri habitæ die 20. Octobris deberent quidem esse actio V. Sed cum in aliquot MSS. Græcis, ac in omnibus Latinis hæ actiones desint, in aliis autem Græcis codicibus, qui hætenus fuerunt inventi, in fine additæ fuerint; hinc factum est, ut servato numero antiquo actionum, hæ duæ a Romanis editoribus post quartam actionem exigente tempore insertæ fuerint.

AN. CH.  
451.

tres, qui cum Anatolio & Legatis de definitione scribenda statuerent: vel omnes Episcopi per Metropolitanum provinciae sententiam dicerent; minatus ituros in Occidentem ad Synodum, si abnuerent. Prior conditio placuit; constitutio peracta receptaque; in qua Symbolum Nicænum Constantinopolitanumque cum synodicis litteris sancti Cyrilli continebantur. Et adversus pravitatem Eutychanam prædicata sancti Leonis epistola ad Flavianum, adjectumque eam totam integramque admitti: *Utpote & magis illius Petri confessioni congruentem, & communem quamdam columnam existentem adversus perverse sentientes, ad confirmationem rectorum dogmatum congruenter aptavit.*

Epistola ad Flavianum de novo approbata.

## ACTIO VI.

IX. Imperator Synodo adest. Constitutio Synodi confirmata, contradicentibus pœna inflicta.

VIII. Kalend. Novemb. Marcianus 24 cum Pulcheria & Aulæ optimatibus Concilio adfuit, sermonemque ad Synodum habuit: lectaque constitutio fidei, & omnium subscriptione approbata, & variis confirmata acclamationibus ad retinendam concordiam Ecclesiae. Clericis decreta depositio, militibus exauktoratio, exilium plebi, si turbare Ecclesiam præsumerent. Tum quædam Patrum capitula coram Imperatore 25 decreta sunt. Monachis interdictum, ne absque venia Episcopi condere Monasteria aggredierentur: Clericis ne possessiones conducere, aut procurationem caperent: item ne ex sua Ecclesia in aliam transirent.

24  
25

## ACTIO VII.

AN. CH.  
451.

SEPTIMA actione, quæ septimo Kalend. ejusdem mensis fuit, causa Juvenalis Jerosolymitani & Maximi Antiocheni composita est tam ex judicio Synodi, quam ex mutuo partium consensu. De provinciis controversa erat: duæ Phœniciae attributæ Antiochenæ Ecclesiae, tres Palæstinæ Jerosolymitanæ.

X. Causa Juvenalis &amp; Maximi.

## ACTIO VIII. IX. X.

SEQUENTI actione, quæ octava fuit, Theodoriti res actæ sunt: primum in Nestorium & Eutychem anathema dicere iussus est, tum sententia Leonis de ejus restitutione approbata rataque est habita.

XI. De Theodorito Cyri.

Nona & decima actiones habuerunt causam Ibae Edessenæ Episcopi, ubi recognita, quæ de eo Antiochiæ, Tyri, & Beryti acta fuerunt. Is depositus ab Eutychanis libellum Imperatori obtulerat; sed re delata ad Synodum, probatæ vitæ & fidei integræ comperitus est, atque ita Sacerdotio & fedi restitutus.

De Iba Edesseno.

De Nonno, qui ejus locum ceperat, sanxit Synodus ut statueret Maximus Antiochenus: placuit illi ut honore Episcopatus non careret, donec aliter cum Episcopis suæ diceceseos judicaret. Decretum præterea abolendam pseudosynodi Ephesinæ memoriam, & e Synodorum numero expungendam; rogandumque Imperatorem ut edicto vetaret ne Synodus diceretur, nec ejus acta reciperentur. Ordinationem Maximi jam sancta Synodus ratam habuerat: 26 quia legi-

De Nonno.

26

## EDITORUM ADNOTATIONES.

24 Pulcheriæ præsentiam constituimus adnot. 12. in ep. 101. Ex hac autem Anatolii epistola antea inedita didicimus nonnullas circumstantias ad hanc actionem illustrandam utiles; inter quas illa hoc loco præcipue memoranda est, definitionem fidei primum collocatam fuisse super altare, deinde vero Marciano & Pulcheriæ traditam.

25 Quatuor capitula Patribus fancienda proposuit Imperator hac actione. Hæc autem cum aliis canonibus ab iisdem constituta fuerunt actione in vulgatis XV. re autem ipsa actione septima, uti probavimus not. 18.

26 Hæc unica ratio, qua ordinationem Maximi approbavit Synodus Calchedonensis act. 10. ab Anatolio afferitur, quoniam S. Leo in communionem eum recipiens, præesse cum Antiochenis judicavit Ecclesiae: *quam formam sequens & ipse approbavi, & præsens omne sanctum Concilium.* Vide quantum deferretur Apostolicæ auctoritati! Id ipsum alii Episcopi confirmarunt. Solum Stephanus Ephesinus, qui hanc unicam rationem pariter attulit, obiter dixit Maximum canonice factum Episcopum: cui tamen contradicit Leo, qui ordinationem ejus *contra instituta canonum, ac sine ullo exemplo celebratam, amore reparandæ fidei, & studio pacis se recepisse testatur ep. 104. c. 5. & ep. 106. c. 2.* Idem Quesnellus not. 2. in ep. 80. nunc 106. diffiteri non potuit, ordinationem ejusmodi contra regulas canonum peractam, cum Maximus ordinatus fuerit ab A-

natolio Constantinopolitano, ad quem Antiochena sedes non pertinebat: addendum etiam vivente Domno, qui in Ephesino latrocinio irritè depositus fuerat. Solum Dissert. X. n. 31. canonicam nihilominus ipsius ordinationem ex eo deducit, quod Antiochiæ celebratam putet. Sed hoc sine ullo teste profert. Anatolius consecratus fuit Constantinopolitanus Episcopus sub finem anni 449. Maximi ordinatio ab Anatolio celebrata est aliquandiu ante Theodosii mortem, quæ incidit sub finem Julii an. 450. Post ordinationem Maximi vivente adhuc Theodosio habitus fuit Constantinopolitanus conventus, in quo pro Eusthatio Berytensi decretum fuit adversus Photium Tyri: cui decreto cum Maximus, licet Constantinopoli præsens, non interfuisset, postea tamen subscripsit. Num credibilis est paucorum mensium spatio Anatolium statim post suam ordinationem deseruisse Constantinopolim, & Antiochiam ad ordinandum Maximum contendisse, ac dein reversum Constantinopolim conventum celebrasse in causa Photii Tyri; an vero Maximum, qui Constantinopoli versabatur, dum hic conventus habitus est, ibidem, ubi aliarum quoque provinciarum Metropolitanæ Constantinopolitano subiecti consecrari solebant (ut liquet ex act. 16. Calchedonensis Concilii) fuisse ordinatum Antiochenum Episcopum, idque præsertim *contra canonum regulas & sine ullo exemplo gestum Leonem culpasse?*

t. 4. Conc. col. 1435. d.

AN. CH. legitime ab Episcopis provinciæ consecratus & in communionem sanctissimi Patriarchæ Leonis admittitur: quam ob rem superflua exceptio, quam pauci commemorarunt; cum etiam Ephesinis actis accensendam non esse pronuntiarent Legati Sedis Apostolicæ, Actio de Domno, quæ sequitur, 27 commentitia est, ut alibi probamus.

## ACTIO XI. ET XII.

XII. BASSIANI deinde & Stephani controversia De Bassiano Ep. & XII. actiones occupavit. Ille ex sede Ephesina, quod diximus, depositus, alter subrogatus, Judicium fuit ut neuter federet; tertius ordinaretur: sumtus utriusque Ecclesia suppeditaret. 28 Hæc iv. Kalend. Novemb.

## ACTIO XIII. ET XIV.

XIII. EUNOMII Nicomediensis & Anastasii Nicæni & Anastasii causa. XIII. Actio, quæ die sequenti fuit, Eunomii Nicomediensis & Anastasii Nicæni lis cognita est. Querebatur Eunomius ex edicto Valentiniani Nicænum Episcopum jus Metropolis sibi tribuere. Judicatum est Nicæam subditam Nicomediæ; honorem, non jus traditum edicto Valentiniani, & ex decretis Nicæne Synodi in una provincia unam tantum esse Metropolim.

XIV. De Episcopatu Perrhænorum actio. XIV. contentio fuit. Athanasius Episcopus a suis accusatus, & tertio vocatus in iudicium Perrhæni & Sabini.

AN. CH. 451. glexit adesse, ideo depositus est. Sabinianus in ejus locum ordinatus, per Dioscorum sede pulsus est. Re in Synodo discussa, ad Maximum Antiochenum causa delata, ut ipse de Athanasio statueret, & intra octo menses iudicio suo litem dirimeret. Si reus Athanasius compertus, sede multaretur; sin innocens, restitueretur: Sabinianus honorem Episcopi, non jus retineret 29.

29

## ACTIO XV.

XIV. REBUS ita constitutis, Constantinopolitana Ecclesiæ Clerici petierunt ut postquam de fide statutum, pertractataque majora negotia, quædam levioris momenti Synodo, ut moris est, subicerentur; rogare se ut Patres de sede Constantinopolitana aliqua constituerent. Tum Legati subodorati id quod erat, abnuere; id sibi non esse in mandatis. Judices ne rogati dicere sententiam tenerentur, pronuntiarunt rem esse Synodi, statimque e Synodo discesserunt, quos Legati secuti sunt: ita enim sequenti actione narratum habemus, Patres nihilominus complures 30 canones condiderunt. Græci codices habent xxx. Latini xxviii. ex quibus vigesimus octavus est de sede Constantinopolitana. Renovatumque & confirmatum, quod olim in œcumenica Synodo de ejus Patriarchatu statutum fuit: ut quoniam Romana Ecclesiæ 31 privilegiis uteretur, quæ Pa-

XIV.

Canones Calchedonenses. 30

31

## EDITORUM ADNOTATIONES.

27 Hæc actio habita 6. Kal. Novembris, in codice Corbejensi editionis Rustici inserta est post actionem de causa Maximi Antiocheni & Juvenalis Jerosolymitani, & ante actionem de Theodoreto celebratam 7. Kal. ejusdem mensis; in aliis autem Rustici MSS. Veronensi, Vaticanis & Divionensi utrisque his actionibus præmittitur. Rectius autem in editis ex notatione diei collocata fuit post eadem actiones, nec non post duas de Iba, quæ diebus 6. & 5. Kal. ex Græco habitæ fuere, vel melius fortasse in Latino 7. & 6. Kal. Hanc porro actionem de Domno genuinam probabimus in Observat. ad Dissert. IX. Quenelli, ubi aliam actionem in eadem Domni & Juvenalis causa habitam die vel pridie Kal. Novembris recudemus.

28 Actio XI. habita est iv. Kal. at XII. actio III. Kal. Novembris.

29 Hoc eodem die pridie Kal. Novembris alia actio habita est, qua Leonis epistola ad Synodum lecta fuit. Hanc actionem hæcenus ignotam e MSS. Venetis Græcis edidimus in Appendice epistolarum S. Leonis tom. 1.

30 Canones 27. qui in Græcis & Latinis codicibus actioni XV. tribuuntur, conditi fuere act. VII. uti diximus not. 18. De tribus aliis canonibus, qui in vulgatis Conciliorum, & in Græcis Canonum collectionibus Joanne Scholastico posterioribus adjiciuntur, vide Admonitionem in actionem Concilii Calchedonensis, quam ex MSS. Venetis edidimus in laudata Appendice epistolarum S. Leonis. Actio de prerogativa Sedis Constantinopolitanæ præfert

diem V. Kal. Novembris. Sed error irrepsit: nam actione XIII. habita III. Kal. Novembris iudices dixerunt: *Quæcumque autem Sedi Constantinopolitanae sanctissime Ecclesie de ordinationibus provincie competunt, hæc suo ordine coram sancto Concilio examinabuntur*: quibus canon de Constantinopolitana Sede nondum constitutus, sed condendus indicatur. Adde, quod cum eadem actione ordinatio Episcopi Basilinopolis Nicomediensis Metropolitanæ attributa fuisset, Aetius Constantinopolitanæ Ecclesiæ Archidiaconus protestatus ne ullum præjudicium inferret Episcopo regiæ urbis, hanc rationem subjecit: *Sanctissima enim Constantinopolitana Sedes aut ordinationem ipsa facit in Basilinopoli cum reliquis, aut permittit fieri*. Hoc jus ordinandi quoscumque Episcopos etiam non Metropolitanas Constantinopolitano ademptum fuit canone Calchedonensi, quo Metropolitanarum tantum ordinatio ipsi reservata est. Cum ergo hoc præjudicium cavere voluit Aetius in ea actione, nondum canon de Constantinopolitani Episcopi prerogativa statutus fuerat: alias ob Basilinopolitani Episcopi ordinationem Nicomediensis attributam haud protestatus fuisset. Melius ergo canon pro Sede Constantinopolitana in codice Divionensi prima manu signabatur *Kalendis Novembris*; & in omnibus quidem MSS. tum Græcis, tum Latinis ultimo loco describitur, & ab Evagrio ac Liberato recensetur post actionem XIV. habitam pridie Kalendas Novembris.

31 Privilegia Romanæ Ecclesiæ non a Patribus propter Imperium concessa, sed Deo auctore

re

AN. CH. 451. Patres propter Imperium concesserant, sic centum & quinquaginta Patres sub Nectario Constantinopoli congregati paria Constantinopolitanæ sedi tribuerant : quia nova Roma Imperio & Senatu, sicut vetus, ornata sit; ut, inquam, primo post illam honore frueretur, jus & potestatem haberet in Thraciæ, Ponti & Asiæ diœceses, eorumque Metropolitans, Episcoposque Barbarorum ordinarer.

ACTIO XVI.

XV. POSTRIDIE congregata Synodo, Paschasti-

nus Legatus Apostolicæ Sedis apud iudices graviter conquestus est post iudicium suumque discessum quædam esse gesta contra Canones, quæ coram relegi velit. Iudices annuerunt: Beronicianus Secretarius divini Confistorii legit schedam sibi oblatam ab Actio Archidiacono, ubi descripta privilegia novæ Romæ: quibus perlectis Lucentius Legatus Apostolicæ Sedis exclamare circumventos Episcopos, coactosque subscribere: Nicænæ Synodi & cccxviii. Patrum posthabitis decretis, constitutiones propositas cl. PP. quarum nulla in synodicis Canonibus me-

AN. CH. 451. Legati adversus Canonem de privilegiis PP. Ecclesiæ intercedunt.

EDITORUM ADNOTATIONES.

re instituta sunt in Petro Apostolorum Principe, qui Romæ sedem figens, in Romanos Pontifices successores suos eundem divinæ institutionis, & præcipue jurisdictionis primatum transmisit. Ipse Patriarchatus, quo Romanus Pontifex occidentali Ecclesiæ peculiari nomine præfidet, non ex Urbe Imperii principe, sed ex Petro, qui ea in Urbe sedem constituit, ac exinde in Occidentem religionem propagavit, originem ducit. Constantinopolitanæ vero sedis gradus, qui ex sola prærogativa Imperii a Constantinopolitani Concilii Patribus constitutus fuit, nec institutione divina, nec jurisdictione ad Romanum Pontificatum accedit: unde paria eidem collata dici nequeunt. Hinc canoni Calchedonensi, qui similia verba præfert, vel hoc nomine statim contradixerunt S. Leonis Legati, quod Romanæ Sedi injuriosus videretur, eundemque reprobavit idem S. Leo, cujus confirmatione eum canonem indigere ipsi Calchedonenses Patres ep. 98. & Anatolius ep. 101. fati professi sunt.

Neque illum post S. Leonem umquam probavit Latina Ecclesia. Immo ipsi quoque Græci antiquiores Phorio eum in collectionibus Canonum non receperunt, ut manifestum fit non solum ex Dionysio Exiguo, aliisque tribus antiquis interpretibus, qui e Græcis collectionibus Calchedonenses canones latine redentes, istum non transfulerunt, verum etiam ex Theodoro Lectore, ac Joanne Scholastico Græcis sexti sæculi auctoribus, qui 27. tantum Calchedonenses canones memorant: Ad dimis portio in Græco textu canonis Constantinopolitani, cui hic canon Calchedonensis superstructus est, adhiberi voces τὰ πρεσβεία τῆς τιμῆς μετὰ τὸν Ρώμης Ἐπίσκοπον, quæ non primatum, nec jus aliquod peculiare, sed meras præminentias honoris post Romanum Episcopum significant. Cum ergo eadem vox πρεσβεία in canone Calchedonensi adhibeatur; eodem sensu intelligenda est, ita ut hac formula honoris tantum præmentia post Romanum Pontificem eidem attributa fuerit: unde secundus locus post Romanum, & ante ceteros Patriarchas ipsi concessus fuit. Non ergo comparatio, aut sermo exstitit de primatu jurisdictionis Romani Pontificis, quem ex S. Petro & ex divina institutione manantem semper catholici professi sunt, sed de meris honorificis privilegiis; & in his ipsis Constantinopolitanæ Episcopo non æqualis & idem gradus cum Romano, sed secundus tribuendus visus est. Iudices quidem post lectum canonem Calchedonensem, post auditos Legatos Pontificis, qui

Nicænum Canonem ex usitata apud Latinos interpretatione recitantes, Romanæ Ecclesiæ primatum τὰ πρεσβεία nomine expressum opposuerunt, ac post lectum canonem Constantinopolitanum, qui præminentias meri honoris post Romanum Constantinopolitanò Antistiti vindicaverat; ex his omnibus collegerunt primatum quidem & præcipuum honorem Romano Episcopo conservandum; Constantinopolitanum vero iisdem præminentias honoris dignum esse: πρὸ πάντων μὲν τὰ ΠΡΩΤΕΓΑ καὶ τὴν ἐξαιρετικὴν τιμὴν κατὰ τοὺς κανόνας, τῆ τῆς πρεσβυτέρως Ρώμης θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκοπῆς φιλάτιστα. χρίμα δὲ τὸν πόλεως νέας Ρώμης τῶν αὐτῶν πρεσβυτέρων τῆς τιμῆς ἀπολαύειν: quibus verbis primatum strictè dictum τὰ πρεσβεία tribuendum intellexerè soli Romano Episcopo; præminentias vero honorificas ita Constantinopolitano communicari posse censuerunt, ut præcipuus tamen honor & locus Romanæ Sedi semper maneret. Hinc Anatolius ep. 101. ad Leonem id statutum prodidit, ut Constantinopolitanus Episcopus habeat honorem & primum locum post Romanam sanctissimam Sedem, eo quod etiam Constantinopolis sit nova Roma. Similia sunt in epist. 98. ipsius Synodi Calchedonensis. Intactò quidem peculiari jure Romanæ Sedis in totam Ecclesiam, & intactò etiam jure ejusdem patriarchico in Occidentem, ne secundus gradus & honor Constantinopolitanæ Sedi a Constantinopolitana Synodo tributis omni jure careret, Calchedonense Concilium jus in tres diœceses Ponti, Asiæ, & Thraciæ eidem attribuit; & ita attribuit, ut Leonis approbatione multis litteris petita, hoc ipsum jus a Romano Pontifice pendere agnitum fuerit. Vide inter cetera epistolam 132. c. 4. Re igitur hoc canone Romanæ Sedis juri nihil ademptum fuit. Quod si privilegia hujus Sedis ex prærogativis Imperii Romanæ urbis deducta fuerunt; id non eo sensu factum est, ac si Patres Calchedonenses præminentias & jura Romanæ cathedræ a Petro derivata non agnoscerent (alibi enim ipsum Petrum, & Petri auctoritatem in Leone professi & venerati sunt, ut liquet ex act. 1. & 2. ac ex relationibus ad Leonem, & ad Imperatorem) sed quia approbando canoni pro Constantinopolitana Sede non alia ratio favere poterat, nisi quæ a similibus Imperii prærogativis ducebatur: & eo sensu privilegia utriusque Sedi attributa ex æqualibus Imperii prærogativis dicta fuerunt æqualia, quatenus tributo Constantinopolitanæ Sedi secundo loco post Romanam, utraque Sedes æque ceteris omnibus honoris præminentias precedebat.

t. 4. Conc. col. 1756.

AN. CH.  
451.

moria. Si in usu isthæc privilegia, quid opus denuo confirmare? Si numquam in usu, cur Synodi rogare sententiam super illud, quod contra Canones, & quod numquam usurpatum? Tum Aetius rogare Legatos, ut si quid Leo de ea re in mandatis dedisset, hoc utique proferrent. Bonifacius Presbyter Sedis Apostolicæ Legatus, hoc beatissimi Leonis mandatum legit ex charta: *Sanctorum quoque Patrum constitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari vel imminui, servantes omnimodis personæ nostræ in vobis (quos vice nostra transmisisimus) dignitatem; ac si qui forte civitatum suarum splendore confisi sibi tentaverint usurpare, hoc qua dignum est constantia retundatis.* Lectis deinde Canonibus, quibus suam quisque defendebat causam, nihil quidem iudices ausi sunt statuere; sed Lucentius petiit ut ea quæ pridie gesta fuerant absentibus Legatis, expungerentur: alias vero contestatio Legatorum in acta referretur, quam deferrent ad Episcopum Romanum; ut ille de Sedis suæ injuria, aut de Canonum everfione possit ferre sententiam.

Manda-  
tum Leo-  
nis ad Le-  
gatos.

32

Ita peractum est Concilium Calchedonense: cui ut & aliis tribus œcumenicis tantum 32 sanctus Gregorius tribuit, ut so-leret dicere quatuor se illa Concilia perinde ac quatuor Evangelia amplecti.

XVI.  
Varius  
Synodi  
exitus.

Verum varius Synodi exitus fuit. Fidei defensores gaudio affici, constare sibi qui titubaverant, respicere quos induxerat in errorem latrocinium Ephesinum: contra fure- re hæretici, novas res moliri, ire in exitium præcipites, suo lapsu & ruina complures vel scientes, vel incautos opprimere.

Allocutio  
Synodi ad  
Augustum.

Antequam Patres discederent, Augustum dicto, an scripto, honorifice allocuti sunt. Exstat in actis ille sermo *προσφωνητικός*. Testantur Patres se Deo acceptissimum referre, quod Imperatorem nacti, cujus fides infracta, & Leonem Romanæ Ecclesiæ Episcopum doctrina, pietate, & animo tamquam armis ad victoriam instructum. Explicant deinde sic actum in hac Synodo, sicut olim

in aliis, ubi nova mendacia novis definitionibus confutata, novaque labes novitate salubri sanata, & inter hæc fidem integram illæsamque permansisse. Sacram postea Verbi incarnati *οικονομίας*, unionemque utriusque naturæ in Christo pluribus prosequuntur: epistolam vero sanctissimi PP. Leonis non modo a novitate vindicant, sed cohærentem cum sancta Scriptura, cum Patrum scriptis, cum decretis Nicænæ Synodi adversus Eutychniana dogmata approbant.

Est præterea epistola seu relatio, quam Patres de rebus gestis Synodi ad Leonem mittunt. Cujus epistolam ad Flavianum miris laudibus efferunt: ejus se litteris ad Synodum tamquam ad epulas invitatos; hunc custodem vineæ Christi appellant. Dioscori condemnationem proscriptionemque ejus doctrinæ exponunt. Sed in primis monent quæ pro Sede Constantinopolitana decreverint, rogantque ut his approbationem non denegent. Contradixisse quidem Legatos, sed ut quemadmodum fidei, sic bonæ ordinationis ipse sit auctor. 33 Incertum quo tempore hæc epistola scripta sit: nam Patres non statim discessisse putem, tum ut acta exscribe- rentur, tum ut sua decretis maneret auctoritas. Deinde constat Legatos post duos a Synodo menses nondum Romam remeasse: nam Leo 34 ad Kalend. Febr. Episcopis Galliarum scribens de Synodo, felicem suis Legatis reditum precatur.

Circa initium ejusdem mensis Marcianus edicto quorundam audaciam compescit, qui vicatim turbas ciebant ad differendum de fide. Mense Martio altero edicto confirmata Patrum decreta, iustaque observari. In Collectione Romana Holstenii legi epistolam Marciani datam xv. Kalend. Januarii sequentis, missamque Romam, 35 per Lucianum Episcopum, Basiliumque Diaconum. Lætum Synodi exitum Augustus Leoni gratulatur; tum rogat uti rata habeat decreta in gratiam Sedis Constantinopolitanæ, quæ & scripta fuisse ab Imperatrice ex responsionibus Leonis patet.

AN. CH.  
451.XVII.  
Relatio  
Synodi ad  
Leonem.

33

34

35

Tom. II.

M m A N-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

32 Ea sola, quæ ad fidem pertinent, approbat S. Gregorius lib. 2. ep. 10. l. 4. ep. 3. & alibi.

33 Ex epistola 101. Anatolii, quam e MS. Vaticano eruimus, quæque ad Leonem missa fuit una cum Marciani ep. 100. scripta die 18. Decembris, liquet, Legatos cum relatione & gestis Concilii jam antea transmisisse, & probabilius post Calchedonensem Synodum mense Novembri, uti animadvertimus adnot. 4. in eandem ep. 101.

34 Ex Ratisponensi emendavimus VI. Kalendas Februarias. Vide epist. 102. adnot. 31.

35 Per hunc eundem Lucianum missa etiam fuit Anatolii epistola 101. quam e MS. Vaticano edidimus. In his autem litteris plura animadvertenda sunt. I. Necessitas conve-

niendi cum definitione fidei, quam Leo ediderat, c. 3. II. Necessitas referendi ad eundem Pontificem quæcumque in Synodo gesta fuerant, c. 1. & 2. III. Vindiciæ canonis pro Sede Constantinopolitana, cujus approbatio & confirmatio a Pontifice veluti necessaria petitur, quemadmodum idem Anatolius repetit epist. 132. c. 4. inquit: *Cum & sic gestorum vis omnis & confirmatio auctoritati vestre Beatitudinis fuerit reservata.* Cum vero Legati huic canonis contradixissent, eorumque contradictione actio soluta fuisset; expressam ejus canonis confirmationem multo magis necessariam, ut vim obtineret, omnes intellexerunt; & idcirco in hac præcipue postulanda & Synodus in relatione, & Marcianus in suis litteris, & Anatolius institerunt.

A N N U S      L E O N I S      V A L E N T I N I A N I      38.      H E R C U L A N O E T  
 C H R I S T I      P A P Æ      M A R C I A N I      3.      S P O R A T I O  
 452.      13.      I M P P.      C O S S.

I. SAnctus Leo auditis quæ gesta fuerant Calchedone, anceps dubiusque fuit. Læticia simul & dolore afficiebatur: modo reputans animo victorias fidei; modo anxie cogitans recens vulnus ab Anatolio disciplinæ inflictum, cuius haud expedita curatio. Et si porro statim consultum huic malo voluit, opperiri tamen statuit reditum Legatorum: ut omnia ex iudicio & prudentia ordinaret. Interea Episcopos Galliarum de re bene gesta Calchedone, & de clade Dioscori certiores facit, commendatque ut eadem Episcopis Hispaniarum renuntient. Et iterum post regressum Legatorum encyclicam epistolam de eadem re ad eosdem mittit: quod patet ex eisdem epistola ad Rusticum Narbonensem, Ravennium Arelatensem & ceteros Galliarum Episcopos, quibus significat se exemplaria latæ adversus Dioscorum sententiæ vel tunc mittere, vel antea misisse.

Ep. lxxvii.  
nunc cii.

Epistol.  
lxxxiii.  
nunc ciii.

\* Epist.  
lxxviii.  
nunc civ.  
\* Ep. lxxix.  
nunc cv.  
\* Ep. lxxx.  
nunc cvi.  
\* Epistol.  
lxxxii.  
nunc cvii.

II. Constantinus Imperator posthabita Roma Byzantium sedem Imperii transtulit: & ne mutasse imperium cum sede videretur, magistratus eosdem, fasces, eademque insignia novæ urbi intulit, novamque seu juniorem Romam esse iussit. Aliorum deinde Principum gloria & splendore decorata civitas magnitudinem antiquæ Romæ potentiamque æmulari cœpit. Tum Episcopus Byzantinus cum urbe accrescere honore, eumque paulatim amplificandæ potestatis cupido incessit. Et quoniam religio erat alios Ecclesiæ suæ limites ponere, quam qui ab initio fuerant, sensim & quasi per gradus ad fastigium ecclesiasticæ potestatis sibi viam facere. Primum assumere sibi jura Metropolis: tum primarum sedium ambire prerogativas: & demum similem cum iis, vel etiam majo-

rem usurpare potestatem. Quomodo vero id sit consecutus, breviter commemorabo.

Initio rerum christianarum ex cœtu fidelium conditæ ab Apostolis Ecclesiæ. Aucto deinde numero credentium, disseminataque per provincias fide, quædam christiana πολιτεία, seu quasi respublica institui cœpta, eaque ad normam fere Romani Imperii ordinata. Singulis urbibus Episcopus fuit, & sui cuique parochiæ definiti limites. Jam Ecclesiæ complures seu civitates unius ejusdemque provinciæ, sicut in imperio, i uni Metropoli subjectæ: idque jam ab ævo Apostolorum fuisse afferam; nec qui sedulo res christianas ab ipsa origine legerit inficiabitur. Jura præterea & privilegia primis sedibus, Romanæ, Antiochenæ, & Alexandrinæ Ecclesiis, ex antiqua consuetudine fuisse Nicæna Synodus dicit. Primatis porro prerogativa duobus constat: alterum est honoris, alterum potestatis ac jurisdictionis. Et hæc iterum duo habet; primum Metropolitanum ordinationem, deinde Synodi cogendæ jus ac facultatem. Nullam tunc Byzantinæ Ecclesiæ potestatem jurisdictionemque extra parochiam fuisse, constans opinio est. Immo ipsa, sicut aliæ ex Thracia, Heracleensi Thraciæ subjecta. Sed translata in Asiam sede Imperii, Episcopus novæ civitatis, ut diximus, honore priusquam potestate augeri cœpit. Prærogativam itaque loci, seu πρωτοκαθεδρίαν primum ambiit, idque datum in Constantinopolitana Synodo sub Nestario ad annum ccclxxxi. ut primum honorem post Romanum Episcopum haberet, quod habetur in canone tertio; ubi hæc verba: *Constantinopolitana civitatis Episcopum habere oportet privilegia honoris, πρεσβυτή της πρώτης, post Romanum Episcopum, propter quod sit nova Roma.*

Neque ea res nova habebatur in Ecclesia: prius enim privilegia honoris seu loci prerogativa, in Synodo Nicæna Jerosolymitano Episcopo attributa canone vii. Scio discrimen hoc esse, quod Jerosolymitano Episcopo post tres primas Sedes, & Constantinopolitano post Romanum Episcopum honor sit concessus. Multorum opinio est simul cum honoris prerogativa potestatem jurisdictionemque cœptam esse. Sed ii attendant ad cano-

Privilegia honoris Episcopo CP. concessa.  
III.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

i Si Romanam, Alexandrinam, Antiochenam, ac paucas alias primarias Orientis Sedes excipias, quæ speciem quamdam metropolitici juris Apostolorum ætate prætulerunt, ceterarum Metropoleon ecclesiasticarum institutio Apostolis coæva nullo fundamento defendi potest. Citius quidem in Oriente hæc hier-

rarchica forma constituta fuit, ubi Apostoli plures Ecclesias fundarunt; in Occidente autem serius: qua de re non nihil dicitur in Observ. ad Dissert. V. Quesnelli part. 2. c. 5. ubi etiam civilium provinciarum formam non usquequaque servatam videbimus.

AN. CH. 452.

AN. CH. 452.

canonem II. ejusdem Concilii : ubi dice-  
 cesibus Asiæ, Ponti & Thraciæ, in quas  
 competere jus patriarchicum Episcopi Con-  
 stantinopolitani potuisset, sua antiqua immu-  
 nitas, suaque privilegia conservantur ; de-  
 cerniturque jurisdictio Asiæ diœcesis Epi-  
 scopis Asiæ, quemadmodum Ponticæ Ponti  
 Episcopis, & Thraciæ Thraciæ Episcopis ;  
 cautumque ne Alexandriæ, & Orientis Epi-  
 scopi extra terminos suæ diœcesis jurisdi-  
 ctionem exerceant. Tres igitur illæ diœce-  
 ses Asiæ, Ponti, & Thraciæ per Episcopos,  
 id est per Synodos suorum Episcoporum  
 gubernari decretum est. Nihil ergo potesta-  
 tis in eos erat Constantinopolitano Episco-  
 po ; immo ipsi, sicut aliis Episcopis, inter-  
 dicta hoc eodem II. canone extra diœce-  
 sim cujuscumque causâ cognitio.

IV. Contra, si in Synodo hac Constantino-  
 politanæ Sedis jurisdictio stabilita fuisset, ut  
 illi opinantur, infirmata certe Synodi Ni-  
 cænæ decreta, nedum confirmata fuissent,  
 ut postmodum violata fuisse Calchedone xx-  
 VIII. canone Leo conqueritur. Tum igitur  
 nulla potestas nullaque jurisdictio per-  
 missa : honos tantummodo prærogativaque  
 sedendi Episcopo Constantinopolitano attri-  
 buta primum est. Et si canon ille ab Epi-  
 scopo Romano rejectus improbatumque est,  
 in usu tamen fuit : cujus rei argumentum  
 est id quod legimus in actis Calchedonen-  
 sis Synodi, ubi acta lecta sunt pseudo-Ephe-  
 sinæ Synodi, cui præsidebat Dioscorus. Ille  
 vero Flavianum CP. post Juvenalem Jero-  
 solymitanum, & Domnum Antiochenum  
 sedere jusserat ; quæ cum legebatur, tum  
 Orientales exclamare : *Flavianus quare in  
 proprio loco non sedit, Constantinopolitanum  
 Episcopum quare quintum posuerunt?* Pascha-  
 sinus reverendissimus dixit : *Ecce nos Deo  
 volente Dominum Anatolium primum habe-  
 mus, hi quintum posuerunt beatum Flaviana-  
 num. Diogenes reverendissimus Episcopus  
 Cizyci Ecclesiæ dixit : Quoniam vos regulas  
 scitis.* Ecce honos loci egregie vindicatus  
 Episcopo Constantinopolitano ab ipsismet Le-  
 gatis Sedis Apostolicæ, qui Dioscori auda-  
 ciam criminantur, quod quinto loco Flaviana-  
 num jussisset sedere : laudatur Synodus Cal-  
 chedonenfis, quod Anatolio secundus locus  
 sit concessus, idque ex regulis & canonibus.  
 Ex quibus patet solum honorem primum  
 attributum fuisse CP. Episcopo, in  
 honorem urbis Regiæ, quam Imperatores  
 novam Romam esse jusserant.

Act. I. Calched. Syn.  
 Φλαυιανός  
 έν τῷ ἰδίῳ  
 πρῶτῳ διὰ τὴν  
 αὐτῆς ἑκατοστο-  
 θῆ ; τῷ  
 Κωνσταντινο-  
 πολέως Ε-  
 πίσκοπον,  
 διὰ τὴν πέμ-  
 πτον ἑτα-  
 ξαν ; πασ-  
 χασίτης ὁ  
 ἐπιβέβη-  
 τος Ἐπίσκο-  
 πος εἶπεν·  
 ἰδε ἡμεῖς  
 Θεοῦ πρώ-  
 τος, κύριον  
 τὸν Ανατο-  
 λιον πρώτον  
 ἔχοντα ὅ-  
 τοι πέμπτου  
 ἑτάξαν τὴν  
 μακρίαν  
 Φλαυιανόν.

V. Deinceps vero CP. Episcopi cogitaverunt  
 & jurisditionem occupare. Ita se se præbuit  
 occasio. Complures, ut fere fit, Episcopi  
 ad comitatum ibant, aliquando certe Eccle-  
 siarum necessitate compulsi ; sed sæpius, quod  
 olim patribus Sardicæ congregatis conquere-  
 batur Osius, ut suis honores administratio-  
 nesque captarent. Idcirco erat Constantino-  
 Tom. II.

poli magna Episcoporum frequentia, & ad  
 sexaginta, ut plurimum, Episcopi in Regia  
 civitate visebantur, qui sæpe agmine facto  
 ad Augustum conveniebant. Lites tum plu-  
 rimæ de rebus ecclesiasticis ad Imperatorem  
 ferebantur, quæ consilio judicioque Episco-  
 pi CP. dirimebantur. Et si quæ majoris mo-  
 menti erant negotia, cœtu ex Episcopis qui  
 in urbe erant facto, præside CP. Episcopo  
 tractabantur, Græcisque erat hoc genus Con-  
 cillii *συνόδος ἐνδημῶσα* : quia erat Episcopo-  
 rum *ἐνδημῶτων*. Et si ejusmodi conventus no-  
 men Concilii non merebatur, nec nisi ex  
 contententium consensu vis & auctoritas  
 ejusmodi judiciis erat, ex consuetudine cre-  
 vit auctoritas his Synodis. Nam primum de  
 regimine Ecclesiæ erat tractatio : subinde ve-  
 ro de Metropolitanarum controversiis, & de  
 fidei quæstionibus. Sic sub Flaviano CP.  
 condemnatus Euryches ; & causa Florentii  
 Sardorum Episcopi Metropolitanæ Lydiæ cum  
 duobus Episcopis suæ provinciæ agitata, ut  
 habetur act. 1. Concil. Calched.

Quæ fuerint horum conventuum initia,  
 difficile dictu est. Si conjecturæ est locus,  
 forte temporibus S. Chrysostomi cœperunt.  
 Is enim malevolorum hominum invidia pul-  
 sus sede ; deinde coacto Concilio ex Episco-  
 pis qui tum Constantinopoli versabantur, re-  
 stitutus est, & rescissa superioris Synodi sen-  
 tentia. Ita acquisitum jus congregandæ Sy-  
 nodi Constantinopoli Episcopo.

Metropolitans vero ordinandi ita ratio con-  
 stituta. Erat Episcopus Constantinopoli in  
 pretio & honore : quia in civitate regia ver-  
 sabatur, cui in promptu erat re & opera alios  
 adjuvare, eorumque res & negotia gratia qua  
 pollebat in comitatu promovere. Tum si  
 quæ erant in Episcopatibus Sacerdotiisque  
 acquirendis ambitiones, unde, ut solet, tur-  
 bæ plerumque exoriebantur, advocabatur :  
 ille illico adesse, ambitus potentiorum au-  
 ctoritate comprimere, & sensim in electio-  
 nibus sibi jus attribuere. Adde quod cano-  
 nes tum Synodi CP. tum alii, invitatos  
 Episcopos ordinationibus aliarum provincia-  
 rum interesse sinebant : & honori ducebant  
 plerique, Regiæ urbis Episcopum consortem  
 suarum ordinationum habere. Jam illa con-  
 suetudo invaluerat ætate S. Chrysostomi.  
 Unde ille Ephesinum Metropolitanam, alio-  
 que Episcopos simoniaci criminis comper-  
 tos deposuit, aliosque subrogavit : & si S.  
 Chrysostomus non studio propagandæ ditio-  
 nis suæ, sed auctoritate Concilii facere id  
 sit aggressus ; tamen hoc vertit in consuetu-  
 dinem, adeo ut deinceps ordinationibus Me-  
 tropolitarum, & aliarum Ecclesiarum Epi-  
 scopis Asiæ, Ponti & Thraciæ præesse non  
 vereretur. Demum quæ usu & longa consue-  
 tudine stabilita erant, facile fuit in legem  
 & jus traducere : quod 2 in Concilio Cal-  
 chedonensi Anatolius perfecit, edito a Pa-  
 M m 2 tri-

Prima  
 horum  
 conven-  
 tuum CP.  
 initia.

VI.  
 Jus Me-  
 tropolitas  
 ordinan-  
 di unde  
 natum  
 Episc. CP.

EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Secundum locum post Romanum Pontifi-  
 sem meri honoris gratia sine ullo jure Con-

stantinopolitana Synodus sub Theodosio senio-  
 re regiæ urbis Antistiti attribuerat. Quæ au-  
 tem

AN. CH. 452. tribus canone, ubi non modo sedendi prærogativa, sed jus datum cogendæ Synodi, & Metropolitæ Episcoposque alios ordinandi: eique potestas & jurisdicção in tres provincias Asiam, Thraciam, & Pontum attributa est. Illæ porro provinciæ nullius dioceseos seu patriarchici districtus erant; sed suis tum regebantur Synodis: ubi electiones raro sine turbis, quod CP. Episcopi res consiliaque promovit.

VII.

Legati summi Pontificis, quod diximus, cum cernerent ea fieri in detrimentum disciplinæ ecclesiasticæ, & Romanæ Sedis injuriam, canoni Calchedonenfi contestatione publica contradixerant. Leo ipse persuaderi non potuit, ut decretum hoc confirmaret, neque Imperatoris, neque Augustæ, neque Juliani Coensis Legati sui, neque Patrum Calchedonenfium sollicitis precibus: immo resistere omnibus modis instituit, & validissimis rationibus hoc decretum infringere.

Primo assererat coactam Synodum ad fidem vindicandam perfidiamque Eutychiānam perimendam, non ad serviendum Anatolii cupiditati: *Quibus inauditis & numquam antea tentatis ita præveniris excessibus, ut sanctam Synodum ad extinguendam solum hæresim & ad confirmationem fidei catholicæ studio Christianissimi Principis congregatam, in occasionem ambitus trahas, & ut commiventiam tibi det, impellas.* Episcopos deinde arguit vel promissis illectos, vel minis territos. *In totius, inquit, Ecclesiæ perturbationem superba hæc tendit elatio: quæ ita abuti voluit Concilio synodali, ut fratres in fidei tantum negotio congregatos, & definitione ejus causæ, quæ erat curanda, perfunctos ad consentiendum sibi depravando traduceret, aut terrendo compelleret.* Tertio consilia Anatolii ad perturbationem & Eccle-

sia scandalum tendere. *Sapienter, inquit, intellige, quale sit Dei judicium subiturus, qui tot Ecclesiis, tot Sacerdotibus scandalum inferre non metuit: & postea: Si inconcessa quæstis, ipse te tuo opere atque judicio universalis Ecclesiæ pace privabis.* Quarto canones Nicænos violatos contemtoque sæpius inculcat. *Doleo etiam, inquit, in hoc dilectionem tuam esse progressam, ut sacratissimas Nicænorum Canonum constitutiones conareris infringere; tamquam opportune se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris privilegium Sedes Alexandrina perdidit; & Antiochena Ecclesiæ proprietatem tertii dignitatis amiserit: ut, his locis juri tuo subditis, omnes Metropolitanæ Episcopi proprio honore priventur ... Nimis ergo hæc improba, nimis sunt prava, quæ sacratissimis Canonibus inveniuntur esse contraria.*

In multis Nicæni Concilii decreta violata ab Anatolio patet. Canon quippe VI. Nicænus quasdam provincias jubet sui esse juris, & suis Synodis regi; hæcque notum ubi Alexandrinæ & Antiochenæ Ecclesiæ jura afferuntur. Sic in canone: *ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν ἀντιοχείαν καὶ ἐν τῇ διχαίᾳ ἐπαρχίᾳ πρὸς πρεσβείᾳ σώζεσθαι τοὺς ἐκκλησιαίους.* Similiter autem & apud Antiochiam ceterasque provincias sua privilegia servantur Ecclesiis. Provincias illas Pontum, Asiam, Thraciamque fuisse canon II. CP. Synodi explicat, quarum jurisdictionem Anatolius invaserat. Præterea CP. Episcopus secundum post Romanum Episcopum sibi arrogaverat locum, & Alexandrinum Episcopum ad tertium, Antiochenum ad quartum locum detrulerat. Id quoque contra Synodum Nicænam, ubi honorem suum singulis Ecclesiis servari olim constitutum. Jura quoque Exarchorum Metropolitanarumque abolita. Heracleensis Metro-

AN. CH. 452.

Ibid. c. VI.

Ibid. c. II.

Canones ab Anatolio violati.

Epist. lxxx. nunc CVI. ad Anatolium c. II.

Ibid. c. III.

Ibid. c. V.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

tem Constantinopolitani Episcopi sibi postea vindicarunt, usurpati juris notari poterant. Nonnulla quidem de hoc querela ante Calchedonenfem Concilium legitur adversus S. Joannem Chrysofomum, & adversus S. Proclum. In Calchedonenfi autem Anatolius ter impetitus. I. in actione de Photio Tyri, cum quaestio mota fuit, num Episcoporum, qui Constantinopoli essent, conventus ab eo convocatus, Synodus habenda esset, Synodique jure potiretur. II. in fine actionis XI. cum Episcopi Asiæ postularunt, ut Ephesiorum Episcopus non Constantinopoli, sed ab ipsis in provincia ordinaretur; quibus assentientes Episcopi, id ex canonum regulis esse observandum clamaverunt. III. in fine actionis XIII. cum Concilium Basiliopolitanum Episcopi ordinationem ad Nicomedienfem, non vero ad Constantinopolitanum Episcopum ex canonibus pertinere declaravit. Hinc Anatolius metuens, ne eo jure, quod sua sedes sibi vindicaverat, aliquando expoliaretur, non dimittendam censuit occasionem hujus Synodi; ac ut idem jus facilius confirmaretur, ordinationi Episcoporum cedens, Metropolitanarum tantum consecrationem sibi deferendam conten-

dit. Id facile fuit obtinere faventibus Imperatore & Senatu, quibus Episcopi Orientis plurimum deferebant. Ii quorum intererat, ne Sedes Constantinopolitana eveheretur, vel aberant, vel se opponere non audebant. Dioscorus Alexandrinus Episcopus depositus fuerat, nec successor ejus ordinatus; nullique Ægyptii inter eos, qui actioni subscripsere, memorantur. Maximus Antiochenus ab Anatolio ordinatus, eidem debebat plurimum. Juvenalis Jerosolymitanus, cum contra Nicænos canones jus in tres Palæstinas obtinisset, resistere non poterat juri, quod Constantinopolitano non absimiliter tribuebatur. Heracleensis Thraciæ Primas non interfuit, ejusque vice subscripsit Lucianus Byziæ, qui Anatolio tam erat addictus, ut hac ipsa in causa ab eodem Romam legatus fuerit. Bassiano & Stephano depositis nullus erat Ephesinus Asiæ Primas. Solus Thalassius Cæsareæ Cappadociæ adfuit; sed per summam gratiam inter Episcopos receptus, non subscripsit, iisque verbis in ipsa actione usus est, quæ quid significant, ignoretur. Nullæ opportuniore circumstantiæ incidere poterant, in quibus Anatolius rem suam in Concilio perficeret.



AN. CH. 452.

tropolita seu Exarchus Thraciæ spoliatus sua jurisdictione ab CP. Episcopo. Primum ipsi Constantinopolis sub cæta: subinde mutato rerum ordine ipsi subiectus per usurpationem Episcopi Constantinopolitani, qui per speciem primi post Romanum Episcopum honoris, Heracleensem & jure Synodis suæ provinciæ præsidendi, & jure ordinationum sensim exuerat; hocque S. Leo redarguit. *Ead.ep.c.v. Non convellantur, inquit, provincialium jura primatum. De Exarchis Thraciæ, Asiæ, & Ponti loquitur; quibus subiecti suarum diœcefeon Metropolitæ. S. Leo subjungit: Nec privilegiis antiquitus institutis Metropolitanis fraudentur Antistites: hoc attinet ad Metropolitanos tribus his Exarchis subiectos. Prosequitur Pontifex noster: Nihil Alexandrinæ Sedi ejus, quam per sanctum Marcum Evangelistam B. Petri discipulum meruit, pereat dignitatis: nec Dioscuro impietatis suæ pertinacia corrue[n]te, splendor tantæ Ecclesiæ tenebris obscuretur alienis. Antiochena quoque, in qua primum prædicante B. Apostolo Petro, Christianum nomen exortum est, in paternæ constitutionis ordine perseveret: ut in tertio gradu collocata, numquam se fiat inferior.*

VIII. Canonem III. Constantinop. rejicit S. Leo.

*Ead.ep.c.II.*

Anatolius aliique Patres, qui Calchedone canonem xxviii. condiderant, III. canone Constantinopoli edito sub Nectario, decretum Calchedonense defendebant. Sed ejus vim multis Leo destruere conatur, asserens ea in notitiam Romani Pontificis non venisse, nec ullius esse momenti, quæ in ipsa sua origine vana irritaque sunt. *Persuasioni tuæ in nullo penitus suffragatur quorumdam Episcoporum ante sexaginta, ut jactas, annos facta conscriptio, numquamque a predecessoribus tuis ad Apostolicæ Sedis transmissa notitiam: qui ab initio sui caducæ dudumque collapsæ, fera nunc & inutilia subjicere fulcimenta voluisti, eliciendo a fratribus speciem consensionis, quam tibi in sui injuriam verecundia fatigata præberet. S. Leo canonem CP. non quidem suppositum, sed ignotum conqueritur, neque renuntiatum Apostolicæ Sedi. Lucentio aliisque Legatis ignoratum ex actis Calchedone liquet: nam Lucentius negavit inter acta synodica reperiri. Accedit, inquit, ad cumulum, quod cccxviii. constitutionibus posthabitis, centum quinquaginta, qui in synodicis Canonibus non habentur, mentionem tantum fecisse noscuntur. Sed postquam lectus ex actis canon Constantinopolitanus, nihil ulterius dicere contra ausi sunt. Scio esse aliquos, qui a Damaso decretum CP. repudiatum scribunt; sed hæc qui conveniunt cum iis quæ a S. Leone, qui ab Apostolica Sede ignoratum fuisse asserit, nec de Damasi contestatione quicquam habet, quod certe omittere non debuerat?*

φαίνεται πρὸ  
σεσωρευθῆσαι  
τῆς ὁμοιοῦσιν  
πριαχοσίων  
δέκα καὶ ὀκτώ,  
καὶ τοῖς μετὰ  
πάντα ἐκατὸν  
πεντηκονταλίῳ  
μυριάδῃ εὐδὲν  
τῶν μὴ ἐμπερο-  
μένα δὲ ἐν  
τοῖς συνδοί-  
κοις καὶ ὁμοί-  
ως φασί  
κρίσιν ὀρίσται.  
Act. 16.  
Calched.

Arguit deinde S. Leo canonem Calchedonensem ab excellentia præstantiaque Nicænæ Synodi cccxviii. Patrum, cujus auctoritas nulla vi, decretoque nullo concuti potest. *Tamquam, ait S. Leo, refutari nequeat, quod illicite voluerit multitudo; & illa Nicænorum Canonum per spiritum vere sanctum ordinata conditio in aliqua cuicumque sit parte solubilis. Nulla sibi met de multiplicatione congregationis synodalia Concilia blandiantur, neque trecentis illis decem & octo Episcopis, quantumlibet copiosior numerus Sacerdotum, vel comparare se audeat, vel præferre: cum tanto divinitus privilegio Nicæna Synodus sit consecrata, ut sive per pauciores, sive per plures ecclesiastica judicicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diversum. Quod sæpius in epistolis repetit; immo & in eadem hæc: Sancti illi & venerabiles Patres, qui in urbe Nicæna, sacrilego Ario cum sua impietate damnato, mansuras usque in finem mundi leges ecclesiasticorum Canonum condiderunt, & apud nos & in toto orbe terrarum in suis constitutionibus vivunt: & si quid umquam aliter, quam illi statuere, præsumitur, sine cunctatione cassatur. Ex quibus patet summa in veneratione fuisse Nicænos canones, tum propter eorum auctoritatem sanctitatemque qui eos condiderunt, tum propter fidem, quam etiam periculo capitis & sanguinis pretio fortiter professi erant, legesque ecclesiasticas quas a viris apostolicis haustas confirmarunt. Hinc magnificum illud Leonis de eo Concilio judicium, cujus se prædicat executorem custodemque, hujusque decretis ut contradicat, in gratiam Anatolii nullis modis adduci se posse fatetur. Qui Anatolius, inquit, etiamsi præcipuis meritis optimoque judicio legitime fuisset ac solemniter ordinatus, contra reverentiam tamen Canonum paternorum, contra statuta Spiritus sancti, contra antiquitatis exempla, nullis posset suffragiis adjuvari: & iterum: Privilegia Ecclesiarum sanctorum Patrum Canonibus instituta, & venerabilis Synodi fixa decretis nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate violari: in quo opere auxiliante Christo, fideliter exequendo necesse est me perseverantem habere famulatum: quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum, quæ in Synodo Nicæna ad totius Ecclesiæ regimen Spiritu Dei instruente sunt conditæ, me, quod absit, connivente violentur. Super hæc Petrus de Marca Tolosanus Archiepiscopus annotat S. Leonem ideo repudiare canones Calchedonenses, quia contra canones Nicænos scripti erant. Non ergo, inquit ille celebris, illo nomine statuta Concilii Calchedonensis Leo reprobatur, 3 quasi nul-*

AN. CH. 452. IX. Synodi Nicænæ excellentia. *Ead.ep.c.II.*

*Ead. ep. cap. IV.*

Ep. lxxviii. nunc civ. ad Marcianum, c. II. *Ibid. c. II.*

Pontifex Rom. executor Canonum. Quid si eo connivente violentur?

Petr. de Marca Dissert. de Patriarch. CP. institutione in fine.

EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Quam rationem Leo non adhibuit, quia in Nicænorum Canonum observantia insistens,

ea non indigebat, certam præsumserunt Patres Calchedonenses, quando canonem pro Con-

AN. CH. 452. *si nullas habitura vires essent, nisi prius illi collibuisse; sed nullitatem dicti Canonis ex repugnantia Canonum Nicænorum petitam declarat; magnifico sane & illustri primatus, seu principatus sui privilegio, sed quod ad superiorem in corpus definitionesque Concilii exercendam auctoritatem extendi & porrigi non debeat. Si enim vite de questione aliqua Nicænis regulis nondum decisa Synodus Calchedonenfis statuisset, tantum abest ut Leo constitutioni illi destitutus vitio nullitatis opponenda refragatus fuisset, quin potius gestorum synodaliū approbatione Concilii sententia 4 ex officio adhaesisset. Quod eleganter Leo Pontifex insinuat in epistola ad Maximum Antiochenum, hoc de negotio loquens: Quicquid enim præter speciales causas synodaliū Conciliorum ad examen episcopale desertur, potest aliquam dijudicandi habere rationem; si nihil de eo est a SS. Patribus apud Nicæam definitum. Nam quod ab illorum regulis & constitutione discordat, Apostolica Sedes nunquam poterit obtinere consensum. Hæc eruditus Archiepiscopus.*

Ep. XCII. nunc CXIX. ad Maximum Antioch. cap. v. 4  
 X. Ex splendore urbis CP. sua jura Anatolius tuetur. Ep. lxxviii. nunc CIV. ad Marcianum c. III.

Anatolius jura quoque sibi attributa tuebatur dignitate & amplitudine urbis regiae: quam rationem S. Leo minime admittit: quia jus patriarchicum ortum non modo ex regia civitate, sed & ex Apostolica Sede: Non dedignetur regiam civitatem, quam apostolicam non potest facere Sedem. Etsi in politia ecclesiastica primarum civitatum ratio est habita, jus tamen patriarchicum Romæ, Alexandria, & Antiochiæ civitatibus, non tam assertum est, quia primariæ nobilissimæque civitates erant, quam quia derivatum ex institutione apostolica, veterique, ut Nicæna Synodus habet, ac longa consuetudine: quod nullo modo ad Sedem Constantinopolitanam pertinet, cujus jura ante sexaginta circiter annos in Concilio CP.

primum decreta sunt: idque redarguit S. Leo. Superbum nimis est, ait, ut venerabilium Patrum decreta solvantur, quorumdam Episcoporum proferre consensum, cui tot annorum series negavit effectum. Nam sexagesimus fere annus hujus conniventia esse jactatur, quo se prædictus Episcopus aestimat adjuvari. Addit Leo, nullum consecutum effectum; non quod Episcopus Constantinopolitanus hujus vi sedendi honore non sit potitus in Oriente, sed quod jus illud in Occidente non sit agnitum. Quoniam vero secundi honoris locum Episcopo CP. tributum jam ab initio Synodi Calchedonenfis approbarant Legati Leonis, eundemque in pseudosynodo negatum a Dioscoro conquesti erant, hoc est, cur S. Leo, si quid ab ejus Legatis permissum admissumve sit, id penitus rescisum declarat: Si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam Synodum vice mea misi, præter id quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis: quia ad hoc tantum ab Apostolica Sede sunt directi, ut excisis erroribus catholicae essent fidei defensores. Anatolii denique consilia criminatur, quod aliorum jura invadere sit aggressus capta occasione temporis, quo uterque Primatum Orientalium, vel a fide desciscens, vel fidei patrocinium deserens sua indignus prærogativa suoque ordine videbatur: Tamquam opportune se tibi tempus obtulerit, quo secundi honoris privilegium Sedes Alexandrina perdidit, & Antiochena Ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amisit: ut his locis juri tuo subditis omnes Metropolitanæ Episcopi proprio honore priventur. Deinde subjungit: Aliud sunt sedes, aliud præsidentes... nec Dioscoro impietatis suæ pertinacia corruente, splendor tantæ Ecclesiæ tenebris obscuratur alienis. Nefas præterea id esse probat mul-

AN. CH. 452. Ep. lxxix. nunc cv. ad Pulcherriam c. 11

Ep. xcii. nunc cxix. ad Maximum Antioch. c. v.

Ep. lxxx. nunc cvi. ad Anatolium c. 11.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

Constantinopolitana Sede editum, licet Nicænis contrarium, ratum futurum crediderunt, si Leoni collibuisse: unde confirmationem ejusdem uti omnino necessariam enixe petierunt. Vide epist. 98. 101. & 132. c. 4. Illud porro S. Pontifici certum erat, citra periculum animæ Nicænis Canonibus a tota Ecclesia veneratis non temere derogandum, nec præjudicium inferendum Apostolicarum Ecclesiarum & antiquarum Metropoleon privilegiis tanto Concilio confirmatis, ut Constantinopolitanæ Episcopi novitiis ausibus, & ambitioni faveretur. Cum pacis bonum & fidei studium suavis, non dubitavit dispensatione quadam æconomica a rigore eorundem Canonum recedere, uti cum in communionem recepit Maximum Antiochenum, licet contra Nicænos Canones fuisset ordinatus: & ex hac unica Leonis dispensatione in ipsa Calchedonenfi Synodo idem Maximus uti verus Antiochenus Episcopus receptus fuit, quemadmodum vidimus adnot. 26. in annum præcedentem. At ad Nicænam Canonem abrogandum insignis aliqua causa, ad bonum publicum, aut necessitatem

Ecclesiæ pertinens, requiritur, quam cum in casu Constantinopolitani canonis Leo non videret, a Nicænis regulis non desciscendum credidit, ea ratione allata: quia dispensatio mihi credita est &c. Potestas nimirum Pontificis summa quidem est: at cum in ædificationem, non autem in destructionem collata fuerit, canonicarum legum, quæ in Ecclesia vigent, observantiam promovere debet, non autem absque justa causa & ratione eas abrogare. Etsi ergo Leo absoluta potestate canonem Calchedonensem confirmare potuerit, & Nicænis Canonibus derogare, uti Patres Calchedonenfes postulabant; non tamen debuit temere, ac sine maxime justa causa, quæ non ita ipsi videbatur justa, uti a petentibus præferrebat: & ideo verissime scripsit: Ad meum tendit reatum, si patrum regule sanctionum... me, quod absit, connivente violentur.

4 Formula ex officio debitum significat. Cum autem petitur approbatio gestorum, quæ possunt aliquam dijudicandi habere rationem, ipsa petitione liberum examen, & libera approbatio præsumitur.

AN. CH. 452. multorum jura distrahere, Metropolitaeque complures sua spoliare potestate, ut Anatolii dignitas accrescat; & antiqua consuetudine neglecta unius servietur cupiditati: Ad meum tendit reatum ... si major sit apud me unius fratris voluntas, quam universæ domus Domini communis utilitas: & iterum: Superbum nimis est & immoderatum ultra proprios terminos tendere, & antiquitate calcata alienum jus velle præripere, atque ut unius crescat dignitas, tot Metropolitanorum impugnare primatus. Hæc & alia ejusmodi S. Leo contra Anatolium: quæ secuta, suo ordine infra prosequemur.

XI. Eodem anno quo hæc Leo tractabat cum Orientalibus, epistolam accepit a Theodoro Forojulienfi in Galliis Episcopo, consultusque est ab eo de pœnitentiæ disciplina: cui respondet, indulgentiam Dei nisi supplicationibus Sacerdotum non posse obtineri: peccatoribus per pœnitentiæ actionem eluenda esse delicta; ut deinde ad communionem admittantur. Iis vero, quos instans periculum, aut morbi vis premit, non denegandam reconciliationem, si petierint, aut petiisse antea circumstantium fidelium testimonio comprobentur. Neque hic omittam dicere, quod S. Leo redarguit hunc Episcopum, quoniam non prius consulto Metropolitano ad se accedat: *Quia in causis, inquit, quæ ad generalem observantiam pertinent omnium Domini Sacerdotum, nihil sine Primatibus oportet inquiri.* Tantus erat æqui amor Leonis menti insitus, ut nihil de coepiscoporum suorum juribus decerptum vellet, vel suam alienæ diminutione crescere dignitatem.

XII. Eodem, quo hæc gerebantur, anno Attila re male gesta in campis Catalaunicis, per Pannonias in Italiam venit, regiasque civitates Aquilejam, Ticinum, Mediolanumque cepit & diripuit. Elatus deinde rerum successu Romam properabat. Jam tota civitas trepidare. Tum Valentinianus, quoniam vi & armis repellere hostem nequibat, avertere periculum consilio cœpit. Mittit S. Leonem, & viros clarissimos dat comites. Ecce magnus Pontifex ad Attilam venit, verbis demulcet ferocem animum, iram frangit eloquentia, pacem recipere persuadet, & discedere ex Italia compellit: quod descriptum fusius legitur in Chronico Prosperi ex MSS. Codicibus Sirmundi & Chiffletii edito ab Andrea Duchenio: *Herculano & Sporatio Coss. Attila redintegratis viribus, quas in Gallia amiserat, Italiam ingredi per Pannonias intendit: nihil duce nostro Aetio secundum prioris belli opera prospiciente: ita ut ne clusuris quidem Alpium,*

quibus hostes prohiberi poterant, uteretur: hoc solum spei suis superesse existimans, si ab omni Italia cum Imperatore discederet. Sed cum hoc plenum dedecoris & periculi videretur, continuit verecundia metum, & tot nobilium provinciarum latissima everfione credita est servitia & cupiditas hostilis explenda: nihilque inter omnia consilia Principis, ac Senatus populique Romani salubrius visum est, quam ut per Legatos pax truculentissimi Regis expeteretur. Suscepit hoc negotium cum vivo consulari Avieno & viro præfectorio Trigetio beatissimus Papa Leo, auxilio Dei fretus, quem sciret numquam piorum laboribus defuisse. Nec aliud secutum est quam præsumserat fides. Nam tota Legatione dignanter accepta, ita summi Sacerdotis præsentia Rex gavissus est, ut bello abstinere præciperet, & ultra Danubium promissa pace discederet. Inter comites S. Leonis Cassiodorus 5 patrem Carpilionem annumerat, & principem Legationis & auctorem pacis, nimis amans paternæ gloriæ, nominat. Sed scriptores omnes, & ipse in Chronico id acceptum summo Pontifici referunt: *Cum Attila, inquit, a Valentiniano Imperatore Papa Leo directus pacem fecit.* Addunt aliqui Attilam rogatum cur facile cessisset, respondisse territum se prodigio: nam dum Leo loqueretur, vidisse senem venerabili aspectu, habitu sacerdotali, gladio minitantem, nisi Leoni obtemperaret: eundemque horrore concussum tamquam exhaustis viribus concidisse. Verum hæc relata a sequioris ævi scriptoribus apud veteres non invenio, non apud Jornandem, Theophanem, Suidam, Marcellinum comitem, Cassiodorum, Anastasium, Hermannum contractum, Marianum Scotum, Martinum Polonum; non apud Prosperum, qui Romæ versabatur, Leonique aderat & rem totam accurate descripsit. Non enim Attilam scribunt ostentato percussum, sed eloquentia præsentiaque Leonis mitigatum referunt. *Nam tota Legatione dignanter accepta, inquit Prosper loco supra laudato, ita summi Sacerdotis præsentia Rex gavissus est, ut bello abstinere præciperet. Placida ei Legatio, inquit Jornandes, a Roma advenit. Nam Leo Papa per se ad eum accedit in agro Venetum Ambuleio, ubi Mincius amnis commeantium frequentatione transitur: qui mox deposuit excitatum furorem, & rediens qua venerat, ultra Danubium promissa pace discessit.* Historia Miscella eadem prope, nec plura. *Leo magnus, inquit, missu Valentiniani Imperatoris ad eum accessit, eumque adeo mitem reddidit, ut illico promissa pace firmissima ultra Danubium non rediturus abierit.* Cassiodo-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Carpilio non Cassiodorii pater, sed Aetii Magistri militum filius fuit, qui una cum patre Cassiodorii Tribuno Notario ad Attilam Legatione functus est ex lib. I. Var. Cassiod.

epist. 4. Cum porro ex integro Chronico Prosperi Avienus & Trigetius Leonis comites fuerint, Legationem Carpilionis & patris Cassiodorii diversam & anteriorem fuisse colligere licet,

AN. CH.  
452.

dorus eloquentiæ viribus victum Barbarum, non ostento territum, narrat; sed patrem suum, quod diximus, rei auctorem, non Leonem prodidit: *Invenit Regem superbum, sed reliquit pacatum: & calumniosas ejus altercationes tanta virtute destruxit, ut voluisset gratiam querere, cui expediebat pacem cum regno ditissimo non habere... Pacem retulit desperatam, cujus Legatio quid perfece- rit datur intelligi, quæ tantum est gratulan- ter accepta, quantum & videbatur optata.*

XIII.  
Miscella  
Historia  
examina-  
tur.

6

Ipse Leo 6 in sermone 81. (nunc 84.) de Octava Apostolorum, corda furentium barbarorum mitigata narrat, non territa. Unde igitur terrificæ visionis narratio manavit, & in Breviarii Romani lectiones irrepit? Refertur a Sigeberto Gemblacensi. Laudatur etiam in eam rem a Cardinale Baronio *Paulus Diaconus in historia rerum Romanarum, quam posuit appendicem ad Eutropium.* Sed junior profecto uterque scriptor (cum hic octavo sæculo, ille duodecimo vixerit) quam ut fidem, nullo antiquiore suffragante, mereatur. Sed & ex Paulo Diacono mirum est patrociniū huic historiæ parari ab eminentissimo annalium conditore ad hunc ann. 452. num. 58. Appendix enim ad Eutropium, quam laudat adscribitque Paulo Diacono, ipsa est Miscella Historia, quam idem scriptor ad eundem annum num. 54. Diacono illi abjudicat; hujusque revera non esse probat Philippus Labbeus in Dissert. hist. de Script. Ecclesiasticis. Quovis porro auctore gaudeat opus istud, antiquiores pleræque ejus editiones visionem illam non habent, sive illæ quæ ex Bongarsii, Amerbachii, Pithæorumque fratrum MSS. codicibus prodierunt, sive quæ aliorum cura sunt emissæ. Unus Janus Gruterus, qui historiæ Augustæ scriptores Latinos minores in unum corpus collegit, Miscellam Historiam multo quam antea prodierat auctiorem exhibet ex *Palatinis membranis, nota* (ut quidem scribit vir doctissimus) *prorsus electæ, Saxonice litteris ante septingentos minimum annos exaratis.* A tanti viri mente ægre divellor: non videntur tamen adjectitii hujusmodi panni auctoritate codicis unius contra plurimorum fidem tanti faciendi; præsertim cum multa his contineantur, quæ scriptoris imperitiam arguant. Inter hæc sunt, quod Aquilejam toto triennio ab Attila obsessam narret; quod sancti Germani Legationem in Britanniam post Aquilejam captam contigisse significet; quod sanctum Paullinum Nolæ Episcopum post vastatam a Vandalis Italiam (quæ vastata anno 455. & 56. contigit) semet in captivorum redemptionem expendisse narret: cum viginti & amplius jam ab annis

AN. CH.  
452.

obiisset sanctus Antistes, & hanc de ipso historiæ merito falsi arguant hac temperate viri eruditi. Cetera aliis discutienda relinquimus: hoc interim pro certo habentes isthæc additamenta Miscellæ Historiæ aliena manu inserta videri, partim ex Jornande accepta, partim ex incertis scriptoribus, vel etiam ex falsis rumusculis. Quod de infirmitate narratione, quam discutimus, in primis credendum, quam scilicet ita ille exorditur ac prosequitur: *Ferunt itaque post discessum Pontificis interrogatum esse Attilam a suis, cur ultra solitum morem tantam reverentiam Romano Papæ exhibuerit; quandoquidem pene ad omnia quæ ille imperasset, obtemperavit. Tum Regem respondisse: non se ejus, qui advenerat, personam reveritum esse, sed alium se virum juxta eum in habitu sacerdotali adstantem vidisse, forma augustiore, canitie venerabilem, eumque evaginato gladio sibi terribiliter mortem minitantem, si non cuncta, quæ ille expetebat, expleisset.* Non his certe terculamentis eguisse videtur Attila, ut ab oppugnandæ urbis consilio revocaretur, in quo jam plurimum fluctuabat, a suis videlicet deterritus, & de successu expeditionis parum ipse sibi confidens, satis sibi esse ad gloriam æstimans, quod supplices ac subjectos coram se Pontificem proceresque Romanos haberet. Hanc barbari fluctuationem Jornandes, qui Justiniani Imperatoris tempore claruit, graphice describit, firmatque Prisci historici auctoritate. *Cum, inquit, ad Romam animus fuisset ejus attentus accedere, sui eum, ut Priscus refert historicus, remove, non Urbi, cui inimici erant, consulentes, sed Alarici quondam Vesegotharum Regis obicientes exemplum, veriti Regis sui fortunam, quia ille post fractam Romam diu non supervixerat, sed protinus rebus excessit humanis. Igitur dum ejus animus ancipiti negotio inter ire & non ire fluctuaret, secumque deliberans tardaret: placida ei Legatio a Roma advenit. Nam Leo Papa &c. Eadem referuntur & in ipso Palatini codicis additamento, ex Jornande procul dubio accepta: cum eadem fere verba usurpentur. Unum denique addam, Jano Grutero, etsi in adjectitiis hujusmodi pannos incliniori factis, religionem fuisse hos in ipsum Historiæ Miscellæ contextum conjicere, sed inter suas ad opus istud notas amandasse: quod incerti de ista additione judicii nonnullum indicium est.*

Ut ut sit, certum est legationem Leoni honorificam, & divinitus liberatam civitatem, & beatorum Apostolorum præsens auxilium Romam sensisse: quod ipse sanctus Leo, ut dixi, ad populum concionem habens retulit: hacque occasione amovet po-  
pu-

XIV.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Hæc quæ traduntur sermone 81. nunc 84. non ad Attilæ, sed ad Vandalorum irruptionem pertinere ipse Quesnellus probavit in ad-

notatione ad eundem sermonem, quam ad-  
monitioni eidem præmissæ inseruimus.

AN. CH. 452.  
Serm.  
lxxxI. nunc  
lxxxiv. in  
Ost. Apost.

pulum a spectaculis, & contra ad venerationem beatorum Martyrum adhortatur. Religiosam, inquit, devotionem, dilectissimi, qua ob diem castigacionis & liberationis nostræ cunctus fidelium populus ad agendas Deo gratias confluebat, pene ab omnibus fuisse neglectam, ipsa paucorum, qui adfuere, varietas demonstravit, & cordi meo multum tristitia intulit, & plurimum timoris incussit. Magnum enim periculum est esse ingratos Deo, & per oblivionem beneficiorum ejus, nec de correptione compungi, nec de remissione latari. Et iterum: Pudet dicere, sed necesse est non tacere: plus impenditur demoniis, quam Apostolis: & majorem obtinent insana spectacula frequentiam, quam beata martyria. Quis hanc urbem reformavit saluti? Quis a captivitate eruit, quis a cæde defendit? Ludus Circensium, an cura Sanctorum? quorum utique precibus divinæ censure flexa sententia est: ut qui merebamur iram, servaremur ad veniam. Sic demum concludit: Revertimini ad Dominum intelligentes mirabilia, quæ in nobis dignatus est operari, & libera-

tionem nostram non, sicut opinantur impii, stellarum affectibus, sed ineffabili omnipotentis Dei misericordiæ deputantes, qui corda furentium Barbarorum mitigare dignatus est.

Tantæ rei fama univèrsam orbem pervasit, ejusque memoria in orientalibus etiam partibus usque ad seram perseveravit ætatem; ita ut cum Orientales diu post scriberent ad Symmachum Papam, opemque ac communionem ab eo poscerent, non alio magis exemplo caritatem ejus accendendam esse putaverint, quam Leonis nostri Attilam convenientis flectentisque. Si enim inquit, qui præcessit Beatitudinem tuam inter sanctos constitutus Leo Archiepiscopus ad Attilam tunc erronem barbarum per se curere non duxit indignum, ut captivitate corrigeret corporealem, nec tantum Christianorum, sed & Judæorum (ut credibile est) atque Paganorum: quanto magis festinare ad tuam attinet Sanctitatem, non ad corpoream, quæ bello fit, captivitatis correctionem atque conversionem, sed animarum quæ captivatae sunt, vel quotidie captivantur? 7

AN. CH. 452.

Epistola  
Oriental.  
Post VIII.  
Symmachii PP.

7

AN N U S	LEONIS	VALENTINIANI	29.	OPILIONE ET
CHRISTI	PAPÆ	MARCIANI	4.	VINCOMALO
453.	14.	IMPP.		COSS.

Anatolius  
urbas  
igit CP.

**L**eo Magnus non tam facile superbiam Anatolii, quam Attilæ ferociam frangere potuit. Nam ille exacerbatus repulsa & summi Pontificis litteris, ad odium & turbendam Ecclesiam animum adjecit. Favere hæreticis cœpit, deosculari eos qui Eutychem Dioscorumque defenderant; contra persequi Flaviani amicos, adversari iis quos vindices fidei sciebat. Erat per ea tempora  
Tom. II.

Constantinopoli Aetius officio Archidiaconi & fide clarus: hunc ab officio remove statuit Anatolius: quia eo munere quiungebatur, ejus retardare consilia poterat, vel promovere. Nam qui honorem hunc gerebat, plurimum in Ecclesia poterat. Præerat Collegio Diaconorum: ejus erat res Ecclesiæ commodaque curare, ex bonis Ecclesiæ suas cuique Clericorum portiones distribuere, jus  
N n in

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

7 Post ep. 108. ad Theodorum Foro-Juliensem datam III. Id. Junias nulla epistola hoc anno recensetur. Nos ex MS. Ratisponensi eduximus epistolam 109. ad Julianum Coensem datam die 25. Novembris, ac propterea Leonis legationem ad Attilam intermedio tempore, quo nullas ejus litteras habemus, contigisse satis verisimile est. Qui enim hanc legationem assignant circa paschale tempus anni 452. nullo fundamento nituntur. Immo vero cum Leo paullo post suorum Legatorum e Concilio reditum, cujus mentionem facit epist. 103. scripta ad Gallos sub finem Februarii, vel sub initium Martii hujus anni 452. Lucianum & Basilium Legatos Constantinopolitanos receperit, qui cum eodem Pontifice multis egerunt de Constantinopolitanæ Sedis prærogativa; hi autem Legati Constantinopolim remissi fuerint cum quatuor epistolis 104. 105. 106. & 107. scriptis die 22. Maji (confer adnot. I. in ep. 103.) ante hoc tempus Leonem Roma discessisse, ut Attilæ occurreret, & cum eo de pace tractaret, nullum indicium, nulla probabilitas est. Porro Julianus Coensis sub

initium an. 453. ad Leonem litteras dedit, quibus de malis Italiæ illatis ab Attila cum Pontifice ita condoluit, ut ea mala jam exacta, & idcirco legatio quoque Leonis terminata noscatur, quemadmodum colligere licet ex ipsius Leonis responsione ep. 113. data die 11. Martii an. 453. Igitur hæc Leonis legatio commode adscribenda est sub medium circiter annum 452. & certe ante diem 25. Novembris. Dein ex laudata ad Julianum cp. 109. didicimus, hunc Leoni significasse Palæstinorum Monachorum turbas tum litteris contra Concilium Calchedonense, & contra ipsam Leonis definitionem scriptis, tum violentis etiam adversus catholicos & contra Juvenalem Episcopum gestis excitas, quarum notitiam ad Pontificem ferius pervenisse hætenus creditum fuit. Harum seditionum incentores ab Imperatore compescendos, & exilio a ceteris separandos Leo postulavit, sperans fore ut ceteri facilius respicerent, si liberiores fuerint ab instigationibus petulantium magistrorum. Epistolam S. Athanasii ad Epitectum eidem opponendam misit.

AN. CH. 453. in Presbyteros ruris exercere, inter urbanos lites diffidiaque componere: aliaque ejusmodi, quæ plurimum id muneris commendabant. Ratus igitur Anatolius sua interesse suo beneficio creari Archidiaconum, Aetium dimovet ab hoc munere. Sed quia & fidei & integritatis spectata erat, ne videretur immeritum plectere, per speciem honoris Presbyterum vel renitentem ordinat; arcetque ea ratione ab Archidiaconatu: quia Diaconis præfici non nisi Diaconus solebat. Addit præterea exilium, prætexens administrationem cœmeterii, cui eum deputat: in ejusque locum præficit Andream, antea propter hæresim depositum, quia Eutythis Dioscorique partibus addictus fuerat. Horum statim Leo admonitus est a Juliano Coensi, qui tamquam in specula positus in Oriente rebus fidei advigilabat, continuoque litteras ea de re ad Marcianum, Pulcheriam, Julianumque Coensem mittit; conqueriturque dolosam amotionem Aetii, cujus fides nota, mores integri; fraudemque Anatolii, qui hunc speciosa promotione deposuerat: *Qui non inveniens quod argueret in fide, quod improbaret in moribus, dejectionem innocentis per speciem promotionis implevit: addens in sententia illud injurie, ut eum cœmeterio deputando, quodam damnaret exilio. Arguit quoque ordinationem Aetii non legitimo die factam: quia feria sexta, non, pro more, die dominico vel post noctis sabbati initia: Adeo nimia commotione turbatus ut consecrationem, quam pro injuria dabat, sexta Sabbati, traditionis apostolicæ aut nescius, aut oblitus inferret: quasi non ad Episcopum magis quam ad Presbyterum ordinationis illius vitium pertineret.*

Ep. lxxxiv. nunc cxi. ad Marcianum cap. 11.

Epistola eadem.

Quoniã vero Anatolius, ut a se hujus depositionis culpam amoveret, inquirebat in vitam Aetii, Leo scribit, si quid reprehensione dignum, id tutius dissimulandum propter fidem, quam subrogare in ejus officium hominem hæreticum: *Nam apud catholicum Episcopum etiamsi erat quod quacumque de causa succensendum Archidiacono videretur, propter fidei reverentiam debuit prætermitti, potius quam locum catholici nequissimus hæreticus obtineret.* Eluit tamen Aetius calumnias. Unde sanctus Leo hæc postea: *Aetium Presbyterum, quem asseris fuisse discussum, gratulamur cognitione habita in omnibus fuisse purgatum.* Verum quanto plus Aetii partes amplectitur, tanto magis in Andream invehitur, quem Eutythianistam appellat. *Quid causæ, inquit, aut occasionis emerferit, ut virum catholicæ fidei, & Nestorianis & Eutythianis hæreticis constanter adversum Aetium Archidiaconem sub honoris specie degradaret, & dispensationem totius causæ & curæ ecclesiasticæ in Andream Eutythianistam repente transferret?* qui partes hæreticorum etiam apud se susceperat: qui Eutythianæ hæreseos se apud nos prodiderat defensorem: qui demum ob crimen illud dejectus ab ipso Anatolio fuerat: *Andreas, inquit, qui ob hæreticorum societatem fuerat abjectus, assumitur; quem ipse Anatolius professus est a se esse rejectum.* Et ut est in epistola recens edita: *Qui reprobatione dignus fuerat judicatus.*

Verum quem exitum ea res habuerit dicam inferius. Unum hic asseram ex responsionibus Leonis ad Julianum Coensem, Aetium vexatum injuriis apud Leonem expostulasse de Anatolio; sed, opinor, Leo intra querelas stetit, idque ex epistola, quam primum evulgamus, colligo: *Non est dubium hanc commutationem ad catholicorum injuriam pertinere: sed patienter interim ista toleranda sunt, ne mensuram i solidationis solite videamur excedere.* Rem christianam quidem lædi Aetii depositione indicat; nihil tamen facturum acerbius, ne rem alterius agere contra canones Nicænos videatur. Enimvero cum Ecclesias suas Episcopi ex sacris canonum regulis administrant, nihilque attentant quod ecclesiasticæ consuetudini sit adversum, *habent in Ecclesiæ administratione, ait sanctus Cyprianus cum Synodo Africana, voluntatis suæ arbitrium liberum,*

AN. CH. 453. II. Anatolius in mores Aetii inquiri. Epistola lxxxvi. nunc cxiii. ad Jul. cap. 11. Epist. c. nunc cxxvii. ad Julian cap. 111. Epistola lxxxiv. nunc cxi. ad Marc cap. 11. Epistola lxxxv. nunc cxii. ad Pulcher. cap. 1. Epistola lxxxvi. nunc cxiii ad Julian. cap. 1. Epist. ad Pulcher. cit. III. Epistola lxxxviii. nunc cxvii. ad Julian I Leonis modestia S. Cypriani Epist. lxxi. ad Stephan.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

I Ex optimo codice Ratisponensi emendavimus *moderationis*. Ab hac autem moderatione, quæ Leonis etiam cum hæreticis usitata erat, ut mitiori via publico bono provideret, hoc quoque casu non recedendum credidit: eo quod eam utiliore putaret, non vero eo quod non posset districtius agere in Anatolium, quidam Aetio ab Archidiaconatu remoto, Andream Eutythianæ hæreseos defensorem abs se antea abjectum ad Archidiaconatus gradum promoverat, rem christianam læserat. Quid hic obruduntur Nicæni canones? Nonne promo-

tio hominis hæreseos aliquando defensoris, & hac de causa depositi satis culpabilis erat, ut justam animadversionem mereretur? Aetius jam Presbyter in Archidiaconatum revocari non poterat. Andream autem ab hoc gradu removeri S. Pontifex voluit, nec alia ratione cum Anatolio res conciliata fuit. Vides igitur moderationem a Leone adhibitam pontificiæ auctoritatis usum non exclusisse, sed eo fuisse perductam, quo facilius & brevius fidei prospiceret, Anatoliumque ad idoneam satisfactionem adduceret.

AN. CH. 453.  
S. Gregor.  
lib. VII.  
Reg.  
Epist. lxxv.

berum, rationem actus sui Domino reddituri. Quod & Gregorius Magnus profiteri non erubuit. Cum culpa, inquit, non exigit, omnes secundum rationem humilitatis 2 aquales sumus. Porro in negotio, quod tractamus, nihil Ecclesie regulis contrarium apparebat: omnia speciosa erant: neque enim contra canonem est Presbyterum facere ex Archidiacono, & alterum subrogare. Et si vero fides hujus non penitus probata, tamen dubiam tunc esse palam non erat. Aetio licet auctoritatis plurimum detrahebatur pro temporum illorum ratione, dignitatis tamen longe plus accedebat ex presbyterali gradu. Vix denique erat unde accusationis adversus Anatolium color quaereretur, penes quem arbitrium erat summaque potestas de Ecclesie suae ministeriis ministrisque secundum canones decernendi. Nihil igitur ultra querelas Leo, in epistolis ad Marcianum & ad Pulcheriam: *ne mensuram solidationis solita videretur excedere*. Solis apud utrumque precibus egit, & adhortationibus, quibus ut Aetio adversus Anatolii insidias tutum faciant enixe deprecatur: monetque Julianum, hoc Aetio pro tempore satis esse posse, quod clementissimorum Principum favore munitur, quibus eum proxime litteris meis, inquit, ita commendavi, ut apud religiosissimas mentes gratiam ipsius augendam esse non dubitem.

Epist. ad  
Julian.  
lxxxviii.  
nunc  
cxvii.

IV.  
Epistola  
lxxxvi.  
nunc  
cxiii.  
Juliano  
suas vices  
Leo com-  
mittit.

Aliam epistolam dedit ad Julianum Coensem Episcopum; in qua plurima rerum capita. Praemissa enim gratiarum actione, quod pio ei dolore compallus esset multa & saeva per Attilanam cladem experto, aliqua de Aetio & Andrea subjicit. Tum illi committit vices suas in Comitatu. Nova res, nec anterioribus Ecclesie Romanae Pontificibus usurpata. Cujus 3 instituentis exemplum habuit Alexandrini Episcopi, cujus Apocrisiarium Constantinopoli agebat Anatolius, antequam ad Sedem Constantinopolitanam eveheretur. *Hac enim consuetudo praedicti est*, ait Breviculus Eutychnianorum de Alexandrino Episcopo occasione Anatolii differens, *ut ad Comitatum in vicibus*  
Tom. II.

AN. CH. 453.  
Clerici divigantur, ne quid forte caussa vel necessitatis emergat.

Quod Leo temporum necessitati serviens tunc instituit, postea tractum in exemplum Apocrisiariis seu Responsalibus Pontificum occasionem dedit. Clericis aut Presbyteris muneris istud creditum fuit priori aeo: eamque ob causam in primis institutum, edictisque imperatoris sancitum, ne ad comitatum venirent Episcopi: quod ex Justiniani Novella VI. cap. I. manifestum est. Res aliter modo se habet, cum Episcopi ab Ecclesiarum suarum amplexibus avulsi ad remotissimas quasque regiones ablegantur, & a Comitatu non recedere jubentur: immo non alio saepe consilio pontificali ornantur dignitate, quam ut Responsalium & Apocrisiariorum munus obeant.

Ad Juliani Vicariatum quod spectat, hujus institutionis causas & munera declarat. Scilicet se ideo suas supplere vices, ut videat ne haeresis serpat, non ut occupet regimem Ecclesiarum: *Ut, sequestrata earum actione caussarum, quae in quibusque Ecclesiis praesulum suorum debent cognitione firmari, hanc specialem curam, vice mea functus, assumas, ne haeresis vel Nestoriana, vel Eutychniana in aliqua parte revirescat*. Addit deinde se hoc illi conferre munus, quia Anatolius oscitanter fidei rem gerit: *Quia in Episcopo Constantinopolitano catholicus vigor non est, nec multum aut pro sacramento salutis humanae, aut pro sua est aestimatione sollicitus*. Ideoque adhortatur Julianum, ut caveat ne quid detrimenti fides capiat; si quid erit periculi, Augustus adeatur, cujus fides celebrata, & ipse per litteras admoneatur: *Ut divino fultus auxilio speculari de Constantinopolitanae urbis opportunitate non desinas, ne praedictorum dogmatum impius usquam turbo consurgat. Et quia tanta est gloriosorum Principum fides, ut confidenter eis possis quae sunt insinuanda suggerere, pietate ipsorum ad utilitatem Ecclesiae universalis utaris*. Ad Imperatorem pluribus commendat Julianum; scribit se suas illi vices commississe ad pacis ecclesiasticae custodiam:

V.  
Juliani  
Vicaria-  
tui qui  
fixi limi-  
tes.  
Eadem ep.  
ad Julian.  
cap. II.

Ibidem.

Ibidem.

N n 2

## EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Romanus Pontifex a Gregorio aequaliteris Episcopis dicitur secundum rationem humilitatis, non autem jurisdictione, quo omnibus divino jure praesidet; ac propterea idem Gregorius in eadem epistola nunc 59. libri 9. praemiserat: *Si qua culpa in Episcopis invenitur, nescio quis ei Episcopus subiectus non sit*. Excluso etiam crimine multa alia pro recto Ecclesiarum regimine summus Pontifex praescribere potest vi ejusdem jurisdictionis, quam Christo auctore institutam omnes catholici agnoscunt.

3 Cum Leo vicem suam Juliano in Comitatu commisit, non eo consilio commisit, ut Alexandrini Episcopi, aut aliarum orientalium insigniorum Sedium exemplum sequeretur. Neque enim tunc Romana Urbs, aequae ac Orientales, Imperatoris Orientis suberat, apud quem pro variis caussis ac negotiis agen-

dis aliquo ministro indigeret. Id primum inductum sub Justiniano, qui non minus Orienti, quam Italiae imperabat; hucque referendum est Responsalium & Apocrisiariorum Romanae Ecclesiae institutio, quae aliquem Clericum ministrum apud proprium Principem rebus multis necessarium invexit. Ea solum peculiari de causa Leo Julianum in Comitatu vices suas gerere voluit, ut is fidei integritati apostolico zelo prospiciens caveret ne quid a Nestorianis, vel Eutychnianis catholica fides detrimenti caperet; & ut in hanc rem, ubi opus esset, Imperatoris patrocinium & opem posceret. Ad id autem ea praesertim ratione motus fuit S. Pontifex, quia in Anatolio Constantinopolitano Episcopo eum catholicum vigorem, quem circumstantiae postulabant, nequaquam perspexit.

AN. CH. 453. *Epistola* lxxxiv. nunc cxl. ad Marcianum. cap. III. *Epistola* lxxxvi. nunc cxlii. ad Julianum. cap. III.

diam : Nam & de fide ejus ( Juliani ) sinceritate confidens , vicem ipsi meam contra temporis nostri hereticos delegavi , atque propter Ecclesiarum pacisque custodiam , ut a comitatu vestro non abesset , exegi . Hujus quoque meminit in epistola ad Pulcheriam . In eadem epistola ad Julianum Leo ab eo sciscitatur de quibusdam chartis , quas Aetius Presbyter significaverat prius missas esse : Brevarium fidei quod miserat , nondum accepisse : an 4 epistolam ad Flavianum , quam per Basilium Diaconum miserat , accepit . De actis Synodi Calchedonensis specialiter injungit , ut in unum codicem universa faciat congregari , in Latinum scilicet sermonem absolutissima interpretatione translata : quoniam propter linguarum diversitatem parum clara apud Occidentales habebatur instructio . Quærit de tumultu Monasteriorum Palæstinæ . Sed iis , quoniam elucidatione indigent , paullulum immorabimur . Epistolæ vero antea ineditæ , quas modo publicas facimus , ad illustrandam historiam hanc non parum conferent adjumenti .

VI. De tumultu Monachorum Palæstinæ . Accisis rebus Dioscori , proscriptaque Calchedone hæresi Eutychniana , complures Monachi rem agi suam rati , quia Archimandrita condemnatus , cui & professione vitæ & societate doctrinæ devincti erant ; succensere vehementer cœperunt , primum clanculum , tum palam detestari decreta Patrum , defendere Eutychem , sumtaque audacia omnia rursus moliri , ut Eutychnianum asserebant . Furere in primis Theodosius quidam Monachus Palæstinæ , qui Calchedonem venerat , Eutychnianæ factionis studio promovendæ , qua auctoritate apud Monachos pollebat . Verum ubi vidit debellatum hæreticum , quem fovebat , furenti similis in Palæstinam fugit ad Monachos Jerosolymæ imminentes , adversos Calchedonensi Synodo rumores spargit , pessumdatam in Synodo fidem , ( sic hæresim vocitabat ) Juvenalemque Jerosolymitanum , qui prius Ephesi in Eutychnis verba juraverat , defecisse a fide . Hæc & alia ejusmodi modo insurrexitans , modo palam vociferans turbulentas Monachorum mentes excitat . Juvenalis Jerosolymitanus dimissa Synodo Jerosolymam rever-

AN. CH. 453. sus est . Ejus adventu vesana hominum factio exardescere in Juvenalem , tamquam in prævaricatorem fidei : omnes tumultuari , minitari mortem , ni revocet jurata Calchedone decreta . Ille impar tot hostibus fugit Constantinopolim , dum motus tempore & mora conquiescunt .

Monachi absente Juvenale , ut Evagrius insinuat , & aperte Nicephorus commemorat , vel eo præsentem , ut habet epistola Marciani ad Alexandrinos Monachos in actis Concilii Calchedonensis , Theodosium Monachum creant Episcopum , deposito Juvenale : & pariter in sedes Episcoporum , qui nondum Calchedone redierant , quique fidem Calchedonensem præsentia & votis confirmarant ; aliosque suæ factionis homines Episcopos subrogant . Postea Theodosius ad propagandam hæresim nihil reliqui facere ; vel vi , vel voluntate cogere omnes ad execrandam Synodum Calchedonensem : regionem eadē & sanguine implere : non Presbyterorum , non Episcoporum auctoritate retineri ; immo instar ferocis belluæ grassari in omnes , qui anathema dicere in fidem abnuerent . Tum Eudoxia Theodosii junioris illius uxor Jerosolymis degebat . Illa imbuta primum veneno Eutychnis , cui quondam adversus Flavianum faverat , multum ponderis & auctoritatis factioni attulit . An privatis in Pulcheriam odiis ? an memoria Theodosii conjugis , sub cujus principatu Ephesi profligata fides ? Certe hæc femina grave vulnus Ecclesiæ inflixit .

VII. De tumultu Palæstino Romæ 5 primum rumor vagus , inter Episcopum & Monachos graves iras exarsisse ; sed latebat causa . Incertus Leo , an pro causa fidei decertarent , Julianum Coensem rogat uti ad se scribat de eo negotio . De Palæstinis , inquit , Monachis , qui jampridem in tumultu dissensionis esse dicuntur , quo adhuc animo moveantur ignoro : neque cujusquam sermone mihi patefactum est , quas causas videantur antefata præferre discordiæ . Utrum scilicet Eutychnianæ perversitati tali furore famulentur , an implacabiliter doleant Episcopum suum in hanc impietatem potuisse traduci : quod contra ipsorum locorum sanctorum testimonia , qui-

AN. CH. 453.

VII. 5

*Epistola* lxxxvi. nunc cxlii. ad Julianum. cap. III.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Verba Leonis epistolam 35. ad ipsum Julianum , non ad Flavianum significant , ut in hunc epistolæ locum idem Quesnellus in postilla marginali optime notavit .

5 Jam anno superiori S. Leo de Palæstino- rum Monachorum turbis adversus Juvenalem Jerosolymitanum Episcopum excitatis , & de pravo horum consilio ex Juliani litteris satis instructus fuerat , uti ex ep. 109. nunc primum edita monuimus adnot. 7. in annum præcedentem . Aliud vero nobis ignotum supervenisse dicendum est , ex quo in aliquam de eorum Monachorum consilio dubitationem incurrerit , ita ut plenior instructionem ab eodem Juliano hoc anno postularit . Confer adnot. 17. in ep. 113. Hic porro rerum gestarum circa hos Monachos chronologia a Quesnello minus

exacte profertur . Imperator ad compescendos Palæstinos tumultus an. 452. Dorotheo præcepit , ut Jerosolymam præsidio muniret . Tum Monachi supplicem libellum ad Pulcheriam Augustam direxere , quo de militibus conquesti , suum pravum sensum prodiderunt . Huic libello non solum Pulcheria , verum etiam Imperator Marcianus respondens exeunte an. 452. vel an. 453. ineunte dedit ad eosdem Monachos litteras , quibus mansuetudine primum & doctrina ac suasionem utens , ipsos ad sanam mentem revocare studuit . At cum nihil hac mitiori via profecisset , Theodosium seditionis ducem capi & in carcerem conjici jussit : quod cum is præsensisset , fuga se se e Palæstina subtraxit ; eoque remoto , ac Juvenali restituto sub finem ejusdem anni 453. turbæ compositæ sunt .



AN. CH.  
453.

quibus totus mundus instruitur, ab incarnationis dominicæ veritate desciverat; & quod in aliis per indulgentiam curari placuit, in illo putent non esse veniale. Unde cupio super his plenius edoceri.

Dum hæc Leo scribit, ecce litteræ a Juliano Coenſi, quibus totam hanc tragœdiam copioſius edocetur. Hoc ſanctum Pontificem conſolatur, quod Marciano animus pro religione tuenda non modo chriſtianus, ſed etiam ſacerdotalis. Nam audito Monachos duce Theodoſio turbare Eccleſiam, Dorotheo Palæſtinæ Præfecto imperat nihil omittre, ut rebelles Monachos reprimat. Jubeſt mittere in vincula Theodoſium ſeditionis facem. Dat deinde reſcriptum, ubi conjuncta cum clementia auctoritas, cum majeſtate religio, modo mitigare rebellionem manſuetudine, modo tentat compescere imperio. Interim Monachi Pulcheriam aggreſſi ſunt, libellos ſupplices illi dirigunt; ſed non æque facile ejus mentem atque oculos fascinant. Conſentanea fidei, hæreſi adverſa reſcribit Pulcheria. Leo hæc edoctus a Juliano, in reſponſione Auguſtum Auguſtamque laudat his verbis: *De edicto chriſtianiſſimi Imperatoris, quo imperita quorundam Monachorum infania quid mereretur oſtendit, & de reſponſione piſſimæ Auguſtæ, qua Monachorum præſules increparit, multum me gaudere ſignifico: non ignorans hunc ipsis fervorem fidei divina inſpiratione conſervi; ut omnes excellentiam ipſorum non ſolum regii culminis, ſed etiam ſacerdotalis appareat eſſe ſanctitatis.*

Epistola  
LXXXVIII.  
nunc  
CXVII.  
ad Julian.  
cap. II.

VIII.

Julianus miſerat exemplar edicti; ubi admirari licet ſapientiam, moderationemque Principis, qui pacem eſſe vult in Eccleſia, nec tamen diſſidentium voluntates cogere, nec vim inferre animis parat. *Ac noſtra, inquit, clementia nulli penitus neceſſitatem præcepit imponi, quatenus aut ſubſcriberet, aut conſentiret invitus. Non enim terrore aut violentia aliquos volumus ad viam trahere veritatis. Non enim impetu, ſed prudentia vitii erroribusque animi medendum eſt: ejuſmodi malum ingreſcit, ſi durius acerbique tractes. Marciano & Pulcheriæ Leo grata reſcribit: hocque conſilium bene conſulendi Eccleſiæ fidei præclarum opus vocat, gratulaturque Eccleſiæ, quod tales naſta Principes, quibus potentia regia & ſacerdotalis doctrina. Quoniam, inquit, Principibus noſtri temporis non ſolum potentiam regiam, ſed etiam ſacerdotalem cognoviſſimus inſeſſe doctrinam.*

Sacta  
Marciani  
ad Monach.  
Pal.

Epistola  
LXXXIX.  
nunc CXV.  
ad Marc.  
cap. II.  
Epist. XC.  
nunc CXVI.  
ad Pulcher. c. I.

Quantum animi erat Marciano pro concilianda pace Eccleſiæ, ex eo intelligimus, quod ipſe auctor fuerit Leoni, ut ad Eudoxiam ſcriberet, & perſuaderet meliora. Audivit Leo prudens conſilium, non litteris, ut reor, ſed viva nuntii voce delatum. Ad 6 Eudoxiam continuo reſcribit, egitque apud Valentinianum Eudoxiæ generum, ut & ipſe per litteras adhortaretur ad ſuſcipiendum fidei patrocinium. Hæc diu occulta per ineditam huc uſque Leonis ad Julianum epistolam accipimus: *Et quia ſecretius mihi clementiſſimus Imperator per filium noſtrum Paullum mandare dignatus eſt, de admonenda filia noſtra clementiſſima Eudoxia, ſeci quod voluit, ut litteris quam fructuoſum ipſi foret, ſi catholicæ fidei ſaveret, agnoſceret: & ut clementiſſimi Principis filii ſui litteris ſuper hoc admoneretur obtinui, non ambigens ipſam quoque pio ſtudio elaboraturam, ut auctores ſeditionum proſoſitum ſuæ profeſſionis agnoſcant: ut ſi non intelligunt doctentium predicationem, ſaltem vindicantium timeant poteſtatem.*

Leonis litteræ ad Eudoxiam non ſuperſunt; ſed duæ ſunt aliæ epistolæ quarum altera eſt ad Palæſtinæ Monachos, altera ad Eudoxiam. Monachis ſacram Chriſti incarnationem pluribus præclare explicat, ad unitatem fidei pacemque Eccleſiæ eos adhortatur: Eudoxiam vero rogat, ut ſua auctoritate Monachorum hæreticam pravitatem non fulciat; immo ipſa ſedulo labore ut illi aliquando reſipiscant, & mutata ſententia, & condemnato Eutyche, eadem cum catholica Eccleſia profiteantur. Ex qua epistola intelligimus Eudoxiam prioribus litteris Leonis non reſcripiſſe: quia reſponſionis nulla ibi mentio eſt. Neque illa, puto, ex monitis Leonis quicquam præfecit: conſtat enim Eudoxiam non rediſſe ad Eccleſiam, niſi anno & amplius poſt reſtitutum ſedi Juvenalem, cujus reſtitutionem Marciano & Pulcheriæ deberi teſtatur Leo, nulla Eudoxiæ facta mentione, quod non omiſſeſſet commemorare. Et quidem puto non niſi poſt duas ſuæ familiæ clades, Valentinianum occiſum, Eudoxiam captam a Genſerico, culpam agnoviſſe, & ſancti Eutymii ſermonibus edoctam, fidem catholicam eſſe profeſſam. Hoc tamen forſan egerunt monita Leonis, ut redeunti Juvenali Eudoxia obicem non poſuerit, monachosque, non adjuvando, pacatioris reddiderit.

Dum hæc geruntur Jeroſolymis, 7 Anatolius

AN. CH.  
453.  
IX.  
Leo monitus ab  
Auguſto ſcribit ad  
Eudoxiam.  
6

Epistola  
LXXXVIII.  
nunc  
CXVII.  
ad Julian.  
cap.  
III.

X.  
Epistola  
CXVII.  
nunc  
CXXIV.  
ad Palæſtinos.  
Epistola  
CXVI.  
nunc  
CXXIII.  
ad Eudoxiam.

An Eudoxia ex  
Leonis  
litteris  
profece-  
rit.

XI.  
7

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Legendum Eudociam & hic & in ſequentibus, ut liquebit ex adnot. 6. in ep. 117.

7 Habemus Marciani epistolam 110. ſcriptam 10. Februarii an. 453. quam Queſnellus poſtquam hæc ſcripſit, accepit, & ſecundæ editioni adjecit. Ex hac autem palam fit, non Anatolium, ſed Eutycheianos adverſus definitionem fidei in Calchedonenſi conſtitutam rumores ſparſiſſe, ac ſi eam Apoſtolica Sedes reprobaſſet. Eſt enim Leo epistola 106. ad

Anatolium ſatis confirmaveſſet definitionem Calchedonenſem, cum tamen ſimul rejeciſſet canonem pro Conſtantinopolitanæ ſedis prærogativa; hæc epistola publicata non fuit, & hac de cauſa rumore in vulgum ſparſo, eundem Pontificem Calchedonenſi Concilio contraria ſcripiſſe, Eutycheiani occaſionem arripere calumniandi ipſam fidei definitionem, ac ſi hæc a Pontifice rejecta fuiſſet. Vide adnot. 4. in ep. 110. Hinc Imperator exploratam fidei Calche-

AN. CH.  
453.

tolius per Legatos Lucianum Episcopum & Diaconum Basilium certus Romæ non probari, quæ Calchedone pro Sede Constantinopolitana definita, offensus repulsa, calumniari Leonem cœpit, clamque spargere ab Sede Apostolica rejectam Synodum Calchedonensem; quasi summus Pontifex fidem abnueret, quia Anatolii superbiam retundebat; iisque artibus dissimulabat fallaciam, ut plures in errorem induceret. Hæretici facile credebant, quod optabant; Catholici quod timebant. Ipse Marcianus verbis Anatolii prope circumventus, ut rem edoceret, ab ipso Leone, ad eum scribit: percussam quidem hæresim Calchedone, sed nondum debellatam; posse penitus profligari, si universis Ecclesiis Leo testetur se accipere Synodum Calchedonensem: *Quod facilius nunc clementia vestra arbitratur implendum, si per universas Ecclesias definitiones sanctæ Synodi Calchedonensis Apostolicæ Sedi placuisse doceantur.* Rescribit Leo non opus quidem litteris approbare fidem Calchedone decretam, quam ipse satis per epistolam, cui omnes subscriperant, testatam fecerat, quamque per litteras ad ipsum Imperatorem confirmavit; immo & per litteras ad Anatolium: quod ille maluit dissimulare, quam suum prodere ambitum: se tamen, ut ejus pareret voluntati, decretis synodalibus suum suffragium sententiamque subungere, qua fidei catholicæ subscribit, & condemnat hæresim. *De quo quidem, inquit, ratio non fuit ambigendi, cum ei fidei omnium subscribentium consensus accesserit, quæ a me secundum formam apostolicæ doctrinæ ac paternæ traditionis emissa est: & per fratrem meum Lucianum Episcopum talia & ad gloriam vestram & ad Constantinopolitanum Episcopum scripta direxerim, quæ evidententer ostenderent, me ea, quæ de fide catholica in prædicta Synodo definita fuerant, approbare. Sed quia in eisdem litteris ea, quæ per occasionem Synodi male sunt attentata, reprehenderam, maluit prædictus Antistes meam gratulationem tacere, quam suum ambitum publicare ... Quia vero omnibus modis obediendum est pietatis vestræ religiosissimæ voluntati, constitutionibus synodalibus, quæ mihi de confirmatione fidei catholicæ, & de hæreti-*

Ep. lxxxix.  
nunc cxv.  
ad Marc.  
cap. I.

Ibid. c. I.

corum damnatione placuerunt, libens adjeci sententiam meam. Ne, ut est in epistola ad Pulcheriam, fallax cujusquam simulatio sententiam meam haberi vellet incertam. Et, ut habet epistola ad Julianum, quam ex codice nostro MS. damus, propter eos scilicet, qui ad occasionem velandæ perfidiæ suæ infirma vel dubia videri volunt statuta Concilii, quæ nulla sunt consensus mei sententia roborata.

Leo itaque, ut omnes Anatolii artes eluderet, encyclicam epistolam Episcopis qui Synodo Calchedonensi interfuerant scribit, misitque ad Julianum duo exemplaria: quorum alteri adjecit exemplar epistolæ ad Anatolium, alteri nihil subdidit: alterum ut mallet Imperatori redderet. *Duas, inquit, a pari ad Synodum epistolas feci: unam, cui exemplaria epistolæ meæ ad Anatolium Episcopum datæ subdi feci; alteram, quæ exemplaria subdita non haberet: tuo permitte arbitrio, ut quam dandam esse clementissimo Principi duxeris, hanc tradas, altera apud te retenta.* Episcopis significat se ex animo decreta Synodi accipere: *toto, inquit, corde me fuisse complexum: se hæc scribere, non quod necesse esset, sed quia ita placuit Marciano, ut aliorum suspicionem amoveat, quasi reculet approbare decreta Calchedonensis Synodi: ne per malignos interpretes dubitabile videatur, utrum quæ in Synodo Calchedonensi per unanimi-  
tatem vestram de fide statuta sunt, approbem.* Deinde testatur se prius assensum synodalibus gestis dedisse per Legatos; sed se id palam facere, ut omnibus sua consensus innotescat. Tanta scilicet erat summorum Pontificum pro sacris Conciliorum decretis reverentia ac obtemperatio, ut vel levem dissensus suspicionem omni studio remotam Leo velit. Id quidem in rebus fidei, non in causa Anatolii, utpote quæ Synodo Nicænæ contraria est: *Ut & fraterna universitas & omnium fidelium corda cognoscant, me non solum per fratres, qui vicem meam executi sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodalium propriam vobiscum unius-  
se sententiam, in sola videlicet causa fidei (quod sæpe dicendum est) propter quam generale Concilium, & ex præcepto christiano-  
rum*

AN. CH.  
453.Ep. xc.  
nunc cxvi.  
ad Pulch.cap. II.  
Epistol.  
lxxxviii.nunc  
cxvii.  
ad Jul.cap. I.  
XII.  
Epistol.lxxxvii.  
nunc cxiv.  
ad Episc.Calch. Syn.  
Epistol.  
lxxxviii.nunc  
cxvii.  
ad Jul.cap. v.  
Epistol.lxxxvii.  
nunc cxiv.ad Episc.  
Calch. c. I.

Ibidem.

8

## EDITORUM ADNOTATIONES.

chedonensis confirmationem a Leone petiit, simulque laudavit ejus constantiam, qua privilegia Ecclesiarum Nicænæ canonibus firmata haud violari permittens, Calchedonensi canoni pro Constantinopolitana Sede edito fortiter restitit. Confer adnot. 3. Has Imperatoris litteras Paullus Romam attulit, ac simul detulit Juliani epistolam una cum Marciani & Pulcheriæ litteris ad Monachos Palæstinos: ac per eundem Paullum S. Leo transmisit ep. 114. ad Synodum Calchedonensem, 115. ad Marcianum, 116. ad Pulcheriam, & 117. ad Julianum: quæ omnes scriptæ fuerunt die 21. Martii an. 453.

8 Reverentia & obtemperatio Leonis definitioni fidei Calchedonensis eo sensu vera est, quatenus hæc definitio cum sua dogmatica ad Flavianum epistola congruens, ab eodem Pontifice satis aperte jam probata fuerat epistola 104. ad Marcianum, & præsertim ep. 106. ad Anatolium datis die 22. Maji an. 452. Secus vero sicut restitit canoni in Anatolii causa, ita etiam restitisset definitioni fidei, siquid a sua dogmatica epistola dissonum in ea deprehendisset: qua de causa reprobavit latrocinium Ephesinum, licet generalis Concilii formam præferret.

AN. CH. 453. *rum Principum, & ex consensu Apostolicæ Sedis placuit congregari.*

XIII. Anatolius Illyricum sollicitat pro suæ Ecclesiæ privilegiis. Nihil his motus Anatolius omnem movet lapidem, ut incepta consilia ad exitum perducatur: in Illyricum vel mittit, vel ipse abit, cum Episcopis illius provinciæ communicat; quæ in honorem suæ Sedis Calchedone decreta sunt, rogat subscribant: sed hæc fieri prohibet Euxitheus Thessalonicensis Episcopus, nuper in locum Anastasii ordinatus: qui Romam miserat Episcopum ordinationis suæ nuntium, ut & simul declararet consilia Anatolii: quæ omnia ex litteris jam citatis ad Julianum Coensem accepimus. *Illud etiam nosse te volumus, Anatolium Episcopum post coercionem nostram in suæ præsumptionis adeo temeritate persistere, ut Illyricanos Episcopos, ut sibi subscriberent, conveniret: quod nobis Episcopus qui a Thessalonicensi ordinationis nuntius missus est, intimavit.* Quoniam Anatolius nihil proficiebat monitis, Leo cui bene perspecta erat elatarum mentium indoles, ejus superbum animum mutare instituit silentio contentuque. Consilium probavit eventus, ut suo loco videbimus. Gravius siquidem id tulit Anatolius, quam minas: ideoque apud Julianum Coensem Pontificis conquestus est. Ille Leonem ad rescribendum invitat. Ad hæc Leo: *Cui ideo scribere nolimus, quamvis ipse hoc peteres debere fieri, quia cum corrigi nolle perspeximus.*

Epistol. lxxxviii. nunc cxvii. ad Jul. cap. v. *Ibidem. cap. v.* XIV. Ægypti tumultus. Ægyptus non quietata tunc temporis. Dioscoro Calchedone deposito, Ægyptii Episcopi post Synodum Calchedonensem redierunt Alexandriam, coactoque Clero cum nobilibus civitatis, alterum subrogare illi institunt. Verum populus coitione facta electionem turbat, seu complures Dioscoro faverent, seu ordinari Episcopum altero superflite nollent: quod testatur Liberatus in Breviario: *Volentibus neminem penitus ordinare, ne adulteri viderentur Dioscoro quippe vivente.* Tamen proposito Proterio assensu omnes: quia carus Dioscoro, cui absens Alexandriam commendaverat Ecclesiam. Sed postquam ad Pontificatum evectus, plebs seditionem redintegrare, scindi in factiones; pars petere Dioscorum, adversari Proterio; pars huic favere: adeo ut militari custodia indigeret, quo vim & impetum populi retineret. Leo 9 nondum acceptis Alexandria nuntiis, præfagebat quæ gerebantur, revolvens animo quantum Dioscoriana factio valeret. Litteras itaque ad Alexandrinum Episcopum vel ejus ordinatores seu Clericos

Proterius Alexandrinæ Ecclesiæ præficitur.

AN. CH. 453. *misit, exemplariaque ad Julianum Coensem: ut ea, quæ scribebat, ad Augustum referret. Periere litteræ, sed de his mentionem habent, quæ ad Julianum scriptæ sunt hoc anno. Quibus etiam sciscitatur de Monachis Ægyptiis, an fidei catholicæ tenaces? an pacis amantes? quomodo Alexandriæ se res habeant? De Ægyptiis Monachis quam quieti, aut cujus sint fidei, scire desidero: & de Alexandrinæ Ecclesiæ panum, nunc ce quid ad vos veris nuntiis perferatur: ad cuius Episcopum, vel ordinatores ipsius, seu Clericos, qualia scripta direxerim, missis exemplaribus scire te volui.*

Iisdem prope temporibus ad Maximum Episcopum Antiochenum & Theodoritum Cyrensem litteras misit. Maximum nuntios Marcianum Presbyterum & Olympium Diaconum Romam miserat, qui victoriam fidei triumphatosque Calchedone hæreticos summo Pontifici gratularentur. Per eos monuerat nondum ita oppressam hæresim, ut non moveret lacertos; esse adhuc complures, qui professam Calchedone fidem respicerent. Per eosdem nuntios rescribit Leo, laudatque illam, quam professus litteris erat, fidem, hortaturque ut eam vindicet a conatibus hæreticorum, seu ii Nestorii, seu Eutychis sectatores fuerint. Nam perinde utrique damnandi: *Quia non interest quosacrilegio ab incarnationis dominicæ veritate discordent, dum id quod pravissime sentiunt, nec auctoritas Evangelii, nec ratio recipiat sacramenti.* Monet deinde ut privilegia tertiæ Sedis retineat, nec ea sinat ambitione cujusquam imminui; sed fortiter decreta Nicænæ Synodi defendat, quibus ut derogat nullo molimine, nulla auctoritate persuaderi potest. Simulque suas ad Anatolium litteras illi mittit, quas Episcopis suæ provinciæ significari optat, ut discant omnes quo animo reprimere conatus Anatolii instituerit. Sub finem epistolæ hæc subjungit: *Illud quoque dilectionem tuam convenit præcavere: ut præter eos, qui sunt Domini Sacerdotes, nullus sibi docendi & prædicandi jus audeat vindicare, sive ille Monachus, sive sit laicus, qui alicujus scientiæ nomine gloriatur: quia etsi optandum est ut omnes Ecclesiæ filii quæ recta & sana sunt sapiant, non tamen permittendum est ut quisquam extra sacerdotalem ordinem constitutus, gradum sibi prædicatoris assumat: cum in Ecclesia Dei omnia ordinata esse conveniat: & in uno Christi corpore & excellentiora membræ suum officium impleant, & inferiora superioribus non resultent.*

Gra-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

9 Id falsum est. Tres enim epistolas Leo acceperat de ordinatione Proterii, unam ipsius Proterii, alteram ordinatorum ejus, tertiam Cleri Alexandrini, quibus S. Pontifex totidem epistolas reddidit, quæ desiderantur, uti monuimus in Dissert. de epistolis deperditis n. 61.

Adeo vero certum est, Proterium ad Leonem scripsisse litteras de ordinatione sui, ut idem Pontifex plenioris expositionem fidei ab eodem desideraverit. Vide epistolam 127. ad Julianum c. 1.

AN. CH.

453.

XVI.

Ep. XCIII.

nunc CXX.

ad Theod.

cap. I.

10

Gravissimam quoque epistolam ad Theodoritum scripsit. Decreta Calchedone prædicat, ut a Deo profecta, & sententia irrevocabili sancita: quia prius quidem ab Apostolica Sede concepta, sed 10 firmata deinde irretactabili, ut Leo loquitur, auctoritate omnium Episcoporum. Unde gloriamur, inquit, in Domino cum Propheta canentes: *Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit calum & terram: qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit; sed quæ nostro prius ministerio definierat, universa fraternitatis irretactabili firmavit assensu: ut vere a se prodiisse ostenderet, quod prius a prima omnium Sede formatum totius christiani orbis iudicium recepisset: ut in hoc quoque capiti membra concordent. In quo amplius nobis accrescit gaudendi materia, dum & tanto magis se perculit inimicus, quanto contra Christi ministros savius infurxerit. Ob perpeffos labores injuriasque a Dioscoro acceptas eum insuper laudat, excitatque ad delendas penitus Nestorianismi & Eutylianismi reliquias, & suadet ut mediam catholicæ doctrinæ viam sequatur, neque dextrorsum, neque sinistrorsum a recto deflectens tramite, quoniam*

utrimque error est. Hoc præcipue præfenti occasione credimus admonendum, frater carissime, ut quotiescumque, divina gratia ministrante, illos qui foris sunt, fonte doctrinæ aut submergimus, aut purgamus, in nullo ab illis, quas Spiritus sancti Divinitas in Calchedonensi Concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter utrumque hostem sermonem nostrum cum omni cautela libremus. Deinde rogat eum ut rescribat, si quid apud illas regiones doctrina dominica proficiat. De consiliis Anatolii, de Monachis & laicis eadem quæ Maximo, ne scilicet temerario ausu prædicationis & doctrinæ muneris se immisceant: quia, ut definitum in Conciliis, Episcoporum præcipuum munus est.

Sequuntur in editis codicibus aliæ epistolæ, de quibus vel jam diximus, vel dicemus postea. Est & altera ad Julianum Episcopum data VII. Kalend. Julii Opilione Consule, XVII. ubi Leo sollicitudinem suam pro fide paucis explicat, ab eoque frequentes de rebus Ecclesiæ litteras poscit; rogatque ut mandentur executioni, quæ ad Imperatorem, & nunc CXXV. ad eum prius scripserat.

AN. CH.

453.

Ibidem

cap. IV.

A N N U S  
CHRISTI

454.

LEONIS  
PAPÆ

15.

VALENTINIANI 30.  
MARCIANI 5.

IMPP.

AETIO ET  
STUDIO

COSS.

I.  
Ep. XCIX.  
nunc  
CXXIV.  
ad Marcian.

DE rebus Palæstinæ, ut opinor, inquit, rebat Leo superiori ad Julianum epistola. Huic tum provinciæ pacem redditam per id temporis accepit, ut ex sequenti ad eundem epistola intelligimus. Est & epistola ad Marcianum, quam in nostro codice reperimus. Data est v. Idus Januarii; qua bonas ejus litteras accepisse significat. Quod vero litteris Augusti continebatur, ex epistola ad Julianum colligimus. Marcianus dixerat prioribus litteris ea, quæ pro fide & concilianda Ecclesiæ pace gessisset: alteris Anatolium amicum Leoni reddere conabatur; rogabatque ut suam illi i communionem non denegaret, pollicitus Anatolium illi in omnibus, quæ ad fidem pertinebant, audientem fore. Ex epistola tamen ad Julianum hoc anno ineunte data accepimus ab Anatolio Concilium superiori anno factum Constantinopoli ex Episcopis, qui tunc in urbe erant. De ejusmodi Conciliis modo sermo fuit. In ea Synodo lecta epi-

stola, quam rogatu Imperatoris ad Episcopos nuper Calchedone congregatos scripserat. Sed quoniam in ea Synodo omnia nuntia Anatolii agebantur, lecta sunt tantum ea quæ de fide, non quæ de consiliis Anatolii Leo fuisse fuerat profectus. Ibi quoque causa Aetii ventilata: accusationibus quippe variis oneratus est; sed calumnias iterum facile diluit.

Eodem anno, ut legimus in epistolis aliis Leonis ad Marcianum, Julianumque v. Id. Januar. Palæstinæ motibus sedatis, litteras quoque a Proterio Alexandrino Patriarcha accepit Leo allatas per Nestorium Episcopum, ut puto, Phragoneos, qui, ut ex Liberato colligo, ejus consecrationi, & nuper Calchedonensi Concilio adfuerat. Romam non recta venit, sed per Constantinopolim iter faciens, litteras Leonis ab Imperatore detulit, qui de novo Alexandrinorum Antistite Proterio magnifice loquebatur. Hujus fides Leoni primo

II.  
Litteræ  
Proterii  
ad Leonem.

2 fu-

I  
Epist. c.  
nunc  
CXXVII.  
ad Jul. c.  
III.  
συνδος ἐν  
Constantin.  
CP.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

10 Similem Quesnelli postillam expendimus adnot. 2. in epist. 120. quæ hic omnino recollenda est, ut genuinus Leonis sensus a Quesnelliana interpretatione alienus intelligatur.

1 Non communionem, a qua Anatolius non fuerat a Leone exclusus, sed Pontificis gratiam (hac enim voce Leo utitur ep. 127. 128. & 130.) illi conciliare Imperator studuit.

AN. CH.

454.

2

Ep. ciii.  
nunccxxxix. ad  
Proterium.Beda Pre-  
sb. de Ra-  
tione tem-

porum, cap.

42. Vide  
infra an.

455. Ep. ead.

cap. I.

Epistola  
S. Leonispublice le-  
cta Alex-  
andrie &

ad SS. PP.

Flavianum  
epistolam  
defendit  
adversus  
calumnias  
hæreticorum  
: quam legi  
optat  
frequenti  
concione,  
ut Alexan-  
drinos de  
sua doctrina  
certos faciat,  
quæ eadem  
cum Alexan-  
drinis  
Episcopis.  
Rogat deinde,  
ut allata  
Patrum  
testimonia  
cum sua  
epistola  
publice  
conferat:  
quo palam  
fiat  
cum Nesto-  
rium pariter  
& Eutychem  
de-  
testari.

Tom. II.

2 suspecta : quia carus olim Dioscoro, qui curam tutelamque Alexandrinæ Ecclesiæ illi commiserat, quando ad Synodum profectus est. Græta Leoni litteræ, quia ejus rectam fidem, ut Marcianus prius testatus fuerat, declarabant : quibus & Leo egregie respondit. Epistola diu delituit : hanc ope nostri cod. MS. e tenebris eruimus : cujus fragmenta exstant & apud S. Thomam 2. 2. quæst. II. art. 2. ad 2. & apud Bedam, de quibus ac ejusdem Bedæ hallucinatione consule annotationes nostras ad hanc epistolam. Lætitiâ primum illi suam significat. *Lætificaverunt*, inquit, *me litteræ dilectionis tuæ, quas frater & coepiscopus noster Nestorius pio apportavit officio. Oportebat enim ut ab Alexandrinæ Ecclesiæ Præsule talia scripta ad Sedem Apostolicam mitterentur, quæ ostenderent magister beatissimi Petri Apostoli hoc ab initio per beatum Marcum ejus discipulum didicisse Ægyptios, quod constat credidisse Romanos.* Multis deinde suam ad Flavianum epistolam defendit adversus calumnias hæreticorum : quam legi optat frequenti concione, ut Alexandrinos de sua doctrina certos faciat, quæ eadem cum Alexandrinis Episcopis. Rogat deinde, ut allata Patrum testimonia cum sua epistola publice conferat : quo palam fiat cum Nestorium pariter & Eutychem de-

AN. CH.

454.

Apparet ex eadem epistola missas quoque ad eum litteras, quas Leo ad Concilii Episcopos, ad Marcianum, & ad Anatolium miserat : ubi rata esse confirmat, quæ de fide definita sunt ; irrita declarat, quæ in præjudicium Sedis Alexandrinæ Calchedone acta sunt. Eutychiani scilicet offensi decreto Concilii Calchedonenfis & fide Leonis, ejus epistolam palam criminabantur, eam in pravos distrahentes sensus ; singulos apices & syllabas insidiosè observabant. *Inimici crucis Christi*, inquit, *omnibus & verbis nostris insidiantur & syllabis.* Et quoniam ejus integritatem corrumpere nequibant, prava adulterabant interpretatione. Leo ut insidiis occurreret, rogavit Marcianum ut græce juberet reddi, seu per Julianum Coensem, vel per alium quemlibet peritum utriusque linguæ, eamque suo ob signatam sigillo ad Alexandrinos judices mitteret, qui cum B. Patrum locis, quæ adjunxerat, populo prælegerent : ne hæreticorum calumniis fallerentur, & omnes tam Nestorium a se, quam Eutychem condemnatum scirent. *Quia vero*, inquit, *quorundam hæreticorum versuta nequitia, ad conturbandam aliorum simplicitatem, epistolam meam, quam ad beatæ memoriæ Flavianum dedi, 3 falsasse perhibetur : ut, commutatis quibusdam litteris vel syllabis, receptorem me Nestoriani erroris assereret : obsecro venerabilem clementiam tuam, ut eandem epistolam*

Eadem epistola in-  
sidiosè ex-  
plicata.Ep. ciii.  
nunccxxxix. ad  
Proterium.Ep. civ.  
nunc cxxx.ad Mar-  
cianum.Eadem si-  
gillo Prin-  
cipis mu-  
nita.Ep. civ.  
nunc cxxx.  
c. III.

3

O o meam

## EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Suspecta Leoni non fuit Proterii fides, ac si is carus olim Dioscoro fuerit. Nihil istiusmodi a Leone indicatur. Solum cum non ita plenam invenisset expositionem fidei in ejus litteris, quas ille de sui ordinatione direxerat, ut circumstantiæ ejus loci ac temporis videbantur flagitare ; plenior & expressior declarationem aliis litteris ab eo explicandam desideravit : cui rei Proterius promptissime satisfecit.

3 Initio quidem Leo credidit, Alexandrinos non potuisse suam epistolam Nestorianismi accusare, nisi ex prava Græca versione quædam loca falsata fuissent, atque corrupta. At postea cum scripsit epistolam 152.prehendisse videtur, difficultates contra eandem epistolam productas non dimanare ex interpretatione Græca, quam hæretici corrupissent, sed ex calumniantium vanitate, qui veritati non acquiescentes, in verbis & syllabis Græcæ versionis cavillabantur, eaque ad Nestorianum sensum detorquebant : unde eos ab Imperatore compefcendos postulavit. Enimvero qui epistolæ Leonis calumniabantur, cum adversarentur & rejicerent Calchedonense Concilium, non aliam interpretationem Græcam ejus epistolæ accusabant, nisi quæ Calchedonensi erat inserta, ac toto Oriente disseminata : quam tamen esse falsatam, & nihilominus approbatam a Concilio nemo catholicus affirmavit. Neque vero alia Græca versio, quod sciamus, existit, nec quæ existat, ullo exemplo depravata hætenus inventa est. Solum vi-

tiatæ interpretationis opinio invaluit sub Anastasio II. Pontifice, sed diversa ratione. Quæ enim vitiatio a Leone tribuenda credebatur Eutychianis, ac si eo consilio versionem suæ epistolæ corrupissent, ut Nestorianam labem eidem epistolæ opponerent ; sub Anastasio tributa fuit Nestorianis, ut S. Pontificem cum Nestorio concinentem suaderent. Apocrypharii enim Alexandrini in libello dato Legatis ab eodem Pontifice Constantinopolim directis, ut unitatem cum Orientalibus procurarent, narrant ipsius Leoninæ epistolæ (quam per errorem ad Calchedonensem Synodum destinatam vocant,) interpretes eos fuisse, qui cum Theodoro Cyrorum civitatis Episcopo tunc fuerant Nestorianæ hæresis sectatores : ut licentius adstruerent Nestorium minime perversa sensisse. Dein ut hac in versione quædam loca in Nestorianum sensum detorta ostendant, addunt Photinum Theffalonicensis Ecclesiæ Diaconum affirmasse, sibi Romæ coram Anastasio de eadem interpretatione agenti ipsum Pontificem satisfecisse, quod scilicet in epistolæ translatione comprobarentur errores : ipsam vero Latinam epistolam juxta fidem recentiorum decem & octo sanctorum Patrum editam conspici : & idipsum ejusdem Pontificis Legatos sibi metipsis confirmasse pronuntiant. *Verum Sanctitas vestra*, inquit, *non semel, sed crebro nos docere dignata est, in epistolæ interpretatione errores interstos, non in Latino textu fuisse conceptos.* At hac quoque de re vehementer ambigimus.

tom. 5.  
Conc. pag.  
412.

Apo-

AN. CH.  
454.

*meam per fratrem meum Julianum Episcopum, vel eos quos idoneos ad hoc opus pietas vestra delegerit, in Græcum sermonem jubeatis integre diligenterque translata, per idoneum perlatorem sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam judicibus Alexandrinis: qui eam Clero & plebi ipsius civitatis cum prædictorum Episcoporum prædicationibus, quibus & mea scripta consentiunt, faciant recitari: ut agnoscant se fallacium hominum fraude ulterius decipi non debere, & probetur Apostolicæ Sedis sinceritas, apud quam nec Eutyches, nec Nestorius ullum obtinent locum: quia sicut alios hereticos, ita & istos Ecclesia universalis damnavit.*

III.  
Ep. cii.  
nunc  
cxxx. ad  
Julianum.

Est & epistola non prius edita ad Julianum Coensem de eadem re. Rogat ut epistolam suam ad Flavianum ex Græco in Latinum vertat sermonem; & ut nihil illum lateat, exemplaria epistolarum ad Marcianum & ad Proterium illi mittit. Hæretici nihilominus depravare ejus epistolam, ut jam diximus, pergunt, sensusque subditios subjicere; deformatam spargere in vulgus, multos improba pravitate decipere.

Malum etiam post obitum Leonis durabat. AN. CH. Anno enim cccxcvii. tempore Anastasii Pontificis Apocrysiarii Ecclesiæ Alexandrinæ Legatis Roma missis supplices libellos dederunt, ubi fuisse complures falsa interpretatione deceptos comperio. Ignari quippe pravitatis, epistolam Nestorianismi arguebant: nec minus Legati Romani, quam Proterius, in vindicanda ab hæresi epistola laborarunt. Marcianum tamen puto Julianumque Coensem perfecisse, quæ Leo rogaverat. Siquidem Imperator, pro religione Alexandriam turbari audiens, 4 edicto cavuit, ne turbæ fierent, plectens pecunia, exilio, & supplicio, qui virulentia Eutychetis infecti, & qui nolent cum Proterio communicare: quique sub imagine & prætextu religionis conventicula & cætus agitant. Baronius edictum publicatum hoc anno existimat, nec Constantio & Rufo, ut vulgo scribitur, datum: quia illi imperante Leone Consulatum inierunt; sed Studio & Aetio Coss. regnante adhuc Marciano: quam emendationem amplector, & juvat epistola Leonis data iv. Kal.\* Maji, quam Holstenius edidit, & nos iterum edidimus. Sic

AN. CH.  
454.  
Leonis epistola post mortem ejus calumniis petita.4  
Bayon. a.  
454. n. vi.

\*leg. Junii.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

Apocrysiarii enim, qui hæc prodiderunt, hæretici erant inimici Calchedonensis Concilii, & Dioscori, Timothei Æluri, & Petri Mongi manifesti defensores. Hi autem cum unitatem Apostolicæ Sedis expeterent, ut repudiata Leonis epistolæ rationem aliquam afferrent, Nestorianam labem interpretationi Græcæ tribuerunt, ex qua majores sui idem vitium in Latino textu rati, sese a Romanæ Ecclesiæ unitate sejunxerant. Id vero cum ipsi Apocrysiarii falsum esse ex Photini ac Legatorum testimonio se detexisse venditarent, etsi adhuc re ipsa laudatam epistolam græce redditam, & a Calchedonensi Synodo approbatam rejicerent, eo tamen nomine se suscipiendos sperabant, quod errores in solam versionem referentes animum a Latino textu laudatæ epistolæ minime alienum præferrent. Hac fraude Romanam communionem subripere studuerunt. Sicut autem hi profecto errarunt, cum hanc epistolam ad Synodum Calchedonensem datam dixerunt, quæ non ad hanc Synodum, sed ad Flavianum Episcopum scripta fuerat; qui error ex eo fonte manavit, quia re ipsa non aliam Græcam epistolæ interpretationem cognoscebant impetebantque, nisi quæ in Calchedonensi Synodo erat inserta: ita errarunt pariter, vel potius voluerunt fallere, cum eam a Nestorianis græce redditam, & Nestorianæ labæ inspersam commenti sunt. Ipsum Leonis testimonium, quo de Eutychianis quidem corruptoribus aliquando suspicatus est, numquam vero de Nestorianis, hocce commentum confirmat. Photino tamen aliisque Eutychianis facile fuit hocce commentum imponere atque suadere Anastasio Papæ aliisque Romanis, qui Græcam linguam ignorantes, vel Græcam ejus epistolæ versionem non conferentes cum originali Latino, eisdem Eutychianis hujus versionis errores ex suo sensu producentibus & explicantibus fidem præstitere. At si hos de-

ceperunt circa factum versionis, non tamen fefellerunt in substantia doctrinæ: neque enim ad unitatem & communionem Apostolicæ Sedis admissi fuere, nisi qui Calchedonensem Synodum, & Leonis epistolam in eo susceptam exploratis professionibus recipere. Hæc fusius explicanda fuerunt, eo quod sententia de falsata Leonis epistola apud plures obtineat, & Leonis testimonium hoc Eutychianistarum documento confirmari credatur, ac si utrumque concinat, cum tam diversa pronuntiet.

4 Duo Marciani Imperatoris gesta distinguenda sunt: epistola ad Alexandrinos Monachos, qua eos suasionibus, & Alexandrinorum Antistitum auctoritatibus ad sanam doctrinam revocare, suoque Episcopo S. Proterio conciliare studuit; & edictum ad Palladium, quo inobedientes & factiosos pœnis coercuit. Cum in ea epistola ab Imperatore in Ægyptum missus tradatur Joannes Decurio, quem eodem directum Leo intellexerat, dum scripsit epistolam 141. signatam die 11. Martii an. 455., ex imperiales litteræ datæ noscuntur vel sub finem an. 454. vel sub initium anni 455. Edictum porro ad Palladium etsi in codice Justiniano Consulatum præferat Constantini & Ruffi anni 457. Idibus Augusti, cum forte idem edictum sub Leone Augusto repetitum fuit; vere tamen prodiit Kalendis Augusti non Studio & Aetio Coss. idest an. 454. ut cum Baronio Quesnellus credidit, sed Valentiniano VIII. & Anthemio Coss. nimirum an. 455. uti eadem lex in MSS. collectionum Quesnellianæ, Hispanicæ, & Isidorianæ notatur. Neque his obest ep. 107. nobis 136. ad Marcianum data die 29. Maji anni 454. Verba enim, quæ ex hac Quesnellus subjicit, non rem jam ab Imperatore peractam, sed, uti Leo sperabat, proxime faciendam significant.

AN. CH. Sic vero in ea epistola Leo cum Imperatore: Cum etiam per Ægyptum, Deo vos in omnibus adiuvante, celerius credamus omnes pravi dogmatis extinguendas reliquias: benigne enim his consulitis, quibus licentiam excrabilis erroris aufertis.

Eutyches interea anathemate percussus, ira æstuans late venenum diffundere parat, proscindere PP. Calchedonenses satagit, nec cessat sacræ Christi œconomix obrectare. Leo per litteras Juliani admonitus ad Marcianum statim scribit, longe in exilium mittendum Hæreticum, qui vicinitate urbis ad vitium & corruptelam abutitur. Archimandritam Eutychi suffectum crebris Juliani colloquiis confirmandum: ut Monachi sui Præpositi morbo laborantes ad sanitatem redeant. § Julianum quippe removebat a familiaritate & consortio novi Archimandritæ Eutyches; seu, quod auguror, ipsi Anatolius Leoni infensus, atque adeo in Julianum ejus Legatum alienato animo: quod ex epistolis Leonis ad Augustum mihi facile persuasum est. Nam amicos suos Imperatori commendat, ne noceat illis Anatolius: Precor autem, ut eos maxime tueamini contra omnes insidias, quos mihi & vestra mansuetudini propter amorem fidei placere cognoscitis: ut eos Constantinopolitanus Episcopus ledendi non habeat facultatem.

IV. Eutyches ad longinquiora amandatus.

V. Sic Anatolius cupiditati & iræ indulgens, Ecclesiæ res & jura defendere negligebat. Hic licet sancti Leonis vigilantiam admirari, qui nihil quod erat Ecclesiæ, a se alienum putabat. Prava tunc temporis in Ecclesia CP. consuetudo erat: œconomus Ecclesiæ rationes facultatum & oblationum ad judices publicos referebat, non, ut moris erat, ad Episcopum & Clerum Ecclesiæ. Hujus mali prima labe, avaritia Clericorum: nam dum illi negotium Dei quæstui habent, & rem Ecclesiæ ex commodo metiuntur, lites inter se & dissidia serunt, quibus dirimendis non idonei, quia inter ipsos Sacerdotes, qui & ipsi judices, pugna. Delatæ ad publicos magistratus causæ, sensimque pravum exemplum fuit consuetudo, & nostris temporibus prope necessitas, quamdiu ii quorum interest, non tam rem Ecclesiæ, quam suam agent. Gennadius successor Anatolii, ut hanc avaritiæ pestem excideret, laboravit. Legimus enim Marcianum ejus œconomum jussisse, ut suis singulæ Basilicæ fruerentur oblationibus, quas prius primaria retinebat. Leo igitur huic malo consultum volens, de judiciis Clericorum ad Augustum scribit, & se jam de hoc negotio prius scripsisse refert. Hanc ejus epistolam ex MS. nostro edidimus.

Illud etiam, inquit, rationabiliter huic episcopo Tom. II.

AN. CH. 454. Ep. CVII. nunc cxxxvi. ad Marcianum ex cod. Grimani. & Romana Holstenii collectione.

Ep. CVIII. nunc cxxxvii. ad Marcianum. c. II.

AN. CH. 454. stola credidi copulandum, ut de eo, quod pietatem vestram prioribus petii litteris, deprecaver: ut œconomus CP. Ecclesiæ novo exemplo, & præcipue pietatis vestre temporibus a publicis iudicibus non sinatis audiri; & hanc quoque injuriam sacræ removeatis ordinibus; sed rationes Ecclesiæ secundum traditum morem sacerdotali examine jubeatis inquiri.

Sed ut ad Anatolium redeam, ille hoc anno cum sancto Leone in gratiam redire, vere an simulate, voluit. Dubium, an reigeltæ pœnitentia, an irriti conatus dolore; seu, quod verius, victus constantia Leonis, & Marciani voluntate, cujus animus ad pacem pronus. Sic se res habuit. Marcianus primum de reconcilianda cum eo gratia ad Leonem litteras dedit, de Anatolio spondens meliora. Hæc ex epistola sancti Leonis ad Julianum Coensem, quæ hoc anno v. Idus Januarii data legitur. Marciano respondet Leo per epistolam, quæ tota est & inscribitur de correctione Anatolii. Hunc in ea objurgat, ut auctorem dissidiorum; laudatque Marcianum, ut pacis amantem: quippe qui sedare velit tempestates, quas Anatolius excitavit: eaque conditione pollicetur amicitiam, ut prius scripto testetur se abjecisse culpabilem ambitum. Satisfaciat, inquit, canonibus, & omnium gratiam Sacerdotum servatarum se esse rescribat; ambitumque culpabilem se abjecisse significet. Anatolius omnia ex votis Leonis facturum dixerat: ad quæ Magnus Pontifex: Tantum quod verbis spondet, corde perficiat. Quod si abnuat, minatur se libere & constanter facturum. Si vero, ait, quæ Deo & pietati vestra displicent, pertinaci intentione delegerit, salva mansuetudinis vestrae reverentia, utar cum omnibus & pro omnibus, vobis quoque annitentibus, adversum superbientem liberiore constantia, quem, quod sæpe dicendum est, malim pro sanctis actibus fraternam caritate complecti. Cum omnibus, dicit, & pro omnibus: quia non solum sua, sed & aliorum erat causa, si superbiam & ambitum Anatolii retunderet, canonum vim & auctoritatem defenderet, & privilegia Ecclesiarum vindicaret ab injuria. Addidit, vobis annitentibus, quia & Principum est decreta Ecclesiæ tueri.

VII. Ep. Anatolii ad Leonem post epist. Leonis CV. nunc est ep. cxxxii.

Oo 2

dream

EDITORUM ADNOTATIONES.

§ Hæc de Eutyche, vel Anatolio in Julianum infensus omnino gratis affirmantur. Leonis testimonium subinde recitatum ex epistola 134. c. 3. non ad Julianum, sed ad Clericos

Constantinopolitanos verisimilius refertur, quos ipse metuebat ne Anatolius opprimeret: hujus enim litteras nondum acceperat, quibus sibi satisfacere atque in ejus gratiam redire studuit.

AN. CH. 454-6  
 Ep. CVI. ad Anatol. nunc cxxxv.

dream depositum & 6 abjectum ab Ecclesia, cum Eutyche Eutychnisique omnibus, etsi in speciem hæresim fuissent detestati, subscripsissentque epistolæ ejus ad Flavianum. Decretum vero in honorem Sedis CP. non se, sed suæ Clericos Ecclesiæ quæsisse: qui & confirmationi Leonis omnia reservarant. Hanc Anatolii epistolam simul cum litteris Marciani accepit Leo, quibus eodem die rescripsit. Ad Anatolium hæc: Anatolii culpam fuisse, si suis caruerit litteris: quia sibi non satisfecerit, quia ageret contra canones: se tamen affici gaudio, quod Aetium in amicitiam receperit & ab Archidiaconatu amoverit Andream, deposueritque Euphratem accusatorem Flaviani: posse tamen ordinari Presbyteros, si Nestorianismi & Eutychnisismi suspicionem tollant: in locum Andream sufficiendum alium, cujus fides non suspecta: parum sincere loqui qui non suam, sed Clericorum cupiditatem caussaretur: nihil ausos nisi ipso annitente.

IX. Aetium Archidiaconum non dicit restituendum esse: quia, ut diximus, Archidiaconatum gerere, non nisi Diaconus solebat, nec nisi post multos annos instituta consuetudo, ut Archidiaconus Presbyter fieret. Presbyterum igitur facere, arcere erat ab hoc munere. Et forte ideo Leo Andream Euphratemque posse consecrari Sacerdotes significat, modo in fide sani sint, ut omnem illis ad hoc munus aditum præcludat: ne plurimum in Ecclesia CP. valerent. Petebat sanctus Leo ut Aetius Ecclesiæ suæ restitutus in gratiam cum Anatolio rediret, quod & perfectum esse gaudet. Quod ergo, inquit, in Constantinopolitana Ecclesia quadam in officiis Clericorum correctæ esse significas, ut & Aetium Presbyterum tuum in gratiam tuam affectionemque revocaveris, & Andream ab Archidiaconi actione submovearis, nobis placuisse rescribo. Baronius scribit Aetium restitutum. Leo, inquit Annalium conditor, ita Anatolium ipsum perstrinxit, ut nisi catholica communicatione omnino carere vellet, Aetium in pristinum locum restitueret. Sed sententia Baronii non modo aliena a consuetudine illorum temporum, sed & verbis sancti Leonis contraria. Hæc quidem in epistola Anatolii ad Leonem: Reverendissimus quidem sacrosancta Ecclesia nostra Presbyter Aetius in priore loco atque honore ecclesiastico nobis est restitutus. Restitutum fuisse muneri Archidiaconatus non credam, sed Ecclesiæ suæ, qui antea deputatus Cæmeterio. Nam qui aliter explicanda Leonis verba, qui alium probatæ fidei seligendum dicit? *Electo primitus & probato, qui Archidiaconi officium possit implere, id est quem nulla umquam prædictarum impietatum fama resperferit.* Et in eadem epistola Aetium tantum ei reconciliatum ostendit. Ut & Aetium, ait idem sanctus Leo, Pres-

Eadem ep. ad Anatol. cap. II.

Baronius ad ann. 453. n. 8.

Ep. cxxxii. ad Leonem, cap. II.

Ep. CVI. nunc cxxxv. ad Anatol. cap. II.

byterum tuum in gratiam tuam affectionemque revocaveris. Restitutio igitur illa loci & honoris, ( si versio tamen vera & fidelis, & Græco Anatoliano consentanea ) de gratia Anatolii Ecclesiæque honore, non de officio Archidiaconi intelligenda.

In collectione Holsteniana reperitur epistola sancti Leonis eodem tempore scripta ad Marcianum Augustum: eandem iterum & emendatiorem ex MS. nostro reddimus. Leo de Marciano magnifice loquitur, studium ejus pro pace conservanda, & inter Episcopos concilianda concordia longe prædicat; hortaturque ut hæresim, quemadmodum in Palæstina, ita in Oriente penitus deleat: ut & de Ægypto bene sperandum erat. Rogat insuper ut audaciam Carosi Monachi reprimat, qui Concilii definitionem, auctoritatemque ipsius Imperatoris nihil pensi habens multorum fidem corruppebat. Baronius huc refert fragmentum constitutionis imperatoris, quam latam asserit pro tuendo jure primarum sedium adversus Anatolii conatus; sed qui attente hanc legerit, fatebitur non spectare ad jurisdictionem patriarchicam, sed ad jura quædam concessa quibusdam Ecclesiis: velut de jure horreorum pro pauperibus alendis, & forte de judiciis caussarum civilium Episcopis attributis. *Privilegia, inquit, que generalibus constitutionibus universis sacrosanctis Ecclesiis orthodoxæ religionis retro Principes præstiterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus custodiri. Omnes sane pragmaticas sanctiones, qua contra canones ecclesiasticos interventu gratia vel ambitionis elicitæ sunt, suo robore & firmitate vacuatas esse præcipimus.* Nihil de ea sanctione apud sanctum Leonem, & illa generatim dicta qui uni Anatolio congruunt? Quis etiam primarum sedium jura a Principum constitutionibus præstita illis esse affirmavit, quod fragmento illo asseritur? Nihilominus certum sancto Leoni Anatolium cessisse.

Allata circa ea tempora nuntia ex Palæstina, pacatam scilicet provinciam cura & sollicitudine Juvenalis, qui sedi restitutus Concilium congregavit. Soluta Synodo legatos direxit ad Leonem, Andream Presbyterum & Petrum Diaconum; tum ut doceret ut omnia ordinata Jerosolymis, & gratias redhiberet ob egregie navatam operam apud Imperatorem, auctoritatemque interpositam adversus Monachorum defectionem. Mittit quoque illi cum Eulogiis particulam dominicæ crucis, nisi tamen hac parte interpolata sit epistola Leonis, quæ id refert. Respondit igitur sanctus Leo, nec dissimulat turbarum causam ipsum existisse Juvenalem ob impetum Flavianum & defensum Eutychem: nec turbatam provinciam, si pro fide constanter stetisset: tum occasione Ecclesiæ, cui præerat, recolat vitam Christi-

AN. CH. 454-

X. Ep. CVII. ad Marc. nunc cxxxvi.

Baronii locus de Imperatoris constitutione correctus.

XI. Synodus in Palæstina cura Juvenalis Episcopi.

Ep. cx. ad Juvenalem, nunc cxxxix.

EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Num Andreas vere fuerit abjectus ab Ecclesia, vide adnot. 7. in ep. 132.



AN. CH. 454. Christi actam Jerosolymis, prodigia & miracula per crucis virtutem edita, quæ omnia mirifice ejus incarnationem prædicant.

XII. Sed ecce & optatissimi ex Ægypto nuntij. Julianus Coensis ad Leonem scribit Dioscorum vita excessisse, etsi hæreticum sanari malebat, quam mori; lætitiã tamen aperte tulit, sperans brevi interituram hæresim, auctore sublato. Id ex epistola nostri codic. manuscripti ad Julianum Coensem manifestum est. *Auxiliante, ait sanctus Leo, misericordia Dei, facilius est errantium speranda correctio; & efficacior erit prædicatio Evangelii, extincto defensore mendacii.* Hic emendandum Chronicon orientale, quod ab Abrahamo Ecchelleni Latinum nuper factum ex Arabico. Bis enim peccat, cum Dioscorum & in insulam in Occidente constitutam amandatum narrat, & septem annis in ea moratum: Gangram enim Asiæ minoris civitatem deportatus est; ubi hoc anno vita functus, quarto scilicet a dicta in eum sententia. Bono Ecclesiæ mors Dioscori contigit; spesque fuit apud Ægyptios

pacis recuperandæ: quoniam non amplius duo simul Episcopi, neque dissimulatis hæretici moribus, aut clandestinis ejus consiliis rebellio fovebatur. *In hac autem, inquit ibidem, sollicitudine constitutis numquam desunt divina præsidia, quæ hypocritarum simulationes nihil posse permittunt, occultamque eorum nequitiam manifesta destructione confundunt. Quamvis enim jampridem omnia hæreticorum machinamenta confracta sint, & universas ejus vires dextera veritatis abstulerit; nunc tamen intereunte, ut scripsistis, Dioscoro, in profundiora ceciderunt; & perfidie incentore sublato, instabiles quadam & insipientes animæ habent quod paveant, non habent quod sequantur.* Religiosa sancti Leonis expectatio, sed malo Ægyptiorum animo vana fuit & inanis. Nam Alexandrini non detiterunt colere memoriam Dioscori; duravit superstitio ad Patrum nostrorum ætatem, cum Gabriel Alexandrinus Patriarcha legationem ad Clementem VIII. PP. misit anno M.D.XCIII. cum confessione fidei, ubi anathema advertus Dioscorum torquetur.

AN. CH. 454.

Ep. cxi. ad Julianum, nunc cxl.

ANNUS LEONIS VALENTINIANI VALENTIN. AUG. VIII.  
CHRISTI PAPÆ MARCIANI 30. ET ANTHEMIO  
455. 16. IMPP. 6. COSS.

I. Controversia de Paschate.

NULLAS habet hic annus Leonis epistolas in superioribus editionibus, nihilque nobis de Pontifice nostro dicendum foret, nisi aliquot e MS. cod. Grimanico prodirent epistolæ, & huic anno reservata esset de paschali termino difficultas, de qua litteras nonnullas emiserat annis proxime elapsis. Controvertatur nimirum in quem diem incidebat hoc anno, qui Christi numeratur cccclv. paschalis festivitas. Dubitandi ratio hæc erat. Theophilus Alexandria Episcopus computi ecclesiastici peritissimus, i Cyclum centum annorum ediderat, cujus initium a primo Consulatu Theodosii senioris: ex ejus supputatione anno ccccliii. hujus Cycli lxxiv. pridie Idus Aprilis Pascha celebratur. Anno ccccliv. sequenti, qui Cycli lxxv. in diem primum ante Nonas Aprilis Pascha inciderat. Sed hoc Christi anno cccclv. ejusdem Cycli septuagesimo sexto, ad octavum Kalend. Maji Pascha dilatatum. Erratum in Cyclo Leo assererat, nimirumque dilatos paschales terminos, quos xi. Kal. Aprilis, & xii. Kal. Maji claudi oportebat. Pascha igitur hujus anni ad xv. Kalend. Maji assignabat. De ea controversia ipse Leo sic loquitur in epistola ad Marcianum: *Paschale festum, quo sacramentum*

Ep. xciv. nunc cxxi. ad Marc. cap. i.

*salutis humanæ maxime continetur, quamvis in primo semper mense celebrandum sit; ita tamen est lunaris cursus conditione mutabile, ut plerumque sacratissimæ diei ambigua occurrat electio; & ex hoc fiat plerumque, quod non licet, ut non simul omnis Ecclesia, quod non nisi unum esse oportet, observet. Studuerunt itaque sancti Patres occasionem hujus erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino Antistiti delegantes, quoniam apud Ægyptios hujus supputationis antiquitus tradita videbatur esse peritia, per quam qui annis singulis dies prædicta solemnitatis eveniret, Sedi Apostolicæ indicaretur: cujus scriptis ad longinquiores Ecclesias indicium generale percurreret. Sed sanctæ memorie Theophilus Alexandria urbis Episcopus, cum hujus observationis annos centum numero collegisset, septuagesimi sexti anni paschale festum longe aliter quam alii decreverant, tenendum esse constituit. Nam a primo, augustæ memorie Theodosii senioris consulatu succedentem sibi sacræ observantiæ ordinem ponens, ut longioris temporis ratio ejus litteris teneretur ascripta, hujus complexionis septuagesimus & quartus est annus, \* in quo pridie Idus Aprilis sanctum Pascha celebravimus: sequenti vero anno \* pridie Nonas*

Cura paschalis computi Alexandrino Ep. delegata.

\* An. C. 453.  
\* An. C. 454.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

i Adnotatio annorum centum non erat Cyclus, quo post centum annos dies paschales ad idem caput redirent; sed erat laterculum, quod ex Cyclis quinque decem novennialibus & annis quinque constabat: in quo per annos cen-

tum paschalis festivitas a Theophilo notata fuerat. Vide adnot. 8. in epist. 121. De ratione autem totius controversiæ circa Pascha hujus anni 455. confer admonitionem præmissam epist. 88.

AN. CH. 455. \* An. C. 455. *Nonas Aprilis eadem, propitio Deo, erit habenda festivitas, sicut regulariter centenariæ annotationis ordo declarat. Sed in anno qui erit septuagesimus sextus \* Paschæ dies invenitur ascriptus, quem a Passione Domini nullius exempli, nullius constitutionis admittit auctoritas. Nam diem octavum Kalendarum Majorum ab eo cognoscimus præfinitum, qui nimie limitem antiquæ constitutionis excedit: cum alii quintum decimum Kalendarum Majorum huic festivitati deputaverint diem: si quidem ab undecimo Kalendarum Aprilium usque in undecimum Kalend. Majorum legitimum spatium sit præfixum.*

II. Ex quibus Leonis verbis causam controversiæ totius accepimus, de qua Leo peritos quosque consulit, imprimis Paschasinum Lilybæi in Sicilia Episcopum; epistolamque hæcenus invisam in lucem emittimus ex toties laudato cod. MS. ubi postquam Leo ad legationem in Concilio Calchedonenfi brevi obeundam eum instruxit, statum totius controversiæ aperiens, multa que de veritate incarnationis Domini differens; supputationis paschalis diligenter investigandæ curam illi committit: rogat ut rem communicet cum peritis hominibus; ut de die Paschatis non amplius ambigendi, aut errandi locus supersit. *Ut modis omnibus, inquit, ambiguitas auferatur, cum peritis quibusque diligentius hoc tua sollicitudo pertractet; ut in futurum hujuscemodi caveamus errorem. Non reperitur responsio Paschasini. Est quidem ejus epistola ad Leonem de die Paschatis, quæ exstat; sed ad aliam, ut annotavimus, questionem pertinet. Unde erratum esse in Annalibus Ecclesiasticis clarum est, ubi Paschasini epistola ad hanc refertur controversiam: at duas fuisse contentiones de die Paschatis sub Leone constat. Prima quidem accidit anno supputationis seu Cycli Romani lxxv. aut lxxvi. ut melioris notæ codices habent, & accuratior supputatio: cujus Cycli initium est a Consulatu Antonini & Syagrii, ut habet epistola Paschasini: altera incidit in annum Theophiliani Cycli lxxvi. ut ex epistola Leonis ad Marcianum certum est: quæ supputatio incipit a primo Consulatu Theodosii senioris; atque ita biennio Romanam antecedit. Duo igitur distinguenda sunt tempora, ubi agitata de Paschate controversia: ad priorem disputationem Paschasini epistola, ad posteriorem Leonis ad Paschasinum & Marcianum pertinent litteræ quas primum publicamus.*

*Ibid. c. iv. Error Baronii emendatus.*  
An. 444. *ut habet epistola Paschasini: altera incidit in annum Theophiliani Cycli lxxvi. ut ex epistola Leonis ad Marcianum certum est: quæ supputatio incipit a primo Consulatu Theodosii senioris; atque ita biennio Romanam antecedit. Duo igitur distinguenda sunt tempora, ubi agitata de Paschate controversia: ad priorem disputationem Paschasini epistola, ad posteriorem Leonis ad Paschasinum & Marcianum pertinent litteræ quas primum publicamus.*

*Ep. lxxviii. ad Paschasin. nunc lxxxviii. Ep. cviii. ad Marc. nunc cxxxvii. Ep. cxii. nunc cxlii. ad eundem. Ep. xciv. ad eundem, nunc cxxi.*

rant, definiantque. *Suppliciter, inquit, postulavi ut eos, qui hujus supputationis perfectam videntur habere notitiam, in unum juveat convenire Imperator. Ut igitur rogatus fuerat a Leone Alexandriam mittit nuntium, verumque Paschatis diem ex Alexandrinis sciscitatur. Id ex epistolis lxxviii. & aliis intelligimus.*

Dies interea indicendi Paschatis appetebat, & Formatas pro more ad Episcopos mittendi. Ad Julianum itaque hæc: *De futuro Paschate, ut sæpe jam scripsi, esto sollicitus, & clementissimo Principi meo nomine opportunius intimato, ut quid sibi rescriptum sit faciat certiore: quoniam imminent dies: ut nosse possimus, quem diem Formatis ascribere debeamus, & omnium ex hac parte suspicio evidentius possit aboleri. Data est epistola vi. Idus Mart. anni superioris. Sed eodem ferme tempore accepit litteras Marciani, quibus significabat diem a Theophilo recte assignatum ad octavum Kalend. Maji. Etsi Romana consuetudo ad xv. Kalend. Maji fieri suadebat, Leo tamen acquievit: ne si dissentiret, videretur non tam potiores partes elegisse, quam scidisse unitatem, ut ipse ad Marcianum scribit: *Cum Ægyptiis alia ratio placeat, consensum meum, ne qua discrepantia per provincias de observantia tam venerabilis festi fieret, commodavi. Eadem quæ Marcianus ad Leonem, scripserat Proterius. Illa est proculdubio epistola, quam Petavius ad calcem operis de doctrina temporum publicavit, nosque post alios, inter Leonis epistolas suo loco posuimus. Eadem quoque Leo rescripsit Proterio, quæ Marciano, ut ex eadem epistola ad Marcianum: *Litteras autem fratris & coepiscopi mei Proterii Alexandrinæ civitatis Episcopi me accepisse significo, quibus ad pietatem vestram de mea consensione respondi: non quia hoc ratio manifesta docuerit; sed quia unitatis, quam maxime custodimus, cura persuaserit. Auctor de ratione temporum, seu Bedæ, seu alterius sit opus, scribit consultum a Leone Proterium de Paschate, Leonemque ejus paschalibus litteris rescripsisse præclaram illam epistolam, cujus initium: *Latificaverunt me litteræ &c. sed in hac epistola, cujus fragmentum est in hoc opere, mirum de hoc negotio silentium. De ordinatione Proterii, & de fide longus sermo; de quæstione vero paschali ne verbum quidem. Quomodo sit deceptus Beda non video, nisi ex fragmento conjecturam fecerit, & totam epistolam non legerit. Hanc integram ex MS. modo publicam facimus.****

*Ep. cviii. nunc cxxxvii. ad Marc. cap. i.*  
*Ibidem.*

Juxta litteras Marciani, & Ægyptiorum definitionem, etsi secus atque sentiebat, Leo formatas ad omnes Episcopos misit. Superfunt litteræ quas ad Episcopos Galliarum & Hispaniarum direxit. Quo tempore iterum ab Augusto allatæ litteræ sunt de eadem contentione, quibus respondet S. Leo Hispani. *se jam pridem illi gratias per litteras egisse, & se Alexandrinorum secutum sententiam, quam occidentalium partium Episcoporum*

AN. CH. 455. *pis significavit. Eadem occasione, inquit, qua pietatis vestrae apices veneranter accepi, debita salutationis verba exsolvo, & insufficienter gratias ago, quod de sacratissima die Paschae sacerdotali me sollicitudine pietas vestra commonuit: licet dudum in hac observantiae regula me acquiescere sim professus, & eundem diem venerabilis festi omnibus occidentalium partium Sacerdotibus intimasse, quem Alexandrini Episcopi declaravit instructio: id est, ut anno praesenti octavo Kalendas Maji Pascha celebretur, omissis omnibus scrupulis, propter studium unitatis & pacis.*

Porro cum duplicis generis litteras de hac controversia paschali a Leone ad Marcianum scriptas Prosper commemoret, alias quibus ratio veritatis sollicitate evidenter patefacta est; alias, quibus Ecclesia catholica instrui potest, quod haec persuasio studio unitatis & pacis tolerata sit, potius quam probata; priores illae sunt xciv. & cv. (nunc cxxi. & cxxxiv.) jam olim publicatae, istae vero posteriores, cviii. & cxii. (nunc cxxxvii. & cxlii.) utraque nunc primum in lucem edita, & vel unius Prosperi testificatione genuinis accensenda. Sic quievit haec de Paschate contentio.

rosperi Aquitani Cyclus. *Tum primum hac occasione Occidentalibus inquirendi diem Paschatis, motusque Solis & Lunae diligentius supputandi orta æmulatio apud Latinos: qui diutius passi non sunt legem sibi ab Alexandrinis de indicendo paschali die imponi. Prosper igitur Aquitanus, qui tum Romae apud Pontificem agebat, suum illum Cyclum composuit, cujus testes sunt Gennadius & Isidorus: nisi jam editus ab illo esset 2 circa annum ccccxliv. quo similis occurreret difficultas. Ut ut sit, dubium non est quin ad illum scribendum a Leone sit excitatus. Certe cum paullo iratior scribat de Paschate hujus anni cccclv. quo Chronicum suum claudit, apparet pro sua sententia ipsum decertasse. Eodem, inquit, anno Pascha dominicum die viii. Kalend. Maji celebratum est pertinaci intentione Alexandrini Episcopi, cui omnes Orientales consentiendum putaverunt: quamvis sanctus Papa Leo xv. Kalendas Maji potius observandum protestaretur. (In quo nec in ratione plenilunii, nec in primi mensis limite fuisset erratum.) Exstant ejusdem Papae epistola ad clementissimum Principem Marcianum datae, quibus ratio veritatis sollicitate evidenter patefacta est. Ex quibus catho-*

lica Ecclesia instrui potest, quod haec persuasio studio unitatis & pacis tolerata sit, potius quam probata; priores illae sunt xciv. & cv. (nunc cxxi. & cxxxiv.) jam olim publicatae, istae vero posteriores, cviii. & cxii. (nunc cxxxvii. & cxlii.) utraque nunc primum in lucem edita, & vel unius Prosperi testificatione genuinis accensenda. Sic quievit haec de Paschate contentio.

*studio studio unitatis & pacis tolerata sit, potius quam probata, numquam deinceps imitanda; ut quae exitialem attulit offensionem, omnem in perpetuum perdat auctoritatem. Victorius quoque & ipse Aquitanus, rogatus ab Hilario Romanae Ecclesiae Archidiacono, cui ista cura & ex proprio munere & ex Leonis mandato incumberebat, canonem paschalem composuit, quem eidem Archidiacono nuncupavit anno ccclvii. Constantino & Rufo Coss. ut ipse testis est in praefatione ad Hilarum. Quem canonem Victor Capuanus post multos annos, anno scilicet dxlv. perstrinxit, edito altero. Sed haec nostri non sunt instituti: nisi quod istud omne ex Leonis nostri mente ac consilio seu praeepto mansisse mihi videtur, ut & Bucherius olim persuasum fuit.*

Est Leonis epistola hoc anno ad Anatolium scripta 111. Idus Martii. Gratas fuisse ejus litteras scribit: vigilantiam vigoremque animi illi persuadet contra homines profligatae doctrinae, qui Constantinopoli adhuc haeresim propagabant: Carosum Dorotheumque Archimandritas designat. Carosum in Synodo Calchedonenfi Monachi Eutychnae partis principem factionis habuerant; aucti in Synodo fuerant rejectique. Tum percussa haeresi per speciem assensu Synodo sunt metu excommunicationis, cui subiecti, nisi intra trigessimum diem decreta Synodi acciperent. Nihil tamen meliores facti, Monachorum corrumpere fidem non destiterant. Leo de his ad Marcianum scripserat, ut haberetur in epistola de correctione Anatolii, & intelligimus ex epistola Leonis ad Marcianum, quam ex MS. nostro exscripsimus. Augustus sediciosos Monachos alio transferri iusserat, ubi nocere haud promptum. De Caroso, inquit, & Dorotheo, qui haeretica pravitare in multorum perniciem damnatos tuebantur errores, gaudeo pietatem vestram, sicut mihi venerator vester frater meus Julianus Episcopus indicavit, saluberrime praecipisse: ut ablati e Monasteriis apud eos degere juberentur, quibus nocere non possent: quod ut spero multis remedio erit, quos a perversis doctoribus liberastis, crescentibus per omnia gloriae vestrae meritis. 3 Carosus aut poena aut conscientia victus, confessionem fidei ediderat congruentem Concilii decretis; nec tamen ad communionem ab Anatolio. Anceps an odiis privatis, an dubia emendatione. De quo negotio Leo ad Julianum in epistola scripta v. Id. Martii, quae primum prod-

AN. CH. 455. que enim in Sirmundi aut Chifletii codd. MSS. ex quibus Chronicum illud auctius edidit Duchenius, inveniuntur haec verba: quae marginalem studiosi annotationem esse non absurde quis putaverit.

Bucherius in comment. in pasch. Cyclum Victorii c. 3.

V. Epistola cxiv. ad Anatolium, nunc cxlii. De Caroso & Dorotheo. Epist. cxii. nunc cxlii. cap. ii. Carosus & Dorotheus ablegantur a Monasteriis.

Palindiam canunt.

3

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Jam ante annum 444. Latinum Cyclum annorum LXXXIV., in quo Lunae saltus duodecimo quoque anno adstruebatur, Prosper ita emendaverat, ut singulis tantum quatuordecim annis idem saltus admitteretur. Vide adnot. 4. in fragmentum epistolae S. Cyrilli ad Leonem tom. 1. col. 602. & adnot. 4. in epist. 121., ubi hanc saltus Lunae emendationem obtinuisse ostendimus an. 454.

3 Duo Carosi in unum perperam confusi di-

stinguendi sunt, alter memoratus ep. 141. alter vero de quo sermo est ep. 142. Haec distinctio colligitur ex emendatione, quam noster Ratisponensis codex suggestit, chronicae notae epistolae 142. ex qua emendatione utraque epistola eodem circiter die data cognoscitur, ita ut Carosus, qui ep. 142. una cum Dorotheo ob haereseos crimen in exilium pulsus traditur, diversus esse debeat ab eo, qui ep. 141. in fidei confessione correctus affirmatur.

AN. CH. 455. prodit eruta e MS. cod. Grimani. numquam  
Ep. cxlii. in fidei confessione correctum; sed ita contra  
nunc cxli. fratrem Anatolium in similitudine nescio qua  
ad Julian. permanere, ut propter ipsius discordiam etiam  
cap. I. nunc a communione desciscat. De his Monachis nihil amplius reperi.

VI. Ex eadem epistola apparet JOANNEM vi-  
Joannes rum spectabilem a Marciano 4 in Palæsti-  
Decurio nam hoc anno, non anno CCCCLII. ut exi-  
missus in stitavit Baronius, missum ad Monachos:  
Palæsti- ut eorum fidem confirmaret nefarii Theo-  
nam. dosii consiliis circumventam. Audax ille Mo-  
4 nachus intrusus in Sedem Jerosolymitanam,  
Baronius pulso (ut scripsimus) Juvenale legitimo  
notatus ad Pontifice, & postea restituto, effugerat vin-  
an. 452. cula, seque ad Sinam montem recipiens ex-  
torris agebat; mutatisque subinde per Mo-  
nasteria hospitium, poenam eludebat. Excipiebant illum tæbanturque Monachi quasi  
innoxium. Decurionem Joannem propterea  
miserat Imperator, ut eos edoceret quæ acta,  
se præsentem, Calchedone, quæque in Ægy-  
pto gesta. JOANNEM vero spectabilem virum,  
Ep. cxlii. & in fidei sinceritate laudabilem ad Ægy-  
nunc cxli. ptum causa fidei fuisse directum significas.  
cap. I. Qui quantum paci emendationique profuerit,  
cum primum redierit scire me facias: quod  
te etiam sine meo monitu facturum esse non  
dubito.

Maximus In eadem epistola de Maximo fit mentio  
Antioche- his verbis. De Antiocheni autem Episcopi  
nus crimini- statu, inquit, multo animi dolore contristor;  
nis postu- si, quod absit, vera adversus eum ab accu-  
latus apud satoribus proferuntur. Sed præter sacerdotia-  
Imperato- lem diligentiam, quam curam utilitatis ha-  
rem. bituram esse non ambigo, maxima mihi de ju-  
Ep. cxlii. stitia & benevolentia gloriosissimi Principis  
nunc cxli. fiducia datur, qua certus sum in quantum  
cap. II. potest fieri, providendum, ne in ullam par-  
tem valere possit fallacia. Res mihi obscura  
videbatur cum primæ editioni incumberebam.  
Nondum enim occurrerat Chronici Nice-  
phori locus, qui rem totam elucidat. Is  
enim disertis verbis scribit, quod Maximus,  
qui Synodo Calchedonenſi interfuerat, in  
locum Domni suffectus, Sede sua expulſus  
5 fuit, 5 ob lapsum, postquam Antiochiæ se-  
disset annis quatuor: Μαξιμος δ' ἐν τῇ τεταρ-  
τη συνόδῳ ἐν Καλχηδόνι, ὅς ἐξεβλήθη διὰ  
πταίμα, ἐτη δ'. Certum est igitur Maxi-  
mum ut peccati carnis reum fuisse depositum,  
non vero propter publicæ rei crimen,  
ut antea male divinabam, conjecturis libe-  
rius indulgens. Basilius porro Maximi lo-

cum cepisse videtur hoc ipso anno, si fides AN. C.  
Nicephoro, qui quatuor annis Maximi Pon- 455.  
tificatum circumſcribit. Jam enim in Domni  
locum electus ille fuerat ante Synodum Cal-  
chedonenſem, & ejusdem auctoritate confir-  
matus anno 451. certe ultra annum 456.  
differri non potest ejus Ordinatio, de qua  
S. Leo certiore se esse factum scribit Mar-  
ciani Imperatoris litteris, qui mense Janua-  
rio anni 457. excessit e vivis: sic enim in  
epist. 118. (nunc 149.) quam e tenebris  
eruiimus: Ordinationem quidem dilectionis tue  
secundum ecclesiasticum morem tuo vel fra-  
trum nostrorum provincialium Episcoporum  
debueramus sermone cognoscere; sed quia non  
desuerunt causæ quæ possent hanc diligen-  
tiam præpedire, & sanctæ memoriæ Marcia-  
nus Princeps suis scriptis consecrationem tuam  
nobis cognitam fecit &c.

Peremto Valentiniano, Maximus Impe- VII.  
rium Occidentale occupat, asciscitque sibi VVanda  
uxorem Eudoxiam nesciam parricidii. Fe- li urban  
mina magni animi certa postmodum, ope- invadun  
ra Maximi Valentinianum interfectum, ma- vastant-  
riti necem ulcisci statuit; & ultra modum que.  
iræ indulgens etiam excidio urbis vindictam  
parat. Gensericum VVandalorum Regem ex  
Africa accersit. Ille illico ingentem exerci-  
tum trajicit in Italiam, urbemque impro-  
viso aggreditur ingrediturque. Tum fœda  
facies Senatus populique Romani, objecta Ro-  
ma Arianis militibus. Sanctus Leo, qui Cladem  
olim Attilam armis ferocem mitigaverat, urbis præ-  
sagaci animo cladem prænuntians de immi- nuntiat  
nenti periculo concionem habuerat: quia non Leo.  
mutati civium mores amoto discrimine. Serm. lxx  
Magnum periculum est, dicebat, esse homi- xi. nunc  
nes ingratos Deo; & per oblivionem benefi- lxxxiv.  
ciorum ejus, nec de correctione compungi, nec in Oe.  
de remissione lætari. Vereor igitur, dilectissimi, Apost.  
ne vox illa prophetica tales increpasse videatur quæ dicit: Flagellavi eos, & non doluerunt; castigavi eos, & noluerunt accipere disciplinam. Et si causam malorum prævide-  
rat, urbi tamen periclitanti opem suam non denegavit. It obvia VVandalo, ingredi-  
enti urbem occurrit, Regem pluribus alloquitur. Rex barbarus ferro & incendio delere urbem parabat: sanctus Leo obtinuit ut direptione contentus, igne & cæde abſtineret. Romanas igitur opes abstulit Gensericus, multaque captivorum millia in Africam abduxit, Eudoxiamque cum filiabus simul transvexit. Sic 6 historia Miscella: Gensericus continuo vacuum præsidio civitatem cap-  
pit,

## EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Joannes Decurio non in Palæstinam, sed in Ægyptum ab Imperatore missus fuit, ut non solum verba Leonis ep. 141. inferius descripta, sed ipsæ imperiales litteræ ad Alexandrinos missæ & exhibitæ tom. 2. Concil. col. 1794. manifeste significant. Vide adnot. 4. in annum præcedentem.

5 „ De depositione Maximi consule Nicephori Chronologiam.“ Quesnell. Confer etiam no-

stram dissertationem de epistolis deperditis n. 79.

6 Prospero coevi scriptoris testimonium in Chronico integro, quod Quesnello scribente editum non fuerat, subicere placet. Post Maximi exitum, inquit ad an. 455. confestim secuta est multis digna lacrymis Romana captivitas, & urbem omni præsidio vacuum Gensericus obtinuit, occurrente sibi extra portas S. Leone Episcopo, cujus supplicatio ita cum Deo agen-

AN. CH. 455.

pit, & occurſu Leonis Papæ mitigatus ab incendio, cadibus, atque ſuppliciis urbem immunem ſervavit: omnibus tamen opibus ablatis, multa inde captivorum millia cum Augusta Eudoxia & ejus filiabus Carthaginem revexit. Sanctus Pontifex 7 tres præterea primarias Baſilicas a direptione defendit. Nam cum reſarciendis damnis poſt cladem Leo animum adjiceret, argentea & magni ponderis vaſa olim tribus Baſilicis Conſtantinianæ, ſancti Petri, & ſancti Paulli a Conſtantino data conſtari jubet & per titulos urbis diſtribui, ut habet liber Pontificum: *Hic renovavit poſt cladem Vandalicam omnia miniſteria ſacrata argentea per omnes titulos de conſtatis hydriis ſex, duas Baſilicæ Conſtantinianæ, duas Baſilicæ beati Petri Apoſtoli, duas Paulli Apoſtoli, quas Conſtantine Auguſtus obtulit, que*

Liber Pontif. in Leone.

*penſaverunt ſingula libras centum. Platina addit a ſancto Leone novas Eccleſias conditas, Baſilicamque ſancti Stephani ad viam Latinam ſumptibus Demetriadis virginis & conſiliis Leonis extructam. Leo ad reparandam urbem, ait ille auctor, & templa converſus, Demetriadem ancillam Dei impulit ut Baſilicam B. Stephano via Latina tertio ab urbe milliario in fundo ſuo conderet. Eadem Paullus Diaconus ſcribit. Hujus, ſancti Leonis, tempore Demetrias ancilla Chriſti Romæ ſancti Stephani Eccleſiam fecit. Non una Eccleſiarum cura Leoni fuit: urbem ipſam attonitis adhuc magiſtratibus reſtituere aggreſſus eſt, ordinare omnia, deſſe nemini: & ſi ſuos limites habebat juridiſtio eccleſiaſtica, ejus tamen caritas nullos habuit.*

AN. CH. 455.

Job. Cuſpinianus &amp; Hermanus Contra-ctus.

ANNUS CHRISTI 456.	LEONIS PAPÆ 17.	MARCIANI ET AVITI IMPP.	7.	JOANNE ET VARANE COSS.
--------------------------	-----------------------	-------------------------------	----	------------------------------

Victor Vitenſis de Perſecut. Wand. lib. I.

**V**andalus devaſtata urbe, deportataque in Africam præda, i magnam captivorum turbam ad Regem Eremi Capropiſti, ut reſert Victor Vitenſis, miſit. Natio illa vanæ idolorum ſuperſtitioni addicta erat. Romanos minus affectit dolor exilii, quam cultus profanus. Illi itaque vegeta adhuc in vinculis chriſtiani animi libertate, homines ſervituti dæmonum ſubjectos ad Chriſti libertatem revocant, & ſanctum Evangelium annuntiant. Tum complures barbari, excuſſo jugo dæmonum, Chriſto caput ſummittere, & captivos, ut liberatores amplecti. Sed quoniam inopia erat Presbyterorum

Episcoporumque, Romam mittunt Legatos ad ſanctum Leonem: ſeu Cæſarienſis Mauritania vicina provincia, ut mox dicemus, idoneis miniſtris egeret; ſeu quia reliqua Africa Arianorum Vandalorumque oppreſſa imperio. Certe Romam itum eſt, ubi ſincerior doctrina majorque copia miniſtrorum. Legati per diverticula occultoque calles venere Romam: renuntiant ſummo Pontifici quomodo opera captivorum propagatum imperium Chriſti; ſed Presbyteris Episcopisque eſſe opus. Leo benigne Legatos excepit & gaudens poſtulatibus annuit.

ANNUS CHRISTI 457.	LEONIS PAPÆ 18.	LEONIS MAJORIANI IMPP. I.	ET CONSTANTINO ET RUFO COSS.
--------------------------	-----------------------	---------------------------------	---------------------------------------

I. Marciani Auguſti bitus.

**D**um hæc agerentur, moritur Marcianus Imperator VII. Kalend. Febr. magno omnium deſiderio. Hunc ex angulo ad editiſſimum locum ſua merita extulerant: Tom. II.

immo Deus ipſe quaſi ductum manu per varios caſus ad ſupremum Imperii culmen evexerat; ut miſerrimis temporibus tutela Imperii, & columen foret Eccleſiæ. Cives P p boni

## EDITORUM ADNOTATIONES.

ſe lenivit, ut cum omnia poteſtatis ipſius eſſent evadita ſibi civitate, ab igne tamen & cade atque ſuppliciis abſtineret. Poſt quatuordecim igitur dies ſecura & libera ſcrutatione omnibus opibus ſuis Roma vacuata eſt, multaque millia captivorum, prout quique aut ætate, aut arte placuerunt, cum Regina & filiabus ejus Carthaginem abducta ſunt.

7 Anaſtaſii teſtimonium hoc ſolum probat, hydrias ſex a Conſtantino olim oblatas non fuiſſe ſubreptas a barbaris: num autem hæ eorum rapinas idcirco evaſerint, quia tribus pri-

mariis Baſilicis pepercerunt; an vero quia ante eorundem deprædationem alicubi fuerunt occultatæ, ex ejus teſtimonio non liquet.

I Victor Vitenſis quatuor tantum fratres captivos ad Regem Eremi Capropiſti miſſos narrat. Ex ejus autem narratione non liquet, utrum iidem fuerint Romæ capti, & multo minus utrum quæ de Legatis Romam miſſis ſubjicit, ad Pontificatum Leonis, an vero ad tempus poſterius pertineant. Hoc poſtremum probabilius videtur.

AN. CH. 457. Leo caep. fit Imperium. boni luxere magnum Principem, orthodoxi luxere Christianum: cui par fortunæ virtus, cui pietas singularis, fides integra, iustitia inconcussa; cui denique multum debuit Respublica, multum Ecclesia. E vita decessit Marcianus in Africam expeditionem parans, ulturus excidium urbis, & illatam Eudoxiæ filiabusque injuriam. Huic successit Leo heres non modo Imperii, sed & virtutum sui decessoris. Sanctus Leo statim illi per litteras Imperium gratulatus est; & in multis locis præclare de eo loquitur. Ejus electionem, cui omnium vota consenserant, religioni æque ac imperio lætam dicit; quibus testimonia veterum Scriptorum congruunt.

Ep. cxvi. nunc cxlvi. ad Anatol. cap. II. Sic ille ad Anatolium: *Gratias Deo, qui post excessum sanctæ ac venerandæ memoriæ Marciani, talem Principem omnium electione prospexit, ut in ejus virtutibus & Romana Respublica, & Religio christiana gauderet.*

II. In Ægypto hæretici, audita morte Marciani, denuo movere turbas incipiunt, rati sublato orthodoxæ fidei vindice Imperium contententium ambitu diu turbatum iri, & posse fidem expugnari turbidis rebus. Seditionem igitur diu conceptam data occasione excitant. Dux seditionis Timotheus Aelurus ex Monacho Presbyter Alexandrinus. Urbem ille circumcursans, stipatus Monachis quasi satellitibus, plebeculam novitatis & turbarum avidam cogit, ascitisque Episcopis duobus ob hæresim abdicatis a sacerdotio, locum Proterii invadit, manusque per eos sibi imponi jubet, amoto legitimo Episcopo: qui audiens valere factionem, & vim metuens quia majoris hebdomadæ tempus erat, in baptisterium se recipit. Huc tumultuario Aeluri satellites advolant, nec pontificio honore, nec sacro tacti loco, Proterium necant, unco trahunt per vicos, illuduntque cadaveri. Discerptum in partes ignibus tradunt, cineresque projiciunt; eamque ferunt vesaniam fuisse, ut artus Proterii aliqui dentibus convellerent, deglutirent-

Proterius. Ep. Alex. occiditur.

AN. CH. 457. que. Post perpetratum facinus, hæretici fidem profligare aggrediuntur, Synodum Calchedone habitam condemnant, epistolam Leonis ad Flavianum anathemate feriunt, & novam Synodum poscunt. Quæ ubi Constantinopolim allata, Imperator sacrilegium parricidiumque detestatus est; audaciam furiosæ hæresis dictis & factis condemnat, adimitque spem Synodi.

Anatolius in hac rerum perturbatione anceps quid agat, scribit ad sanctum Leonem, docet quæ acta Alexandriæ, & tot tantisque malis quærit remedia. Sanctus Leo rescripsit epistolam ineditam hætenus, quam modo proferimus, & unde hæc hausimus. *Cujus quidem Imperatoris, ait Leo, tam laudabilis fides, & tam prompta devotio est, ut quæ paci ecclesiasticæ congruebant, sine intermissione cujusquam, sicut ipse indicas, sponte præstiterit, omnes hæreticorum insidias repellendo: qui opportunitatem se invenisse temporis æstimabant, quo sancta Synodi Calchedonensis decreta cessarent.*

III. Scripserat 2 mense superiori sanctus Leo ad Imperatorem epistolam. Laudat ejus pro pace procuranda studium, hæreticos a spe Synodi dejectos gratulatur, poscitque Episcopum ab Alexandrinis eligi, cujus haud dubia fides & nota morum sanctitas. Eadem ad Julianum & Aetium in epistola, quam ex MS. edidimus: & ut insidias hæreticorum eluderet, de fide Calchedonensi encyclicas 3 epistolas misit ad Basilium Antiochenum, ad Euxitheum Thessalonicensem Vicarium Illyrici, & Juvenalem Jerosolymitanum, quem inter Metropolitanos hic numerat. Ad Julianum Coensem & Aetium Presbyterum litteras suas direxit, ut his ad quos scribebat, redderentur; adjunxit exemplaria litterarum, quas ad Imperatorem Asparemque Patritium, & ad alios scripsit, ut qui suas vices obibant rerum suarum haberent notitiam. In epistola ad Julianum, quæ Kalend. Septembris scripta est, mirari se dicit.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Duo Eutychianorum tumultus post Marciani mortem contigerunt, alter Constantinopoli, alter Alexandriæ. De secundo satis Quesnellus. Primum vero didicimus ex ep. 144. ad Julianum Coensem, quam die 1. Junii scriptam ex MS. Ratisponensi eruimus. Eutychiani scilicet quædam apud novum Imperatorem Leonem moliri cœperunt, ut eum in sui patrocinium adducerent. Sed hæc omnia eorum molimina Juliano aliisque catholicis agentibus destructa fuere. Hæc ex Juliani litteris Leo intellexit: simulque de Alexandrinis tumultibus quidam rumores Romam pervenere, qui tamen non exacte cogniti fuere nisi per Anatolii epistolam, de qua Quesnellus in sequentibus loquitur.

2 Hæc Leonis epistola 145. ad Leonem Augustum, emendata ex potioribus nostris codicibus chronica nota, eodem mense ac die, quo epistola 146. ad Anatolium scripta fuit.

3 Tres præmissæ epistolæ 145. ad Augustum, 146. ad Anatolium, & 147. ad Julia-

num statim post relationem Anatolii de Alexandrinis turbis exarata fuerunt V. Idus Julias. Quinque autem sequentes epistolæ 148. ad Leonem Augustum, 149. ad Basilium Antiochenum, 150. ad Euxitheum Thessalonicensem, & ad alios Metropolitanos Illyrici, atque ad Juvenalem Jerosolymitanum, 152. ad Julianum, & 153. ad Aetium, alia occasione habita, eadem super re transmissæ fuerunt Kalendis Septembris. Sextam ejusdem diei epistolam 151. ad Anatolium ex Ratisponensi codice edidimus, ex qua præterea prudentiam & cautionem Leonis in Attici causa colligere licet. Primæ autem notitiæ ad se delatæ, qua Atticus Constantinopolitanæ Ecclesiæ Presbyter hæresim publice confovere tradebatur, non omnino fidens S. Pontifex, Anatolio commisit ut eum secreta primum disquisitione discuteret; ac si quid in corde ipsius de hæretici veneni permixtione reperiret, aut corrigendo catholicum faceret, aut ab Ecclesia necessaria severitate depelleret.

AN. CH.  
457.Leonis E-  
pistola ca-  
lumniis  
petita.Ep. cxxi.  
nunc clxii.  
cap. ii.  
Gallorum  
& Italo-  
rum litte-  
ræ in O-  
rientem  
missæ.IV.  
Episcopi  
pro fide  
extorres.

cit esse aliquos, qui in epistola sua ad Flavianum esse quædam obscura, vel sensu, vel sermone ambigua calumniantur: cum nihil in ea sit quod non ab evangelica & apostolica doctrina derivatum. *Miror sane, inquit, calumniantium vanitati aliquid adhuc in epistola mea, quæ universo mundo placuit, obscurum videri, ut de ea putent aptius exponendum; cum illius prædicationis tam plena & solida sit assertio, ut nihil recipiat vel in sensu, vel in sermone novitatis. Quia quicquid tunc a nobis scriptum est, ex apostolica & evangelica probatur sumtum esse doctrina.* Aetio exemplaria litterarum, quas Episcopi Galli, Italique ad se scripserant, indidem misit, ut unam esse fidem in Occidente, & suam esse omnium Episcoporum suarum partium doctrinam ostenderet. *Exemplaria quoque litterarum, inquit, quæ Galli ad nos atque Itali Episcopi concordie credulitate miserunt, pariter direximus: ut quam etiam illorum nobiscum sit fides una, non lateat.* Data occasione Leo ad Imperatorem tertio scribit. Commendat illi res Ecclesiæ, ejus fidem laudat, quia hostem se hæreticorum & defensorem fidei Calchedonensis probaverat. *Ita hæreticorum, inquit, impudentie restitistis, ut profiteremini ad totius mundi pacem Calchedonensis Synodi vos esse custodem.*

Alexandrino Episcopo, ut diximus, occiso, Timotheoque in ejus Sedem intruso, Episcopi orthodoxi, quibus post cædem Proterii nihil tutum in Ægypto, fuga & latebris sibi consulere cogitant. Ii quibus per atatem licuit, Constantinopolim profecti  
Tom. II.

sunt, suppliciterque auctoritatem Imperatoris implorant contra furentem hæresim, dant supplices libellos, mala quæ perpessi catholici commemorant; & quam fidem profitentur pluribus exponunt. Hæretici pariter Legatos Constantinopolim mittunt, & suas litteras Imperatori offerunt: quæ sit sua fides pariter explicant, Nicenam Synodum & Ephesinam accipere se profitentur, Dioscorigi latrocinium seu pseudoephesinam Synodum prædicant, Constantinopoli habitam a Flaviano Synodum cum Concilio Calchedonensi repudiant, Timotheum in Sede Alexandrina ab Augusto confirmari poscunt, ab eoque ad illum petunt litteras. Libellis orthodoxorum complures Episcopi subscripserant, hæreticorum litteris subscriptiones nullæ, quasi sui nominis & suæ paucitatis puderet. *Oblate sunt, ait S. Leo noster, pietati vestre preces, quarum exemplaria vestris litteris subdidistis. Sed in his quæ catholicorum sunt, deplorantium subscriptio continetur; & quia causa probabilis est, fiducialiter nomina singulorum, vel dignitas sui honoris aperitur. In illis autem, quas orthodoxo Principi hæretica porrigere non formidavit obreptio, sub incerto universitatis vocabulo, ideo certum nomen retrahitur, ne non solum paucitas personarum, sed etiam meritum detegatur. Latere enim sibi utile existimat eorum quantitas, quorum est qualitas judicata; nec incongrue cujus loci homines sint, profiteri metuunt, qui meruere damnari.* Utrorumque libelli inter acta Concilii Calchedonensis reperiuntur, parte tertia.

Leo Imperator causam 4 ad Anatolium  
P p 2 remi-

AN. CH.  
457.  
Catholico-  
rum &  
hæretico-  
rum Ale-  
xandriæ  
supplices  
libelli.Ep. cxxv.  
nunc clvi.  
cap. iv.V.  
4

## EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Non ad solum Anatolium, sed ad omnes etiam Metropolitas, ac præsertim ad Romanum Pontificem hæc causa ab Imperatore remissa fuit. Id manifestum sit ex Codice Encyclo, qui Quenello non satis cognitus fuit. Hujus Codicis auctor documenta in hac causa Imperatore Leone instante lucubrata collegit. Sicut autem pleraque documenta erant Græca; ita Græcus collector ipsum Codicem græce edidit. At Græcus textus desideratur. Sola superest Latina versio, quam Epiphanius Scholasticus lucubravit. Hujus Codicis ordo, ut in MSS. continetur, profertur tom. 5. Concil. Ven. edit. col. 33. & sequentibus. Sic autem res se habuit. Intruso ab Eutychianis in Alexandrinam sedem Timotheo Aeluro, & occiso S. Proterio, maximoque inter hos & catholicos Ægyptios tumultu hac de causa excitato, utrique cum supplicibus libellis ad novum Imperatorem Leonem confugerunt. Cumque ab Eutychianis impeteretur fides Concilii Calchedonensis; hoc ab errore revocandos putavit Imperator, si loco novi Concilii, quod illi petebant, omnium Episcoporum sententia per litteras significaretur. Igitur utrosque libellos cum sua epistola ad omnes Metropolitas, & potissimum ad Romanum Pontificem misit, petens ut suæ cujusque provinciæ coacta Synodo, suum sensum litteris aperirent. Imperialis encyclica ad Anatolium scripta in

laudato Codice describitur c. 6. ac dein c. 11. subjiciuntur aliorum Episcoporum nomina, ad quos eadem epistola a pari directa fuit, ac inter hos primo data dicitur *Leoni reverentissimo Urbis Romæ Pontifici*. Hæc encyclica ad cunctos Metropolitas circa Octobrem hujus anni 457. per Magistranos celerrime missa, Romano Pontifici ita sollicitè tradita fuit, ut primus omnium ad Imperatorem rescripserit ep. 156. Kal. Decembris: unde etiam in Codice Encyclo statim post indicata Episcoporum nomina primo loco describitur cap. 12. Non aliam curam Anatolio Imperator dedit, nisi ut coacta similiter Synodo ipse quoque suam & suæ Synodi sententiam litteris traderet. Quod si is ad Romanum Pontificem, & ad omnes Metropolitas eadem occasione, qua Imperator scripserat, encyclicam direxit; id non Imperatoris jussu fecit, ac si is hanc illi causam præcipue commisisset, sed ut satisfaceret Ægyptiis Episcopis catholicis, qui in alio libello ipsi tradito & descripto in laudato Codice cap. 8. eum rogaverant, ut suos gemitus ac fidei necessitatem *sanctissimo Ecclesiæ Romæ Pontifici Leoni*, aliisque Metropolitibus indicaret. Ei Anatolii ad Leonem epistolæ, quæ hac de causa scripta desideratur, Pontifex Kalendis item Decembris respondit ep. 157. simulque ad catholicos Ægyptios Constantinopoli degentes aliam epistolam 158. eodem die si-

AN. CH.

457.  
Synodus  
Constanti-  
nopolita-  
na.

remisit, ut in Synodo ἐνδημοῦσα, id est ex Episcopis qui in urbe erant, quid statuendum de Timotheo, & de rebus Calchedone decretis judicaret. Patet ex ejus ad Augustum litteris condemnatum Timotheum, vindicatumque ab injuria professam Calchedone doctrinam. Tum existimo relationem ab Ægyptiis & orthodoxis Episcopis oblatam Anatolio, eam scilicet quæ actis Concilii Calchedonensis postea addita est. Rogabant scilicet Anatolium, ut Antiochenum, Jerusalemitanum, Thessalonicensem, Romanumque præcipue Episcopum certiores faceret de Alexandrinis hæreticis, & referret quæ impotenter egerant adversus orthodoxæ fidei defensores. Anatolius ad sanctum Leonem scripsit: cui sanctus Leo respondit v. aut vi. Idus Octobris; quæ epistola in nostro manuscripto legitur cum hac inscriptione: *De relatione contra Timotheum Alexandrinum*. Eadem manu ad Episcopos Ægyptios, qui Constantinopolim fugerant, scribit. Epistolæ inscriptio est: *Episcopis ex Ægypto catholicis apud Constantinopolim constitutis*. Consolatur eos quod pro causa fidei tot mala perpetiantur, esse gaudii magis quam tristitiæ argumentum, quia laudem nomenque confessorum meriti sunt. Eos adhortatur ut fidem Calchedone defensam fortiter tueantur. Hæc epistola primum a nobis publica facta est.

Epistola  
cxxxiv.  
nunc clv.  
Epistola  
cxxxiii.  
nunc cliv.

Nec modo Anatolius ad eos, quos diximus, scribit; sed & ad omnes Metropolitans Orientis, tam amore fidei, quam cupidine promovendæ auctoritatis. Leo Imperator ad eos omnes pariter, ad quos Anatolius, litteras mittit. Sanctum Leonem in primis rogat, ut Constantinopolim veniat, pacandæ Ecclesiæ gratia. Simul relationes catholicæ hæreticæque partis ad eos mittit, ut iudicium clvi. c. i. ex æquo ferant. Metropolitani acceptis litteris Imperatoris & Anatolii, provinciales Synodos congregant, relationes coram legunt; execrantur mala in Ægypto ab hæreticis perpetrata, Timotheum deponendum censent, acta Calchedonensis Synodi approbant, negant retractanda quæ ibi sancita sunt. Unus Amphilocheus Sydæ Episcopus etsi Timotheum condemnabat, Calchedonensem Synodum, rerum forte ignarus, improbat.

Epistola  
cxxxv. nunc  
clvi. c. i.VI.  
Geminus  
Baronii  
lapsus.

Antequam ulterius progrediar, quædam illustrandæ historiæ gratia hic inferenda duxi. Illustrissimus Annalium Ecclesiæ conditor scribit relationes, de quibus egimus, missas ex Ægypto. Sed ex his, quæ retulimus, apparet ab ipsis Ægyptiis Episcopis tum profugis Constantinopoli agentibus oblatas fuisse. Addit doctissimus Cardinalis relationes non datas Imperatori, nisi ad omnes Metropoli-

tas missis litteris a quibus Imperator professionem fidei poscebat. Sed hæc non conveniunt cum litteris Imperatoris, responsisque Episcoporum, qui de relationibus conceptis verbis agunt. Id etiam constat ex epistola Varadati Monachi, & ex testimonio ipsius Liberati Diaconi, qui litteras Imperatoris non nisi post acceptas relationes missas commemorat.

Inter litteras Episcoporum reperitur epistola Juliani Episcopi Coensis ad Leonem Imperatorem, ex qua licet colligere ejus ad suam Ecclesiam reditum, ex qua complures annos abfuerat, in comitatu universæ Ecclesiæ negotiatur agens. Discedens curam rerum Aetio reliquit; cum quo & sanctus Leo per litteras communicare solitus erat. Neque amplius in Urbe commoratum arbitror, ex quo Marcianus obiit. Nam neque de Alexandrinorum seditione sanctum Leonem certiores fecisse reperio, neque sui discessus Leonem admonitum puto, qui Aetio æque ac illi suas litteras dirigit, dubius an in urbe amplius commorabatur. Accedit quod ipse sanctus Leo ejus silentium conqueritur in litteris illis Juliano Aetioque communibus. *Quamvis dudum*, inquit, *litteras tuæ dilectionis acceperim, miror tamen eam rescribendi opportunitatem, qua fratrem Anatolius necessarie usus est, silentio præterisse: cum pro ratione temporis atque causarum crebriora oporteat esse colloquia*. Et Kalend. Septembr. cum nullas ab eo litteras reciperet, hæc ad eundem: *Existente, inquit, occasione, conveniens fuit ad dilectionem tuam scripta dirigere: quibus studium tuum in causis ecclesiasticis, & his quæ ad fidem pertinent, incitamus*. Sed quia ex silentio absentiam conjectabat, ad Aetium eadem opera scribit. De Juliano Coensi nulla deinceps mentio in litteris sancti Leonis.

Sanctus Leo acceptis Imperatoris Anatolique litteris, Alexandrinorum relationibus commotus est: quia de Timothei causa ambigi, & auctoritatem Concilii Calchedonensis periclitari videbat, Imperatore quasi de re dubia Episcopos consulente. Scribit ad Augustum, professionemque Constantinopolim inutilem fore significat, quia præsentia sua & decretis Synodi, quæ sancti Spiritus afflatu rite sancita sunt, & paci Ecclesiarum noxia; quasi Synodi vacillaret fides, quam alioquin modis omnibus defenderet. Compositis deinde orthodoxorum hæreticorumque inter se relationibus, dubium Imperatoris de Timotheo iudicium modeste juxta & sapienter reprehendit: *Nonne perspicuum est*, inquit, *quibus pietas vestra succurrere, & quibus debeat obviare; ne Alexandrina Ecclesia, quæ semper fuit domus orationis, spelunca*

AN. CH.  
457.VII.  
Epistola  
Juliani  
Coensis  
Episc.

5

Epistola  
cxxxvii.  
nunc  
cxlvi.VIII.  
Leo Im-  
peratoris  
animum  
confir-  
mat.  
Epistola  
cxxxv.  
nunc clvi.Ibidem  
cap. v.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

gnatam dedit. Epistola vero 155. ad Anatolium, licet de his Episcopis loquatur, aliis tamen anterioribus ejusdem Anatolii litteris rescripta fuit: eique titulum *De relatione contra Timotheum Alexandrinum* perperam a Quæsnello præ-

fixum ostendimus adnot. i. in eamdem epistolam. 5 Julianum diutius Constantinopoli constitisse saltem usque ad annum circiter 459. probavimus in Admonitione ad epistolam ipsius Juliani Appendici insertam n. 2. Vide tom. i. col. 1477.



AN. CH. 457. *nunc sit latronum*. Eadem epistola audaciam hæreticorum reprimat, qui id petere audeant quod innocentibus, nedum sacrilegis parricidisque optare non liceat: nam scribit ille: *Quod exorata pietatis vestre venia dixerim, quodam contagio splendorem vestre serenitatis offuscant, cum sacrilegi parricide id audeant petere, quod nec innocentes liceat obtinere*. Ad calcem epistolæ plura pollicetur, quæ longioris colloquii vicem suppleant; quod argumentum præbuit epistolæ cxxxiv.

ubi multa ex SS. Patribus testimonia proferruntur, quibus approbat sanctam Verbi incarnationem. Aliam itidem epistolam ad Anatolium mittit, qua Imperatoris fidem laudat, quæ sollicitudinem pene superet Sacerdotum. Ad hæc multa de eo sibi polliceri narrat, sperans ejus cura vigilantiaque agendum, ut Alexandrina Ecclesia ex hæreticorum manibus eripiat, deturbenturque hostes fidei ex ea Sede, ad quam per cædes & sacrilegia sibi gradum fecerunt; Lætitiâ quoque suam non dissimulat, quod quatuor

tantum Episcopi Thimotheanæ hæresi latrociniâque adhæreant, hortaturque enixe, uti omni humanitate Episcopos Ægypto profugos suscipiat, spem insuper adimat hæreticis novæ Synodi cogendæ. Tandem eum arguit vehementer, quod Atticum Presbyterum passus sit publice Constantinopoli adversus fidem Calchedone professam differere, minaturque se pro sua auctoritate acturum; si detrectet illum Andreâque socium suæ impietatis a communione abscindere. Hæc epistola legitur sine die & Consule in manuscripto nostro codice, ex quo primum illam publicamus; quæ tamen haud dubie his scripta est temporibus.

IX. *Egre tulit Anatolius, 6 quasi res suas alienaque negotia ille curaret, significavitque illi scribens anno sequenti per Patrium Diaconum. Moderate accepit Leo Anatolii querelas; responditque se non animo lædendi hæc scripsisse, cui omnia discutendi potestatem reliquerat: Neque in aliquo ho-*

norem tuum læsi, cui discutienda, quæ ad me erant perlata, commisi. Anatolium in primis angebant litteræ Leonis ad Augustum, quibus arguebatur quod Clericos fidei ambiguae ex sua Ecclesia non egeret; immo oscitanter ferret aliquos de fide perverse sentire & loqui: *Sacerdotalem namque & apostolicam tue pietatis animum hoc malum ad justitiam ultionis debet accendere, quod Constantinopolitane Ecclesie puritatem pestilenter obscurat: in qua inveniuntur Clerici quidam, hæreticorum sensui consonantes, & intra catholicorum viscera assertionibus suis hæreticos adjuvantes. In quibus deturbandis si frater meus Anatolius, cum nimis benigne parcat, segnior invenitur; dignamini pro fide vestra etiam istam Ecclesie præstare medicinam: ut tales non solum ab ordine Clericatus, sed etiam ab urbis habitatione pellantur; ne ulterius sanctus Dei populus perverforum hominum contagio polluat. Leonis sermonibus Imperator excitatus Atticum impulit, ut de sua fide ad Pontificem Romanum scriberet, & meditata professione omnem de sua doctrina suspicionem amoveret. Perfecit Atticus in speciem quod Augustus jussit: edidit missitque Romam confessionem fidei, sed obscuram & ambage verborum implicatam. Odiose Eutychem videbatur, sed non ejus errores averfari: Eutychi inimicum se palam restabatur, verum id poterat videri privata similitudine: quod ejus hæresim aperte non detestaretur, suspectæ fidei erat. In hunc modum sanctus Leo anno sequenti de litteris Attici: *Qui scripta mittendo dubia fidei, & professione incerta, confirmavit magis quam diluit quicquid ad nos de eo fama pertulerat. Nam si conscientiam suam voluisset probare sinceram, non Eutychem sibi odiosum fuisse, sed quod perfidiam ipsius reprobarat atque damnaret debuit confiteri: quia aliud sunt humane etiam inter catholicos simultates; aliud diabolici, quos fides catholica damnat, errores. Leo igitur petit ab eo non fucatam, sed explicatam Eutychanismi condemn-**

AN. CH. 457. *Epistola cxxxviii. nunc clxiii. cap. I. Ep. cxxv. nunc clvi. cap. v.*

Atticus fidei rationem reddidit Leoni.

*Epistola cxxxviii. nunc clxiii. cap. I.*

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Leonis epistola 163. c. 1. indicat Anatolium displicuisse Pontificis studium, quo eum monuit, ut caveret ab iis, qui communi fidei adversari dicerentur; ubi Atticum Presbyterum Constantinopolitanum, qui publice contra fidem Calchedonensem disputasse ferebatur, intelligit. Id autem Anatolius non idcirco ægre tulit, quod res suas alienaque negotia Leonem curare crederet, sed quia ex pluribus S. Pontificis litteris hac super re scriptis, se negligentiam aut commiventiam notari pervidebat. Primum scilicet Leo ad ipsum dedit epistolam 151. Kal. Septembris hujus anni 457. qua tamen ne ejus honorem læderet, totam rem eidem discutendam commisit. Eadem in re iterum institit ep. 155. quam alia occasione ad eundem direxit die 11. Octobris. Id ipsum tetigit alia epistola 157. Kal. Decembris, quo die ad Imperatorem alia de causâ scripturus, hoc maximi momenti negotium ipsi Augusto commendavit, Cum vero nullam hac de re

responsionem ab Anatolio accepisset, die 21. Martii anni sequentis 458. in ep. 161. ad Constantinopolitanos Clericos eadem super re nonnulla inseruit. Mox responsum Anatolii tandem accepit, quo studium ac sollicitudinem Leonis sibi displicuisse significavit; eique S. Pontifex statim respondit ep. 163. signata (ut ex nostris codicibus emendavimus) die 28. Martii. In hac autem cum prima mentio fiat professionis fidei ab Attico missæ; hanc cum Anatolii litteris, & ab ipso Anatolio directam satis credibile est. Ad hanc vero professionem scribendam Atticum ad Imperatorem potius, quam ab Anatolio fuisse impulsam, ut Quenellus cum aliis postea subjicit, nullo documento probabitur. Cum vero hæc Attici professio non plane satisfaceret, aliam exploratorem Leo exegit, cujus formulam in vetustis collectionibus conservatam indicavimus adnot. 3. in ep. 163.

AN. CH. 457. Leonis moderatio. demnationem, planam sinceramque confessionem fidei Calchedonensi congruentem. Sin abnuere pergat, hunc pœnis a Synodo adversus hæreticos latis obnoxium pronuntiat. Vigilantiam æque ac prudentiam summi Pontificis admirari licet, qui etsi jura Ecclesiarum custodire satagit, ut superius exposuimus; tamen quando e re Ecclesiæ videtur esse, & id necessitas exigere, oscitantium Præfulum urget negotium.

Interea hæretici etsi odiosi omnibus, Imperatorique in primis, tamen tacitis artibus fidem sanam oppugnare nituntur, compe-  
 Timoth. Ælurus Synodum Calched. & Leonis epistolam damnat. rindinatione remorari res Ecclesiæ & suas promovere student. Erat his temporibus Basiliscus, is qui postea imperium invasit, tum in aula potens, clanculariusque hæreticorum fautor: cujus gratia & favore in perniciem Ecclesiæ abutebantur hæretici. Ejus opera spem datam novæ Synodi facile mihi persuaserim, traditamque Timotheo Leonis Pontificis Romani ad Imperatorem epi-

AN. CH. 457. stolam, qua sacrilegi hominis ordinatio condemnata, ut Evagrius commemorat lib. 2. c. 1. Responsum edidit Timotheus, qua nec Leonis epistolam, nec Synodum Calchedonensem veritus est reprehendere.

Ægyptii Antistites, qui fidei causa extorres agebant Constantinopoli, cruciabantur interim cunctatione circuitationibusque hæreticorum. Confugiunt itaque ad Leonem, & auxilium poscunt. Feliciter a nobis recuperata responsio data Kalendis Decembribus; ubi eorum lacrymas lacrymis solari aggreditur; testatusque suum dolorem respondet se jam eorum postulationem antevertisse scriptis ad Imperatorem litteris, hortaturque ut multa sibi de Dei bonitate & Imperatoris fide polliceantur, tandemque sperent felicem rerum suarum exitum. Excitat deinde ad perferendas persecutiones exemplo Apostolorum, nec inanes putent labores, cum quibus conjuncta est immensa merces.

Ep. cxxvii. nunc clviii.

ANNUS CHRISTI 458.

LEONIS PAPÆ 19.

LEONIS ET MAJORIANI IMPP. 2.

AUGUSTIS IISDEM COSS.

I. Leo Aug. Synodi spem admittit, colloquium petit.

**A**uxit spem Catholicorum consilium Imperatoris. Hæretici, ut superiori anno diximus, Synodum petierant, ubi retractarentur decreta Calchedone edita. Augustus paci Ecclesiæ & Imperii quærens, de Synodo cogenda suspensio animo fuerat, ratus posse turbas Ecclesiæ placari, si fieret Synodus. Postmodum Leonis persuasus litteris hæreticis congregandi Concilii spem sustulit. Nec tamen quievit hæreticorum furor: spe Synodi amputata, publicum colloquium petunt cum iis quos maluerit Leo Pontifex. Æqua petitio videbatur; & his revera artibus complures decepti. Jactabantur enim rumores, hos sincere velle edoceri fidei veritatem; opinionumque non ita tenaces, ut nollent emendatas, si falsitas demonstraretur. Hæc quidem palam, sed revera procrastinandi animo collationem petebant: recogitabant enim animo meliora sibi tempora, ut varia rerum vicissitudo est: præterea eorum mentibus insidebat periculum fidei orthodoxæ, si aleam iterum subiret, & in controversiam revocarentur, quæ definita sanctione Patrum. Adde quod si dubio Marte in hoc conflictu depugnarent; posse novam Synodum peti rebus suis nondum in collatione profligatis. His ita compositis, sub pacis imagine Imperatorem per aulicos fautores adeunt, eique collationem persuadent. Ille consiliis in speciem utilibus circumventus ad sanctum Leonem de eo negotio scribit, confiteturque Synodum frustra peti, postquam Synodo Calchedonensi finita controversia est: quia, ut ipse commemorat, *perfectio incrementum, & adjectionem plenitudo non recipit*. Quæ præclara Im-

Ep. cxxxii. nunc clxii. cap. 11.

peratoris verba sanctus Leo suis ipse litteris prædicavit, & ad posteros transmisit.

Rogabat insuper sanctum Pontificem, ut quoniam Constantinopolim proficisci non erat integrum, mitteret Episcopos ex Occidente, qui quasdam quæstiones elucidarent. Agnovit perspicax Pontifex astutiam hæreticorum, responditque in hæc verba: *Evidenter agnoscitis, quod magnis hæreticorum audetur insidiis; ut inter Eutychis Discorique discipulos, & eum quem Apostolica Sedes direxerit, diligentior, tamquam nihil ante fuerit definitum, tractatus habeatur; & quod totius mundi catholici Sacerdotes in sancta Calchedonensi Synodo probant gaudentque firmatum, in injuriam etiam sacratissimi Concilii Nicæni efficiatur infirmum*. Episcopos tamen se missurum pollicetur, non ad pugnam cum hostibus fidei instaurandam: non enim patiendum ut recudantur, quæ Nicææ & Calchedone aliquando firmata sunt. *Prænoscat igitur, inquit, pietas tua, venerabilis Imperator, hos quos spondeo dirigendos, non ad confligendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra illos a Sede Apostolica profecturos: quia de rebus & apud Nicæam & apud Calchedonem, sicut Deo placuit, definitis nullum audemus inire tractatum, tamquam dubia vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas*. Sub finem epistolæ labentem Alexandrinam Ecclesiam illi commendat, rogatque vehementer, ut ejectis ex urbe parri-

II. Augustus ex Occidente Episcopos mitti postulat. Ibid. c. 1.

Leo missurus in Orientem Legatos.

Ibid. c. 3.

III. Ep. cxxx. nunc clx. Episcopos pro fide extorres; solatur;

His litteris alteras adjungit ad Episcopos Clericosque, qui factione hæreticorum ex patria pulsi, Constantinopoli morabantur. Leo.

Di-

AN. CH.  
458.

Digna luce epistola est, quam primum ex tenebris eruimus. Ad quindecim Episcopos nominatum inscriptio est. Solatur eorum exilium, monetque ne adventu Episcoporum occidentalium perturbentur, quos rogatu Imperatoris Constantinopolim mittit, ad explanandas fidei quæstiones, quæ nonnullorum animos pulsabant. Hos deinde excitat, uti pro fide constanter pugnare pergant, caveantque ne discordia suæ res dilabantur, atque iterum cum hæreticis manus conferant, vel colloqui, vel disputationis specie decepti.

Ep. cxxxii.  
nunc clxi.  
ad Clerum  
CP.

Tertiam addidit epistolam ad Clericos Constantinopolitanos: illis fidei sinceritatem gratulatur, hortatur ad constantiam, & rogat ne sinant in suis visceribus grassari proscriptam hæresim, eliminant ex suo cœtu, quos hoc malo infectos sciunt: Atticum Andreamque perstringens, quos hæresis suspectos diximus: hos ab officio dejecti præcipit, nisi verbo scriptoque Nestorii & Eutychis dogmata detestentur, palamque jurent in fidem Calchedonensem. Addit præterea eorum nomina, quorum fides dubia, jam ad Anatolium a se esse delata: unde conjicio laudatam superius i epistolam ad eundem Episcopum CP. non eo tempore, sed misam antea, quod supra diximus.

Suspecti  
de fide a  
Leone de-  
lati Ana-  
tolio.

I  
IV.  
Legatio  
quinta a  
Leone in  
Orientem  
directa.  
Epistola  
cxxxii.  
ad Leonem  
Aug. nunc  
clxiv.

Erant quinque menses prius elapsi, quam sanctus Leo mitteret Episcopos quos promiserat, sive Romæ deerant idonei tanto negotio, sive quippiam aliud eorum profectioem retardavit, quam ad finem mensis Augusti contigisse ex inedita huc usque epistola accepimus. Recte Baronius existimavit aliam a 78. quæ nunc est 132. (modo autem 162.) epistolam existitisse, qua ex more de certis missis Legatis & eorumdem nominibus & commendatione sit actum. Nacti hanc juris publici facimus. Egregia quidem est, antiquis celebrata, nota Facundo, & ab eo excerpta, ut ex ejusdem scriptis accipimus, a Vigilio Pelagioque summis Pontificibus in testimonium allata in controversia de tribus capitulis, & a sancto Prudentio Tricassino Episcopo tota fere descripta, ut in notis fusius differimus. Statim retardatam Geminiani Domitiani que Episcoporum profectioem paucis excusat. Qui erant isti Episcopi, haud promptum dicere. Quidam Domitianum Mutinensem Episcopum asserunt; Geminianum vero Catalaunensem e Gallis accitum: quia ejus nominis ea ætate alium facile non reperias. Res obscura, nec magni momenti. In ea epistola obsecrat obtestaturque Augustum ne

renovandæ disceptationis copiam permittat: neque de fide iterum agi, aut revocari in examen definitiones Calchedone peractas; opem ferat Ecclesiæ Alexandrinæ, Timotheum jam toto biennio sedem occupantem, tamquam parricidam nulla mora, nulla miseratione ab Episcopatu dejiciat. Quod ergo, inquit, in sancta Ecclesiæ pervasione & in Præsulis ipsius crudelissima cæde impius parricida commisit, non potest humanis remissionibus expiari; nisi ille exoretur, quitalia & solus potest plectere, & solus ineffabili misericordia relaxare.

AN. CH.  
458.

2 Hæc, opinor, ipsa est epistola, quam laudat Evagrius Histor. lib. 2. cap. 10. Τοιγαρωῦ πρώτον ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ρωμῆς ἐπίσκοπος Λέων ὑπὲρ τε τῆς ἐν καλκηδόνι συνόδου γέγραφε τῷ τε Τιμοθέου χερροτονίαν ἀπεδοκίμασεν καὶ ἀδέρμως γενομένῳ. ἦν τινα ἤ Λέοντος ἐπιστολὴν Λέων ἀντοκράτωρ Τιμοθέῳ διαπέμπεται πῶ τῶν Ἀλεξανδρέων προεδρῶ διομήδοις σιλεντιαίου τοῖς Βασιλικαῖς κελεύσμασι διακονοσαμένου. πρὸς ὃν καὶ ἀντέγραφε Τιμόθεος, περιφορμένος καὶ ἐν καλκηδόνι σύνοδον καὶ τῷ Λέοντος ἐπιστολὴν. Id est: Primum igitur Leo Episcopus senioris Romæ scripsit pro defensione Synodi Calchedonensis, & ordinationem Timothei, ut pote illegitime factam improbarit. Quam Leonis epistolam Imperator Leo ad Timotheum Alexandrinum Episcopum misit per Diomedem silentiarium, regalium bajulum præceptorum. Cui rescripsit Timotheus, Calchedonensem Synodum & Leonis epistolam reprehendens. De alia epistola quam de 133, (nunc 164.) quæ nunc primum prodit in lucem, hæc non puto intelligi. De epistola enim 134. (nunc 165.) prolixissima, testimoniisque sanctorum Patrum munita ut non audeam interpretari in causa est, quod in ea ne verbum quidem de improbata Timothei ordinatione, qua de illic a Leone scriptum asserit Evagrius.

Præter has litteras, alias 3 triduo post ad eundem Augustum dedit, quas quidem jam pridem promiserat, ipsis scilicet Kalendis \* Novembris superioris anni, ut liquet ex epist. 125. (nunc 156.) cap. 6. Haud dubium quin ejusdem legationis occasione datæ sint, quod & temporis ratio arguit, & ipsius epistolæ conspectus. Continet quippe prolixiorē diligentiorēque de incarnationis mysterio tractationem, plurima amplissimaque subjecta habet sanctorum Patrum testimonia, quibus Eutychis error jampridem in Ecclesia proscriptus ostenditur; demum in fine epistolæ enixius postulat Pontifex ut Augustus paci Ecclesiarum Domini sua

V.  
Epistola  
cxxxii.  
ad Leonem  
Aug. nunc  
clxv.  
\* Leg. Decembris

3

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Intelligit epistolam 163. ad Anatolium, quam post epistolam 161. ad Constantinopolitanos scriptam, emendata chronica notatione ostendimus adnot. 12. in eandem ep. 163. Quod si in epistola 161. eorum nomina, quorum fides erat dubia, missis antea litteris Anatolio indicasse scribit, non intelligit epistolam 163. quæ postea directæ fuit, sed epistolas 151. 155.

& 157., quæ antea ad eundem scriptæ fuerunt.

2 Non epistolam 164. sed epistolam 156. Evagrius respicit, ut in Admonitione huic præmissa probatum a nobis fuit.

3 Epistolam 165. non triduo post, sed eodem die, quo epistola 164. datam ostendimus in Admonitione ad ep. 165. n. 2.

AN. CH. 458. *sua constitutione prospiciat, & in omnibus sibi subditis Dei dona defendat.*

VI. Decretalis Leonis Papæ ad Nicetam Aquilejensem qua occasione? *Ep. cxxix. nunc clix.*

Eodem hoc anno Leo de ecclesiastica disciplina observatione, non minus quam de catholica fidei integritate sollicitus, decretales, ut vocant, epistolas duas scripsit, unam ad Nicetam Aquilejensem Episcopum; alteram ad Neonam Ravennatem: utramque occasione Attilanæ vastitatis Italicis regionibus ante biennium illatæ. Aquileja urbs Italiæ opibus potens & frequentia populi nobilis, quasi altera Roma olim æstimata est; sed objecta incurfionibus Barbarorum variam experta fortunam est. Attila peragrato armis Imperio, & devastatis nobilissimis oppidis, hanc urbem cepit diripuitque. Barbarus post urbis excidium magnum hominum numerum captivum abduxit. Tum mulieres non paucæ viduatæ thoro, virosque aut morte absumtos, aut in posterum a rēditu prohibendos ratæ, viduitatis haud satis patientes, alias ambiunt nuptias, aliisque viris nubere non dubitant. Restitutis rebus, reversi e captivitate priores mariti thorum conjugalem repetunt; qui relictas duxere, retinere cogitant. Dum certatur pro thalamis, dubitaturque uter potior maritus sit, Adeodatus Ecclesiæ Romanæ Diaconus, quem forte Aquilejam miserat Leo noster explorandi Ecclesiæ illius status gratia, Romam regressus est, retulitque aliqua quæstionum capita, de quibus quid Apostolica Sedes sentiret Nicetam poposcisse memoravit Adeodatus: nullum enim consultationis scriptum attulit. Respondit sanctus Leo ad primum caput juxta sententiam Domini: *Quod Deus conjunxit, homo non separet: necesse esse ut legitimarum fœdera nuptiarum redintegrentur, & ut recipiat unusquisque quod proprium est.* Adversus autem eos qui aut metu, aut necessitate coacti immolavit cibos comederant, scribit: *Pœnitentiæ satisfactione purgandos: qua non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione pensanda est.* Addit pariter de iis, qui iterato baptizati sunt vel metu vel errore traducti, culpam eludendam pœnitentiæ, & judicio Episcopi ad communionis unitatem recipiendos. Eos vero qui baptismum ab hæreticis acceperunt, confirmandos sola invocatione Spi-

*Ep. ead. c. i. 2. 3. & 4. Cap. 5. Cap. 6. Cap. 7.*

ritus sancti per impositionem manuum. AN. CH. 458.

Epistola ad Neonam Ravennatem anno 451. olim assignata est, eo quod Marciani consulatu insignita legebatur. Majorianum in Marciani locum substituímus, epistolamque ad præsentem annum revocavimus: cujus emendationis causas habes in notis. Duo decernuntur a Leone, unum de parvulis in captivitatem abductis, de quorum baptismate si nihil certi cognosci queat: *accedat, inquit, talis intrepidus ad consequendam gratiam, cujus in se nullum scit esse vestigium: nec vereamur huic salutis januam aperire, quam numquam ante docetur ingressus... Quoniam non potest in iterationis crimen venire, quod factum esse omnino nescitur.* De his qui ab hæreticis baptizati sunt, quod alterum caput est, idem statuit quod in superiori epistola ad Nicetam Aquilejensem definierat. 4

AN. CH. 458. VII. *Ep. cxxxv. nunc clxvi. Decretalis ad Neonam Ravennatem quo anno data? Cap. 1.*

Legitur etiam Majoriani Imperatoris hoc anno data constitutum, qua parentes vetantur virgines ad edendam professionem virginitatis cogere, oblataque a parentibus recipere velum ante quadragesimum ætatis annum. Condemnantur similiter viduæ, quæ non amore continentiæ, sed cupiditate vitæ laxioris alteras nuptias refugiunt. Liber Pontificum Romanorum eadem de virginibus a Leone constituta refert. *Hic quoque, inquit, constituit ut monacha non acciperet velaminis capitibus benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate annis quadraginta.* Et in epistola ad Rusticum Episcopum Narbonensem sunt alia quædam, quæ ad idem pertinent argumentum: quod mihi facile persuadet Leonis opera & consilio editum Majoriani promulgatum. Unde intelligimus non insolitum visum Episcopis, si Principes caveant legibus quæ ad professionem disciplinamque monachicam attinent. Quin etiam ipsi Pontifices plerumque Regibus auctores fuerunt, ut ejusmodi leges ferrent. Namque regis auctoritatis esse censebant tam commodis Reipublicæ, quam Ecclesiæ bono consulere. Hoc ipsum sanctus Leo ad Imperatorem Leonem scribebat: *Debes incunctanter advertere regiam potestatem non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium esse collatam.*

VIII. *Constitutio Augusti de velo ante 40. annos virgini non dando. Ep. cxxv. nunc clvi. cap. 111.*

ANNUS CHRISTI 459.

LEONIS PAPÆ 20.

LEONIS ET MAJORIANI IMPP. 3.

RICIMERE ET PATRICIO COSS.

Epistola ad Episcopos Campaniæ de tempore baptismi & confes-

**S**cripsit hoc anno Leo noster pridie Nonas Martii epistolam unicam, quæ est

ad universos Episcopos per Campaniam, Sannium & Picenum constitutos, eosque re-

*Epistola cxxxvi. nunc clxviii.*

EDITORUM ADNOTATIONES.

4 His duabus ad Nicetam & Neonem epistolis adjicienda est epistola 167. ad Rusticum Narbonensem, quam circa hoc tempus scri-

ptam in Admonitione ostendimus: & de qua Quesnellus agit an. 440. n. XV.

AN. CH. 459. reprehendit, quod in festis Martyrum baptizarent, omiſſa exorcismorum jejuniorumque ſanctificatione, aliisque ejuſmodi ritibus relictis: conſtituitque non dandum baptiſmum aliis diebus quam Paſchæ & Pentecoſtes. Ibidem prohibet, ne de ſingulorum peccatorum genere libello ſcripta profeſſio publicetur;

AN. CII. 459. cum reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis Sacerdotibus indicari confeſſione ſecreta. Non improbat tamen, ſi quis ſponte propria ex plenitudine fidei & ex timore Dei apud homines ita erubeſcere non veretur, ut ſuam ipſe conſcientiam publicare cupiat.

ANNUS  
CHRISTI  
460.

LEONIS  
PAPÆ  
20.

LEONIS ET  
MAJORIANI  
IMPP.

MAGNO ET  
APOLLONIO  
COSS.

I.  
Quid per  
Legatos  
Leonis actum  
CP.

**A**D orientalium porro rerum ſeriem ut redeamus, diximus a Leone miſſos anno 458. Domitianum & Geminianum Episcopos Conſtantinopolim, qui cauſam fidei Pontificis nomine illic agerent. Quo ſucceſſu legatione ſua functi ſint, obſcurum eſt. Nam quid Conſtantinopoli geſſerint, neque Leonis epiſtolæ, nec Scriptores Eccleſiaſtici tradunt. Certum dumtaxat Anatolium i ſuperiori anno deceſſiſſe ante adventum Legatorum. Ejuſ morte, opinio eſt, retardata eorum conſilia; dum eligendo ſucceſſori tempus teritur. Certum quoque ex litteris Leonis ad Gennadium non ante hunc annum cccclx. circa Junium meſem illos ad Gennad. Romam rediſſe. Sed quid actum hoc intervallo? Si 2 conjeſtura aſſequi licet, habitum eſt Conſtantinopoli Concilium, ubi perlectæ epiſtolæ, quas Metropolitanis cum ſubſcriptione Episcoporum ſuæ quiſque provinciæ ad Auguſtum miſerant; recitata etiam ſancti Leonis epiſtola 134. (nunc 165.) ad Leonem Auguſtum cum ſubjectis testimoniis ſanctorum Patrum de incarnatione Verbi Dei. Quibus perlectis, quaſi aliqua generali Synodo habita, præſentium abſentiumque communi conſenſione, accedente auctoritate Imperatoris, Timotheus condemnatur, jubeturque abire ab Episcopatu, quem per vim invaſerat. De hac in Timotheum ſententia fermo eſt in epiſtola Leonis ad Gennadium, qui Anatolio ſucceſſerat. *Univerſorum*, inquit, *Domini Sacerdotum ſententiis coarctatus*. Et in epiſtola 137. ad Leonem Auguſtum. Tom. II.

Epistola  
cxxxviii.  
ad Gennad.  
CP. nunc  
clxx.

2

ſtum teſtatum pariter habetur Imperatorem auctoritati Episcoporum ſuam adjuñxiſſe, ut impius Timotheus epiſcopalem Sedem relinquere cogereſſet. *Sciat*, inquit, *clementia veſtra omnes Eccleſias Dei cum laude veſtra exultare pariter & letari, quod ab Alexandrinæ Eccleſiæ jugo improbus parricida depulſus eſt: & populus Dei, cui prædo nefarius incubabat, in antiquam fidei libertatem reductus, poteſt jam in ſalutis viam fidelium Sacerdotum prædicatione revocari, cum videat omne ſeminarium venenorum in ipſo auctore projectum*.

Pulſus e Sede Timotheus, ut erat verſatili animo, ad artes confugit, cedens temporibus: quia refragari omnium Episcoporum ſententiis nequibat, neque amplius Synodum Calchedonenſem improbare. Simulat igitur iudicio Episcoporum acquieſcere, & parere Synodi decretis, ratus amovendam prompto obſequio ſuſpicionem contumaciæ aut hæreſeos, atque ita ſibi ſedem gratia & auctoritate amicorum reſtituendam. His rebus ita comparatis cum venia Imperatoris advolat Conſtantinopolim, & communicat cum Catholicis quaſi innoxius. Leo per litteras Gennadii, & per duos Episcopos admonitus, apud Imperatorem ipſumque Gennadium, plurimum ea de re conqueritur, multique probat Timotheum Episcopatu non modo indignum ob hæreſim, verum etiam ob parricidium ſacrilegiæque, quæ perpetraverat: Sedem Proterii viventis per vim occupatam, ſeditionis faces in Alexandrina Eccleſia

II.  
Timotheus hæreticus  
advolat  
Conſtantinopolim.

Epistola  
cxxxviii.  
ad Gennadium, nunc  
clxx.

Qq ſia

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Non anno ſuperiori 459. ſed anno 458. obiit Anatolius. Cum enim in Nicephori Chronico hujuſ Episcopatu tribuantur anni octo & totidem meſes, quos Theophanes computavit annos novem; ille autem Episcopatum obtinuerit ſub fine an. 449. e vivis exceſſit an. 458. meſe Auguſto, vel die 3. Julii, quo Græci ejuſ feſtum ſignant.

2 Hæc conjeſtura e Cardinali Baronio ſumta videtur, qui in Synodo a Gennadio habita contra Simoniacos hæc pariter, quæ Queſnellus indicat, Domitiano & Geminiano Apoſtolice Sedis Legatis præſentibus circa Eutythianos acta exiſtimat ad an. 459. n. 1. & ſeqq. Id autem ſcripſit Baronius, quod ejuſ Concilii ſynodicam contra Simoniacos Patrum ſubſcri-

ptionibus expertem viderit. Cum vero omnes ſubſcriptiones accurate editæ tom. 5. Concil. col. 49. Domitiani ac Geminiani Episcoporum nominibus careant; Baronii conjeſtura, qua eidem Synodo quædam circa Eutythianos Legatis agentibus geſta tribuit, imbecillis agnoscitur. Aliam autem Synodum Conſtantinopolitanam imaginari, nullo documento fulcitur. Quod enim de Timotheo ſcribit Leo ad Gennadium ep. 170. *Univerſorum Domini Sacerdotum ſententiis coarctatus*, non ad Conſtantinopolitanam aliquam generalem aut fere generalem Synodum, cujuſ nulla memoria ſuperreſt, ſed ad ſententias referitur, quas contra eum omnes totius orbis Episcopi redditis ad Imperatorem litteris pronuntiarunt.

AN. CH.  
460.

lia accensas, & mortem illatam Antistiti rememorat, commendatque in primis Genadiao, ut sacrilegum parricidam non modo a conventu publico Ecclesiæ, sed & a privata fidelium societate prohibeat: *Et ideo dilectio tua sollicitudine, qua claret, eniti & elaborare debet, ne cum tam nefario homine sermo aliquis privatim vel publice miscatur; neve sub specie correctionis ejus quorundam conventui præbeatur occasio: ne red-eundi integram capiat libertatem, de quo jam edictis suis Princeps christianissimus judicavit.* Obsecrat Augustum ut Episcopum alium in Alexandrinam Sedem subrogari jubeat, cujus non minus probata fides, quam mores integri, cumque ordinari *secundum morem veterem*, ut legitur in epist. ad Genadium: quæ verba de industria litteris inserta: tacitus enim arguit consuetudinem ab Anatolio inductam: quippe qui Episcopos majorum præfertim sedium ordinandi potestatem contra priscos mores sibi suæque sedi vindicaverat; ob eamque causam admonet Genadium, ne novitatem retineat, quam sui decessores invexerant, sed antiquam præscriptamque canonibus legem observet.

Epistola  
cxxxvii.  
ad Leonem  
Aug. nunc  
clxix.

Duo menses vix effluerant, cum ecce Legati ex Alexandria Ecclesia Daniel Prefbyter & Timotheus Diaconus, cum litteris novi Episcopi Alexandrini rite consecrati. Læta illi renuntiabant. Timotheum Alexandria edicto Imperatoris pulsus, & longe ablegatum, & communi Cleri plebique consensione, suffragiisque omnium electum Timotheum Solophaciolum rite solemniterque ordinatum. Tres illico gratulatorias epistolas misit Leo eodem die exaratas: datæ leguntur xv. Kalendas Septembris. Primam ad ipsum Solophaciolum scripsit: gratulatur illi suam electionem; hortaturque, sicut litteris testatus erat, ut hæreticos in transversum actos ad rectum fidei tramitem reduceret. Secunda scripta est ad Clericos Alexandrinos; tertia ad Episcopos qui Solophaciolum ordinaverant: suamque cum illis lætitiâ communicat, quod is sit ordinatus cui nihil ambitio, nihil tumultuarie multitudinis præceperat impetus, nihil feditio, nihil artes contulerant. Postremæ litteræ Leonis fuerunt; hæcque novissima, quæ novim, magni Præfulis opera.

AN. CH.  
460.  
III.  
Timotheus  
catholicus  
Alexan-  
driæ Epi-  
scopus or-  
dinatus.

Epistola  
cxxxix.  
nunc  
clxxi.

Ep. cxl.  
nunc  
clxxii.  
Ep. cxli.  
nunc  
clxxiii.

ANNUS  
CHRISTI  
461.

LEONIS  
PAPÆ  
22.

LEONIS 5.  
SEVERI 2.  
IMPP.

SEVERINO ET  
DAGALAIPO  
COSS.

I.  
Leo Papa  
moritur.

**D**Emum Leo summus Pontifex post multos labores pro Christo perpeffos, acresque pugnas adversus hostes fidei, scriptis dictisque debellatas hæreses, moritur. Qua prudentia Ecclesiæ gubernaculum rexit, qua constantia tenuerit clavum nullis tempestatibus cedens, qua vigilantia asperis rebus providerit, ex his quæ retulimus, aut scire, aut animo capere promptum est. Feliciter tot consummatis operibus ad Christum commigravit, ut qui ejus vicem gesserat, in æternæ illius hereditatis partem veniret. Felix certe Pontifex, qui dum vita manebat, infractus semper stetit inter disfidendum Ecclesiarum motus, varia inter Episcoporum studia, molitionesque hæreticorum, nihil temporum rerumque asperitate territus: nec Regum cessit majestati, nec Pseudosynodi speciosa auctoritate victus est, nec Anatolii Episcopi Constantinopolitani artibus deceptus: omnibus major periculis in proventum fidei victorias impendit; jurgia Ecclesiarum sedavit, ausus temerarios contudit; flagitiaavorum hominum aut emendavit aut castigavit; quoquo versus vigilibus oberrans oculis, nihil quod ad rem Ecclesiæ Imperiique christiani conferret prætermisit. Hoc magnificum illi gloriosumque contigit, quod adeptus est Pontificatum toto pene Oriente foedis hæresibus turbato, columnis Ecclesiæ aut dejectis, aut vacillantibus: decesserit vero parta ubique pace, primarias Sedes occupantibus Episcopis, qui-

bus tanta cura retinendæ pacis, quantum aliis animi fuit ad bellum accendendum, vel pusillanimitatis ad extinguendum. Genadius vanissimo Anatolio, Timotheus Solophaciolum impiissimo Timotheo Aeluro subrogati fuerant, quemadmodum Anastasius Juvenali Jerosolymitano, qui in causa fidei animis ceciderat. Huc accedit, quod sicut cum ad Sedem Romanam evehctus, privatus tum inter præfectos exercituum lites componebat, sic toto Pontificatus curriculo sedandis Ecclesiæ turbis incubuerit, & tandem vir Imperii Ecclesiæque felicitati natu pacaverit.

Præter ea omnia, quæ retulimus, liber Pontificum Romanorum memorat ejus pietate & sollicitudine complures Romæ ædificatas Basilicas. Basilicam in primis SS. Apostolorum Petri & Pauli ab eo instauratam. *Hic, inquit, renovavit Basilicam Petri Apostoli, & fecit ibi cameram, quam & ornavit: & Beati Pauli Basilicam post ignem divinum renovavit; fecit & cameram in eadem similiter, & in Basilica Constantiniana.* Adrianus PP. in epistola ad Carolum Magnum pluribus ornatum hujus Basilicæ prosequitur: *Item de sacro quarto Concilio egregius atque mirificus prædicator sanctus Leo Papa, qui & ipse fecit Ecclesias, quas in musivo ex diversis historiis seu imaginibus pingens decoravit: magis autem in Basilica S. Pauli Apostoli, arcum ibidem majorem faciens, & in musivo depingens Sal-*

II.  
Basilicæ a  
S. Leone  
extructæ.

vato-

vatorem Dominum nostrum JESUM CHRISTUM: & secum viginti quatuor seniores nomine suo versibus decoravit; & a tunc usque hætenus fideliter a nobis venerantur. Illustrissimus Annalium conditor scribit hanc imaginem Salvatoris ad sua usque tempora servatam integram; sed viginti quatuor seniores vetustate & situ deformatos. Opus hoc elaboratum esse liberalitate & impensis Gallæ Placidie Augustæ, studio curaque S. Leonis, inscriptio Gruteriana docet quatuor versibus comprehensa, ex majore hujus Basilicæ arcu descripta. Scio apud Baronium legi tantum distichum, ubi mentio est de morte Placidie. Ecce inscriptionem a Grutero excerptam.

THEODOSIUS cœpit, perfecit HONORIS aulam

Doctõris mundi, sacratam corpore PAULLI.

PLACIDIE pia mens operis decus omne paterni

Gaudet Pontificis studio splendore LEONIS.

Baronius ad annum 461. N. 12. eam alio modo descriptam refert, in sculptamque ait ad Basilicam S. Laurentii, ex liberalitate Placidie, & studio Leonis reparatam.

Gaudet Pontificis studio splendore LEONIS PLACIDIE, pia mens operis decus omne paterni.

Demovit Dominus tenebras, ut luce creata His quondam latebris sic modo fulgur inest.

Angustos aditus penetrabile corpus habebat, Huc ubi nunc populum largior aula capit, Eruta planities patuit sub monte recisa, Estque remota gravi mole ruina minax.

Fecit quoque Basilicam, ut habet liber Pontificum, sancto Cornelio Episcopo & Martyri juxta Cœmeterium Calixti via Appia.... Hic constituit Monasterium apud beatum Petrum Apostolum.... Hic constituit ut infra Actionem sacrificii diceretur: SANCTUM SACRIFICIUM, IMMACULATAM HOSTIAM, &c. Hic etiam constituit & addidit super sepulchra Apostolorum ex Clero Romano custodes, qui dicuntur cubicularii, quos modo, ait Baronius, capellanos vocamus: cubiculum enim idem fuisse apud antiquos, quod ho-

Tom. II.

die apud nos capellam, notavimus in Romano Martyrologio.

Radulphus Decanus Tungrensis lib. de Canonum observantia, propolit. 23. In quibusdam Chronicis, inquit, legitur, quod Leo I. constituit ut finito Offertorio super Oblatam incensum in memoriam mortis Christi ponatur. Et post nonnulla: Erectus autem Presbyter populum hortatur ad orandum, dicens: ORATE PRO ME: quod Leoni Papæ ascribitur. Deinde multis interpolatis: Principium Orationis: HANC IGITUR &c. quod ascribunt S. Leoni Magno. Demum versus finem: Subsequitur, inquit, BENEDICAMUS DOMINO, sive, ITE, MISSA EST; ad quod respondent omnes: DEO GRATIAS... Et hæc dici Leo Papa constituit.

Superius notavimus ejusdem cura a Demetriade virgine Basilicam in honorem S. Stephani extructam, cujus apud Paullum Diaconum, Hermannum Contractum, Platinam, & Cuspinianum memoria est. Liber Pontificum hæc addit præterea: Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem in urbe Roma, Presbyteros octoginta unum, Episcopos per diversa loca centum octoginta quinque. Qui etiam sepultus est apud B. Petrum Apostolum III. Idus Aprilis. Cessavit Episcopatus ejus dies septem. In Breviario Romano nihil de ejus ordinationibus, etsi aliorum Pontificum Romanorum ordinationes non omittit. In MS. Thuaneo cujus ea est inscriptio: Ordo Episcoporum Urbis Romæ a Petro ad Hadrianum sub Carolo Magno, S. Leo numeratur quadragesimus septimus PP. & ea verba ibidem reperiuntur. Hic fecit ordinationes VII. Presbyteros LXXVII. Diaconos xxx. Episcopos CLXXV.

Quo die extremum diem clausit sanctus Pontifex, facile est dicere, si communi opinioni obsequi velimus; non ita facile, si res ad diligentius examen revocetur. E vita deceisse III. Idus Aprilis seu XI. die mensis, ferunt hodiernæ Ecclesiæ tabulæ, quibus consensus recentiorum scriptorum suffragatur, Severino scilicet & Dagalaipho Consulibus, seu anno Christi 461. postquam Romanam Ecclesiam 1 unum & viginti annos, triginta minus dies, administrasset.

Q q 2 Ita,

III. Quo die ac mense obierit S. Leo, diligentius inquiratur.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

I Catalogi Romanorum Pontificum cum Pontificali libro Leoni tribuunt annos XXI. mensem I. dies XXVI. alias melius dies XIII. Hanc autem de die obitus S. Leonis quæstionem, quam pluribus Quefnellus discutit, ex antiquioribus libris certioribusque documentis brevius expediri posse credimus. Ex tribus diebus, qui Leoni nostro sacri in ecclesiasticis libris inveniuntur, tres de die obitus ejusdem Pontificis opiniones manarunt. Alii enim præferunt diem 11. Aprilis, alii 28. Junii, alii 10. Novembris. Quefnellus cum unico MS. Corbejensi Dacheriano diem 30. Octobris propugnans, quartam opinionem invexit. Quintam tandem opinionem addiderunt Antonius & Franciscus Pagii Leonis obitum assignentes

diei quarto Novembris. Ea vero sententia, qua S. Leo supremum diem obiisse traditur IV. Idus Novembris, omnium probabilissima, ab eruditissimis passim excepta est. Inter omnes libros, qui diem mortis Leonis signant, vetustissimum est Martyrologium, uti vocant, Hieronymianum: omnia autem hujus Martyrologii exemplaria die IV. Idus Novembris habent: Depositiõ S. Leonis Papæ. Hæc autem de Leone nostro scripta exinde liquet, quod hoc Martyrologium aliorum hujus nominis Pontificum ætate antæius est. Concinunt cum hac die non solum cetera antiqua Martyrologia ex Hieronymiano contracta, Rabanus, & Lectonarum Bellovacensê a Quefnello laudatum; sed & tempus Pontificatus Leoni tributum. Hunc

ordi-

AN. CH.  
461.

Ista, inquam, vulgata opinio est, quam haustam primum puto ex Anastasio, seu quovis alio auctore libri Pontificalis. Verum quam infirmæ sit ac deploratæ fidei opusculum istud, nemo inter eruditos diffidetur. Unde cum idem scribit Sedem Apostolicam post Leonis obitum septem diebus vacasse, ab Illustrissimo Cardinale Baronio merito rejicitur tum ex Mariani Scoti testimonio, tum maxime ex tempore substitutionis Hilari Papæ in locum demortui Pontificis.

IV.  
Ex Hilari  
electio-

Primum igitur quod in hac quæstione pro certo statuere licet, hoc est: Hilarum Leo-

nis successorem eidem subrogatum esse mense Novembri anni 461. quo Leo decessit e vita. Hujus rei testem habemus Marianum Scotum insignem Chronographum: *Hilarus Papa 46. post Petrum ordinatur 2. Idus Novembris*. Sed & antiquius & locupletius testimonium Hilarus ipse suppeditat. Concilium enim Romanum anno Chr. 465. celebratum, *sub die xv. Kalendarum Decembrium*, ut habent acta vulgata, 2 vel XIII. ut in appendice codicis Dionysiani & in Moguntino, vel XVI. ut iidem ad marginem: hoc, inquam, Concilium Hilarus ipse in epistola ad Ascanium &c. cap. 2. habitum

AN. CH.  
461.  
ne lux  
quæstioni  
affulget.

2

## EDITORUM ADNOTATIONES.

ordinatum die 29. Septembris anni 440. probavimus adnot. 1. ad an. 440. Porro ipsius Pontificatu assignantur in catalogis *anni 21. mensis 1. & dies 13.* Licet enim quidam catalogi in diebus discrepantes, signent *dies 26.* & aliqui *dies 28.* præstantiores tamen ac plures exhibent *dies XIII.*, ut patet ex Corbejensi, qui desinit in Vigilio, & altero item Corbejensi a Mabillonio editis *Analect. t. 3.* ex alio pervetusto apud Bollandistas t. 1. Aprilis, & ex aliis a Pagio laudatis ad an. 461. n. 3. quibus adjiciendi sunt duo, alter omnium forte vetustissimus in Hormisda desinens, quem invenimus in MS. cod. Vat. Regina 1997. alter vero, quem ex perantiquo Veronensi codice vulgavit P. Josephus Blanchinius tom. 4. Anastasii in Prolegomenis pag. VI. Accedunt etiam Picturæ Basilicæ S. Pauli, & inscriptio ex MS. Virdunensi in Mabillonii *Analectis impressa & inferius a Quefnello recusa n. XI.* quæ dies totidem signant. Si autem a die 29. Septembris computentur mensis & dies tredecim, Leonis mors incidit in diem IV. Id. Novembris. In laudata inscriptione Leo depositus dicitur *III. Idus . . . . .*, ubi cum mensis nomen desit, Aprilem mensẽ suppleendum nonnulli existimarunt, ita ut ejus mors assignanda sit *III. Idus Aprilis*, quo eum sepultum cum libro Pontificali plures tradunt. Sed hæc documenta Hieronymiano Martyrologio posteriora, præferenda non sunt, cum præsertim tempus Pontificatus Leonis in omnibus catalogis notatum, & a die 29. Septembris ordinationis ejus inceptum, Aprilis mensi nullo modo congruat. Adde tandem id non posse conciliari cum ordinatione Hilari, quem mense Novembri ordinatum Quefnellus n. IV. optime statuit. Solum errat, cum ejus ordinationem assignat diei XV. Kal. Decembris, eo quod putarit an. 461. litteram F. dominicalem fuisse. Cum autem littera dominicalis ejus anni fuerit A; Hilarus ordinatus dicens est XIII. Kal. Decembris seu die 19. Novembris an. 461. Si autem S. Leo excessisset die 11. Aprilis, septem & amplius mensibus Romana Sedes vacasse dicenda esset, quod ab illorum temporum moribus abhorret. Iidem catalogi, qui cum vulgato Anastasio Leonem sepultum tradunt III. Id. Aprilis, statim addunt *cessasse Episcopatum dies septem*. Id autem cum nostra sententia optime concinit: die enim 10. Novembris Leone vita functo, post septem dies Hilarus eligi potuit, ejus ordinatione biduo prorogata, ut die dominico perageretur. Ex his corrui Quef-

nelli opinio, qua Leonem obiisse arbitratur III. Kal. Novembris, seu die 30. Octobris. Unum Corbejense Kalendarium, quod aliis erroribus non caret, tanti esse nequit, ut tot documentis, atque rationibus hætenus propositis anteferendum credatur. Cadit multo magis utriusque Pagii sententia, quæ nulli quoad Leonis mortem documento incumbit. Solum illi præferunt Marianum Scotum Hilari ordinationem signantem II. Id. Novembris. Cum porro ex aliis documentis Romana Sedes vacaverit diebus septem, obitum Leonis ad diem quartum Novembris evehendum collegere. Ea vero antiquiora documenta, quibus Leonis mortem assignavimus diei 10. Novembris (siquidem Romana Sedes vacavit diebus septem) Hilari ordinationem ad diem II. Id. ejusdem mensis a Mariano Scoto perperam evectam ostendunt. Labitur etiam opinio, qua ejus mors assignatur diei IV. Kal. Julii, seu 28. Junii. Hac autem die non obitum, sed translationem S. Leonis celebratam fuisse Capitulare Evangeliorum Romanæ Ecclesiæ testatur. Hoc Kalendarii nomine primus edidit Joannes Fronto; sed vetustissimum esse Capitulare Evangeliorum ipsius Romanæ Ecclesiæ ex Ven. Card. Thomasi, & Dominici Georgii, atque aliorum editionibus liquet. In hoc autem juxta omnes editiones ac MSS. die 28. Junii legitur: *Translatio corporis S. Leonis*: quam quidem hoc eodem die factam sub Sergio an. 688. memorata inscriptio apud Mabillonium prodit his verbis: *Depositus est III. Idus . . . . . & iterum translatus huc a B. Papa Sergio IV. Kal. Jul. Indiæ. I.* Num vero die XI. Aprilis alia vetustior translatio, vel elevatio admittenda sit, satis probabile videtur ex genuino Martyrologio Bedæ; qui paullo post Sergium præter diem 28. Junii, diem etiam 11. Aprilis Leonis festo adscribit. Cum enim ex constitutis nec Leonis mors, nec ordinationi huic diei assignanda sit; aliqua ejusdem translatio, vel elevatio Sergio antiquior eo die adstruenda est; & hac forte de causa in inscriptione laudata Leo sub Sergio *iterum*, idest secundo, *translatus* traditur.

2 Hanc chronicam notationem, quæ in Dionysiano-Hadrianæ collectionis codicibus & editionibus exhibetur, veriore esse illa, quam præferunt codices collectionum Hispanicæ & Isidorianæ, patet ex dictis adnotatione præcedenti, in qua hanc diem XIII. Kal. Decembris anni 461. non vero diem XVI. Kal. dominicam fuisse vidimus.



AN. CH. 461. tum esse testatur a fratribus, seu Coepiscopis, in anniversaria assumptionis suæ festi-  
tate congregatis: *Quos Natalis mei*, inquit, *festivitas congregarat*. Jam vero cum die dominica consecrari debuerit Pontifex, non in-  
commodè ordinationem Hilari in præcedentem dominicam rejiciemus, quæ fuit xv. Kalendas Decembris, si quidem littera F. eo anno dominicam designabat. Cum autem Alphonfus Ciaconius in Vita Leonis scribat (haud dubium quia ex antiquis Ecclesiæ Romanæ monumentis) Sedem Apostolicam 3 decem & octo dies vacasse, si totidem ab illa dominica seu die decima sexta Novembris retrorsus numerentur, occurreret dies decimus octavus seu obitus S. Leonis tertio Kalendas Novembris. At (quod fortasse miraberis) eo ipso die notatam legimus sancti Leonis mortem in veteri Calendario quod ex cod. MS. Corbejensi tomo decimo sui Spicilegii inseruit vir pietate & doctrina insignis D. Lucas Dacherius, quodque anno 826. concinnatum gravibus conjecturis ductus existimat. Ita porro legimus in Calendario: *III. K. (Novembris) Depositio sancti Leonis Papæ*. Nullum autem Leonem alium eo tempore mortuum legimus; nec fas est de alio Leone, quam de primo interpretari quæcumque sine addito dicuntur de aliquo Leone Pontifice in tabulis ecclesiasticis.

Ad Corbejensem codicem proxime accedit Liber Lectionarius, quem ex MS. Bellovacensis Ecclesiæ codice Baluzius edidit in lucem ad calcem Tomi 2. Capitularium: sic enim ille in mense Novembri: *iv. Idus Novembris, Roma, Depositio sancti Leonis Episcopi, & sancti Mennæ*. Non longe abest dies 10. Nov. a 30. Octobris, nec certum est in codice isto, quem corruptum & interpolatum fatetur Editor, qui revera nonnullis in locis perturbata habet plurima, olim ad 111. Kalend. Nov. non adnotatam fuisse Leonis Depositionem, aut ex 30. Octobris ad x. Novemb. in Ecclesia Ambianensi, ad cujus usum liber scriptus est, esse translatum occasione festi alicujus proprii illo die occurrentis, & Festi Octavæque Sanctorum omnium proxime subsequenti. Festa Sanctorum in eo libro interciderunt a die 26. Octobris usque ad 8. Novembris.

V. Hanc epocham confirmat quod cum dubitare non possimus quin mense Novembri successor Leoni datus sit, nec probabile sit per pacatissima illa Ecclesiæ Romanæ tempora diu post mortem Pontificis dilatam fuisse electionem successoris, quam Leo ad Anastasium Thessalonicensem scribens, *nullis dilationibus volebat fatigari*: pene certum eo ipso apparet intra mensem Octobrem coerendam esse S. Leonis mortem.

Repugnat sententiæ nostræ communis chronologia. Sed præterquam quod sola libri Pon-

tificalis auctoritate munita hæc invaluit, quæ magni facienda non est, accedit etiam quod hæc ipsa plures alios Chronographos adversos habeat: exempli gratia, Marianum Scotum, qui de Leone nostro hæc habet: *Magnus Leo Papa obiit quarto Kalendas Julii*. Martinum Polonum, qui Leonem eundem scribit sedisse *annis viginti & uno, mensibus novem, diebus viginti septem*. Hermannum Contractum, qui annos 22. sedisse ait. Hæc & similia propius accedunt ad sententiam, quæ Leonis mortem mense Octobri assignat, quam communi, quæ 111. Idus Aprilis.

Sed juvat Marianum Scotum, cujus singularis & expressa narratio est, diligentius inspicere: plurimum enim lucis ex eo nobis affulget ad distinguendum Leonis primi & Leonis secundi festa, quæ per longum temporis spatium confuse celebrata sunt. Cum enim hodierna ætate fere ubique per Ecclesias Leonis Papæ II. vigesima octava Junii dies sacra habeatur, hoc tamen per errorem contigisse manifestum est, tum ex citato Mariani Scoti loco, tum ex dicendis inferius, ex quibus docemur Leonem secundum in primi locum esse substitutum. In Martyrologio enim Romano hæc legimus ad quartum Kalendas Julii: *Roma, sancti Leonis Papæ secundi*. Et in Breviario Romano eodem die habetur officium ejusdem Leonis secundi, qui ibidem dicitur *sepultus in Basilica sancti Petri quarto Kalendas Julii*.

Contendunt recentiores scriptores Leonem secundum mortuum non esse 14. Kalendas Julii. Probant ex Anastasio seu libro Pontificali, in quo dicitur ordinationem celebrasse *vigesima septima die Junii, sepultus vero ad beatum Petrum Apostolum sub die quinto Nonas Julias*. Quibus suffragatur Marianus Scotus scribens Leonem secundum obiisse *quinto nonas Julii*.

Nolim ego negare 28. Junii vitam functum esse Leonem secundum, huic enim opinioni favent, nedum adversantur, quæ in contrarium adducta sunt, excepto Mariano, qui Anastasii verbis male intellectis deceptus est. Ad Anastasium enim ipsum quod attinet, non scribit mortuum Leonem quinto nonas Julias, sed tantummodo sepultum: facillime porro intelligimus eum qui quinto Kalendas Julii diem extremum obiisset, quarto post die sepultum esse. Cum hæc non discernunt auctor lectionum Breviarii Romani & Marianus Scotus, in diversos uterque errores abiit, hic scribens obiisse quinto nonas Julii, ille sepultum esse quarto Kalendas Julii. Non nocet magis ordinationis die 27. Junii celebratæ mentio. Quis enim istud inter impossibilia numeret, ut qui vigesima septima die vel 28. ante lucem consecrationes sacerdotales peregerit, sequenti vel eodem die repentino morbo correptus obierit:

VI.  
Leonis I.  
& Leonis  
II. festa  
confusa.

VII.  
Leo II.  
mortuus  
videtur  
28. die  
Junii.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Septem tantum dies vacasse, plures catalogi cum vulgato Anastasio præferunt. Decem

autem & octo dies nullum, quod sciamus, antiquum documentum exhibet.

AN. CH. 461. rit : quod potius facile est contigisse Pontifici annofo, præcedentis noctis vigiliis & labore fatigato. Quibus adde plerisque corruptum videri Anastasii locum de die ordinationis. Et hanc quidem die vel quarto vel undecimo Junii celebrari debuiffe hoc anno erudite probat vir clariffimus Carolus le Cointe Oratorii Gallicani Presbyter in annalibus ecclesiasticis Francorum an. 686. num. xxxiii. tametsi Leonem quarto Kalendas Julii mortuum non existimet: vix tamen alia ratio excogitari potest, cur 4 huic potiffimum diei affixum fit festum hujus Pontificis, etiam rejecta inde Leonis I. festiuitate, quam quia constabat in Ecclesia Romana eo die obiiffe Leonem secundum.

VIII. Junii dies 28. olim facer Leo- ni PP. I. Etsi porro hac die mortuus erat Leo II. non ei tamen sacra fuit eadem dies in antiquis Ecclesiæ monumentis, sed Leoni I. Hujus assertionis plures ex antiquis Historicis, Martyrologiis, Lectionariis, Breviariis, Missalibus, & Calendariis probationes facile est adducere.

Circ. an. 600. Primo loco prodeat sanctus Gregorius Magnus PP. I. qui Leone II. antiquior fuit. Is in suo Sacramentario annotat, *Natale S. Leonis Papa*, ad iv. Kalendas Julii. Hoc quidem additum Sacramentario merito suspicantur viri docti juxta fidem codicis Remensis a doctissimo viro Hugone Menardo laudati; neque ego inficias ierim: attamen antiquissimam esse hanc additionem duo evincunt: unum est, quod tam pauci codices MSS. inventi sunt, qui ea careant, ut unus ille Remensis laudetur a Menardo, qui tamen testatur *Natale S. Leonis Papa III.* Idus Aprilis inscribi in eodem Remensi codice; in ceteris vero 5 antiquissimis, puta Corbejenfi Sancti Eligii Missali, ad cujus fidem Sacramentarium edidit, & duobus aliis ejusdem Monasterii: item Tiliano & Thua-neo &c. *Natale S. Leonis Papa IV.* Kal. Julii adnotatum exhiberi; alterum, quod paucorum admodum Sanctorum, qui Martyres non fuerint, festa inscripta habeat, pau-

AN. CH. 461. ciorum etiam Romanorum Pontificum: quos inter Leonem primum omissum esse, non omissio Leone secundo, vix in mentem venerit. Ex eodem Sacramentario Gregoriano assumfit procul dubio Hincmarus Remensis Archiepiscopus Collectam secretam Missæ S. Leonis, quam refert in opere prolixo de Prædestinatione, pag. ultima, quamque in Ecclesia Romana recitari solitam significat, his verbis: *Hanc (intelligentiam) ipsa sancta Sedes Apostolica in arcanis caelestium mysteriorum ex Apostolorum traditione, retinet dicens:* „ Hæc hostia, quæsumus Domine, „ mundet nostra delicta, quæ in ara crucis immolata, totius mundi tulit offensam. *Et item:* Annue nobis, Domine, ut „ animæ famuli tui Leonis hæc profit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. *Et:* Respice omnipotens & misericors Deus super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster „ JESUS CHRISTUS non dubitavit manibus „ tradi nocentium, & crucis subire tormentum. “ Ubi observare licet in secreta de S. Leone scrupulosiorem sequentis ætatis diligentiam, ex qua pro his verbis, *Ut animæ famuli tui Leonis hæc profit oblatio*, hæc alia supposita sunt: *Ut intercessione beati Leonis hæc nobis profit oblatio:* quæ ne recitarentur tempore Hincmari, S. Gregorii, & forsan superiorum Pontificum, nulla religio intercessit. Ista etiam precandi forma antiquitatem hujus officii prodere mihi videtur; & inde fortasse nata, quod statim post obitum Leonis celebratus sit dies in honorem hujus Pontificis: cui non ita pridem defuncto precabantur fideles intra Missarum solemniam, pro Ecclesiæ more ac pietate, æternæ felicitatis gaudia. Mutationis illius in secreta Missæ S. Leonis factæ explicationem videre est apud Innocentium PP. III. in Rescripto ad J. quondam Archiepiscopum Lugdunensem, quod refertur C. *Cum Martha: de celebratione Missarum.*

In antiquo Martyrologio, quod dicitur Vixit Vene- an. 700.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Cum serius valde huic diei IV. Kal. Julii festum Leonis II. affixum fuerit; omnes autem catalogi Romanorum Pontificum eum sepultum tradant V. Non. Julii; ea festi assignatio non eam causam habuisse videtur, quam Quænellus conjicit. In *Breviario de Camera secundum usum Romanum, impressum Venetiis arte & impensis Magistri Andree de Torresanis de Asula XX. Junii MCCCCXCIV.* die 28. Junii festum hujus Leonis II. cum tribus propriis lectionibus exhibetur; sed in iis nihil de die sepulturæ, ut in Romano Breviario nunc legitur.

5 Vetustissimi omnium, qui hæctenus ad nostram notitiam pervenerunt Sacramentarii codices Gregoriani, sunt unus Vaticanus, & alter Ottobonianus, quos Muratorius edidit in Liturgia Romana tom. 2. cumque ii hoc die IV. Kal. Julii S. Leonis Missam pariter præferant; statim post Leonis translationem eodem die peractam sub Sergio hanc Missam Sacramentario Gregoriano additam credimus: &

idcirco in vetustissimis Capitularibus Evangeliorum, in quibus ea translatio eodem die signatur, & in Calendario Romano, quod Responsoriali ac Antiphonario Romanæ Ecclesiæ præmissum e codice Basilicæ Vaticanæ vulgavit V. Card. Thomasius tom. 4. pag. 9. novissimæ editionis, ac tandem in vetusto Collectione Lateranensi nuper impresso tom. 1. Collectionis Liturgicæ pag. 228. eodem tantum die S. Leonis festum indicatur. Non distitemur tamen tria alia Sacramentaria Gregoriana, Remense a P. Menardo not. 354. laudatum, Theodoricensis & Gemeticensis in notis ad Menardum allegata, Leonis memoriam præferre non die 28. Junii, sed 11. Aprilis. In solo S. Petri supra Divam Ordinario S. Leonis commemorationem sine officio eodem die 11. Aprilis invenit P. Martene de Monach. Ritib. l. 4. c. 4. n. 26., cum in aliis sex ejusdem generis libris, quos allegat lib. 4. c. 6. n. 23., ejusdem Sancti festiuitas notetur die 28. Junii.

N. CH. 461. Venerabilis Bedæ, hæc ad eundem diem 28. Junii legimus: Leonis Papæ, qui post Petrum Apostolum 47. in urbe Roma sedit annos 21. dies XII. & cetera quæ Leonem primum clarissime designant: ubi ex consilio videtur dici mortis vel depositionis non meminisse.

n. 750. In veteri Calendario Romano, seu potius libro lectionario, quem vir doctissimus Joannes Fronto Canonicus Regularis S. Augustini & Academiæ Parisiensis Cancellarius edidit non ita pridem e MS. codice sui S. Genovesæ Monasterii, aureis characteribus exarato, & nongentis annis, ut putat, antiquiore; nihil de S. Leone mense Aprili; sic autem mense Junio: *Die xxviii. Translatio B. Leonis*. De Leone I. procul dubio intelligendum istud, quod & erudito Frontoni visum est. Quatuor enim tantummodo Confessorum memoria consignata habetur in lectionario, quos inter Leoni secundo locum esse datum, negatum Leoni I. non est verosimile. Deinde antiquam ullius sancti Leonis Translationem non legimus, nisi primi, quem Sergius Papa I. ad honoratiorem locum Basilicæ S. Petri transtulit, teste Anastasio, ut uberius infra.

n. 800. Ufuardus, qui ineunte sæculo nono floruit, in suo Martyrologio S. Leonis Magni meminit ad quartum Kalendas Julii, his verbis: *Natalis beati Leonis Papæ & Doctoris*. Quis enim umquam Doctoris titulo ornatus inter Leones Pontifices, præter Leonem primum? Perperam autem Joannes Molanus vocem hanc *Doctoris*, quam in prima editione Ufuardi de Leone I. interpretatus erat, mutata postmodum sententia, ad marginem relegavit in altera hujus Martyrologii editione ab eo procurata Antuerpiæ anno 1583. substituto in illius vocis locum *Confessoris* nomine, aliisque de suo superadditis, quæ Leoni secundo conveniunt: quod omnibus manuscriptis codicibus contrarium est.

6 Circa Ufuardi tempora Leonem 6 inter Ecclesiæ Doctores fuisse numeratum, testantur Litanix quæ habentur in Libro Precum Caroli Calvi Imp. ex codice MS. Colbertino, descriptæ a Baluzio in Notis ad Capitularia p. 1486. ubi post quatuor Doctores Ecclesiæ Latinæ S. Leo invocatur. Quem titulum Pontifici nostro postliminio restituit no-

vum Ecclesiæ Parisiensis Breviarium anno AN. CH. 1680. excusum & magna accurate emendatum, doctissimorum virorum ope & industria, imprimisque clarissimi Jacobi de Sancta Bova Doctoris, Socii, & Professoris Sorbonici, Præceptoris mei.

An. 870. Ado Viennensis, qui eodem sæculo nono scripsit suum Martyrologium, Leonem non recenset nisi quarto Kalendas Julii in hunc modum: *Ipsa die Natalis S. Leonis Papæ*. Legitur quidem & III. Idus Aprilis Leonis mentio in vulgatis codicibus: at Joannes Mosander & Heribertus Rosvveydus, qui Adonem multa cura ediderunt in lucem, istud rejiciunt auctoritate plurimorum codicum MSS.

An. circ. 900. Liber MS. Sacramentorum Ratholdi, qui decimo sæculo exaratus, Kalendarium MS. S. Michaelis de Confluenta in Catalonia, Kalendarium Ecclesiæ Christianæ editum Helmsstadii anno 1585. ad calcem Chronologiæ Davidis Chytræi, Kalendarium MS. S. Theoderici prope Remos, & alia bene multa incertæ ætatis ac regionis monumenta, Leonis memoriam annotatam non habent, nisi ad 28. Junii diem. Leonem porro secundum, primo posthabito, ut jam diximus, quis credat celebri solemnique cultu honoratum in Romana præsertim Ecclesia? Martyrologium antiquum, quod pro veteri Romano venditavit Rosvveydus, nec aliud est quam Adonis Epitome, nihil de S. Leone III. Idus Aprilis; hæc autem IV. Kalendas Julii: *Romæ Leonis Papæ*.

An. 960. Wandelbertus, qui Ufuardi Martyrologium metricè expressit, eadem quæ ille, habet de Leone tam ad III. Idus Aprilis quam ad quartum Kalendas Julias. Habetur in Martyrologio Molani & tomo I. Operum Venerabilis Bedæ Presbyteri metricum illud Wandelberti (quæ est eruditorum opinio) Martyrologium. III. Idus Aprilis Ufuardus Lovanii editus a. 1568. hæc habet: *Romæ Natalis B. Leonis Papæ, cujus temporibus existit sancta Synodus Calchedonenfis*, & ad marginem: *Primi, de quo 28. Junii*. Ibidem vero Wandelberti hoc distichum:

*Pontifice & summo ternæ irradiante  
LEONE,  
Splendent, ore, manu Christi qui parvit  
ovile.*

Ad IV. vero Kal. Julii: *Natalis beati  
Leo-*

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Peculiarem & antiquum S. Leonis cultum in Romana Ecclesia adstruunt veteres ipsius Litanix, quas ex codice Basilicæ Vaticanæ accurate recusat Card. Thomafius tom. 5. *Antiqui libri Missarum* pag. 299., & nos in aliis MSS. invenimus. In his enim inter sanctos Confessores Pontifices S. Leo recensetur sic. *S. Silvester, S. Leo, S. Tlavi, S. Martine, S. Gregori* &c. In aliis contractioribus ejusdem Ecclesiæ litanis ex codice Ratoldi apud Menardum in Sacrament. Gregor. not. 741. habetur: *S. Silvester, S. Leo, S. Ambrosi, S. Augustine*. In brevissimis litanis, quæ duobus

Ordinibus Romanis 13. & 14. insertæ sunt tom. 2. Musei Italici Mabillonii p. 227. & 254. hi duo tantum Confessores Pontifices invocantur *S. Leo, S. Gregori*. De Doctoris titulo vide quæ diximus in epistola nuncupatoria tomi I. Quoad Adonem vero, in tribus antiquis ejus codicibus, quos V. Cl. Dominicus Georgius in Romana editione Martyrologii Adonis adhibuit, die 28. Junii legitur pag. 303. *Ipsa die Natalis S. Leonis Papæ, qui merito excellentis ingenii apud Romanos Magnus Leo appellatur*. Idem porro codices ejusdem Leonis festum pariter signant die 11. Aprilis.

AN. CH. 461. *Leonis Papæ & Doctoris*: & ad marginem: *De Leone, Pontificale c. 47. & Canisius ante Opera*. Wandelbertus autem: *Præsule quartus orat verbi & doctore Leone*.

Ex quo arguitur prava Molani correctio in Ufuardo tentata in posterioribus editionibus contra auctoris mentem fidemque MSS. codicum. Quam correctionem in Wandelberto audere vetant carminis leges.

A. 1083. Marianus Scotus in Chronico, quod circa annum 1083. complevit, magnum Leonem Papam obiisse scribit quarto Kalendas Julii: ea potissimum ratione ductus, ut ego existimo, quod illa die coleretur Magni Leonis memoria.

A. 1240. Abbas Urspergensis, qui obiit anno 1240. ad annum 461. sui Chronici: *Leo Papa*, inquit, *migravit quarto Kalendas Julii*.

A. 1277. Martinus Polonus Marianum & Abbatem Urspergensis explicat, & ipse suo suffragio confirmat assertionem nostram. *Hic etiam*, inquit, *sepultus est apud Basilicam S. Petri Apostoli: cujus festum fit in vigilia Apostolorum*. Nondum igitur anno 1277. ad quem Chronicon suum perduxit Martinus, Leonis secundi festum agebatur quarto Kalendas Julii, sed Leonis primi, in Ecclesia Romana, cujus consuetudo ac ritus latere Martinum non potuere, qui in illa Nicolao III. Pontifice Pœnitentiarii munere functus est.

A. 1450. S. Antoninus, qui florebat anno 1450. Chronici parte 2. hæc habet de Leone nostro: *Celebratur hujus Sancti festum in vigilia Apostolorum Petri & Pauli*.

A. 1480. VVernerus Rolevink de Laer VVestphalus Carthusiensis, qui Kalendarium & Martyrologium condidit, nec non Fasciculum temporum, quem ad annum 1480. produxit, eidem diei adscribit Leonis nostri festivitatem. *Festum ejus*, inquit, *agitur in vigilia Apostolorum Petri & Pauli: quidam dicunt xi. Aprilis*.

Denique Joannes Trithemius, quem mortuum scribunt anno 1516. in hunc modum de Leone I. scribit: *Moritur tandem post multos pro Ecclesiæ utilitate labores sub Leone Augusto anno Domini 461. indictione 14. quarto Kalendas Julii*.

1156. Pleraque Breviaria & Missalia, quæ ante hujus sæculi initium excusa sunt, non habent consignatam S. Leonis memoriam, nisi ad quartum Kalendas Julii, seu die 28. Junii.

Missale Romanum seu secundum consuetudinem Romanæ Curia Venetiis excusum a. D. 1481.

1487. Missale editum Basilicæ a. D. 1487.

1501. Missale excusum Lugduni a. D. 1501.

Breviarium Aurelianense a. D. 1504.  
Breviarium ordinis SS. Trinitatis a. 1514.  
Breviarium Turonensis Ecclesiæ 1519.  
Breviarium Carthusiense a. D. 1521.  
Breviarium Canonicorum Regularium,

1523.  
Breviarium Romanum Parisiis. 1524.  
Breviarium Curia aptum seu secundum consuetudinem Romanæ Curia a. D. 1525.  
Breviarium Parisiense 1545.

Missale Romanum Venetiis excusum 1549.  
Breviarium secundum usum Archicœnobii sancti Remigii Remensis eodem anno editum.

Portiforium seu Breviarium ad usum Ecclesiæ Sarisburiensis, quod Londini prodiit a. D. 1555.

Breviarium Romanum Parisiis 1556.

Breviarium Aurelianense anni 1573.

Breviarium vetustissimum Fontisebraldi.

Breviarium Noviomense antiquum.

Breviarium MS. Sancti Victoris Parisiensis.

Breviarium Canonicorum Regularium a.

D. 1609.

Breviarium S. Martini Turonensis a.

D. 1635.

In his omnibus, & sine dubio in aliis bene multis, occurrit memoria S. Leonis 28. die Junii, non 11. Aprilis. Memoria, inquam, non integrum officium propter occurrentem sanctorum Apostolorum Petri & Pauli vigiliam, quæ celeberrima erat. Alias si in diem dominicam festum Leonis incidisset, vigilia in superius sabbatum rejecta, de S. Leone fiebat ipsa die dominica officium, si bene capio sensum hujus Rubricæ in plerisque numeratis Breviariis appositæ: *7 Si festum sancti Leonis in Dominica venerit, agitur de festo cum commemoratione S. Joannis Baptista; quocumque vero alio die venerit, fit de ipso commemoratio in Missa de Vigilia*. Cujus commemorationis adhuc vestigia supersunt in Collecta, quæ & in Sacramentario Gregoriano, & in recensitis supra Breviariis pro S. Leonis memoria legitur, quæque a paucis annis ad Leonem secundum translata, ejus officio adscripta est, ne apice quidem mutato. En Collectam.

*Deus qui Beatum Leonem Pontificem Sanctorum tuorum meritis coæquasti, concede quæsumus, ut qui COMMEMORATIONIS ejus festa percolimus, vitæ quoque imitemur exempla*. Ubi cum dicitur *Sanctorum tuorum meritis coæquasti* subaudiendum suspicor *Apostolorum*, seu *Petri & Pauli*, quorum sollemnis dies occurrebat, & quorum meritis coæquatum Leonem prædicat collecta: nisi enim aliquem inter ceteros cælites insignem

CO-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

7 Similis rubrica legitur in Responsoriali & Antiphonario Romanæ Ecclesiæ t. 4. Operum Card. Thomasi p. 120. *Si vigilia B. Petri in Dominica venerit, Sabbato prævenimus omnia officia vigiliæ celebrare: Dominica vero omnia de S. Leone Papa facimus*. In Ordine autem

Romano XV. apud Mabillonium tom. 2. Musei Italici p. 517. habetur. *Item in Vigilia beatorum Apostolorum Petri & Pauli facimus de S. Leone; Missa dicitur de vigilia, cum commemoratione de S. Leone*.

AN. CH. cogites, cui Leonem comparare voluerit, minus concinna laus erit, qua sanctus sanctis similis dicitur. Ceterum non semel ab antiquis Leo noster cum Apostolis confer-

AN. CH. obitum illius Sancti solemniter officio honoratum crediderim, nisi qui martyrium fuso pro Christo sanguine complevisset. Hinc est quod in tam paucis monumentis dies obitus Leonis conscriptus legitur, ut unicus hactenus codex visus sit, qui hunc annotatum habuerit die xxx. Octobris.

Libell. Synod. cap. xciv. *Δίων Πάπας Ρώμης ὁ ἰσαπόστολος*: id est: *Leo Romæ Papa Apostolis æquandus*: inquit Libellus Synodicus. Sed & Patres Calchedonenses in suo *προσφωνητικῷ* ad Marcianum Augustum sanctum Leonem apostolicum virum, \* *ἀπόστολικὸν ἀνδρᾶ*, appellarunt. Hæc omnia animum quemvis non pervicacem aut contentiosum facile adducunt, ut Leonis primi memoriam olim inscriptam fuisse credat 28. diei Junii.

XI. Translationi S. Leonis 2. dies sacra.

3. Parte actor. Calched. N. I. Non diffiteor tamen antiquos etiam codices inveniri, qui Leonis festum Aprilis xi. diei affixum habeant; sed eisdem de die obitus interpretari nulla necessitate compellimur, cum vel de translatione aliqua, vel de ordinatione possint intelligi. Ita genuinum Bedæ Presbyteri Martyrologium, quod a Godefrido Henschenio non ita pridem publicæ luci datum est: tertio enim Idus Aprilis mentio habetur: *Leonis Papæ & Confessoris*: quarto Kalendas Julii: *Sancti Leonis Papæ*. Sic etiam Breviarium MS. Montis-Cassini sexcentorum fere annorum, quod in ædibus Institutionis Oratorii D. Jesu ad muros Parisienses asservatur. De Usuaro constat ex superius dictis, utroque loco natalem Leonis I. commemoratam.

Junii dies 28. translatione corporis sancti Leonis celebris habitus est: quo die notata legitur in vetustissimo Joannis Frontonis Martyrologio seu Lectionario nongentis annis, ut putat, antiquiore: in quo quarto Kalendas Julii legitur: *Translatio corporis beati Leonis*. Cui concinit Kalendarium ad usum olim Ecclesiæ Romanæ e Bibliothecæ Vaticanæ codice antiquissimo ante nongentos pariter annos descripto, quod Leo Alatius integrum inferuit Dissertationi suæ de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum ad calcem Operis de perpetua Ecclesiarum Orient. & Occident. consensione pagina 1487. Sic enim pag. 1490. legitur: *IV. Kalend. Julii. Translatio corporis B. Leonis Pontificis & Confessoris*. Quo in Kalendario, nulla alio die consignata habetur memoria Leonis. Cujus enim Leonis, nisi primi, cujus unius translationem commemoratam habemus ab Anastasio Bibliothecario, seu quovis alio auctore libri Pontificalis, ubi de Sergio Papa: *Hic, inquit, corpus beati Leonis probatissimi Patris atque Pontificis, quod in abdito inferioris Secretarii prædictæ Basilicæ (sancti Petri) positum fuerat, facta diligentius Tumba in denominata Basilica publico loco (ut sibi fuerat revelatum) reposuit, ac locum ipsum ornavit.*

Eodem die habet vetus Kalendarium tomo x. Spicilegii Acheriani editum ex MS. codice 800. annorum: *III. Idus Aprilis Natalis sancti Leonis Papæ*. In Kalendario, quod libro sacramentorum sancti Gregorii MS. præfigitur in codice Oratorii Parisiensis. His adde Missale Parisiense ann. 1517. & 1541. & Breviarium 1545. & 1584. Breviarium Romanum Venetis 1570. Breviarium Ambianense anni 1607. in quo nihil de sancto Leone 28. Junii, sed tantum 11. Aprilis: Laudunense anni 1584. in quibus non officium, sed sola commemoratio fit sancti Leonis xi. Aprilis, nihil mense Junio.

Eadem, paucis mutatis, habentur in MS. cod. Collegii Oriensis in Academia Oxoniensi: illo, inquam, codice ex quo prodit Romanus Canonum Codex, quique idem plurima continet Leonina, inter quæ, narratio duplex de rebus gestis S. Leonis PP. I. una fol. 91. convenit fere cum Anastasiana narratione, etsi ea sit brevior; altera habetur fol. 214. estque ejusmodi.

8 Observandum, in plerisque Breviariis & Missalibus, quæ officium sancti Leonis habent 28. solummodo Junii, officium istud esse de communi Confessorum Pontificum, nihilque præ se ferre, unde discerni queat, an de Leone I. celebretur, an vero 8 de secundo.

Anno Dominica Incarnationis 440. *Leo Papa Magnus quadragesimus quartus post Petrum sedit annis viginti uno, mensibus duobus. Obiit III. Idus Aprilis. Anno Dominica Incarnationis 688. Sergius Papa octogesima quartus sedit annis XIV. mensibus VIII. In hujus gestis ita legitur.* „ Hic corpus Leonis primi beatissimi Patris ac Pontificis, quod in abdito inferioris Secretarii Basilicæ beati Petri positum fuerat, „ facta diligentius Tumba in denominata „ Basilica publico loco, ut sibi fuerat revelatum, reposuit 14. Kalendas Julii ac locum ipsum ornavit.

X. Ex præmissis facile mihi persuadeo tres pres olim omnino dies consecratos olim fuisse memoriarum sancti Leonis Papæ I. & unum eorum in aliquibus Ecclesiis, alium in aliis, duos in nonnullis annuo cultu celebratos.

Leoni I. Depositioni. Depositioni hujus sancti Pontificis sacer fuit tertius Kalend. Novemb. seu xxx. dies Octobris, qui huic deputatur in Kalendario Acheriano octingentis annis antiquo; tamen si forsitan eo die officium celebratum de eo non fuerit. Præcis enim Ecclesiæ temporibus vix ac ne vix quidem depositionem seu

Sequitur in codice Inscriptio viginti versibus constans, quæ hic excusa legitur. Unum porro quod in excerpto gestorum Sergii observatum velim, est nota temporaria, cui concinit Mabillonianus codex jamjam com-

R r me-

EDITORUM ADNOTATIONES.

8 Confer adnotationem superiorem quartam.

AN. CH. 461. memorandus. Uterque enim codex cum Frontonis Martyrologio & Allatii Kalendario superius laudatis, testes sunt quatuor, quorum auctoritate vigesimam octavam Junii diem translationi S. Leonis I. sacram fuisse certo constare videtur.

Ex eodem Sergii gellorum excerpto docemur, quod Leo noster sepultus erat in Basilica sancti Petri, qui honos nulli decessorum contigerat. *Primus quippe*, ait Auctor Romæ subterraneæ, *inter sanctos Pontifices non Martyres annumeratur: haud tamen juxta sanctum Petrum, sed in Basilica ejusdem vestibulo ante Secretarium, in postrema nimirum ejusdem vestibuli parte ad levam ingredientibus*. Quod Epitaphii jamjam describendi versus 6. 7. & 8. significant. Multi deinde Pontifices ibidem tumulati sunt; ita ut sancti Leonis sepulcrum aliorum obrutum sepulcris delitesceret, cum Sergius Papa I. qui sub finem septimi sæculi Romæ sedit, prævia revelatione admonitus corpus Leonis e loco obscuriori eruit, transtulitque in superioriorem editioremque versus altare, sive in Oratorio ad dexteram majoris absidis prope sancti Petri aram, ut scribit idem Romæ subterraneæ Auctor. Extruxit quoque Sergius magnificum tumulum Leoni cum hoc Epitaphio, quod exstat apud Janum Gruterum, & ad MS. codicis Oxoniensis apographum a clarissimo viro E. Bernardo nuper ad nos transmissum, emendavimus. Idem inventum est a doctissimo Mabillonio in Virdunensi codice Monasterii S. Vitonis inter alia Epitaphia, quæ reperta esse dicuntur in Ecclesia S. Petri, referunturque a Mabillonio Tomo 3. Analectorum pag. 431.

\* MS. Oxon. Hujus Apostolici primum \* est hic corpus magni.

humatum,

Quod foret & tumulo dignus in arce Petri.

\* Vulg. Hinc \* vatium procerumque cohors, quos hunc

cernis adesse,

Membra sub egregia sunt adoperta domo.

Sed dudum ut Pastor magnus LEO septa

gregemque

Christicolam servans janitor arcis erat.

Commonet e tumulo, quod gesserat ipse su-

perstes,

Ne lupus insidians vastet ovile Dei.

Testantur missi pro recto dogmate libri,

\* Vulg. Quos pia corda colunt, quos mala \* tur-

prava

ba timet.

Rugit, & pavida stupuerant corda fera-

rum;

Pastorisque sui jussa sequuntur oves.

\* Oxon. Hic tamen extremo jacuit sub marmore templi

Pulchra

sep. Quem jam Pontificum pluram \* sepulcra

regunt \*.

Sergius Antistes divino impulsus amore

\* Vulg. Hunc in fronte sacre transtulit inde do-

celant.

\* Vulg. Rutilam pretioso marmore tum-

tumbum.

bam \* ,

AN. CH. 461. In quo poscentes mira superna vident.

Et quia præmicuit miris virtutibus olim;

Ultima Pontificis gloria major erit.

Ad hujus Epitaphii calcem legitur in Ma-

billoniano codice hoc chronicum addita-

mentum: Sedit in Episcopatu annos XXI.

Mensem I. dies XIII. Depositus est III.

Idus ... & iterum translatus huc Beato Ser-

gio IV. Kalend. Julii Indiæ. I.

Hæc de prima translatione corporis san-

cti Leonis ejusque sepulcro, quod & mi-

raculis clarum & præfens auxilium multis

fuisse versus hic ostendit:

In quo poscentes mira superna vident.

Porro diem Aprilis undecimam memoriæ XII. ejusdem Pontificis sacram fuisse, ex anti- Qua S. Leonis fe- quis etiam codicibus certum esse supra stivitate clara XI. monimus: qua autem ratione vel occasione Aprilis. id contigerit, omnino exploratum non habemus. Mortem ejus hac die recoli, communis est hac ætate opinio, hodiernis Ecclesiæ factis & Breviariis consignata, quam tamen sequi non sinunt testimonia Mariani Scoti, Martini Poloni & aliorum quos supra retulimus, partim festum, partim obitum sancti Leonis alii diei assignantium, quam XI. Aprilis.

Hanc diem 9 anniversario assumptionis ejus Tertiam. dies con- ad Pontificatum consecratam fuisse non ægre secrationis sancti Leonis sacra. crediderim. I. Quia circa hæc tempora contigisse ordinationem ejus consona est omnium sententia. Scio cum communi chronologia, quæ obitum Sixti tertio vel quinto Kalendas Aprilis evenisse docet, componi conjecturam nostram non posse, si quidem ex Prospero indubitatum habemus quadraginta dies & amplius Romanam Ecclesiam sine Pontifice fuisse. Sed quo auctore diei illi mors Sixti Pontificis assignatur? Non certe Prospero, quod Ciaconio visum est Baronii verbis decepto: nusquam enim id apud hunc Chronographum legitur, sed nec apud ullum scriptorem Anastasio antiquiorem. Hujus autem tam suspecta diligentia, tam frequentes lapsus, ut infirma sit admodum ac vacillans assertio omnis sola ejus auctoritate subnixæ.

2. Vetus Calendarium superius laudatum ex tomo X. Spicilegii Acheriani, depositionem quidem sancti Leonis Papæ III. Kalendas Novembris commemorat, tertio vero Idus Aprilis seu XI. die natalem ejusdem recenset. Natalis porro de die mortis hoc loco intelligi non potest, cum hæc mensis Octobri deputetur: quem igitur nisi consecrationis diem significabit? quo nomine inter alios Pontifices Sixtus III. Leonis prædecessor ordinationem suam appellavit epist. I. ad Cyrillum Alexandrinum: Synodo, inquit, quam Natalis mei dies congregavit: & epist. 2. ad Joannem Antiochenum: Audivit universa fraternitas, quæ ad Natalis mei

EDITORUM ADNOTATIONES.

9 Vide adnot. I.

AN. CH. 461.

Vide & Leonem ipsum ser. 2. nunc 3. cap. 4. Servitutis nostrę natalitium diem.

*mei convenerat diem.* Hilarus Leonis successor proximus epistola 2. ad Afcanium & alios provincię Tarraconensis Episcopos c. 2. *Letis, inquit, in conventu fratrum quos Natalis mei festivitas congregavit, litteris vestris.* Sanctus item Paullinus epist. 16. ad Delphinum, ait invitatum se ab Anastasio Papa fuisse *ad Natalem suum.* Et sanctus Ambrosius libri 8. epist. 1. ad Felicem Comensensem Episcopum *diem Natalis ejus,* hoc est, ordinationis recolit. Mitto sanctum Augustinum ser. 32. de verbis Domini, & homil. 24. & 25. inter quinquaginta.

3. In hoc Martyrologio seu Calendario Natalem non semper mortis diem, sed quamlibet festivitatem significare, liquet ex Natali sancti Benedicti Abbatis, qui bis annotatur, semel quidem mense Martio, quo decessit e vita, iterum 13. die Julii, quo ejus translatio recolitur, quam tamen Natalem dici videmus ab auctore Calendarii; ut mirum non sit idem de ordinationis sancti Leonis die esse usurpatum, quod de sancti Ambrosii ordinatione usurparunt Gręci in suo Menologio, ubi hanc sub Natalis nuncupatione memorant septima die Decembris, Latinę Ecclesię exemplum secuti. Veterem membranam operi suo de doctrina temporum inseruit Ægidius Bucherius e schedis Heriberti Rosveydi acceptam, quę instar est Calendarii seu Martyrologii: in ea mense Februario ista legimus: *Octavo Kalendaras Martii, Natale Petri de Cathedra:* quo festo velut ordinatio seu Pontificatus Apostoli celebratur.

4. Quanta ordinatio solemnitate recoli solet, festa quę sacra vel habita sunt, vel adhuc habentur ordinationi sanctorum Paulini, Ambrosii, Augustini, Hilari Papę, & Martini Turonensis, demonstrant de Romana, Gallicana, Italica & Africana dięcesibus. Quibus adde plurium adhuc Pontificum ordinationem in hodiernis Ecclesię tabulis celebrari, ut videre est in Martyrologio Romano sanctorum Basilii Casariensis, Ambrosii Mediolanensis, Gregorii Romani & Zenonis Veronensis ordinationes suis quisque diebus annua solemnitate honoratas referente. Immo vero admodum simile est quod, cum primis Ecclesię sæculis solorum Christi Martyrum memoria solemniter coleretur in Ecclesiã, sanctorum Pontificum primas omnium festivitates Martyrum solemnitatibus esse adjectas, delectumque ad id diem ordinationis cujusque; ita ut dies, qui festus quotannis habebatur vivente Pontifice, idem post ejus mortem recoleretur. Quod de nostro Leone tanto magis credendum est, quanto ejus electio ardentioribus omnium votis majorique consensu contigerat, ejusque ordinatio per totos

Tom. II.

viginti & unum annos vivente Leone recoli solita fuerat. Quibus adde, quod propter rerum præclarę gestarum magnitudinem, sanctimonię opinionem singularis, & propter Urbem semel & iterum ejus ope a cæde liberatam, quo Pater Patrię bis esse meruerat, tanti Pontificis memoria in deliciis Romę haberetur: ut omnino absurdum videatur per tot sæculorum spatia oblivione sepultam credere Leonis Magni memoriam, Pontificis tot nominibus Ecclesię Romanę carissimi.

Doctissimus Papebrochius in suo conatu chronico-historico ad Catalogum Pontificum Romanorum, quia Leonis ordinationem octavę Septembris diei assignat, Aprilis undecima celebrari putat secundam illius in Vaticano depositionem, quę ab Anastasio ex antiquioribus catalogis sepultura appellata sit.

Sed tandem certam habet hodie fixamque XI. Aprilis festivitatem Leo Papa I. cujus Officium ritu duplici celebratur, præsertim in Ecclesia Romana. Nolim autem sine observatione præterire singularem hujus Officii prærogativam, in quo videlicet ad primum Nocturnum eadem Lektionen ex 1. S. Petri epistola habentur, quę in utraque solemnitate Cathedrę sancti Petri; ad tertium vero Nocturnum & ad Missam eadem Evangelii lectio, quę & in Cathedra sancti Petri & in Natali ejusdem; sumtaque est ex cap. 16. S. Evangelii secundum Matthæum: ob eam procul dubio rationem, quod incarnationis fidem, Petrique confessionem, quę a Deo Patre apostolico inspirata cordi, omnium humanarum opinionum incerta transcendit, & firmitatem petre accepit, tam pie, tam fortiter, tam doctę explicuit defenditque adversus Eutychem: unde & ejus epistola tamquam Petri confessioni consona ab œcumenica Synodo approbata est, & ipse ab iisdem Calchedonensibus Patribus dicitur: *Vocis beati Petri omnibus interpret esse constitutus.*

Præter 10 eam corporis sancti Leonis translationem a Sergio Papa factam, quam modo recensuimus, sacras etiam ejus reliquias in varias orbis christiani partes deportatas legimus. De aliqua enim corporis parte accipiendus Martinus Polonus in Chronico, ubi sub Sergio Papa I. hoc actum narrat: *Corpus primi Leonis Pape Deo revelante transtulit apud Virzenburg Osterfranck:* nisi tamen auctor iste pro translatione de inferiori loco Basilicę sancti Petri ad superiorem, hanc nobis supponat. Ut ut sit, facile fuit ut dum loco moveretur corpus, partem ejus aliquam impetrarit nonnullus e Virzenburgenli Ecclesia, tunc temporis Romę degens, & ad sua detulerit sacrum pi-

Rr 2

grus,

AN. CH. 461:

Serm. 2. nunc 3. in Assunt. sue, cap. 3. πᾶσι τῆς τῆς μακαρίῃς πῆ- τῆς φωνῆς ἐρμηνεύς καὶ διορθῶ- μένος.

Relat. Syn. Calc. ad sanctum Leonem Papam 3. p. cap. 2. nunc ep. xcviij.

XIII.

Reliquię sancti Leonis I. in varia loca deportatę.

10

## EDITORUM ADNOTATIONES.

10 Aliam Sergio anteriorem elevationem die 11. Aprilis factam suspicati sumus adnot. 1. Post Sergium vero Leonis I. sive translationem sive elevationem Leoni IV. tribuit liber

Pontificalis in hujus Vita. Paschalis quoque secundus aliquid simile egit, teste Petro Manlio Canonico in descriptione Basilicę veteris Vaticanę t. 7. Act. SS. Junii pag. 39.

AN. CH. 461. gnus, quod postmodum pro integro corpore venditarit popularis error.

Reliquiæ sancti Leonis I. Petracoricis. Non pigeat quoque referre quod legimus in libro, cui titulus: *De statu Ecclesiæ Petracoricensis a fide condita, auctore Joanne a Puteo e stricta sancti Francisci familia Recollecto*: qui ad annum Christi 1476. sub Radelphino Episcopo Petracoricensi impetratam scribit studio Eliæ Burdellii Bullam a Sixto PP. IV. pro decenniali indulgentiarum Jubilæo in eorum gratiam, qui Ecclesias sancti Stephani & sancti Frontonis quotannis adirent die eorumdem memoriæ sacro. De Ecclesia porro sancti Stephani Bulla hæc addit: *In qua certa reliquiæ ejusdem sancti & corpora sancti Leonis Papæ, qui Magnus Leo dictus, & beati Patrocli, & sanctæ Sabine martyris requiescunt. Idem auctor ad annum Christi 1551. ex processu verbali Majoris & Consulium urbis Petracoricensis narrat sacram omnem suppellectilem ac sanctas reliquias, quæ in Capituli Petracoricensis gazophylacio servabantur, ab hæreticis nocte intempesta direptas esse: inter quas caput sancti Leonis PP. numerat, easque reliquias in horto quodam repertas, sub majori altari sepultas esse. Ex eodem, opinor, fonte hausit illustrissimus Tullensium Episcopus Andreas Saussayus, quæ scribit in Supplemento Martyrologii Gallicani ad XI. Aprilis: Sanctissimi Pontificis (Leonis I.) corpus tot divinatorum mirabilium instrumentum lapsu temporis Roma in Aquitaniam translatum in majori Petracoricorum Ecclesia sub titulo sancti Stephani Protomartyris honorifice collocatum, una cum sacris ossibus S. Patrocli & sanctæ Sabine virginis Sixtus Papa IV. in suis Bullis quiescere testatur.*

XIII.

Certiora puto, quæ narrat Clarius Monachus auctor Chronici sancti Petri Vivi Senonensis tomo 2. Spicilegii Acheriani. *Postulavit, inquit, Ansegisus a Joanne Papa (VIII.) dari sibi reliquias Pontificum atque Doctorum Gregorii atque Leonis, quod & impetravit: plerumque etenim sacra Missarum solemnina in Sede Apostolica celebravit. Dedit autem ei Joannes Papa caput beati Gregorii Papæ universalis, filii Gordiani, plumbo inclusum, & brachium S. Leonis Papæ & Doctoris. Suscipiens autem hoc munus idem Ansegisus detulit Senones in Basilicam S. Petri, quod usque in hodiernum diem illic cum magno honore servatur.* Florebat porro Ansegisus post medium sæculum nonum, Clarius vero opus suum perduxit usque ad annum 1124. Eadem narrant Odorannus in suo chronico, Robertus Antissiodorensis in chronologia sancti Mariani, Martinus Polonus in Joanne VIII. qui Martinus cum decem Chronica recenset ex quibus suum confecit, nec tamen tria superius relata com-

memorat, ex aliis accepisse credendus est, quæ de reliquiis Ansegiso datis recitat. Subscribit iisdem Gaufridus a Colone Monasterii sancti Petri Vivi alumnus in chronico MS.

AN. CH. 461.

De eodem brachio sancti Leonis addit idem Chronicon sancti Petri Vivi ad annum 999. quo contigit obitus Seuvini Archiepiscopi Senonensis, qui hoc Monasterium de novo extruxerat. *Deinde, inquit, brachium S. Leonis Papæ cum digitis S. Ebbonis ab Abbate Raynardo (erat autem ipse Abbas nepos ejusdem Archiepiscopi, scribit idem auctor superius) & a fratribus Monasterii S. Petri multa prece obrinens, auro & gemmis ornavit, & eidem Casæ Dei (id est Ecclesiæ sancti Stephani) contulit. Pro quibus mutua vicissitudine, & pro remedio animæ suæ de altario S. Saviniani, quod triginta passus a Crypta Monasterii abest, & de altario S. Petri, quod est in villa quæ Alsoni vocatur, & de altario sancti Lupi, quod est in villa quæ Naudus dicitur, perpetua privilegia, una cum consensu & voluntate Papæ Romani & Coepiscoporum suorum, S. Petro ejusque Monachis fecit.*

Brachium sancti Leonis restitutum postmodum fuisse Monasterio sancti Petri asserunt ejusdem domestica monumenta: inter quæ proferunt indicem reliquiarum illic servatarum anno 1552. conscriptum. Furto idem sublatum ajunt circiter annum 1628. a quodam Capellano Ecclesiæ sancti Stephani: qui sub devotionis pietatisque prætextu sacras reliquiarum thecas detergere ac mundaere fatagens, plures ex ipsis surripuit, e quibus brachium sancti Leonis Sanctimonialibus Carmelitis Senonensibus dilargitus est. Hæc ipsi descripsimus in Monasterio sancti Petri ex Chronico MS. quod nobiscum perhumaniter communicarunt piissimi hujus Cœnobii Ascetæ; penes quos sit narratorum fides.

Sacras sancti hujus Pontificis reliquias servabat olim Parisiensis Abbatia sancti Maglorii, quod testatum legi in pervetusto cartulario Sammagloriano, in quo indiculus reliquiarum Monasterii descriptus anno 1321. cum recensio publica facta est Reliquiarum omnium in eo servatarum; præfente, ut codex habet, Petro de Latilly Episcopo Catalaunensi, qui tum Regis jussu huic Monasterio in custodiam datus est.

Hæc si vera sunt, difficile dictu quomodo corpus sancti Leonis I. *omni ex parte illibatum* repertum fuerit anno 1607. cum illud in novam Basilicam transferendum loco motum est. Hoc unum, opinor, intelligit qui hoc scribit, quod quicquid tum repertum, integrum erat & vermibus intactum. Rem totam describo e Romæ subterraneæ lib. 2. cap. 8. & ipsa auctoris verba repræsentato. Præter Leonem primum, tres

XIV. 11

Secunda S. Leonis translatio.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

II *Illibatum*, idest nulla ex præcipuis partibus ossium desiderata aut loco mota, si caput excipias, quod in plura fragmenta ossium erat consumptum, ut narrat Jacobus Grimal-

dus ad acta conscribenda delectus, quæ inserta fuerunt actis recentioribus in translatione sanctorum quatuor Leonum Romæ impressis anno 1715.



item sanctissimi Leones summi Pontifices, secundus scilicet hujus nominis, tertius & quartus eodem in Oratorio (ad dexteram scilicet majoris absidis prope sancti Petri aram in ejus Basilica) conditi fuere, ibidemque anno Domini 1607. die 20. Maji, Paulo V. regnante (potius sedente) feliciter adinventi sunt, cum eodem jubente Pontifice, simul beata quatuor eorumdem corpora in novam pariter inferenda essent Basilicam. Tunc enim disjecto Oratorii ipsius altari sacra eorumdem trium corpora in arca tabulis marmoreis compacta intuentibus apparuere; alterum tamen ex his in lignea ibidem inclusa arcula repositum erat, quod beati Pontificis Leonis IV. existisse ab omnibus procul dubio existimatum est: hoc enim præ ceteris integrum magis minusque labefactatum erat. Hanc subter urnam lapidei interjectu pavimenti, & lignea altera arca reperta fuit ferreis quibusdam hastulis ab humo dissita, in qua S. Leonis primi corpus omni quidem ex parte illibatum, ac ornamentis pontificalibus insignitum concludebatur: mitram nimirum, ut mos est, beatissimus Pontifex in capite gestabat; satis ampla, quod antiqui consueverant: casula operiebatur, sub qua complicate item manus conspiciebantur. Pallio insuper, quod pontificiæ plenitudinem potestatis exhibet, in superiori parte circumcingebatur, cujus quidem sacri pallii reliquias cernere adhuc dabatur, ex duabus præsertim, quæ exstabant, perexiguus rubri coloris crucibus, & ex acu item aurea eidem planetæ affixa, quæ eidem retinendo pallio inservierat. Corpus autem longitudinis erat palmorum septem & trium palmi quadrantum. Quæ quidem sacratissima pignora post impensum, ut par erat, venerationis cultum, simul eodem anno, die 27. Maji, velut quid haud ullo equiparandum pretio, in novam Basilicam translata sunt, in superiori utique extremo sacello, quod meridiem respicit, ibique in nobilissimo quodam affabre ex marmore elaborato, sacrisque historiis exsculpto Sarcophago religiose condita fuere, Sancti Leonis primi nempe corpus in eadem arca lignea, quæ altera plumbea circumdabatur; aliorumque trium in arca cypressina, hastulis ferreis superposita, quo nimirum eorumdem ossa omni prorsus ex parte discreta ac distincta a corpore sancti Leonis primi servarentur. Ipsi autem Sarcophago in plumbea lamina hujusmodi memoria apposita est.

Corpora SS. Leonum Primi, Secundi  
Tertii & Quarti summorum  
Pontificum condita in parte  
dextera Basilicæ, ad latus  
Majoris altaris  
Principis Apostolorum  
Sub ara veteris Oratorii,  
Quæ superextructo pavimento  
Tegebatur.

Inde Pauli V. Pontif. Max. jussueducta  
Evangelista Palottus  
Tit. S. Laurentii in Lucina  
Cardinalis Cusentinus  
Hujus Basilicæ Archipresbyter  
Solemni processione in novum  
Templum extulit & hac sub ara  
In eadem Meridionali parte  
Reposuit XXVII. Maji  
Dominica infra Octavam  
Ascensionis MDCVII.

Pontificatus S. D. N. anno tertio.

Hæc de secunda sancti Leonis translatione anno 1607. celebrata scribit Paullus Aringhus Oratorii Presbyter, in sua Roma subterranea. Quæ cum sub prælo esset anno 1651. de tertia translatione 12 cogitabatur ab Innocentio X. summo Pontifice, ut idem auctor refert eodem loco, post pauca. Illud, inquit, postremo loco adjungimus, Innocentii X. Pontif. Max. jussu ad recolandam apostolici viri memoriam in Vaticana Basilica Sacellum in ejus honorem ad præfens aptari, ubi Equitis Alexandri Algardi Bononiensis manu, inter statuarie artis sculptores primarii, in tabula marmorea idem Pontifex, dum Attilæ occurrit ad liberandam Urbem, exculptus intuentium oculis exhibetur, & sacram aram, sub qua ejusdem deinde corpus collocandum est, nobilissimæ instar picturæ splendide exornat.

Et hæc quidem sancti corporis reliquiis certatim impensa sunt officia. Sed haud minus pretiosa sancti Leonis scripta, quæ supersunt, velut venerandæ animi Deo pleni reliquiæ, quibus sæpe reddita sanitas animis, quos aut vitium, aut error corruperat: hic semper tela parata Ecclesiæ, quibus jugulet hæreses, debellet dæmonem, & vitiorum monstra confodiat. Præclara illa magni Pontificis monumenta divinitus tradita esse, miraculis signisque haud vulgaribus sæpe ostensum est. Quin etiam post mortem aliquando visus præsto esse ad rependendam gratiam iis qui suam ad Flavianum epistolam

XV.  
Tertia  
sancti  
Leonis  
transla-  
tio.

12

XVI.  
Quæ po-  
tiores S.  
Leonis re-  
liquiæ.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

12 Innocentius X. altare pro Leone I. construxit. Translatio autem ejusdem peracta fuit sub Clemente XI. quam accuratissime describit Benedictus XIV. lib. 4. de Servorum Dei beatificatione & canonizatione part. 2. c. 23. a num. 7. ad 14. Primum scilicet die 20. Maji an. 1713. eodem Benedicto tunc Canonico Archivista Basilicæ S. Petri afferente documenta anterioris translationis sub Paulo V. sacrum Leonis Magni corpus inventum in distincta capsula sub altare S. Mariæ de columna, recognitum fuit. Dein die 20. Martii an. 1714. a dicto altari traductum fuit ad sacellum S. Ni-

colai Bariensis. Die autem secunda Aprilis anni ejusdem nova recognitio peracta: ac postea die 11. ejusdem mensis S. Leoni dicata idem corpus præfente Summo Pontifice Clemente XI. ac nonnullis Cardinalibus tertio recognitum & a perito viro exacte descriptum, cujus iconem videre est apud Franciscum Blanchinum t. 3. Anastasii pag. 161. Tandem die festo ejusdem Sancti anni sequentis 1715. sacrum corpus solemnè pompa elatum, & conditum sub altari proprio S. Leonis, quod Innocentius X. construxerat. Vide plura apud eundem Benedictum XIV. loco citato.

AN. CH. 461.  
Pratum spirituale cap. 148. quod caput latine tantum exstat.

stolam defenderant, si fides est auctori Prati spiritualis, qui hancce historiam his verbis commemorat. Theodorus, inquit, sanctissimus Episcopus Dorne (vel Derna) quæ est in Lybia, narravit nobis, dicens: Cum essem Cubicularius sancti Papæ Eulogii, vidi in somnis virum reverendi habitus, statura procerum, dicentem mihi: Nuntia meum Eulogio Papæ adventum. Ad quem ego: Quis es tu, qui jubes ut nuntiem? Respondens ille, dixit mihi: Ego sum Leo Romanus Pontifex. Ingressus igitur ego nuntiavi dicens: Sanctissimus & beatissimus Papa Leo Romanæ Sedis Antistes convenire vos vult. Cum hoc audisset Papa Eulogius, exurgens concitus in occursum ejus, salutantesque se invicem oratione facta confederunt. Tunc vero dominus & eximus Leo dixit sancto Eulogio: Scis quare venerim huc ad vos? Respondit ille: Non. At ipsi: Veni ut vobis gratias agerem, quia rite & magnifice pro mea epistola respondistis, quam scriptam misi ad fratrem meum Flavianum Constantinopolitanum Patriarcham, sensum quidem & sententiam meam aperientem, hæreticorum autem ora obstruentem. Scito autem frater, quia non mihi tantum vestrum divinum laborem studiumque contulistis, sed etiam supremo culmini Apostolorum Petro, & ipsi præ omnibus, quæ a nobis predicatur veritati, qui est Christus Deus noster. Ista non semel tantum, sed bis terque conspiciens, trina apparitione firmatus, enarravi sancto Papæ Eulogio, qui cum audisset lacrymatus est; extendensque in cælum manus suas, Deo gratias retulit, dicens: Gratias tibi ago, Dominator orbis, Chri-

ste Deus noster, qui cum indignus sim, veritatis tuæ præconem me facere, & per orationes servorum tuorum Petri & Leonis parvam & modicam alacritatem nostram tamquam duo viduæ minuta, summa & ineffabili benignitate tua suscipere dignatus es.

Cusum numisma æreum in S. Leonis Papæ memoriam, cum imagine & nomine S. Petri a parte altera, altera vero nomine expresso ipsius S. Leonis, repræsentat in suis Annalibus doctissimus Cardinalis Baronius ex Archivo Lælii Pasqualini, ejusque numismatis mysteria investigat. Sed Nicolaus Alemannus in dissertatione de Lateranen. pariet. & post ipsum Andreas Viſtorellus in Additionibus ad Ciaconium, 13 ad Leonem III. hoc numisma referri merito putant ob hanc rationem, quod Domini titulus his nummi litteris contentus, D. N. LEONI PAPÆ, non Leoni I. conveniat, sed Leoni III. cui Urbis dominium Carolus Magnus Francorum Rex & Imperator restituerat, & firmaverat, ut loquitur Alemannus, vel potius, ut loqui debuit, 14 tum primum largitus erat.

Ut ut sit de hoc æreo monumento, monumentum certe quovis ære perennius sibi vivens posuit Leo noster, suis numquam interituris lucubrationibus, vitæ sanctimonia, dum Ecclesia manebit, a Christianis recollenda, rerum præclare gestarum magnitudine, ac susceptis pro Ecclesia & Imperio laboribus; quæ omnia in uno Leone Ambrosii constantiam, facundiam Chrysoſtomi, Augustini doctrinam, Petri ipsius fidem sub uno conspectu repræsentant.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

13 Ad Leonem potius VIII. hoc numisma argenteum quidem, non æreum, pertinet, ut videre est ex opere *Antiquiores Pontificum Romanorum denarii olim in lucem editi a Joanne Vignolio, iterum aucti studio & cura Benedicti Floravantis Romæ 1734. pag. 3. & 78.* Confer etiam Muratorium tom. 2. *Antiq. Italic. Dissert. 27. numm. XLV. col. 558.* In notam autem compendiarum DN. hæc observat Vignolius pag. 78. *Perperam quidem iidem Baronius & Alemannus notam hanc compendiarum Domino Nostro sunt interpretati, cum litteras punctum non dividat, sed linea sit superaddita, quæ unicam vocem esse demonstrat. Ita enim tunc temporis titulus Domni compendio scribi solebat.* Ad Leonem I. referendi videntur recentiores nummi Joannæ Reginae Neapolis, &

Ladislai Regis apud eundem Muratorium loco laudato col. 640. nummo VIII. & 639. nummo VII. in quorum postica legitur *S. Leo Papa*, ubi in aliis nummis ejusdem ævi ac regni loco S. Leonis habetur *S. Petrus Papa*.

14 Id falsum evincitur ex iis, quæ fuscè disputat Reverendissimus Joannes Augustinus Orſi Sacri Palatii Magister in Dissertatione inscripta: *Dell' origine del Dominio e della Sovranità de' Romani Pontefici sopra gli Stati loro temporalmente soggetti, Roma 1742. cap. 8.*, ubi jamdiu ante Romanos Pontifices in Urbe supremum dominium obtinuisse demonstrat. Quoad ipsas vero ejusdem ditionis provincias, quatenus una cum donationis titulo titulus etiam restitutionis concurrerit, cum Carolus Magnus eas S. Petro reddidit, ibidem late ostendit c. 6.

#### A P P E N D I X.

**P**ræmissæ dissertationi de vita & rebus gestis S. Leonis, quæ in recentioribus notitiis ad ipsius cultum pertinentibus desinit, unum novissimum documentum addendum est, quo Summus Pontifex BENEDICTUS XIV. eundem Magnum Leonem DOCTORIS titulo & cultu in universa Ecclesia honorandum præcepit. Id a nobis summopere expectatum fuit, ut ex epistola nuncupatoria ad eundem Summum Pontificem tomo primo affixam manifestum fiet. Ipsa autem peculiaris Constitutio Apostolica, qua idem cultus S. Leonis decretus fuit, eo magis hic describenda visa est, quod quicumque eam legerit, cum selectiora hujus encomia ac ipsius cultus decernendi rationes propositas inveniet, tum vero Sapientissimi Auctoris eruditionem, ac insignem in nostrum Sanctum pietatem cognoscat.

BENE-

AN. CH. 461.

XVII. Numisma æreum cuius Leonis? Baron. ad ann. 461. num. 12.

13

14

# BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*



Illitantis Ecclesiæ auctor rectorque Deus, quum eam super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ædificaverit, summoque angulari lapide Christo Jesu innixam voluerit, tum provido cavit consilio, ut ad illius custodiam atque præsidium usque in sæculorum finem advigilarent egregii sanctique Doctores, qui nendum sublimioris virtutis exemplo Fidelium mores ad sanctitatem justitiamque componerent, sed etiam doctrinæ vi & excellentia eosdem in Fidei sinceritate, & salutaris scientiæ veritate continerent. Horum quidem operam tanti se facere ostendit communis Dominus & Magister, ut eos Sal Terræ, & Lucem Mundi appellaverit; utpote qui non vivæ tantum vocis officio, quemadmodum ceteri sanctarum plebium pastores, præsentium sibi populorum saluti consulturi erant, sed peculiari sapientiæ lumine Spiritus Sancti dono ditati, doctissimis conscriptis Libris, universam Ecclesiam instruere, & omnium sæculorum posteritatem in Religione erudire debebant. Hinc Ecclesia ipsa, Sponsi sui Spiritu imbuta, ejusque instituta servare studens, eosdem gloriosos Viros uberiori doctrinæ munere a Deo repletos, hoc singulari honore prosequi consuevit, ut in solemnibus Sacris, quæ recurrentibus eorum festivitatis celebrantur, tam scilicet in Sacrificio Missæ, quam in ecclesiasticis Officiis, ejusmodi preces, lectiones, & laudes adhiberi jubeat, in quibus & Sancti Doctoris titulus ipsis tribuitur, & eorum sapientia ac doctrina specialius prædicantur.

Porro inter eos, quorum natales dies hoc peculiari ritu ac privilegio decorantur, merito semper numerandum existimavimus Prædecessorem Nostrum Sanctum Leonem I. Romanum Pontificem, qui ( ut doctissimi Cardinalis Baronii verbis utamur ) *ob excellentem virtutem, doctrinam, & in cura pastorali vigilantissimum studium, a majoribus MAGNI cognomento jure meruit appellari*. Cujus quidem doctrinæ excellentia, sive in altioribus Fidei nostræ mysteriis explicandis, & contra insurgentes errores vindicandis, sive in tradendis disciplinæ regulis, & morum præceptis, cum singulari sacerdotalis eloquiî gravitate & ubertate, adeo elucescit, ac etiam tot hominum laudibus cumulata, tantoque Conciliorum, Patrum, Scriptorumque ecclesiasticorum studio & consensu celebrata dignoscitur, ut Sapientissimus Pontifex nulli ferme Sanctorum Doctorum, qui in Ecclesia floruerunt, aut fama, aut existimatione postponendus esse videatur. Et sane Sancta universalis Synodus apud Calchedonem congregata, non illum tantummodo vocis Beati Petri interpretem appellavit, sed & illius de Incarnatione

Domi-

Domini doctrinam venerabunda suscipiens, exclamare non dubitavit: *Petrus per os Leonis locutus est*. Idem Sanctus Pontifex a Concilio Constantinopolitano sub Menna celebrato, *illuminator & columna Ecclesiae*; idem a sexta Synodo *firmamentum orthodoxae Fidei* prædicatur; idem in pervetusto Synodorum Libro *apostolicorum dogmatum defensor*, & *Apostolis coæquandus* dicitur. Quid autem clarissimi Religionis nostræ Proceres ac Patres? Sanctus Sophronius Hierosolymorum Antistes *Sanctissimum Romanæ Ecclesiae, immo omnium, quæ sub cælo sunt, luminare* Leonem fuisse affirmavit. Utque aliorum innumera præterea testimonium, S. Nicolaus Papa I. ad Michaelem Imperatorem scribens, libere asseruit, quod nisi Deus Leonis virtutem atque doctrinam adversus Latrocinium Ephesinum excitasset, *Religio Christiana penitus corruisset*. Etsi autem Ecclesia, inter eos, quos Doctorum titulo & appellatione distinguit, Sanctum Leonem Pontificem nondum peculiari Decreto recensuit; illius tamen doctrinam tanto in honore se habere ostendit, ut ipsius scripta, non secus ac illorum, quos præcipuos Religionis Magistros atque Doctores jamdudum veneratur, in divinis officiis frequenter locum habere jufferit, & in iis præsertim Solemnitatibus, quibus majora Fidei nostræ mysteria per anni cursum recoluntur, universonum Clerum & Populum ex illius Sermonum lectione solidam eruditionem, & spirituale pabulum haurire voluerit.

Ad hæc autem, quæ de Sancti Leonis meritis & gloria cum omnibus sentimus, & jampridem animo Nostro reputavimus, peculiaris quædam, Nobisque cum paucis communis, accedit causa, quæ nostram olim erga ipsum pietatem & venerationem magnopere accendit & auxit: quod scilicet dum in Vaticana Beati Petri Basilica Canonicalem dignitatem in minoribus obtineremus, quum Sacrum illius Corpus, a multo jam tempore sub Altari Sanctæ Mariæ de Columna nuncupatæ quiescens, ad alterum ipsius Sancti Pontificis nomine in eadem Basilica erectum & dedicatum, solemniter ac pompa transferendum fuit, venerabilium illius ossium elevationi & recognitioni præsentem adfui-  
mus, eaque nostris oculis intueri, ac debito cultu prosequi, summæ felicitatis loco habuimus; cujus rei Nos alibi, nimirum in *Opere de Canonizatione Sanctorum Lib. IV. Part. II. Cap. XXIII.* mentionem fecimus.

Quod itaque semper, præmissas ob causas, justum & æquum censuimus, quodque Nostra in Sanctum Pontificem singularis devotio Nobis suadet, hoc demum, auctoritate Apostolicæ Sedis, in qua, magno licet temporum, majore autem meritorum intervallo, eidem successimus, nunc reipsa præstare decrevimus. Ideoque exempla sequentes aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, qui præter summos illos Ecclesiae Doctores, alios etiam Sanctissimos Viros, qui eximia doctrinæ laude in Ecclesia floruerunt, eamque Scriptis suis locupletarunt, proprio Doctorum titulo & cultu honorandos esse decreverunt; motu proprio, & certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, volumus, præcipimus, & mandamus, ut in Officii divini Breviario, in Festo Sancti Leonis Papæ & Confessoris, Antiphona *ad Magnificat* in utrisque Vesperis ponatur ea, quæ incipit, *O Doctor optime*; in Missa autem dicatur Introitus: *In medio Ecclesiae*,

sia; & post Collectam subsequatur Lectio Libri Sapientiae, *Justus cor suum tradet*, cum Graduali, ut in Communi Doctorum; post Evangelium vero dicatur *Credo*; reliqua, ut in consueta Missa propria de Sancto Leone. Atque ita per omnes Ecclesias, & respective ab omnibus & singulis, qui ad divini Officii recitationem tenentur, perpetuo servandum statuimus & decernimus: non obstantibus contrariis Rubricis, usibus, & consuetudinibus, etiam expresse per Sedem Apostolicam approbatis & confirmatis, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostri praecepti, mandati, statuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto, Idibus Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quintodecimo.

*J. Card. Pro-Datarius. D. Card. Passioneus.*

V I S A

De Curia J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

L. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Anno a Nativitate Domini Nostri JESU-CHRISTI millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto, Indictione secunda, die vero nono mensis Novembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini BENEDICTI Divina Providentia PAPAE XIV. anno decimo quinto, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Curiae Innocentianae, & in Acie Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Dominicum Contini Apost. Curf.*

Antonius Befani Mag. Curf.

# PASCHASII QUESNELLI DISSERTATIO SECUNDA

DE

AUCTORE LIBRORUM

DE VOCATIONE OMNIUM GENTIUM,

qui PROSPERO AQUITANO  
vulgo tribuuntur :

in qua & abjudicantur PROSPERO, & LEONI MAGNO  
vindicanur .

I.  
De auctore  
istorum  
librorum  
vetus con-  
troverfia .



**D**IU est quod a viris eruditus de auctore gemini DE VOCATIONE OMNIUM GENTIUM libelli quæstio in medium adducta est & operosius ventilata : nec ullus fere scriptor commentarios suos vel de gratiæ divinæ auxiliis, vel de ecclesiasticis scriptoribus hoc & superiori sæculo edidit, qui suum de genuino libelli hujus parente iudicium conferre non gestierit . Nec id quidem immerito : interest enim ecclesiasticæ doctrinæ non parum, ut tameruditus Theologus tamque locuples antiquæ doctrinæ testis non ignoretur ; cui hanc laudem impertire non veretur scriptor celebris : omnes a concertationibus alienos, nec vel Deo peccatum, vel homini bonum spirituale tribuere volentes, eo ex scriptore genuinam antiquitatis sententiam discere, atque illam, tamquam inter Scyllam & Charybdim, tutissimam insilere viam debere . Magna laus, sed vera laus, licet ex heterodoxo ore profecta . Quam, quavis ille mente protulerit, eamobrem amplectimur, quod Augustinianam catholicamque adeo de prædestinatione sanctorum & gratia Dei doctrinam feliciter nemo assecutus est, nemo erudite facundeque magis explicuit . Eumdem castigatissimi ac edecumati plane iudicii virum appellat Vossius . Eiusdem auctoris scribendi ratione ac sensibus mirum in modum affici se ostendit Hugo Grotius, qui opus istud diligentissime perlegisse se significat . Eum passim vocat *scriptorem magnum, optimum & religio in primis inimicum, pium & pie ac sapienter scribentem* . Nec magis sibi ab hujus scriptoris laudibus temperavit Desiderius Erasmus vir in aliorum laudes non

Henricus  
Bullingerus  
comment. in  
epist. 2. ad  
Tim. c. 1.

Vossius  
Hist. Pe-  
lag. lib. 7.

nimum effusus . *Res ipsa loquitur, inquit, hominem fuisse in sacris litteris diligenter exercitatum, ingenio sano & acuto . Ipsa phrasissic Isocraticis illis schematibus modulata tin-* par. 1. p. 669. 671. & 728. Ed. 2. De- nulaque est, ut quod est in hac affectatione sid. Eras- difficillimum, præsertim in argumento sub- mi præfat. in lib. de Voc. gent. rom. 2. Operum sancti Ambros. Ed. 1527.

Tam præclarum igitur opusculum alii alii vindicant . Datum est primum sancto Ambrosio Mediolanensi Episcopo : si quidem Franciscus Cunel ex hujus auctoris verbis certum putavit Ambrosii ætate viguisse Pelagianorum hæresim : non aliam, opinor, ob causam in eam sententiam veniens, quam quod inter Ambrosianas lucubrationes opus istud legerat, inter quas suum adhuc hodie locum retinet . Verum alterius esse certissimum est . *Cujus rei si nullum esset aliud argumentum, ait D. Erasmus, tanta tamen est totius phrascos dissimilitudo, ut primo statim gustu lector deprehendat alium loqui quam Ambrosium . Atque utinam tales multos libellos Ambrosianis admiscuisset, qui hos admiscuit . Tales imposturas facile tulerimus, que pro auro supponant aurum . Phrascos dissimilitudini accedit Pelagianorum mentio, quos Ambrosio jam inter cælites recepto natos esse constat . Nec Pelagianorum modo meminit, sed & Semipelagianorum, quos præsertim toto opere insectatur : at de istis non nisi post 1 viginti ab Ambrosii obitu annos auditum est in Ecclesia .*

II.  
Non est  
sancti  
Ambrosii  
opus .  
Fr. Cumel.  
in 1. part.  
sancti  
Thome .

Desid. E-  
rasmus lo-  
co citato .

III.  
Eucherii Lugdunensis Episcopi opus esse Non Eu-  
suspiciari videtur Erasmus, cum hujus sti- cherii  
lum Lugdun.  
Episcopi

## EDITORUM ADNOTATIONES.

I Forte errore amanuensium *viginti* pro *triginta* scriptum fuit . Ambrosius enim obiit an. 397. Semipelagianorum vero error audiri cœ-

pit an. 427. ut liquet ex Augustini epistola 217. hoc anno scripta ad Vitalem .

lum ab illius phrasi non profus abhorre-  
admonet. Suspicionem augere potest quod  
Eucherius ad Lirinensem insulam primum  
appulisse videtur, cum eremi secreta qua-  
erebat, ac postmodum Lerone[m] Lirino pro-  
ximam incoluit; huiusque insulae Monachis  
familiaris fuit: apud quos cum ferrent  
disputationes de gratia, facile contingere po-  
tuit ut his se Eucherius immisceret. Fuit  
etiam Joanni Cassiano & Hilario Arelaten-  
si pernecessarius, illis, inquam, inter Augu-  
stinianae de gratia doctrinae adversarios infi-  
gnioribus: ut, quod de Leone diximus, po-  
tuerit suos amicos a pravis opinionibus hoc  
scripto dimovere velle: videtur enim ipse  
Augustiniano dogmati adhaesisse, ut ex eius  
filiique Salonii scriptis conicit Norisus. Sed  
istae sunt longius accersitae conjecturae; nec  
talis mihi videtur stili utriusque similitudo,  
quae eundem scriptorem arguat: non mo-  
dulata tinnulaque illa phrasis, quam in li-  
bris de Vocatione gentium agnoscit Erasmus,  
in Eucherio deprehenditur: non idem sen-  
tentiarum pondus, delectus verborum, to-  
tiusque sermonis majestas, quam in hoc opu-  
sculo demiramus.

Henr. de  
Noris Hist.  
Pelag. l. 2.  
cap. 13.

IV. Sunt qui putent Hilario adscribendum opus,  
quam in partem inclinat Joannes Latus  
lib. de Pelag. & Semipelag. Sed cui Hila-  
rio? Tres enim hujus nominis per ea tem-  
pora legimus, nempe Hilarium Syracusa-  
num, cujus epistola ad Augustinum, & Au-  
gustini rescriptum de pluribus gratiae capiti-  
bus habentur inter sancti Doctoris epistolas.  
Alterum, qui e Gallis scripsit ad eundem  
Augustinum, & Prospero ad propugnandam  
illius doctrinam socium se adjunxit. Tertium  
denique Arelatensem Episcopum. Ex tribus  
unum constasse videntur aliqui, de quibus  
Hincmarus Remensis in libro de Praedesti-  
natione. Hincmarus ipse Syracusanum qui-  
dem ab Arelaten[s]i discernit, at Arelatensem  
confundit cum Prosperiano: quae est etiam  
opinio Cardinalis Baronii & Joannis Gerar-  
di Vossii. Contra ego Syracusanum ab Arela-  
tensi, & Arelatensem a Prosperiano distin-  
guo cum viris eruditis: Prosperianum vero  
eundem esse ac Syracusanum Monachum,  
facile mihi persuadeo.

Hincmarus  
de Prae-  
dest. c. 13.  
p. 18.

V. Hilarium Syracusanum Monachum alium  
esse ab Arelaten[s]i Hilario ex annorum ra-  
tione nullo negotio conficitur. Syracusanus  
scripsit ad Augustinum circiter annum Chri-  
sti 413. vel 414. Nam ante annum 412. ut  
scripta non credatur epistola sancti Augusti-  
ni rescribentis, facit mentio iudicii contra  
Caelestium facti apud Carthaginem. Cum  
vero delata sit in Palaestina[m] ab Orosio, qui  
illuc venit verno tempore, lectaque sit in  
conventu Presbyterorum habito mense Julii  
anni 415. manifestum est ultra annum 414.  
differendam non esse Syracusani huius Mo-  
nachi epistolam. At eo anno Hilarius, qui  
postea Arelaten[s]is Episcopus, annum aetatis  
suae decimum tertium non excedebat: siqui-  
dem mortuus est anno 449. quadraginta &  
octo annos natus, teste Honorato Massiliensi  
vitae ejus scriptore.

Tom. II.

Hilarium porro Syracusanum ut eundem  
putem cum Prosperiano, seu Prospero in  
defensione sancti Augustini socio, istae me  
movent conjecturae. Uterque (si duo sunt)  
discipulus sancti Augustini fuit, eique in  
Africa aliquandiu adhaesit. Uterque Pela-  
gianis erroribus adversus. Uterque laicus, ac  
opinor, Monachus. Tenuioris uterque erudi-  
tionis circa Ecclesiae dogmata, de quibus du-  
bitanti similis interrogat Augustinum, ut ex  
epistolis eorum constat. Utriusque demum  
epistolae stilius non abstrinilis. Hilarium au-  
tem illum Syracusanum dico, non quod Sy-  
racusis oriundum putem: si enim idem est  
cum Prosperiano, Gallus fuisse credendus est.  
Siquidem hic Massilia, ut opinor, vel ex  
alia Galliarum civitate scribens, Augusti-  
num parentum suorum nomine salutatur; &  
sub fine epistolae haec addit: *Sciat sanctitas  
tua fratrem meum, cujus maxime causa hinc  
discessimus, cum matrona sua ex consensu per-  
fectam Deo continentiam devovisse.* Ex qui-  
bus liquet paternam Hilarii familiam in  
Gallis fuisse. Potuit certe idem Hilarius pa-  
ternam domum relinquens occasione alicujus  
cum fratre suo dissidii in Africam transfre-  
tare, seque discipulum tradere Augustino  
erudiendum apud Hipponem. Post aliquot  
annos incessit eum revivenda patriae cupido:  
quam dum repetit, celebriora Monachorum  
Coenobia lustrare voluit, quae erat Mona-  
chorum illius aevi consuetudo. Ad Syracusa-  
num igitur appulit, comitibus nonnullis,  
ut reor, Hipponensibus civibus vel clericis:  
quibus de Syracusano Hipponem remeantibus,  
ut ipse scribit, litteras breves ad Augusti-  
num tradidit, quibus eum de gliscente apud  
Syracusas Pelagiano dogmate monuit. De-  
mum in Patriam reversus, cum Magistris sui  
doctrinam plurimis exosam in Gallis com-  
perisset, monendum illum existimavit, me-  
mor forte id antea ab ipso dum Syracusis  
ageret, postulasse Augustinum his verbis:  
*Tu magnum conferes beneficium, si ea quae il-  
lic a sanctis fratribus adversus istorum va-  
niloquia differuntur, non me facias ignorare.*

Hilarius denique Prosperianum male pro  
Arelaten[s]i Episcopo accipi clarissime demon-  
stravit celeberrimus invictissimusque doctri-  
nae sanctorum Patrum assertor in opere Gal-  
lico ante viginti annos edito, idemque probat  
nuperus historiae Pelagianae scriptor Hen-  
ricus de Noris. Vel hoc unico argumento  
res conficitur. Jam tunc Episcopus erat Arela-  
tensis Hilarius, cum alter scripsit ad Au-  
gustinum una cum Prospero: at Hilarius  
iste laicus tantum erat eo tempore, quo  
suam exarabat epistolam. Talem enim se  
prodit ipse his epistolae suae verbis, quibus  
praecipuos sancti Augustini adversarios desi-  
gnat, ac in primis Hilarium Arelatensem.  
*Sunt ex parte tales persone, ut his consue-  
tudine ecclesiastica LAICOS summam reveren-  
tiam necesse sit exhibere. Quod quidem ita  
CURAVIMUS Deo juvante servare, ut cum  
opus fuit non taceremus.* Succinit Prosper in  
epistola sua ad Augustinum. *Possumus, in-  
quit, ad credendum esse constantes; sed ad*

VI.  
Hilarius  
Syracusa-  
nus idem  
cum Pro-  
speriano.

Hilarii  
Epist. ad  
sanctum  
Augusti-  
num.

S. August.  
Epist. 89.  
ad Hila-  
rium in  
fine.

VII.  
Prosperi  
socius a-  
lius ab  
Arelaten-  
si Episco-  
po.  
Apologia  
sanctorum  
Patrum de  
gratia par-  
te 1. Hen-  
ric. de No-  
ris hist.  
Pelag. l. 2.  
cap. 2.

AUCTORITATEM talia sentientium NON SUMUS PARES: quia multum nos & vita meritis antecellunt, & aliqui eorum ADEPTO NUPER SUMMO SACERDOTII HONORE SUPEREMINENT. Deinde laicus erat iste Hilarius, cum Augustino jam mortuo, ac proinde non ante annum 430. scripsit Cælestinus Papa ad Galliarum Episcopos: Prosperum enim & Hilarium filios vocat, non fratres, ut Coepiscopos appellari decuisset: nec aliter eosdem compellat sanctus Augustinus initio libri de Prædestinatione sanctorum, quam ut filios,

*Prosper in Chron. Honoratus Massil. in vita sancti Hilarii.* At Hilarius Arelatensis jam initio anni 429. in Arelatensi cathedra constitutus fuerat post obitum Honorati, qui Patroclo occiso substitutus anno 426. biennio tantum, Honorato Massiliensi teste, Episcopatum gefcit. Quod adhuc probatur ex vita sancti Germani Antiochodensis. Hic enim cum anno 429. ut vult Baronius, vel ut alii, 430. ex legatione Britannica reversus Arelatensem contulisset, *Illustrabatur eo tempore*, inquit Constantius, *civitas Hilario Sacerdote multimoda virtute pretioso*. Denique his expressissimis verbis sanctus Prosper Hilarii Arel. Episcopatum commemorat in epistola sua. *Unum*, inquit, *eorum præcipue auctoritatis & spiritualium studiorum virum sanctum Hilarium Arelatensem Episcopum sciat beatitudo tua admiratorem sectatoremque in aliis omnibus tue esse doctrinae, & de hoc, quod in querelam trahit, jam pridem apud sanctitatem tuam sensum suum per litteras velle conferre*. Hæc quidem verba Arelatensem Episcopum irreptitia esse & expungenda censet Cardinalis Baronius: cui fere subscribit Vossius.

*Constantius Profbyt. in vita sancti Germani Antiochodor. S. Prosper in epist. ad sanctum Augustinum. Vossius*

*Hist. Pelag. l. 6.* Longe tamen magis placet, inquit, si pro Hilario scribatur Honoratus: sicut scriptum dicit a doctissimo Espencæo commentariis in epistolam ad Timotheum, lib. 1. cap. 9. *Quod sive ille*, inquit idem Vossius, *ex manusccriptorum fide, sive ex ingenio fecit, nobis quidem sententiam suam impense probat*. Verum nemini probandam spero hanc emendationem, cui manuscptorum fides, chronologiæ ratio, verbaque ipsa Prosperi omnino repugnant: Possumus quidem ad credendum esse constantes &c. Hæc prima ratio distinctionis utriusque Hilarii ex unius Episcopatu petita, quo numquam alter fuit insignitus.

VIII. 2. Longe diversus utriusque Hilarii erga sancti Augustini doctrinam affectus. Arelatensis enim etsi illius se admiratorem sectatoremque in aliis omnibus profiteretur, ejus tamen de prædestinatione sententiam in querelam traherat; & unus erat eorum quæ caligo istius opinionis, quæ Augustinianæ ad-

*Prosper ep. ad sanctum August.* versabatur, obscurabat. Hilarius autem Prosperi socius doctrinæ sancti Augustini in omnibus addictissimus erat, ut ipse de festatur his verbis: *Nolo autem sanctitas tua sic me arbitretur hæc scribere, quasi de iis, quæ nunc edidisti, ego dubitem... Ceterum hæc suspitione in tantum careo, ut potius infirmitatem meam, qui tales parum patienter sero, notabilem putem*. Inter eos porro, quos moleste ferebat, ipsum Arelatensem Episco-

pum fuisse, dubium non est, cum, etsi ejus nomen non exprimat, eum tamen iisdem coloribus depingat, quibus & Prosper. *Sed plane*, inquit, *illud tacere non debeo, quod se dicant tuam sanctitatem, hoc excepto, in factis & dictis omnibus admirari*. En Hilarium Arelatensis Ecclesiæ Præsulem, quem Prosper supra dicebat admiratorem sectatoremque in aliis omnibus Augustinianæ doctrinæ, excepta quæstione quam in querelam traherat.

3. Prosperi socius auctor fuit eidem Prospero, ut ad sanctum Augustinum scriberet, ejusque litteras suis conjunctas misit in Africam, quemadmodum ipse narrat in fine suæ epistolæ; ubi & alias commemorat superius a se scriptas ad eundem Augustinum, quicum necessitudo frequenque commercium intercessisse videtur. E contra vero eodem tempore scribit sanctus Prosper Hilario Arelatensi jam olim in mentem venisse ut Episcopum Hipponensem litteris conveniret, sensum suum cum ejus doctrina collaturus; incertum tamen sibi esse utrum id esset præstiturus. Quod omnino sufficit ut unus ab altero diversus demonstraretur. Prior enim Augustino familiaris fuit, posterior nequaquam.

4. Hilarius Prosperi commilito olim Augustini lateribus adhæserat, ejusque doctrinæ lacte aliquamdiu in Africa fuerat enutritus: hoc enim ipse significat. *Sufficiat*, inquit, *mihî pœna mea, quod a præsentia tuæ deliciis exulatus, ubi salubribus tuis uberibus nutrebar, non solum absentia tua crucior, verum etiam pernicacia quorundam*. Arelatensis vero Hilarius numquam in Africam peregrinatus est. Ex ejus enim & ex Honorati vita docemur hujus studio & opera Hilarium a sæculi deliciis ad monasticæ vitæ institutum traductum constanter apud Lerinum perseverasse, quousque mortuo Honorato in ejus locum successus est triginta nondum annos natus.

His de utriusque Hilarii discrimine elucidatis evanescit Vossii, aliorumque assertio, qui non aliam ob causam Hilario vel Arelatensi, vel Prosperiano opus de Vocatione gentium adscribendum putarunt, quam quod conflarunt ex duobus unum. Cui argumento alterum addo de utroque seorsim. De Hilario quidem Arelatensi: quod nihil in opere de Vocatione omnium gentium occurrit, quod vel minimum fuliginem Semipelagianam redoleat: qua certum est Hilarium Arelatensem vehementer infectum fuisse. Immo vero omnes Semipelagianorum errores hoc scripto pessumdantur.

Ad Prosperianum quod attinet, seu idone cum Syracusano, seu aliter ab eo, non auctor est tam præclari opusculi. Neuter enim tanti fuit in Ecclesia nominis, ut inter Ecclesiæ Magistros ac Doctores meruerit a Gelasio PP. numerari: ut numeratus est auctor quem discutimus. Neuter ea sanctitatis aut doctrinæ fama claruit, ut Demetrias virgo optaverit sibi ab eo tractatum scribi de virginitatis proposito: idem enim procul dubio utriusque scripti auctor, ut ostendemus

IX. Hilarius Arelatensis ignotus Augustino, alter notus.

X. Nec Hilarii Prosperi, nec Arelatensis est opus.



mus inferius, & vel stili affinitas una demonstrat. Contra vero a stilo librorum de Vocatione gentium longe abhorret Hilarii utriusque phrasis: hæc jejuna, humilis ac repens; ille ornatus, sublimis & ad luxuriam usque exuberans. Neutrius demum epistola ullum præ se fert characterem, qui tam eleganti, tam eruditæ scriptioni simile quid expectare sinat. Syracusani enim brevior epistola & contractior, quam quæ ab homine erudito de hujusmodi quæstionibus scribi debuerat. Alter ultro proficetur tenuitatem virium suarum: videtur etiam non satis deprehendisse quam perniciosum esset doctrinæ catholicæ adversariorum dogma, quos dubitat tolerari posse: excusat se apud Augustinum, quod aliter in superiori epistola scripsisset de illorum sententia, quam tunc scriberet. Denique imbecillitatis propriæ conscius, ac timens iterum ne minus digne ac intelligenter opinionem Semipelagianorum referret, monet se in Prosperum illius melius explicandæ provinciam transmississe: ut videatur omnino zelo erga Christi gratiam ardentiore fuisse præditus, quam ea scientia instructus, quæ in illius defensore exigetur.

XI.  
Prosper  
Aurelianus sit-  
ne libello-  
rum isto-  
rum au-  
ctor.  
*Apollin.  
Sidonius  
lib. 8. ep.  
15.*

Hæc eadem ratio retinet me, ne alteri Vossii conjecturæ subscribam, qui vix dubitandum putat quin Prosperi Aurelianensis Episcopi studio & operæ debeamus hanc de gratia lucubrationem. Quantam enim in eo dicendi scribendique copiam fuisse existimemus, qui Apollinaris Sidonii stilum emendicare coactus est, ut sancti Aniani Aurelianensis pariter Episcopi res gestæ, mores, merita, virtutesque memoriæ commendarentur? quod factum prodit Sidonius. Hanc procul dubio provinciam non detrectasset, sui que prædecessoris vitam, aliorum Episcoporum exemplum secutus, ipse descripsisset, si in eo tanta fuisset facundia, quantam in libellis de Vocatione gentium mirantur eruditi. Quid quod eam, de qua agitur, controversiam vix crediderim ad ea usque loca penetrasse, in quibus Prosper ille morabatur?

An Pro-  
sper qui  
Episcopus  
fuit anno  
527. &  
529.

Alteri Prospero, qui Carpentoratensi Vassensique Conciliis subscripsit, quod nonnullis placet, opus istud ex conjectura tradere, ne refutatione quidem indiget. Hunc enim jam mortuum laudare non potuit Gelasius Papa, qui anno 496. hoc est triginta & amplius annis ante utramque illam Synodum e vivis excessit: prior enim anno 527. posterior 529. habita est. Adde librum scriptum esse circa initia motæ adversus Augustinum controversiæ: quæ totis centum annis Prosperi hujus ætatem prævertere. Ex quo culpanda hoc loco Vossii, viri alias diligentissimi, indiligentia, qui inter Prospe-

rum Aurelianensem & hunc posteriorem non discernit.

Venimus tandem 2 ad Prosperum Aquitanum Leonis nostri Notarium, sive postmodum 3 Episcopus fuerit, ut vulgo putant, sive numquam ad eum gradum eventus sit, ut modo constat inter eruditos. Huic eo difficilius abjudicari posse videtur hujus opusculi possessio, quod octingentorum annorum præscriptione, omnium qui habentur MSS. codicum fide, totiusque Gallicanæ Ecclesiæ suffragio firmata legitur; quod omnium etiam fere scriptorum in eum vota concurrunt; & in omnibus fere operum ejus editionibus jam ex antiquo pro genuino ejusdem setu habitum est scriptum istud.

Est una quidem Prosperi hujusque auctoris circa Christi gratiam doctrina. Uterque sancto Augustino succinit. Verbis tamen & modis loquendi videntur discrepare: & ad eam explicandi rationem, eaque velut emolumenta descendit iste auctor, ad quæ numquam Prosper confugisse legitur. Quæ causa fuit Gerardo Vossio asserendi, quod *ejus sententia non ex amussim quadrat doctrinæ Prosperi*, sed mediam potius viam sequitur inter Augustini sententiam & eam quæ fuit Semipelagianorum: quod an verum sit, inferius opus erit inquirere.

2. Stili disparitas auctorum quoque distinctionem arguit: quod Joanni Latio primo visum est, lib. 2. de Semipelagianis cap. 3. *Cassander & Costerius Prospero (tribuunt) ex antiquorum codicum auctoritate; verum stilus a Prosperi stilo abludit, & rerum tractatio dissimilis est.* Quæ causa eadem, opinor, fuit, cur opusculum istud aureum, ut sæpe ab eruditis appellatur, Prosperi non esse pronuntiarint viri plures doctissimi, quos inter ( præter Latium ) numerantur Gerardus Vossius, Hugo Grotius, Antonius Arnaldus, Henricus Norisius, nunc S. R. E. Cardinalis, & alii nonnulli. Certe auctoris librorum de Vocatione stilius Prosperiano longe castigatior concinniorque, elegantior dictio, periodi magis commensurata, antitheses sententiarum verborumque pugna frequentiores, schematum usus crebrior, tota denique oratio ex affectato rhythorum occurso longe modulatio. Hocque in primis attendendum, utpote non nisi ex consilio studioque natum: non enim tunc solum occurrunt cum in eas velut sponte currere videtur oratio, quod & nonnumquam in Prospero inveneris; sed aliis etiam in locis, ubi non nisi data opera usurparentur.

3. Scribendi methodi auctori anonymo familiaris a Prosperi ratione plurimum diffidet. Hic enim palam & publice assertorem se vindicemque sancti Augustini exhibit,

XII.  
Prospero  
Aquitano  
utrum  
possit o-  
pusculum  
adscribi.

2  
3

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Confer Observationes huic Dissertationi subjiciendas §. 1.

3. Hæc opinio, qua S. Prosper Aquitanus Episcopatu aliquando ornatus a nonnullis cre-

ditur, innititur præsertim vulgatæ inscriptioni epistolæ ad Demetriadem, quam tamen arbitrariam & falsam ostendimus adnot. 2. in eadem epistolam.

bet, ejus doctrinæ apices omnes ubique acriter ac strenue propugnat, premit studiose omnia ejus vestigia, ubique sancti Doctoris animum, doctrinam, sensusque omnes spirat. Nihil tale in gemino libello. De sancto Augustino ne apex quidem ullus; ita ut vel ipsum videatur non nosse (quod nemo crediderit) vel ejus nomen ex certo consilio, certasque ob causas reticuisse. Prosper cum scribit, Ecclesiæ Romanæ auctoritatem passim prædicat ac circumfert, utpote ejus nomine & ex ejus delegatione in arenam descendens: alter ex proprio ingenio stilum exerit, non tam pugnandi, quam sese exercendi studio, magisque inquirenti similis, quam certa & jam sancita dogmata propugnanti. Ille palam aggreditur Semipelagianos, atque ut catholicæ doctrinæ adversarios insectatur: hic non tam ex industria, quam aliud veluti agens eos exagitat, nec id ea vehementia eoque zelo exequitur, quo sanctus ille Augustinianæ doctrinæ discipulus & vindex.

XIII.  
Scripti  
tempus  
Prospero  
non con-  
gruit.

Lib. I. de  
Vocat. omn.  
Gem. c. 1.

4. Cum certum sit scriptum opusculum fuisse aliquandiu ante Gelasii Papæ tempora, vix tamen unum aliquod temporis spatium assignare possis, quod Prospero conveniat. Si statim ab initio concertationum vel paullo post eas exortas exaratum velis, jam ipsum auctorem in libri sui exordio contradicentem habes, qui jamdudum de his quæstionibus controversum fuisse diserte asserit. *Inter defensores liberi arbitrii*, inquit, *& prædicatores gratiæ Dei magna & difficilis dudum vertitur quæstio &c.* Si vero ultro concesseris, quod negari non potest, eam controversiam dudum efferbuisset inter Augustinianos & Semipelagianos, cum ad scribendum auctor se applicuit, jam alium a Prospero fuisse necesse est. Hic enim statim atque Pelagiani veneni reliquæ per Genuensium Excerpta, vel Capitula Gallorum, vel Joannis Cassiani Collationes spargi cœpere, stilum ocys arripuit acutique, & totis viribus illarum vocum novitates insectatus est: contra vero auctor librorum *de vocatione gentium* innuit hanc primam suam esse de hac materia lucubrationem, & quidem dudum post motas quæstiones elaboratam. *Magna & difficilis dudum vertitur quæstio .... De hac igitur compugnancia opinionum qua mensura & temperantia sentiendum sit, quantum Dominus adjuverit, ANNITAR inquirere, exercens atque discutiens modulum facultatis meæ in his, qua cordi meo sobrie, quantum arbitror, inhaeserunt.* En verba post longam opinionum istarum concertationem scribentis, primam in hoc scripto operam ponentis primumque conatum, hominisque magis inquirentis, sese exercentis; remque studio proprio discutiens, ac pro modulo facultatis suæ, quam confidenter ex Patrum doctrina asserentis, propugnantisque ex delegatione Sedis Apostolicæ. Immo timide admodum ac dubitanter scribit: quia videlicet quamvis per omnia Augustinianæ receptæque in Ecclesia doctrinæ congruentia proponeret, novos ta-

men loquendi modos inducebat: sciebat autem suspectas merito esse in Ecclesia novitates vocum, etiam servata antiquitatis doctrina: unde post descripta verba, hæc subjicit: *Ut si in eas regulas processerit stilus, qua nihil offensionis, nihil habeant pravitatis, non solum nobis, sed & aliis utile sit, ad aliquem nos limitem pervenisse, quem non debeamus excedere.* Qui demum, ne scriptum Prospero abjudicent, discrimen notatum inde nasci posse dixerint, ut dixerunt nonnulli, quod illo tempore exaratum est a Prospero, quo nondum plene hauserat Augustinianæ doctrinæ fluentia, præsertim vero ex iis libris posterioribus, quos sub vitæ finem scripsit; facile ex fixa superius epocha hujus scriptiois refelluntur.

His igitur & aliis ejusmodi rationibus moti sunt viri eruditi, ut remotis omnibus notatis supra præjudiciis, de auctore opusculi novum examen instituerent: atque ex diligentiori inquisitione, expensisque hætenus momenti & rationibus hæc tria pro certis habenda esse statutum est.

Primum, nullum ex iis, quos ante Prosperum excussimus, esse auctorem librorum *de vocatione omnium gentium*.

2. Etsi graviora Prospero Aquitano argumenta militent, graviores tamen esse rationes in contrarium prolatas: neque illa argumenta majoris esse momenti, ut opus istud Prospero adscribatur, quam similia quibus eidem ad nostram usque ætatem assertum est opus *de vita contemplativa*. Pariter enim sub Prosperi nomine laudatum legitur ab octingentis annis in Synodis Ecclesiæ Gallicanæ; pariter inscriptum Prosperi nomen in manuscriptis codicibus ejusdem ætatis; pariter operibus editis jam ex antiquo insertum; ita denique creditum, nullo refragante, ab omnibus posterioris ævi scriptoribus. Constat nihilominus hodie inter eruditos non esse Prosperi opus *de vita contemplativa*, nec religio fuit tam antiquis; tamque idoneis testibus fidem derogare, vel ex sola stili diversitate; sed Juliani Pomerii esse omnes consentiunt, partim ex Isidori Hispalensis Episcopi testimonio, partim ex MSS. codicum fide. Unum jam pridem laudarunt viri eruditi, qui fuerat primum sancti Salvatoris Vicecomitis, postea illustrissimi doctissimique Archiepiscopi Tolosani Caroli de Monchal: alterum nuper nacti sumus in Bibliotheca Abbatæ Beatæ Mariæ de Trappa, quæ ex obscuro Monasteriolo, unde penitus oblitterata regularis disciplina, in numerosissimum sanctissimumque Asceterium derepente evadens, Religiosissimi Abbatis studio ac pietate, suum ætate nostra Gallicanæ Ecclesiæ Bernardum, suam Bernardo reddidit Claramvallem.

Tertium denique, ad quod post operosam inquisitionem devenit ab eruditis scriptoribus, hoc est: prorsus ignotum esse auctorem librorum istorum; atque ita omnibus, quibus hætenus sunt adscripti, abjudicarunt, adjudicarunt nemini.

Porro mirari satis non possum, dum eru-

XIV.  
Quid hæ-  
tenus de  
isto aucto-  
re pro  
certo ha-  
bitum.

XV.

Leonis ef- ditus quisque ecclesiasticæ rei studiosus au-  
se opuscu- ctorem præclari venatur opusculi, neminem  
lum; & cur de Leone nostro quicquam esse subodoratum,  
ei a nemi- neque in ullius oculos incurrisse splendidum  
ne tribu- illud Ecclesiæ Romanæ lumen. Immo, in-  
tum. currit procul dubio; sed dum hinc Pontifi-  
cem tantum cogitant, illinc scribendi rati-  
onem a Pontifice alienam, qualem habet  
auctor libellorum nostrorum, illi tribuere  
opus reformidarunt: non animadvertentes,  
ut certum habemus, Leonem nostrum diu  
ante Pontificatum suum adversus Pelagianos  
ferventi zelo decertasse, ita non ægre exi-  
stimandum stilo eum pugnasse ac scriptis,  
qua videlicet præditus erat & Scripturarum  
sacrarum doctrina & dicendi scribendique  
facultate eximia.

Hoc igitur certissimum apud me est, Leo-  
nem Papam, antequam ad Pontificatum api-  
cem proveheretur scripsisse libros de Voca-  
tione omnium Gentium. Quod ut mihi  
persuaderem difficile non fuit, cui videlicet  
scripta sancti Leonis ex instituti mei neces-  
sitate sæpe sæpius relegenti familiarissima  
facta est phrasis Leonina, totusque dicendi  
character. Utrum autem ad id aliis persua-  
dendum parem inventurus sim facilitatem,  
spondere mihi non ausim. Hoc unum spon-  
deo, nihil esse quo possit opinio nostra con-  
cuti: contra vero quicquid a variis scripto-  
ribus, qui hanc spartam adornarunt, obser-  
vatum est, quasi hujus auctoris proprium,  
& alia insuper bene multa, omnino con-  
gruere Leoni, ipsumque quasi digito mon-  
strare: ætas, inquam, patria, scribendi cha-  
racter, Scripturæ usus familiaris, peculiaris  
locorum quorundam citatio, aliorum fre-  
quentior recursus, doctrinæ præsertim de  
gratia Christi similitudo, explicandi modus  
proprius, sententiæ non absimiles, nonnul-  
lorum verborum affectata frequentatio, con-  
formatio periodorum eadem, eadem sermo-  
nis constructio, confictus verborum crebræ-  
que antitheses, dictionis varietas, elegan-  
tia, dignitas, ubertas igneusque vigor, to-  
ta denique stili, ut ita dicam, facies eum-  
dem omnino auctorem prædicant: ut omit-  
tam easdem utrique occasiones fuisse, quæ  
ad scribendum opus istud movere potuerint.

XVI.  
Leonis  
tempore  
scriptum.

4

Primum quidem, quod scriptionis 4 tem-  
pus attinet, istud in ætatem Leonis nostri  
incidere evidentissimum est. Tunc enim  
scribere aggressus est auctor, cum jam dudum  
ferverent dissidia adversus Augustinianam do-  
ctrinam mota, quæ quidem vivente adhuc  
Augustino orta erant; adeoque circiter an-  
num quadringentesimum trigesimum secun-  
dum, vel tertium opus exarabat, a qua-  
dringentesimo quadagesimo, quo electus est  
Leo Pontifex, non longe distitum. Præter-  
ea non scripsit auctor, nisi post lectas alio-  
rum lucubrationes adversus Semipelagianos;  
hoc est post scripta sancti Prosperi, qui Jo-

annis Cassiani adhuc tum in vivis agentis  
collationes confutavit. Accedit, laudatum  
esse a Gelasio Papa I. Opusculum istud vel-  
ut ab Ecclesiæ quodam magistro jam a plu-  
ribus annis conscriptum: Gelasius autem Pa-  
pa anno 496. Pontificatum cum vita reli-  
quit. Denique modo certum apud eruditos  
eundem esse auctorem librorum de Voca-  
tione Gentium, & epistolæ ad Demetria-  
dem virginem, quæ Prosperi operibus infer-  
ta accensitaque habetur, quod stili affinitas  
arguit. At circa hæc eadem, quæ assigna-  
vimus, tempora scripta esse videtur episto-  
la. Demetrias enim virginitatis propositum  
amplexa erat anno 413. *primo ætatis flore*,  
ut loquitur auctor epistolæ, annos forsan  
nata viginti vel duodeviginti: ejusdem  
autem *tam maturum & eruditum animum* lau-  
dat statim ab initio epistolæ: quod ante an-  
num circiter 433. fieri vix potuit, quo tri-  
gesimum octavum vel quadagesimum æta-  
tis suæ annum attigerat Demetrias. Et cer-  
te post Augustini mortem scriptam esse epi-  
stolam indicant hæc verba, quibus eos, qui  
piissimam virginem inter ipsa consecrationis  
primordia adhortationibus suis incitaverant,  
quasi vita sanctos laudat. *De quo*, inquit,  
*inter ipsa principia multi, qui tunc in Ec-  
clesia præminebant, non siluerunt*: inter quos  
Augustinum numeratum esse, nemo non  
crediderit.

2. Auctorem istum 5 in Italia natum, aut  
saltem commoratum probabile admodum est.  
Vel enim Galliis nostris, vel Africanæ Ec-  
clesiæ, vel Romanæ vindicandus omnino  
videtur: extra quas nec tantam facundiam,  
nec doctrinam tantam, quantam continent  
libelli, per illa tempora invenire potueris.

Africanum non fuisse, probare mihi vi-  
detur altum de sancto Augustino silentium,  
quod minus ardens studium denotat, quam  
Africanus pro conterraneo suo præ se ferre  
debuerit: nec enim ignorasset ipsum Afri-  
canarum Synodorum *Ingenium* fuisse, ama-  
setque de tanto viro dicere cum Prospero,  
quod

--- *Inter cunctos qui de grege sancto  
Insanas pepulere feras, industria major,  
Majus opus totum præstantius imbuit Or-  
bem.*

Hunc, inquam, laudasset, vel a conviciis  
malignisque adversariorum accusationibus vindicasset.  
Nihil porro tale; ut nullum com-  
mercium, nullam inter utrumque consuetu-  
dinem intercessisse appareat. Deinde tanti  
viri aliquam haberemus in Ecclesia Africa-  
na memoriam, eum adscivisset Augustinus  
pugnæ socium adversus hæreticos, eosque  
post sancti Doctoris mortem exagitandos hic  
suscepisset. Denique stili perspicuitas con-  
cinnitasque cum turgente vel etiam barbara  
Africanorum illius temporis dictione com-  
mune nihil habet. Barbari enim magnam  
Afri-

XVII.  
Quæ Au-  
ctoris pa-  
tria.  
5

S. Prosper  
carm. de  
Ingratis.

Ibidem.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Vid. Observationes subjiciendas n. 10.

5 Confer Observ. n. 11.

Africae partem invadentes, barbariam quoque in litteras invexerant; ita ut Augustinus, qui inter alios eloquentiae laudem olim captarat, nihil habeat quod hoc in genere cum auctore nostro conferri queat.

Non Gal-  
lus.

Gallum si dixeris fuisse, difficile cogites cur a Gennadio tam accurato alioqui scriptorum Gallicanorum recensitore vel ignoratus sit, vel praetermissus. Cur etiam Prospero non se adjunxisset commilitonem adversus Augustinianae doctrinae obtrectatores, cum tanta dicendi scribendique copia, tam singulari eruditione polleret, & tanta esset defensorum gratiae penuria in Galliis, ut vix esset, qui ejus impugnantibus se se objiceret.

Prosper  
Ep. ad San-  
ctum Au-  
gust.

*Nec facile quisquam*, inquit sanctus Prosper, PRÆTER PAUCOS PERFECTÆ GRATIÆ INTREPIDOS AMATORES, *tantis superiorum disputationibus ausus est contraire*. In illa, inquam, temporum necessitate auctor iste in Galliis delituisset, velut pugil inermis aut trepidus; quando solus Prosper decertabat, uno socio vel potius pugnae incentore Hilario Monacho, non satis, ut apparet, ad pugnam idoneo?

XVIII.  
Italus fuit  
auctor o-  
pusculi.

Restat ut Italum pronunties hunc auctorem; quod & nonnullis adhuc momentis probabile facimus. Stili enim elegantia & nitor hominem designat in Romanæ civitatis sinu aut vicinia educatum: ubi Latina lingua se magis adversus incurrentem barbariam tuebatur. Vix enim ac ne vix quidem coævum Leoni scriptorem reperias, quem auctor librorum de Vocatione Gentium scribendi concinnitate non superet. Præterea auctor libro 2. cap. 33. hæc habet: *Alii*, inquit, *barbari dum Romanis auxiliantur, quod in suis locis nosse non poterant, in nostris didicere regionibus, & ad Sedes suas cum christiana Religionis institutione remeantur*. Incertum qua de expeditione sermo sit hoc loco; sed haud scio an aptius ad aliam referri queat, quam ad bellum adversus Eugenium tyrannum, a Theodosio magno confectum. Recens enim ejus tunc memoria. Victoria hoc parta prælio pro Imperii rebus decretoria fuit. Imperatorem ex Orientis partibus proficiscentem ad bellum secuta est ingens barbarorum multitudo ad Alpes usque, ubi debellatus tyrannus, quorum pars magna caesa est ab hostibus. At facile fuit ut eorum filii religionis christianæ elementa illic edocerentur, baptizarenturque, hanc illis gratiam vel gratitudinis ergo procurante Theodosio, quem in eadem occasione discimus hanc sollicitudinem inimicorum etiam suorum filiis ultro impendisse. *Inimicorum suorum filios*, inquit sanctus Augustinus, *quos non ipsius jussus, sed belli abstulerat impetus, etiam nondum Christianos ad Ecclesiam confugientes, Christianos hac occasione fieri voluit, & christiana caritate dilexit*. Sed & sensus magis obvi-

S. Aug. l. 5.  
de Civit.  
Dei c. 26.

istorum verborum, *in nostris didicere regionibus*, requirit, ni fallor, ut de Romano solo intelligantur; cum his aliis annectantur: *dum Romanis auxiliantur*. Hoc tamen argumentum Erasmo, cui etiam in mentem venit, dilutius videtur, quia quacumque se Romanum pandebat Imperium, Romana regio dici poterat. Penes lectorem esto iudicium. Forte validior conjectura, quæ ex libri 2. cap. 16. eruitur: ubi magnificis verbis Romanæ Ecclesiæ principatum prædicat, ditionemque illius, disseminatæ ubique fidei titulo longe lateque propagatam. Etsi enim sit omnium per universum orbem catholicorum Romanæ Sedis Primatum agnoscere, singularemque prærogativam Petri successoris, Ecclesiæ vertici debitam profiteri; his tamen loquendi modis gaudere mihi videtur auctor noster, qui hominem prodant vel Romanum vel Romano Clero insitum. Denique opusculum istud nusquam apud Africanam Ecclesiam citatum legitur: apud Gallicanam, non nisi post annum octingentesimum. At apud Romanam ante annum quadringentesimum nonagesimum sextum laudatur, nimirum a Gelasio Papa I. qui nomen quidem auctoris reticet, a quodam tamen Ecclesiæ Magistro sapienteque doctore compositum indicat. SICUT QUIDAM, inquit, MAGISTER ECCLESIÆ SAPIENTER EDOCUIT DICENS: *Ad magnam enim utilitatem fidelium materia est servata certaminum, ut non superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas*. Quis porro alius sapiens Doctor & Magister Ecclesiæ per illa tempora floruit, cui opus istud adscribi possit? cum Prospero aliisque insignioribus viris, qui tunc scientiæ eloquentiæque primatum tenebant in Ecclesia, abjudicandum esse supra censuerimus.

Cum ætas & patria auctoris Leoni conveniant, inquirendum modo an congruat stilius dicendique character. Plura sunt profecto quæ utrique communia sint.

Primum est, quod 6 nova sancti Hieronymi translatione uterque utitur. Quæ similitudo magis eo pensanda, quo rarissimi scriptores occurrunt, qui versionem quinti sæculi, quo tempore scriptum opus constat. Insignis locus est 7 libri Job cap. 14. v. 4. ita citatus apud sanctum Leonem serm. 8. de Nativitate Domini, & in libro 1. de Vocatione omnium Gentium cap. 8. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es?* Qui locus ita legitur juxta veterem translationem: *Nemo mundus a sorde nec infans cuius unius diei vita super terram*. Juxta utramque translationem usurpatur idem versus in epistola ad Demetriadem cap. 11. Ex quo eundem trium opusculorum auctorem non temere suspiceris. Certe ut hunc non Africanum, sed Romanum credam, facit adhuc pro-

XIX.  
In citanda  
Scriptura con-  
venit aucto-  
rum cum  
S. Leone.

6

7

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Vid. Observ. n. 12.

7 V. Observ. in Dissert. 4. n. 5.

promiscuus iste utriusque versionis usus. Serius enim receptam puto Hieronymianam in Africa, ubi adversum passa est Augustinum, quam apud Romanam Sedem, ubi magna Hieronymi auctoritas, & apud quam in usu fuisse utramque ante Gregorii I. Pontificatum, Gregorius ipse testatur in epistola ad Leandrum expositioni in Job præfixa.

Uterque legit hunc primæ Joannis epistolæ versum 3. capitis 4. *Omnis spiritus qui solvit JESUM, ex Deo non est*: quæ verba, etsi in aliquot aliorum Patrum scriptis habeantur, non tamen in multis. Desunt certe in omnibus exemplaribus Græcis, versionibusque quas hæretici ediderunt in lucem. Scribitque Socrates histor. lib. 7. cap. 32. *Hanc sententiam omnes, qui Divinitatem ab humanitate Christi sejungere studebant, ex vetustis exemplaribus delere tollereque non dubitasse*, idemque testatum dicit a veteribus interpretibus. Loca sunt Lib. 1. de Vocatione omnium Gentium c. 23. & in celebri epist. 24. (nunc 28.) ad Flavianum cap. 5.

Uterque capitis 31. Jeremiæ versum 33. hoc modo refert: *Dabo leges meas in sensu ipsorum, & in corde ipsorum scribam eas*. Lib. 1. de Vocatione omnium Gentium cap. 8. & 9. Leo ferm. 95. de gradibus ascensionis ad beatitudinem cap. 1. ex hisque verbis notat uterque eodem loco severitatem legis in misericordiam per gratiæ infusionem esse mutatam.

Uterque ita legit & passim usurpat textum hunc Apostoli: *Nemo potest dicere Dominum JESUM*. Utrique familiare est illud libri Job: *Tentatio est vita hominis super terram*. Et ut gentium sine Deo, sine fidei lumine viventium ante Domini Incarnationem statum exponant, persæpe adducunt hæc cap. 14. Actuum Apostolorum verba: *Dimisit gentes abire vias suas*.

Uterque hunc locum capitis 28. Evangelii secundum Matthæum usurpat, ut probet Christum Dominum in verbi sui sacramentorumque ministris numquam non operari: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. S. Leo epist. 83. (nunc 108.) ad Theodorum Foro-Juliensem: *Cui utique operi (nempe reconciliationi peccatorum per ministerium Sacerdotum) incessabiliter ipse Salvator intervenit, nec umquam ab his abest, que ministris suis exequenda commisit, dicens: Ecce ego, inquit, vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*. Et epist. 2. (nunc

167.) ad Rusticum Narbon. *Confirmans, inquit, predicatorum Evangelii & sacramentorum ministros: Ecce ego, inquit, vobiscum sum &c.* Auctor vero librorum de Vocat. Gent. lib. 2. cap. 2. *Et ne predicantium ministeria humano tantum viderentur opere*

Tom. II.

*peragenda: Ecce ego, inquit, vobiscum sum &c.*

Uterque etiam (quod maxime notandum) versum 31. & 32. capitis 22. sancti Lucae refert eodem ac peculiari modo. Sic enim habent: 8 *Simon, Simon, ecce satanas postulavit ut vos CERNERET sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua: & tu tandem conversus confirma fratres tuos; ET ROGA NE INTRETIS IN TENTATIONEM*. Intra enim tam pauca verba tria aut quatuor sunt, in quibus & sibi invicem consentiunt & ab aliis discrepant fatis insigniter, ut ex subjecta vulgatæ editionis lectione manifestum fit, quæ sic se habet: *Simon, Simon, ecce satanas expectavit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos*. Habet quidem sanctus Prosper similem fere lectionem cum hoc auctore nostro, sed tamen non omnino eandem. Nam priori loco, scilicet in epistola ad Rufinum, non habet *cerneret pro cribraret*, etsi cetera concinant: in libro contra Collatorem, cap. 35. ubi eundem textum iterum usurpat, hæc ultima verba omittit, & *roga ne intretis in tentationem*. Sanctus autem Leo ferm. 3. (nunc 4.) in anniversario Assumptionis suæ, cap. 3. quo solum loco hæc verba adducit, in omnibus convenit cum auctore libri de Vocat. Gentium. Opponet quis procul dubio illic non haberi *cerneret pro cribraret*. Non ita, fateor, legitur in codicibus excusis; sed ex MSS. optimæ notæ adulteratum hunc locum fuisse convincimus: cum enim nemini non sit familiaris dictio, & in omnibus ubique codicibus *cribraret* legamus, non dubitavit scriba doctulus erratum, ut putabat, ad vulgatam lectionem emendare, & reponere *cribraret pro cerneret*: sed hoc ultimum esse legendum arguunt MSS. codices Victorinus unus, alter Cisterciensis, & tertius sancti Mariani Autissiodorensis Ordin. Præm. qui fuit olim Abbatiae Regniacensis Ordin. Cisterc. non longe ab illa urbe. Ita etiam legit Hincmarus Remensis Episc. Opusc. 33. Capitulum 55. capite 16. ubi locum hunc Leonis describit.

2. Istius operis 9 doctrina circa Christi gratiam eadem prorsus est cum doctrina sancti Leonis: cumque in illo nonnulli sint tam explicandi, quam loquendi in hac materia modi, quibus videtur primo intuitu ab Augustini sententia recedere, iidem quoque passim apud Leonem occurrunt. In quibus præsertim est quod de generali quadam gratia nulli ætati, nulli homini non impensa, sæpius disserit, quam quidem ponit in elementorum discordi concentu, in terræ cælique, & creaturarum omnium stru-

T t      Stu-

8

XX.  
In materia gratiæ conveniunt.

9

EDITORUM ADNOTATIONES.

8 Confer Observ. huic dissert. subjectas num. 13.

9 Vid. Observ. num. 14.

Epist. 108.  
ad Theodor.  
Foro-Julienf.  
cap. 2.

Epist. 167.  
ad Rusticum  
Narbon.  
in præf.

Serm. 7. de  
Jejunio  
mensis 10.  
& Eleem.  
cap. 2.

tura, ordine, ac veluti loquela, quæ creatoris omnipotentiam, bonitatem, sapientiamque ineffabiliter prædicant. Ita sanctus

Leo serm. 7. de jejun. decimi mensis. PER IPSA, inquit, ELEMENTA MUNDI TAMQUAM PER PUBLICAS PAGINAS, significationem divinæ voluntatis accipimus; nec umquam cessat divina eruditio, quando etiam de iis, quæ nobis FAMULANTUR, IMBUIMUR. Serm.

De eodem 8. de eodem. Intelligimus divinis NIHIL VACUUM ESSE præceptis, & verbo Dei ad eruditionem nostram omnia elementa servare, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quatuor Evangelia incessabiliter discimus, quod & prædicemus & agamus. Dicente enim Propheta: Cæli enarrant gloriam Dei &c. quid est per quod veritas nobis NON LOQUITUR? Ipsius voces in die, ipsius voces in nocte audiuntur, & pulchritudo rerum unius Dei opificio conditarum non desinit cordis auribus magistram insinuare rationem; ut invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciantur; & non creaturis, sed creatori omnium serviatur. Serm.

6. de Jejunio sept. mensis: Devotionem fidelium nihil est quod divina providentia non adjuvet: siquidem exercendis ad sanctimoniam mentibus atque corporibus ipsa quoque mundi ELEMENTA FAMULANTUR, dum dierum ac mensum distincte variata revolutio QUASDAM NOBIS PAGINAS aperit præceptorum: ut quod sacra admonent INSTITUTA, hoc quodammodo LOQUANTUR & tempora. Serm. 6. in Quadrages. cap. 1. Semper quidem, dilectissimi, misericordia Domini plena est terra, & unicuique fidelium ad colendum Deum ipsa rerum natura doctrina est, dum calum & terra, mare & omnia, quæ in eis sunt, bonitatem & omnipotentiam SUI PROTESTANTUR AUCTORIS, ET FAMULANTIUM ELEMENTORUM mirabilis pulchritudo justam ab intellectuali creatura gratiarum exigit actionem.

De Vocat. Gent. lib. 2. cap. 4. Calum & terra omnisque creatura, quæ videri atque intelligi potest, ad hanc præcipue disposita est humani generis utilitatem, ut natura rationalis . . . ad cultum & dilectionem SUI IMBUERETUR AUCTORIS. Quoniam etsi longe est a peccatoribus salus, præsentia tamen salutis IPSIUS AC VIRTUTE NIHIL VACUUM EST . . . Quod est autem hoc testimonium quod semper Domino deservit, & nunquam de ejus bonitate ac potestate conticuit, nisi ipsa totius mundi inenarrabilis pulchritudo, & inenarrabilium beneficiorum ejus dives & ordinata largitio, per quæ humanis cordibus quædam ÆTERNÆ LEGIS TABULÆ præbebantur, ut IN PAGINIS ELEMENTORUM, AC VOLUMINIBUS TEMPORUM communis & publica divinæ institutionis doctrina legeretur. Calum ergo cunctaque caelestia, mare & terra, omniaque quæ in eis sunt, consono speciei suæ ordinationisque concentu PROTESTABANTUR gloriam Dei & prædicatione perpetua majestatem sui LOQUEBANTUR auctoris. Et cap. 5. Quamvis ergo hæc & multa similia veritatis Scriptura pronuntiet; se-

cundum ipsam tamen credimus & piissime confitemur, quod numquam universitati hominum divinæ providentiæ cura defuerit, Quæ licet exceptum sibi populum specialibus ad pietatem direxerit institutis, nulli tamen nationi hominum bonitatis suæ dona subtraxit: ut propheticas voces & præcepta legalia convincerentur in elementorum obsequiis ac testimonis accepisse. Unde & inexcusabiles facti sunt, quia deos sibi Dei dona fecerunt; & quæ creata erant ad utendum, venerati sunt ad colendum.

De generali hujusmodi gratia, (hac voce in latiori significato accepta) quæ etiam legem includit, omniaque ad cognitionem Dei utilia, fuscæ uterque differit iisdem ut plurimum verbis: quod præter descripta superius loca tum sancti Leonis, tum alterius opusculi, ex aliis insuper locis evincitur. Sanctus Leo serm. 80. (nunc 82.) de SS. Apost. Petro & Paulo, cap. 2. Deus bonus, inquit, & justus omnipotens misericordiam suam humano generi NUMQUAM NEGAVIT, omnesque in commune mortales ad cognitionem sui abundantissimis semper BENEFICIIS ERUDIVIT &c. Serm. 5. in Epiphania. Permanet super omnes benignitas Dei, & nulli misericordiam suam denegat, cum indiscrete universis bona multa largiatur &c. Serm. 8. in ead. festivit. Deus omnes ad cognitionem sui GENERALIBUS INCITANS DONIS, PLUIT SUPER JUSTOS ET INJUSTOS, ET SOLEM SUUM ORIRI FACIT SUPER BONOS ET MALOS.

De Vocat. Gent. lib. 2. cap. 10. Omnium seculorum experimenta docuerunt justam Dei misericordiam, misericordemque justitiam, nec alendis umquam corporibus hominum, nec docendis juvandisque eorum mentibus defuisse: SEMPER ETENIM PLUIT SUPER BONOS ET MALOS; SEMPER SOLEM SUUM ORIRI FECIT SUPER JUSTOS ET INJUSTOS. Lib. 1. cap. 5. Secundum Scripturam credimus, & piissime confitemur, quod numquam universitati hominum divinæ providentiæ cura defuerit: quæ licet acceptum sibi populum SPECIALIBUS AD PIETATEM DIREXERIT INSTITUTIS, NULLI TAMEN NATIONI HOMINUM BONITATIS SUÆ DONA SUBTRAXIT. Cap. 21. Quamvis videamus nullis hominibus opem gratiæ in totum fuisse subtractam. Lib. 2. cap. 17. Quibus tamen (gentilibus) illa MENSURA GENERALIS AUXILII, quæ desuper omnibus semper hominibus est præbita, non negatur. Cap. 25. Omnes homines salvos fieri Deum velle, semperque voluisse, non aliunde monstratur, quam de iis beneficiis, eaque providentiæ Dei, quam universis generationibus communiter atque indifferenter impendit . . . Quibus donis auctorem suum per omnia secula. PROTESTANTIBUS specialis gratia supersusa est. Lib. 2. cap. 4. Igitur, sicut dicit Propheta, misericordia Domini plena est terra: quæ nullis umquam sæculis, nullis generationibus defuit, eamque providentiæ, qua universitatem rerum administrat & continet, regendis alendisque naturis semper impendit &c. Vide ejuſ-

eiusdem libri caput 9. Eodem uterque modo loquitur de lege legisque mysteriis, quam fere legis testificationem, veteris testamenti significationes, oracula Prophetarum, veteris testamenti decreta appellat.

Uterque eodem modo urget voluntatum patronos. Leo epist. 6. ( nunc 1. ) ad Aquilejensem Episcopum, cap. 3. scribit ad hoc omni conatu eos tendere, ut gratia Dei secundum merita dari accipientium sentiatur .. Et ideo per naturalem industriam gratiam præveniri, ab iisdem asseri, ut que ante gratiam proprio clara sit studio, nullo videatur peccati originalis vulnere sauciata. Hoc idem aliis verbis expressum habes lib. 1. de Vocat. Gent. cap. 22. & epistolæ ad Demetriadem cap. 10.

XXI.  
Alia similitudinis  
argumen-  
ta.

3. Nec in materia tantum gratiæ eadem cogitata, iidem conceptus, dicendique ratio eadem occurrunt; verum & in aliis quoque bene multis, v. g. cum de Apostolicæ Sedis in urbe Roma fundatione, amplitudine, ac dignitate sermonem habent.

Sanctus Leo serm. 1. de SS. Petro & Paulo, cap. 1. Ut gens, inquit, sancta, populus electus, civitas sacerdotalis & regia per sacram B. Petri Sedem caput orbis effecta, latius præsideres religione divina, quam dominatione terrena. Quamvis enim multis aucta victoriis jus imperii tui terra marique protuleris; minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit, quam quod pax christiana subiecit ... Ut autem hujus inenarrabilis gratiæ per totum mundum DIFFUNDERETUR EFFECTUS, ROMANUM REGNUM DIVINA PROVIDENTIA PRÆPARAVIT, cujus ad eos limites incrementa perducta sunt, quibus cunctarum gentium vicina & contigua esset universitas. Disposito namque divinitus operi maxime congruebat, ut multa regna uno confederarentur imperio, & cito pervios haberet populos predicatio generalis, quos unius teneret regimen civitatis.

De Vocatione Gent. lib. 2. cap. 16. Ad cujus rei effectum credimus providentia Dei Romani regni latitudinem præparatam: ut nationes vocande ad unitatem corporis Christi, prius JURE UNIVS CONSOCIARENTUR IMPERII. Quamvis gratia christiana non contenta sit eosdem limites habere quos Roma, multosque jam populos sceptro crucis Christi illa subdidit, quos armis suis ista non domuit: que tamen per apostolici sacerdotii principatum amplior facta est arce Religionis, quam solio potestatis.

Petrum Apostolum a trinæ negationis lapsu resurgentem cum uterque describit, iisdem fere terminis utuntur, etsi non ita communiter usurpari solitis. Id omne ad secretum Christi Domini intuitum referunt, indeque arguunt nemini hanc vitam viventi quantumlibet justo ac pio non inesse labendi periculum atque formidinem.

Sanctus Leo serm. 3. de Pass. Respexit, inquit, Dominus Petrum, & inter calumnias sacerdotum, inter falsitates testium, inter cædentium & conspuentium injurias constitutus, ILLIS TURBATUM DISCIPULUM CONVE-

Tom. II.

NIT OCULIS, quibus cum præviderat esseturbandum. Serm. 9. de ead Pass. Petrus perturbatus ex infirmitate periculum negationis incurrit, ob hoc, sicut apparet, hesitare permissus, ut in Ecclesiæ principe remedium pœnitentiæ conderetur, & nemo auderet de sua virtute confidere, quando MUTABILITATIS PERICULUM nec beatus Petrus potuisset evadere. Dominus autem JESUS, qui intra pontificale Concilium solo corpore tenebatur, trepidationem discipuli foris positi divino vidit intuitu, & paventis animum, mox ut respexit, erexit, ET IN FLETUS PœNITUDINIS INCITAVIT.

De Vocatione Gentium lib. 2. cap. 28. Si ergo defectura erat fides tanti Apostoli, nisi pro eo Christus oraret, inerat ei procul dubio MUTABILITAS, qua posset in tentatione nutare ... Si quidem tam gravis eum PERTURBATIO, etiam post ista concusserit, ut in Caiphæ domo unius ancilla interrogatione pavesfactus usque ad trinam negationem Christi, constantia deficiente, perductus sit. Qui ergo tunc TURBATUM cor Apostoli NON HUMANIS, SED DIVINIS CONVENIT OCULIS, ET AD LARGOS PœNITUDINIS FLETUS POTENTI INCITAVIT ASPECTU, potuit hanc firmitatem animi præcipuo conferre discipulo ... In præsentis autem agonis incerto, ubi tota vita tentatio est, & ab insidiante superbia nec ipsa est tuta victoria, MUTABILITATIS PERICULO NON CARETUR.

Sanctus Leo loquens de ejusdem Apostolorum Principis nomine, Beatus, inquit, Petrus ... a principali petra soliditatem & virtutis traxit & nominis.

De Vocatione Gentium lib. 2. cap. 28. Quis ambigat fortissimam petram, que ab illa principali petra communionem & virtutis sumisit & nominis?

De peccatorum conversione sanctus Leo: Dum in hoc corpore vivitur, nullius desperanda reparatio; sed omnium est optanda correctio, auxiliante Domino, qui erigit elisos, solvit compeditos, illuminat cæcos. Sermone 4. de Epiphania cap. 5. sect. 4. de Coll. c. 2. Elisis reparatio non negatur.

De Vocatione Gentium lib. 2. cap. ult. Si forte (quis) victus aliqua tentatione corruerit, non absorbeat tristitia, nec de ejus miseratione diffidat, qui allevat omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos: dum enim in hoc corpore vivitur, nullius est negligenda correctio, nullius est desperanda reparatio.

Sermone 3. de Passione cap. 3. vocatur Judas Homo INCONVERTIBILIS. Epist. 125. ( nunc 156. ) cap. 2. In malitia sua INCONVERTIBILIS perseverans Antichristus aut diabolus. Alio sensu vox eadem usurpatur epist. 93. ( nunc 120. ) cap. 3. de INCONVERTIBILI Dei natura. Lib. 1. de Vocatione Gentium cap. 25. Numquid illa virtus gratiæ, que sibi, quos voluit, subdidit, convertere eos, qui INCONVERTIBILES permanere, non potuit?

De extremo diei ultimæ judicio differens sanctus Leo, serm. 5. de Collectis & Eleemosyna, sic ait: Congregatis omnibus gen-

Serm. 10.  
de Coll. &  
Elem. 5.  
cap. 3.

tibus ... in quo laudabuntur, qui ad dexteram Dei stabunt, nisi in operibus benevolentiae & caritatis officiis .... *sinistris* VERO QUID OBJICIETUR, NISI NEGLECTUS DILECTIONIS ... *quasi nec alias virtutes dextri, nec alias offensiones habeant sinistri?* Serm. 7. de Quadragesima cap. 4. *Detrusis in ignem gehennæ propter inhumanitatem sinistris, dextros eleemosynarum pietate laudatos æterna cælestis regni beatitudo suscipiet.* Serm. 4. de Collect. & Eleem. *Congregabuntur ante thronum potentie ejus omnium gentium populi .... & cum preparatum sibi regnum, recensitis misericordiarum operibus filii pietatis acceperint, exprobrabitur duritia sterilitatis injustis. Et nihil habentes sinistri commune cum dextris, in ignem &c.* & Serm. 16. *Non ergo hoc solum fecerunt sinistri, nec quia &c.* Serm. 96. (nunc 14. Append.) in Cath. S. Petri c. 4. *sinistrum lascivientium hædorum numerum effugere.* De Vocat. Gent. lib. 2. cap. 8. *in congregatione omnium gentium alii ducuntur ad dexteram, alii ad sinistram constituendi.* LAUDATIS DEXTRIS DE OPERIBUS CARITATIS, NIHIL ALIUD SINISTRIS OBJICITUR QUAM MISERICORDIÆ BENEVOLENTIÆQUE NEGLECTUS.

Serm. 8. de Coll. & Eleem. 4. c. 2.

Serm. 10. de Coll. 6. cap. 1.

XXII. Stylus auctoris Leonis stylo concinit.

10

4. Nihil est unum uni tam simile, tamque consonum, quam 10 stylus hujus opusculi stylo S. Leonis simile est: ut valde mirer hoc a nemine hæctenus fuisse animadvertum. Est enim (sicut a SS. Patrum non satis laudando Apologissa describitur) stylus auctoris istius elegans ac sublimis, sermo nitidus & apertus, non injucunda figurarum varietate distinctus, frequenti verborum oppositorum conflictu oblitus; gravi ratiocinio, conceptibus nihil humile ac demissum habentibus, catholica ubique ac cælesti prorsus doctrina refertus, Scripturæ sacræ doctrinam totus spirans, atque igneo pietatis vigore, qui Sanctorum scriptis inesse solet, plenissimus. Gaudet præterea diversis periodorum membris similiter cadentibus ac desinentibus: tota denique compositio in æquales fere & commensuratas partes concinne distributa, venustam ac perpolitam orationem exhibet. Quid dici potest quod stylo S. Leonis magis congruat, ejusque dicendi characterem clarius exprimat? Quidve de uno dixeris, quod de isto pariter pronuntiar non queat? Hic quidem tam frequens antithesium conflictus, modulataeque actinulae orationis affectatio scriptorem jam sæpius laudatum movit ut Africanum hunc auctorem suspicaretur. Sed, pace tanti viri dixerim, non minus Italorum proprius est iste dicendi modus, quam Afrorum, & facile crediderim ex Italia in alias subinde regiones transisse. Tam enim ex S. Leonis scriptis, quam aliorum etiam ipso antiquiorum, qui vel Itali erant, vel in Italia eruditi, manifestum est hanc scribendi affectionem maxime in his regionibus invaluisse,

se, & ut hæc erat linguæ jam fenescantis venustas & elegantia, prius in ipsius veluti incunabilis, hoc est in Italia ortum habuisse crediderim, quam in aliis Romani Imperii provinciis. Quod si forsan rarius occurrant in hoc opere ejusmodi casus, antitheses, ac rithmi, quam in aliis S. Leonis probatis olim operibus: hoc temporum, materiæ, auctorisque ætatis diversitati prorsus imputandum. Quantum enim oratorius character ab epistolari discrepet nemo nescit, quamque multa rursus tolerentur in epistolis, quæ ab operibus dogmaticis prorsus ablegantur? Unde si nemini subit mirari pauciores esse hujusmodi figuræ in litteris, quam in sermonibus; quid mirum, si in his rariores adhuc sint, quam in hoc scripto, quod totum dogmati explicando consecratur?

5. Porro si ipsa sigillatim verba recensamus, quæ & huic auctori & S. Leoni magis familiaria & communia sunt, et si non tam frequentata ab aliis, ipsamque eorum constructionem inspiciamus, statim occurret tanta ubique paritas ac similitudo, tantus concentus, ut hoc per fortuitum casum vel ex imitandi studio contigisse nemo recte existimet. Præter illa enim quæ a SS. Patrum jam citato vindice notata sunt inter auctorem librorum de Vocatione & epistolæ subsequenter scriptorem communia, centum viginti amplius legentium oculis hic subjicimus.

Discipulus veritatis. Paginæ elementorum. Paginæ veteris testamenti. Urere & uri invidia &c. Parcitas & largitas gratiæ &c. Consortium. Evincere. Communio naturæ, ætatis, nominis, peccati, dignitatis &c. Laquei deceptionum, erroris captionum, mortalitatis &c. Dextri, sinistri. Parilis, parilitas. Variare, varietas dispensationum. Refutare, pro rejicere. Abdicare, pro repellere. Dispensationes. Dispositiones. Materia dimicandi, certaminis, formidinis, querelarum, confusionis, ruinae, virtutum, gaudiorum, gratulationis, cupiditatum, peccati, cæcitatibus, gloriandi, &c. Mæstitudo. Pœnitudo. Convenire oculis, litteris, monitis. Colluvio. Contagium. Colluctationes. Census. Vitiare, vitiatus. Indicere. Universitas, numerositas, plenitudo, omnis numerus, summa, pro omnes. Portio pro parte plenitudini opponitur. Proferri & pronuntiare, in citandis auctoribus sacris vel ecclesiasticis. Primordia. Exordia. Incitare. Virus invidiæ, &c. Vincula peccati, transgressionis, consuetudinis, culpæ, captivitatis, originalia &c. Incitamenta doctrinæ. Redire, transire, transferri de uno ad alterum. Necessarie pro incessanter. Doctrina Prophetica, Evangelica, Apostolica. Veritatis Evangelium, sententia, iudicium, vox, filii, schola, magister, doctrina, discipuli. Vigor fidei, mentium, pietatis,

cor-

EDITORUM ADNOTATIONES.

10 Vid. Observ. n. 15.

XXIII. Voces utriusque magis familiares & communes.



cordis, animi, auctoritatis &c. Constitutio legis, constitutio divina, constitutiones impiæ.

Testificatio legis, denuntiationes propheticæ. Oracula Prophetarum. Temperare, temperamentum. Temerare. Disputatio & disputator pro tractatu & tractatore: inspicere, inspector, inspectio. Sublimare, sublimis, sublimitas. Significationes pro figuris vet. test. insinuare, insinuatio. Præjudicium peccati, vetustatis, originis. Sordescere. Famulari, & obsequium elementorum, famulatus. Moderari. Incommutabilis. Compugnantia, compugnantes. Experimenta virtutum. Sacramentum occultius. Instituta disciplinarum, &c. evacuare. Distringere, districtus, districtio. Forma, pro modo, aut imagine. Formam præferre. Cooperatores gratiæ. Virtute nitescere, nitore virtutis, pudicitæ, mentium, luminis, vitæ. Obloqui. Rectus, pravus. Germina virtutum. Summus, supernus aut cælestis agricola, pro Deo. Ager cordis. Novi testamenti vel gratiæ decreta. Devotio bonorum operum, vel voluntatis, propositi, arbitrii. Cultura spiritualis: occiduus, succiduus, prociduus. Qualitates operum, &c. Corde concidere. Incidere periculum, tentationem, laborem, laqueos &c. sine propositione *in*, frequentissime: mutabilitas. Periculum erroris, deceptionis, mutabilitatis, negationis. Tentatio formidinis. Tentationis stimulus, concretio. Discretio, discretus. Pigrum otium. Iners desidia, indefinenter. Plantationibus suis Deus incrementa præbet. Deceptiones. Inclinare, inclinatio. Cernere, pro cribrare. Extraneus, alienus pro reprobo. Adoptivus, & vocatus, pro electo. Erudire, eruditio divina, Spiritus sancti eruditor. Obscurum, pro obscuritate. Imbuere, pro docere. Dispoliare. Obumbratio, fragilitas, firmitas. Solidare, soliditas. Extraneus, exors. Religiosus. Sacratas, sacratissimus. Incertum interpretationis, pro incerta interpretatione. Incertum agonis, mutabilitatis, vitæ. Divini operis esse & muneris. Recidere, tumescere. Elatio, elatus. Præsumere, præsumtio. Impar. Possibilitas pro potestate. Mensura possibilitatis, intelligentiæ, juris, legum, ultionis, munerum, &c. meritorum suffragia. Provehere, provectus, provectio. Inflammare. Præsidia. Languere. Augmentum. Impendere, impensus. Præcipuus magister, discipulus, &c. Speculum. Privilegium meritorum, humilitatis, honoris, perfidiæ, &c. Coaptare, & alia ejusmodi plurima.

XXIV. Ex his aliqua attentius consideranda, ut selecta loca in quibus styli paritas magis conspicua. quæ proprium auctoris characterem clarius exhibent. Exempli gratia eos qui interiori gratiæ voce ad Christum trahuntur, *Vocati* appellantur. Lib. 1. de Vocat. gent. cap. 8. **CORDIBUS VOCATORUM** suam inserit voluntatem. Et cap. 9. *Unum credentium & non credentium genus sub VOCATORUM appellatione discrevit.* S. Leo Serm. 6. de Nativitate, cap. 2. *Nihil hic VOCATORUM COR-*

*DIBUS caliginis inferat terrena sapientia.* Serm. 6. de Epiphania, c. 1. *Hoc manifestius fieri in omnium VOCATORUM illuminatione perspiciamus.*

Idem peccatorum voluntatem, cor, arbitrium appellat *tenebrosa*. Lib. 2. de Vocat. Gent. cap. 3. *Cum a tenebrosis cordibus etiam nunc radios suos veritas revelanda continet: & c. 15. De tam tenebrosis mentibus fecit sibi populum fidelem &c.* S. Leo Serm. 6. de Epiphan. cap. 1. *Quicquid in cordibus tenebrosis novæ lucis apparet &c.* Serm. 5. cap. 4. *Sint lucernæ mentium vestrarum semper ardentes, & nihil resideat vestris in cordibus tenebrosam.* Serm. 4. de Nativit. cap. 4. *In qua (dogmatis execrandi via) nihil non tenebrosam, nihilque non lubricum.* Serm. 1. de Pent. cap. 5. *Spiritus veritatis facit domum gloriæ suæ luminis sui nitore fulgere, & in templo suo nec tenebrosam aliquid vult esse, nec tepidam.* Epist. 8. cap. 1. *Ne tenebrosam apud vos radicibus seminetur hæresis.* Serm. de S. Laur. c. 1. *Hæc verarum natura virtutum est, ut multos a tenebroso abducat errore, qui earum clarus est lumens.* Serm. 10. de Quadr. c. 4. *tenebrosæ custodiæ.* Epist. ad Demetr. cap. 14. *De vero lumine tenebrosæ jam & deficientes lucernæ lumen accipiunt, nec tamen nisi ipsarum erit quicquid fulgoris acceperint,* epist. 79. (nunc 105.) cap. 1. *Tenebrosus ille inimicus, idest diabolus.*

*Discipulos veritatis* eos uterque appellat, qui catholicam sectantur doctrinam vel pietatem lib. 2. de Vocat. Gent. cap. 24. *Hoc detestabiliter predicatum omnes DISCIPULI VERITATIS intelligunt:* epistola ad Demetriadem cap. 4. & cap. 13. *Ipsa veritas discipulis suis dixisse narratur. Cum itaque discipuli veritatis humanam gloriam fugiunt.* Ex utriusque loci hujus collatione, inter alia colligit sanctorum Patrum Apologia styli similitudinem, atque eundem utriusque scripti auctorem: quanto ergo potiori id jure de Leone nostro asserendum, apud quem longe crebrius occurrit ista appellatio? Serm. 3. de Collectis, *Beatissimi illi discipuli veritatis,* ait de Apostolis. De Jejunio 10. mensis Serm. 1. cap. 3. *Fideles & pios DISCIPULOS VERITATIS nihil magis commendat &c.* De Quadrage. 8. cap. 2. *Mens christiana fugax mendacii, discipula veritatis.* Serm. 10. de eadem Quadrage. cap. 2. *Servi Dei & discipuli veritatis.* Vide Sermonem 30. (nunc 82.) de SS. Petro & Paulo, cap. 1. & epistolas hujus editionis 24. (nunc 28.) cap. 1. 59. (nunc 79.) cap. 1. 62. (nunc 82.) cap. 1. 93. (nunc 120.) cap. 2. 97. (nunc 124.) cap. 1. 140. (nunc 172.) in medio, ubi eadem locutio habetur.

Lib. 1. de Vocat. Gent. cap. 7. *Quæ ergo natura erat bona, QUALITATE facta est mala; & ille animi motus QUI NUMQUAM POTEST SINE ALIQUO ESSE AMORE, hoc est sine aliqua voluntate, non perdidit appetitum, sed mutavit affectum.* S. Leo Serm. 5. de Jejunio 7. mensis cap. 3. *Duo amores sunt*

sunt, ex quibus omnes procedunt voluntates, ita diverse QUALITATIBUS, sicut dividuntur auctoribus: rationalis enim animus, QUI SINE DILECTIONE ESSE NON POTEST, aut Dei amator est, aut mundi.

Gratiæ virtutisque opus, Dei participationem uterque dicit. Lib. 1. De Vocat. Gent. cap. 8. *Apud quem (Deum) quod perdidit natura, non perit: aeterna est enim sapientia, aeterna veritas, aeterna bonitas, aeterna justitia, omnium denique virtutum lumen aeternum est, totumque quod virtus est, Deus est. Qui si non operatur in nobis, nullius possumus participes esse virtutis. Sine hoc quippe bono, nihil est bonum: sine hac luce nihil est lucidum: sine hac sapientia nihil est sanum, sine hac justitia nihil rectum:* & libri ejusdem cap. 4. *Voluntas, inquit, animalis sine summi amoris participatione in terrenis occiduisque versatur. Capitulo 3. de gratia & lib. arb. Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet, qui solus est bonus.* S. Leo sermone 9. de Jejunio septimi mens. cap. 2. *Qui ad me tendit, ex mei participatione ad me tendit:* & epist. 15. ad Turibium cap. 5. *Nemo hominum veritas, nemo sapientia, nemo justitia est; sed multi participes sunt veritatis & sapientiae atque justitiae: solus autem Deus nullius participationis indigus est.*

Utrique familiares admodum sunt voces, *Regere, Rector, Regens*, cum de Deo & anima, anima & corpore, Episcopo & Ecclesia sermonem habet. Passim Rectores appellat Leo, quos vulgo Episcopos alii dicunt. Sexcenta loca sunt hujusmodi. Vide, si vacat, epistolam 1. cap. 1. 12. cap. 3. 14. sub finem 115. 128. 138. 139. 140. (nunc epist. 12. c. 1. 14. c. 3. 18. sub finem, 145. 163. 170. 171. 172.) &c. Item Serm. 2. (nunc 3.) cap. 1. & 3. Serm. 1. de Jejun. 10. mensis cap. 2. *Suscipiat fidelis anima auctoris sui atque RECTORIS immarcescibilem caritatem.* Serm. 8. de Epiphania cap. 4. *Deum & RECTOREM & habitorem sui esse non dubitet.* Serm. 3. (nunc 4.) in Anniv. Ass. cap. 1. *Quid enim tam regium, quam subditum Deo animum sui corporis esse RECTOREM?* De Quadrag. 1. cap. 1. *Si autem MENS SUO RECTORI SUBDITA &c.* Serm. 4. cap. 2. *Animus quem sub Dei gubernaculis constitutum, corporis sui decet esse RECTOREM.* Serm. 7. c. 4. *Utendum ita corpore suo, ut RECTORI SUO necessarium præbeat natura inferior famulatum.* De Passione Serm. 7. c. 3. *Nolens (Judas) Christum habere RECTOREM.* De Jejun. 7. mensis serm. 2. c. 1. *Agnoscat inferior homo exterioris sui se esse RECTOREM.* De Jejun. 7. mensis serm. 5. cap. *Qua illic declinatio potest esse peccati, ubi una passio est & REGENTIS ET SUBDITI?* id est animæ & corporis, cujus unam passionem ut his verbis exprimit, ita Dei & hominis unam actionem iisdem depingit. *Dum, inquit lib. 1. de Vocat. Gent. c. 6. per communionem illuminantis & illuminati, justificantis & ju-*

*stificati, REGENTIS ET SUBDITI, omnis actio ad unum refertur, & quod ad unum refertur, utriusque est.* Et lib. 2. c. 10. ait: *Omnium sanctorum Dei Spiritum fuisse RECTOREM.*

Leo de gratiæ infusione ita loquitur serm. 3. de Jejunio 10. mensis c. 1. *Ager iste cordis RORANTE DESUPER GRATIA DEI... elemosynis seritur, orationibus fecundatur &c.* & Serm. 7. de Passione c. 1. *Ad futuram credimus gratiam Dei, quæ INSPIRATIONIS SUÆ RORE sterilitatem nostri cordis aspergat.* Lib. 2. de Vocatione Gent. c. 1. *Ista gratiæ largitas... non evacuat eam, quæ super unum Israel sub lege RORAVIT.*

Leo Serm. 5. de Nativitate Dom. c. 1. *Non in solo opere virtutum, aut in sola observantia mandatorum, sed etiam in TRAMITE fidei angusta & ardua via est, quæ ducit ad vitam.* Lib. 2. de Vocat. Gent. c. 20. *In hoc angusto quidem, sed tamen recto intelligentiæ tramite, non parum difficultatis &c.*

Lib. 2. de Vocat. Gent. c. 21. *Nec unquam ei vicinius est posse vivere, quam posse deficere.* S. Leo Serm. 5. de Quadrag. c. 2. *Vicinium nimis atque contiguum est ut etiam magnos animos ista concutiant &c.*

Lib. 1. de Vocatione Gent. c. 1. *De hac compugnantia opinionum &c.* & lib. 2. c. 28. *Quam compugnantiam (inter velle & nolle) Petrus peressus est &c.* & c. 33. *Omnes varietatum compugnantia.* S. Leo Serm. 5. de Pass. c. 2. *diversarum compugnantiam affectionum.* Serm. 10. de Nativitate c. 1. *Compugnantes sententias.* Epist. 67. (nunc 87.) *Compugnantia dogmata.*

Lib. 2. de Vocat. Gent. c. 15. *Flammam conciperent, qua beatus Apostolus Paulus IGNITUS &c.* Epist. ad Demetriadem c. 14. *Unde cœpit inflammari, inde poscat IGNIRI.* S. Leo Serm. 1. de Ascens. c. 2. *Flammam fidei illuminata corda concipiunt.* Serm. 3. de Pentec. *Ut Pater propitiaretur, Filius propitiaret, Spiritus sanctus IGNIRET.* Serm. 1. de Pentec. *Eloquium conciperetur ignitum.* Serm. 96. (nunc 14. App.) in Cath. S. Petri, c. 1. *Ignitis beatorum spirituum catibus aggregatus.* Serm. 4. de Coll. cap. 1. *Agro cordis avaritiæ radicibus, occupato.* Serm. 3. de Jejun. 10. mens. c. 1. bis *de agro cordis.*

Serm. 1. de Jejun. 10. mensis c. 3. *Oriatur DE CORDIS AGRO quod terra non dedit.* De Quadrag. Serm. 1. c. 5. *Tunc in nobis bene virtutum semina nutriuntur, quando AB AGRO CORDIS nostri germen omne externum evellitur.* De Ascensione Ser. 2. c. 5. *Avaritia, de cujus radice omnium malorum germen emergit: quæ nisi in suis fomitibus enectur, necesse est ut in AGRO CORDIS illius, in quo hujus mali planta convaluit, spinæ potius tribulique vitiorum, quam ullum, veræ virtutis semen oriatur.* Serm. 6. de Jejun. 10. mensis cap. 1. *De terra, quoque cordis nostri germen justitiæ & fructus caritatis oriatur.*

Lib. 2. de Vocat. c. 11. *Semina carissima-*

matum, plantæque virtutum non IN OMNI AGRO CORDIS HUMANI totum hoc pariter, quod sunt futura, nascuntur. Ex hac comparatione cordis cum agro natæ sunt aliæ locutiones, quas sæpe usurpat, ut cum Deum vocat supernum agricolam; gratiam inspirationesque, rorem, irrigationes, rorationes; virtutes, plantationes Dei, & alia hujusmodi, quæ cuivis lægenti occurrent.

Voluntati iudicium uterque tribuit. Lib. 1. de Vocat. Gent. cap. 8. *A quo* (diabolo) JUDICIUM VOLUNTATIS depravatam est, non ablatum, & cap. 7. *Non perdidit appetitum, sed mutavit affectum, id recipiens desiderio, quod debuit refutare JUDICIO.* S. Leo serm. 9. de Passione, cap. 4. *Fons caritatis lavit verba formidinis: nec tardatum est remedium abolitionis, ubi non fuit JUDICIUM VOLUNTATIS.* De voluntate etiam intelligendum, quod serm. 11. cap. 4. habetur. *Insurrexit in semetipsum impius* (Judas) non JUDICIO pœnitentis, sed furore pereuntis. Epist. 37. (nunc 41.) *Normam præceptionis implet JUDICIO VOLUNTATIS.*

De Vocat. Gent. lib. 1. cap. 9. *Ut agnitionem Dei non doctrinæ humane opere, sed MAGISTERIO summi eruditoris accipiant, & lib. 2. c. 33. Fidei MAGISTERIO præfuerunt.* Serm. 2. (nunc 3.) in Assumt. sua cap. 3. *Omnis lingua ..... MAGISTERIO hujus vocis imbutur.* De Quadrag. serm. 2. cap. 4. *Redemptoris nostri MAGISTERIO edocti.* De Passione serm. 14. (nunc 12.) cap. 5. *Evangelico magisterio multa sunt aucta.* Ep. 140. (nunc 172.) *Magisterio Spiritus sancti illa in omnibus unitas expetatur.*

De Vocat. Gent. Lib. 1. c. de Paulo Totam expositionis rationem transtulit in stuporem. Leo serm. 18. De Pass. cap. 4. de Christo. *Totum inquit, supplicium transtulit in triumphum.* Serm. 5. de Nativit. *Si in disciplinam ipsa remedia transferantur.* Serm. 3. de Epiph. *In indulgentiam ira translata est.* Serm. 9. in Quadrag. cap. 3. *Si omnem offensam transtuleritis ad veniam.* Serm. 4. de Jejun. 7. mens. *Ut quod vestris usibus subtrahitis, in alimoniam pauperum transferatis.* Serm. de grad. Ascens. *Ut exteriores medelas ad remedia interiora transferret &c.*

Mitto cetera, quæ quisque legendo facile observabit. Monebo tantum, ut notentur diligentius earumdem figurarum usus, idem orationis numerus & ordo, constructio vocum eadem. Oppositarum congeries frequens est, verbo, a quo pendet sensus, ad finem relegato, quæ ternarium plerumque numerum non excedit; etsi sæpe etiam ad quaternarium extendatur. Exempla aliquot ex Leonis Epistolis Sermonibusque & ex opusculo de Vocatione Gentium, ad promulgidum subjicimus.

S. Leo epist. 1. (nunc 12.) ad Episc. Afric. cap. 4. *Ut imperiti magistris, novi antiquis, rudes præferantur emeritis.* Ep. 12.

(nunc 13.) ad Anastasium Thessal. *Nihil gratiæ personali, nihil ambitioni, nihil redemptis permittas licere suffragiis,* Serm. 9. de Jejunio septimi mensis, cap. 2. *Si quis amor vanæ gloriæ, si qua radix avaritiæ, si quod inest virus invidiæ.* Serm. 1. de Jejunio decimi mensis cap. 2. *De inimicis reconciliatos, de alienis adoptivos, de impiis facit justos.* Sexcenta hujusmodi exempla sunt apud S. Leonem. Plurima etiam in libris de vocat. Gentium, etsi tot esse materies librorum non sinat. Lib. 1. c. 8 *Quis ille erit, qui tot opinionum colluctationes, tot vincula consuetudinis, tot præjudicia vetustatis suo tantum iudicio abrumpat?* Lib. 2. c. 4. *Ut natura rationalis de contemplatione tot specierum, de experimentis tot bonorum, de perceptione tot munerum ad cultum & dilectionem sui imbueretur auctoris: & cap. 7. Hæc vero membra unde apta, unde utilia, unde sint pulchra, idem doctor exponit &c.* Cap. 20. *Ubi eadem miseria, similis imbecillitas, causa communis est &c.* Cap. 36. *Ut per laborem operum, per instantiam supplicationum, per exercitia virtutum fiant incrementa meritum.*

Denique quod circa hominum vultus sæpe contingit, ut aliquid sæpe ex iis erumpat, incurratque in oculos intuentium, unde aliis similes esse pronunties, etsi quid illud sit verbis efferre non queas; hoc & lægenti tum hoc opusculum, tam scripta S. Leonis accidit. Nescio quid enim audientium auribus sonat similitudinem styli paritatemque ita ingerens, ut vix dubitare sinat, quin idem loquatur in hoc opusculo, qui in epistolis & in sermonibus S. Leonis: etsi forsitan exprimi verbis satis non possit.

Ut omnis tolleretur dubitandi locus, optaverit nonnullus auctoritatem alicujus saltem manuscripti Codicis, qui S. Leonis nomen præferret, qua destituti, videbimur incassum hæctenus laborasse. Sed ut omittam, quantum plerumque vacillet II Manuscriptorum exemplarium fides, ut ex Codicibus MSS. librorum *De vita contemplativa* & hujus etiam operis *de Vocatione Gentium* perspicuum est, qui octingentis fere annis Prospero nomine insigniti omnibus imposuerunt: (Prospero enim hodie abjudicant utrumque opusculum eruditiores quique:) addo persuasum mihi esse nullum talem reperendum Codicem, qui hoc opus S. Leonis adscribat; nec umquam genuinum hujus auctorem fuisse cognitum. Qui illud Prospero tribuerunt hac ætate, illiusque operibus inseruere, hoc fecerunt ex fide Codicum aliquot MSS. Prospero nomen apposuerunt MSS. Codices ex suffragio auctorum noni sæculi, a quibus sub nomine sancti hujus viri passim citatum fuit. Inde porro ab his creditus est S. Prospero libros istos conscripsisse, quod eorum auctorem genuinum

XXV.  
Quid de  
MSS. Co-  
dicum au-  
thoritate?

II

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

II De MSS. codicibus vide Admonitionem hisce libris præmissam.

num ignorarent, & propter libri materiam, doctrinae convenientiam cum scriptis Prosperi, scriptoris aetatem, haereticorumque quos impugnat mentionem, nemini potiori jure adscribendum putarunt, quam ei, qui post Augustinum acerrimus gratiae Christi vindex fuerat adversus Pelagianos eorumque reliquias. Verum cum haec suspicio, etsi tot annorum roborata consensu, pensatis quae supra attulimus momenti abjicienda sit, fatendum est etiam nono saeculo hujus auctoris nomen ignotum fuisse. Immo vero ipso Leonis saeculo, hoc est quinto, ex hominum memoria deletum fuisse existimo: alioqui Gelasius Papa ejus testimonium proferens in illo opusculo quod adversus Pelagianos edidit, ab eo nominando minime abstinisset, tanto scilicet viro, quem Ecclesiae magistris accensere non dubitavit; nec contentus fuisset eo modo scriptorem istum designare, quo notari solent ignotique: si quidem eundem magisterii titulo non aliam ob rationem, ut apparet, decorat, quam quod suo se scripto hoc honore dignum probabat auctor.

XXVI. Quod si tandem pro germano sancti Leonis fetu receptum fuerit opus istud, quae & qua occasione fuerit scriptum opus, 12  
 Quando 12 aetate in lucem ab auctore editum fuerit non valde obscurum existimo. Certum enim videtur ante compositum ab eo fuisse, quam in Pontificem Romanum ipse assumeretur. Tantum enim otii per id temporis vigilantissimo Pastori non affuisset, quantum hujusmodi scriptioni necessarium fuit impendere; nec quicquam occurrit in ejus operis decursu, quod auctoritatem pontificiam prodatur; immo privatam ubique hominem, ut diximus, agit. Unde magis dicendum tunc ab eo scriptum fuisse, cum Sixti III. Papae adhuc Diaconus, in excubiis erat adversus haereticos Pelagianos, cumque Julianum in Ecclesiae communionem simulata fidei professione irrepere volentem Sixtus Pontifex sui Diaconi consilio ac suasionem repulit, ut testis est Prosper in Chronico. Vel potius, quandoquidem in hoc opere Semipelagianos magis quam Pelagianos exagitat, tunc temporis exaratum fuisse puto, cum Cassiano necessario suo ab errore revocando incumberebat: ad quem cum legendus missus fuisset in Gallias, postque ejus obitum inter schedas ejus sine auctoris nomine repertus, a nemine potius scriptus fuisse putatus est, quam a Prospero, quem in hac concertatione Antagonistam praecipuum habuerat.

Amicum certe animum spirat ubique hoc scriptum, talemque qualem semper erga Cassianum exhibuit Leo noster. Ut facile mihi persuadeam, quemadmodum apertamente impugnaverant sanctus Prosper Cassianum, ita occultiore consilio petita a Leone fuisse. Eum quippe jam ante impulerat, ut adversus Nestorium calamum strin-

geret, non ea tantum mente, ut grassantem jugularet haesim, sed ob id etiam ut ipsum vehementius incenderet adversus Pelagianos, quos Nestorii praecursores novebat; eaque arte Semipelagianos, nascentes scilicet ab illis furculos, magis exosos redderet, omneque abrumperet quod intercedere poterat cum illis commercium: ita in praesenti opere, ut errorem Cassiani impeteret vehementius insurgit contra Pelagianos, quos solummodo nominat. Semipelagianos quasi ex transverso tantum aggredi videtur, & veluti orationis suae filio sensim ac sine sensu ductus: licet nemo attentus non videat, majorem scripti partem in convellendis Massiliensium principiis consumi. Easdem quaestiones tractat, quas sanctus Prosper in libro contra Collatorem, nec tam interpellat eos, qui gratiae prorsus necessitatem negabant, quam qui ad initium boni operis, aut bonae saltem voluntatis liberum sibi sufficere arbitrium contendebant, gratiaeque operationi subtrahebant aliquid. Hoc statim ab initio operis sui declarat, ubi ait: *Quod gratiam negent, cum eam humana voluntatis non ducem volunt esse, sed comitem.*

Ex eodem indulgentiae erga Cassianum consilio, quem ad catholicum sensum reducere satagebat, descendit humanitas, quam Semipelagianis exhibet, quos tantum liberi arbitrii defensores & voluntatum patronos appellat; quodque quaestiones istas tranquille admodum versat, ac theologici exercitii in modum, non tam alienum refutans sensum, quam suum exponens: quod denique ex sancti Augustini nomine auctoritateque, quibus adducendis abstinere, nullum creari voluit in hac disputatione praedictum, sciens apud Cassianum non tanti esse in hac materia Augustinum, & cupiens praeterea probare amico suo, se non de doctrina ex doctoribus, sed de doctoribus ex doctrina judicare, sententiamque Augustini de gratia non tam se amplecti, quia Augustini erat, quam quia ex purissimis Scripturae sacrae traditionisque ecclesiasticae manabat fontibus.

Sunt qui conjecturas, quas hucusque exposuimus, inde firmari posse putent, quod aliqui de gratia Tractatus a sancto Leone exarati videntur, quos desiderant, adducti ad hanc sententiam verbis tum sancti Prosperi seu potius auctoris Anonymi de Promotionibus Dei dimidii temporis cap. 6, apud Prosperum; tum 13 Photii C. P. Patriarchae, qui in sua Bibliotheca haec habet: *Scriptit & sanctus Leo Romanus Episcopus de Pelagianis conversis, quomodo debeant recipi, quando convertuntur, scriptis suam opinionem damnantes.* Verum etsi certum est strenue semper dimicasse contra Pelagianos Leonem nostrum, aliosque etiam libros pro occasione scripsisse verosimillimum sit;

XXVII. An de hoc scripto mentio apud Photium, aut alios? 13  
 De Promiss. dimidii temporis c. 6.

EDITORUM ADNOTATIONES.

12 Vid. Observ. n. 10.

13 De testimonio Photii lege Observ. n. 6.

fit; quem enim & doctrina, & dicendi copia adeo pollentem sæpius vidimus cum Manichæis, Eutylianis, aliisque hæreticis manus conferentem, haud par est credere Pelagianos impune grassantes per Ecclesiam conspexisse: fatendum tamen est, ea quæ mox attulimus testimonia, id quod ab auctoribus prædictis contenditur, minime probare. Prior enim scriptor tantum dicit, quod *sanctus Leo Manichæos subverteret & contereret Pelagianos, & maxime Julianum*. Quod necesse non habemus de scriptis interpretari, cum e contra obvium sit magis de sacerdotali hoc sollicitudine, ardenti zelo, auctoritateque apostolica intelligere, quibus emergentium subinde in Ecclesia Pelagianorum conatus strenue compresserit.

*Epist. 2. ad Septimum Episc.* Quod ad Photii testimonium pertinet, aliud non intelligit, quam quod epistolis sancti *Epist. 1. ad Leonis ad Septimum Altinatem & ad Episc. Aquilejens.* scopum Aquilejensem continetur. Qui enim *Episc.* Baronium secuti hæc Photii verba allegantes asseruere scripta, quæ commemorat, periisse, non animadverterunt id totum quod refert Patriarcha, in citatis epistolis haberi, scilicet mandatum quo Episcopi a Romano Pontifice monebantur, ne quemquam Pelagianorum, qui ecclesiasticæ communioni restitui postulabant, reciperent, nisi erroribus pristinis scripto propria manu obsequato damnatis.

XXVIII. Gerardus Joannes Vossius historiæ Pelagianæ scriptor eruditus, lib. 1. cap. 208 ubi de auctore operis de Vocatione Gentium, eam ob causam Prospero abjudicandum existimat, quod *hujus scriptoris sententia non ex amussim quadrat doctrinam Prosperi*. Vossio subscribit Henricus de Noris Historiæ Pelagianæ lib. 2. cap. 14. Atque ut opinioni suæ robur adjiciat, nonnulla utriusque excerpta in medium adducit, quæ nostri est instituti ad examen revocare. Etsi enim ultro cum utroque illo rerum Pelagianarum Historiographo contendimus Prosperi non esse libros de Vocatione Gentium, illorum tamen argumentis subscribere nequaquam possumus: nec patimur Leonem, cui Opusculum asserimus, de abjuncta Augustini Prosperique doctrina in causam vocari. Non moleste igitur feret vir doctissimus examen, quod non contradicendi animo, sed illustrandæ veritatis gratia inimus.

*Primum Norisii argumentum.*

*Objectio.* **V**ideo, inquit, *librorum illorum scriptorem diversa a Prospero via abiisse. Nam lib. 2. plurimum laboris insumit, ut communem gratiam Dei omnibus faciat.*

Leonem petit ista accusatio, non modo quia auctor fuit librorum de Vocatione Gentium, sed etiam quia multa sunt in aliis indubitatis ejus operibus seu in sermo-

Tom. II.

nibus, quæ cum illa librorum De Vocatione doctrina conveniant, ut merito ex illa doctrinæ affinitate argumentum sumserimus pro asserendis Leoni nostro istis libris. Aliquot hujusmodi loca superius collegimus, quæ legi possunt; sed facile est & hæc & illa apud æquum lectorem de Norisii aliorumque accusationibus purgare, duoque invicte probare. Primum quidem, Leonem nostrum, cum & in libris de Vocatione Gentium, & in Sermonibus suis communem omnibus facit gratiam Dei, longe alio sensu latiorique significatione usurpare gratiæ nomen, quam sumatur a Prospero; alterum vero, quod cum idem gratiæ nomen a Leone, eodem sensu quo a Prospero usurpatur, eandem quoque ab ipso Augustini de gratia doctrinam cum Prospero prædicari.

His itaque in locis, ubi gratiam Dei omnibus datam asserit, per eam intelligit 14 exteriora & naturalia Dei dona, quæ omnibus promiscue exposita sunt; aliquando mosaicæ legis documenta, nonnumquam etiam sancti Evangelii prædicationem, quæ nulli hominum conditioni denegatur. Triplicem hanc gratiæ classem explicat tum aliis in locis, cum capite 9. libri 2. *Ad id*, inquit, *unde digressa est disputatio, revertamur, ad considerationem scilicet differentiarum, quibus divinæ GRATIÆ opera ac dona variata sunt. Altitudo quippe divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, cujus inscrutabilia sunt judicia, & investigabiles viæ, sic semper misericordiam suam & justitiam temperavit, ut secretissima aterni consilii voluntate noluerit in omnibus temporibus super omnes generationes, aut super omnes homines, æquales donorum suorum esse mensuras. Siquidem aliter eos JUVERIT, quos ad cognoscendum se, CÆLI ET TERRÆ TESTIMONIIS conveniebat: aliter illos, quibus non solum ELEMENTORUM FAMULATÛ, sed etiam DOCTRINA LEGIS, PROPHETARUM ORACULIS, MIRACULORUM SIGNIS, ET ANGELORUM COOPERATIONIBUS consulebat: & multo magis aliter misericordiam universis hominibus declaraverit, QUANDO FILIUS DEI FACTUS EST FILIUS HOMINIS, ut inveniretur ab iis, qui non querebant, & appareret his, qui eum non interrogabant.*

Incarnationem universis hominibus declaratam docet, quia Christus Dominus Apostolis præcepit, ut euntes docerent omnes gentes, & ut euntes in orbem universum prædicarent Evangelium universæ creaturæ: sicut habetur Matthæi 28. & Marci 16. Numquid, ait auctor lib. 2. cap. 2. in hac præceptione ullarum nationum ullorumve hominum facta discretio est? Neminem merito excepit, neminem genere separavit, neminem conditione distinxit. Ad omnes prorsus homines missum est Evangelium crucis Christi. Hinc Evangelium non

Quid per gratiam omnibus communem intelligat auctor?

14

V u ad

EDITORUM ADNOTATIONES.

14 Hæc & sequentia ad calculos revocantur in subjectis Observ. num. 17. & seqq.

ad unum peculiarem populum destinatum est, sed ad omnes gentes: in quo a lege differt, quæ solis Judæis data est. Unde & facile est agnoscere quam universalitatem hujusmodi gratiæ tribuat, & quo sensu gratiæ nomen ei largiatur.

Restat igitur ut primum solummodo gratiæ genus omnibus temporibus, omnibus populis, omnibus & singulis hominibus commune proprie hic dixerit auctor iste: cæli, inquam, & terræ testimonia, elementorum obsequia & famulatum, totius denique mundi pulchritudinem & ornatum, quibus gratiæ nomen tribuere, scriptoris est primum integri hominis statum, non præsentem lapsi conditionem contemplantis; sufficientiam vero ad salutem largiri exteriori hujusmodi gratiæ, non est nisi hominis pelagiana lue infecti.

Quæ explicatio lucem affert his omnibus locis, ex quibus doctissimi viri Norisius & Vossius occasionem sumere discrimen statuendi inter Augustinianam Prosperi doctrinam, & eam quam tradit auctor librorum de Vocatione omnium Gentium. Qui omnes, si paullo attentius examinentur, nihil aliud deprehenderentur habere de gratia generali, quam quod modo exposuimus.

Insignis in primis lib. 2. cap. 4. occurrit locus. *Sed ne in præteritis quidem seculis, inquit, hæc eadem gratia, quæ post Domini nostri JESU CHRISTI Resurrectionem ubique diffusa est, & de qua scriptum est: Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: DEFUIT MUNDO. Quamvis enim speciali cura atque indulgentia Dei populum Israeliticum constet electum, omnesque alia nationes suas vias ingredi, hoc est, secundum propriam permissæ sint vivere voluntatem, non ita se tamen æterna Creatoris bonitas ab ullis hominibus avertit, ut eos ad cognoscendum se atque metuendum, nullis significationibus admoneret. Cælum quippe ac terra & mare, omnisque creatura, quæ videri atque intelligi potest, ad hanc præcipue disposita est humani generis utilitatem, ut natura rationalis de contemplatione tot specierum, de experimentis tot bonorum, de perceptione tot munerum, ad cultum & dilectionem sui imbueretur auctoris: implente omnia spiritu Dei, in quo vivimus, movemur, & sumus.*

Evidens est hoc unum auctoris istius consilium esse, ut his verbis comparisonem instituat triplicis illius mediæ, seu, ut vocat, gratiæ, per quam Deus Optim. Max. cognitionem sui nominis hominibus imperit per varias temporum ætates. Primam quidem, quam in cæli & terræ, omniumque creaturarum contemplatione constituit, omnibus hominibus esse communem. Secundam Judæis specialem, quibus præter elementorum, ut sæpe loquitur, paginas, doctrinam legis addiderit. Tertiam denique, quæ post Christi Resurrectionem illuxit, in prædicatione Evangelii ponit, quæ & creaturarum considerationi & doctrinæ legis adjecta, multo magis aliter misericor-

diam Dei universis hominibus declaravit. Gratia igitur, quam omnibus hominibus communem facit, creaturarum contemplatio est: naturalis, inquam, & exterior gratia; quæ, ut scribit cap. 10. ejusdem libri, *docendis juvandisque hominum mentibus numquam defuit. Semper etenim pluit super bonos & malos; semper Solem suum oriri fecit super justos & injustos; semper vitales auras præbuit; semper diei ac noctis vicissitudines ministravit, ubertatem agris, multiplicationem seminibus, fecunditatem generandis hominibus semper impendit.* Hanc gratiam capite 4. citato ait esse testimonium illud, de quo Actor. 14. Paullus ait, quod Deus *non sine testimonio semetipsum reliquit. Quod est autem, inquit, hoc testimonium, quod semper Domino deservit, & nunquam de ejus bonitate ac potestate conticuit, nisi ipsa TOTIUS MUNDI INENARRABILIS PULCHRITUDO, & innumerabilium beneficiorum ejus dives & ordinata largitio; per quæ humanis cordibus quedam æternæ legis tabulæ præbebantur, ut IN PAGINIS ELEMENTORUM AC VOLUMINIBUS TEMPORUM communis & publica divinæ institutionis doctrina legeretur?*

Hanc gratiam nemo dixerit eandem esse, quam sanctus Prosper omnibus communem negat, nisi qui cum Pelagianis veram Christi gratiam in doctrina legis & prædicatione Evangelii posuerit. Illius enim gratiæ vim omnem & efficaciam ait esse, significationibus admonere, ad cultum & dilectionem Dei imbueret, hoc est docere; æternam legem velut in tabulis exhibere, & velut in paginis quibusdam communem & publicam divinæ institutionis doctrinam legendam præbere. Hanc etiam legem vocat, quæ plerisque facta est odor mortis ad mortem, & littera occidens. Ita enim profertur & claudit caput illud quartum libri 2. *Cælum ergo cunctaque cælestia, mare & terra, omniaque quæ in eis sunt, consono speciei suæ ordinationisque concentu protestabantur gloriam Dei, & prædicatione perpetua majestatem sui loquebantur auctoris; & tamen maximus numerus hominum, quia vias voluntatis suæ ambulare permissus est, non intellexit, nec secutus hanc legem est: & odor vitæ, qui spirabat ad vitam, factus est ei odor mortis ad mortem; ut etiam in illis visibilibus testimoniis discerneretur, quod littera occideret, spiritus autem vivificaret.*

Unde autem fit, ut hæc gratia maximo hominum numero littera occidens, & odor sit mortis ad mortem, facile intelligit, qui quod Paullus Apostolus differit de lege mosaica, non ignorat. Idem enim utriusque munus & officium est, hominem erudire & monere. Exterior porro admonitio & scientia eum omnem inflat & subvertit, quem interior spiritus caritatis & fidei non ædificat, nec convertit. *Hæc autem fides, ait, antequam veniret hoc semen, de quo Abrahæ dictum est: In semine tuo benedi-*

stirpis populam continebatur, vigente apud veros Israelitas spe redemptionis nostræ. Quoniam etsi fuerunt ex alienigenis, quos temporibus legis veritas illustrare dignata sit, tamen TAM PAUCI FUERUNT, UT VIX COGNOSCATUR AN FUERINT. Sine illa vero interioris gratiæ Christi luce, quid possit in cordibus hominum exterioris hujus gratiæ lux & doctrina, docet idem cap. 17. libri 2. Quibus tamen, inquit, nationibus quæ de Christo non audierunt, illa mensura generalis auxilii, quæ desuper omnibus semper hominibus est præbita, non negatur. Quamvis tam acerbo natura humana vulnere sauciata sit, ut ad cognitionem Dei neminem contemplatio spontanea plene valeat erudire (en quale est generale, de quo loquitur, auxilium,) nisi obumbrationem cordis vera lux discusserit, quam inscrutabili judicio Deus justus & bonus, non ita in præteritis seculis, quemadmodum in novissimis diebus effudit.

Denique, ut intelligat quisque quantopere a mente auctoris istius abhorreant, qui generalem, quam astruit gratiam, omnibusque communem facit, de vera Dei per Christum Servatorem gratia interpretantur, legenda sunt quæ habet ille cap. 31. ubi quodnam suum fuerit in superioribus consilium, quæ sententia, ipse aperit; ne in alienum sensum læva interpretatione detorquerentur ejus verba. Elaboratum est, inquit, quantum Dominus adjuvit, ut non solum in novissimis diebus, sed etiam in cunctis retro seculis probaretur gratiam Dei omnibus adfuisse, providentia quidem pari & bonitate generali, sed multimodo opere, diversaque mensura. Quoniam sive occulte, sive manifeste (hoc est, sive per gratiam occultam & interiorem, sive per manifestam & exteriorem) ipse est, ut Apostolus ait, Salvator omnium hominum, maxime fidelium. Quæ sententia subtilissime brevitatis & validissimi roboris si tranquillo consideretur intuitu, totam hanc, de qua agimus, controversiam dirimit. Dicendo enim, Qui est Salvator omnium hominum, confirmavit bonitatem Dei super universos homines esse generalem. Adjiciendo autem, maxime fidelium, ostendit esse partem generis humani, quæ merito fidei divinitus inspirata, ad summam atque æternam salutem specialibus beneficiis provehatur. Quod utique nulla iniquitate agitur justissimi & misericordissimi Dei, cujus judicium in his dispensationibus, non cum arrogantia discutiendum, sed cum tremore laudandum est. Supervacaneum erit loca Sermonum sancti Leonis his similia hic exscribere; cum superius posita adiri possint. Quibus illustrandis sufficiunt ea, quæ modo exposuimus.

Henr. de Noris Hist. in hac materia pugnare cum Prospero. Hic Pelag. lib. enim, inquit, hanc communem gratiam pe-  
2. cap. 14. Tom. II.

nitus repudiavit, ob eam rationem: quia Evangelium non omnibus gentibus annuntiatum statim fuit; cum tamen alter gratiam communem faciat, quia ad omnes missi sunt Apostoli ut Evangelium predicarent. Pace tua, vir doctissime, non pugnant inter se auctores illi, vel ad summum levicula est verborum, non sensuum, pugna. Veram enim Christi gratiam non esse communem omnibus hominibus; & omnibus communem esse generalem illam gratiam naturalem, quam probavimus ab auctore illo constitui in contemplatione creaturarum, certum est contradictoria vel contraria non esse. At non minus certum est, de gratia Christi Prosperum loqui:

— Dic unde probes quod gratia Christi Prosper  
Nullum omnino hominem, de cunctis qui Carm. de  
generantur, Ingratis.  
Prætereat, cui non regnum vitamque beatam  
Impertire velit.

Auctorem vero alterum perspicuum est loqui de gratia exteriori & naturali, quæ vicem legis implens, timendum amandumque Creatorem admonet, timorem vero amoremque ipsum nequaquam impertit, uti abunde probavimus. Veram porro Christi gratiam non omnibus a se credi communem significat sexcentis, ut ita dicam, locis ejusdem opusculi. 15 Hinc lib. I. cap. 13. Quod aliquos salvantis gratia prætereat, & pro eis oratio Ecclesiæ recepta non fuerit, ad occulta diviniæ justitiæ judicia referendum est, inquit, & agnoscendum secreti hujus profunditatem nobis in hac vita patere non posse. Quod pluribus aliis locis ab eo repetitur. Hinc cap. 25. Tales fuerunt, qui sunt attracti, quales hi qui in sua duritia sunt relictæ. Sed illis tribuit gratia stupenda quod voluit; istis tribuit veritas justa quod debuit: ut judicium Dei magis inscrutabile sit in electione gratiæ, quam in retributione justitiæ. Et lib. 2. cap. 19. Qui exortes gratiæ fuerint, de sua nequitia redarguantur; & qui ejus lumine enituerint, non in suo merito, sed in Domino gloriantur. Verum tantum abest ut veram gratiam Christi Salvatoris communem omnibus fecerit, ut etiam ex hoc quod communis omnibus non sit, tractandam proponat sibi capite 25. & ultimo libri primi difficultatem, libro sequenti ventilandam; quomodo videlicet concilietur illa sententia cum hac parte fidei, quæ generalem de hominum salute voluntatem Dei profitetur. Verumtamen, inquit post verba mox citata, ne illa pars fidei, qua pie credimus Deum velle ut omnes homines veritatis agnitione salventur, per hoc quod de effectibus gratiæ evidenter ostenditur, infirmata videatur, annitendum est, auxiliante Christo, ut nobis stabilitas hujus definitionis appareat.

Prosper  
Carm. de  
Ingratis.

15  
De Vocat.  
Gent. lib.  
I. cap. 1.

Ibid. c. 25.

Ibid. lib. 2.  
cap. 19.

Idem lib.  
I. c. 25.

V u 2 II. Ar-

EDITORUM ADNOTATIONES.

15 Horum locorum sensum vide in Observ. num. 18.

II. *Argumentum Norisii.*

XXIX. **V**erfans, inquit, auctor librorum de  
 Objectio 2. **V**ocatione Gentium lib. 2. cap. 20.  
 ex doctrina objectionem illam a parvulis ductam, in  
 circa par- qua Augustinus & sectatores contra Pela-  
 gianos triumphum sibi cecinerunt; ita cap.  
 parvulorum 23. respondet: *Non irreligiose arbitror cre-  
 salutem 23. di, neque inconvenienter intelligi, quod isti  
 petita. paucorum dierum homines ad illam pertineant  
 gratia partem, qua semper universis est im-  
 pensata nationibus, qua bene utique si eorum  
 uterentur parentes, etiam ipsi per eosdem ju-  
 varentur. Quibus, inquit, contraria scribit  
 Prosper in carmine de Ingratis cap. 31.*

*Prosper  
 Carm. de  
 Ingratis.*

*Et tamen ex istis miseratrix gratia quosdam  
 Eligit, & rursus genitos baptismate transfert  
 In regnum æternum, multis in morte relictis,  
 Quorum causa fuit similis de vulnere eodem.  
 Nec meritis istud poteris aptare parentum,  
 Ceu pia profuerit redimendis cura bonorum,  
 Abstuleritque aliis aliena ignavia vitam:  
 Cum videas multos sanctis genitoribus ortos,  
 Nullo salvari studio potuisse suorum.*

Ab illa Prosperi doctrina nequaquam re-  
 cedit auctor noster; immo vero eidem sub-  
 scribit utraque manu. Nam lib. 1. cap. 16.  
 cum in superioribus capitibus probare ag-  
 gressus esset, cur uni potius quam alteri  
 gratia daretur, secretum esse ab humana  
 cognitione subtractum, & ad altitudinem  
 divitiarum sapientiæ Dei scientiæque refe-  
 rendum, hoc ipsum capite isto confirmat  
 exemplo parvulorum. *Respice, inquit, &  
 ad universalem multitudinem parvulorum, in  
 quibus, excepto illo, quo in damnationem na-  
 scitur gens humana delicto, nec præterita pos-  
 sunt merita, nec futura censeri. Omnes enim,  
 de quibus nunc loquimur, ante ullum intelli-  
 gentiæ usum, ante liberum voluntatis arbi-  
 trium, alii ad æternam beatitudinem regene-  
 rati, alii ad perpetuam miseriam transeunt  
 non renati... Non invenit quod discernat hu-  
 mana justitia; sed habet quod eligat inenarra-  
 bilis gratia Dei &c.* De meritis parentum  
 prorsus silet, non secus ac Prosper: quæ si  
 poneret, jam inveniret quod discerneret et-  
 iam humana justitia, nec omnino inscruta-  
 bile esset Dei iudicium. Capite vero 22. ve-  
 hementius invehitur in eos, qui nescire ali-  
 quid erubescunt, & omnem discretionem,  
 qua Deus alios eligit, aliosque non eligit,  
 ad merita humanæ referunt voluntatis... *Quæ,  
 inquit, definitio, ut interim de gratiæ veri-  
 tate taceatur, de his videtur aliquam ostentare  
 ratiunculam, qui libero utuntur arbitrio.  
 De parvulis vero, quibus sine ullo bonæ vo-  
 luntatis merito in originali vulnere cum ce-  
 teris mortalibus causa communis est, NIHIL  
 POTEST EXPOSITIONIS AFFERRI, QUAE DOCEA-*

**TUR, CUR ISTI SALVI FIANT RENATI, ILLI  
 PEREANT NON RENATI, sub illius providen-  
 tia & omnipotentia, in cujus manu est ani-  
 ma omnis vivens, & spiritus universæ car-  
 nis hominis. Et inferius: Frustra profundita-  
 tem inscrutabilis gratiæ per liberum arbi-  
 trium conantur aperire, qui caussare electio-  
 nis in eorum constituunt meritis, qui eligun-  
 tur: & cum multa de malorum voluntate  
 ac iudicio inepta & falsa protulerint, IN  
 PARVULORUM TAMEN DISCRETIONE DEFI-  
 CIUNT &c.**

Vides ut non minus auctor iste trium-  
 phum sibi contra Pelagianos canat ex ele-  
 ctione parvulorum, quam Augustinus, Pro-  
 sper, & alii Augustini discipuli. Vides, ut  
 & proprium omne a parvulis meritum ex-  
 cludat, nec tamen ad parentum recurrat  
 merita: quæ si admitteret, jam falso asse-  
 reret auctor, nihil posse expositionis afferri,  
 qua doceatur, cur isti salvi fiant renati, il-  
 li pereant non renati; nec magis Pelagia-  
 ni in parvulorum discretionem deficerent, si  
 possent ex auctoris mente, malis parentum  
 meritis præmaturam filiorum mortem ac  
 damnationem æternam ascribere, quam Ca-  
 tholici & auctor ipse cap. 22. cum præma-  
 turæ parvulorum mortis ac damnationis caus-  
 sam in originale Adami delictum refundunt.

Hæc auctor in libro primo, ubi latius  
 quæstionem istam pertractat. In secundi ve-  
 ro capitibus 20. 21. 22. & 23. ubi eandem  
 versat parvulorum causam, priorem de his  
 sententiam nullatenus mutat, sed confirmat  
 potius pluribus argumentis. Enimvero pro-  
 baverat toto hoc libro, 1. Deum velle omnes  
 homines salvos fieri, 2. hanc voluntatem Dei  
 generalibus donis, quæ omnibus impendun-  
 tur, manifestam fieri, nec aliunde. 3. Ge-  
 neralia tamen illa dona, ut pote 16 exte-  
 riora & naturalia, ad cognoscendum Deum  
 non sufficere sine speciali veræ Christi Sal-  
 vatoris gratiæ dono. *Tam acerbo enim na-  
 tura humana vulnere sauciata est, inquit,  
 ut ad cognitionem Dei NEMINEM contempla-  
 tio spontanea VALEAT ERUDIRE, nisi obum-  
 brationem cordis VERA LUX discusserit.* 4. Spe-  
 ciale hoc donum ex inscrutabili iudicio Dei  
 non omnibus esse concessum. *Sive igitur no-  
 vissima contemplemur secula, scribit ille lib.  
 2. cap. 25. seu prima, seu media, RATIO-  
 NABILITER ET PIE CREDITUR omnes homines  
 salvos fieri Deum velle, semperque voluisse;  
 ET HOC NON ALIUNDE DEMONSTRATUR, quam  
 de iis beneficiis, quæ providentia Dei uni-  
 versis generationibus communiter atque indif-  
 ferenter impendit... Deo autem placuit &  
 hæc specialem multis tribuere, & illam ge-  
 neralem a nemine submovere; ut ex utraque  
 appareat non negatum universitati, quod col-  
 latum est portioni; sed in aliis prævaluisse  
 GRATIAM, in aliis resituisse NATURAM.*

His ita constitutis, non parum difficulta-  
 tis,

## EDITORUM ADNOTATIONES.

16 Auctorem admisisse etiam generalem gra-  
 tiam internam omnibus collatam & a specia-

li gratia distinctam, probabitur in Observ.  
 num. 17.



tis, ut ait cap. 20. *opponit consideratio parvulorum, qui nullo iudicio rationis utuntur, quo auctoris sui beneficia sentientes, ad agnitionem valeant veritatis accedere...* Unde cum omnes homines velit Deus salvos fieri, quid est quod alienatur a salute perpetua tanta infantium multitudo?

Si hoc parentum culpæ deputandum existimasset auctor, facilis erat responsio, nec necesse erat ad inscrutabilia Dei iudicia & investigabiles vias recurrere. Huc tamen confugit. De hac alitudine, inquit c. 21. *discretionis Dei non conturbabitur cor nostrum, si firma & stabili fide omne iudicium Dei iustum esse credamus; nec appetamus habere cognitum, quod voluit esse secretum: ut ubi investigari non potest quare ita iudicet, sufficiat scire quis iudicet.* Tum docet aliam huius rei causam non esse quam sententiam, quam humanum genus in Adæ primi parentis prævaricatione excepit, & grave iugum quod est super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum in diem sepulture in matrem omnium. Nec de immaturitate mortis esse rationem conquerendi, cum semel in naturam nostram per peccatum ingressa mortalitas, obnoxium sibi omnem vitæ nostræ fecerit diem. Unde concludit iustissimo perire iudicio, quotquot ex hac vita discedunt parvuli priusquam salvari lavacro abluerentur; gratuita autem misericordia liberari, quotquot contra communem mortalitatis legem, statim ut nati sunt, non intereunt: *Ut generali necessitate variata, causas sibi Dominus indulgentiæ correptionisque servaret: essetque in uno omnium debito, quod & misericors remitteret, & iustus exigeret.*

Ex ista doctrina consequens est, quod capite 23. statim subjicit, quod scilicet *inscrutabilior sit causa donorum, quæ gratia tribuit quibusdam parvulis, quam miseriarum, quas natura promeruit, & iustitia rependit innumeris aliis.* In quo opere gratiæ, inquit cap. 24. *quis nisi arrogantissimus atque vanissimus de divina iustitia conquærat, quod non omnibus parvulis similis providentia consulat, omniaque pericula, quæ moriturorum regenerationem prohibere possunt, aut potestate submoveat, aut miseratione præveniat? Quod utique erga omnes fieret, si ita fieri omnino deberet.*

Multum igitur abest auctor, ut capite illo 23. unde sumitur objectio, bonis vel malis parentum meritis salutem parvulorum vel damnationem ascribat: cum ipso initio capitis asserat inscrutabiliorem esse causam donorum, quæ gratia tribuit, quam miseriarum, quæ natura promeruit; ex Adami scilicet delicto, quæ vera causa est, ut in superioribus dixerat, damnationis parvulorum. Et tamen hanc meritis parentum tribuere debuerat, ut Prosperi sententiæ adversaretur: quæ opinio Norisii est.

De hoc igitur capite quæstio non movetur ab auctore huius opusculi. Hoc porro unum sollicitum eum habet: quomodo respectu parvulorum, qui pereunt, verum erit Pauli Apostoli effatum: quod Deus velit

omnes homines salvos fieri. Hoc enim, inquit, cap. 25. *NON ALIUNDE MONSTRATUR quam de iis beneficiis, quæ providentia Dei universis generationibus communiter atque indifferenter impendit.* Parvuli autem, ait cap. 20. *nullo iudicio rationis utuntur, quo auctoris sui beneficia sentientes, ad agnitionem valeant veritatis accedere.* Nec iis Deus illud tempus impertit, in quo per voluntariam fidem percipiendæ gratiæ sint capaces. Respondet parvulos illos pertinere ad illam gratiæ partem, seu generalia Creatoris beneficia, quæ semper universis sunt impensa nationibus: quæ etsi per se non potuerint percipere, acceperunt tamen in parentibus, quorum pars quædam censentur, donec ab illis nondum rationalis infantia exordiis exceßerint. *Qua utique, generali gratia seu munificentia Creatoris, si bene eorum uterentur parentes, etiam ipsi per eosdem juvarentur infantes.*

In qua responsione plura notanda veniunt. Primum enim sententiam illam non velut suam ac propriam asserit, sed proponit solummodo ab iis tenendam, qui noluerint huiusmodi parvulos sine baptismo decedentes omnis omnino gratiæ exortes pronuntiare.

2. Timide ac dubitanter explicationem illam profert in medium, non ut Scripturis traditionive sanctorum Patrum innixam, sed velut quæ absque religionis offensa teneri queat. *Non irreligiose, inquit, arbitrator credi, neque inconvenienter intelligi, quod isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiæ partem, quæ semper universis est impensa nationibus.*

3. Quod de meritis parentum ne verbum quidem habet, ex quo contrariam Prosperi doctrinæ sententiam propugnasse credatur.

4. Latum esse discrimen inter hanc quæstionem, an ex malis parentum meritis damnatio parvulis non baptizatis proveniat; & hanc alteram, an parentibus imputandum quod parvuli generalium donorum Creatoris participes non fiant. Illud cum Augustino & Prospero negat auctor; hoc de suo timide & quærentis in modum suggerit. In quo licet differre videatur a Prospero quoad modum loquendi, reipsa tamen ei concinit. Esto enim non desit parentibus, & per eos parvulis gratia generalis, quam ejus verbis explicuimus, cum hæc nec his, nec illis ad salutem sufficiat, nisi per specialem seu veram Christi gratiam excellentiore opere, largiore munere, potentiore virtute adjuventur: quærendum rursus cur cum illa detur omnibus, hæc quam plurimis negetur? Cur cum iustorum sæpe filii sine baptismo intereant, parentibus nihil omittentibus, ut salvari unda abluantur; impiorum e contra filii a propriis deserti parentibus, alienorum beneficio ad baptismatis gratiam veniunt? Et tunc iterum cum Prospero confugit ad inscrutabilia iudicia Dei, & investigabile prædestinationis decretum.

5. Igitur ex his notandum de parvulis sine

sine baptismo decedentibus, aliud non esse auctoris istius iudicium, quam de adultis generalis illius solum gratiæ beneficio utentibus. Sicut igitur propria horum merita in electione non pensat, ita nec in illis parentum merita consulit, ut electionis causam investiget. Hæc sunt auctoris verba in illo ipso capite, quod objicitur. Sicut autem circa majores præter illam generalem gratiam parcius atque occultius omnium hominum corda pulsantem, excellentiore opere, largiore munere, potentiore virtute, vocatio specialis exeritur; ita etiam circa innumeros parvulos eadem manifestatur electio. Quæ quidem nec illis, qui renati non sunt, in parentibus desuit, sed iis qui renati sunt, præ parentibus affuit: ita ut multis sæpe, quos suorum impietas deseruit, alienorum cura servierit, & ad regenerationem venerint per extraneos, quæ eis providenda non erat per proximos.

### III. Norisii argumentum.

XXX. **P**raterea, inquit, idem scriptor capite ultimo satis timide de prædestinatione loquitur; immo scientiam illi præviam non semel ponere videtur, dum illam objectionem sibi opponens, frustra nos orare & laborare, si ex incommutabili proposito ejus christianæ gratiæ subsistit electio: ita ibi respondet: Non intelligunt scientiam Dei, quæ & præterita & præsentia & futura complectitur, tempore non teneri. Et cum id paucis explicasset, concludit: Hæc autem æterna & semper tranquilla cognitio nulla nos urget necessitate peccandi &c. Ibidem electionem ad gratiam sine meritis adstruit; electionem vero ad gloriam ex meritis suspendit. Deus ergo his, quos eligit sine meritis, dat unde ornentur & meritis. Et frustra dicitur quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operentur ut electi sint.

Miror hominem doctum his ita moveri, ut propterea auctorem a Prosperi doctrina alienum putet. Non ignorat scientiæ & præscientiæ nomen plerumque usurpari ab Augustino & Prospero in explicando æterno prædestinationis decreto; ut mirum non sit ab auctore pariter isto usurpatum. Sanctus Augustinus lib. de dono persever. cap. 14. Hæc, inquit, prædestinatio sanctorum nihil aliud est, quam præscientia scilicet & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Et adhuc: Ipsa igitur obedientia Dei donum est, quod se daturum Deus vocatis suis, omni Christiano consentiente, præscivit. Hæc est igitur prædestinatio, quam fideliter atque humiliter prædicamus. Cap. 17. dicit, quod Deus dona sua in præscientia præparavit. Et quod in sua, quæ falli mutarique non potest, præscientia opera sua futura dispendere, id omnino nec aliud quicquam est nisi prædestinare. Prospero vero ad excerpta Genuesium, dubio 8. Agnoscamus itaque sapienter, pieque fateamur præscisse incommutabiliter Deum, quibus esset daturus ut cre-

derent, aut quos daturus esset Filio suo, ut ex eis non perderet quemquam. Et si hæc præscivit, beneficia sua illum, quibus nos dignatur liberare, præscisse, & hæc esse prædestinationem sanctorum: præscientiam scilicet & præparationem gratiæ Dei, qua certissime liberantur.

Quod si existimavit Norisius per præscientiam illam, qua auctor noster definit prædestinationem, intellexisse eum vel scientiam simplicis intelligentiæ, seu rerum possibilitium, quæ decretum Dei liberum & præcedat & dirigat; vel præscientiam conditionatam, seu scientiam mediam rerum numquam futurarum, quas homo facturus esset, si talis gratia vel conditio poneretur; qua Deus noverit quæ media, quisve gratiarum ordo salutem allatura essent, si conferrentur. Si, inquam, hæc putavit Norisius de auctore nostro, merito eum diversa a Prospero sentire pronuntiavit. Sed absit, ut hunc sensum illi affingamus. Persuasum potius habeamus aliam ab eo præscientiam non doceri hoc loco, quam scientiam visionis seu rerum futurarum, quas Deus ipse facturus est, quam præscientiam, & electionem, & prædestinationem, & promissionem sæpius cum Augustino vocat. De hac enim scientia differens lib. 2. cap. 33. ait, quod cuncta pariter tempora & temporalia sempiterno æstabili comprehendit intuitu, & omnibus omnia jam retribuit, QUI QUÆ SUNT FUTURA, JAM FECIT. Hinc illud est beati Pauli Apostoli scribentis ad Ephesios: Benedictus Deus & Pater Domini nostri JESU CHRISTI, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cælestibus in Christo; sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti: & cetera, quæ ibi ejusdem sensus prædicatione connectit, docens donum atque opus gratiæ in æterno semper Dei mansisse consilio, omnesque adoptionis filios non solum in eo tempore, quo jam existentes vocati sunt, sed etiam prius quam mundus constitueretur ELECTOS. In qua electione quicquid hominum in Christo præcognitum non est, nulla eidem ratione sociabitur. Omnes enim qui IN REGNUM DEI de cujuslibet temporis vocatione venturi sunt, in ista, quæ sæcula cuncta præcessit, adoptione SIGNATI SUNT. Et sicut nullus infidelium in hac sorte numeratur, ita nullus piorum ab hac benedictione discretus est. De plenitudine quippe membrorum corporis Christi PRÆSCIENTIA DEI, QUÆ FALLI NON POTEST, NIHIL PERDIT; & nullo detrimento minui potest SUMMA PRÆCOGNITA, atque in Christo ante sæcula æterna PRÆLECTA. Ubi perspicuum est ipsum non de sola electione ad gratiam, sed etiam de electione ad gloriam sermonem habere; & de ea præscientiam, quæ simul & regnum Dei electis decernit, & omnia media, quibus ad illud certissime possint pertingere.

Pluribus aliis locis doctrinam eandem confirmat. Quamvis, inquit lib. 2. cap. 29. multi amantes tenebras suas, splendorem non recipiant veritatis; & multi, qui illuminati fuerant, tenebrescant: verbum ta-

Objectio  
3. quæ ex  
doctrina  
de præde-  
stinatione  
petitur.

August. de  
don. Perse-  
ver. cap. 14.

Ibidem. c.  
17.

Prosper ad  
excerpta  
Genues. f.  
Resp. ad  
dub. 5.

De Vocat.  
Gen. lib.  
2. cap. 33.

De Vocat.  
Gen. lib. 2.  
cap. 29.

men

men Dei manet in aeternum, & de promissionis veritate nihil excidit. Intrat quotidie PRÆSCITA ET PROMISSA gentium multitudo, & in Abrahæ semine omnis gens, omnistribus, omnis lingua benedicitur. Quod enim Pater Filio dedit, Filius non amittit; neque quisquam potest de manu ejus eripere quod accepit. Firmum fundamentum Dei stat, & mansuri in aeternum templi edificatio non vacillat, præsentia super omnes veritate & misericordia Dei: a quo quod & nemini (id est, ut superius explicat, nulli genti, nulli tribui, nulli linguæ) negatur, & nulli debetur, IN IIS QUOS PROMISIT EFFICITUR. Et infra: Semper præcognitum habuit quantum piorum numerus per opem gratiæ & per servitutum obedientiæ ad aeternam beatitudinem pertineret: UT NULLO EXCIDENTE DE PLENTUDINE PROMISSORUM, qui nec proventuerat fallendus, nec auxilio defuturus, eos glorificaret præ omnibus, QUOS ELEGIT EX OMNIBUS. Ex quibus manifestum est auctorem nostrum omnino concinere & Prospero & Augustino in doctrina prædestinationis, quam ita ex præscientia & promissione pendere contendit, ut in iis solis, quos promisit, effici asserat a Deo, quod nulli genti & tribui negatur; promissionem illam eo sensu procul dubio intelligens, quo ab Augustino dictum est de Prædestin. sanct. cap. 10. *Non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit. Promisit enim QUOD IPSE FACTURUS FUERAT, non quod homines.*

August. de Prædestin. SS. c. 10.

Ad postremum vero locum auctoris quod attinet, ubi electionem ad gloriam ex meritis suspendere Norisio videtur; gravem certe difficultatem in eo hætenus fuisse fatendum est. Sed restituto jam a nobis suæ integritati hoc loco, ope MS. Codicis Thuanæ Bibliothecæ, non modo evanescit difficultas, sed & validissimum inde argumentum sumitur pro asserenda, auctoritate hujus opusculi, Augustiniana de prædestinatione doctrina. Deus ergo his quos eligit sine meritis, dat unde ornetur & meritis. Et frustra dicitur, quod ratio operandi non sit electis, cum etiam ad hoc ut operentur electi sint. Non, ut prius legebatur: Cum etiam ad hoc operentur ut electi sint. Non igitur gloriam suspendit ex meritis, sed potius electione Dei & gloriam, & ipsa opera, quæ gloriam promerentur, evidentissime suspendit. Quod licet prius etiam ex doctrinæ serie eliceretur, nunc insuper ex ipsis verbis auctoritate Codicis MS. emendatis evincitur. Tanti est veterum Patrum scripta diligenter ad Codices MSS. recensere, ac nitori pristino restituere!

Objectio 4. ex sup-presso S. Augustini nomine.

Quod postremo loco addit Norisius ad statuendum discrimen inter Prosperum & hunc auctorem: quod nimirum ille ubique S. Augustinum laudat; hic vero ne meminit quidem semel in libris de Vocatione Gentium: hoc quidem optime; sed eadem

opera nostram de Leone confirmat sententiam, cujus hic character ubique apparet scriptorum, quæ adversus Pelagianos vel Pelagianorum reliquias conscripsit. In nullo enim eorum Augustinum vel laudat, vel nominat. Non in Epistolis ad Aquilejensem & Altinensem Episcopos, quæ semper ei sunt adscriptæ: non in Epistola ad Demetriadem: non in delectu illo auctoritatum Sedis Apostolicæ: tamen illius nominandi occasio sese ultro objiceret in utroque hoc opusculo. Sed hoc ubique servabat Leo, ne ex præconcepta de Augustino opinione sententiam ejus tueri videretur, sed ut doctrinam ipsam, remotis omnibus defensorum præjudiciis, ex Scriptura & Traditione propugnaret.

Sunt & alia quædam apud S. Leonem, XXXI. ex quibus aliquid ab Augustino discipulo- Objectio 5. ex modo expli- candi quæstionem de Christi morte. rumque doctrina alienum habere, nec cum libris de vocatione omnium gentium usquequaque convenire videatur. Sed quoniam quicquid ad utriusque Pontificis concordiam afferre possem, jam pridem occupatum est a doctissima Ecclesia Lugdunensi, quæ stylo præfulsi sui Remigii scripsit nono sæculo adversus Joannem Scotum Erigenam: ne actum agam, aut alienæ laudi invidere videar, integrum caput decimum nonum describo ex ejus opere *De tribus Epistolis.*

Libri S. Remigii Archiepiscopi Lugdunensis, de tribus Epistolis Caput XIX.

„ 17 P Onit quædam verba B. Leo in quibusdam sermonibus ad populum, ex quibus nonnulli vel minus attendentes, vel minus intelligentes, fortassis eum docere & sentire existimant, quod Dominus noster etiam pro impiis in sua impietate durantibus passus sit; & eorum possit dici Redemptor: sicut illud est, quod quodam loco ait: *Respice tandem, Judæe, respice, & ad Redemptorem etiam tuum deposita infidelitate convertere. Noli sceleris tui immanitate terreri: non justos, sed peccatores vocat; nec impietatem tuam repellit, qui pro te, cum crucifixus esset, oravit.* Sed in his verbis manifestum est bene intelligentibus, quia usitato more humanæ locutionis sub unius Judæi persona totum Judæorum populum alloquitur; & idcirco velut in persona omnium ad unum clamat, & dicit: *Et ad Redemptorem etiam tuum deposita infidelitate convertere.* Non quia nullus sit infidelium Judæorum, cujus Dominus non sit Redemptor; sed quia non solum aliarum gentium, sed etiam illius Judaici populi, cujus scelere & impietate crucifixus est, si ad eum convertatur, Redemptor esse dignatur. Et ideo ait: *Qui pro te, cum crucifixus esset, oravit.* Non quod nullus infidelium Judæorum sit, pro quo „ non

S. Leo Ser. v. de Epiphania cap. 11.

non Dominus in cruce oraverit, dicens:  
 Pater, ignosce illis: non enim sciunt quid  
 faciunt: cum aperte ipse Dominus dicat:  
 Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo,  
 sed pro his quos dedisti mihi de mundo:  
 sed quia etiam in ipso infideli populo &  
 sunt, & fuerunt multi, pro quibus, ut  
 a suo errore convertantur & salventur,  
 Dominus misericorditer oravit, & quod  
 oravit, efficaciter obtinuit, & perfecit.  
 Et recte B. Doctor dicit, velut sub  
 unius persona ad totum illum infidelem  
 populum: *Qui pro te, cum crucifixus es-*  
*set, oravit: quia profecto & ex illo &*  
*in illo populo & fuerunt, & sunt, &*  
*erunt pro quibus oravit. Hæc verba B.*  
*Leonis ita omnino esse intelligenda,*  
*etiam ipse in aliis locis eorundem Ser-*  
*monum ad populum tam clare exponit,*  
*ut de his nemini dubitandum sit. Sic*  
*enim quodam loco ait: Dominus noster*  
*ita humano generi sua morte consulit, ut*  
*sacramentum salutis etiam ipsis persecuto-*  
*ribus non negaret. Qui enim venerat*  
*universis credentibus omnia peccata dimit-*  
*tere, a generali indulgentia nec Judaicum*  
*voluit crimen excludere. Item alibi de*  
*eodem Domino nostro loquens: Cujus,*  
*inquit, etiam circa interfectores suos tanta*  
*erat pietatis affectio, ut de cruce suppli-*  
*cans Patri, non se vindicari, sed illis*  
*postularet ignosci, dicens: Pater, dimitte*  
*illis, non enim sciunt quid faciunt. De*  
*cujus utique orationis potentia fuit, ut*  
*predicatio Apostoli Petri ex his, qui dix-*  
*erunt: Sanguis ejus super nos & super*  
*filios nostros, multorum ad poenitentiam*  
*corda converteret, & una die baptizarentur*  
*tria fere millia Judeorum: fieretque omnium*  
*una anima & cor unum, paratorum pro*  
*eo mori, quem poposcerant crucifigi.*  
 Hæc de expositione superiorum verbo-  
 rum, ex ipsis beati Leonis verbis posui-  
 mus, qui his dictis continuo subjungit,  
 dicens: *Ad hanc indulgentiam traditor Ju-*  
*das pervenire non potuit: quoniam perdi-*  
*tionis filius, cui diabolus stabat a dextris,*  
*prius in desperationem transiit, quam sa-*  
*cramentum generalis Redemptionis Chri-*  
*stus impleret. Nam mortuo pro impiis*  
*omnibus Domino, potuisset forte etiam hic*  
*consequi remedium, si non festinasset ad*  
*laqueum. In quibus verbis potest aliquis*  
*minus considerans & minus intelligens*  
*ita existimare, ut quod dictum est, Sa-*  
*cramentum generalis redemptionis, &*  
*Mortuo pro omnibus impiis Domino, ita*  
*accipi possit, quasi & illa generalis red-*  
*emptio, & illa mors Domini pro omni-*  
*bus impiis, etiam pro non credentibus &*  
*in sua impietate pereuntibus facta creden-*  
*da sit. Sed pro quibus omnibus impiis*  
*Dominum mortuum dicat, & quid ge-*  
*neralem redemptionem velit intelligi, pu-*  
*tamus quod ipse suis verbis, quæ paullo*  
*superius posuimus, diligenter exponat,*

S. Leo Ser.  
 XIX. de  
 Pass. c. II.

Serm. XI.  
 de Pass.  
 cap. 11.

Ibid. c. IV.

dicens: *Qui enim venerat universis cre-*  
*dentibus omnia peccata dimittere, a gene-*  
*rali indulgentia nec Judaicum voluit cri-*  
*men excludere: ut vere pro illis omnibus*  
*impiis mors Domini fuerit impen-*  
*sa, quibus universis credentibus omnia pec-*  
*cata dimittit: & generalem redemptio-*  
*nem, sive generalem indulgentiam ideo di-*  
*xisse intelligatur, quia nec populus Ju-*  
*daicus, nec ullum genus hominum ab*  
*illa redemptione & indulgentia invenia-*  
*tur exclusum. Sed in illis verbis, pro*  
*quibus exponendis ista replicavimus, il-*  
*lud evidenter ostenditur, quod proditor*  
*Judas nullatenus ad Christi Redemptio-*  
*nem pertineat, nec potuerit consequi re-*  
*medium, quoniam festinavit ad laqueum,*  
*Et ideo illi passio Christi nihil profuit,*  
*quia in eorum damnationem transiit,*  
*qui apud inferos jam puniti redemptionis*  
*dominicæ participes esse non poterant.*  
*Et tamen velut ad ipsum infelicem &*  
*perditum alio loco ita increpando loqui-*  
*tur, dicens: Redemptorem etiam tuum, ne*  
*tibi parceret (al. parceres) vendidisti: non*  
*quia & ipsum redemit, quem jam supe-*  
*rius idem doctor ad redemptionem per-*  
*venire non potuisse monstravit; nec quod*  
*Redemptor illius intelligendus sit, qui in*  
*sua impietate permansit & periit: sed*  
*quia in illa generali redemptione passionis*  
*Christi, potuisset & ipse fortasse conse-*  
*qui remedium, si non festinasset ad la-*  
*queum. Et ideo sic ei dicit: Redemptio-*  
*rem etiam tuum vendidisti: quia vere*  
*etiam ipsius Redemptor fieret, si ab eo*  
*etiam post tantum reatum pie & fideli-*  
*ter indulgentiam posceret. Nimis omni-*  
*no prolixum est, & in ratione fidei exer-*  
*citatis minime necessarium, ut de singu-*  
*lis beati hujus doctoris sententiis, ubi*  
*aliqua ejusmodi occasio esse potest, sicut*  
*in istis paucissimis factum est, diligenter*  
*omnia exponantur. Illud tantum attentius*  
*videtur esse commendandum, quod ubi*  
*generale chirographum vel generalem*  
*paenitentiam, sive cautionem memorat,*  
*generalis damnatio totius humani gene-*  
*ris, quæ introducta est per Adam, in-*  
*telligenda sit. Et ubi generalem redemptio-*  
*nem, vel generalem indulgentiam ponit,*  
*propter omnium hominum, vel omnium*  
*nationum genus dictum accipiendum sit.*  
*Et ubi pro omnibus impiis Dominum*  
*mortem suscepisse docet, pro omnibus ex*  
*impietate conversis, & in eum credentibus,*  
*sicut ipsa ejus verba in multis declarant,*  
*accipiendum sit.*

Hæc Remigius Archiepiscopus Lugdunen-  
 sis cum sua Ecclesia: qui & alia nonnul-  
 la S. Leonis loca de prædestinatione, gra-  
 tia, & morte Christi eodem opusculo expli-  
 cat; ut puta capitibus 9. 16. 27. &c. Item  
 in absolutione quæstionis, & in lib. de te-  
 nenda veritate Scripturæ cap. 8. 13. 15. &c.

Serm. XIX.  
 de Pass.  
 cap. 11.

Serm. XVI.  
 de Pass.  
 cap. IV.

Serm. XI.  
 c. IV.

E D I T O R U M  
O B S E R V A T I O N E S  
I N D I S S E R T A T I O N E M S E C U N D A M Q U E S N E L L I  
D E A U C T O R E L I B R O R U M  
D E V O C A T I O N E O M N I U M G E N T I U M .

I.



N quaestione quis sit auctor librorum *de Vocatione* Variæ  
sententiar.  
*omnium gentium*, cum hi in MSS. codicibus inveniantur nunc sub Ambrosii, nunc sub Prosperi nomine; alii S. Ambrosio, alii S. Prospero Aquitano tribuendos putarunt. Cum vero Ambrosio certissima argumenta obsistant, Prospero autem Aquitano non levia; ad conjecturas confugiendum fuit. Hinc iidem libri a nonnullis adscripti fuerunt Hilario vel Arelatensi, vel Syracusano, vel illi Prosperi amico, quem a Syracusano diversum opinabantur; ab aliis vero dati S. Eucherio Lugdunensi: nec defuerunt qui dimisso Prospero Aquitano, substituerunt Aurelianensem, vel illum, qui Carpentoratensi Vasensique Synodis interfuit. De S. Leone Magno nemo cogitaverat. Huic autem primus omnium Quesnellus pluribus conjectationibus hoc opus asserere in præmissa dissertatione nisus est. At Joseph Antelmus Foro-Julienensis Canonicus se se ex proposito eidem opposuit in opere inscripto, *De veris operibus SS. PP. Leonis Magni & Prosperi Aquitani Dissertationes criticae*: ubi illius argumenta subvertere conatus, S. Prosperum Aquitanum horum Librorum auctorem luculenter constituere studuit. Huic mox respondit Quesnellus epistola gallice scripta, quæ fere tota inserta est operi; cui titulus: *Le Journal des Sçavans* 8. & 15. Aout 1689. Non acquievit Antelmus, & duas alias epistolas eodem anno reposuit, quæ laudatis dissertationibus subjiciuntur in editione Parisiensi an. 1689. Quesnellus nihilominus perstitit in sententia, ut liquet ex secunda editione an. 1700. cui præcedentem dissertationem immutatam inseruit.

II. De eadem vero dissertatione ut distinctum iudicium feratur, tres ejus partes distinguendæ sunt: prima qua eos refellit, qui vel Ambrosium, vel Eucherium, vel Hilarium, vel Prosperum aliquem horum librorum auctorem putarunt; altera qua pro Leone asserendo conjecturas agglomerat; tertia qua objectionibus respondet.

## §. I.

*Confirmatur Quesnelli sententia, qua hi libri a Prospero Aquitano abjudicantur. Respondetur Antelmio. Photii locus explicatus.*

III. Primæ parti, quæ aliorum refellit sententias, quoad Ambrosium, Eucherium, & Hilarios, nec non quoad Prosperos, Aurelianensem, & illum qui florebat an. 527. & 529. nihil opus est addere, cum Quesnellus in his singulis argumenta satis efficacia protulerit. Solum de S. Prospero Aquitano nonnihil dicendum est Antelmii causa, de quo Quesnellus in præmissa dissertatione ne verbum quidem. Ut autem recte inter utrosque dijudicemus, Quesnelli argumenta pro excludendo Prospero, & Antelmii pro eodem Prospero auctore librorum adstruendo si conferantur, Quesnello calculos tradendos esse quisque perspiciet. Ex quatuor argumentis, quæ iste produxit, quartum fere est evidens. Cum nimirum auctor librorum initio scribat, inter compugnantes partes *questionem dudum verti*; satis aperte indicat, se non scribere in principio quaestio-

tionis, sed multo post. Cum porro subdit, *Annitar inquirere, exercens atque discutens modulum facultatis meæ in his* &c. se primum opus hac in quaestione aggredi, ac propterea nihil se antea scripsisse palam insinuat. Id autem Prospero Aquitano nequaquam congruit, qui cum plura lucubravit & ediderit statim sub exordium hujus controversiæ, novum se hac in re præferre non potuit. Hoc argumentum adeo nobis videtur efficax, ut, si cetera deessent, ad omnes Antelmii rationes elidendas sufficeret.

IV. Primo autem Quesnelli argumento quoad doctrinam de gratia, quam et si eandem re ipsa fateatur in libris *de Vocatione* ac in operibus Prosperi; verbis tamen & molliori modo explicandi non modicum discrepare contendit, liceat ad confirmationem unum haud contemnendum adjicere. In libris *de Vocatione* nomen *gratiæ* quandoque tribuitur naturalibus Dei donis etiam extrinsecis, institutioni legis, prædicationi Evangelii &c. Hoc autem sensu id nomen a Prospero usurpatum, nullo testimonio probari posse, novissimus ejusdem Prosperi editor in Admonitione testatur. In eo enim textu, quem unum protulit Antelmus ex libro contra Collatorem c. 7. olim 14. ubi *potentia gratiæ Dei* nominatur, præter quam quod vox *gratiæ* auctoritate codicum deleta est in nova editione; nihil aliud ibidem docet Prosper, nisi Deum operari in mentibus & cordibus hominum (per interiorē utique gratiam) cum adhibitis exterioribus subsidiis ad Deum convertuntur.

V. Porro Antelmii argumenta, quibus Prospero libros vindicare nititur, ad quatuor revocantur: I. ad MSS. auctoritatem, II. ad Hincmari testimonium, III. ad doctrinæ ac stili similitudinem, IV. ad quoddam testimonium Photii. Primis tribus satis respondit Quesnellus. Eadem ipse Antelmus multo magis infirmat. Cum enim putet opus sine auctoris nomine editum, ac præterea velit auctorem studuisse se se occultare, ac proinde eum diu fuisse ignotum, saltem usque ad Gelasii tempora; quantum hoc ipso infirmetur codicum fides nemo non videt. Unde enim ii, qui primi nomen Prosperi post Gelasium manuscriptis indiderunt, istud potuerunt haurire, si ad id usque tempus ignotum, nullique codici inscriptum fuerat? Nonne æque hi potuerunt errare in præfigendo his libris nomine Prosperi, ac errarunt illi, qui vel iisdem libris præfixerunt nomen Ambrosii, vel libris *De vita contemplativa*, ac *De promissionibus* & *de prædictionibus Dei* ejusdem Prosperi nomen prænotarunt? Hinc autem cadit etiam testimonium Hincmari, qui codicibus perperam inscriptis deceptus fuit; sicut alii quoque Hincmaro vetustiores simili de causa fuerunt decepti, cum alios libros, qui non sunt Prosperi, eidem vindicarunt. Porro doctrinæ ac stili similitudinem idem Antelmus extenuat. Quoad stylum, extenuant ipsæ tabulæ parallelæ, quas multis paginis exhibet. In iis enim nulla alia fere uniformitas deprehenditur nisi aliquarum vocum, quas multo plures Quesnellus reperit in Leone, & in aliis quoque scriptoribus de eadem materie tractantibus similiter invenire licebit. Idem pariter valet in similitudine doctrinæ, quam in catholicis ejusdem dogmatis tractatoribus pluribus sententiis congruere per facile, ac fere necessarium est. Accedit, quod Prosperum se se occultasse tradit Antelmus, & hoc consilio studuisse ipsum stylum aliquantulum immutare, ac doctrinam alia mitiori ac molliori via explicasse, ut facilius lateret: quibus & stili & doctrinæ dissimilitudinem aliquam diverso auctori congruam fatetur.

VI. Reliquum est testimonium Photii, cui Quesnellum respondisse nullibi invenimus. Ille igitur cod. 54. Bibliothecæ, ubi refert acta Episcoporum Occidentis contra Pelagianos, post memoratam Leonis epistolam ad Septimum, qua contra eorum hæresim S. Pontifex pugnavit, hæc subjicit: *Post non diu rursus velut existere atque renasci e mala radice impudenter cum cœpisset; Romæ etiam quidam libere pro hæresi locuti sunt, quos vir sane divinus Prosper libellis adversus eos in vulgus editis facile dissipavit extinxitque, Leone etiamnum, quem diximus, Romanam sedem gubernante.* Hos autem libellos Leone Pontifice editos, alios non esse nisi libros *de Vocatione* contendit Antelmus: alios enim libros Prosperi ante Pontificatum ejus lucubratos ac in lucem emissos certissimum est. Plurimum vero huic testimonio deferendum idem auctor affirmat, quippe quod Photius *rem omnem narrat ex actorum fide ab*

Nomen gratiæ diversa significatio- ne usurpatum.

Antelm. diff. 3. p. 139.

De argumentis Antelmii.

Ex ipso infirmantur. De MSS. codicum fide.

De testimonio Hincmari.

Stili & doctrinæ similitudo quam modicum valeat.

Epist. 2. Gallic. p. 28.

Photii testimonium expenditur. Dissert. 3. part. 3. pag. 292.

*Occidentis Episcopis adversus Nestoriana dogmata datorum.* Monet autem hunc Photii textum alia occasione Quesnellum recitasse disert. I. ad an. 444. n. 4. nec non concessisse hæc Romæ fuisse gesta fere sub finem Pontificatus Leonis; at de libellis ipsis nihil ulterius indagasse conqueritur.

VII. Verum nomen ipsum *libellorum*, quod item in Græco legitur, duobus libris satis prolixis *de Vocatione* haud convenire observare debebat Antelmus: ac præterea iis libris, qui Semipelagianorum errorem mitiori stilo impugnant, tribui non posse, ut facile dissiparint Pelagianos, de quibus Photius loquitur. Sicut enim Pelagiani proprie dicti fuerunt, quos Leo ep. 2. ad Septimum profligasse tradiderat; ita etiam Pelagiani fuisse dicendi sunt, quos subinde Romæ renatos & a Prospero dissipatos statim subjicit. Quid ergo? *Λιβέλλος* vox, quam Photius adhibuit, Latinæ, non Græcæ originis, a Græcis recepta, non libros, seu tractatus, quos Græci ac præsertim Photius aliis atque aliis propriis ipsorum nominibus appellare solent, sed forensi Romanorum locutione *libellos* citationum, accusationum, memorialia &c. significat, uti patet inter cetera non solum ex antiqua Græca versione epistolæ Leonis 23. ad Flavianum, ubi hæc vox eodem sensu ter, uti latine, ita & græce usurpatur; verum etiam ex ipsis Græcis actis Synodi Calchedonenfis act. 1. & 3. ubi eadem voce *Λιβέλλοι* *libelli* appellantur, qui ab Eutyche, Theodoro, Ischirione, Athanasio &c. ipsi Synodo oblati fuerunt. Vide etiam Græcam Flaviani epist. 26. ad Leonem Papam. Itaque Photius ex textu id unum significat, S. Prosperum vix detectis Romæ Pelagianis, libellos, qui eorum errorem ac personas paucis aperirent, Leoni Pontifici, seu etiam Imperatoris ministris obtulisse; idque in re jam damnata, ac imperialibus quoque legibus interdicta pœnisque coercita satis fuisse, ut illi statim ex Urbe aufugerent & evanescerent. Minus acurata interpretatio Latina, qua libelli *in vulgus editi* perperam ferebantur, fucum fecit Antelmio pag. 291. Rem perspicuam reddet Græcus textus, quem ad verbum latine reditum subjiciemus. Μετ' οὐ πολὺ δὲ πάλιν, ὡς περ ἀναφέρειν τῆς πικρᾶς ρίζης ἀναίσχυου σπόρου, ἐν τῇ Ῥώμῃ τινὲς ὑπὲρ τῆς αἵρέσεως ἐπαρήσιμα λόγου; ἀλλὰ Πέρσπερος τις, ἄνθρωπος ὡς ἀληθῶς τῷ θεῷ λιβέλλου κατ' αὐτῶν ἐπιδοκίμως ἀφανεῖς αὐτοῦ ἀπαγρατάτω, ἐπὶ Λέοντος τοῦ προειρημένου τὸν Ῥωμαϊκὸν θρόνον ἰδούμενος. Id est: *Post non multum autem rursum tamquam repullulare amara radice non erubescente, Romæ quidam pro hæresi libere loquebantur. Sed Prosper quidam, vir vere Dei, libellis contra ipsos traditis, eos evanescere fecit, prædicto Leone adhuc Romanam sedem gubernante.*

VIII. Tandem haud prætereunda est illa Antelmii hypothesis, qua S. Prosperum in libris *de Vocatione* se se voluisse oculere pluries inculcat; & ex qua factum esse ait, ut opus sine nomine ediderit, ut stilum diversum simularit, ut mitiorem mollioremque, quam in aliis operibus, inierit viam, ut Augustini magistri sui nomen siluerit, ut nihil antea hac de re se scripsisse initio operis indicaverit; sicque ea una hypothesi velut generali principio utitur, quo omnes objectiones elidat. Idcirco autem Prosperum se se celasse affirmat disert. 3. pag. 166. quia in postremo libro contra Collatorem cap. 22. se ulterius non scripturum promiserat. Verum si ex ejusmodi conjecturis liceret hypotheses fingere, & objecta maximi ponderis exinde enervarentur; cum plures hujusmodi hypotheses paribus conjecturis quisque posset inducere, nihil esset apud criticos adeo solidum, quod simili ratione everti non posset. Si Antelmus Prosperum Aquitanum aliunde probasset horum librorum auctorem; ad solvenda vel concilianda quæ opponuntur, hæc conjectura probabiliter afferri potuisset. At cum nihil efficax pro statuendo auctore S. Prospero Aquitano ab eo aliunde productum sit; hæc conjectatio, quæ unam hypothesim, & deinde alias plures valde difficiles inducit, nemini jure probabitur. Eo autem minus probabilis agnosceatur, si quis consideret animi constantiam, qua S. Prosper contra adversarios gratiæ fortiter & libere dimicavit. Etiam si daretur, eum in libro contra Collatorem indicasse, se ulterius non scripturum: num si nova occasio, vel necessitas novum opus postulasset, deesse poterat officio, vel notam aliquam metueret, si iterum aliquid produxisset in lucem? Num si voluisset se oculere, necesse erat non tam mutare stilum, quam se novitium scriptorem fingere? Nonne qui stilum consulto dissimulare conatur, illum in deterius, non autem in melius convertere solet? Hic autem contrarium accidisset: nam stilus librorum

Antelmii  
hypothe-  
sis rejecta.

*de Vocatione* stilo Prosperi nitidior, elegantior, & sublimior agnoscitur. Adde tandem quod verba capitis 22. contra Collatorem eam publicam & apertam promissionem abstinendi a scribendo, quæ præsumitur, nequaquam præferunt. Id enim unum innuunt, quod quamdiu adversarii non sunt a fraterna societate divisi, tolerandi sunt; & idcirco donec per Ecclesiæ Principes res componatur, nobis, inquit, erit studium, quieta modestaque patientia odiis dilectionem reddere, & ineptorum vitare conflictus, veritatem non deserere, nec cum falsitate certare: quibus non omnes, sed ineptas tantum disputationes se declinatuum indicare videtur.

## §. II.

*Refelluntur Quesnelli conjectationes, quibus S. Leonem horum librorum auctorem suadere studuit. De tempore hujus operis probabiliter conjicitur. De usu diversarum interpretationum sacrae Scripturae. Quam imbecille argumentum ex stili similitudine.*

IX. Sed age jam ad alteram Quesnellianæ Dissertationis partem accedamus, qua S. Leoni, antequam Pontificatum iniret, libri *de Vocatione* inaudita ante Quesnellum sententia tribuendi creduntur. Singula expendenda sunt. Omnia Leoni convenire probare nititur, ætatem, patriam, peculiarem quorundam Scripturæ locorum interpretationem, doctrinæ ac stili similitudinem.

De aucto-  
ris ætate. X. Quoad ætatem certum quidem est, hos libros fuisse lucubratos dudum post exortam Semipelagianorum controversiam, quæ cœpit an. 427. & editos ante Pontificatum Gelasii, qui eos ab *Ecclesiæ quodam magistro* scriptos memorat in Opusculo adversus Pelagianos, ac proinde ante an. 496. Porro Quesnellus veluti certum præsumit, eundem esse auctorem librorum *de Vocatione* ac epistolæ ad Demetriadem, quæ cum ætate Leonis ante ejus Pontificatum maxime congruunt. Id vero non ita est certum, uti creditur. Ex codicibus non leve præsidium suppeteret, ut eidem auctori utrumque opus vindicaretur, si in MSS. exemplaribus hæc duæ lucubrationes semper invenirentur unitæ. At non perinde evenit. Nam Olivarius editor Prosperi, qui MS. Camberonensi usus est in libris *de Vocatione*, epistolam ad Demetriadem in eo non invenit. Quesnello idipsum accidit in codice Thuaneo, & novissimo editori operum S. Prosperi in codice Joliensi, qui ad recensendos solos libros *de Vocatione* utiles fuere. Nos pariter in MSS. Vat. Palat. 236. sæculi IX. Vat. 558. sæculi XI. & alio Vat. 559. sæculi XV. nec non in Vat. Reginae 293. sæculi circiter XI. hos tantum libros, non autem epistolam ad Demetriadem reperimus. Quod si hanc una cum libris memoratis nacti sumus in tribus MSS. Vatt. 262. 268. & 281. in his duobus postremis codicibus, qui sunt vetustiores, subjicitur quidem libris *de Vocatione* Ambrosio adscriptis, at sine ullius auctoris mentione his verbis: *Incipit de vera humilitate ad sacram virginem Demetriadem*; in priori autem codice, qui est multo recentior, primo describuntur libri laudati sub Prosperi nomine, dein aliquot albis paginis interjectis sine ullo titulo ipsa epistola exorditur, adeo ut casu potius & per accidens subjecta credi possit, quam eo consilio ut eidem auctori tribuatur: unde in alio codice Vat. 284. hæc sola epistola sine libris *de Vocatione* Ambrosio inscripta legitur. Una stili similitudo pro eodem utriusque operis auctore adstruenda probare posset aliquid: quod tamen quam imbecillum sit argumentum ex inferius dicendis, ubi de stilo erit sermo, satis colligere licebit. Forte non deerunt qui censeant, Semipelagianorum concertationes post editos Prosperi libros conquievisse aliquandiu, etiam sub Pontificatu Leonis, qui sicut merus Diaconus Xistum III. extimulavit in Pelagianos, & jam Pontifex in eosdem suum zelum exercuit; ita non minus pugnasset adversus Semipelagianos, si isti sub ipsius Pontificatu, vel paullo ante doctrinam de divina gratia impetissent. Per hæc quidem tempora nullum aliunde suppetit ejusmodi disceptationis indicium; & solum post ejus obitum Fausto Episcopo eam revixisse liquet, & in causa quidem Lucidi Prædestinarianæ hæreseos notati adhibitum patet a nonnullis Semipelagiano sensu eum Paulli textum, *Deus vult omnes homines salvos fieri*, qui libris *de Vo-*  
catio-



catione occasionem dedit : unde hi libri per hoc tempus exarati videri queunt .

XI. Sed hoc prætermisso, esto Leoni coævus, vel etiam idem sit auctor librorum *de Vocatione* & epistolæ ad Demetriadem; non omnino tamen probavit Quesnellus Leonis patriam ei convenire. Quæ enim attulit, ut ipsum neget Africanum, quippe qui nec Augustinum umquam commendavit, nec in Africanæ Ecclesiæ monumentis ulla ratione laudatur, nec turgentem vel barbaram dictionem præfert Africanis ejus temporis, uti putat, communem, ita pluribus ex capitibus sunt infirma, ut nihil valde probabile statuere possint. Nihil magis evincunt quæ ad negandum eum Gallum ingessit ex silentio Gennadii, qui nec scriptores omnes sui temporis in Galliis degentes recensuit; unde omisit Edesium, Eusebium, Domnulum, ac Silvium, qui in vita S. Hilarii Arelatensis celebrantur. Italum & Romanum, seu Romæ educatum pronuntiare non dubitavit ex stili nitore ac elegantia, ac si nullus extra Urbem parem stilum potuerit acquirere. Inculcavit locum lib. 2. c. 33. ubi auctor scribit : *Alii barbari dum Romanis auxiliantur, quod in suis locis nosse non poterant, in nostris didicere regionibus, & ad sedes suas cum christianæ religionis institutione remearunt.* Verba in nostris didicere regionibus copulata cum illis dum Romanis auxiliantur, regionem auctori communem indicare videntur illam, in qua barbari, dum Romanis auxiliares essent, christianam religionem didicere. Porro si hic locus intelligendus esset de bello adversus Eugenium tyrannum a Theodosio gestum an. 394. ut Quesnellus conjecit; cum barbari Theodosii auxiliares accesserint usque ad Alpes Julias, ubi insignis victoria parta fuit; regio a Romano solo remota librorum auctori communis dicenda esset. Aliæ expeditiones eidem auctori proximiores, in quibus alii barbari Romanis opem tulere, sæculo v. plures fuerunt; at pleræque distantes ab Urbe, & in Galliis, ubi omnium celeberrima est illa sub Aetio an. 451. in qua Franci, Sarmatæ, Armoricani, Lyciani, Burgundiones, Saxones, Riparii, Ibriones, & Alani Romanis opitulati sunt. Ita nihil pro Romano Scriptore adstruendo ex hoc testimonio concludi potest; ut ipse Quesnellus pensavit, qui hoc argumentum Erasmo dilutius visum fuisse fatetur. Quod porro Romanæ Ecclesiæ principatum auctor commendat, non magis eum Italum vel Romanum probare potest, quam S. Prosperum Aquitanum, apud quem simile plane testimonium legitur in carmine *De Ingratis* vers. 40. & seqq. Gelasii verba, quibus istorum librorum auctor *Magister Ecclesiæ* vocatur, nihil pro Leone conficiunt; cum alius quispiam ex præstantia ipsius operis hoc titulo ornari potuerit. Immo hic locus potius contra Leonem non minimum valet. Si enim horum librorum auctor fuisset S. Leo, haud latuisset Gelasium, qui vel ipsum Pontificem, vel familiares ejus agnoverat, nec tam insignem decessorem suum hac formula *quidam Magister Ecclesiæ*, ubi maxime notanda est vox *quidam*; sed ex Romanorum Pontificum more eum vel proprio nomine, vel saltem prædecessorem suum appellasset.

XII. Majus sibi præsidium Quesnellus suppetere putat ex modo recitandi quædam testimonia sacre Scripturæ. Duo autem videntur præcipua, primum & ultimum: cetera enim quatuor aut quinque ab eodem allata, cum æque facile apud alios Scriptores inveniuntur, nihil peculiare pro Leone evincere queunt. Primum itaque est testimonium Job c. 14. v. 4. Hoc & lib. 1. *de Vocatione* c. 8. & apud S. Leonem ferm. 8. de Nativitate Domini recitatur ex Hieronymiana versione, quam ea ætate veluti Romanis peculiarem Quesnellus indicat. Deinde vero addit eundem textum etiam citari juxta versionem antiquam tum apud Leonem, tum in epistola ad Demetriadem, quam ab eodem auctore librorum *de Vocatione* lucubratam præsumit. Mirum in hoc textu tantam vim collocari. Si enim hic textus, qui & in libris *de Vocatione*, & in Leone invenitur juxta versionem S. Hieronymi, eosdem libros Leoni addendos probaret; multo magis probaret adjudicandos S. Prospero Aquitano, quippe qui ex Job, ac ex eadem versione non unicum, sed duos alios textus affert in libro contra Collatorem c. 15. al. 34. quales totidem verbis recitantur lib. 1. de Vocat. c. 14. & c. 22. Unus textus est ille Job c. 12. v. 10. *In cujus manu anima omnis viventis & spiritus universæ carnis hominis.* Alter

ibidem

Patria auctoris incerta.

De usu diversæ interpretationis sacre Scripturæ.

ibidem n. 13. *Apud ipsum sapientia & fortitudo: ipse habet consilium & intelligentiam.* Alios præterea versus Job ejusdem Hieronymianæ interpretationis ex Hebræo idem Prosper laudato capite describit; ac propterea hæc versio sæculo v. etiam aliis non Romanis usitata cognoscitur. Id autem præcipue accidit in libro Job, quippe antiqua ejus interpretatio, teste Hieronymo, scatebat erroribus, & septingentis ferme aut octingentis versibus carebat. Promiscuus porro utriusque versionis usus, quem Quæsnellus urget, quoad versionem Hieronymi elucet in recitandis testimoniis ex libro Job; quoad antiquam vero patet in ceteris aliorum sacrorum voluminum textibus, qui fere ex hac versione tum apud Leonem, tum in libris *de Vocatione* proferuntur: id ipsum autem contingit etiam Prospero, ut conferenti plura testimonia patebit. Quod vero Quæsnellus maxime inculcat de utriusque versionis usu in memorato versu Job c. 14. tum apud Leonem, tum in epist. ad Demetriadem, in Observationibus ad quartam Dissertationem, quæ circa hujus epistolæ auctorem vertitur, expendetur luculenter, & quam inane sit hoc argumentum, ex duobus aliis non Romanis, at Leoni coævīs scriptoribus eundem versum similiter recitantibus palam fiet.

XIII. Alterum testimonium, & maxime notandum sumit Quæsnellus ex Luca cap. 22. v. 31. & 32. *Simon, Simon, ecce satanas postulavit, ut vos cerneret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos: & roga ne intretis in tentationem.* Hunc autem textum & Leo Serm. 3. nunc 4. in anniversario assumptionis suæ c. 3. & auctor librorum de Vocatione lib. 1. c. 24. & lib. 2. c. 28. eodem peculiari modo recitant. Non dissimulat Quæsnellus hoc idem testimonium proferri etiam a Prospero duobus in locis; at non eadem omnino lectione, inquit: nam in epistola ad Rufinum non habetur *cerneret*, sed *cribraret*; in libro autem contra Collatorem c. 35. nunc 15. ultima verba omittuntur: *Et roga, ne intretis in tentationem*: quo tamen loco prætermittuntur etiam illa: *Et tu tandem conversus confirma fratres tuos*: quæ omisio varianti lectioni tribui non poterat. Majorem vero lectionis varietatem a lectione librorum *de Vocatione* in Leone, quam in Prospero deprehendimus; ut mirum maxime sit lectionem veluti æqualem a Quæsnello affirmari. Mittimus aliquos codices sermone allegato habere *cribraret* pro *cerneret*; sicut ex omnium codicum, quos vidimus, fide habetur *cribraret* in alio ejusdem Pontificis serm. 83. de Natali SS. Petri & Pauli, quem perperam Quæsnellus in Appendicem rejecerat. Hic solum notare liceat, verbum *cribraret* similiter legi in antiquissimo Vercellensis Ecclesiæ MS. Evangeliariorum novissime edito, quod veterem interpretationem exhibet: unde hæc lectio veluti adulterata, seu ad vulgatam lectionem emendata a Quæsnello traduci non debuit. Cur vero hac una variante indicata, is alias certiores silentio præterivit? Primo apud Leonem etiam in Quæsnelliana editione legitur *expostulavit*, dein *aliquando* pro *tandem*. Demum (quod præcipuum est) omittitur *& roga*, seu *& rogate*, uti in libris de Vocatione ex codicibus emendavimus. Itaque lectio Prosperi magis congruit lectioni librorum de Vocatione, quam Leonis lectio. Quo igitur jure ex hoc textu tanta similitudo ingeritur, quæ Leonem potius quam Prosperum eorum librorum auctorem adstruat? Hic vero animadvertendum potius est, hunc textum evangelicum a diversis auctoribus recitari cum quodam additamento in fine, quod nec in vulgata, nec in Græco legitur, at reperitur in quatuor MSS. Evangeliariorum vetustissimis editionis antiquæ, uti adnot. 22. in serm. 4. S. Leonis observavimus. Hinc autem cognoscere licet, infirmum & imbecille prorsus esse argumentum, quod ex simili quorundam sacrorum testimoniorum interpretatione elicitur, ut hic potius, quam ille statuatur alicujus anonymi opusculi auctor. Cum enim plures illis, vel aliis similibus Evangeliariorum uterentur, eadem lectio ac versio apud plures inveniri potest.

De similitudine doctrinæ.

XIV. Doctrinæ similitudo in materia divinæ gratiæ quoad auxilia generalia inter Leonem & libros de Vocatione, quam num. 20. Quæsnellus proponit, id unum potest evincere, eos libros non repugnare Leoni, non vero Leonis etiam esse convincit. Sane doctrinam hac in re similem idem Quæsnellus fatetur in Prospero, ubi objectionibus respondet; nec idcirco Prosperum auctorem judicat.

dicat. Solum peculiare quidam loquendi modi, qui in memoratis libris occurrunt, cum Leoninis formulis convenire videri possunt: unde in his potissimum Quesnellus insistit, & voces similes majusculis litteris designat. At præterquam quod voces & locutiones fere similes etiam in Prospero notavit Antelmus; id ad generalem stili rationem pertinet, quam mox enucleatius expenduri sumus. Unum vero hic addam, in libris de *Vocatione* vocem *gratiæ* quandoque attribui, ut n. 5. monuimus, generalibus Dei auxiliis etiam extrinsecis. Id autem in Leone nequaquam invenies, ut ex iis ipsis locis, quæ a Quesnello recitantur, perspicere licet. Ceteræ quarundam sententiarum similitudines de S. Petri prærogativis, quid probare queunt, cum omnibus catholicis eadem doctrina fuerit? Modus autem hujus doctrinæ exprimendæ, qui apud Leonem & in libris de *Vocatione* nonnullibi invenitur similis, ad dictionem ac stilum pariter revocatur: ex quibus sane Quesnellus afferre aliquid potuit, quod nonnullos moverit: unde in hoc argumento latius immoratus, pluribus parallelis & animadversionibus aliquot numeros digessit.

XV. Hoc autem argumentum ut exactius expendatur, duo in stilo distinguenda sunt, voces, & syntaxis seu totus dicendi character. Parallela testimonia a Quesnello allata fere sunt aliquot vocum similium, cujusmodi item in Prospero pluribus tabulis non paucas exhibuit Antelmus: nec facile inveniuntur duo auctores de eadem re differentes, qui aliquando sicut in sententiis, ita & in aliquot vocibus ad eandem rem pertinentibus haudquaquam convenient, & iisdem loquendi formulis non utantur. Si quis eadem diligentia, qua Quesnellus, alios Patres similia tractantes legerit; nihil ambigimus, quin plura fortassis ejusdem generis parallela, pluresque conformes voces formulasque reperiat. Frustra vero hic labor cedit, cum non solæ voces, quibus idem sensus exprimitur, stilum designent atque distinguant. Complexus & character totius sermonis præcipue considerandus est. Quesnellus quidem num. 15. profitetur, sibi haud fuisse difficile hoc judicium ferre, quippe cui S. Leonis scripta editionis causa sæpe sæpius relegenti, familiarissima facta est phrasis Leonina totiusque dicendi character. At cum Leoni attribuerit sermonem de Cathedra S. Petri ob quasdam voces similes, quem ex complexu totius dictionis ac ex quibusdam etiam vocibus a Leone alienissimum in Admonitione ostendimus; veremur, ne pari præjudicio minus recte judicaverit de stilo librorum de *Vocatione*, eademque facilitate eisdem Leoni tribuisse. Enim vero non inficiabimur, plura loca in his libris occurrere, quæ Leoninæ syntaxi ac numero maxime congruunt. Sed ad eundem stilum probandum loca aliquot hinc & hinc excerpta nequaquam sufficiunt; quando alia loca occurrant, quæ dictionem ac stilum, seu characterem omnino dissimilem ac diversum referunt. Semper enim Leonis stilus sibi constans, æque numerosus, æque perspicuus in omnibus ejus operibus invenitur. At in libris de *Vocatione* nonnulla ab illa syntaxi & numero nimium remota, & languide aut durius desinentia in aures Leoninæ rationi assuetas statim incurrunt, quæ Leonem non sapiunt. Perspicuitas vero, quæ in nostro Pontifice potissima & constantissima prærogativa est, aliquot in locis eorundem librorum aperte desideratur. Longiores quædam periodi, aliquot particulis ac sensibus complicatæ expendantur, ac præsertim illa, ex qua una constat integrum cap. 19. libri 2. & num. Leonem similiter scripsisse credibile sit, quisque in hujus operibus versatus facile intelliget. Adde quasdam allegorias longiori sensu productas, quæ a Leonis consuetudine abhorrent; qualis inter ceteras est illa lib. 2. c. 11. *Qui autem istarum aquarum dulcedinem nesciunt, & adhuc de mundi hujus torrentibus bibunt, aut etiam si aliquid primoribus labris de vitæ fonte gustaverunt, inebriati tamen aureo Babylonis calice delectantur* &c. nec non illa cap. 23. epistolæ ad Demetriadem (ut de hac quoque aliquid attingamus: ) *Implet igitur Spiritus Sanctus organum suum, & tamquam fila chordarum tangit digitus Dei corda Sanctorum*. Tandem istorum stilus librorum plenior & nonnumquam turgidior, epithetis & comatibus frequentior est, quam in Leone deprehenditur. Hæc omnia si stilum ab hoc Pontifice alienum non omnino evidentem demonstrant; satis tamen dubitationis injiciunt, ut Leonis stilus in his libris ineffe haud certo credatur. Cumque evenire perfacile potuerit, ut nonnulli tunc temporis & Romæ, & aliis in locis

Dissert. 3.  
p. 137. &  
138.

Stili similitudo expensa.  
Duo in stilo distinguenda.

Character totius sermonis præcipue considerandus.

Append. ferm. 14.

exstiterint, quorum scribendi ratio non modicum conveniret; ex mera stili similitudine, quæcumque prætendatur inter stilum Leonis & librorum de Vocatione, nihil certi elici potest, ut eidem Pontifici adjudicentur. Ceteræ Quesnelli conjectationes, quas stili fundamento satis infirmo superstructas, recte cum Caveo ad an. 440. *conjecturarum potius, quam argumentorum agmen* vocare licet, nullam distinctam responsionem efflagitant. Quæ autem nos in Admonitione ipsis libris præmissa ex pluribus ac potioribus MSS. animadvertimus ad auctorem aliqua ratione statuendum, quanti facienda sint, quisque prudens judicabit.

## §. III.

*Aliquot Quesnelli loca excutiuntur. Auctor librorum de Vocatione omnium gentium admittit generalem gratiam non solum externam, sed etiam internam, cui & posse resisti, & multos resistere docet. Quatenus sufficientem adstruat. De morte Christi pro omnibus Leonis doctrina. S. Remigii sententia explicatur.*

XVI. Exactis iis, quæ ad præcipuum caput controversiæ de auctore horum librorum pertinent, Quesnellus nonnullis objectionibus respondet, quibus eorundem librorum doctrinam a doctrina S. Prosperi dissidere Card. Norisius contenderat. Illius autem multum intererat consensionem doctrinæ statuere, ne S. Leo, quem librorum auctorem præferebat, aliter docuisse crederetur in materia gratiæ, quam Prosper Augustinianæ doctrinæ tenacissimus docuit. Nobis vero, qui non minus a S. Prospero, quam a S. Leone hos libros abjudicavimus, etsi in propositum nostrum hæc disputatio non æque necessaria sit; cum tamen ille in responsionibus nonnulla inseruerit, quæ a mente auctoris, quicumque sit, omnino dissident, & nonnumquam etiam in damnatarum propositionum sensum detorqueri queunt; aliquot observationes subnectendas putavimus.

Opinio  
Quesn. de  
sola gratia  
generali  
externa ab  
auctore ad-  
missa.

XVII. In responsione ad primam objectionem Quesnellus affirmat, auctorem librorum de Vocatione *in locis, ubi gratiam Dei omnibus datam asserit, per eam intelligere exteriora & naturalia Dei dona, quæ omnibus promiscue exposita sunt, aliquando Mosaica legis documenta, nonnumquam etiam sancti Evangelii prædicationem, quæ nulli hominum conditioni denegatur.* Ita solam gratiam externam omnibus hominibus communem ab auctore assertam tradit, non autem internam. Verum non desunt Theologi celebres etiam Thomistæ, quibus hoc falsum visum est: unde probaturi, omnibus hominibus adultis saltem aliquando conferri gratiam aliquam sufficientem internam, potiora testimonia ex hisce libris afferunt. Nonnullis quidem in locis *gratiæ* nomine sola externa auxilia hic auctor significavit. At non hæc sola omnibus communia asseruit: alicubi enim communem etiam docuit gratiam internam. Explorata inter cetera sunt illa lib. 2. c. 23. *Sicut autem circa majores ( idest adultos ) præter illam GENERALEM GRATIAM parcius atque OCCULTIUS OMNIUM HOMINUM CORDA PULSANTEM, excellentiore opere, largiore munere, potentiore virtute vocatio specialis exeritur &c.* Hæc gratia, quæ occultius corda pulsant, profecto interior est, ipso etiam fatente Quesnello, qui in eadem responsione ad primam objectionem explicans aliud auctoris testimonium, voces *sive occulte* ita interpretatur: *hoc est sive per gratiam occultam & internam.* Et nihilominus hanc internam gratiam generalem & omnium hominum corda pulsantem idem auctor tradidit. Hanc eandem gratiam eum pariter indicasse iidem Theologi putant, cum cap. 15. scripsit: *Adhibita enim semper est universis hominibus quædam supernæ mensura doctrinæ, quæ etsi parcius occultiorisque gratiæ fuit, suffecit tamen, sicut Dominus judicavit, quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium.* Voces *parcius occultiorisque gratiæ* plane congruunt ante recitatis ex cap. 23. *gratiam parcius atque occultius corda pulsantem,* quam & generalem, & internam auctor professus est. Non ergo doctrinam mere externam universis etiam gentilibus communem *gratiæ* nomine hoc secundo testimonio auctor intelligit, sed doctrinam cum aliqua *parciori* quidem, at *occultiori* & interna gratia conjunctam, quæ  
*omnium*

Refellit.  
Auctor ad-  
mittit ge-  
neralem  
gratiam  
interiorem  
omnibus  
collatam.

omnium hominum non solum mentem illuminet, verum etiam corda pulset: ac propterea nihil mirum, si docuit hanc suffecisse quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium, quin sufficientiam exterioribus tantum auxiliis tribuerit, quod Pelagianum fuisset, & ab ipsius auctoris principiis maxime alienum.

XVIII. Neque huic doctrinae opponuntur illa, quae Quesnellus ex iisdem libris sub finem laudatae responsionis obrudit. Praecipuus textus est ille ex lib. 1. c. 13. *Quod aliquos, sicut videmus accidere, salvantis gratia praeterierit, & pro eis oratio Ecclesiae recepta non fuerit, ad occulta divinae iustitiae iudicia referendum est.* Hic enim gratiam salvantem significare gratiam quae reipsa & cum effectu salvat, ex antecedentibus palam elicitur: ad eam siquidem orationem Ecclesiae haec verba referuntur, de qua capite praecedenti auctor dixerat: *Quid autem pro istis (paganis, Judaeis, haereticis, & schismaticis) petit, nisi ut relictis erroribus suis convertantur ad Deum?* &c. additque agendas gratias Deo pro his, qui salvi facti sunt. Speremus etiam eos, qui nec dum illuminati sunt, eodem divinae gratiae opere eximendos de potestate tenebrarum, & in regnum Dei, priusquam de hac vita exeant, transferendos. Et post haec statim objectus textus subjicitur: *Quod si aliquos, sicut videmus accidere, salvantis gratia praeterierit &c. ubi gratiam indicat, quae reipsa eximat de potestate tenebrarum, & in regnum Dei transferat.* Eiusdem generis sunt reliqua, quae obijciuntur testimonia, ut consideranti patebit. Nam cap. 25. lib. 1. auctor de iis loquitur, qui sunt attracti; & lib. 2. c. 19. dum eos memorat, qui exortes gratiae fuerint, gratiam specialem intelligit, cujus antea meminerat, quamque non omnibus communem saepe tradit. Quod si lib. 2. c. 3. admittit incognoscibiles illuminationum dilationes, inter quas utique multi in infidelitate deficiunt; quae verba Quesnellus in postilla marginali interpretatus est *incognoscibiles dilationes gratiae*: non de suspensa & negata multis gentilibus omni gratia interna, quae alibi omnibus data affirmatur, ibidem sermo est; sed de dilata aliquandiu evangelicae praedicationis & vocationis gratia, ut ex contextu manifestum fiet.

Solum alibi negat generalem gratiam quae actu salvat.

XIX. Hac autem occasione, qua meminimus de interiori gratia omnibus concessa, quam suffecisse quibusdam ad remedium auctor tradidit, liceat considerare alium ejusdem scriptoris locum ex lib. 2. c. 13. ubi haec leguntur: *Cum ergo talia ad Cain loqueretur Deus, numquid ambiguum est voluisse eum, & quantum ad medendi modum sufficiebat, egisse, ut Cain ab illo impietatis furrore respiceret?* Notanda praesertim verba, *quantum ad medendi modum sufficiebat.* Hic Quesnellus ex ante vulgatis Prosperii editionibus inseruit vocem *illum* sic: *quantum ad illum medendi modum*; & postquam notavit: *Vox illum non legitur in cod. MS. Thuan. neque in ullis operum S. Ambrosii editionibus, quibus libri de Vocatione gentium inserti sunt*; hoc prolixum commentarium, seu potius commentum in eadem notatione subiecit. „ Quid tamen discriminis in sensu hujus sententiae gignat haec lectionis varietas, fateor me non assequi. Unum porro certissimum video, hanc sufficientiam, de qua hic sermo est, nullo modo ad illam pertinere sufficientiam gratiae interioris Christi Salvatoris, de qua tanta animorum contentione, tantoque aestu digladiantur hodierni Theologi. Immo vero cuivis aequo animo seriem hujus capituli perlegenti perspicuum fiet, non aliam ob causam auctorem nostrum hanc clausulam adjecisse, quam ne lectores incauti ad sufficientem interioris gratiae operationem animum adverterent: & ut potius monerentur sufficientiam illam de alio medendi modo non esse intelligendam, quam de quo per totum caput actum erat. In quo & a gratiae, auxilii, opitulationis, adjutorii, & misericordiae nominibus ex consilio abstinuit, sola eruditionis, bonitatis, patientiae, & consilii ivocabula usurpans: & revera ostendit *illum medendi modum* eum solum fuisse qui exhortationibus, consiliis, & correptionibus coercetur: quibus *Cain sancti fratris meritis invidentem, caedemque ejus parricidali corde meditantem dignatus est Dominus paterno mitigare consilio.* Sed Cain & divina voce admoneri potuit, & mutari non potuit: quia exigente culpa malitiae, jam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad testimonium verba faciebat. Necesse est enim ut Spiritus sanctus operetur intrinsecus, ut valeat aliquid medicina, quae adhibetur extrinsecus. Alioquin etiamsi Deus ipse utens creatura sibi subdita in aliqua specie humana sen-

De gratia Cain collata.

Quesnellus exterram interpretatur.

S. Gregor. l. 11. Moral. c. 2.

S. August. de civit. Dei l. 15. c. 6.

„*sus alloquatur humanos, nec interiore gratia mentem regat atque agat, nihil prodest homini omnis prædicatio veritatis. Et revera cum Deus locutus esset ad Cain, eo modo quo primis hominibus per creaturam subjectam, vel ut eorum socius, forma congrua loquebatur, quid ei profuit? Nonne conceptum scelus in necando fratre etiam post verbum divinæ admonitionis implevit? Quod beneficium licet obdurato nihil remedii & emendationis attulerit, probat tamen aversionem ejus non divinæ fuisse constitutionis, sed propriæ voluntatis: quemadmodum iisdem verbis de Parricidæ illius posteris, loquitur auctor noster in fine hujusce capituli.*“ Tam longo circuitu id (ut paucis dicamus.) Quesnellus insinuat, eam clausulam, *quantum ad medendi modum sufficiebat*, non referri ad interiorem gratiam, qua Cain a Deo in pœnam suæ malitiæ exutum probat ex testimonio S. Gregorii, sed ad exteriora tantum exhortationum, consiliorum, & correptionum auxilia, quæ sine interiori gratia non valere ad medendum, Augustini auctoritate confirmat. Ita nullam interiorem, sed exteriorem tantum gratiam Cain a Deo collatam ex auctoris sententia existimat.

XX. Si auctor solius correctionis externæ mentionem faciens, abstinuisset ab ea formula, quæ *sufficientem medendi modum præfert*; dubium esse posset, num interiorem gratiam in pœnam peccati a Cain subductam putarit, uti alii quidem Patres tradidere. At adjectis illis vocibus, quæ *sufficientiam* adstruunt, hæc omnis interioris gratiæ subtractio nec a catholico Doctore, nec ab auctore librorum, *Ecclesiæ*, uti vocavit Gelasius, *Magistro*, indicari aut intelligi potuit. *Sufficientiam enim ad salutem largiri exteriori gratiæ non est nisi hominis Pelagiana lue infecti*, uti Quesnellus prodidit in responsione ad primam objectionem. Auctor quoque librorum de Vocatione, quem a Pelagiana sententia alienum idem Quesnellus ostendit, lib. 1. cap. 8. & alibi gratiæ interioris necessitatem, ut valeat quod exterius prædicatur, ex Augustini doctrina tradidit, eandemque internam gratiam agere *in omni genere medendi* confessus est lib. 2. cap. 26. Cum ergo scripsit, Deum in corripendo Cain *voluisse, & quantum ad medendi modum sufficiebat, egisse ... ut resipisceret*; non aliter potuit scribere *sufficiebat*, nisi quatenus una cum correptione Dei externa aliquam interiorem gratiam Cain collatam crederet, quæ *quantum ad medendi modum sufficiebat*, si ille pertinaciter non restitisset: unde mox in pertinaciam ejus causam rejiciens subdidit: *Sed malitia pertinax inde facta est inexcusabilior, unde debuit esse correctior*. Ita porro hic locus mirifice cœcinat cum alio textu antea explicato, quo auctor exteriora Dei auxilia omnibus concessa cum aliqua interiori gratia *parcius atque occultius omnium hominum corda pulsante conjuncta*, lib. 2. c. 15. affirmavit *suffecisse quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium*. Illis nimirum, qui secuti sunt gratiæ impulsus, hæc suffecit ad remedium, ceteris vero omnibus, qui restiterunt, in testimonium erit eorum pertinaciæ atque nequitix. Hanc genuinam quidem esse hujus loci interpretationem ex antecedentibus liquet. Auctor enim in fine capituli 14. affirmaverat: *Neque ob hoc excusabiles sunt nationes, quæ alienatæ a conversatione Israel ... perierunt: quia hæc abundantia gratiæ, quæ nunc universum mundum rigat, pari ante largitate non fluxit*. Hujus autem propositionis rationem statim affert initio capituli 15. *Adhibita enim semper est universis hominibus quedam supernæ mensura doctrinæ, quæ etsi parcius occultiorisque gratiæ fuit, suffecit tamen, sicut Deus judicavit, quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium: & idcirco qui perierunt, inexcusabiles sunt*. Hæc pro explicando germano auctoris sensu dicta sunt. Utrum vero hæc ejus doctrina de gratia generali etiam interna omnibus quantumvis perversis & infidelibus adhibita discrepet nec ne a doctrina S. Prosperi Aquitani, non est hic opus inquirere ac definire. Si autem discrepare credatur; multo magis hinc confirmabitur, hosce libros S. Prospero tribui non posse.

XXI. Hic porro non est progrediendum ulterius, nisi prius alia quadam ratione considerentur illa recitata Quesnellianæ notationis verba in cap. 13. lib. 2. *Unum porro certissimum, hanc sufficientiam, de qua hic sermo est, nullo modo ad illam pertinere sufficientiam gratiæ interioris Christi Salvatoris, de qua tanta animorum contentione tantoque æstu digladiantur hodierni Theologi &c.* qui-

De Vocat.  
gent. l. 2.  
c. 13.

Auctor ad-  
misit et-  
iam inter-  
nam.

Gelas.  
tract. ad-  
vers. Pela-  
gianos t. 5.  
Concil.  
Ven. edit.  
p. 374.

Quesnelli  
notatio, &  
postille ex-  
euntur.

quibus Quesnellus non tam videtur sollicitus in neganda Cain gratia interna, quam in subtrahendo hoc auctore a Theologis defendentibus gratiam internam sufficientem, cui scilicet resistitur: unde prosequitur monens, sufficientiam ab auctore admissam, non in internis gratiæ auxiliis, sed in externis collocari. Fortassis etiam dubitabunt nonnulli, an hoc eodem consilio in postillis marginalibus huic operi appositis non solum laudaverit potentiam & efficaciam gratiæ, scribens initio capitis 26. lib. 2. *Gratiæ officium & efficacia*, & similiter in cap. 7. epistolæ ad Demetriadem: *Potens Dei operatio gratia*, quibus sola efficax gratia indicatur; verum etiam ad cap. 15. lib. 2. notaverit: *Deus dat gratiam, quæ superari non possit*; & iterum ad cap. 33. ejusdem libri: *Nihil obsistere gratiæ Dei potest*. Quæ propositiones nulla limitatione explicatæ, facile trahi possunt in propositionem Jansenianam ab Ecclesia damnatam: *Interiori gratiæ numquam resistitur*: nec non in propos. 10. ejusdem Quesnelli proscriptam in Constitutione *Unigenitus*: *Gratia est operatio manus omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest aut retardare*: & in prop. 13. *Quando Deus vult animam salvam facere, & eam tangit interiori gratiæ suæ manu, nulla voluntas humana ei resistit*.

XXII. Ab hac autem damnata sententia quantum abhorreat auctor librorum de Vocatione, plura ejus testimonia ostendunt, quibus nullam postillam a Quesnello affixam invenimus. Notavit quidem alicubi auxiliorum exteriorum insufficientiam; & potestatem etiam dissentendi *sub gratia efficaci* aliqua ratione notavit in cap. 28. lib. 2. his verbis: *Potestas dissentendi quomodo manet sub gratia efficaci*: nullibi autem aperte indicavit dissensum ac resistantiam gratiæ internæ, etiamsi nonnulla loca hanc expresse commemorent. Perspicuum est testimonium ejus capitis 26. lib. 2. ubi Quesnellus adnotavit: *Gratiæ officium & efficacia*. Postquam enim auctor affirmavit, *abundantiorem gratiam ita esse benignam*, vel ( ut ille legit ) *potentem, ut nullo modo arbitremur esse violentam*; descriptis variis ejusdem gratiæ etiam internis opitulandi modis, subdit: *Quæ opitulatio per innumeros modos sive occultos, sive manifestos omnibus adhibetur: & quod a multis refutatur, ipsorum nequitia est; quod autem a multis suscipitur, & gratiæ est divinæ, & voluntatis humanæ*. Verba a multis refutatur opitulatio gratiæ adhibita modis innumeris non solum manifestis, & externis, sed etiam occultis, idest interioribus, resistantiam utique gratiæ etiam internæ palam declarant. His concinunt illa cap. 28. ejusdem libri in fine. *Diversis atque innumeris modis omnes homines vult Deus salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire; sed qui veniunt, Dei auxilio diriguntur; qui non veniunt, sua pertinacia reluctantur*. Modi innumeri, quibus multi pertinaciter reluctantur, sunt illi non tam manifesti & exteriores, quam occultis & interiores, de quibus in præmissis textu sermo fuit.

Auctor admittit gratiæ etiam internæ posse resisti, & multos resistere.

XXIII. Et ne quis cavilletur, his duobus in locis verba *refutatur, & reluctantur* non referri nisi ad modos gratiæ *manifestos* seu extrinsecos, quos sub particula disjunctiva auctor proposuit; recole & confer invicem duos textus paullo ante descriptos: & de modis gratiæ etiam *occultis* & internis ea verba ex auctoris mente accipienda manifeste perspicies. Primus textus ex cap. 23. lib. 2. ubi *generalis gratia parcius & occultius omnium hominum corda pulsans* adstruitur, internam utique gratiam ipso Quesnello interpretante evidenter designat. Alter vero textus ex cap. 15. ubi memoratur *parcior & occultior gratia*, idest interior, quæ *suffecit quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium*, eos distinguit, qui eidem gratiæ assensere, vel resistere. De eadem enim gratia *omnium hominum corda pulsante* seu interna dicitur, quod *quibusdam* ( non omnibus ) *suffecit ad remedium*, idque assentientes & obsequentes respicit; *omnibus* autem, etiam non utentibus ad remedium, *ad testimonium* profutura traditur, quod ad resistentes potissimum pertinet, *qui sua pertinacia reluctantur*. Tandem in textu de Cain, qui huic observationi occasionem dedit, divinam correctionem, cui ille resistit, ex hujus auctoris mente non fuisse expertem omni gratia interna, quæ *ad medendi modum sufficeret*, demonstrasse nobis videtur. Itaque ad gratiam vere interioriorem, cui plures resistunt, quamque Theologi *sufficientem* appellare solent, adstruendam omnia conspirant. Illa autem duo loca cap. 15. & 33. libri secundi, quibus adnotavit

Duo loca objecta explicantur.

Quesnellus, *divinam gratiam superari non posse*, vel eidem *nihil posse obfistere*, haudquaquam repugnant. Neutro enim in loco Auctor agit de illa potestate intrinseca, qua quis interiori gratiæ sibi collatæ resistere potest, atque nonnullos resistere confessus est; sed agit de vi externa, quæ ad rem præsentem nihilum spectat: eamque exterius admotam interiori gratiæ, quam Deus inspiravit, resistere non potuisse pronuntiat. Enimvero priori textu auctor loquens de martyribus, *Ille ignis dilectionis*, inquit, *quem in cordibus fidelium Spiritus Sanctus accenderit, nullo modo ab opprimentibus posset extinguui; cum & qui cruciabantur, vehementius inardescerent* &c. Posteriori autem textu differens de bellicis tumultibus, quorum occasione aliqui barbari Romanorum auxiliares ad fidem accedere, opus divinæ gratiæ his externis tumultibus impediri non potuisse notavit his verbis. *Ita nihil obfistere divinæ gratiæ potest, quominus id quod voluerit, impleatur; dum etiam discordiæ ad unitatem trahunt, & plagæ in remedia vertuntur, ut Ecclesia unde metuit periculum, inde sumat augmentum.*

XXIV. Commendat porro idem auctor variis in locis gratiæ potentiam & efficaciam, qua Deus obtinet quidquid efficaciter vult; nulpnam vero illam generalem & indefinitam propositionem scripsit: *Quod Deus vult nos velle, hoc volumus*, quam Quesnellus in margine affixit ad ea auctoris verba lib. 2. c. 27. *Qui ergo veniunt (ad fidem) amore ducuntur: dilecti enim sunt, & dilexerunt; quæsi sunt, & quæsierunt; & quod eos voluit Deus velle, voluerunt.* De iis enim loquitur, qui cum reipsa ad fidem venerint, id voluerunt quod eos voluit Deus velle. De iis loquitur, qui efficaci Dei voluntate ad fidem pervenerunt, in quorum cordibus largioribus & efficacibus donis Deus hoc egit ut crederent, hoc effecit ut vellent, quemadmodum dixerat paulo ante: non autem de omnibus loquitur, quos cum Deus velit salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire, ut idem auctor toto opere ostendit, vult etiam omnes ad fidem accedere, omnibusque opitulationem gratiæ modis innumeris partim manifestis, partim occultis & internis adhibet, ut ex recitatis testimoniis vidimus; sed non omnes idcirco volunt, quia Dei voluntati & opitulationi gratiæ etiam internæ resistunt, atque dissentiunt: de quibus proinde auctor ibidem tradidit: *Neque accedunt qui dissentiunt (Deo utique volenti & auxilianti,) sed recedunt.*

XXV. Verum in hanc pariter propositionem, *Deus vult omnes homines salvos fieri*, in quam recidit doctrina catholica de morte Christi pro omnibus, animadvertenda est quinta præmissæ Quesnelli dissertationis *objectio ex modo explicandi quæstionem de morte Christi*. Indicantur autem ibidem quædam S. Leonis testimonia, in quibus perinde ac si aliquid ab Augustini doctrina alienum, nec cum libris de Vocatione consentiens videri possit, quo sensu ea interpretanda sint, Quesnellus explicare studet; & ne quid ex sua mente credatur proferre, prolixo S. Remigii Archiepiscopi Lugdunensis textu utitur. Hæ autem objectio & responsio magnam nobis admirationem injecerunt. Leonis enim testimonia, quæ, ne male intelligerentur, Quesnellus explicanda censuit, scilicet de oratione & morte Christi pro omnibus, ne iis quidem exceptis, qui non salvantur; ipso obvio verborum sensu non aliam doctrinam præferunt nisi eam, quam cum S. Augustino concinentem Tridentina Synodus approbavit & docuit sess. 6. c. 3. inquit: *Etsi ille (Christus) pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt; sed ii dumtaxat, quibus meritum passionis ejus communicatur.* Remigii autem verba & sententiæ, quibus Leonem explicandum Quesnellus putavit, adeo sunt involuta & ambigua, ut in pravum sensum laudatæ Tridentini doctrinæ oppositum, & quintæ Jansenianæ propositioni faventem detorqueri queant: unde Jansenistæ in sui erroris patrocinium hos præsertim & alios similes Remigii textus obrudunt, quos ut catholici Theologi ab iisdem eripiant, ex totius Remigiani operis scopo aliisque ejusdem locis interpretari student in sententiam, quæ reipsa ad obvium Leonis sensum redeat, & cum Tridentino dogmate concilietur; ita ut solis verbis alia intentione prolatis Remigius ab eodem sensu, objectis textibus videatur discedere. Mirum itaque accidit, quod Quesnellus metuerit, ne Leonis testimonia,

quæ

Alia Quesnelli postilla expenditur.

De morte Christi pro omnibus.

Leonis doctrina quam fana & obvia.

Explicatio Quesnelli ex Remigio notatur.



quæ sanum & catholicum sensum palam exhibent, perperam intelligantur, nisi aliqua interpretatione explanentur; sed multo magis mirati sumus, quod sine ullo periculi metu ea explicanda crediderit, prolixis Remigii verbis, quæ nisi caute accipiantur & explicentur, in pravam & damnatam doctrinam distrahi queunt, nec ullum tamen periculi aut interpretationis indicium subjecerit. Num per hæc præcludere voluit propositionibus 30. & 32. Jansenianæ thesi affnibus & damnatis in Constitutione *Unigenitus*, quibus Christus pro solis electis, qui reipsa salvantur, mortuus innuitur?

XXVI. Aperte autem S. Leo serm. 1. de Nativitate cap. 1. nullum, qui peccato aliquo tenetur, ac proinde nullum etiam inter reprobos, ab intentione Christi redemptoris exceptum tradit. *Sicut nullum a reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus venit.* Ipsa ejus testimonia, quæ a Remigio proferuntur, Christum omnium, etiam Judæ, ac Judæorum, qui eum crucifixerunt, nemine excepto, redemptorem testantur, ac pro ipsis eundem orasse affirmant; etsi non omnibus hæc redemptio & oratio profuerint, eo quod non omnes ad Deum converti & pœnitere voluerunt. Ita etiam Augustinus (ne ab ejus doctrina Leo discessisse videatur) tract. 4. in Joannem eorum etiam crucifixorum, qui damnati fuere, Christum salvatorem prodidit his verbis num. 1. *Crucifixerunt Salvatorem SUUM, & fecerunt damnatorem suum.* Et de Juda in psal. 68. serm. 2. n. 11. *Projecit pretium argenti, quo ab illo Dominus venditus erat, nec agnovit pretium, quo IPSE a Domino redemptus erat.* Et de generali oratione Christi serm. 382. qui Augustino tribuitur, num. 2. *Quando in cruce pendens orabat, videbat & prævidebat omnes inimicos; sed multos ex illis futuros amicos prævidebat; & ideo omnibus (non inquit multis) veniam postulabat.*

XXVII. Cum vero S. Remigius S. Leonis testimonia explicat de solis electis, qui actu redempti fuerunt; palam loquitur de redemptione & oratione Christi, quoad efficaciam ex voluntate absoluta & efficaci, non vero quoad sufficientiam redemptionis præparatæ & exhibitæ omnibus voluntate antecedenti, quam eum agnoscere indicant illa de Juda: *Vere etiam ipsius Redemptor fieret, si ab eo etiam post tantum reatum pie & fideliter indulgentiam posceret.* Hæc enim verba sicut demonstrant, *Redemptoris* nomen Christo attribui in sensu actualis effectus quoad efficaciam; ita satis innuunt, idem nomen eidem non negari quoad sufficientiam, cum concedatur, ejus redemptionem potuisse prodesse etiam Judæ, si pœnituisset; isti autem ea indicatur inutilis non ex insufficientia & defectu ipsius redemptionis, aut voluntatis Christi, quem cap. 12. professus est nolle mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat (hæc a Theologis antecedens & generalis voluntas dicitur, quæ tamen non est pro omnibus efficax) sed ex ipsius Judæ defectu, qui potuisset, uti cum Leone fatetur, *consequi remedium, si non festinasset ad laqueum.* Patet igitur Remigium admisisse ex voluntate antecedenti redemptionem generalem sufficientem pro omnibus, & solum redemptionem actu efficacem ad eos restrinxisse, quibus meritum passionis actu communicatur. Hinc cap. 20. eorum Patrum sententiam, *si qui etiam pro impiis in sua impietate permansuris Dominum crucifixum dicant, se se non reprobare affirmat: Si placet, inquit, sicut & nobis multum placet, ut etiam istorum sententia ex pietate veniens, propter pacem & venerabilem pietatem honorabilium Patrum non veniatur.* Solum aliam interpretationem, qua redemptio ad electos restringitur, credidit præferendam, propterea quod in sensu jam indicato de efficaci ejusdem effectus accepta, verissima sit, & pluribus Patrum ac Scripturæ testimoniis innitatur: ex alia vero sententia metueret, ne æquali voluntate ac beneficio redemptio Christi omnibus crederetur impensa, & Pelagiano sensu vel Semipelagiano ex meritis, vel initiis naturalibus voluntatis hominum, non a divina electione & specialibus Dei auxiliis derivaretur: unde hac de sententia seu interpretatione, quam quarto loco antea descripserat, loquens cap. 13. hanc rationem ejus postponendæ affert: *In quarto autem modo illud sine dubio cavendum, quia & occasionem Pelagianæ pravitati præbet, quod Deum, ut salvet homines, humanas expectare asserit voluntates.* Vides ergo S. Remigium non reprobasse, sed caute potius probasse hanc sententiam, si non malo sen-


Augustini  
cum Leone  
consensus.

S. Remigii  
loca expli-  
cata.

lo sensu accipiatur; & solum cavisse ab abusu, ac erroris periculum refugisse: adeo ut, si prævidisset abusum & errorem, qui contrario nisu ex alia abs se defensa interpretatione a Jansenistis elicitur, hanc non prætulisset, sed quartam; seu potius utramque recte explicatam, uti nunc Catholici faciunt, approbasset, & errores utrimque impendentes cavendos monuisset. Re igitur cum S. Leone & cum catholico dogmate S. Remigius convenit, licet verbis discrepare videri possit.

Doctrina  
librorum  
De Voca-  
tione om-  
nium  
gentium.

XXVIII. Tandem de auctore librorum de Vocatione, quem Quesnellus in memorata objectione appellat, nihil opus est addere. Totus enim in eo est, ut probet Deum velle omnes omnino homines salvos fieri, eodemque generali sensu cap. 13. lib. 2. tradit, Christum pro omnibus, etiam *impiis & peccatoribus mortuum, a quorum numero si aliquis liber inventus est, non est pro omnibus mortuus Christus*. Et cap. 31. interpretans illud Pauli 2. Timoth. 4. v. 10. de Christo: *Qui salvator est omnium hominum, maxime fidelium*, in verbis *salvator omnium hominum* omnes etiam reprobos generalibus auxiliis & bonitate generali adjutos manifeste complectitur: ab his enim distinguit electos specialibus donis ad salutem perductos, quos verbis *maxime fidelium* potissimum significatos tradit. *Dicendo enim*, inquit, *Qui salvator est omnium hominum, confirmavit bonitatem Dei super universos homines esse generalem; adjiciendo autem maxime fidelium, ostendit esse partem generis humani, quæ merito fidei divinitus inspiratæ ad summam atque æternam salutem specialibus beneficiis provehatur.*



PASCHASII QUESNELLI  
DISSERTATIO TERTIA  
BIPARTITA,

qua S. LEONI MAGNO *asseruntur* CAPITULA seu *præteritorum Sedis Apostolicæ Episcoporum* AUCTORITATES DE GRATIA DEI ET LIBERO VOLUNTATIS ARBITRIO, quæ CÆLESTINO Papæ vulgo tribuuntur: & celebris exceptio de profundioribus difficilioribusque incurrentium quæstionum partibus, ad examen revocatur.

P A R S P R I M A.



INTER S. Leonis Opera collocamus 1 Capitula de gratia Dei & libero voluntatis arbitrio, quæ jam pridem Cælestino Papæ tributa sunt, ejusque ad Gallos epistolæ subjecta. Et hoc quidem plures fortasse erunt, qui nimix temeritatis arguant, cum id audeamus nullius, quod & fatemur, codicis MS. auctoritate, nullo editionum anteriorum exemplo, nulla cujusquam auctoris seu recentioris, seu antiquioris suffragante conjectura. Audemus tamen, nec consilium nostrum ab illis improbandum esse confidimus, qui hæc Capitula cum genuinis & indubitatis S. Leonis lucubrationibus conferre ac perpendere (quod a nobis non indiligenter prælitum) & conjecturas nostras non occupato animo perlegere studuerint.

I. Quibus appelletur nominibus sententiarum indiculus.

Capitula hæc variis ab ipso auctore ab aliisque donantur nominibus: modo enim *Auctoritates*, ut in præfatione, nec non in titulo & fine opusculi appellantur; modo *Sententiæ*, ut in eadem præfatione & in postremo capitulo: aliquando *Regula Apostolicæ Sedis*, ut in eodem ultimo capitulo; denique & *Compendiosus indiculus* dicuntur in præfatiuncula. Citantur autem ab aliis sub nomine *Decretorum*, vel *Epistolæ Cælestini Papæ ad Gallos*: ab aliis *Capitula* generaliori vocabulo appellantur.

Atque sub hoc postremo citantur non multo post sexti sæculi initium. Libens enim subscribo doctissimi viri conjecturæ, qui hæc Capitula commemorata existimat a Romano Pontifice Hormisdæ in epistola ad Possessorem circa annum Christi 520. scripta, cujus

hæc sunt verba: *De arbitrio*, inquit, *libero*, & *gratia Dei quid Romana*, hoc est *catholica*, sequatur & *servet Ecclesia*, licet ex variis libris beati Augustini, & maxime ad Hilarium & Prosperum, abunde possit agnosci; tamen & in *scrin'is ecclesiasticis expressa capitula continentur*, quæ si tibi desunt &  *necessaria credis*, *destinabimus*. De quibus enim aliis capitulis hæc intelligeretur? aut quibus clarioribus verbis illa designari possint, quam quibus utitur hic Pontifex? Convenit enimvero cum his, quæ Leoni asserimus, quod sint *de libero arbitrio & gratia*: cum & titulus & clausula hoc idem expressissime habeant: *Incipiunt, vel expiunt præteritorum Sedis Apostolicæ Episcoporum auctoritates de gratia Dei & libero voluntatis arbitrio*. Convenit 2. quod *expressa* dicuntur *capitula*, hoc est excerpta ex Pontificum Romanorum scriptis vel approbatis ab iisdem decretis. 3. Quod ex illis, quid de gratia Dei & libero arbitrio Romana & catholica sequatur & servet Ecclesia, certo cognosci possit. 4. Quod nulli e Pontificibus Romanis nominatim tribuantur. 5. Quod in *scriniis ecclesiasticis* contineri dicuntur: antequam enim ea codici suo inseruisset Dionysius Exiguus, nullus codex ea legitur habuisse, sed in *scriniis* tantummodo asservabantur Ecclesiæ Romanæ, unde & a Dionysio Abbate descripta sunt.

Sed, quod extra controversiam est, citata circa idem tempus reperiuntur a Petro Diacono aliisque, qui in causa fidei ex Oriente Romam missi sunt, *Lib. de Incarnatione & gratia D. N. JESU CHRISTI ad Fulgentium cap. ultimo*. Exin a Cresconio Episcopo Africano in fine suæ collectionis Canonum circa annum Christi 690. emissæ, eidem adscriptum Pontifici legitur. Tum de-

Epist. 70. Hormisdæ PP. ad Possessorem in fi-

EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Contrarium statuetur in subiectis Observationibus num. 6.

denique posterioribus sæculis a Floro magistro, Ecclesiæ Lugdunensis nomine adversus Joannem Scotum Erigenam scribente: *Inde est, inquit, illa ecclesiastica & fidelissima definitio, quam beatus Papa Cælestinus ponit in decretis suis dicens: Ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operatur arbitrio &c.* Ab Hincmaro Remensi lib. de prædestinatione cap. 22. pag. 128. 130. cap. 22. pag. 133. Epilogi cap. 5. pag. 379. Item beatus Lupus Ferrariensis Abbas in Collectaneis quæst. 2. Cælestino quoque opusculum istud vindicat; ad cujus commendationem facit, quod eam ob causam Cælestinum magnis doctoribus accenset. *Cælestinus etiam Papa, inquit, magnis annumerandus doctoribus, de libero arbitrio, ut tantum Pontificem decuit, universos instituit. Ex ejus decretis verba hæc sunt: In prævaricatione, inquit, Adæ omnes homines possibilitatem & innocentiam perdidisse &c.* Plura deinceps ex capitulis 1. 2. 3. 4. & 5. refert. Remigius Episcopus Lugdunensis cum sua Ecclesia in lib. de tribus Epistolis cap. 23. & in libello de absolutione quæstionis &c. Mitto Yvonem aliosque plurimos auctores, qui capitula Cælestino asseruerunt. Quibus omnibus præiverat Dionysius Exiguus Abbas Romanus, qui codicem decretorum Ecclesiæ Romanæ conficiens seu ordinans circa annum Dom. 500. Cælestini decretis capitula ista inseruit, occasionemque errandi præbuit posterioris ævi scriptoribus, qui eadem Cælestini nomine laudarunt.

II.  
Non sunt  
Cælestini  
PP. capi-  
tula.

Ut enim a Cælestino conscripta esse non credantur, tot licet contradicentibus testibus, plurima momenta persuadent, ex quibus emunctioris naris scriptores jam pridem alium istarum sententiarum auctorem esse subodorati sunt.

Ita siquidem præsensit jam a centum & quinquaginta annis Joannes Vvendelstinus, qui codicem canonum & decretorum pontificiorum Dionysiano non multum ab similem edidit Moguntia a. 1525. Indubitanter enim margini hanc notam adscripsit: *Hæc undecim capitula sequentia non sunt Cælestini Papæ, sed ab alio interposita.* Hanc censuram aliquo modo temperatam in Conciliorum Collectionibus transcripserunt, qui has edendas post Merlinum procurarunt, Crabbius a. 1538. Surlius a. 1551. & Nicolinus a. 1581. *Sequentia undecim capitula, inquit, videntur potius ab alio quopiam interposita, quam esse ipsius Cælestini Papæ.* Cælestino pariter abjudicant Eminentissimi doctissimique Cardinales Antonius Carafa & Cæsar Baronius; hic ad annum Chr. 431. ille in collectione Epistolarum decretalium, quæ ab eo curata, post ejus mortem Romæ prodit a. 1591. & Innocentio PP. IX. dicata. Quibus adde Franciscum Suarezium in Prolegom. 6. de gratia cap. 1. num. 11. Jacobum Sirmondum in notis ad tom. 1. Concil. Gall. & Gerardum Vossium lib. 1. Histor. Pelagianæ cap. 30 qui tamen ultimus partim Cælestini, partim Gallorum

S. Augustini discipulorum esse putat capitula: quia videlicet ab his collecta oblataque Cælestino, hujus nomine & auctoritate postea publicata sunt.

2. Si Cælestini essent & ab eodem epistolæ suæ ad Gallos subjecta, quomodo circumferuntur, aliquam proculdubio eorum mentionem ipse habuisset: cujus tamen ne apex quidem illorum meminit. Non etiam hanc epistolæ apposuisset clausulam: *Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi:* quæ finem epistolæ Cælestinianæ demonstrat.

3. Cum S. Prosper Collatorem exagitans omnia adversus eum tum Conciliorum, tum Pontificum Romanorum suffragia aggerat; eundemque urgeat auctoritate non solum Innocentii, Zosimi & Bonifacii, sed & ipsius Cælestini; nefas est suspicari quicquam ab eo auctore omittendum fuisse e decretis a Sede Apostolica contra adversarios gratiæ promulgatis. Cælestini porro unicam commemorat, quæ est ad Gallos, epistolam: quæ ut ut auctoritatem doctrinamque Augustini de gratia Christi miram quantum efferat, de doctrinæ tamen ipsius articulis probationibusque prorsus silet: at pene prævaricationis reum dixerim tantum virum, si pressisset silentio tam egregiam auctoritatum congeriem, quæ ex Apostolica Sede emanans, tam strenuum gratiæ non potuisset latere defensores, qui illam Romanæ Ecclesiæ auspiciis propugnabat.

4. Vincentius Lirinensis Presbyter & Monachus plurimum laudans eandem Cælestini epistolam Commonitorii sui adversus hæreses cap. ult. sed & Photius Patriarcha Constantinopolitanus longe posterior eam in Bibliotheca recensens in hæc verba: *Scriptæ quoque ad Episcopos Galliarum de fide S. Augustini:* pari uterque silentio præterit dicta capitula: quod argumento est neutri scriptorum illorum ea fuisse comperta, saltem ut Cælestini Papæ opus.

5. Non eum loquendi modum hujus compilationis auctor, nec eam auctoritatem usurpat, quæ summum Pontificem præ se ferant. Pluries enim allegans Romanæ Ecclesiæ præfules, Innocentium puta, & Zosimum, nusquam eos prædecessores suos appellat: quod maxime tamen fieri solet tum a ceteris Pontificibus Romanis, tum ab ipso Cælestino in illa ad Gallos epistola. Deinde ita passim loquitur ut Pontificum Romanorum & scriptorum etiam aliorum se prodatur discipulum, nedum Pontificem Romanum; exempli gratia: *Nos piissimi patres docuerunt. Apostolicæ Sedis nos scripta docuerunt. Magistris nostris obloquuntur.* Et alibi se alium a Præsule Romano demonstrat, cum de hujus sedis Episcopis ait: *Sacratissima beati Apostoli sedes per ministerium præsulum suorum &c. Rectores Ecclesiæ Romanæ: Apostolici Antistites.*

6. Si pro parte vel appendice litterarum Cælestini Papæ habita tunc essent ejusmodi capitula, itane pudorem omnem abjecisset Vincentius Lirinensis, ut pro se suisque scriptum esse a Cælestino in illis litteris tam

tam grandi tuba personaret, ut fecit in suo commonitorio? Qui enim ausus est novitatis notam Augustini adversariis a Cælestino inustam, in sancti doctoris discipulos rejicere, veritus esset, ne tam apertis definitionibus capitulorum, quibus suorum Massiliensium & Lirinensium errores sæpius proscribentur, revinceretur ac impudentis argueretur mendacii.

7. Omnibus, ut jam dixi, erroris occasionem dedit Dionysius Exiguus, cum epistolæ Cælestini annexit capitula, quæ discutimus: ex ipso enim Cresconius, Petrus Diaconus, omnesque noni sæculi scriptores, qui pro Christi gratia decertarunt. At si curiosus inspiciatur Codex Dionysii, nihil deprehendetur ex quo statueri liceat capitula ista partem esse epistolæ S. Cælestini; e contra vero hoc fuisse Dionysii consilium, ut unum ab altero discerneret, clamant ipsius Codicis series, & affectatæ discriminis notæ, quæ in eo conspiciuntur. Quoties enim unius Pontificis scripta ab alterius scriptis fecernere vult, hunc semper titulum initio primi decreti seu epistolæ præponit. **INCIPIUNT DECRETA N. PAPÆ**: quem non repetit initio subsequentium ejusdem Pontificis decretorum seu epistolarum. Hanc porro distinctionis notam legere est in fronte auctoritatum de gratia: **INCIPIUNT PRÆTERITORUM SEDIS APOSTOLICÆ EPISCOPORUM AUCTORITATES DE GRATIA DEI**. 2. Initio cujusque ejusdem Pontificis epistolæ auctoris nomen nunquam omittitur: Cælestini autem nomen in capite sententiarum de gratia non apparet: ex quo conjicio auctoris nomen vel ignorasse Dionysium, vel ex consilio omisisse. 3. Majorem etiam discriminis notam huic scripto apposuit, quam aliis diversorum Pontificum epistolis: legimus enim in fine capitulorum hanc clausulam: **EXPLICIUNT AUCTORITATES PRÆTERITORUM SEDIS APOSTOLICÆ EPISCOPORUM DE GRATIA DEI ET LIBERO VOLUNTATIS ARBITRIO**: omisso ubique Cælestini nomine. Quæ clausula similisve nec in fine totius codicis reperitur: ut videatur omnem erroris viam circa sententias illas tanta diligentia præcludere voluisse: nec aliam ob causam commonitorium istud epistolæ Cælestini annexisse, quam quia noverat occasione hujus epistolæ fuisse exaratum, simulque Prospero traditum.

8. Juvat & octavum argumentum sumere ex codice nostro antiquo Romano: cum enim omnes seu dogmaticas seu decretales Pontificum Urbis epistolas, & inter alias quæ Cælestini Papæ sunt, collegerit, conjeceritque auctor in codicem, epistolam tamen ad Gallos de Prospero & Hilario omisit. Cur ita, nisi quia nihil dogmatis vel disciplinæ continebat? Continuisset autem dogmatis plurimum, si pars epistolæ essent ca-

Tom. II.

pitula. Nulla enim fere est in toto codice epistola, quæ de uno aliquo doctrinæ catholicæ capite plura, accuratiora, omnimode meliora habeat. Non igitur pro Cælestini decreto agnita est Leonis tempore, a quo prædecessorum suorum decreta codici inserta alibi conjicio. Dionysius vero qui epistolas S. Leonis omisas in antiquo codice, in suo supplevit, supplevit etiam capitula de gratia: quibus & epistolam in gratiam S. Augustini discipulorumque scriptam præfixit.

Ex quæstionum, quæ 2 a Prospero & ab auctore capitulorum ventilantur, affinitate, atque ex ipso etiam tractandi modo nata est aliorum conjectura seu potius sententia, qui opusculum istud Prospero nuncuparunt. Ita enim legimus in editione Collectionis epistolarum decretalium Romæ procurata a doctissimo Cardinale Antonio Carafa & in Biniana Conciliorum: *Non videtur dubitandum, quin sequentia sint Prosperi, tam sunt similia & argumento & stylo ejus scriptis. Libro certe contra Collatorem capitula quedam attingit non dissimiliter atque hic leguntur.* Non alia quoque scripta in mente habuisse, quam quæ his capitulis continentur, viro erudito visus est Hincmarus, cum in libro *de non Trina Deitate* allegat *Decreta Cælestini Papæ, ex cujus delegatione beatus Prosper hinc exortam hæresim per auctoritatem Scripturarum & doctrinam B. Augustini revicit & compressit in Galliis.* Unde hujus suspicionis auctor latissimum excogitavit discrimen inter opera, quæ privato catholicæ doctrinæ propugnandæ zelo per semet aggressus est Prosper, & eam quasi fidei formulam, quam ab eodem Pontificis Romani vice ac delegatione conscriptam putat. In illis videlicet quasi liberiori ingenio & calamo indulgentem abstrusiores quascumque de gratia & prædestinatione quæstiones fusius expendisse; in hac vero perpauca, eaque omnibus pene obvia, vix attigisse: ne ab ea brevitate, quæ fidei professionem decet maxime, longius discederet.

Verum ut conjectationi huic non assentiar facit 1. quod ea, quæ 3 de delegatione Prosperi trahuntur ex verbis Hincmari ad isthæc capitula, non satis firmo nituntur fundamento. Etsi enim in confesso est Prosperum a Sede Apostolica delegatum esse ad propugnandam Ecclesiæ catholicæ de gratia Christi doctrinam, nimis tamen constringitur illa delegatio, si ad pauca hæc brevissimaque capitula fuerit coarctata: cum ex ipso Prospero in præfatione Responsionis ad objectiones Vincentianas longe plura ab eo discamus esse conscripta adversus gratiæ inimicos ex mandato Sedis Apostolicæ, atque adeo hæc ipsa, in quibus profundiores quæstiones ventilasse dicitur: ita ut pene

Z z

cer-

III.  
An Pro-  
sper au-  
ctor sit  
Capitulo-  
rum.

2

Pag. 42.  
Tom. I.  
Edit. Sir-  
mon.

3

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Prospero citius tribuenda hæc Capitula, & qua occasione scripta leges in Observ. n. 7. & 8.

3 De hac præsumta delegatione Prosperi vide Observ. n. 7.

certum sit, quicquid scriptorum de gratia evulgavit sanctus Prosper, saltem post Romanam professionem, id omne ex Romanorum Pontificum præscripto ab ipso editum fuisse, & quasi fidei portionem assertas ab eo esse propositiones illas, quas libris suis adversus Semipelagianos defendit. Sic enim scribit: *Propositis singillatim sedecim capitulis, sub unoquoque eorum sensus nostri, & FIDEI QUAM CONTRA PELAGIANOS EX APOSTOLICÆ SEDIS AUCTORITATE DEFENDIMUS. Ex quibus evanescit discrimen illud Prosperi nunc privatim, nunc publice; nunc ex proprio ingenio, nunc ex auctoritate Sedis Apostolicæ pugnantis; isthic arduas quasque quæstiones excutientis, illic abstinentis ab abstrusioribus. Passim enim & ubique in aliis scriptis eadem arte, iisdem armis, eadem Ecclesiæ auctoritate munitus pugnat & vincit: nullis non se immiscet quæstionibus, quæ ad gratiam spectant, etiam difficilioris ac subtilioris inquisitionis, nec illis rantum, quibus se se Theologus exerceat, sed & iis quibus adharere necessitas incumbit Christiano, si cum Ecclesia sentire velit, ut ex relatis sit manifestum. Deinde ad Hincmarum quod attinet, nec in eo quidem loco, qui profertur, delegationem Prosperi ad capitula ista vel scribenda, vel promulganda refert, sed ad ea potius omnia quæ reversus in Galliam vel scripsit vel differuit. De his enim solum opusculis loquitur Hincmarus in quibus Prosper *hæresim per auctoritatem Scripturarum & doctrinam B. Augustini revocit & compressit in Gallis*. At nullo e Scripturis, nullo ex Augustini doctrina sumto argumento pugnat auctor capitulorum, sed ex sola Ecclesiæ Romanæ auctoritate partim in Pontificum decretis, partim in Africanis decretis, quæ sua approbando fecerat, partim denique in solemnibus ejusdem precibus cæremoniisque contenta. E contra vero pluribus aliis locis de Prosperi delegatione ita sermonem facit, ut numquam eum non Legati persona indutum, numquam non legationis jure & auctoritate scribentem inducat. Hinc in opere de Prædestinatione cap. i. & eodem sensu *L. de non Trina Deitate: Instantia Prosperi ex delegatione ipsius sanctæ universalis Ecclesiæ*, redargutos, convictosque dicit fuisse hæreticos. Hinc *ex delegatione Apostolicæ Sedis incomposita in Gallicis regionibus ab eo composita*, dicit ex præfatione ad Vincentianas objectiones. Hinc capite 3. ejusdem operis eundem Prosperum vocat absolute *Legatum Romanæ Ecclesiæ, fidelemque ejus interpretem*. Et sub finem ejusdem libri, qui de prædestinatione Dei aliter sentire voluerit, *quam beatus Prosper ex delegatione Sedis Apostolicæ jussu sancti Cælestini definivit*, indicat sane eum non sentire: quod ad capitula, quæ de prædestinatione nihil expresse habent, trahi nequaquam potest. Denique nec isto loco, nec in ullo alio Hincmarus adscribit Prosperi capitula: quæ sexcentis locis inter decreta Cælestini ab eo numerantur, eoque nomine laudantur.*

2. Minime videtur hujusmodi scriptum nomine & auctoritate seu Cælestini, seu cujusquam Pontificis Romani prodidisse, sed ab homine privato, vel privatum hominem induente fuisse exaratum, non ut publicam & auctoritatem fidei regulam, sed ut privatum Doctoris Catholici communitorium, fidem quidem Ecclesiæ inquirentis, elucidantis, exhibentis, non tamen auctoritate apostolica promulgantis. Ubique enim auctor ille pacifici conciliatoris personam, & *compendiosi indiculi*, ut ipse loquitur, collectorem agit, non publicum Edicti ecclesiastici præconem; refert præteritorum Romanæ Sedis Antistitum auctoritates, non præsulis tunc sedentis auctoritatem circumfert: & magis instruere videtur errantem amicum, quam Ecclesiam docere universam. At ea non est tractandi ratio Prosperi familiaris, qui numquam non scribit, nisi ut conductus Ecclesiæ Patronus, totamque ejus veritati propugnandæ circumducens auctoritatem; quod nequaquam in auctore illo reperire est, qui sic loquitur. *Necessarium, inquit, fuit inquirere &c. ut plenius, qui in aliquo dubitant, instruantur, constitutiones sanctorum Patrum compendioso manifestemus indiculo. Quod si quis non est nimium contentiosus, agnoscat &c.*

3. Auctor capitulorum aperte satis indicat se contra hæreticos publice saltem & ex professo non dimicasse, cum loquens de iis, qui *profundiores difficilioresque partes incurrentium questionum latius pertractarunt restiteruntque hæreticis*, & Augustinum Prosperumque quasi digito monstrat, & se ab iisdem hac in parte secernit. Et alibi: *Magistris nostris, tamquam necessarium modum excefferint, obloquuntur*. Quod Prosperi nequaquam convenire Sole clarius est.

Quem ergo dicemus scripti hujus auctorem? Ego certe non alium putaverim ab eo, qui duos de Vocatione omnium Gentium libros conscripsit, quos superiori dissertatione sanctissimo Pontifici nostro vindicavimus. A Leone, inquam, compactum esse compendiosum hunc indiculum prorsus existimo, non ex quo ille Pontificatum gessit, sed per id temporis, quo Diaconi solummodo fungens munere, Cælestino PP. rerum ecclesiasticarum minister aderat: quo tempore & ipsum Cassianum ad Ecclesiæ mentem reducere satagebat, & geminum de Vocatione omnium Gentium libellum scripsisse a nobis creditur. Præter quam quod enim vix ullus per illam ætatem occurrit, cui hoc opusculum attribuire queas, cum Prosperi adimis, nisi Leo noster seu auctor libri de Vocatione omnium Gentium: tam idem ingenium consiliumque, tam stylum eundem in utroque illo opere deprehendere mihi videor, ut nihil similis modo menti occurrat.

Primum enim utriusque illius scripti scopus hic est: ut quid præcise ab homine catholico credi oporteat circa prædestinationis gratiæque divinæ mysterium, sepositis abstrusioribus quæstionibus, fixum habeatur; quid

Præf. Resp.  
ad objectiones  
Vincen-  
tianas.

Pag. 15.  
Edit. Sir-  
mondi.

IV.  
Non est  
hominis  
vel Sedem  
Apostoli-  
cam re-  
gentis, vel  
ejus no-  
mine scri-  
bentis.

V.  
Leonis ef-  
se hoc o-  
pusculum.

quid in hac materia occultum sit, quid manifestum; qui limites differendo sint attingendi, nec transiliendi. Eo unice collimat auctoris utriusque operis intentio, ut legenti tum ea quæ subijcimus, tum alia per multa quæ omittimus, perspicuum fiet.

Lib. I. de Vocatione omnium Gentium, cap. I. *Contrariarum disputationum nullus terminus reperitur, dum non discernitur quid manifestum, quid sit occultum. De hac igitur compugnantia opinionum, qua mensura & temperantia sentiendum sit, quantum Dominus adjuverit, annitar inquirere .... ut non solum nobis, sed & aliis utile sit ad aliquem nos limitem pervenisse quem non debeamus excedere.* Similia habentur ejusdem libri cap. 14. & lib. 2. cap. 1. 9. 10. 22. &c.

Auctor indiculi idem consilium prodit in præfatione sua, ubi se ea occasione scripsisse significat, quod nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, *Magistris tamen nostris, inquit, tamquam necessarium modum excesserint, obloquuntur.* Et postea: *Quod si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum brevitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum Catholicis credit & dicat.* Et in fine: *Profundiores vero difficilioreque partes incurrentium questionum, quas latius pertractarunt qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus adstruere: quia ad confitendum gratiam Dei, cujus operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quicquid secundum prædictas regulas Apostolicæ Sedis nos scripta docuerunt: ut prorsus non opinemur catholicum, quod apparuerit præfixis sententiis esse contrarium.*

Quamobrem istum sententiarum indicem eodem fere tempore, eodemque consilio scriptum esse crediderim, quo opusculum de Vocatione omnium Gentium. Unus idemque est utriusque scopus; non eadem tamen via illuc tenditur ab utroque. In illo siquidem de Vocatione omnium Gentium opusculo, divinis potissimum Scripturæ sacræ testimoniis utitur, ad eumque velut Lydium lapidem quaslibet quæstiones examinat: in hoc vero indiculo ecclesiastica tantummodo auctoritate Conciliorum, Pontificum Romanorum, & (quod ad cumulum adjicit) rituum precationumque sacerdotalium, rem totam conficit. Quamobrem unum istorum opusculorum alterius esse supplementum, facile adducor ut credam. Priore enim adversarii ex Scripturis expugnati, in Apostolicæ Sedis auctoritatem velut in arcem se receperunt: ex qua posterioris hujus opusculi ope dejiciuntur. Ut igitur conjecimus geminum illum libellum a sancto Leone tunc Diacono editum esse, ut amico suo Cassiano, ejusque affectis Pelagiana lue, aliqua ex parte, laborantibus succurreret; ita & hunc existimamus contextum ab eodem fuisse auctoritatum indicem: ut qui adhuc ex Pontificum Romanorum doctrina, quam jactabant suam, dimicabant, ex eorum au-

Tom. II.

toritate revincerentur. Quibus perspectis Cassianum sibi silentium imposuisse & mentem mutasse, facile credo, tum quod alias ad propugnandam Ecclesiæ de Incarnatione Domini doctrinam adversus Nestorium eum non impulisset Leo, nisi jam tum erroris abjiciendi spem dedisset; tum quia Romanæ Sedi addictissimus semper fuit Cassianus.

2. In utroque opere Semipelagiani magis quam Pelagiani impugnantur, sed eadem utriusque sobrietate, eademque modestia. Uterque asperioribus verbis abstinet: neuter utriusque consilium. iis quos instruit, hæreticum nomen impingit; sed eos tantum *liberi arbitrii defensores ac voluntatum patronos*, uterque in præfatione appellat. Uterque sancti Augustini nomen auctoritatemque reticet, idque ex consilio, eo quod Semipelagiani Augustinum suggillarent, tamquam qui necessarium modum de gratia disputans excessisset: tantum abest ut ejus se subdere auctoritati parati essent. Quapropter omisso ad tempus causæ Patrono, Patroni causam suscepit ex Conciliorum Pontificumque Romanorum auctoritate defendendam, aliam iniens viam ab ea, quæ a Prospero calcata fuerat, quam quidem, infensis nimirum Augustino Semipelagianis, iisdem subvertendis magis quam convertendis idoneam esse expertus fuerat.

Utramque hanc probationem confirmat, quod in præfatione capitulorum legitur in hunc modum: *Ut ergo plenius qui in aliquo dubitant, instruantur, constitutiones sanctorum Patrum compendio manifestemus indiculo.* Frustra enim plenior hanc instructionem vocat, nisi ad aliam respiciat cui accederet, quæ nimirum auctoritatem Conciliorum Pontificumque Romanorum desiderabat. Hæc enim sententiarum series compendiosa est & brevis, ut ipse eam appellat auctor, nedum plena & plenior, nisi superioris alicujus operis veluti pars aut appendix esse cogitetur. Aliud porro nullum nunc superest præter geminum de Vocatione omnium Gentium libellum. Prosperi enim lucubrationes eadem, quæ in indiculo reperiuntur, continent fusiori sermone explicata.

3. Quod argumentum ab ecclesiasticis precibus desumitur capitulo seu sententia 8. Arguit uterque ex Ecclesiæ precibus effusis pro omnibus. VII. pro astruenda gratiæ necessitate, idem prorsus adducitur lib. I. de Vocatione Gentium cap. 12. si non iisdem omnino terminis, sed eodem tamen ingenio, & contextura sermonis eadem.

Lib. I. de Vocat. Capitulo VIII.  
Gent. cap. 12.

De hac ergo doctrinæ apostolicæ regula, qua Ecclesia universalis imbutur, ne in diversum intellectum nostro evagemur arbitrio, quid in ipsa universalis Ecclesia sentiat, inquiramus, &c.

Obssecrationum quoque sacerdotium sacramenta rebus, quæ ab Apostolis tradita in toto mundo atque in omni Ecclesia catholica uniformiter

Z z 2

Præ-

Uniformiter Domino supplicatur. *De Vocat. 2. 28.*

Præcepit itaque Apostolus fieri obsecrationes... *Quam legem supplicationis* ita omnium Sacerdotum & omnium fidelium devotio concorditer tenet, ut nulla pars mundi sit, in qua hujusmodi orationes non celebrentur a populis christianis. Supplicat ergo ubique Ecclesia Dei non solum pro sanctis & in Christo jam regeneratis, sed etiam pro omnibus infidelibus & inimicis crucis Christi, pro omnibus, idolorum cultoribus, pro omnibus qui Christum in membris ipsius persequuntur, pro Judæis quorum cæcitati lumen Evangelii non refulget, ut hæreticis & schismaticis, qui ab unitate fidei & caritatis alieni sunt. Quid autem pro istis petit, nisi ut relictis erroribus suis convertantur ad Deum, accipiant fidem, accipiant caritatem, & de ignorantia tenebris liberati in agnitionem veniant veritatis? Quod quia ipsi præstare sibi nequeunt, malæ consuetudinis pondere oppressi, & diaboli vinculis alligati, neque deceptiones suas evincere valent; misericors & justus Dominus pro omnibus sibi vult supplicari: ut cum videmus de tam profundis malis innumeros erui, non ambigamus Deum præstitisse, quod ut præstaret oratus est; & gratias agentes pro his qui salvi facti sunt, speremus etiam eos, qui nondum illuminati sunt, eodem divinæ gratiæ opere eximendos de potestate tenebrarum, & in regnum Dei, priusquam de hac vita exeant, transferendos.

Quibus in verbis multiplex tum rerum, tum vocum similitudo facile deprehenditur. Nam 1. uterque publicam hanc supplicandi legem ab Apostolis traditam agnoscit. 2. uterque per universam Ecclesiam concorditer custodiri asserit. 3. uterque similem & uniformem supplicandi ubique ritum obser-

celebrantur: *ut legem credendi lex statuat supplicandi.* Cum enim sanctorum plebium præfules mandata sibi met legatione fungantur apud divinam clementiam, humani generis agunt causam; & tota secum congemiscente Ecclesia postulant & precantur, ut infidelibus donec fides, ut idololatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, ut Judæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut hæretici catholicæ fidei perceptione respiciant, ut schismatici spiritum rediviæ caritatis accipiant, ut lapsis poenitentia remedium conferatur, ut denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cælestis aula misericordiæ referatur. Hæc autem non perfunctorie, neque inaniter a Domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus: quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum, transferat in regnum filii caritatis suæ, & ex vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Quod adeo totum divini operis esse sentitur, ut hac efficiendi Deo gratiarum semper actio laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referatur.

4. neminem a supplicatione repelli, immo pro omnibus etiam infidelibus, idololatriis, Judæis &c. preces fundi. 5. Sacerdotibus in ea supplicatione totam congemiscere Ecclesiam, nec a præfulibus plebem divelli. 6. Ex Ecclesiæ supplicationibus argui gratiæ divinæ necessitatem. 7. Ex actione gratiarum eandem evinci. 8. Quemcumque videmus peccati laqueis eximi, hoc totum divini operis esse, & divinæ gratiæ opere præstari. 9. Legem supplicandi legimus in capitulo 8. Legem supplicationis in cap. illo 12. lib. de Vocatione Gentium. 10. In hoc celebrare orationes: in illo obsecrationum sacramenta celebrare. 11. Primus ait: *Quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filii caritatis suæ: alter, eximendos de potestate tenebrarum, & in regnum Dei transferendos.* 12. Uterque eodem ordine infideles, idololatrias, Judæos, hæreticos & schismaticos, pro quibus oratur, distinguit & numerat, & pro iisdem conversionis, fidei, & caritatis dona postulari dicit. 13. Uterque gratiam conversionis per illuminationis & illuminandi voces exprimit, quod & S. Leoni familiare est.

4. In utroque illo opere duplex statuitur classis eorum, qui in hæreticorum sensibus demorabantur, quorum alii ex imperitia, alii ex pravitate, iisdem inhærebant: ita capitulo 1. epistolæ vero ad Demetriadem cap. 10. Hoc eos (Semipelagianos) aut nimis imperite, aut valde nequiter fecisse non dubium est.

5. Stylus utriusque scripti simillimus est. Eadem dicendi formulæ, eadem voces utriusque familiares; quales sunt istæ: sacratissimus, contradictio, pravitas, rectus & pravus, magistri pro doctoribus, disputator, rectores, opitulatio gratiæ, auctoritates, hæreticorum sensus, exordia, incrementa, probabilia studia, divini operis esse, otiosus, regula, cooperatores gratiæ, incurrentes, uniformiter, intuitus, inviolabiles sanctiones, erutus de potestate tenebrarum, naturalis possibilitas, profundum &c.

Cum aliqua seu Scripturæ seu sanctorum Patrum loca utrique alleganda veniunt, his ferme utitur uterque formulis: *Pronuntiante atque dicente: Protestatur dicens &c. nos instituit dicens &c.*

Capitulo 9. sic habetur: *Agit quippe in nobis ut quod vult & velimus & agamus: nec OTIOSA in nobis esse patitur, quæ EXERCENDA, non negligenda donavit, ut & nos COOPERATORES SIMUS GRATIÆ DEI.* Quibus similia leguntur in lib. 2. de Vocat. Gent. cap. 35. *Frustra, inquit, dicitur, quod ratio operandi non sit electis, cum etiam ad hoc ut operentur electi sint. Virtutum quippe MUNERA OTIOSA esse non possunt.* Et cap. 26. *Ad hoc, inquit, prædictis voluntas est excitata præsidii, ut divino in se COOPERETUR OPERI, & incipiat EXERCERE ad meritum, quod de superno semine concepit ad studium.* De jejuniis septimi mensis, serm. 1. cap. 2. *Cesset iniquitas, sed non sit OTIOSA justitia.... Sub oculis justis iudicis sumus*

VIII. Rerum ac styli similitudo Leonem auctorem arguunt.



mus, novit quantam unicuique bene operandi dederit facultatem. Nun vult OTIOSA ESSE MUNERA SUA. Serm. 5. de Epiphani. cap. 3. Considerantes ineffabilem erga nos DIVINORUM MUNERUM LARGITATEM, COOPERATORES SIMUS GRATIÆ DEI OPERANTIS IN NOBIS. Serm. 6. de Nativit. cap. 4. Ipse qui dedit velle, donabit & posse: ut simus COOPERATORES OPERUM EJUS. Serm. 9. de Passione cap. 3. COOPERATORES audaciæ. Lib. 1. de Vocat. Gentium cap. 23. Quod totum sive PER COOPERATORES GRATIÆ, sive per subministrationem spiritus, ille inchoat, ille auget &c. Epistolæ ad Demetriadem c. 1. COOPERATORES DEI opportune piam adhibuere culturam. Et cap. 15. Nec superbos nos vult esse, nec desides: COOPERATORES NOS ESSE OPORTET GRATIÆ DEI.

Capitulo 9. Quo utique auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur; ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente sit providum. Jam notavimus in superiori Dissertatione, quam familiaris sit Leoni nostro hæc orationis constructio, in qua plures antitheses congeruntur, relegato ad finem verbo, quod sensum impleat. Exempla ex plurimis pauca habes sub num. xxiv. adhuc nonnulla accipe. Serm. 4. in Annivers. Assumt. cap. 7. *Masitudines in latitiam, labores in requiem, discordia vertuntur in pacem.* Serm. 7. in Nativit. Dom. c. 2. *De impiis justis, de avaris benigni, de continentibus casti, de terrenis incipiunt esse celestes.* Serm. 6. de Quadrages. cap. 2. *Plurimos novimus in optimos mores transisse de pessimis; ex ebriosis sobrios, ex crudelibus misericordes, ex rapacibus largos, ex incontinentibus castos, ex ferocibus factos esse tranquillos.*

Nec in descriptis supra Capituli 9. verbis sola structura observanda est velut Leoni familiaris; sed vix apex ullus est, qui stylum Leonis non referat, nullum verbum, quod sibi quasi proprium non fecerit Pontifex noster, præsertim quoad epitheta, quibus hominis arbitrium seu peccato viciatum, seu gratia Christi sanatum exprimit. Quam frequenter enim vox *tenebrosus* ab eo usurpetur, agnosci potest ex locis superiori dissertatione relatis, quibus & hæc duo adde. Epist. ad Demetriadem cap. 14. *De vero lumine tenebrosæ jam & deficientes lucernæ lumen accipiunt.* Serm. de sancto Laurentio, cap. 1. *Tenebrosus error.* Cum etiam *lucidum* arbitrium dicit post justificationem, Leoni concinit, qui solet lucis nomen usurpare, ut gratiæ effectus describat: unde *illuminatæ mentes, illuminans, illuminatum* &c. Hinc gratiam per participationem Dei definiens, lib. 1. de Vocatione Gentium cap. 8. *Sine hoc bono, inquit, nihil est bonum, sine hac luce nihil est LUCIDUM, sine hac sapientia nihil SANUM, sine hac justitia nihil RECTUM.* Ubi & duo alia vides arbitrii epitheta *sanum* & *rectum*: quo ultimo, cui *pravum* opponatur, nihil apud Leonem frequentius. Denique vox *provi-*

*dum* sæpe sæpius apud Leonem habes: ut *provide monere*, Serm. 4. de Quadrag. cap. 5. *Provide præesse*, de Jejunio septimi mensis Serm. 5. cap. 1. *Provida auctoritas*, Serm. 6. de Passione cap. 2. *Providus Rector*, in epist. 103. ad Proterium cap. 3.

Pelagiani & Semipelagiani in utroque opere appellantur liberi arbitrii defensores: lib. 1. de Vocatione omnium Gentium cap. 1. Prima verba hæc sunt: *Inter defensores liberi arbitrii & prædicatores gratiæ Dei magna & difficilis dudum vertitur questio.* Et Capitulo 1. *Quid contra nocentissimos liberi arbitrii defensores.... censuerint.*

In Capitulo 5. *Quia nemo aliunde ei placet, nisi ex eo quod ipse donaverit.* Lib. 1. de Vocatione Gentium cap. 24. *Quod omnia bona quibus placetur Deo, dona sint Dei.*

In Capitulo 6. hæc leguntur: *Quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus.* Sanctus Leo Epist. 2. (nunc 167.) ad Rusticum in præfat. *Sine quo nihil possumus, per ipsum cuncta possumus.* Serm. 11. de Quadrages. cap. 4. *Ut sine quo nihil possumus facere, per ipsum omnia valeamus implere.*

Frequens in Leone usus vocum istarum *otiosus*, & *intuitus*, quæ Capitulo 9. occurrunt eo ordine dispositæ, quem affectat sanctus Doctor. Aliquot exempla hic habes, plura sponte occurrent.

*Non otioso contemplerur intuitu:* Capitulo 9.

*Non otioso transire decursu:* Serm. 1. de Ascens.

*Non otioso capiamus auditu:* Serm. 12. (nunc 13.) de Pass. cap. 1.

*Spirituali attingat intuitu:* Serm. 6. in Nativitate.

*Corporeo non videntur intuitu:* Serm. 2. de Ascensione, cap. 1.

*Si ad illos dirigas mentis intuitum:* Lib. 1. de Vocat. cap. 17.

*Sobrii cordis adhibeatur intuitus:* Lib. 2. de Vocat. cap. 21.

*Tranquillo consideretur intuitu:* Lib. 2. de Vocat. cap. 31.

*Puriorem exigit mentis intuitum:* Serm. 5. de Pass. cap. 1.

Ex superiori etiam Dissertatione observandum cum pluribus Leonis locis convenire, quod habetur Capitulo 1. *Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet, qui solus est bonus.* Vide num. xxiv.

Hæc sufficiant, ut Leoni restituatur præclarus iste testimoniorum delectus, qui ut daretur Cælestino, Dionysii Exigui unius codex festinanter nimium inspectus in causa fuit. Etsi vero ex Dionysio male assertum dicam Cælestino opusculum istud; ex eodem tamen non male arguas quodantenus ad Ecclesiam Romanam pertinuisse, in eaque natum. Ut quid enim inter decreta Pontificum recensitum, insertumque est; ut quid Epistolæ Cælestini annexum, licet & ab ea discretum, & Cælestini nomine non inscriptum; nisi quia Cælestini tempore & jussu

IX.  
Ex Dionysio Exiguo aliqui Ecclesiæ Romanæ alumno vindicanda Capitula.

jussu confectum esse sciebatur, ab eoque concinnatum penes quem eo tempore, propter Archidiaconi munus, præcipua ecclesiasticarum rerum cura, scriniorumque Sedis Apostolicæ custodia credita erat, & ad quem propter singularem doctrinam deferebatur quicquid rerum hujusmodi scribendum erat in Ecclesia Romana? Quæ quantopere sententiam nostram adjuvent, nemo non videt: siquidem ex Cassiano constat eo tempore Archidiaconi munere functum Leonem esse in Ecclesia Romana.

Quamobrem quæ affinitas reperitur inter hæc Capitula & caput 10. libri contra Collatorem, ubi eadem adducuntur testimonia Pontificum Innocentii, Zosimi, & Africanorum; non inde nata est, quod ab eodem Prospero utrumque opusculum (quæ docti Norisii conjectura est) concinnatum sit; sed quod indiculus traditus Prospero Roma redeunti, ob ejus oculos versatus sit, dum in Galliis scribebat adversus Collatorem: eo quippe consilio datus erat, ut esset ei velut commonitorium, ex quo quid responderet Massiliensibus auctoritatem Sedis Apostolicæ opponentibus assumeret; quod & fecit. Enimvero si pro authentico Sedis Apostolicæ decreto habitum esset scriptum istud, vel eo fine ut in publicum prodiret, fuisset conditum Romanæ Ecclesiæ nomine, esset ne a Prospero neglectum omissumque; an non potius cum laude protulisset, sive eo loco ubi eadem testimonia in medium adducit, sive alibi cum Semipelagianos exagitat?

X. Quo tempore & qua occasione edita Capitula. Jam vero quo tempore, qua occasione conscripta fuerint hæc Capitula, unde Cælestino tributa, eiusque annexa epistolæ, ita conjectamus. Cum post S. Augustini mortem, quæ anno Christi 430. mense Augusto contigit, Gallicanorum Presbyterorum, immo & Episcoporum nonnulli adversus sanctissimi Gratia Doctores vehementius insurrexissent, quasi resumptis ex fortissimi Ecclesiæ pugilis morte viribus; Prosper & Hilarius Augustini doctrinæ sequaces Romam se contulerunt, Sedis Apostolicæ opem & auctoritatem adversus Magistri sui catholice dogmatis æmulos imploraturi. Romanam tunc Ecclesiam regebat Cælestinus, cui Leo Archidiaconus egregiam in administrandis rebus ecclesiasticis navabat operam. Exposita Prosper professionis suæ causa, litteras accepit a Cælestino ad Episcopos Gallicanos deferendas, quibus mirum in modum commendantur S. Augustini memoria & doctrina, atque ab adversariorum contumeliis vindicantur. Porro inter Presbyteros Gallos, a quibus Augustiniana doctrina infamabatur, Cassianus eminebat & pietatis professione, & scribendi facilitate; quem ut ceterorum primum, & libelli *de protectione Dei* auctorem indicavit Pontifici Prosper, qui & hanc provinciam a Sede Apostolica suscepit, ut adversus illius scripta stylum exereret; quem admodum ex præfatione responsionis ad objectiones Vincentianas colligitur. Jam multoties doctrina catholica adversus istas Pelagianorum reliquias asserta, & ex Scriptura-

rum sanctarum auctoritate confirmata fuerat. Sed hoc præsertim tunc temporis argumento & causam suam defendebant, & S. Augustini impetebant doctrinam, quod hæc saluberrimæ Romanæ Sedis doctrinæ adversaretur, illiusque decretis: *Qua sacratissima beati Apostoli sedes Petri contra inimicos gratia Dei per ministerium præsulum suorum sanxit & docuit. Ea se tantummodo sequi & probare profitebantur*: ut & hac arte auctoritati scriptorum sancti Augustini detraherent, & in suorum patrocinium pertraherent Apostolicæ Sedis præfulem. Hanc novam pugnandi viam Prospero causam fuisse reor Romam petendi. Sensit enim vir cordatus, antequam talia objicientibus responderet, rem cum ipso Pontifice ceterisque Romanæ Ecclesiæ proceribus esse communicandam, ut majori fiducia adversarios confutaret, auctoritate scilicet Apostolicæ ipsius Sedis, cujus tunc maxime causa agebatur. munitus, excussisque ipsius scriniis, e quibus Pontificum Romanorum decreta assumeret adversus doctrinam Augustinianæ æmulos torquenda. Hanc præcipue ob causam ad Pontificem profectum esse Prosperum ipsius Pontificis litteræ innuunt, quibus hoc unum agit, ut Gallicanos Episcopos doceat, nihil esse in Augustini scriptis, quod ab Apostolicæ Sedis doctrina discrepet, hujus communionem semper illum, dum vixit, habuisse, ne in minimam quidem unquam erroris suspensionem adductum, tantum denique ipsum extitisse doctorem, ut a Romanæ Sedis Episcopis semper inter optimos Ecclesiæ doctores habitus fuerit. *Augustinum, inquit, sanctæ recordationis virum pro vita sua atque meritis in nostra communionem semper habuimus, nec unquam hunc ad Gallos sinistra suspicionis saltem rumor aspersit, quem tanta scientia olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam a meis semper præcessoribus haberetur.* Nec hoc solum Cælestinus, sed & scrinia Sedis Apostolicæ diligenter investigari jussit, ut inde quicquid ad repellendam Presbyterorum illorum proterviam poterat inservire, depromeretur, tradereturque Prospero Romam ea de causa profecto. Hanc provinciam Leoni celsisse, etsi jam ex styli ipsius caractere aliisque rationibus non probassemus, ex ipsius vel munere probaretur: Archidiaconi quippe erat scriniorum Ecclesiæ cura & administratio: hoc ex ejus officiiis unum, illic decreta apostolica condere, illinc promere, quandocumque pro occurrentibus negotiis ad scriniorum fidem recurrere opus erat.

Ex his igitur memorialem indiculum contexit Leo, quem & Prospero cum aliis ejusmodi scriptis tradidit: ut illi ad refellendas Massiliensium objectiones usui esset. Et revera in libro contra Collatorem, quem post Cælestini obitum conscripsit, eandem prope auctoritates adducit quas Capitulorum auctor, eadem excerpta, ex Innocentii scilicet, & Zosimi Pontificum epistolis, nec non & ex Carthaginensi Synodo & Africanorum rescriptis: ita ut indiculum oboculos

Præfat. Capitulorum.

Epist. Cælestini PP. ad Gallos Episcopos.

los habuisse videatur. Quin & in fine operis recapitulans omnes Cassiani propositiones erroresque ex eiusdem scriptis expressos, easdem omnino & totidem fere notat in eo sententias, quot & quas capitulis suis inseruit auctor: puta de peccato originali, de necessitate gratiæ ad superandas tentationes, & ad omnes omnino pietatis actiones ab ipso fidei crepusculo ad ultimam usque perseverantiæ metam, ommissis pluribus aliis propositionibus, quæ Catholicos inter & Pelagianos Semipelagianosque agitabantur. Hæc, quæ dicimus, supponunt indiculum confectum esse antequam adversus Collatorem opus illud scriberet S. Prosper; quod certum mihi videtur: tum quia incassum laborasset auctor, & necessarium non fuisset (quemadmodum fuisse ait) diligenter inquirere quid Rectores Romanæ Ecclesiæ de hæresi Pelagiana iudicassent & sentiendum censuissent: cum id jam a Prospero præstitum abunde fuisset. Tum etiam propterea quod opusculum adversus Collatorem jam mortuo Cælestino, Sixto vero regente Romanam Ecclesiam editum est; indiculum vero seu commonitorium paullo ante mortem Cælestini exaratum esse probant & rerum quæ Pelagianos attinent status, & quod inter Cælestini decreta in antiquissimo Dionysii Codice reperitur: unde & ad ejus tempora referendus esse videtur, & ea fuisse opinio Abbatibus illius ætate. Qui enim ex eadem collectione putarunt Cælestini opus esse, & partem quamdam superioris epistolæ, non satis attenderunt, sic epistolæ illi subjctam fuisse a Dionysio, vel a quocumque alio, ut ab illa tamen magis distingueretur, quam aliæ epistolæ ab aliis, præfixa illa distinctionis nota: *Incipiunt prætoriorum* &c. & altera hac in fine apposita: *Expliciunt auctoritates* &c. quæ pro distinctione epistolarum positæ non inveniuntur.

## DISSERTATIONIS

## PARS ALTERA.

XI. **P**rima dissertationis parte defuncti, quæ Ex clausula Capitulum auctoritas S. Augustini a recentioribus coarctatur. 4  
 Leoni opusculum istud vindicat, ad ejus clausulam pergimus, quam etsi plurimorum jam vexatam commentariis, intactam non audeamus præmittere. Sunt igitur ex recentioribus scriptoribus non pauci, qui 4 per *profundiores difficilioresque partes incurrentium questionum*, de quibus ad calcem Capitulum de gratia agitur, eas omnes intelligi velint, quæ isto indiculo non expresse continentur; ac proinde omnia illa doctrinæ de gratia Christi capita, quæ a S. Augustino latius pertractata sunt adversus Pelagianos & Massilienses, in eorum dogmatum classem rejicienda, quæ *nec audeamus contemnere, nec necesse habemus astruere*; si istis capitulis asserta non legantur.

Quicquid igitur præter ea quamlibet constanter protulerit Gratiæ doctor, solide ex Scripturis & traditione probaverit, secure velut fidei catholicæ dogma proposuerit, quod postmodum etiam Ecclesia summo omnium sæculorum consensu confirmavit, non necesse habent Theologi isti astruere, si ea vel non legerint, vel non legere sibi visum fuerint in isto compendioso propositionum catholicarum commonitorio. Hac unâ responsione, velut ariete, disjiciuntur catholica dogmata de electorum non ex prævisis eorum meritis, sed ex gratuita Dei misericordia, prædestinatione, de concupiscentia, de pœnis peccati, de gratiæ Christi ab Adami gratia discrimine, & alia quæ ex his velut fontibus derivantur doctrinæ catholicæ capita, ab his abjiciuntur, aut velut ἀδύπορα libero cujusque assensui vel dissensui esse permittunt, ubique prædicant.

Quam longe aberrant a Cælestini mente, qui hujusmodi argumentatione Augustini doctrinam concutere nituntur, difficile non est demonstrare. Ac prius quidem revocandum in memoriam, in S. Augustini scriptis quadruplicem esse ordinem questionum & propositionum. Primus est earum, quæ ad fidem spectant, quasque ut inconcussa fidei dogmata adversus hæreticos asseruit ac propugnavit: quales eæ sunt, quas de divinæ Christi servatoris gratiæ natura & effectibus, deque omnipotentissima, quam Deus habet, humanorum cordium quocumque voluerit inclinandorum potestate. Alter est eorum dogmatum, quæ ex prioribus illis velut naturaliter fluere cognoscuntur, sicuti ex ejus gratiæ natura, qua, quicquid vult Deus, in hominum voluntate invicte operatur, consequaneum est vel ex ipso naturali lumine, ad certam & indefectibilem prædestinationis metam duci & perventurum quisquis hujusmodi gratia ad finem usque vitæ regitur, hancque ex gratuita Dei bonitate iis destinari, non aliis. Tertius ordo est eorum, quæ S. Augustinus humanæ menti impervia pronuntiavit: quia nec a Deo sunt revelata, nec naturali lumine penetrari possunt: v. g. *Cur hunc trahat, & illum non trahat: Cur huic ita suadeatur, ut persuadeatur; non alteri*. Quartus denique ordo eorum est capitulum in quorum inquisitione sudavit plurimum Augustinus, nec tamen certi aliquid umquam ausus est affirmare se esse assecutum, modo in hanc, modo in illam sententiam propensior factus: ita res obscura & difficultatibus obsita illi visa est. Opinionum hujusmodi plura inferius proferemus exempla.

De prima & altera opinionum classe abfit, ut auctor Capitulum censuerit liberum esse homini catholico eas vel abjicere, vel amplecti. Recens erat, vel potius eodem tempore, quo cudebatur indiculus iste, scribebatur a Cælestino, non illo auctore in-

XII.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

4 De hoc vide Observ. n. 10.

inconsulto, epistola ad Gallos, in qua Semipelagianos exagitat ob eam maxime causam, quod S. Augustinum aliqua docuisse iactabant, quæ doceri nefas esset; eundem affirmat numquam sinistra suspicionis saltem rumore aspersum esse, sed inter magistros optimos semper a suis prædecessoribus esse habitum; atque his, qui tanti viri memoriam lacebant, resistendum esse. At vero si eorum, quæ de prædestinatione sanctorum, liberatrice Christi gratia, & aliis ejusmodi pro certis & indubitatis proposuit asseruitque Augustinus adversus Pelagianos, Pelagianorumque reliquias, aliqua essent a quibus discedere liberum esset, immerito arguerentur Pelagiani & Massilienses, quod ab iis revera discederent, quod Augustinum in aliquibus habent suspectum, quodque ejus de prædestinatione & gratia sententiæ nollent accedere. Recte enim observat doctissimus Cardinalis Bellarminus, lib. 2. de gratia & libero arbitr. cap. 11. delatam esse ad Apostolicam Sedem a Prospero & Hilario querimoniam, quod in Gallia Presbyteri quidam doctrinam S. Augustini de prædestinatione reprehenderent: contraque publica Ecclesiæ approbatione hanc doctrinam fuisse tunc roboratam.

XIII.

2. In ipsa testimoniorum istorum præfatione Semipelagiani coercentur, eo quod Augustinum dicerent necessarium modum scribendo excessisse; iidem ob hanc causam vel imperitiæ, vel pravitate, vel præsumptionis arguuntur; & licet catholico nomine gloriarentur, in hæreticorum tamen damnatis sensibus hæere dicuntur. Igitur Augustinus, juxta ipsius Capitulorum auctoris sententiam, modum non excessit in iis, quæ adversus Pelagianos scripsit, quæque constanter asseruit: nec ullum dogma pro certo & indubitato prolaturum est ab eo & propugnatum, quod juxta ejusdem auctoris mentem pro certo & indubitato Theologus quisque habere non debeat: alioqui non parum excessisset modum Augustinus, si quid velut ex Ecclesiæ doctrina asseruisset & tenendum docuisset, quod vere non esset ex Ecclesiæ doctrina, quod necesse non esset adstruere, quod liberum esset vel abjicere, vel amplecti.

XIV.

3. Auctor Indiculi seu Capitulorum ea ratione motus est, ut ipse profiteretur, ad inquirendum diligenter, quid Romani præfules de gratia Christi judicaverant ac sentiendum esse censuerant contra liberi arbitrii defensores, quod hi S. Augustinum accusabant quasi modum excessisset in suis de gratia scriptis, nec aliud consequenter auctor in mente habuit, quam ut hanc adversariorum Augustinianæ doctrinæ calumniam repelleret ex ipsis Romanorum Pontificum testimoniis, quibus & Augustini contrariam esse doctrinam, & suam conformem iactabant. Nisi igitur consilii sui oblitus esse dicatur, hoc ex allegatis explicatisque ab eo testimoniis evincendum est, in nullo modum excessisse Augustinum, sed omnia quæ scriptis suis docuit, apprimè convenire cum Romanorum Pontificum & Africanarum Sy-

nodorum decretis. Quod si eorum nihilominus dixeris aliqua non necesse nos habere adstruere, dicere pariter cogaris, necesse non esse Pontificum & Synodorum decreta, quibus congruentia docuit Augustinus, adstruere. Quis enim duorum ex ejusdem auctoris mente convenientium, unum abjici, alterum admitti velit?

4. Si per illas profundiores quæstiones nec contemnendas, nec necessario asserendas, quæ de prædestinatione electorum, de vocatione secundum propositum, deque aliis hujusmodi scripsit constanterque docuit S. Augustinus, incassum pene laboravit S. Prosper etiam in his, quæ ex Apostolicæ Sedis auctoritate defendebat; nihil fere etiam pro S. Augustini doctrina fecit adversus Massilienses Presbyteros eorumque asseclas. Hæc enim præcipua erant doctrinæ Augustinianæ capita, quæ ab illis carpebantur, vel certe ex illis pendeat quicquid controversiæ adversus Augustinum vel Prosperum movebant adversarii. Hæc sunt pro quibus acerrime decertavit iste Augustini discipulus & defensor; hæc omnium ejus opusculorum materies. Si quis inficias irit, facillime ex ipsorum inspectione revincetur. Quide enim objiciebant Galli quindecim illis Capitulis quibus Prosper respondet, nisi quod vel ipsa Augustiniana erat de prædestinatione & vocatione secundum propositum doctrina, vel ex ea male intellecta catholice fidei adversum sequi videbatur? Hoc ipsum clamant Gallorum objectiones quindecim, & responsiones Prosperi, totidemque ejus subjectæ sententiæ: in quibus, ut ex præfatione clarum est, profiteretur se *in nullo recedere a tramite earum definitionum, que in sancti viri Augustini disputationibus continentur*; sed eam se in omnibus sectari doctrinam, quam sanctæ memoriæ Augustinus Episcopus contra Pelagianos inimicos gratiæ Christi & liberi arbitrii decomtores per multos annos apostolice asseruit, litterisque mandavit. Sexdecim quoque Vincentii objectiones ex eadem de prædestinatione & gratuita Dei vocatione doctrina natæ sunt: quibus cum respondet S. Prosper, & S. Augustini doctrinam explicat, & fidem adversus Pelagianos se ex Apostolicæ Sedis auctoritate defendere profiteretur. Quod ad dubia Genuensium attingit, ut ex uno Augustini de prædestinatione sanctorum opere excerpta sunt, ita aliud nihil habent præter sancti doctoris de prædestinatione sententiam. Denique in opusculo contra Collatorem, etsi hunc in primis & specialiter errorem impugnet, quem decimæ tertiæ suæ Collationi inspererat Cassianus: *Gratiam secundum meritum dari, initiumque aliquod bonæ voluntatis ab homine esse, non a Deo*: tamen omnia sancti Augustini scripta sic ab Apostolica Sede approbata fuisse prædicat, ut nihil prorsus eorum reprobatur, nihil *sinistræ saltem suspicionis rumore aspersum esse*, summa fiducia asseveret in eo opere, quod ex Apostolicæ Sedis auctoritate condebat. Falsum profecto istud esset, saltem de his quæ cum

XV.  
Incassum laborasset S. Prospero S. Augustino.

a Presbyteris Galliarum in culpam vocarentur, vel ex hoc novitatis notarentur, quod extra catholicæ doctrinæ indiculum ponerentur, relegarenturque ad inutilium disputationum classem.

XVI.  
De ea exceptione siluerunt Semipelagiani.

5. Si objecta verba Capitulorum Augustinum carperent, assertamque ab eo doctrinam de prædestinatione & gratia; numquam ea Semipelagiani prætermisissent, sed ex eis potius inexpugnabilem sibi struxissent adversus Augustinianam scripta munitionem. Si enim Vincentius Lirinensis clarissima etiam Cælestini Papæ pro Augustino verba ex epistola ad Gallos, non dubitavit sancti Doctoris defensoribus objicere, tamquam contra eum emissa a Pontifice; quidum scripsit, *Ut desinat incesse novitas vetustatem*, Augustinum tamquam novitatis inventorem arguerit: si vel ex silentio ejusdem Pontificis circa librorum Augustini titulos, ausi sunt Semipelagiani in vulgus spargere, postremas doctoris gratiæ lucubrationes ab Apostolica Sede esse rejectas: quanto magis triumphum sibi cecinissent, si de ejusdem doctrina circa gratuitam prædestinationem sanctorum, & vocationem secundum propositum, talia scripta esse cognovissent, si non a Pontifice Romano, saltem ab ejus Archidiacono & administro, quem Cassianus ipse *Romanæ Ecclesiæ & divini ministerii decus* appellat in præfatione librorum de Incarnatione Domini? *Contra istam*, inquit Prosper, *clarissime laudationis tubam*, Cælestini epistolam intelligit; *contra istam sacratissimi testimonii dignitatem audet quisquam malignæ interpretationis murmur emittere, & perspicuæ sincerissimæque sententiæ, nubem obliquæ ambiguitatis obtendere: ut scilicet quia in epistola Papæ librorum, pro quibus actum est, non expressus est titulus, hinc eos appareat non probatos, & istam in sanctum Augustinum laudationem pro anteriorum scriptorum meritis esse collatam*. Qui ergo collata Augustino præconia in ipsum torquent Augustinum, ea negligenter, quibus doctrina ab eo latius explicata, & plurimis scriptis asserta apertissime petebatur? Hoc-ne fugisset Vincentium; hoc Genuenses, Massiliensesque Presbyteri omisissent; hoc denique Fausto fuisset elapsus? ut nihil dicam de scriptoribus illis, qui circa nonum Christi sæculum adversus Augustinianam doctrinam redivivis conatibus insurrexerunt.

XVII.  
Scripta S. Augustini de prædestinatione Patribus maxime audata.

6. Veteribus seu Conciliis, seu Pontificibus, seu scriptoribus ecclesiasticis nota fuisse hæc Capitula, ex iis quæ hujus dissertationis initio attulimus, manifestum est. Nec illa noverunt modo, sed & ab Apostolica Sede profecta crediderunt, cum ab iisdem Cælestini Papæ nomine laudata inveniantur. Dubium pariter non est, quin ad illam de profundioribus quæstionibus exceptionem attenderint: nihil tamen quicquam ex illa sinistrum suspicati sunt adversus S. Augustini doctrinam; neque propter illa verba a laudandis omnibus hujus doctoris scriptis abstinerunt. Immo vero eam maxime scriptorum ejus partem laudant ac prædicant,

Tom. II.

quam Semipelagiani oppugnabant, quæque ipsam doctrinam continent & propugnant, a novellis scriptoribus inter profundiores hujusmodi quæstiones amandatam. Ita Hormisdas Papa (ut reliquos omittam) in epistola ad Possessorem Africanum Episcopum, a quo, quid de Fausti scriptis sentiendum esset, consultus fuerat, ea scribit, quæ Augustinum ab omni verborum illorum invidia absolvant. Hæc etsi jam supra descripsimus, iterum juvat oculis legentium objicere. Postquam declaravit Fausti libros ab Ecclesia non recipi, tum sub finem epistolæ: *De arbitrio, inquit, libero & gratia Dei quid Romana, hoc est catholica, sequatur & servet Ecclesia, licet ex variis libris beati Augustini, ET MAXIME AD HILARIUM ET PROSPERUM abunde possit agnosci: tamen & in scriniis ecclesiasticis expressa capitula continentur, quæ si ibi desunt, & necessaria creditis, destinabimus*.

Ex quibus plura, quæ ad rem præsentem pertinent, eruimus. Primum est Fausti libros, quibus eam maxime Augustini doctrinæ partem incessebat, quam ad profundiores illas quæstiones modo relegant, ab Ecclesia fuisse reprobatos, ac proinde contrariam de prædestinatione & gratia Dei doctrinam ab eadem approbari. 2. Possessorem omnesque qui de gratia Dei & libero arbitrio inquirere vellent, quid a Romana, quid a catholica Ecclesia sentiretur, ad unum Augustinum remittit Pontifex abunde ex ejus scriptis agnosci posse, asserens Ecclesiæ catholicæ sententiam. 3. Tantum abest, ut ex libris Augustini aliquos excipiat, quos Semipelagiani ab Apostolica Sede posthabitos assererent, ut eos potius præ omnibus commendat: *Maxime, inquit, ad Prosperum & Hilarium, hoc est libros de prædestinatione sanctorum, & de dono perseverantiæ*, quos in ultima senectute ac mortis proximus elucubravisset, & in quibus tota Augustini de prædestinatione & gratia Christi doctrina diserte fuisse asseritur. Hanc doctrinam sedi suæ asserit Hormisdas: ex his *MAXIME libris abunde posse agnosci dicit quid Romana, hoc est catholica, sequatur & servet Ecclesia*. Et hos Semipelagianorum reliquæ audeant a generali laude & approbatione Augustino scriptisque ejus a Pontificibus impertita secernere; hæc ad supervacaneas quæstiones opinionemque dejicere, quas cuique liberum sit vel amplecti, vel abjicere? 4. Cum hæc scribebat Hormisdas, immemor non erat istorum de gratia Dei capitulorum, de quibus nunc agimus; immo vero ejus tunc oculis obversabantur: ut prorsus certum ille habuerit, profundiores illas quæstiones vel Augustinum non attingere, vel has tantummodo opiniones, de quibus inquirendo magis ac tentando, quam asserendo scripserat, non ea dogmata, quæ ab eo velut Ecclesiæ doctrina toto animo, totis viribus intrepide defensa fuerant. 5. Quanta esset doctrinæ Augustini de prædestinatione & gratia cum Romanæ catholicæque Ecclesiæ sententia, cumque ipsis ca-

XVIII.  
Quæ ex Hormisdæ Papa eruuntur.

pitulis consensus, inde manifestum est, quod unam indifferenter ex altera posse cognosci assereret, liberum relinquens, ut vel ad Romanæ Ecclesiæ monumenta, vel ad Augustini libros, vel ad capitula in scriniis ecclesiasticis servata se conferat, qui de catholice Ecclesiæ doctrina vellet inquirere. 6. Ita tamen optionem offert Possessori, ut primas det Augustino. Hæc enim prima Hormisdæ mentem incessit cogitatio, ut consulentem Episcopum de Ecclesiæ doctrina circa liberum hominis arbitrium & Dei gratiam, ad Augustini libros velut ad authentica Ecclesiæ archiva remitteret: tum brevioram quamdam viam indicat de capitulis suggerens, quæ tamen necessaria non putavit ei, qui Augustinum ipsum adire vellet: *Quæ, si ibi desunt, & NECESSARIA CREDITIS, destinabimus.*

XIX. Alia responsione ex Hormisdæ factis exceptioni.

Postrema hæc Hormisdæ verba aliam nobis suggerunt responsionem ad hujus indiculi caput ultimum; cujus videlicet auctoritas tanta non est censenda, quanta hæcenus a plerisque habita est. Cælestini quippe Sedis Apostolicæ Pontificis nomen, vel Prosperi ex ejusdem præscripto scribentis & Augustinianæ doctrinæ addictissimi, maximam scripto auctoritatem conciliabat. Jam vero cum apud omnes fere certum habeatur nec Cælestini, nec Prosperi opus istud esse, plurimum ei ponderis detrahitur. Leonis quidem Pontificis non minor auctoritas, immo & longe major apud omnes: at Leonis Diaconi, & adhuc junioris, non item. Esto enim mandatum a Cælestino acceperit commonitorium istud Romanorum Pontificum decretis consarciendi; verum quod post confectum indiculum præter apostolicorum decretorum excerpta de suo addidit, non Apostolicæ Sedi, sed proprio Diaconi ingenio tribuendum. Cui quidem cum cordi esset Cassianum amicum ab errore revocare, studebat maxime ne addictior Augustino videretur; sicque sermonem suum temperabat, ut nihil sanctissimo doctore detraxens, in aliquo ejus adversariis indulgere crederetur: quo facilius abalienatos eorum animos ad catholicum sensum reduceret.

Hanc responsionem confirmant Hormisdæ verba, qui hæc capitula nec Cælestino, nec Sedi Apostolicæ, nec Prospero tribuit, sed velut incerti auctoris opusculum indicat. Quod etsi in ecclesiasticis scriniis aservatum narret, Sedis tamen suæ non ei conciliat auctoritatem; immo vero capitula tamquam non admodum necessaria tepide promittit a se mittenda: *Si necessaria, inquit, creditis.* Qui loquendi modus longe procul dubio diversus est ab eo, quem usurpare solent Pontifices Romani, cum de prædecessorum suorum decretis verba faciunt, vel de his quæ auctoritate Sedis Apostolicæ sunt emissa. Ita demum loquitur, ut si scripta Augustini a capitulis discrepant, vel hæc aliquid illis infensum haberent, Augustino potius adhærendum quam capitulis velit: neque hæc aliam ob causam proponat, quam quia catholicam doctrinam ab

Augustino fufius explicatam sub compendiofo indiculo repræsentarent.

Hæc iis respondenda censemus, qui pervicacius contenderint per postremam illam capitulorum partem suggillata esse sancti Augustini scripta; tametsi superioribus secuturisque mox responsionibus magis inhærendum putamus, putabuntque, ni fallor, nobiscum æquissimi quique harum rerum iudices.

7. Quis doctrinam de prædestinatione sanctorum incurrentibus quæstionibus accenseat in materia gratiæ, usque difficultatibus, quæ velut ex transverso insiliunt mysteria auxiliantis gratiæ versantibus? Immo vero omnium præcipuum caput est, omnium fundamentum ac basis. Ex æterno enim Dei consilio circa hominis salutem pendet mensura donorum gratiæ, quibus ad beatum illum finem provehatur. Prædestinatio enim quid aliud est apud S. Augustinum, quam *preparatio mediorum, quibus certissime liberantur quicumque liberantur? Quos enim prædestinavit, inquit Apostolus, hos & vocavit; & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit, illos & glorificavit.* Quamobrem cur unus vocatus, alter non vocatus; cur hic perseverantiæ donum accipiat, ille non accipiat: si scrutari quis velit, ratio ex prædestinatione facile occurrit, quia videlicet ille, non iste, ad æternam vitam prædestinatus est inscrutabili Dei decreto. Cur vero unus prædestinatus est, alter minime: hoc ad incomprehensibilia iudicia Dei & investigabiles vias ejus referendum. Unde perspicuum est quæstionem de prædestinatione non ex occasione tantum & quasi extra propositum tractari, cum de gratiæ divinæ auxiliis disputatio instituitur.

XX. Quæstio de prædestinatione non est incurrent.

Rom.8.30.

8. Doctrina sancti Augustini de prædestinatione non includitur his difficiliorum incurrentiumque quæstionum partibus, quas necesse non habemus adstruere ad plene confitentiam gratiam Dei; immo ipsis capitulis antea descriptis continetur velut in principiis vel connexis dogmatibus. Cum enim iis docemur omnes homines in Adam naturalem possibilitatem & innocentiam perdidisse; neminem inde consurgere, nisi eum gratia Dei miserentis erexerit, & sui participationem ille donet, qui solus est bonus; neminem nisi per Christum bene libero uti arbitrio; neminem aliunde ei placere, nisi ex eo quod ipse donaverit; necesse esse ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non auxiliante vincamur; nullam sanctam cogitationem, nullum pium consilium, nullum motum bonæ voluntatis esse, nisi illa Deus in cordibus hominum atque in ipso libero operetur arbitrio; omnia studia, omnia opera & merita, omnem tentationum victoriam, omnes virtutes, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, esse dona Dei, qui agit in nobis, ut quod vult & velimus & agamus; gratiæ operi & dignationi nihil penitus esse subtrahendum: denique Deum nonnisi pro his quæ largitus est, æterna præmia esse donaturum.

XXI. Continetur in capitulis.

rum. Cum hæc, inquam, illic legimus, supponi procul dubio intelligimus gratuitam electionem Dei ac prædestinationem, qua solis his quos liberare decrevit, ea beneficia præparavit, quibus certissime liberarentur, nec aliis merita perseverantiæ aliam ob causam esse negata, quam quia his æterna præmia non decrevit esse donanda.

XXII. Cur non aperte expressa in Capitulis. Cur porro, inquires, quod implicite & per dogmatum connexionem in compendio-fo isto indiculo continetur, non expressis verbis, aperta que definitione explicatum in eo fuit? Ratio in promptu est, habeturque in præfatione Capitulorum clarissime expressa. Collectoris quippe institutum non erat plenam & perfectam fidei in hac materia professionem proponere: hoc unum potius satagebat, ut adversarios sancti Augustini ex hac una munitione dejiceret, ad quam pleniore disputatione compulsi confugerant: scilicet *ea se tantummodo sequi & probare, quæ sacratissima beati Apostoli Sedes contra inimicos gratiæ Dei per ministerium Presulum suorum sanxit & docuit*. Ut hoc erroris velamen depelleret auctor, his terminis indiculum suum continuit, ut *quid Rectores Romana Ecclesiæ de hæresi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, judicavint, & contra nocentissimos liberi arbitrii defensores, quid de gratiæ Dei sentiendum esse censuerint, inquireret*. Et ita fixum erat animo in hac inquisitione extra Romanæ Ecclesiæ limites non excurrere, ut Africana decreta, quæ religio fuisset in hac materia reticere, cum retulit, eo solum nomine a se recensita profiteatur, quod *ea utique sua fecerant Apostolici Antistites cum probarunt, & eadem, quasi propria Apostolica Sedis, ipse amplecteretur*. Nihil porro de prædestinatione adversus Pelagium Cælestiumque definitum fuerat sive a Romanis Pontificibus, sive ab Africanis: quia nihil controversiæ circa illam expresse motum fuerat ab hæreticis, qui peccati originalis labem ab Adamo in posteros transmissam nullam agnoscebant: unde nec adversus eosdem laborandum fuit, ut statueretur hominum a massa perdita secretorum æterna electio ac prædestinatio.

Ceterum sensit auctor non omnia, quæ integra confessio posceret, aperte contineri istis Capitulis. Nam & ex præfatione verba relata testantur consilium fuisse hoc unum inquirere, quod ad gratiam Dei confitendam præcise pertinet: *Quid de gratiæ Dei sentiendum*. Quod & in indiculi clausula repetit. *Ad confitendam gratiam Dei, cujus operi & dignationi nihil penitus subtrahendum est*. Gratia, inquit OPERI: quo efficacem operationem gratiæ Dei in cordibus hominum atque in ipso libero operantis arbitrio designatam habes; ET DIGNATIONI: quo gratuitam humanisque indebitam meritis gratiæ largitionem exprimit. Ex his duobus capitibus omnium disputationum connexionem pendere, scribit in præfatione, nullamque ei contradictionis superesse rationem, circa alias quæstiones illis connexas, qui compendio-fo

Tom, II.

subditarum auctoritatum indiculo subscripserit. Ut ergo, inquit, plenius qui in aliquo dubitant instruantur, constitutiones sanctorum Patrum compendio-fo manifestemus indiculo: quo si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum brevitate pendere; nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum Catholicis credat & dicat &c. Igitur non omnia hujus materiæ capita dilerte habentur expressa in indiculo, sed compendio-fo: igitur aliæ disputationes sunt his connexæ, quæ ex his pendeant, & circa quas contradicendi Augustino rationem non habeant, nisi nimium contentiosi, si semel propositis in indiculo sententiis assenti fuerint.

Quæ porro istæ quæstiones, nisi de prædestinatione, quæ ex ista definitione pendet? Gratia Dei OPERI ET DIGNATIONI nihil penitus esse subtrahendum: Neminem nisi per Christum libero BENE UTI ARBITRIO: BONÆ VOLUNTATIS EXORDIA & incrementa probabilium studiorum & in eis usque infinem perseverantiam ad Christi gratiam referenda: Omnium bonorum affectuum atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab INITIO FIDEI ad Deum tenditur, Deum esse auctorem profitendum; nec dubitandum ab ipsius gratiæ omnia hominis merita PRÆVENIRE, per quem fit ut aliquid boni & VELLE INCIPIAMUS & facere: Nostra denique MERITA ESSE DEIDONA, qui pro his quæ largitus est, æterna præmia est donaturus. Nimirum hoc unico fundamento nitentur Semipelagiani, ut æternam electionem ac prædestinationem hominum ex eorum meritis suspenderent, quod aliquod bonæ voluntatis ac fidei initium aliqua humana merita statuerint, quæ gratiæ Dei opus non essent, sed gratiæ potius ad justitiam consequendam & ad bonum opus perficiendum meritoria. Hæc enim ipsorum definitio ac professio est... universis hominibus propitiationem, quæ est in sacramento sanguinis Christi, sine exceptione esse propositam; ut quicumque ad fidem & ad baptismum accedere VOLUERINT, salvi esse possint. Qui autem credituri sunt, quive in ea fide, quæ DEINCEPS per Dei gratiam sit JUVANDA, mansuri sunt, præscisse ante mundi constitutionem Deum, & eos prædestinasse in regnum suum, quos gratis vocatos, DIGNOS FUTUROS ELECTIONE, & de hac vita bono sine excessuros esse præviderit. Et infra: Quantum ad Deum pertinet, OMNIBUS paratam vitam æternam; quantum autem ad arbitrii libertatem, ab his eam apprehendi, qui Deo SPONTE crediderint, & auxilium gratiæ MERITO CREDULITATIS acceperint. In istam vero talis gratiæ prædicationem hi, quorum contradictione offendimur, cum prius meliora sentirent, ideo se vel maxime contulerunt: quia si profiterentur ab ea omnia bona merita præveniri, & ab ipsa ut possint esse, donari, necessitate concederent Deum secundum propositum & consilium voluntatis suæ, occulto judicio & opere manifesto aliud

Prosperi  
epistola ad  
S. August.

vas condere in honorem, aliud in contumeliam: quia nemo nisi per gratiam iustificatur, & nemo nisi in prævaricatione nascitur. Sed refugiunt istud fateri, divinoque adscribere operi sanctorum merita formidant: nec acquiescunt prædestinatum electorum numerum nec augeri posse, nec minui &c.

Ex his verbis perspicuum evadit, quæ connexio sit inter Augustinianam de prædestinatione doctrinam, & sententias in indiculo assertas. Cum enim prædestinationem ex meritis gratiam prævenientibus pendere assererent Semipelagiani, & vicissim profiteri recusarent, omnia bona merita Dei gratia præveniri, ne gratuitam prædestinationem confiteri cogerentur: liquido apparet prædestinationem ex merito pendentem profligari, astrui vero gratuitam eo, ipso quo omnia bona merita, ipsumque fidei initium gratia gratuita præveniri, nulla gratiam ipsam præcurrere, ex Patrum auctoritate certum indubitatumque demonstratur.

Revera huc tandem totam cum Pelagianis, Semipelagianisque concertationem esse devolutam, *utrum gratia secundum merita daretur, nullaque meritis præveniretur*, ex Leonis discimus epistolis & ex opusculis de Vocatione Gentium & ad Demetriadem. In epistola igitur 6. ad Aquilejensem Episcopum cap. 3. *Cum omnes, inquit, definitiones suas ad subrependi facilitatem improbare se simulent atque deponere, hoc sibi tota arte fallendi, nisi intelligantur, excipiunt, ut gratia Dei secundum merita dari accipientium sentiantur. . . . & per naturalem industriam præveniri.* Magna pars librorum de Vocatione Gentium in hujus assertionis confirmatione consumitur: *Gratiam meritis non dari accipientium.* Præsertim vero in 1. libro, in cujus cap. 22. hæc de Semipelagianis: *Isti autem qui nescire aliquid erubescunt, & per occasionem obscuritatis tendunt laqueos deceptionis, omnem discretionem, qua Deus alios eligit, alios vero non eligit, ad merita humanæ referunt voluntatis, docentes scilicet neminem gratis, sed ex retributione salvari, quia naturaliter omnibus sit institutum, ut si velint possint veritatis esse participes, eisque affluere gratiam, a quibus fuerit expetita.* Epist. ad Demetriadem cap. 10. *Hinc, inquit, postremo divina gratia simulata & insincera confessio, quæ secundum merita daretur, non ex qua merita nascerentur. Quam partem superba prædicationis quidam sibi, cum cetera abnuerent, servaverunt.* Ex hac porro servata dogmatis Pelagiani portione sequi ostendit auctor tribus illis locis, naturam nullo peccati originalis vulnere esse sauciatam, ut quæ ante omnem gratiam proprio clara sit studio: quæ arguendi similitudo notanda ad confirmationem assertionis nostræ de istorum opusculorum auctore.

XXIII. Quæ quæ-  
stiones in-  
currentes?  
Doctrina sancti Augustini de prædestinatione deque aliis capitibus necessitati gratiæ Dei ad singulos actus connexis, quale est adhuc quod de operibus infidelium ex professo docuit adversus Julianum: hac, inquam,

doctrina vindicata ab exceptione postremi illius capituli, vix nobis incumbit ostendere quid per profundiores difficilioresque partes incurrentium quæstionum intellexerit auctor. Sufficit enim probasse nihil eorum, quæ sanctus Augustinus constanter docuit de gratia & prædestinatione tamquam certum Ecclesiæ dogma, ad illas partes relegari posse; de his tamen conjecturas nostras promimus.

Cum primum orta est Pelagiana hæresis atque ab Africanis Episcopis & a Pontifice Innocentio damnata, duobus fere capitibus concludebatur; negatione scilicet peccati originalis, & necessitatis gratiæ Dei ad singulos actus. Succedente tempore geminus iste ramus, qui ex radice dogmatis de Adamo mortali creato natus erat, alios subinde emisit ramusculos, quibus præcidentis adlaborarunt Ecclesiæ catholicæ Magistri. Harum quæstionum alia evidentem ac necessariam omnino cum utroque illo dogmate connexionem ita habent, ut unum sine altero dogmate intelligi minime possit; alia necessitudinem quidem maximam habent, sed non tam evidentem, nec tam necessariam; ut absque operosa inquisitione statim animo occurrat, aut de his facile, quæ sit Ecclesiæ sententia, decernere queas. Ad primam classem referenda quæstio de prædestinatione sanctorum: ad alteram, plures quæ ab Augustino latius pertractatæ sunt; quales sunt: An homo possit esse sine peccato in hac vita: Qua pœna plectantur infantes sine baptismo ex hac vita decedentes: An morbi ex culpa, an ex natura ortum habuerint: Quomodo infantes ante baptismum morientes a Christo iudicandi: Quomodo peccatum originale transmittatur in posteros: Unde in nuptias, quæ bonæ sunt & Dei institutum, tot mala invecta sunt: Quid sit peccatum, quid concupiscentia, quid ejus natura, qui effectus; quod infinitas propemodum amplectitur difficultates istis connexas: An & quomodo Christus antiquis sub veteri Testamento profuerit: Utrum sine fide in Christum salvus quis aliquando fuerit: denique quæstio illa adeo celebris & salebrosa de animarum origine, an ex propagatione, an ex creatione ortum habeant, quæ quidem & diutissime torset Augustinum, & fusioribus disputationibus locum dedit. Istant igitur similesque quæstiones fuisse crediderim, quas profundiores, difficiliores, latius pertractatas dicit, qualisque sicut non audebant contemnere, ita non necesse habebant astruere Catholici. Ubi tamen adhuc strictius intelligenda verba hæc, quam vulgo intelligantur. Non enim ait *incurrentes illas quæstiones astruere necesse non esse, sed profundiores difficilioresque earum partes.* Non ait etiam *ad confitentiam Dei gratiam satis sufficere prædictas regulas seu sententias, sed quicquid secundum prædictas regulas Apostolicæ Sedis nos scripta docuerunt:* qui loquendi modus complecti videtur *omnium disputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum brevitate.*



vitae pendente, ut ait expressis verbis.

Inter alias autem quaestiones recensitas, duas imprimis profundiores difficilioresque in animo habuisse auctorem indiculi existimo. Unam, quomodo transfundatur originale peccatum a parentibus in filios, alteram de animae origine: quam posteriorem ipse Augustinus profundam, difficilem, & non necessariam censuit. Immo vero hanc eandem S. Doctor incurrentem, non necessariam, insititiam, atque a Pelagianis invecitam quaestionem dicit lib. 4. ad Bonifacium cap. 2. *Huic, inquit, laudi creaturae adjunguntur & quod Christum Dominum nulla dicunt macula peccati fuisse respersum, quantum attinet ad ejus infantiam: quia ejus carnem ab omni peccati contagione purissimam non excellentia propria & gratia singulari, sed communione naturae quae omnibus inest infantibus, asserunt. Eo pertinet etiam quod de animae origine inserunt quaestionem, sic animae Christi coaequae molientes omnes animas parvulorum, quas volunt esse similiter nulla peccati macula aspersas. Haec quippe creaturae laus, ejusque consecrata de animae origine quaestio ex illiserant quibus Pelagiani, cum a catholicae doctrinae defensoribus urgerentur, eosdem alio avertere ac ludificare conabantur. Cum igitur Pelagiani his atque hujusmodi veritatis testimoniis & vocibus urgeantur . . . . immittunt aliarum nebulas quaestionum, in quibus eorum apud homines simpliciores sive tardiores, sive sanctis litteris minus eruditos impietas delitescat. Haec sunt nebulae de laude creaturae, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrii, laude sanctorum &c. Et cap. 9. In his quinque rebus quas proposui, in quibus quaerunt latebras, & de quibus conestunt calumnias. Et denique cap. 10. Addunt sane ad latebrarum suarum nebulas Pelagiani de origine animae NON NECESSARIAM QUESTIONEM ad hoc ut res manifestas, aliarum rerum obscuritate turbando moliantur latendi locum. Ajunt enim nos animarum traducem cum peccati traduce contueri.*

Denique postremum istud Capitulum explicare mihi videtur eximia illa epistola synodica Africanorum Episcoporum in Sardinia exulum, quae sancti Fulgentii stylo creditur exarata. Viderat, opinor, auctor epistolae, quisquis est, capitula, de quibus differimus: siquidem ea Possessor ab Hormisda Papa accepisse videtur, nisi jam antea manibus Africanorum versabantur, quod ex epistolae Hormisdæ ad Possessorem loco in synodica illa relato asserere non vereor. Porro in ista exulum Episcoporum epistola praecipua gratiae capita asseruntur quasi ad fidem Ecclesiae pertinentia: in quorum fronte legitur Augustiniana de gratuita praedestinatione sanctorum doctrina: *Contra quam praedestinationem, inquit, magne perveracitatis est aliquem vel parere vel habere confictum...*

*& apostolicam fidem perversus oppugnavit, quisquis praedestinatum Christum & sanctos ejus negat: per misericordiam scilicet gratuitam, per gratuitam bonitatem, per gratuitum beneficium misericordiae suae: in quo eum non pro meritis future cujusquam bonae operationis elegit, cui seipsum & fidem & bona opera donaturum esse praescivit. Quam doctrinam tradunt doctissimi confessores sequentes donum ejusdem gratiae, quod sanctorum Patrum cordibus & linguis ipsa est dignata infundere. Demum post tradita fidei dogmata circa praedestinationem sanctorum, gratiam Dei, & liberum hominis arbitrium, exceptionem quamdam non absimilem ei, quae postremo capitulo continetur, sed explicatiorem subjungit in hunc modum: Quaesitionem vero animarum aut tacitam debemus relinquere, aut sine contentione tractare: quia sive ex propagine veniant, sive novae singulis corporibus fiant, quod sanctorum Scripturarum auctoritas non manifeste pronuntiat, cum cautela debet inquiri: maxime quod sine fidei detrimento potest a fidelibus ignorari. Sed & idem sanctus Fulgentius proprio nomine scribens de veritate praedestinationis & gratiae lib. 3. cap. 18. de eadem quaestione differens, quam velut appendicem ad controversiam de praedestinatione & gratia, tractat, S. Augustini, suamque de illa sententiam his verbis exprimit. Cujus quaestio, de anima, beatus Augustinus PROFUNDITATEM sibi imperscrutabilem cernens, nullam voluit hujusrei definitam praeserre sententiam, incongruum prorsus existimans aliquid affirmare sine dubitatione velle, quod alter posset contraria responsione convellere. . . consensum ab utraque definitione continuit: ne laborem tantae disputationis inaniter susciperet, quem cujuslibet sententiae temeraria definitio vacuaret &c. An non diceret capitula illa Caestini credita ante oculos habuisse Fulgentium, & illius scriptoris pressisse vestigia? Haec sufficiant ad explicationem loci a pluribus scriptoribus alienum in sensum distracti, & ex quo nonnulli gratuita sanctorum praedestinationi infensiores, praepropere sibi triumphum cecinerunt.*

His ita scriptis, jamjamque praelo subjiciendis, incidi in Vindicias Augustinianas doctissimi viri Henrici de Noris, ex quarum capite octavo plurima scite sincereque scripta huc transferenda essent; sed quoniam instant operae, sufficiat locum indicasse, quem adiisse Lectorem nequaquam poenitebit. Adeat qui otio abundaverit, librum Gallicum, cui titulus: *Traditio Ecclesiae Romanae circa praedestinationem sanctorum & gratiam efficacem* Tom. 1. part. 3. a pag. 336. ad p. 363. ubi auctor prolixiori sermone & alia via hanc Capitulorum particulam & conclusionem explicat.

Lib. 3. ad  
Bonifac.  
cap. 8.

\* Epist. Synodica Africanorum tom. 4. Con-operationis elegit, cui seipsum & fidem & bona opera donaturum esse praescivit. \* Quam pag. 1591. num. 21. \* Num. 7. \* Num. 8. \* Num. 9. \* Num. 6.

\* Num. 24.

E D I T O R U M  
O B S E R V A T I O N E S

IN DISSERTATIONEM TERTIAM QUESNELLI,

*qua S. LEONI MAGNO asseruit CAPITULA, seu AUCTORITATES  
de Gratia Dei, S. CÆLESTINI epistolæ ad Gallicanos subjecta.*

I.



Vetustiora  
testimonia  
de his Ca-  
pitulis.

T de prima parte præmissæ dissertationis, qua de Au-  
ctore Capitulorum Cælestini epistolæ subjectorum statui-  
tur, æquum iudicium feratur, observandum in primis  
est, horum Capitulorum mentionem primum inveniri  
apud tres Scriptores sub initium sæculi VI. Omnibus  
præcessisse videtur Dionysius Exiguus, cum ea suæ Col-  
lectioni canonum in Urbe lucubraturæ inseruit, Cælesti-  
nique Pontificis epistolæ 1. ad Gallicanos adjecit. Cum  
is posteriorem Collectionis partem decretales Romanorum Pontificum conti-  
nentem ediderit petente Juliano R. E. Presbytero, qui Gelasii alumnus, Syno-  
do Romanæ sub Symmacho interfuit an. 499. non multo post eandem par-  
tem vulgasse probabilissimum est. Hic autem eadem Capitula una cum Cæle-  
stini epistola proculdubio invenit. Hinc enim ea ita huic epistolæ adtexuit, ut  
ad eundem Pontificem pertinere crediderit. Enimvero cum universa Cælestini  
decreta in duos & viginti titulos dividat; epistolam ad Gallicanos ac subnexas  
Romanorum Pontificum auctoritates in tredecim priores ejusdem Papæ titulos  
seu decreta distribuit, adeo ut epistola duo priora, auctoritates vero undecim  
subsequentia decreta conficiant. Discrimen inscriptionis Capitulis præfixæ, *In-  
eipiunt præteritorum Sedis Apostolicæ Episcoporum auctoritates de Gratia*,  
& discrimen etiam clausulæ, *Expliciunt auctoritates &c.* distinctionem quidem  
harum auctoritatum ab ipsa epistola indicant, non tamen distinctionem aucto-  
ris, seu collectoris, quem si Dionysius credidisset diversum a Cælestino, has  
auctoritates inter hujus Pontificis decreta haudquaquam recensuisset.

II. Alterum testimonium est Petri Diaconi & sociorum in epistola, quam  
ad Episcopos Africanos in Sardinia exules Romæ scripserunt circa annum 520.  
Hi, qui æque ac Dionysius Exiguus erant Scythæ, ex ejus collectione jam  
vulgata earundem auctoritatum notitiam haurire potuerunt. Hinc quidem ead-  
dem Cælestino adjudicarunt. Nam capitula 11. & 12. recitantes, ea lauda-  
runt sub expresso nomine *beatissimi Cælestini in epistola ad Gallos*; ac præter-  
ea Capitulorum ultima verba transcribentes, in his terminare affirmarunt eam-  
dem epistolam.

III. Tertius testis est Hormisda, qui his monachis jam ex Urbe profectis  
ipso anno 520. in epist. 70. ad Possessorem scripsit: *De arbitrio tamen libero  
& gratia Dei quod Romana ( hoc est catholica ) sequatur ac servet ( alias  
asseveret ) Ecclesia; licet in variis libris beati Augustini, & maxime ad Hi-  
larium & Prosperum, possit cognosci; tamen in scriniis ecclesiasticis expressa  
Capitula continentur, quæ si tibi desunt, & necessaria creditis, destinabimus.*  
Non alia hic Capitula notari consentiunt eruditi, nisi hæc, quæ sane de gra-  
tia & libero arbitrio agunt, ac titulum præferunt. Hic vero animadverten-  
dum est, hunc Pontificem non tribuere ipsa Capitula Cælestino Papæ, sed  
tantum affirmare, ea in scriniis ecclesiasticis, hoc est Apostolicæ Sedis, con-  
tineri, ac ex iis cognosci posse, quid de gratia Dei & libero arbitrio Romana  
( hoc est catholica ) sequatur ac servet, vel asseveret Ecclesia: quibus aposto-  
lica eorundem Capitulorum approbatio fatis manifeste exprimitur.

Capitula  
in Roma-  
nis scriniis  
custodita,  
& epistola  
Cælestini  
subjecta.

IV. Ex his duo colligimus. I. Hæc Capitula e Roma prodierunt in lucem,  
ac in scriniis Romanis erant custodita, ita ut hac de causa laudatus Hormisda  
de iisdem scripserit: *Quæ si tibi desunt .... destinabimus*, e Romanis utique  
scriniis eruenda. II. Cum ea a Dionysio, qui e documentis Romæ collectis  
suum opus paravit, edita fuerint una cum epistola Cælestini ad Episcopos Gal-  
lica-

licanos ; simul cum hac in apostolicis scriniis custodita & inventa fuisse videntur.

V. Porro Cælestino hæc *Capitula* non posse tribui, inter cetera a Quesnello allata num. 2. tria præsertim manifestum faciunt. I. Quia si ea ab eodem Pontifice cum epistola ad Gallos missa fuissent in Gallias; aliqua profecto eorundem subnectendorum mentio in ipsis litteris facta fuisset, ut in aliis Romanorum Antistitum epistolis fieri solet, cum aliquid iisdem subjiciunt. II. S. Prosper, qui contra Augustinianæ doctrinæ adversarios omnes Apostolicæ Sedis auctoritates quam diligentissime opposuit, ea profecto *Capitula* non prætermisisset, quæ & apertius & expressius adversariorum opinionem impetebant. Quid in libro contra Collatorem cap. 10. contentus fuisset anteriora tantum Innocentii & Zosimi decreta obtrudere, si Cælestinus his *Capitulis* novissime directis in Gallias ipsam cum Gallicanis adversariis controversiam expressioribus verbis diremisisset? Cur cap. 21. ubi Cælestini litteras ob susceptam Augustini defensionem laudat, nihil allegasset ex *Capitulis*, in quibus adversariorum sententiæ maxime eliduntur, si hæc cum iisdem litteris ab eodem Pontifice promulgata fuissent? III. Augustini reprehenses, cum adhuc post acceptam Cælestini epistolam illius doctrinæ succenserent; ut se ab auctoritate eorundem litterarum subducerent, reponebant, his litteris anteriores quidem Augustini libros fuisse approbatos, non vero ultimos, in quibus doctrinam suæ contrariam circa initium fidei gratiæ tribuendum &c. idem Doctor manifestius tradiderat. Qui autem id jactabant, solam proculdubio Cælestini epistolam acceperant iis *Capitulis* expertem, in quibus doctrina postremis Augustini libris disertè tradita potissimum confirmatur.

Cælestino nequeunt attribui.

Prosper lib. cont. Collat. c. 21. p. 51.

Prosper lib. cont. Collat. c. 21. p. 51.

VI. Quesnelli sententia, quæ S. Leoni Magno hæc *Capitula* adjudicat, ei hypothesi innititur, qua eundem librorum de Vocatione omnium gentium auctorem prætulit. Cum vero hanc hypothesim omnino falsam in observationibus ad secundam dissertationem ostenderit; sublato jam ejus sententiæ fundamento nihil addere opus esset. Unum tamen non omittemus. Si S. Leo Apostolicæ Sedis auctoritates collegisset *per id tempus*, ut Quesnellus putat, quo *Diaconi solummodo fungens munere, Cælestino Pontifici rerum ecclesiasticarum minister affuit*; S. Prosper, cujus gratia easdem collectas existimat, iisdem potissimum usus fuisset, cum librum adversus Collatorem scripsit. Magnum enim argumentum accessisset ex documento, quod tantus Cælestini Pontificis minister ad revincendos errores ipsi tradidisset. Cum vero nullum hujus documenti indicium, nullus usus apud Prosperum inveniatur; hanc lucubrationem Leoni adscribi non posse satis aperte colligitur. Argumenta, quæ a Quesnello ingeruntur ex stili atque doctrinæ consensione hujus opusculi & librorum de Vocatione omnium gentium, si quid probarent, id probarent, *Capitula* tribuenda esse horum librorum auctori, quem a Leone diversum demonstravimus.

Non sunt S. Leonis.

Prosper lib. cont. Collat. c. 21. p. 51.

Prosper lib. cont. Collat. c. 21. p. 51.

VII. Quod si ob consensionem stili atque doctrinæ hæc *Capitula* cuiquam tribuenda credantur, citius adjudicanda credimus S. Prospero Aquitano: quippe qui adversus Semipelagianos scribens, non solum eisdem errores impugnavit, qui in hisce *Capitulis* perstringuntur, verum etiam catholicam doctrinam ex *Apostolicæ Sedis auctoritate defendere* consuevit, ut in iisdem *Capitulis* fit: quod Auctori librorum de Vocatione omnium gentium aequè usitatum non videmus. Antelmus dissert. 1. de veris operibus SS. Leonis & Prosperi part. 2. quem secutus est Pagius ad an. 431. num. 49. non solum hæc *Capitula* Prospero Aquitano tribuenda credidit, verum etiam ea ab ipso indicari putavit in præfatione operis contra objectiones Vincentianas, ubi ait: *Propositis singillatim sexdecim capitulis, sub unoquoque eorum sensus nostri & fidei, quam contra Pelagianos ex Apostolicæ Sedis auctoritate defendimus, verba ponemus*. His nimirum verbis non tunc scriptam contra Vincentianas objectiones responsum, sed aliud opusculum antea ex *Apostolicæ Sedis auctoritate* lucubratum significari existimat. Verba autem ex *Apostolicæ Sedis auctoritate* pro mandato apostolico accipit, ex quo *delegationem apostolicam* Hincmarus Prospero attribuit in libris de Prædest. & de non trina Deitate. Nullum vero aliud opusculum ex mandato seu delegatione apostolica scriptum dici

S. Prospero Aquitano citius tribuenda. Pref. contr. object. Vincent.

dici potest a Prospero, nisi hæc Capitula eidem vindicentur, in quibus Sedis Apostolicæ auctoritates contra Pelagianos collegit. Ita Antelmus. Hæc autem omnia nihil convincunt. Liber enim Prosperi contra objectiones Vincentianas scriptus videtur, antequam ille Romam profectus, Cælestini epistolam ad Gallos Episcopos obtineret: alias hujus maxime epistolæ auctoritate usus fuisset in eodem libro, si postea eum perscripsisset. Eo igitur testimonio, quod præfationi inseruit, indicare non potuit hæc Capitula, quæ, ipso Antelmio concedente, post epistolam ad Gallos exarata fuerunt: certe autem eo tempore, quo Prosper Romam nondum accesserat, mandatum a Pontifice accepisse scribendi hæc Capitula incredibile est. Hinc delegatio, seu mandatum Sedis Apostolicæ, quod ex hoc eodem testimonio Hincmarus collegisse videtur, nulli fundamento nititur. Ea porro verba, quibus Prosper se fidem defendisse ait *ex Apostolicæ Sedis auctoritate*; cum pontificium mandatum non significant, nihil aliud exprimunt nisi Prosperi consuetudinem, qua contra Pelagianos tum in anteriori epistola ad Rufinum, tum in carmine de Ingratis Apostolicæ Sedis auctoritatem adhibuit: ita ut nihil hinc pro auctore Capitulum constituendo elici possit. Illud vero nos potius movet ut hæc Capitula eidem Prospero maxime convenire credamus, quia præter hujus consuetudinem in opponenda Pelagianis Apostolicæ Sedis auctoritate, eadem fere Innocentii, Zosimi, & Africanorum Patrum testimonia, quæ in laudatis Capitulis colliguntur, ille inseruit in libro contra Collatorem: adeo ut quæ de gratia Christi pluribus in hoc libro disseruerat, in eo opusculo paucis perstrinxisse videatur.

Differt. 1.  
n. 4. pag. 5.

Occasio  
scribendi  
hæc Capi-  
tula.

Ep. 21. n. 2.

lib. cont.  
Collat. c.  
21. n. 59.

n. 60.

VIII. Occasionem autem hujus lucubrationis sic conjicit P. Coustantius in admonitione ad epistolam I. Cælestini num. 8. „ Cælestino quidem adhuc superstiti-  
te, Prosper adjuncto sibi socio Hilario Romam se contulerat, & epistolam  
obtinuerat ad Gallos, in qua laudatus Pontifex Augustini reprehensores acriter  
corripiens, atque hunc Doctorem nullo *umquam sinistra suspicionis sal-*  
*tem rumore aspersum*, sed *ubique cunctis & amoris simul & honori fuisse*  
testatus, æmulis ejus nihil reliquisse videbatur, quod ipsi objicerent. *Verum,*  
inquit Prosper, *contra istam clarissimæ laudationis tubam, contra istam*  
*sacratissimi testimonii dignitatem, audet quisquam malignæ inter-*  
*pretationis murmur emittere; & perspicuæ sincerissimæque sententiæ*  
*nubem obliquæ ambiguitatis obtendere; ut scilicet quia in epistola*  
*Papæ ( Cælestini ) librorum, de quibus actum est, non expressus est*  
*titulus, hinc eos ( libros qui in reprehensionem vocabantur ) appareat non*  
*probatos, & istam Augustini laudationem pro anteriorum scriptorum meri-*  
*tis fuisse collatam.* Quæ sinistra interpretatio quam iniqua, quamque in-  
fulsa esset, ex novissimorum Augustini librorum cum anterioribus summa  
consensione demonstrasse non contentus Prosper, ne quid adversariis superes-  
set effugii, agendum sibi duxit, ut etiam a Sixto Pontifice Augustini do-  
ctrina probaretur: unde & subjicit: *Quod ne hypocritarum obtineatur insi-*  
*diis ( ut scilicet novissimi Augustini libri ab Apostolica Sede non probati*  
*existimentur ) confidimus Domini protectione præstandum, ut quod operatus*  
*est in Innocentio, Zosimo, Bonifacio, Cælestino, operetur & in Sixto; & in*  
*custodia dominici gregis hæc sit pars gloriæ huic reservata Pontifici, ut sic-*  
*ut illi lupos abegere manifestos, ita hic depellat occultos.* Tum igitur, ut  
Sixtum ad id præstandum induceret facilius, Indiculum texuisse merito cre-  
datur, in quo doctrinam, quam in novissimis Augustini libris arguebant ad-  
versarii, præteritorum Apostolicæ Sedis Præfulum definitionibus consentaneam  
esse demonstratur. “ Hactenus P. Coustantius: cui tamen assentiri non pos-  
sumus, cum subjicit, hunc Indiculum a Sixto ita confirmatum fuisse, ut  
quod expressis in eo capitulis de gratia & libero arbitrio traditur, deinceps  
propria Ecclesiæ Romanæ doctrina evaderet; adeoque Prosperum id quod de  
illo Pontifice speraverat, feliciter fuisse assecutum. Assentiri non possumus,  
inquam: Sixtum enim III. hac in materia quicquam decrevisse nullum uspiam  
indiciam est: & siquidem aliquid statuisset, quo ea Capitula confirmata fuissent;  
nihil esset, cur eadem Cælestino potius, quam Sixto vindicarentur. Adde quod si  
ea Capitula expresse & publice approbata fuissent a Sixto, haud intelligi potest, cur  
post apostolicam ejusmodi confirmationem hæretici habitus non fuerint Faustus

Rejensis, aliique Galli, qui adversus eorum Capitulorum doctrinam adhuc scriptarunt.

IX. Illud autem verisimilius nobis est, ea Capitula a Prospero quidem lucubrata in eum finem, quem Constantius coniecit, Sixto Pontifici oblata fuisse, antequam ederentur. Quid autem in causa fuerit, cur Sixtus nihil novi statuerit, ignoratur. Forte Augustini reprehensores post librum Prosperi contra Collatorem, in quo eadem Apostolicæ Sedis auctoritates insertæ fuerant, ita conquieverunt sub Sixto & deinceps usque ad Faustum, ut nihil amplius opus esse judicatum fuerit. Illa vero Capitula ab eodem Pontifice suscepta cum maxime probarentur, in scriniis apostolicis fuere deposita, ac Cælestini epistolæ eo nomine adnexa, quod hæc epistola Prosperi sollicitudinem commendaret, ac de eadem materia ageret. Ibi autem tamdiu videntur latuisse, quoad ex iisdem scriniis educta una cum litteris Cælestini Dionysii Exigui opera prodierunt. Cum porro Hormisdæ horum Capitulorum meminit, nec Sixti, nec Cælestini fecit mentionem, eo quod nec ullo illius decreto confirmata fuerint, nec ad hujus epistolam vere pertinerent. Satis ipsi fuit sola apostolica scrinia memorare, in quibus ea solebant recondi & custodiri, quæ probabantur. Prima igitur, & publica eorumdem Capitulorum approbatio referenda est laudatis Hormisdæ litteris ad Possessorem, quibus ea in scriniis ecclesiasticis servata, Romanæ & catholicæ doctrinæ conformia declaravit. Hinc nihil mirum, si ante hujusmodi probationem Faustus aliique Galli citra hæreseos notam contrarium defendere potuerint. Immo id etiam potuit fieri aliquandiu post, cum hæc Hormisdæ litteras ad Possessorem Constantinopolim directas, plures in Galliis ignorare potuerint: cum præsertim idem Pontifex ea Capitula iisdem litteris probaverit quidem, non autem ediderit, nec quid in ipsis contineretur, aut quæ doctrina probata fuerit, satis exinde colligi posset. Quæ autem eorumdem Capitulorum Dionysio auctore prodiit editio, sensim propagata, non in omnium manus & notitiam statim pervenit. Hæc quoad primam Quesnelli partem.

X. Quoad alteram vero unum observandum credimus. Licet Augustiniana doctrina de Prædestinatione in hisce Capitulis non fuerit inclusa ( ut non tam Quesnellus, quam Cardinalis Norisius contendunt ) inter *profundiores difficilioreque partes incurrentium questionum*, de quibus Auctor dixit: *Sicut non audeamus contemnere, ita non necesse habemus adstruere*: non tamen exinde sequitur, eam inter definita fidei dogmata ita esse censendam, ut qui aliter fenserit, hæreticus, aut violatæ fidei reus haberi debeat. Hæc enim doctrina pluribus licet Augustini aliorumque Patrum exploratissimis testimoniis firmata, ac ex principiis definitis quam proxime consequens, nondum ab Ecclesia definita dici potest. Qua in re audire libeat P. Ludovicum Thomassinum, qui etsi gratuitam prædestinationem a Patribus declaratam naviter propugnet; hanc tamen monitionem necessariam putavit tom. 1. Theolog. Dogm. lib. 9. c. 19. n. 8. *Unum superest, quod moneri Lectores necessum sit: nempe ubi decretum de prædestinatione gratuita indecisum a SS. Patribus relictum esse tam constanter negavimus .... non id nobis fuisse consilii, ut decretum illud in fidei dogma receptum fuisse affirmarem. Longe aliud est doctrinam de gratuita prædestinatione ab Augustino & a plerisque omnibus Ecclesiæ utriusque Patribus assertam fuisse, atque ab Ecclesia Catholica ut fidei regulam coaptatam esse .... Id in causa fuit ut sapiuscule dixerimus, Augustini de electione gratiæ sententiam dogmati fidei esse conjunctam, non esse relictam in medio ut indecisam, aut superfluam; sed velut coherentem, aut consequentem, non vero ut ipsi fidei substantiæ concretam, aut implicitam.*

# PASCHASII QUESNELLI DISSERTATIO QUARTA

DE AUCTORE LIBELLI, seu EPISTOLÆ  
AD DEMETRIADEM VIRGINEM

PROSPERO hætenus adscriptæ :

*in qua nec PROSPERI esse, nec alterius quam S. LEONIS  
Papæ I. ex conjecturis asseritur.*

I.  
Idem au-  
ctor lib. de  
Vocat. &  
epist. hu-  
jus. 1



TA concinit stylus epi-  
stolæ ad Demetriadem  
stylo librorum de Vo-  
catione Gentium, ut r  
eidem hætenus auctori  
utrumque opus merito  
sit adscriptum, sive cum  
Ambrosio datum, sive  
cum Prospero. Quam-  
obrem qui multis nec futilibus, ut confidi-  
mus, argumentis alterum S. Leoni vindi-  
cavimus secunda Dissertatione, peculiarem  
instituire alterius eidem asserendi gratia su-  
pervacaneum duceremus, nisi in re hujus  
momenti probationes probationibus cumu-  
lare, nullique diligentia parcere necessarium  
videretur.

Remisso itaque ad priorem Dissertationem  
lectore, ut de tempore scriptionis hujus epi-  
stolæ instruat, multa que etiam ibi legat  
de styli, doctrinæ, conceptuumque simili-  
tudine, quæ inter S. Leonem, auctoremque  
librorum de Vocatione Gentium intercedit,  
& ad epistolæ quoque auctorem transferri  
possunt; cetera quæ hujus propria sunt,  
paucis absolvemus.

In Scriptu-  
ræ versio-  
ne conveni-  
unt. 2

Primum igitur animadverto, hoc epistolæ  
commune esse cum opere de Vocatione  
Gentium & certis sancti Leonis operibus,  
quod 2 Scripturam sanctam ex sancti Hie-  
ronymi versione allegent. Sed hoc insuper  
habet cum sancto Leone affine, quod utra-  
que versione utatur, Vulgata scilicet, &  
Hieronymiana: quod in eodem versu 4. capi-  
tis 14. libri Job contigit: ubi secundum  
vulgatam versionem ita legimus apud fan-  
ctum Leonem ferm 8. de Nativit. & in epist.  
ad Demetriadem circa med. *Quis potest fa-  
cere mundum de immundo conceptum semine?  
Nonne tu qui solus es?* Et secundum septua-  
ginta Interpretes in ferm. 1. sancti Leonis  
de Nativit. & in citato epistolæ loco: *Ne-  
dem c. 11. mo mundus a sorde, nec infans cujus unius  
diei vita est super terram.* Quod ad id quod

probatum volumus, validum, puto, argu-  
mentum est: cum nemo facile sibi persua-  
deat fortuito contigisse, ut eadem ætate  
duo scriptores diversi eundem ejusdem libri  
versum assumerint ex versione sancti Hie-  
ronymi, quæ nondum in usum vocata erat,  
& vix ab alio auctore illius ævi usurpata  
reperiatur.

2. Ut probet Christum Dominum Sacra-  
mentorum Evangelique ministris semper  
adesse ac cooperari, adducit textum e capi-  
te 28. S. Matthæi, quem a sancto Leone &  
ab auctore librorum de Vocatione Gentium  
usurpatum diximus eodem consilio. *Utique  
nunc, inquit, eadem potentia Dominus in-  
desinenter operatur, qui ait: „ Ecce ego vo-  
„ biscum sum &c., „ Vide supra Dissert. 2. n.  
19. loca ex sancto Leone & ex opere de  
Vocatione Gentium descripta.*

3. Hæc epistola, cum varias Satanæ de-  
scribit insidias, conatusque vehementiores,  
quibus eos impetit, quos per baptismatis  
consecrationem, vitæque melioris professio-  
nem sibi cernit eripi; cumque e contra,  
quo studio, qua vigilantia adversus illum  
pugnari debeat, monet, iisdem fere utitur  
verbis, quibus & Leo noster. Exemplum  
habe ex cap. 10. *Cum in sacramento crucis  
& resurrectionis Christi ad novitatem redit  
vetustas, & ad innocentiam regeneratur impietas,  
& antiquus hostis malignus FREMIT,  
& acrius inardescit: & cum innumeris nocendi  
artibus humanum genus nitatur avertere,  
SERENS D SCORDIAS, INCITANS IRAS,  
ACUENS CUPIDITATES, suadens turpia, falsa  
commentans; & errorum laqueos per opinio-  
num commenta multiplicans, plus uritur de  
virtute stantium, quam latetur de fragilitate  
labentium.*

Sanctus Leo ferm. 6. de Epiphani. cap. 3.  
*Vigilanter cavenda sunt illa discrimina, quæ  
de otio ipsius pacis oriuntur. Adversarius  
enim, qui in apertis inefficax persecutionibus  
fuit, tecta nocendi arte DESÆVIT, ut quos  
non*

II.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Confer Observ. subjiciendas n. 4.  
2 Vide easdem Observ. n. 5. In sequenti-

bus autem numeris sequentia excutientur.

non perculit impetu afflictionis, lapsu dejiciat voluptatis ... Quos damnis non fregit, cupiditate corrumpit. INFLAMMAT concupiscentiis, quos non potest vexare tormentis. SERIT DISCORDIAS, ACCENDIT IRAS, INCITAT LINGUAS; & ne ab illicitis dolis cautiora corda se revocent, consummandorum scelerum ingerit facultates. Et serm. 2. de Quadrag. cap. 2. Modo tibi major cautio, & sollicitior assumenda prudentia est, quando idem hostis tuus acriori sevit invidia .... appropinquante novæ creaturæ ortu, spiritualis nequitia ab his, quos possidebat, excluditur. FREMIT ergo exspoliati hostis impius furor; & novum querit lucrum, quia jus perdidit antiquum. INFLAMMAT ITAQUE IRAS, nutrit odia, ACUIT CUPIDITATES, irridet continentiam, INCITAT gulam. Serm. 3. de Quadrag. Exinde (nos) vehementiore odio & INVIDIA SÆVIORRE persequitur, ex quo ei in baptismo renuntiavimus, & ab illa, cui dominabatur, origine in novam creaturam divina regeneratione transivimus .... non desinit nobis hostis antiquus LAQUEOS PECCATI ubique TENDERE.

Quibus in locis præter sensus, constructionis ac verborum similitudinem & concentum, quæ eundem auctorem arguunt, multæ sunt insuper voces in] textu epistolæ, quæ a sancto Leone passim usurpantur, velut: *Opinionum commenta: Sacramentum crucis & resurrectionis Christi: Redit ad innocentiam iniquitas, & in novitatem vetustas: uri de virtute stantium: fragilitas labentium &c.*

III.

Auctor epistolæ sic habet: *Malum superbiae maxime virtutibus est cavendum: quia nullis opportunius insidiatur, quam quibus laus iusta debetur. Et c. 10. Quibus non potuerat persuadere vitiorum amorem, immittit laudis cupiditatem .... Per gloriam irrepit humanam, & quos impulsione non movit, elatione dejecit. Ad eundem sensum, cap. 16. sic loquitur: Vigilant autem tentatoris insidia, ut ubi proficit devotio, subrepat elatio, & ut homo de bono opere in se potius, quam in Domino glorietur. Sed sollicitudo nos Apostoli contra hoc periculum monet, dicens: „ Cum timore & tremore vestram salutem „ operamini: Deus est enim qui operatur in „ vobis & velle & operari pro bona voluntate. „ te. Quanto ergo excellentius in mandatis Dei quique proficiunt, tanto majores habent causas formidinis & tremoris: ne de ipsis prohibitatis augmentis mens sibi conscia & laudis avida in superbiae rapiatur excessus, & fiat immunda vanitate, dum sibi videtur clara virtute.*

Sanctus Leo his admodum similia habet serm. 4. de Quadragesima cap. 3. *Non ambigatis, inquit, diabolum ad hoc vim sue malignitatis armare, ut pietati laqueos de ipsa pietate pretendat, & quos non potuerit dejicere per diffidentiam, conetur superare per gloriam. Vicinum est enim rectis actionibus superbiae malum, & de proximo semper virtutibus insidiatur elatio. Quia difficile est ut laudabiliter viventem laus non ca-*  
Tom. II.

piat humana. Et serm. de Epiphani. 8. c. 2. *Cum timore & tremore, inquit Apostolus, vestram salutem operamini: Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Et hæc sanctis causa est tremendi atque metuendi, ne ipsis operibus pietatis elati deserantur ope gratia, & remaneant in infirmitate nature.*

De Melchisedech differens epistola, ait: *Vir sacratissimus Melchisedech Domini & Salvatoris nostri PRÆFERENS FORMAM. Sanctus Leo serm. 4. (nunc 5.) de Natali suo. Ipse est, inquit, (Christus) cujus FORMAM Melchisedech Pontifex PRÆFEREBAT.*

De lege & gratia eodem uterque modo loquitur Epistola. *Non ob aliud, inquit, umquam datur præceptum, nisi ut quæretur præipientis auxilium. Sanctus Leo serm. 5. de Quadrag. Ad jubentem recurat, qui ideo dat præceptum ut excitet desiderium, & præstet auxilium. Et expressius serm. xi. de eadem: Ideo enim datur præceptum, ut præipientis quæretur auxilium.*

De paupertate & divitiis. *Tam abundantia, quam inopia, ait epistola, materia solet esse peccati, cum vel dives extollitur ad superbiam, vel pauper prosilit ad querelam. S. Leo serm. xi. de Quadrag. cap. 1. Non minoris est periculi carere desideratis, quam abundare concessis. Insidia sunt in divitiarum amplitudine, insidia in paupertatis angustis. Illæ elevat ad superbiam, hæc incitant ad querelam.*

Sanctus Leo epist. 10. ad Episcopos Provinciae Viennensis cap. 1. *Apostolicum munus in Petro principaliter collocavit (Christus.) Auctor epistolæ: Natura in Adam principaliter instituta. Ubi eadem voce utuntur in eo sensu qui tam primariam institutionem, quam Primatum includit. Quæ vox raro ita usurpatur.*

Hoc etiam commune habent tria hæc scripta, ut illud Act. 14. *Dimisit gentes ingredi vias suas, frequenter assumant: & illud, Tentatio est vita hominis super terram, ex libro Job sæpius quoque usurpent.*

De præsentis vitæ statu S. Leo Serm. 7. de Pass. cap. 3. *Contristati sunt, non de conscientie reatu, sed de humanae MUTABILITATIS INCERTO. Serm. 14. de Pass. c. 3. Quamvis enim non istius vitæ sit, sed æternæ, ut sit Deus omnia in omnibus; tamen &c. Epistola ad Demetriadem: Non quidem obtinetur, ut jam omnia in omnibus Deus sit: quia nullus est sine tentationis stimulo, & sine MUTABILITATIS INCERTO &c. Et supra: In futura beatitudinis consortio Deus erit omnia in omnibus: quod ideo in hac vita non potest ad plenum obtineri: quia nondum mortale hoc &c.*

In utroque Deus sub agricolæ imagine inducitur animam hominis colens, secundamque reddens bonis justitiæ fructibus, ac propterea Deus summus & verus agricola nuncupatur: pia ejus erga homines sollicitudo, cultura: anima, ager cordis; virtutes, semina; bona opera, germina justitiæ

IV.

Cap. 24.

tiæ appellantur. Auctor epistolæ, cap. 1. Licet plantationi suæ SUMMUS AGRICOLA valida ad profectum tuum incrementa præberet; cooperatores tamen gratiæ Dei opportune piæ adhibere culturam: ut germen tenerum fortitudinis robur acciperet, & dignos generositatē suā fructus propositi tui arbor afferret. Et cap. 7. Sed quidquid illud est, quo corporeorum sensuum exteriora pulsantur, in agro cordis, cui impenditur ista cultura, nec radicem potest figere, nec germen emittere, nisi ille SUMMUS ET VERUS AGRICOLA potentiam sui operis adhibuerit, & ad vitalem profectum, ea quæ sunt plantata, perduxerit. Lib. 2. de Vocat. Gent. cap. 6. Quæ (bona voluntas) SUPERNI AGRICOLÆ prima plantatio est.... Bona voluntas omnium virtutum germen est primum.

S. Leo Serm. ult. de jejunio decimi mensis: Deus namque VERUS ET SUMMUS AGRICOLA, non solum corporalium, sed etiam spiritualium auctor est fructuum, & utraque semina, utraque plantaria duplici novit exercere CULTURA, dans agris profectus germinum, dans animis incrementa virtutum. Item Serm. 3. de eod. jejunio dec. mensis. In agro dominico, cujus operarii sumus, oportet nos prudenter atque vigilantē spiritalē exercere culturam.... Quæ bona opera si pigro otio & inertī desidia negligantur, terra nostra nihil generosi germinis pariet &c. Serm. 6. DE TERRA CORDIS nostri germen justitiæ & caritatis fructus oriatur. Serm. 1. de Quadrag. Tunc in nobis bene semina virtutum nutriuntur, quando ab AGRO CORDIS nostri omne germen externum evellit. Serm. 4. de jejun. Pent. cap. 3. Terra enim carnis nostræ nisi assiduis fuerit subacta culturis, cito &c. Custodienda igitur nobis omnium germinum seminumque generositas, quam ex summi agricolæ plantatione concepimus &c. Similia habet Serm. 2. de Resurrect. & 2. item de Ascensione.

Consulat etiam Lector quæ in secunda dissertatione a nobis relata sunt tam ex S. Leone, quam ex auctore de Vocatione Gentium circa mutum illud creaturarum de suo creatore testimonium, quod cuiusvis semper patet: paribus enim ac potius iisdem verbis illud depingit auctor epistolæ cap. 7. in hunc modum: Omnia quidem elementa mundi, & universæ creaturarum naturæ hoc ipsa sui exigunt specie, ut invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciantur: & in pulchritudine cæli & terræ quædam sunt pagine ad omnium oculos semper patentes, & auctorem suum numquam tacentes: quarum protestatio doctrinam imitatur magistrorum & eloquia scripturarum.

S. Leo Serm. 11. de Quadragesima, cap. 6. Qui aliquam, inquit, dat portionem substantiæ suæ, intelligat se ministrum esse misericordiæ divinæ, qui partem pauperis in manu posuit largientis. Et Serm. 5. de Collectis cap. 1. Terrenæ & corporeæ facultates ex ipsius largitate proveniunt, ut merito rationem eorum quaesiturus sit, quæ non magis possidenda tradidit, quam dispensanda com-

misit. Epistola ad Demetriadem cap. 5. Qui possessionibus suis non aliter, quam rebus pauperum præsumunt: ut ecclesiasticæ utilitati sub quadam procuratore famulentur, elaborantes singuli pro suarum virium portione, ut ad victum atque vestitum familiæ Dei necessaria conferantur &c.

Epistola ad Demetr. cap. 10. Hinc evacuatio baptismi parvulorum, qui sola adoptione donari, nullo tamen reatu dicerentur absolvi. Lib. 2. de Vocatione Gentium cap. 24. Nec impie a quodam de parvulorum baptismo dictum fuisset: Habet gratia quod adoptet, non habet unda quod diluat. Hanc hominis Pelagiani sententiam descripsit auctor librorum sex Hypognosticon, lib. 5. cap. 8. ex scriptis Pelagiani quem confutat. Hunc Julianum esse, illum vero Sixtum Papam III. conjicit Joannes Garnerius: quæ conjectura, si vera esset, juvaret sententiam nostram: cum enim Sixto adhæserit Leo noster, ab eo accipere potuit Pelagiana scripta, quæ forsitan Sixto, cum Cælestio favebat, familiaria fuerant.

Epistolæ cap. 5. Ad vitam æternam per angustā & ardua eniti &c. respicit procul dubio auctor ad versum 14. capituli 7. Evangelii secundum Matthæum, quem ita semper refert S. Leo: Angustā & ardua via est, quæ ducit ad vitam. Exempla vide in dissertatione 2. num. 24.

S. Leo Serm. 8. de jejunio decimi mensis cap. 1. Ut anima... IN AULA MENTIS possit divinæ vacare sapientiæ. Epist. ad Demetriad. cap. 22. Ipsa ergo, inquit, AULAM TUÆ MENTIS ingredi & in secretario purissimæ conscientiæ tuæ &c.

S. Leo Serm. 1. de Jejun. 10. mensis, cap. 1. Deus dat unde ipsi quod operatur operemur, accendens scilicet mentium nostrarum lucernas, & igne nos suæ caritatis inflammans. Epist. ad Demetriad. cap. 14. De vero lumine tenebræ jam & deficientes lucernæ lumen accipiunt.... Superno igne accensus animus non tepescat.... unde cœpit inflammari, inde poscat igni. Hanc ultimam vocem in dissert. 2. Leoni familiarem observavimus num. 24.

Epist. cap. 24. Sine dubio inde habetur virtutum omnium PORTIO, unde habebitur PLENITUDO. S. Leo Serm. 2. de Passione, cap. 2. Ut quod vestri generis impia perdidit portio, assequatur hoc fidelis gentium plenitudo. Serm. 15. (nunc 14.) cap. 4. Qui primus hominum resurrexit, ejus plenitudinis est portio, quam præcessit.

Epistolæ cap. 17. Dignum quippe est ut imago Dei Deo splendeat, & inde pulchra, inde sit comita, dicens: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine: alioquin adultera est & a divino aliena conjugio, si alterius cujusquam decorem in speculo sui cordis ostentat. Lib. 1. de Vocat. Gent. c. 8. Quærat Dominus imaginem suam, & omnium, quæ in eam inciderunt, sordium concrecione deterfa speculum humani cordis enubilet. Serm. 95. de gradibus beatitud. cap. 7. In creatura creator appareat, & in speculo cor-

V.

Dissert. vi.  
ad Mar-  
cium Mer-  
catorem  
cap. 6.



*dis humani, per lineas imitationis expressa Dei imago resplendeat.* Serm. 5. de Quadrag. cap. 3. *Sollicitiore cura cordis nostri specula tergamus.... Nitor enim mentium ad imaginem Dei conditarum non ita a fumo totius vanitatis alienus est, ut nulla possit sordē fuscari.* Serm. 1. de Jejun. 10. mensis c. 1. *Inveniemus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset auctoris; & hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis quasi in quodam speculo divina benignitatis forma resplendeat.* Serm. 4. de Nativit. cap. 2. *Ut homo ad imaginem & similitudinem auctoris sui vivens, formam Dei bonitatis atque iustitiæ in splendore imitationis tamquam in speculi nitore servaret.*

Epistolæ cap. 7. *Gratia Dei tota repellitur, nisi tota suscipitur... Extra gratiam efficitur, qui aliquid de ejus plenitudine difficitur... Plene & veraciter consistenda est gratia Dei, de cujus hoc primum munere est, ut auxilium ipsius sentiat.* Capitulo 10. de gratia & lib. arb. *Ad consistendam gratiam Dei ejus operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est.*

Epistolæ cap. 8. *Nulla est gravior, quam superbiorum ruina; maxime cum ipsa elatio in Dei tendat injuriam.* S. Leo epistola 80. (nunc 106.) ad Anatolium: *In totius Ecclesiæ perturbationem superba hæc tendit elatio. Creberrimus est iste loquendi modus apud S. Leonem.*

Epistolæ cap. 10. *Ut omnium hominum generalem ruinam meritorum privilegio subleventur.* S. Leo Serm. 7. de Epiphania cap. 4. *Deus caussam nostram nimis malam humilitatis privilegio bonam fecit.*

Epistolæ cap. 18. *Ab omni contaminatione mens libera est, quæ sive in se, sive in proximo nihil diligit, nisi quod ex Deo esse novit. Nam amare aliquid, quod non ex opere & spiritu Dei sit, non est casta dilectio.* Lib. 1. de Vocat. Gent. cap. 6. *Bene se amant, qui in se opera Dei amant. Nam & Deus hoc amat in nobis, quod ipse fecit; & hoc odit, quod ipse non fecit. Si ergo opus Dei amamus in nobis, bonam voluntatem recte amamus, quæ utique, si opus Dei non esset, amanda non esset.*

Frequens ea verborum constructio & congeries, figurarumque usus, quæ in dissert. 2. observavimus Leoni familiaria esse. Epistolæ cap. 6. *De omni genere hominum, de omni gradu officiorum, de omni mensura operum, de omni qualitate virtutum, fiat totius adificationis inseparabilis connexio & indifferens pulchritudo, nec desit soliditati, quod non defuerit portioni.* Præter constructionem verborum, vix etiam ullum est, quod Leonis non sit proprium ac familiare. Cap. 10. *Cum... captivis libertas, perditis salus, mortuis vita reparatur. Cum... ad novitatem redit vetustas, & ad innocentiam regeneratur impietas.* Cap. 4. *Fiant filii Dei de paupertate divites, de patientia fortes, de humilitate sublimes.* Sexcenta his similia reperies in aliis S. Leonis opusculis. Vide dissertationem 3.

4. Jam vero si minutatim velimus expendere styli affinitatem, vocabulaque utriusque magis familiaria, eadem prorsus hæc esse facile deprehendemus, eandemque dictionis totius structuram. His enim ferme frequentius utuntur vocibus, aut si non frequenter aliquibus, saltem citra usum communem usurpant. Tales sunt sequentes. Voluntaria devotio. Gratia largitas. Incitare. Igniri. Discipulus veritatis. Prophetica, Evangelica, & Apostolica doctrina. Redire, transire, transferri in innocentiam, & novitatem protestari. Indicere. Murmura querellarum. Incunctanter. Inspicere, inspector. Sublimitas. Transcendere. Accrescere, famulari, famulatus. Insinuare, insinuatio. Moderamen. Incommutabilis voluntas. Tepescere. Desides & tepidi. Evacuare. Infamia, novi dogmatis. Dogmatis portio. Vipereus. Formam præferre. Cooperatores gratia. Impendere. Dispendium. Provehere, provectio. Exordium sumere. Consensio pro consensu. Mensura donorum gratia. Impar. Tumere, intumescere. Elatio. Præsumere, forma. Universitas pro omnes. Recidere. Fragilitas. Divini operis & muneris esse. Soliditas. Sacratas, sacratissimus. Concederari. Religiosus. Onerosus. Obscurum pro obscuritate. Erudire, eruditio. Discretus, discretio. Portio, plenitudini & soliditati opposita. Sacramentum Passionis & Resurrectionis. Urere, uri invidia. Virus invidiæ. Commenta. Pagina evangelicæ, veteris & novi Testamenti. Deceptiones. Laquei. Dextri, sinistri. Communio naturæ &c. Scierat. Materia. Germen, semen, ager cordis. Consortium. Plantationibus suis Deus incrementa præbet. Variare, varietas. Indefinenter. Tentationis stimulus. Periculum mutabilitatis. Mutabilitatis incertum. Corde concipere. Cultura. Tenebrose mentes. Inclinare. Occiduis. Refutare pro rejicere &c. Magistri pro SS. Patribus, & doctoribus Ecclesiæ. Constitutio Salvatoris &c.

5. Conjectationes superiores hic altera firmamus. Quod styli hujus epistolæ nitor ac venustas, non est hominis Africani, sed ipsis potius latinæ linguæ incunabilis enutriti. Et certe si Africanus fuisset, non ignorasset Demetriadem ex S. Augustini maxime cohortationibus servandæ virginitatis consilium concepisse; nec scripsisset tale ipsum propositum sine humanis cohortationibus elegisse, cum ex ipsius Augustini epist. 143. ad Julianam Demetriadis matrem discamus, per ejus ministerium castitatis propositum amplexatam esse piam hanc virginem. *Per ministerium, inquit, nostrum cum accepissetis verbum auditus Dei, sicut dicit Apostolus, accepistis non ut verbum hominum, sed, sicut est vere verbum Dei. Cujus ministerii nostri, adjuvante gratia & misericordia Salvatoris, in domo vestra tantus fructus exortus est, ut humanis nuptiis jam paratis sancta Demetrias spiritalem sponsi illius præferret amplexum, cui specioso præ filiis hominum &c. Hominem vero Italum, longe*

VI.  
Vocum  
earum-  
dem usus.

ab Africa positum & tunc temporis forte adhuc adolescentem, qualis erat S. Leo, non mirum est hanc compertam non habuisse circumstantiam. Quid quod hujus epistolæ auctor satis 3 se Romanæ Ecclesiæ alumnum prodit, dum ejus gloriam ubique æmulatus Apostolicam Sedem omnibus tum Sacerdotibus, tum plebibus exemplo fuisse asserit, ut Pelagiani dogmatis insaniam abhorrent: cum hæc palma Episcopis Africanis debeatur, qui omnium primi signum adversus Pelagium levaverunt, sic canente Prospero:

*Tu caussam fidei flagrantius, Africa, nostra*

*Exequeris: tecumque suum jungente vigorem*

*Juris Apostolici solio, fera viscera belli Conficis, & lato prosternis limite victos.*

*Convenerunt tui de cunctis urbibus almi Pontifices, geminoque senum celeberrima cætu*

*Decernis quod Roma probet, quod regna sequantur.*

VII.  
Leonis & Demetriadis necessitudo.

6. Juvat porro non modicum assertionem nostram singularis, quæ Demetriadi virgini cum S. Leone intercessit necessitudo, sanctæque familiaritas, ex qua etiam hanc fiduciam sumisit, ut ipsam impelleret ad construendam Basilicam sub S. Stephani invocatione consecrandam, ut fidem faciunt varii scriptores. Platina: *Leo*, inquit, *ad reparandam Urbem & Templam conversus, Demetriam ancillam Dei impulit ut Basilicam beato Stephano via latina tertio ab Urbe miliario in fundo suo conderet*: quod & refertur in Breviario Romano. Cur de alia Demetriade itidem virgine, hæc intelligi debeant aut possint, non video; cum aliam huic cognominem & aliquatenus illustrem, nec illius ævi scriptores commemorent, nec eam, de qua loquimur, aliqua nota distinguant, cum de ea mentionem faciunt. Unicum est, quod quempiam possit movere, videlicet Demetriadem jam ab anno 410. barbarorum sævitiam, qui Romam ceperant, fugientem, in Africam transmeasse, una cum Juliana matre sua & avia Proba, ibique sedem apud Carthaginem fixisse. Verum si semel redierit in memoriam, 4 Wandalos irrupisse in Africam anno Domini 427. cum innumerabili prope exercitu, qui regionem illam immaniter vastavit; post expugnatam vero anno 431. Hipponem omnes illius tractus provincias barbarorum armis subjectas esse, exceptis solum duabus civitatibus, Cyrra, & Carthagine, hancque ultimam tandem in illorum manus devenisse anno 439. nemini puto persuadendum Demetriadem in illa provincia remansisse, experturam nimirum, nisi fuga sibi consulisset, hæreticorum barbarorumque furorem,

apud quos fides catholica castitasque virginialis, quibus clarebat Demetrias, summo æque crimini vertebantur. Immo vero nemo est qui non credat piam virginem, sicut expugnata a Gothis Roma, aufugit Carthaginem, tutissimum tunc a barbaris asylum; ita invadentibus Africam Wandalis longe potiori ratione reliquisse Carthaginem, Romamque remeasse, in qua patriam, cognatos, amicos, &, quod non semel indicatur in hac ipsa epistola, amplissimas possessiones a parentibus suis relictas habebat. Quamquam & usque ad incurSIONEM Wandalorum in Africa non remansisse, vero simillimum est, vel Julianam adhuc superstitem post Gothorum ex Italia discessum carissimum pignus in urbem secum reduxisse, vel Demetriadem, mortua Juliana, ultro repetiisse patriam, ut quæ apud Carthaginem sine cognatorum, gentiliumque suorum ope ac solatio vix potuisset residere.

Urbem igitur reversa Leonem invenit primatum seu doctrinæ seu pietatis inter omnes, qui tunc in urbe florebant, facile tenentem: cumque Archidiaconum Ecclesiæ spectaret potior virginum Deo dicatarum cura, Demetriadem sanctus Leo ex officii sui debito ad sanctioris, quam professa fuerat, vitæ perfectionem dirigendam suscepit; sanctumque Leonem vicissim sacra virgo, ut ad sublimis propositi observantiam magis magisque accenderetur, pro jure suo precatæ est. Nec renuit S. Leo onus impositum, sed hanc ad eam scriptis eximiam epistolam, cujus materiem esse debere censuit christianam humilitatem, quam in sacra virgine natalium splendore, immensis opibus largiter in pauperes effusis, ac singulari pietate commendata periclitari merito timuit: ne partas tot laboribus, operumque bonorum assiduitate palmas una eriperet elatio: in cujus virtutis laudes quam propensus aliunde esset, cetera ejus scripta pluribus locis attestantur.

Sit igitur S. Leonis tam insignis epistola, non vero Prospero, cujus nomen præ se tulit, ex quo inter ejus opera excusa est sub hoc titulo: *Prosper Episcopus sacræ virgini Demetriadi*. Qui titulus addititius esse tum inde convincitur, quod ante centum ferme annos, quo tempore S. Ambrosii operibus accensebatur hoc opusculum, sine hoc titulo semper prodierat: tum quod certum sit apud eruditos Prosperum Augustini discipulum ac vindicem numquam sacerdotali dignitate, sed nec ullo forte ecclesiastico ministerio insignitum fuisse, cum a Gennadio & ipso Gallo, Gallorumque scriptorum diligentissimo Encomiaste dictus sit tantum, *Homo Aquitanica regionis*. Gelasius quoque recensens in Concilio Romano scripta orthodoxorum Patrum, quos exactissima secundum cujusque gradum appellatione discrevit, enumeratis eorum scriptis, qui pontificali

VIII.  
Nihil titulus Prosperum præ se ferens nocet.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Lege Observ. n. 8.

4 Vid. eadem Observ. n. 11.

ficali dignitate præfulserant, addito ad singulos Episcopi nomine, subjungit de sancto Hieronymo in hunc modum: *Item opuscula beati Hieronymi Presbyteri*: ac demum ita in Prospero desinit: *Item opuscula Prosperi viri religiosissimi*; satis innuens ipsum episcopali infula etsi dignissimum, numquam tamen decoratum fuisse. Idem probatum habetur ex cyclo Victorii ad Hilarum P. R. ex Marcellino Comite in Chronico, Bedæ Martyrolog. vii. Kalend. Julii &c. de quo vide plura apud Sirmondum in notis ad Apoll. Sidonii lib. viii. epist. xv. Sed missa illa pseudepigraphe, non esse Prosperi hanc epistolam arguit styli disparitas, & ejusdem affinitas cum stylo auctoris librorum de Vocatione Gentium. Etsi enim Prosperi sermo nonnullis interdum rythmis, ut ajunt, ubique sonat, quod omnibus illius ævi scriptoribus non insolens est; minustamen frequentes sunt apud Prosperum, qui etiam iis persæpe vitandis studuisse videtur, ut legenti planum erit. Non ita quoque de ordinando & ad amissim construendo sermone, aut secandis periodorum membris sollicitus est ac auctor gemini de vocatione gentium opusculi; sed ut ratiocinii pondere atque arte præstat alteri, assertionibusque, ut de ipso Gennadius, magis nervosus est, ita dictionis puritate, sermonis nitore, compositionisque elegantia longe inferior est. Probatur præterea ex discrimine, quod inter utrumque supra annotavimus, cum unus Ecclesiam Romanam in profliganda hæresi Pelagiana omnibus Episcopis prævisse ait; alter ab Africana Ecclesia in hac pugna præventam esse etiam Sedem Apostolicam asserit: quod diversum auctorem fuisse demonstrat. Denique altum de sancto Augustino silentium, cujus cum laude nominandi nullam Prosper sibi eripi sinit occasionem, eidem hoc opusculum abjudicat. Quam enim opportunam magis, ac magis obviam habere poterat occasionem celebrandi invicti illius gratiæ Doctoris, quam in ea epistola, quæ & de gratia Christi, & de humilitate gratiæ custode tota est, in qua Pelagianum dogma, Pelagiique ad Demetriadem epistolam exagitat; quæ Episcopos istius hæresiarchæ adversarios commemorat, quorum pars magna erat Augustinus, præcipua portio, ut loquitur ipse Prosper, *Domini Sacerdotum*; in qua alloquitur virginem, quam ministerio verbi Christo pepererat, aut potius quam æmulans Dei æmulatione desponderat uni viro virginem castam exhibere Christo? Prospero enim omnium, quæ Augustini erant, curiosissimo indagatori hoc ignorare non licuit, nec tacere, cum id sacræ virgini gratissimum esse futurum non dubitaret. Denique cum de proposito castitatis a Demetriade concepto *inter ipsa principia multos, qui tunc in Ecclesia præminebant, merito non siluisse asserat*, atque illa rationabiliter doctissimos viros suis adhortationibus incitasse; nemo est qui credat hanc sibi ipsi vim facere potuisse Prosperum, ut orationem in Augustini nomen ac elogium sponte cur-

rentem, compesceret reprimeretque.

Hæc omnia si mente ab omni præjudicio libera lector attenderit, non dubito quin conjecturis nostris ultro subscribat, hocque opusculum sancto Leoni, ut genuino parenti, restituendum judicet.

Nihil agam ab instituto meo alienum, si ad incudem hic revocavero, quæ auctor nuperus refert de pia virgine, melius dixerim adversus piam virginem, cujus memoriam in ecclesiastica historia honorabilem immeritis notis dedecorat. Tribus enim quatuorve criminibus Demetriadem arcessit. Primum quod humanæ gloriæ avida, quicquid boni ageret labe ista inficeret. 2. Quod Pelagianum venenum a Juliano gentili suo propinatum ultro exceperit. 3. Quod hujus farinæ homines libenter foverit. 4. Denique quod admiratrix ingeniorum (novum crimen,) quod ambitiosis superbisque hominibus ac pietatem mentientibus impensius faverit. Reddo auctori verba sua. *Julianus*, Joan. Garnerius *inquit, affini familiæ venenum suum afflaverat, illudque Demetrias, ut erat gloriolæ amantior, facilius exceperit, favitque contemtrix opum ac mundi, sed admiratrix ingeniorum, hominibus, qui severioris disciplinæ ita præferrent speciem, ut tamen amarent videri dicendi simul & evangelicæ perfectionis principatum tenere.* *Dissert. 6. ad Marium Mercatorem.*

Sed unde habes, vir erudite, haustum a pia virgine Pelagii toxicum? Quod si assertionis testem nullum habes idoneum, non vereris de infamata puellæ Deo sacræ memoria reum coram Deo postulari? Si magnum porro admittæ hæreseos argumentum putas, quod sacra puella ex Anicianæ stirpe nata est, Anicianæ autem familiæ junctam esse Æmiliam, ex Æmilia jam oriundam fuisse, hanc demum nupuisse Juliano: jam non sola Demetrias, sed & quotquot utramque hanc familiam sanguine vel affinitate attigerunt, Pelagiana dicendi sunt labe infecti: atque adeo vix ab ista peste, ut ita dicam, originali quisquam nobilium Romanorum immunis erit.

Immo vero, inquit, non in omnes Juliani affines transmissum istud venenum, sed hoc Demetrias, *ut erat gloriolæ amantior, facilius exceperit.* Et hoc unde? Unde, inquam, habes Demetriadem gloriolæ amantior fuisse? An inde, quod *in disciplina & humilitate christiana nutrita & educata est*, teste Augustino; an quod, *cum & nobilitate & divitiis prima esset in Orbe Romano, hæc universa contemserit*; quod se non nobilem, non divitiis præpollentem, sed hominem cogitarit? An quod *puellares annos fidei ardore superavit, & inde cæperit, ubi aliis desuisse, perfecta consummataque virtutis est*? Forsan gloriolæ amantior ideo dicitur, quia tam sublime propositum super humilitatis fundamenta consistere pie & sapienter intellexit? Quia *Virgo Anicia super omne fastigium Trabeatæ nobilitatis erecta, converso repente animo, desiderio celestium nuptiarum declinavit mortale conjugium ... & studiis suis ad sublimiores gradus virtutum profecit?*

VIII. Demetrias immerito accusata.

Non haustum a Demetriade Pelagii venenum.

S. August. Epist. 188. al. 143. ad Julianam. S. Hieron. Ep. ad Demetriadem.

Epist. ad Demetriadem. cap. 1.

fecit? Hæc si elatioris animi & gloriæ avidi indicia sunt, nemo Demetriade, fateor, gloriolæ amantior fuit; sed si contra dejectissimæ humilitatis argumentum ac meritum, vel potius, ut cum S. Hieronymo loquar, *miraculum* istud fuit, fatebitur vel ipse Garnerius humanæ gloriolæ cupiditatem perinique affingi piissimæ virgini.

IX. Sed sæpius monita est Demetrias de vitandis Pelagii reliquiis & superbia fugienda. Admonitio ream non fecit Demetriadem.

1. *Timoth.* 5. 25. & 6. 20.

Ad Demetriam. cap. 16.

Litteræ Pelagii ad Demetriadem. non nocent.

S. August. Ep. 143.

Verum id quidem; sed si de vitanda culpa vel errore fugiendo esse admonitum, admisisse est, nec possit quisquam agere monitorem, qui simul criminatorem non agat, nescio quis a quovis crimine absolutum se considerare audeat. Rei fuerunt Romani omnes omnis Manichæicæ impietatis, omniumque Arii, Nestorii, & Eutyphetis hæreseon, quandoquidem toties de his fugiendis a Leone sunt admoniti. Omnes Apostoli, immo Christiani omnes fermento sunt infecti Pharisæorum, quod est hypocrisis, quos toties hortatus est Dominus JESUS, ut ab eo sibi caverent. Impudicus dicendus erit Timotheus & profanis vocum novitatibus adductus, ad quem scribit Apostolus ut seipsum castum custodiat, & devitet profanas vocum novitates. Enimvero quis miretur de humilitate potius quam de aliis virtutibus sermonem a Leone esse institutum, cum Demetriadem alloqueretur, quæ ad eum virtutum apicem evecta erat, cui maxime timendum superbiæ malum omnibus virtutibus vicinum, ut scribit Leo, quodque videtur iis, quas perditas cupit, amicum esse virtutibus? Unde nihil magis, inquit, fugiendum est quam appetitus hujus concupiscentiæ, quæ virtutem negat divini operis amore propria dignitatis. Hunc amorem totis eloquentiæ viribus piæ virgini insufflarat Pelagius in sua epistola; contra hunc tota qua pollet facundia Leo noster dimicat.

Quod si propterea Pelagianum dogma admisisse credenda est Demetrias, quod a Pelagio epistolam acceperat; credatur potius catholicam suscepisse servasseque doctrinam: quia a sanctis Hieronymo Presbytero, Augustino Episcopo, Innocentio Pontifice Romano, Leone Archidiacono, postea etiam Antistite, aliisque excellentissimis, ut hic loquitur, *Magistris, qui tunc in Ecclesia præminebant*, litteræ datæ sunt vel ad Demetriadem ipsam, vel ad ejus matrem Julianam, quibus non minus ad doctrinæ catholicæ, quam ad virginitatis amorem accendebatur. Et certe multo magis caritati christianæ convenit hanc de Virgine tantis munita præsidii opinionem concipere, quam cepit ipse Augustinus, etsi de illis nihil cogitans. Et nos quidem, inquit, *de sanctæ Virginis disciplina & humilitate christiana, in qua nutrita & educata est, hoc existimamus, quod illa verba cum legeret, si tamen legit, ingemuit, & pectus humiliter tudit, ac fortassis & flevit, Dominumque, cui dicata & a quo sanctificata est, fidenter oravit: ut quomodo illa non sunt verba ipsius, sed alterius, ita non sit talis & fides ejus,*

qua se aliquid habere credat, de quo in se non in Domino gloriatur. Et infra: *Abfit omnino ut tale aliquid in animo non dicimus tuo, vel sacræ Virginis filiæ tuæ, sed in cujusque extremi meriti famuli vel famulæ vestra liber iste fecerit.*

Jam quod sanctus Augustinus non ad Demetriadem, sed ad matrem ejus Julianam scripserit, nescio an inde magnum sententiæ suæ patrociniū scriptor laudatus accersat. Sacra puella Demetrias consecrationis suæ præsertim primordia in silentio egit, nec litteris ullis aliorum ad se litteras allexit: quod nec virginitatis nec humilitatis pudori congruebat. Juliana porro de filiæ suæ profectibus sollicita, Sanctorum opem adhortationesque enixe postulavit, ut ad sancti propositi observantiam perseverantiamque ardentior efficeretur. Sic ad Innocentium, ad Hieronymum, ad Pelagium adhuc pietatis & doctrinæ nomine conspicuum scripsisse testantur rescriptæ litteræ. De sancto Augustino par ratio: cum enim a Juliana litteras accepisset, non a Demetriade, non ad hanc, sed ad illam rescripsit, certus nihil accepturam matrem, quod cum filia sua commune non faceret. Audiamus Augustinum. *Nesciremus, inquit, quemadmodum nostra illa tunc exhortatio a fidei & nobili virgine fuisset accepta, nisi nobis profectis, cum post paullulum professa fuisset sanctimoniam virginalem, hoc ingens Dei donum, vestrarum litterarum latissimo nuntio & veraci testimonio disceremus.* Quod porro rescribens Augustinus ad Julianam, hanc a cavendis Pelagii insidiis moneat, ratio est obvia. Nimirum hoc omnibus Ecclesiæ Doctoribus commune est, ut quo tempore contra recentem natum in Ecclesia errorem dimicandi provinciam acceperunt, tunc nullam occasionem prætermittant adversus eundem insurgendi, omnique ad quos vel sermonem habent, vel litteras scribunt, ab hujusmodi hæresi studiose deterreant. Hoc sciunt qui Augustini, aut Leonis scripta vel a limine salutarunt. Sed in hoc negotio clarum est exemplum. Res erat Hieronymo maxime cum Origeniani dogmatis sectatoribus: inde est quod Demetriadem alloquens, hanc ab illo dogmate ut caute se defendat, vehementer adhortatur. Augustinus cum Pelagianis manus conferere per eadem tempora cœperat, ideo Demetriadem a Pelagiano maxime errore deterret.

Sed peculiarem adhuc rationem affert ipse Augustinus. *Quomodo, inquit, a vobis, quibus tantam dilectionem debemus, admonendis ut alia caveatis, dissimulare possemus, cum legissemus librum, quem ad sanctam Demetriadem quisnam scripserit, vel utrum ad vos pervenerit, vestris potius rescriptis nosse volumus?* Pene igitur prævaricationis reum se Augustinus prodidisset, nisi contra venenum sacræ Virgini per hæretici litteras propinatum, catholicæ doctrinæ pharmacum adhiberet: nec aliud mysterium habent sanctæ Doctoris litteræ. Ceterum longe a Pelagianorum errore semper fuisse Julianam cum

X. Cur sanctus Augustinus ad Julianam potius quam ad Demetriadem scripsit.

S. August. Epist. 133.

S. August. Epist. 143.

Ibidem.

cum omni sua familia, testatur ipsa discretis verbis ab Augustino relatis. Illam prioribus litteris de hac hæresi vitanda monuerat, deque pia admonitione gratias uberes egerat Juliana, hæc subjungens: *Sed noverit sacerdotium vestrum longe me ac domunculam meam ab hujusmodi personis esse discretam: omnisque familia nostra adeo catholicam sequitur fidem, ut in nullam hæresim aliquando deviaverit; nec umquam lapsa sit, non dico in eas sectas, quæ vix expiantur, sed nec in eas, quæ parvos habere videntur errores.* Probe intellexit Augustinus Pelagianam sectam a Juliana inter eas numerari quæ parvos videbantur habere errores: quia nimirum cum nondum plene innotuisset imperitiori præsertim sexui, quam exitiosum esset Pelagii Cælestique venenum, eorum secta dogmataque tolerabiliora videbantur, si cum illis sectis dogmatibusque conferrentur, quæ vix expiantur. Parvum non esse istum errorem docet Julianam Augustinus, ut magis exosam ei sectam redderet, in quam numquam se domumque suam lapsam esse, & a cujus asseclis longe se esse discretam clarissime profitetur; sed hanc ejus fidei professionem vel obscuritatis arguere, vel parum sinceram suspicari, numquam, quod noverimus, in mentem venit Augustino; nec cujusquam ingenui & christiani hominis animum debet sinistra hæc subire suspicio.

XI. An ob-  
scura re-  
manferit  
Deme-  
trias.

Hiero-  
nym. Ep.  
3. ad De-  
metria-  
dem.

Miratur denique auctor quod Demetrias tanta olim totius orbis gratulatione virginitatem professa, postmodum latuerit in obscuro, nec ulli penitus laudata sit, nisi forte cuidam Prospero. Laudis profecto nimis avidum dixerim, qui parcius laudatam dixerit Demetriadem. Quid in virgine melius laudaveris, quam virginitatis professionem? Quid in virgine quæ & nobilitate & divitiis prima erat in orbe Romano, quam quod hæc universa contempserit, ut se hostiam vivam, Deo placentem, ac sine ulla macula

sterna pudicitia consecraret? Hæc laudavit Hieronymus, hæc Innocentius, hæc Augustinus, hæc excellentissimi quique magistri, qui tunc in Ecclesia præminebant: hæc univèrsus orbis gratulatus est. Istud si cui parum esse censetur, nescio quid ei sufficiat. Sed & in obscuro latuisse post profectam virginitatem, virginis Deo sacræ & in obscuro faciei Dei latitantis, non est laus infima: cujus videlicet ardentius studium totiusque virtutis meritum hoc est, ut amet nesciri. Nec tamen obscurus remansit piæ virginis profectus, quem post triginta fere annos univèrsæ Ecclesiæ notum fecit eximia, non Prospero cujusdam, sed Leonis Magni epistola. Apud quem quanti meriti esset Demetrias, vel inde perspicuum est, quod in magnum trahat humilitatis argumentum, quod in hoc usque, inquit, o sacra virgo Demetrias, dignationem tuæ dignitatis inclines, ut profectiones tuas etiam meo stylo exigas adjuvari. Quod ego ad tenuitatem facultatis meæ respiciens, omnibus modis recusarem; neque tam maturo & erudito animo cohortatiunculas meas adhibere præsumerem, nisi fiduciam efficiendi id quod jubetur, a jubente conciperem, & tuis meritis & orationibus considerem esse præstandum &c. Demum in obscuro non remansit posterioribus annis Demetrias, quæ a pluribus scriptoribus ecclesiasticis laudatur, quod in fundo suo via Latina Basilicam in honorem sancti Stephani Protomartyris, hortante Leone, exstruxerit. Cujus quidem memoria tam non est in obscuro, ut potius in ore & manibus versetur omnium, quotquot quotidianum ecclesiastici officii pensum persolvunt; & quotannis in anniversaria sancti Leonis festivitate ubique Ecclesiarum recolatur: adeo ut pene in virgine Demetriade impletum dixerim, quod de Magdalena prædixit Dominus JESUS: *Ubi cumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & 26. 13. quod hæc fecit in memoriam ejus.*

E D I T O R U M  
O B S E R V A T I O N E S

IN DISSERTATIONEM QUARTAM QUESNELLI,

*de Auctore libelli, seu epistola ad Demetriadem Virginem.*

Hæc epistola S. Ambrosio perperam tributa.

I.



Æc epistola primum edita fuit inter Ambrosii opera, in fine epistolarum ejusdem, epist. 84. & ipsius nomine inscripta, ut didicimus ex editione Basileensi anni 1492. In qua cum non appareant libri *de Vocatione omnium gentium* in posterioribus editionibus adjecti, indicium est manifestum, eam epistolam a primo editore sine iis libris fuisse inventam vel in fine codicis epistolarum S. Doctoris, vel in aliquo MS. simili exemplo Vat. 284.

in quo hæc ipsa epistola sine libris *de Vocatione* legitur cum hac inscriptione: *Ambrosii ad Demetriadem Virginem.* Cum vero animadversum fuisset, hanc epistolam ex Pelagianorum mentione, quæ in eadem occurrit, & ex ipsa Demetriadis ætate non posse attribui S. Ambrosio; in editione ejusdem Romani anni 1581. omissa fuit, retentis libris *de Vocatione*, qui antea Ambrosii operibus additi fuerant.

Cur ab aliis tributa S. Prospero Aquit.

Nulli codd. huic sententia favent.

II. Joannes Sotellus, qui anno 1565. Lovaniensi Prosperi editioni libros adjecerat *de Vocatione* ex tribus codicibus, in quibus iidem libri Prospero tribuebantur; etsi nullum nactus fuisset exemplar, quod hanc epistolam Prospero pariter adscriberet; eam tamen ex stili præsertim similitudine cum laudatis libris eidem Auctori adjudicandam, ejusque operibus inferendam putavit. Licet autem aliquot subinde codices nobis inventi fuerint cum memoratis libris Prospero inscriptis; nullum tamen reperire licuit, quo hæc Sotelli opinio fulciatur. Plerique enim codices, qui libros *de Vocatione* attribuunt Prospero, hæc epistola carent. Ex tribus autem exemplaribus Vaticanis signatis num. 262. 268. & 281. in quibus post duos libros *de Vocatione* hæc epistola describitur, duo postrema 268. & 281. libros *de Vocatione* Ambrosio asserunt; epistolam autem absque Auctoris nomine subjiunt cum titulo: *Incipit de vera humilitate ad sacram virginem Demetriadem.* Primum vero recentius 262. libros quidem *de Vocatione* & in inscriptione & in finali clausula adscribit Prospero; at epistolam quasi opusculum ad eundem auctorem non pertinens, interpositis aliquot paginis albis, sine ulla inscriptione a prima statim periodo exorditur, adeo ut libris *de Vocatione* Prospero tributis per accidens subiecta videri queat.

Quesnellus Leoni eam asseruit.

III. Cum nihilominus ex stili similitudine, nec non ex similibus de gratia sententiis invaluisse opinio, ejusdem auctoris esse & libros *de Vocatione*, & epistolam ad Demetriadem, sicut illi libri ex pluribus MSS. exemplaribus Prospero tributi fuerunt; ita hanc quoque epistolam, nullo licet codice suffragante, eidem adjudicandam communius obtinuit. Primus contra hanc sententiam vexillum extulit Paschasius Quesnellus, qui una cum libris *de Vocatione* hanc etiam epistolam S. Leoni vindicandam contendit. Contra hunc autem late scripsit Josephus Antelmus dissert. 2. *De veris operibus SS. Leonis & Prosperi*, ut ex vulgata sententia S. Prospero eandem epistolam assereret: & alter alteri brevioribus subinde scriptis respondit. Inter has compugnantes opiniones ut æquum feramus iudicium, cum nihil ex MSS. pro Prospero, pro Leone autem multo minus elici potuerit; expendendæ sunt in primis illæ conjectationes, quas Quesnellus proposuit, ut excluso Prospero, Leoni epistolam vindicaret. Tum de sententia Antelmii, qua S. Prosperus auctor adstruitur, nonnulla adjiciuntur.

Confutatur.

IV. Primo hypothesis, quam initio Quesnellus statuit, eundem esse & illorum librorum & epistolæ auctorem, non ita certa est, uti præsumitur. Duplex

plex in hanc hypothesim affertur ratio, tum quod stilus in utroque opere idem videatur, tum quod utrobique iidem Semipelagianorum errores impugnentur. At non Semipelagianorum, sed Pelagianorum errores in epistola ad Demetriadem notari exploratum nobis videtur. Ad Semipelagianos quidem Quesnellus retulit illa capituli decimi: *Quam partem superfluae praedicationis* (qua scilicet Pelagiani varios errores spargebant) *quidam sibi, cum cetera abnuerent, servaverunt ... ut omnium hominum generalem ruinam meritorum privilegio sublevarent; & cum inter nostros originalis peccati vulnera faterentur, inter suos tamen hoc tenere ostenderent, quod primorum hominum praevicatio solis imitatoribus obfuisse.* At haec Semipelagianis Massiliensibus aut aliis eorum fautoribus nequaquam conveniunt: quippe hi sincere admittebant originale peccatum, neque ulla in hoc errore cum Pelagianis societate jungebantur. Inducantur autem quidam Pelagiani occulti, qui dum verebantur se se palam prodere, originale peccatum fatebantur inter Catholicos, inter suos autem negabant: iique ejus generis fuisse videntur, ac illi Pelagiani latentes a S. Leone memorati epist. 1. quos generalibus & ambiguis professionibus utentes, ut se se oculerent, idem Pontifex ad apertam & expressam cujusque erroris condemnationem adigendos praecipit. Stilus porro epistolae a stilo librorum *de Vocatione* discrepare videtur in nonnullis, quae acutiora & accuratiora ingenia nequaquam effugient. Et siquidem latius similis praetendatur, cum stilus hac latiori ratione similis in diversis ejusdem aetatis ac institutionis Scriptoribus identidem reperitur; haec sola latior similitudo stili duorum operum, eundem auctorem certo probare non potest. Nihil igitur pro eodem auctore asserendo certum suppetit. Immo altum de Semipelagianorum erroribus silentium in epistola, ubi congrua incidit occasio, non nemini incredibile videri potest, si ejus auctor idem esset ac scriptor librorum *de Vocatione*, qui ex his libris adversus eosdem inflammatus agnoscitur. In re autem praesenti si saltem dubium ponatur, num diversus sit epistolae & librorum auctor; cum negari nequeat, stilum epistolae magis convenire cum stilo librorum *de Vocatione*, quam cum stilo S. Leonis, vel Prosperii; & hac majori similitudine nihil conferente incertum habeatur, num isthaec epistola auctori librorum *de Vocatione* tribuenda sit; multo erit incertius, immo creditu difficilius erit, eam Leonis esse, vel Prosperii, a quorum stilo magis discrepat.

V. Sed hoc interim praetermissis, & praesumpta etiam hypothesi, eundem esse utriusque operis auctorem, cum nihil hinc elici queat ad asserendum auctorem Leonem potius, quam Prosperum, dissertationis Quesnellianae examen prosequamur. Pro Leone igitur Quesnellus primo ingerit promiscuum & peculiarem usum veteris & Hieronymianae versionis ejusdem versus 4. capituli 14. libri Job, qui juxta utramque interpretationem tum in Leonis sermonibus, tum in epistola ad Demetriadem legitur. Id *validum argumentum* decantat: *cum nemo facile sibi persuadeat, fortuito contigisse, ut eadem aetate duo Scriptores diversi eundem ejusdem libri versum assumpserint ex versione S. Hieronymi, quae nondum in usum vocata erat, & vix ab alio auctore illius aevi usurpata reperitur.* Quam vero imbecille sit hoc argumentum, quod *validum* censuit, patet ex coevo auctore operis *de promissionibus & praedictionibus Dei*, qui eundem versiculum Job ex utraque interpretatione recitat part. 1. c. 4. ac eodem etiam in contextu utramque versionem ita jungit, uti in epistola ad Demetriadem, non autem in Leonis sermonibus jungitur. Adde quod idem versus ex utraque versione simul recitatur etiam ab auctore Hypognosticon lib. 5. c. 4. qui hoc eodem saeculo floruit; & ita recitatur, ut in hoc potissimum versu Job haec duplex interpretatio adversus Pelagianos solemniter appareat, nec ad peculiarem hujus vel illius auctoris modum referenda sit. Post descriptum enim versum ex versione antiqua addit: *Hac secundum septuaginta interpretum editionem, quae ex Graeco in Latinum sermonem versa est, posuimus. Audite apertius ad sugillationem vestram idipsum, qualiter ex Hebraeo verbo sit in Latinum translatum: Quis potest &c.* Et paullo post: *Sive igitur Septuaginta ex Hebraeo in Graeco, sive alius similiter ex Hebraeo in Latino sermone unum atque idem, & immutatis verbis, non tamen veritate, parvulos peccati sorde reos esse dixerunt.*

VI. Similes sententiæ, quas secundo loco Quesnellus proponit, cum non tam apud Leonem, quam apud alios quoque Scriptores, qui de eadem re differere instituant, inveniri possint, & inveniantur frequentissime, nihil conficiunt.

VII. Tertium argumentum ex stilo, si etiam similis, immo ejusdem auctoris præsumatur stilus epistolæ, ac stilus librorum de *Vocatione*, nihil pro Leone convincit, quemadmodum nihil pro Leone probare stilum librorum de *Vocatione* vidimus in Observationibus ad Dissert. 2. Quin cum ibidem exactius expendentes stilum eorundem librorum ostenderimus discrimen non exiguum a Leonis stilo ob quosdam characteres elocutionis valde dissimiles, qui communes sunt epistolæ ad Demetriadem; ex hoc potius stili capite alius a Leone hujus quoque epistolæ auctor evincitur.

VIII. Post longa verborum ac sententiarum parallela cum Leonis verbis atque sententiis, quibus alia similia in Prospero invenit atque reposuit Antelmius, Quesnellus aliud argumentum affert §. VI. n. 5. ex eo quod auctor se Romanæ Ecclesiæ alumnum præfert: *Dum ejus gloriam ubique æmulatus Apostolicam Sedem omnibus tum Sacerdotibus, tum plebibus exemplo fuisse asserit, ut Pelagiani dogmatis insaniam abhorrerent; cum hæc palma Episcopis Africanis debeatur, qui omnium primi signum adversus Pelagianos leverunt.* At idipsum etiam Prosper, licet nec Italus, nec Romanus tradidisse ex duobus locis invicem collatis agnoscitur. Primum in carmine de *Ingratis* v. 39. ubi scribit:

*Pestem subeuntem PRIMA rescidit  
Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honoris  
Facta caput mundo, quidquid non possidet armis,  
Religione tenet. Non segnior INDE Orientis  
Rectorum cura emicuit, captumque nefandi  
Dogmatis auctorem constrinxit lege benigna  
Commentum daminare suum &c.*

Ac sequentibus deinde versibus, quos Quesnellus recitavit, veluti posteriora Africanorum Concilia indicat, quæ Romanæ Sedis auctoritate sub Zosimo probata fuere. Secundo in libro contra Collatorem cap. 21. al. 41. ubi recensens juxta temporis ordinem judicia in Pelagianos edita, primum locum tribuit Innocentio I. his verbis: *Tunc istorum machinæ fractæ sunt. Tunc in superbiæ suæ sociis ac principibus corruerunt, quando beatæ memoriæ Innocentius nefandi erroris capita apostolico mucrone percussit: quando Pelagium ad proferendam in se suosque sententiam Palæstinorum Episcoporum Synodus coarctavit: quando Africanorum Conciliorum decretis beatæ recordationis Papa Zosimus sententiæ suæ robur annexuit &c.*

Innocentius Papa primus contra Pelagianos aliquid egit.

IX. Qui Africanos omnium primos Pelagianis bellum indixisse asserunt, ea præsumptione nituntur, quod Innocentius adversus eosdem nihil gesserit, nisi postquam ab Africanis monitus, celebres epistolas dedit an. 417. At ex duobus recitatis Prosperi testimoniis liquet, eum Pontificem adversus Pelagianos egisse aliquid ante ipsum Palæstinorum Concilium an. 415. Nam priori textu particula *inde* hoc Orientis Concilium habitum indicat post aliquod judicium Romanæ Sedis, quæ *prima* pestem subeuntem resciderat. In altero autem testimonio similiter Innocentius ante Palæstinorum sententiam nefandi erroris capita percussisse traditur. Aliquid ergo nobis ignotum idem Pontifex gessisse in Pelagianam hæresim ante celebres, quæ supersunt, ejusdem epistolas anni 417. dicendus est. Hinc intelligitur quam vere Photius scripserit in Bibliotheca ex cod. 54. serius sub initium sexti sæculi exarato, Pelagianos ac Cælestianos *ejectos tamquam hæreticos extra Ecclesiam temporibus Episcoporum Theophili Alexandrini & Innocentii Urbis Romæ.* Hoc testimonium quidam redarguunt, eo quod Pelagianos primum damnatos putent in Concilio Carthaginensi anno, uti opinantur, 412. post Theophili mortem, quæ incidit in hujus anni initium. Alii vero ne hoc testimonium, quod ex tam antiquo codice de Pelagianorum gestis agente a Photio excerptum fuit, plane rejiciant, *Theodori Antiocheni* pro *Theophili Alexandrini* corrigendum existimant. Sed ex allatis Prosperi verbis nec repudiandus est hic Photii locus, nec corrigendus. Omnia enim optime coeunt, si dicamus Innocentium vivo adhuc Theophilo aliquid con-



contra Pelagianos perpetrasse, cum forte antesignanus eorum Pelagius suam hæresim cœpit spargere: quod factum fuisse ante Collationem Carthagine habitam anno 411. Kalendis Junii colligitur ex Augustino *De gratia Christi* c. 22. ubi de Pelagio ait: *Cœpit ad nos fama perferre, quod adversus gratiam Dei disputaret*; ac dein eum Hipponensi littore exceptum tradit se absente; ac tandem subjicit: *Postmodum ejus faciem, quantum recolo, semel vel iterum vidi, quando cura Collationis, quam cum hæreticis Donatistis habituri eramus, occupatissimus fui*. Igitur saltem circa annum 410. Pelagiana hæresis audiri cœpit; idque Romæ præsertim, ubi ille ex eodem Augustino *diutissime vixit*, fuisse auditum deduci potest ex ejusdem Doctoris libro *de dono persever.* c. 20. in quo narrat, Pelagium Romæ cum Africano Episcopo de gratia litigasse occasione cujusdam sententiæ ipsius Augustini, quæ in libro Confessionum erat inserta. Cum Pelagius Roma discesserit ante Collationem, cui cum se se pararet Augustinus, illum in Africa vidit; ac dein perrexerit in Palæstinam, ubi adhuc degebat Zosimi tempore; hæc concertatio ejus Romæ circa annum 410. habita videtur. Hæc eadem concertatio aliæque similes Romæ celebres, & execranda dogmata ibidem sparsa indicari etiam videntur in libro de peccato origin. n. 24. *Alia quoque ipsius (Pelagii) in Urbe Roma, ubi diutissime vixerat, atque in his fuerat prius sermonibus CONTENTIONIBUSQUE versatus, cura fidelium fratrum prolata patuerunt, quæ litteris suis ... Papa Zosimus execranda, sicut legere potestis, attexuit*. Verosimile itaque videtur, hominem Romæ contra divinam gratiam execranda dogmata spargentem, & cum catholicis libere litigantem ab Innocentio fuisse reprehensum ac ejectum de Ecclesia. Hinc forte ex Urbe discedere coactus, Africam appulit, indeque se in Palæstinam tandem recepit. Ita ergo prima Romana Sedes contra Pelagianam hæresim pugnavit ante ipsam Carthaginensem Synodum habitam post Collationem anno 412. vel, \* ut nos credimus, sub finem anni 411. ac proinde ipsa ceteris exemplo præcessit, ut in epistola ad Demetriadem c. 10. traditur. Sed quidquid id est, cum constet hujus epistolæ auctorem idem scripsisse ac S. Prosper, qui Romanus non fuit, quacumque tandem ratione id explicandum credatur, hæc sententia ad Romanum, aut Romanæ Ecclesiæ alumnum adstruendum eundem auctorem nihilum confert.

X. Hæc in hypothese quæ vulgo obtinet, qua nimirum creditur auctor epistolæ loqui de primo Romanæ Sedis judicio in damnandis Pelagianis. At veremur, ne hoc sensu ejus verba accipienda non sint. Inquit enim laudato cap. 10. *Restiterunt quidem huic impietati recta innumerabilium corda Sanctorum, & non solum docti quique Pontifices, verum etiam universales Ecclesiæ plebes Apostolicæ Sedis exemplo insaniam novi dogmatis horruerunt*. Verba *Apostolicæ Sedis exemplo*, quod non tam *docti quique Pontifices*, quam *universales Ecclesiæ plebes* secutæ sunt, uni conveniunt Tractoriæ Zosimi in universum orbem missæ, quam non solum omnes docti, seu sanæ doctrinæ Pontifices eam subscriptionibus firmantes, verum etiam omnes totius Ecclesiæ plebes de hac hæresi admonitæ, *insaniam novi dogmatis* horruerunt. Simili fere sensu S. Prosper contra Collatorem n. 57. de eodem Zosimo scripsit: *Ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteris omnium armavit*: quatenus scilicet ei Tractoriæ omnes catholici Episcopi subscribentes, omnes quoque suas plebes ad eandem hæresim execrandam incitarunt.

XI. Pluribus deinde conjecturis Quesnellus profequitur, ut statuat cap. 7. occasionem ac tempus, quo hæc epistola a Leone scripta fuerit. At cum nondum satis probaverit hunc Pontificem esse ejus auctorem, omnes ejusmodi conjectationes infirmo fundamento incumbentes fatiscunt. Quoad epistolæ tempus, ea scripta traditur, postquam Demetrias ex Africa in Urbem remigraverat. Id autem accidisse post Vandalorum irruptionem in eandem provinciam anno 427. Quesnellus existimat: & licet non diffiteatur, eam potuisse ante id tempus redire; priori tamen sententiæ veluti probabiliori adhæret, quippe cui ceteras conjecturas libenter superstruit. At Demetriadem jam rediisse Romam an. 414. liquet ex epistola Pelagii ad eandem virginem eodem anno scripta, ubi hæc leguntur: *Adhibe tibi etiam in Urbe solitudinem*. Voces *in Urbe Romam* proprie dictam significant: unde Pelagius in Oriente degens, cap. 1. indicat se

Qua occasione.

De pecc. orig. c. 21.

\* t. 4. Norisii Oper. Hist. Donatist. part. 2. c. 12. p. 577.

Profequitur confutatio Quesnelli.

Append. Aug. t. 2. ep. 17. c. 23.

trans-

transmarinis litteris respondere, quas a Juliana ejus matre, cum filia utique in Urbem reversa, acceperat. Hinc etiam S. Hieronymus epist. 130. al. 8. ad eandem eodem anno scripta, ipsam monet, ut Innocentii fidem sequatur, nulla neque Aurelii, qui Carthagine eam velaverat, neque Augustini, qui virginitatis vovendæ eidem hortator fuerat, facta mentione: quod indicio est eam Romæ tunc temporis exstitisse. Idipsum etiam colligitur ex Augustini epist. 188. ad Julianam, ut PP. Benedictini latius probant in Augustini Vita lib. 7. c. 6. n. 6. Serius nihilominus nostram epistolam fuisse lucubratam nonnulla fudent. Non solum enim c. 10. Pelagiana hæresis jam toto orbe condemnata innuitur post Zosimi Tractorem, quæ data fuit anno 418. verum etiam longum intervallum a virginitatis proposito, quod in primæ ætatis flore edidit Demetriades, indicant verba capituli primi: *Si vero de commendando virginitatis bono disseram, superflua erit ejus nunc propositi insinuatio, quod tu a primæ ætatis tuæ flore sine humanis cohortationibus elegisti, & de quo inter ipsa principia multi, qui tunc in Ecclesia præeminebant, merito non siluerunt.* Quæ verba palam ostendunt, & Demetriadem jam excessisse florem juventæ, & eos jam supremum diem obiisse, qui illius propositum scriptis laudaverant. Augustinus autem præcipuus ejus laudator obiit an. 430. & ideo post hunc annum hæc epistola scripta fuit. Cum porro capite 10. memorentur Pelagiani quidam occultiores, aliter inter suos, aliter inter Catholicos profitentes, quales præsertim sub Leone Pontifice plures fuerunt; si per hoc tempus lucubrata credatur, eam Leoni jam supremam in Ecclesia auctoritatem obtinenti non posse attribui multo magis patebit. Nonnulla enim sunt in eadem epistola adeo humilia & submissa, ut neque eidem uti Romanæ Ecclesiæ Archidiacono convenire visa sint Antelmio Dissert. 2. n. 20. pag. 108. Recitat præcipue illa capituli 1. ubi & *dignatio dignitatis* Demetriadis effertur in *indicenda* ac veluti præcipienda hujus epistolæ scriptione, ac ipsius auctoris maxima erga illam observantia declaratur. Hæc monachum & privatum quemlibet sane decent, Romanæ autem Ecclesiæ Archidiacono, qui ex officio & cura virginum, ut Quesnellus putavit, hæc scriberet, nequaquam congruunt. Stet igitur nihil esse, ex quo hanc epistolam Leoni cogamur asserere: immo nonnulla occurrere, ex quibus illam ipsi subtrahendam putemus.

Non est  
opus Pro-  
speri A-  
quit.

XII. Prospero autem multo minus vindicari potest: cum stilius epistolæ multo apertius a Prosperi quam a Leonis stilo discrepet, ut ex observationibus ad Dissert. 2. colligere licet. Prætermissa etiam Augustini mentio, quum opportuna incidisset occasio, opusculum abjudicat a Prospero, ut optime Quesnellus notavit: neque enim hic ea ratio dissimulandi ejus nominis allegari potest, quam in libris *de Vocatione* ingessit Antelmus. Accedit error initio epistolæ insertus, quo virginitatis propositum a Demetriade *sine humanis cohortationibus* susceptum traditur: neque enim Prosper S. Augustini operum callentissimus ignorasse videtur, hunc S. Doctorem ejus propositi suscipiendi celebri ad eandem virginem epistola hortatorem fuisse. Cetera quæ Prosperum excludunt, apud Quesnellum invenies. Hinc ergo Leone & Prospero subductis, hanc epistolam incerto auctori adscribendam censuimus.

PASCHASII QUESNELLI  
DISSERTATIO QUINTA,

SEU

APOLOGIA  
PRO SANCTO HILARIO

ARELATENSI EPISCOPO,

& antiquis sanctæ Ecclesiæ Arelatensis juribus,

IN TRES PARTES DISTRIBUTA.

Ad Epistolam x. alias LXXXIX. sancti LEONIS Papæ ad Episcopos  
Viennensis provincie.

P R Æ F A T I O.



EM arduam aggredimur, nec ad hæc usque tempora ab ullo ecclesiastico scriptore omni ex parte tentatam: ut scilicet sanctum Hilarium Arelatensem Episcopum, Ecclesiæ Gallicanæ

decus eximium, a calumniis probrisque vindicemus, quibus sanctissima ejus memoria, occasione epistolæ sancti Leonis ad Episcopos Viennensis provincie, immaniter hæcenus lacessita est. Eum enim passim traducunt ut hominem \* præfractæ contumaciæ, \* effrenatæ temeritatis & insolentiæ, qui omnia jura episcopalia & metropolitana susque deque ferret, qui Canones ecclesiasticos nihil pendens, omnia pro libidine animi ageret, Pontificatumque suum, seu, ut ajunt, vicariatum a Pontifice concessum in tyrannidem converteret: quod Diotrephi similis ipsum Pontificem recipere detrectaret: quod denique illa \* apostolica delegatione & primatu in tantam arrogantiam fastumque prorupisset, ut summum Pontificatum, & ut ita dicam, Papatum in Galliis sibi jam designaret. Pro quibus criminibus, aliisque quamplurimis justissimas poenas luisse Hilarium asserunt, nec aliter eum in Leonis gratiam tandem aliquando redintegratum fuisse, atque inter vindictos cælestes conscriptum, quam peracta pro tot & talibus ausis seria constantique poenitentia.

Neminem, qui hæc omnia diluere, tantique Pontificis innocentiam asserere tentaverit, hæcenus invenimus, nisi unicum auctorem eumque Hispanum, Franciscum scilicet Bivarum Ordinis Cisterciensis Abbatem, qui commentitium Dextri Chronicon a Marco Maximo Episcopo Cæsaraugustano

continuatum in lucem edidit, & commentariis illustravit. Hic enim ad ann. Chr. 449. ubi Pseudo-Dexter Hilarium Arelatensem egregia morte vitam meritis & sanctitate plenam finisse narrat, aperte & palam prædicat hujus viri sanctitatem, modestiamque eximiam; eaque omnia, quæ vel a Leone, vel ab aliis in ipsum conjecta sunt, inter calumnias ab ejus adversariis confictas deputat. Ceterum ( ut sensum, inquit, meum ponam ) tanta viri sanctitate perspecta, nequaquam in Baronii adduci possum sententiam, ut credam Hilarium rem poenitentia dignam eo temporis perpetrasse; sed in eam proclivior sum, qua nihil minus intelligi queat inter Hilarium & Leonem questionis utrimque juste intercessisse, atque olim inter Paullum & Petrum a Paulo reprehensum; inter Chrysostomum & Epiphanium, seu inter Athanasium & Luciferum: & ut aliquid altius repetam, inter Gabrielem & Principem Persarum custodem. Nam & magnus Leo multis susurrationibus ac criminationibus circumventus in Hilarium juste potuit irasci, nimirum cunctis, quæ in ipsum a malevolis objiciebantur, fidem præbens; & Hilarius ipse nihilominus ab omni crimine immunis esse.

Quid porro scriptores nostros a causa Hilarii sui defendenda deterruerit, plane nescimus, nisi quod vel negotium illud non satis perspectum habuerunt, ad alia pro suo quisque instituto properantes, vel se ut temeritatis ac violatæ pontificæ majestatis reos infamandos esse timuerunt, si tot facinora a Leone in medium adducta adversus Hilarium in dubium revocarent, vel absolverent eum, in cujus condemnationem utraque potestas terribilibus sese decretis aliquando armarant.

Verum ibi trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Quasi vero Hilarius defendi, nisi offenso Leone, non possit; cum potius: Connexæ  
Leonis &  
Hilarii  
Apologie.  
utri-

Cur Hilarii causa derelicta.

Apologia sancti Hilarii Arelat. hæcenus intentata.

Marca Epist. ad H. Valerium. De tempore susceptæ ideæ in Galliis. Joan. Morinus Exercitat. Eccles. lib. 1. Exerc. 23. Joan. Filesac. dissert. de sacr. Episc. auctor. c. 9. sect. 12.

utriusque apologiam ita sibi invicem existimemus esse connexam, ut non aliter quam purgato ea qua instituimus ratione Hilario, Leonis ipsius existimationi provideri posse arbitremur. Ita enim Arelatensis Episcopi sanctitas, humanarumque rerum contemptus apud clarissimos quosque auctores ecclesiasticos, ne quid de peculiari ejus vitæ scriptore dicamus, celebrata sunt, ut alia via excusari non possit Leo, quod in hominem, proh qualem ac tantum! ea scripserit, quibus paria (si Bivaro credimus) probra in facinorosum quemlibet vix conjici possent, quam si Leonis credulitati per malas artes fuisse obreptum, fateamur hic primum ingenue, & abunde postea demonstramus.

Quidni enim Leonem nostrum iisdem verbis affari nobis liceat, quibus Bernardus Papam Eugenium? *Venerunt ad te in vestimentis ovium, immo in vestimentis Pastorum, in habitu sancto: species decepit te.*

Leo infirmitatis sua bene conscius.

Norm. 4. in Assumptione sua, cap. 2.

*Quid mirum? Et tu homo es.* Neque hoc sibi Leo de se ipse persuaderi ægre passus esset, qui statim atque adeptus est Pontificatum sub tantæ dignitatis pondere ingemuit, & de ineluctabili pene in multis errandi necessitate & secum & apud plebem suam pluries conquestus est. *Qua conditio, inquit, si omnes Sacerdotes generaliter tenet, quanto magis nos & onerat & obstringit, quibus ipsa suscepti operis magnitudo creberrima est offensionis occasio?* Timor, quem timebat, evenit ei; & quod verebatur, accidit. Ita enim in hac cum Hilario disceptatione falsis rumoribus technisque adversariorum ejus circumveniri se passus est, ut cum innocentissimum virum, immo apostolicum omnino Sacerdotem exagitaret, omnium Ecclesiarum perturbatorem, totius disciplinæ adversarium, omnium pene scelerum reum se in Hilario impugnare existimaret. Neque vero hæc tam mea sunt, quam Eminentissimi Baronii verba de Hilarii, & Mamerti causa non absimili ita loquentis: *Non mireris, Lector, Romanum Pontificem adversus Mamertum adeo vehementer insurgere, virum, ut declararunt evenita, sanctitate insignem. In his enim, que contentiosi fori sunt, perfacile est quemquam decipi. Persimile etiam sancto Leoni accidit, qui in sanctum Hilarium eadem ferme ex causa acerrime invecus est. Quis nesciat sæpe accidere, ut falsis accusationibus & subreptionibus aures Pontificum repleantur; & cum putant agere quod justum appareat, exagitent innocentem?* Hæc Binius a Baronio pro suo more mutuatus ad calcem undecimæ Hilarii epistolæ transtulit, hisque insuper Baronii suffragium cumulavit: *Quod*

Baron. ad A. C. 464. n. 8.

*accidit S. Leoni Pontifici sanctissimo in causa Hilarii Arelatensis, qui epistola 89. acerrime innocentem perstrinxit, idem ex obreptione Hilario Pontifici in causa Mamerti accidisse potuit.*

Innocentem igitur Hilarium pronuntiat hic magnus Annalium scriptor; ut merito censendus sit ea voluisse retractare, quæ ad annum 445. dixerat duriusculis verbis, nec rebus satis expensis de tota hac causa differens. Posterioribus cogitatis veluti sapientioribus inhæremus; priora, eum imitati, emendabimus hac, quam ordimur, dissertatione. Quæ ut ordinator clariorque procedat, in tres partes dispartietur, quibus quicquid adversus Hilarium a Leone objectum est in epistola illa celebri, discutiemus. Prima igitur erit de Celidonii negotio, quod hanc camarinam movit: ubi de jure Arelatensis Episcopi in provinciam Viennensem differetur. II. de Episcopi superordinatione in locum Projecti: ubi de jure ejusdem Arelatensis Episcopi in provincias Narbonenses, & alias quas sibi vindicabat Hilarius. III. denique parte cetera accusationum capita, quæ Leonis epistola complectitur, sepositis omnibus præjudiciis, ad examen revocabimus.

Partitio Dissertationis.

## PARS PRIMA.

### DE CAUSSA CELIDONII.

#### CAPUT PRIMUM.

*Totius controversiæ origo & status.*

Cum beatus Hilarius e Lirinensi Monasterio, cui semet olim tradiderat, ad sedem Arelatensem in Honorati demortui locum evedus esset circa quadringentesimum vigesimum nonum Christi annum, nihil sanctius habuit, quam ut regem Christi sibi commissum verbo pasceret, ac sollicitudine regeret pastoralis. Quemadmodum autem ejus cura, quatenus Episcopus erat, spectabat solum Arelatensem Ecclesiam, ita ad omnes sese provinciæ Viennensis Ecclesias Episcoposque extendebat ratione metropolitici juris, quod penes se dudum habebat Arelatensis Antistes. In his autem pastoralibus excursibus explendis comite plerumque utebatur magno illo Germano Autissiodorensi Episcopo, quem & sanctitatis fama & apostolica prudentia eximie commendabant. Eum vero non ob hanc solum rationem crediderim ab Hilario in hujus sollicitudinis communionem esse vocatum; sed etiam quia plures tunc temporis erant provinciæ Viennensis civitates, quæ non Romanæ ditionis essent, sed i parerent Burgundionibus. Quibus

S. Hilarius e Lirinensi Cænobio ad Sedem Arelatensem evedus.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

i Per hoc tempus, quo vivebat Hilarius, sola Sabaudia pars ab Aetio concessa fuit Burgundionibus, qui Romanos adhuc uti dominos coluerunt. Aliquot vero Viennensis provinciæ civitates solum post Valentiniani mortem, & occidentalis imperii ruinam in

potestatem eorum venerunt: vivente autem Hilario paruerunt Romanis una cum Maxima Sequanorum, & ipsa urbe Autissiodoro, uti ex ipsius S. Germani vita liquet. Vide Pagium ad an. 445. n. 12.

PARS I.  
CAP. I.PARS I.  
CAP. I.Celidonius  
Episc. ac-  
ufatus &  
epositus.

2

Narratio  
x vita  
in S. Hi-  
larii.

bus videlicet ab Actio devictis Sabaudia re-  
licta erat, cum indigenis ita porro dividenda,  
ut finibus deinde vi armorum per vicina  
propagatis in Prima Lugdunensi, Maxima  
Sequanorum, Viennensi, & aliis provinciis  
sedem fixerint. Potuit igitur Hilarius  
Germani opem eam ob rem poscere, ut apud  
alienæ ditionis populos, quibus acceptissimus  
erat eorum contribulis Germanus, plus valeret  
episcopalis auctoritas & ordinatio. Quicquid sit de hac ratione, nar-  
rat 2 Honoratus Massiliensis Episcopus in  
vita Hilarii nostri, quod cum Hilarius Ger-  
manusque lustrantes provinciam ad aliquam  
civitatem pervenissent, non prius eorum ad-  
ventus innotuit, quam certatim undique con-  
volavit hominum multitudo, non ex infima  
tantum plebecula, sed ex nobilioribus  
honoratioribusque longe plurimi, quorum  
una vox, una hæc adversus Celidonium ac-  
cusatio: ipsum videlicet interruptam suo  
quondam adhibuisse consortio; quod cano-  
nibus omnino contrarium erat: eumdemque  
sæculari præfectura perfunctum, antequam  
sacris initiaretur, aliquos extremo damnasse  
supplicio. His auditis Germanus & Hilarius,  
viri disciplinæ ecclesiasticæ tenaces, con-  
gregant illico Synodum ex probatissimis  
Episcopis, causam instruunt, convictumque  
Celidonium e sede sua dejiciendum pronun-  
tiant. Sed satius est & quæ jam diximus,  
& quæ Celidonii depositionem secuta sunt,  
suis verbis Honoratum narrantem audire.

In excursibus autem, inquit, quis ut di-  
gnum est explicabit quantum ejus præsentia  
profectum contulerit civitatibus Gallicanis,  
sanctum Germanum sæpius expetendo, cum  
quo Sacerdotum ministrorumque vitam, nec-  
non profectus excessusque tractabat? Ubi ejus  
adventus innotuit, flammata ad utrumque  
nobilitium & mediocrum studia convolarunt,  
adstruentes Celidonium interruptam suo ad-  
hibuisse consortio, quod Apostolicæ Sedis au-  
toritas, & Canonum prohibent statuta: simul  
ingerentes, sæculi administratione perfunctum  
capitali aliquos condemnasse sententia. Tan-  
tæ rei novitate permoti, testes imperant præ-  
parari. Conveniunt ex aliis locis probatissimi  
Sacerdotes: res omni ratione prudentiaque dis-  
cutitur, accusatio testimoniis confirmatur.  
Adhibetur vera simplexque definitio: ut,  
quem Scripturarum regulæ removebant, volun-  
tate propria se removeere deberet. Ille Urbem  
credidit expetendam, ibique se injusto rigore  
adstruit condemnatum. Quod ubi comperit  
vir beatus, pedibus iter aggrediens Romam  
sine equo, sine sagmario festinus intravit.  
Apostolorum Martyrumque occursum peracto,  
beato Leoni Papa illico se præsentat, cum  
reverentia impendens obsequium, & cum hu-  
militate deposcens, ut Ecclesiarum statum mo-  
Tom. II.

re solito ordinaret; adstruens aliquos apud  
Gallias publicam merito excepisse sententiam,  
& in Urbe sacris altaribus interesse. Rogat  
atque constringit, ut si suggestionem suam li-  
benter excepit, secreto jubeat emendari: se  
ad officia, non ad causam venisse; protestan-  
di ordine, non accusandi, quæ sunt acta sug-  
gerere: porro autem si aliud velit, non futu-  
rum esse molestum.

Non statim discessit Roma Hilarius, sed  
expectato Concilio Episcoporum, eorum vi-  
delicet qui forte fortuna tunc Romæ com-  
morabantur, (cujusmodi Synodum ἐνδημοδ-  
σας vocabant Orientales) jus suum fortiter  
tuitus est. In illa enim Synodo multa ul-  
tro citroque prolata sunt, quorum acta cum  
epistola sua misit sanctus Leo ad Episcopos  
provinciæ Viennensis. Quæ igitur, inquit,  
apud nos in causa Celidonii Episcopi gesta  
confecta sunt, & quæ Hilarius dixerit, dum  
cum eodem præsentem Episcopo audiretur, in-  
scopos ditus chartis rerum ordo demonstrat. Eadem  
proculdubio Acta penes se habuit auctor vi-  
tæ Hilarii, sed ab iis recensendis abstinuit,  
ne dissidium jam tunc inter beatissimos Pon-  
tifices cælesti pace compositos redintegrare  
videretur. Et quia, inquit, tantorum viro-  
rum, præsertim jam ad supernam gratiam  
vocatorum, nec in narratione audeo judicium  
fil. in vi-  
ventilare, hoc breviter dixisse sufficiat: quod  
ta S. Hi-  
solus tantos sustinuit, quod nequaquam mi-  
larii Arel.

Et quia, inquit, tantorum viro-  
rum, præsertim jam ad supernam gratiam  
vocatorum, nec in narratione audeo judicium  
fil. in vi-  
ventilare, hoc breviter dixisse sufficiat: quod  
ta S. Hi-  
solus tantos sustinuit, quod nequaquam mi-  
larii Arel.

Quam di-  
versa de  
Hilario a  
Leone &  
Honorato  
relata.  
3  
Epist. 10.  
cap. 3.

Miranda certe hoc loco simul & dolenda nobis  
venit humanæ conditionis seu infirmitas,  
seu ignorantia. Ecce enim quam diversis  
coloribus Hilarium depingunt 3 Leo & Ho-  
noratus, uterque Episcopus, uterque sancti-  
tate conspicuus, veritatis uterque studiosus.  
Scribit S. Leo: Nihil Hilarium habuisse ra-  
tionabile, quod in sanctorum Concilio Sacer-  
dotum posset respondere: eumdem laudat Ho-  
noratus, quod solus tantos sustinuit, quod  
inquirentes edocuit, quod altercantes vicit.  
Queritur Leo ad ea se occulta cordis ipsius  
transtulisse, quæ nullus laicorum dicere,  
nullus Sacerdotum posset audire. Nihil tale  
Honoratus, sed potius miratur quod nequa-  
quam mirantes expavit, quod potentibus non  
cessit, quod in discrimine vitæ positus com-  
munioni, ejus, quem cum tantis viris dam-  
naverat, conjungi nullatenus acquievit. Il-  
le tumorem mentis ejus superbiæ spiritu in-  
flata, & nimis impiam præsumptionem ar-  
guit, talemque asserit extitisse ut beato Apo-  
stolo Petro nollet esse subjectus, & frequen-  
tius temerariis & insolentibus verbis senten-  
tiam damnationis expeteret. Hic vero testa-  
tur

Ddd

tur

## EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Num hic Honoratus sit certus auctor vi-  
tæ S. Hilarii, ex Admonitione eidem præmissa  
colligetur. Narrationem hic Quesnellus suo  
arbitrio contexuit ex auctore præsertim vitæ

S. Hilarii, cui quid tribuendum sit, vide in  
Observat. part. I. c. I. n. 3.

3 Leoni magis credendum loco allegato  
ostendimus, nec non cap. 3. n. 2.

PARS I.  
CAP. I.

tur eum beato Leoni se illico presentasse, cum reverentia impendisse obsequium, & cum humilitate poposcisse, ut Ecclesiarum statum more solito ordinaret. Cui suffragatur Auxiliaris Præfectus, qui tunc Romæ agebat & testis ocularis fuisse videtur, cum ita ad ipsum Hilarium scribat inter cetera: *Sed cum propositi tui tenax sis & semper equalis, nulloque commotionis felle rapiaris, sicut nullis extolleris illecebris gaudiorum, ego nec minimum quidem factum beatitudinis tuæ arrogantia memini contagione fuscari. Sed impatienter ferunt homines, si sic loquamur, quomodo nobis conscius sumus. Aures præterea Romanorum quadam veneritudo plus trahuntur &c.* Denique Leo graviter expostulat, quod Hilarius meriti sui conscius, cum quaereretur ad causam, turpi fuga se credit subtrahendum. Auctor vero ille & sapientia & fortitudini imputat quod custodibus appositis, hyemis rigore saviente, quos ratione non flexerat, credidit relinquendos. Jam enim a primo in Urbem adventu Leonem monuerat se ad officia, non ad causam venisse, protestandi ordine, non accusandi, quæ erant acta suggerere. Porro autem si aliud vellet, se non futurum esse molestum. Hæc omnia Honoratus, qui post utriusque mortem ita scribens, ab omni vel palpani vel fallendi affectu liber & immunis fuisse credendus est.

Hilarius  
Roma dis-  
cedit in-  
ficio Leo-  
ne.

Præsentiscens igitur Arelatensis Episcopus statutum esse Leoni causam Celidonii apud se penitus retractare, majoremque fidem habere testibus ab illo Episcopo productis, quam his omnibus, qui coram Gallicanorum Episcoporum Synodo adversus Celidonium testimonium dixerat, satius duxit Roma abscedere, ne coram certanti pro suis Ecclesiarumque Gallicanarum prærogativis, aliquid incauto aut pugnacius agenti elaberetur, quod iram Pontificis Romani magis accenderet, quam rem propriam promoveret; neve expectando sententiam, quam in prioris detrimentum ferre paratus erat S. Leo, aliquid Conciliorum Episcoporumque auctoritati præjudicium crearetur, quod futuris deinde sæculis in exemplum traheretur.

Quid Leo  
post Hil-  
arii dis-  
cessum ex  
Urbe?

Quam ægre Hilarii egressum ex Urbe tulerit Romanus Pontifex, testis est epistola, quam scripsit postmodum ad Provinciæ Episcopos, & Constitutio imperialis, quam in ipsum intorqueri fecit a Valentiniano Augusto. Non statim tamen secuta sunt Hilarii hujusmodi scripta; sed eo egresso, absolutus est Celidonius Episcopus, inquit S. Leo, remotumque judicium, quod prolatum in hac sententia legebatur: quod tamquam viduus maritus Sacerdotium tenere non posset. Deinde scripsit per brevem epistolam ad Episcopos Provinciæ Viennensis, ut eos de toto negotio certiores faceret; indicaretque, Hilario metropolitana in Viennensem provinciam potestate privato, eam ad Viennæ Episcopum translata pro jure antiquo fuisse. Nec soli Viennensi provinciæ hanc dedit epistolam, sed etiam ceteris Episcopis per Gallias, ut titulus præ se fert, hoc est

per septem provincias constituitis. Quæ epistola, si tamen genuina est, veluti prælusit prolixiori illi libello, in quem differimus, qui cum maximi esset momenti, operosiori stylo elaborari debuit. Immo non prius de eo in Gallias mittendo apud se statuit Pontifex, quam diutius diligentiusque totum hoc negotium mente versasset. Unde quinque mensium intervallum inter utramque epistolam reperitur, quarum ultima VIIII. Idus Junias data est, eodem scilicet tempore, quo Valentiniani Constitutio; prior vero VIII. vel IIII. Idus Januarii: quod optime convenit cum tempore reditus Hilarii in Gallias, qui hyemis rigore saviente contigit, ut supra ex ejus vita retulimus.

Interim vero se suæ reddidit Ecclesiæ Arelatensis Pontifex; & ut nihil, pro mansuetudine & caritate sacerdotali, omitteret, quo iratum Leonem deliniret: totum se, inquit Honoratus, ad placandum ejus animum inclinata humilitate convertit, misso primitus sancto Ravennio tunc Presbytero, postmodum proprio successore. Deinde sanctum Nectarium, sanctumque Constantium, præcipuos Sacerdotes, misit.

Etsi porro hoc lenimento usus Hilarius pro servanda, quantum in ipso erat, unitate spiritus in vinculo pacis, ne putes tamen ipsum juri suo cessisse, ut sibi persuasit Eminentissimus Cardinalis Baronius, qui & addit illum *haud meliocre edidisse specimen christianæ modestiæ, cum ita exagitatus tam a Pontifice, quam ab Imperatore, tamen omnino quievit, neque contrariis editis apologiis suam causam defendit; cum alioquin id præstandi & vis eloquentiæ ipsi suppeteret, & jura a prædecessoribus prætensa suffragarentur.* Immo vero re ipsa præstitit quod præstare potuit: semper sui propositi tenax, semper equalis jura suæ Ecclesiæ & usque ad extremum spiritum obtinuit, & qua pollebat eloquentia strenue defendit: cujus rei fidem faciunt & Auxiliaris Præfecti epistolæ fragmentum in ejus vita, & ipsæ vitæ auctor, hæc scribens: *Quantum in hac causa dictaverit, huic operi nulla possum ratione connectere &c.* de quo fusius infra agemus. Dubitandum tamen non est, quin Auxiliaris Præfecti precibus annuens, ad nimiam Romanorum, ut loquebatur, teneritudinem se subinde demiserit, & quicquid illibatis Ecclesiæ suæ juribus remitti potuit, id libentissimo animo præstitit. *Aures Romanorum, inquit cordatissimus ille Præfectus, quadam veneritudo plus trahuntur: in quam si se sanctitas tua subinde demittat, plurimum, nihil perditurus, acquiris. Da mihi hoc, & exiguas nubes parvæ mutationis serenitate compeſce.* Hæc modo sufficiant. Jam vero discutienda nobis sunt accuratius ea, quæ occasione hujus controversiæ adversus Hilarium objiuntur, qui tamquam alieni juris in vasor ab omnibus pene scriptoribus exagitatur, propterea quod Celidonium Episcopum non modo innocentem, sed & ad se nullatenus pertinentem, deponere ausus fuerit. Ante omnia autem,

PARS I.  
CAP. I.

Hilarius  
ad pla-  
candum  
Leonem  
se con-  
vertit.

Ad An.  
445. num.  
18.

Auxilia-  
ris Præ-  
fecti re-  
stimo-  
nium pro  
Hilario.

PARS I. autem, qua in provincia ille Episcopum  
CAP. I. egerit, inquirendum est.

didit: in his J. Sirmondus Conciliorum Galliarum Tom. 1. Illustriss. Petrus de Marca, Dissert. de Primatu Lugdun. N. 77. & in opere de Concordia Sacerd. & Imp. lib. v. Eiusdemque libri continuator Stephanus Baluzius, Franciscus Hallier, de Hierarchia Eccl. & alii passim.

## CAPUT II.

*In qua Provincia Celidonius Episcopatum obtinuerit? An in Maxima Sequanorum? Ubi vitæ S. Romani Abbatis locus expenditur.*

Quæstiones in hac controversia ventilandæ.  
Plures hic occurrunt ventilandæ quæstiones, quæ semel illustratæ plurimum lucis conferent toti huic controversiæ. Quæritur enim cujus civitatis, vel saltem cujus Provinciæ Galliarum Episcopus fuerit Celidonius? Utrum intra septem Provincias, an in aliqua reliquarum Gallicanarum, quæ corpus singulare constabant? Item fueritne solummodo Episcopus, an etiam metropolitica auctoritate fuerit decoratus? Hæc porro non ignorare tanti est, ut ex his totius diffidii cardo pendeat. Longe enim aliter statuendum est de Hilarii negotio, si comprovincialem Antistitem depofuerit, aliter si Metropolitanum. Iterum alius est omnino quæstionis status, si intra Provinciam Viennensem hoc egerit; alius, si in aliqua alia e septem Provinciis; alius denique, si extra hoc peculiari Provinciarum corpus, puta in Lugdunensi, in Maxima Sequanorum, vel in alia: ista siquidem, qua fieri poterit industria, discernenda sunt, ut in quo Hilarius erravit, vel errare visus est, possit deprehendi.

Inde orta le Episcopatū Celidionii reventior opinio.  
Cardinalis Baronius Celidonium Provincie Viennensis Episcopum fuisse existimavit; etsi res ab eo discussa non videtur. Hæc omnium animis infedit opinio, usque dum Joannes Franciscus Chiffletius in sua Vefontionensis seu Bizuntinæ Urbis & Ecclesiæ historia fragmentum quoddam protulit vitæ S. Romani Abbatis, quod e Codice Monasterii Jurensis acceptum, eidem a Petro Franc. Chiffletio S. J. transmissum fuerat. <sup>I</sup> Fragmentum enim istud Celidonium Vefontionensem Episcopum disertis verbis appellat. *Hilarius, inquit, venerabilem Celidonium supradictæ Metropolis Vefontionensis Patriarcham, Patricio Præfectorioque fultus favore indebitam sibi per Gallias vindicans Monarchiam, a sede episcopali, nulla existente ratione, dejecerat.* Mirum est quam avidè, quam benevolè istud exceptum fuit ab omnibus Historiæ ecclesiasticæ studiosis, qui scilicet intelligebant, quantum lucis inde mutuaretur Hilarii negotium, quantopere & sententiæ Leonis Papæ æquitas palam omnibus fieret, & tota hæc disciplinæ ecclesiasticæ pars nobilissima illustraretur. Chiffletiorum igitur sententiæ omnis eruditorum chorus accinit, Celidoniumque Bizuntinæ Ecclesiæ Episcopum hucusque cre-

Tom. II.

Ab hoc eruditorum grege vix me divelli patior; patior tamen, quoniam multa me movent, persuadentque Celidonium hunc, de quo controversia, numquam Vefontionensem Episcopum fuisse, & fragmentum istud vitæ S. Romani merito interpolationis mihi suspicionem injicit, ne dicam aperte per fraudem vel errorem vitæ illi insertum fuisse.

Integra nuper luci data est Romani Vita opera Bollandi ad xxviii. diem Februarii, ubi fragmentum illud suo insertum loco vidi; sed & totam Romani vitam accurate perlegi, adjunctamque ab eodem auctore Lupicini fratris, & Eugendi, qui huic successit, historiam, ut & scriptoris genium deprehenderem, & si quid ad rem, quam tractamus, faceret, expiscarer. Eugendi discipulum se profitetur auctor ille, multaque de illo narrat, quæ ipse suis hausisse oculis testatur. Ita, si ultro demus Romanum & Lupicinum Hilario æquales fuisse, auctor, qui Eugendi illorum discipuli discipulum se profitetur, vel ad finem quinti sæculi, vel ad initium sexti floruisse credendus est, hoc est circa an. 515. vel 520. At multa sunt in illis narrationibus, quæ omnino aliena videntur ab illo sæculo, quæque longe recentioræ ætatem redolent; ut necesse habeamus dicere, vel mendacem esse auctorem illum, dum se Eugendi discipulum facit, vel si eo tempore quo dicitur, scripsit, lucubrationes illas corruptas fuisse & interpolatas ab aliquo posterioris ætatis nugatore. Alterutro autem semel comprobato, jam nulla fides integræ scriptioni danda est, in qua vera a falsis, germana a subditiis discernere longæ ambagis & improbi laboris opus fuerit. Utrumque porro illud quam sæpe, quam impudenter a nonnullis perpetratum fuerit, nemo est qui nesciat. Flagrans quippe cupido nobilitatis avitæ cogit interdum homines delirare, ut in simili causa loquitur Baronius: nihilque magis obvium habemus inter hujusmodi monimenta, quam vel scripta omni ex parte supposititia, vel aliqua saltem parte mutila, adjectitia, interpolata, innumerisque historiis, revelationibus, miraculisque ad fraudem vel pietatis ludibrium fictis conspersa: ut merito Bollandus ipse initio operis sui monendum lectorem crediderit, ne levem & incautam fidem hujusmodi historiis adhibeat, & nonnullas etiam digito monstraverit sincerus auctor, quæ nugivend-

D d d 2 du-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

<sup>1</sup> Sinceritatem hujus fragmenti vindicabimus in Observ. part. 1. c. 1. n. 4. & seqq. ac per totum caput 2. ubi Celidonium Vefontio-

nensem Episcopum ex aliis etiam documentis confirmabimus.

PARS I. dulorum manus expertæ, quisquiliis & de-  
CAP. II. liramentis refertæ fuerunt.

Tales nobis prodire, meo quidem judicio, Vitæ SS. Romani, Lupicini & Eugendi, in quibus hæc reperiuntur vocabula, quæ desinent quinto sæculo vel sexto in eunte in usu fuisse facile non crediderim. *Repausare. Super formulam conquiescere. Religio & Religiosus* pro Monachorum ordine & Monacho. *Pater Romanus, Pater Lupicinus* eo sensu qui nunc in usu est apud Monachos. *Ligna sola quæ vulgo*, inquit, *foccos Monasteria vocitant Gallicana*: hæc enim & alia nonnulla recentiore Galli- cismum omnino sapiunt.

Nomen *Sacerdotis* sine addito, quod prioribus sæculis Episcopum significat, usurpat pro Presbytero; *Patriarchæ* pro Metropolitanano Episcopo; *Basilicæ* pro sacello Monasterii; *Epistolæ regularis* pro decretali; *Archimandrite* pro Abbate, quod Occidentalibus Monachis vix innotuit illa ætate. Quæ omnia posterius scriptoris ævum arguunt: sicut etiam hæc: *Vincula professionis dirumpere*, quibus cum monastica vota qualia emittuntur hodie, intelligere videatur, ad sextum sæculum pertinere non possunt.

De *Dalmatica* S. Romani sermonem facit, quam ab eo acceptam Lupicinus discipulo suo Eugendo moriens tradiderit, quæ & ipse usus fuerat dum viveret. An sacrum genus vestium hic intelligat, an commune, facile non est statuere: communem enim & promiscui usus vestem tali nomine decoratam, nullam novimus; *Dalmaticæ* vero, quæ nunc Diaconorum est ad altare ministrantium insigne, non facile concessus quibusvis Clericis vel Monachis usus. Exeunte enim sexto sæculo Aregius Vapincensis in Gallia Episcopus, & per se ipse dum Romæ versaretur, & postmodum per Diaconum suum enixius postulavit a Gregorio Magno, ut sibi & Archidiacono suo uti *Dalmaticis* liceret. Cui respondit Pontifex quod *quia rationis consideratio NOVUM hoc inconsulte & subito non permetteret indulgere, idcirco postulate rei prolongatus effectus est: nunc vero*, inquit, *caritatis tuæ bona revocantes ad animum, hujus auctoritatis nostræ serie petita concedimus, atque te & Archidiaconum tuum Dalmaticarum usu decorandos esse concessimus, easque Dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco Abbate defevante transmisimus*. Si vix concessa est Episcopo *Dalmatica*, quis credat ea usum esse Romanum Presbyterum, & Lupicinum, Eugendumque, qui duo sacris forsan ordinibus non erant initiati. Vix igitur capi potest vel sacram vestem communibus Eugendi usibus esse a Lupicino deputatam, ut forsitan hæc verba innuunt: *Hanc tibi probatam (Dalmaticam) in acceptis utilitatibus novis assignandam*: vel de communi veste tam magnificam faciendam esse mentionem, vel denique iisdem licitum tunc fuisse sacra *Dalmatica* in sacris ministeriis indui, quæ centum post annis vix Episcopo concessa est.

In vita S. Eugendi scribit auctor piam

lectionem, quæ ad mensam adhiberi solet, ab eo in Monasterio fuisse denuo institutam. Quanta porro pietatis & disciplinæ decreta illic irrepsisse oportuit, ubi consuetudo, quæ ubique vigeat Monasteriorum, jam tum defecerat? Hoc vero quis credat statim post celebris illius Asceterii conditoris mortem evenisse, & proximo ejus successore adhuc in vivis agente?

Sermonem inserit de duobus Monachis Romam peregrinantibus, quos inde reducit sacris Apostolorum Petri, Pauli, & Andreæ reliquiis onustos. Quantum hoc a sæculi illius moribus abhorreat, novit qui vel unius Gregorii Magni legit epistolam xxx. libri iv. quæ est ad Constantinam Augustam, quam his affatur verbis. *Major me*, inquit, *mæstitia tenuit, quod illa præcipitis, quæ facere nec possum, nec audeo ... In Romanis enim, vel totius Occidentis partibus omnino intolerabile est atque sacrilegum, si Sanctorum corpora tangere quisquam fortasse voluerit. Quod si presumpserit, certum est quia hæc temeritas impunita nullo modo remanebit ... Quis ergo nunc, severissima Domina, tam temerarius possit existere, ut hac sciens eorum corpora, non dicotangere, sed vel aliquatenus presumat inspicere? Quid quod pro magno munere tunc & continenti tempore fuit limatura seu rasura catenarum, quibus vincti fuerant Apostoli? Aut igitur impostores fuisse oportet Monachos illos, aut recentior vitæ auctor est, quam videri vult, aut denique interpolatum fuit hujus opusculum.*

De vitæ cœnobiticæ institutoribus ita differit, ut de Basilio tamquam omnium primo, tum de Lirinensibus Patribus, postmodum de Pachomio, denique de Cassiano quasi omnium profremo. Quis hæc scripta credat ab auctore quinti sæculi, & a Cassiani ætate non remoto? Quis hanc chronologiæ perturbationem putet esse hominis antiqui? Deinde cum horum omnium constitutiones vivendique rationem cum Jurensum legibus confert, has dicit Gallorum moribus magis convenire, quam illorum Orientalium constitutiones: nimirum Orientalibus accensens Lirinenses Massiliensesque Monachos.

Ut summam Eugendi pietatem religionemque extollat, scribit eum morbis continuis afflicto fuisse; sic tamen quod *numquam canonico usque ad finem desuisset cursui*: ubi de horarum, ut loquimur, canonicarum penso loqui videtur; quod proculdubio tunc nec canonicum appellatum esse, nec lege ecclesiastica indictum, nemo non fatebitur.

S. Lupicinum ait *aqua ipsa octo circiter annis ante transitum, ne utcumque gustaret, abstinuisse*: quod suspectæ fidei est; sicut & historia Agrippini cujusdam Comitiss Galliarum apud Imperatorem falso accusati, & divinitus servati.

Sabini cujusdam Lugdunensis Interamnis Abbatis mentionem facit, quem Romano familiarem fuisse scribit, cum antiquissima quæ-

PARS I. CAP. II. De Lectionis inter cœnandam consuetudine.

De Monachis SS. reliquias Roma importantibus.

De vitæ cœnobiticæ institutoribus.

Canonicum officium.

Plura supra fidem.

Multa a sæculo, quod auctor præ se fert, aliena.

Dalmaticæ mentio examinata.

Greg. Mag. 1.7. epist. 3. indi. 2.



PARS I. CAP. II. quæque hujus Monasterii monumenta plane de illo sileant, quæ & alios per id temporis recensent Abbates.

Hæc omnia si lector attenderit, decernet facile talem esse vitam S. Romani, ut ex his, quæ ab illius auctore referuntur, nihil omnino certi statui possit: aliquorum enim comprobata suppositio omnem prorsus ceteris detrahit fidem. Verum quamvis ceterorum fides non vacillaret, eam tamen partem, quæ de Celidonii depositione agit, totque viris eruditis imposuit, omnino subditiitiam esse pro certo haberem, ut habeo: videtur enim esse marginalis annotatio studiosi alicujus, cui injecta mentio Hilarii Arelatenensis Episcopi ordinantis Romanum Monachum prope Vefontionem ab Urbe Arelate tanto intervallo distitam, in memoriam revocavit illam S. Leonis epistolam, in qua Hilarium exagitat tamquam omnium per Gallias Ecclesiarum ordinationes sibi vindicantem: nec dubitavit eodem tempore in eodemque excursu & ordinatum Romanum, & Celidonium fuisse ab Hilario depositum. Hujus etiam credulitatem mirum in modum auxit popularis traditio Bisfontinorum de Celidonio Episcopo suæ civitatis, quam Jurenfis Monachus facile cum ceteris hauserat ex Breviario Vefontionensi, unde illam pariter depromsit Chiffletius: qui si minus patriis fabulis quam veritati studisset, non aniles narratiunculas pro certis & indubitatis vendidisset historiis. Censuit ergo studiosus ille suam conjecturam margini esse inscribendam, ex qua deinde in textum irrepsit per scribarum imperitiam vel oscitantiam. Ut porro de conjectationibus nostris melius quisque dijudicet; totum hunc vitam S. Romani locum, quem tractamus, oculis objicimus: ubi Italico caractere excusa sunt, quæ non ab auctore vitæ, sed ab alio recentiore subdita insertaque credimus.

Ex vita S. Romani pannus controversus.

„ Audita namque, (inquit vitæ scriptor)  
 „ memoratorum fama, S. Hilarius Arelaten-  
 „ tensis Episcopus, missis in causa Clericis,  
 „ beatissimum Romanum haud longe sibi a  
 „ Vefontienfi urbe fecit occurrere.  
 „ Cujus incitamentum vitamque dignissima  
 „ prædicatione sustollens, imposito honore  
 „ Presbyterii ad Monasterium honorifice re-  
 „ pedare permisit. Siquidem antedictus Hi-  
 „ larius venerabilem Celedonium supradictæ  
 „ Metropolis Patriarcham Patricio Prefecto-  
 „ rioque fultus favore, indebitam sibi per Gal-  
 „ lias vindicans Monarchiam a sede episco-  
 „ pali memoratum Celedonium nulla existen-  
 „ te ratione dejecerat. Ob quod in audientia  
 „ beatissimi Papæ Leonis Romæ male gessisse  
 „ convictus, restituto quoque in Episcopatu  
 „ Celedonio, apostolica auctoritate ob usur-  
 „ pationem illicitam regulariter est increpa-  
 „ tus. Extat denique exinde antedicti ac ve-  
 „ nerabilis Papæ ad Galliæ Episcopos cum  
 „ examinatione gestorum inserta canonibus epi-  
 „ stola regularis, in qua Priscum per Gallias  
 „ Metropolitanorum privilegium, calcata Hi-  
 „ larii superfluitate, restituit. Igitur beatif-  
 „ simus Romanus ad Monasterium, ut supra

„ jam diximus, collato Sacerdotio regressus &c. Haftenus ex vita S. Romani.

PARS I. CAP. II. Assutus pannus rejicitur.

Porro hæc non ab auctore vitæ scripta, sed ab alio mixta facile intelliguntur. Ex continuæ orationis contextu, cui nequitiam convenire seu cohærere videntur; sed pannus est vitam S. Romani nequaquam attinens, & Lectoris otiosi meditationem referens. Postquam enim ordinationem S. Romani narravit auctor, eumque Monasterium suum repetentem velut profecutus est, ab eo resumitur iterum Hilarii mentio, quæ jam absoluta esse debuerat, reverso ad sua Romano; historiaque depositionis Celidonii, quæ ad rem nullo modo pertinebat, importuna narratione edisseritur: ita ut rursus de ordinatione & reditu S. Romani verba facere compulsus sit, ne hiulca plane esset oratio extranea narratione intermissa. Igitur, inquit, beatissimus Romanus ad Monasterium, ut supra jam diximus, collato Sacerdotio regressus &c.

2. Cum genuinus auctor vitæ ordinationem S. Romani primo narravit, de Hilario perhonorificam fecit mentionem; eumque sanctitatis titulo insignivit: *Sanctus Hilarius*, inquit, *Arelatenensis Episcopus*: statim autem postea assumentis illius factorem eum velut e cælesti sede dejiciens, non modo sanctum non appellat, *antedictus*, inquiens, *Hilarius*; sed etiam velut effreni ambitione laborantem traducit, qua ductus omnia per vim ageret, aliena sibi jura vindicaret, Episcopos a propriis Ecclesiis deturbaret, *nulla existente ratione*, omnes denique Galliarum Ecclesias tyrannica potestate popularetur. Nemo dixerit hunc unius ejusdem scriptoris stylum esse, *eundemque fontem*, Jac. 3. 11. qui de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam; sed duorum potius esse factum, quorum alteri bene perspecta erant S. Hilarii merita; alteri vero aliunde non innotuerat Hilarius, quam ex Leonis epistola.

3. Celidonium appellat *Patriarcham Metropolis Vefontionensis*: quod initio sexti sæculi Occidentalibus usitatum non erat ad Metropolitanos designandos.

4. Germanus vitæ auctor ordinationem S. Romani describens Presbyterii nomine utitur: *Imposito honore Presbyterii*: quæ vox per illam ætatem usurpari solita erat ad Presbyteros significandos: alter vero, qui pannum assuit, *Sacerdotii* vocem usurpat, quæ de solis Episcopis intelligebatur, si efferebatur sola, nec umquam de Presbyteris, nisi cum addito *secundi ordinis*, aut similis alicujus formulæ.

5. Epistola Leonis adversus Hilarium Arelatensem inserta esse dicitur *canonibus*, X. S. Leonis hoc est canonum Codici, ut interpretari non licet. Tres porro tantum occurrunt animo canonum Codices, qui sexto sæculo in usu essent vel fuissent seu in Ecclesia Romana, seu in Gallicana. In Romana quidem Codex omnium antiquissimus, quem nunc primum in lucem emittimus, usque ad Symmachi PP. fere tempora usurpatus: cui cir-

PARS I. ca hujus sexti sæculi initia successit nova  
CAP. II. Collectio, seu versio canonum opera Dionysii Exigui Abbatis Romani; cui & alia

Vide Diff.  
xvi. de  
Gallicano  
Canonum  
Codice.

subiuncta est Collectio decretorum Pontificum Romanorum a Siricio usque ad Anastasium. In Gallicana vero Ecclesia, nulla alia Collectio recepta fuit usque ad Caroli Magni tempora ( de quo ex professo infra disseremus ) præter antiquam, quæ ex Orientalibus confecta erat, quamque optime appelles Codicem Canonum Ecclesiæ universæ: quoniam Canones isti Orientales jus veluti commune erat omnium Ecclesiarum Orientalium & Occidentalium, saltem post Concilium Calchedonense. Quibus Canonibus suorum Conciliorum Canones adjunctes particulares quæque Ecclesiæ, puta Gallicana, Hispana, Britannica &c. suum sibi proprium Codicem compingebant. De quo porro istorum Codicum intelliges, quod in panno illo dicitur, de epistola Leonis Canonibus inserta. Gallicanus quippe Codex Romanorum Pontificum decreta non continebat. Etsi enim illa magni facerent, & pro data occasione usurparent in suis Conciliis Galliarum Antistites, non ea tamen in partem Gallicani Codicis evehebant, nisi expresse Canonibus suis inserta pro lege haberi sancivissent Episcopi in Synodum congregati: quemadmodum de Innocentii Papæ I. epistola ad Exuperium factum est ab Agathensi Concilio can. 9. Quod vero ad Dionysianam Collectionem spectat, vel ad aliam Dionysiana antiquiorem, in neutra epistolam Leonis adversus Hilarium reperimus; neutra in usu fuit in Gallicanis Ecclesiis ante Caroli Magni tempora. Non igitur sexto sæculo vivebat auctor hujus annotationis, cum nullæ tunc auctoratæ Collectiones existerent, quibus inserta esset laudata Leonis epistola. Hanc habet Collectio excusa quæ Isidori Mercatoris nomine circumfertur ( etsi eam in illius MSS. Codicibus non invenerim ) sed ante Caroli Magni tempora non est edita in lucem; circa finem quippe octavi sæculi videri cœpit, ut notat P. Pithœus in Glossario Capitularium. Hac porro Isidori collectione passim usi sunt Galliarum Episcopi in Synodis, quæ tempore Caroli Magni, postque ipsum habitæ sunt, sicut & aliarum etiam Ecclesiarum Synodi. Quas imitati Collectores posteriorum temporum Burchardus, Yvo, Gratianus &c. eandem Isidori Collectionem amplexi sunt, nullo discrimine habito epistolarum, quas impostor ille supposuit, aut ab alio suppositas obtrusit.

6. Denique longe recentiore facit Romani historiam Gregorius Turonensis, quam hujus vitæ auctor: quem, ut incerti nominis, & in multis interpolatum Gregorio postponendum esse ducimus. Pensculatius discussimus hanc vitæ S. Romani partem:

PARS I. quoniam nulla alia hætenus ratione ducti PARS I.  
CAP. II. sunt, qui Celidonium Vefontionensem Episcopum fecerunt, quam hujus auctoris testimonio; quod quam sublestæ fidei sit, lectori relinquo judicandum.

Etsi vero inter pannum istum & reliquum Quid de tota Romani vitam scriptum distinximus, dum illum subdititium arguimus, cetera non est animus pro certis & indubitatis recipere; velut est illud quod refertur de ordinatione Romani per Hilarium facta non longe a Vefontione. Quod si factum esset ab Arelatensi Episcopo, eo magis contra Canones peccasset, quod nullum jus prætere poterat, ex quo ei Presbyteros in aliena Parochia ordinare liceret. Cum ergo hoc nec retulerit Hilarii vitæ scriptor, nec objecerit Hilario vel Leo, vel Celidonium, quem istud latere non potuisset; existimandum est scriptorem hujus vitæ id ex falsis rumoribus, vel populari opinione hausisse, & incaute scripto dedisse. Si tamen hoc præstitit Hilarius, dico id per Eucherium Lugdunensem Episcopum Hilario licuisse. Notum est enim quam arcta utriusque intercederet necessitudo, propter quam ut Eucherio ab Hilario permissum est ut Arausicanæ Synodo I. interesset, ac subscriberet cum Episcopis Viennensis & vicinarum Provinciarum; ita Hilario ab Eucherio concessum, ut virum pietate insignem in Presbyterum consecraret in sua Dicecesi Lugdunensi, cujus ditioni etiam hodie subjacet Jurense Monasterium; a quo cum nec Geneva, quæ est Provincia Viennensis, nec Lugdunum, nec Vefontio plurimum distent, difficile non est creditu Hilarium suæ Provinciæ Ecclesias lustrantem, cum Germano Autissiodorensi & Eucherio Lugdunensi convenisse. Jam vero ad alias probationes pergamus, quibus Celidonium Vefontionensem Episcopum non fuisse, immo nec alterius Metropolis civitatis probatum imus.

### C A P U T III.

*Celidonium nec Vefontionensem, nec cujusvis Metropoleos Episcopum fuisse, aliis argumentis probatur.*

**I**nfirmato, quod ex vita S. Romani profertur testimonio, nullum aliud superest, quo i Metropolitana Vefontionensium dignitas Celidonio possit vindicari; sed nec ulla est ratio, quæ aliam ei Metropolim assignandam vel leviter probet; immo non est una quæ illum Metropolitanum nequaquam fuisse palam faciat.

Primum in narratione, quam de hoc negotio instituit Leo in epistola sua ad Viennenses, & in ea ipsa epistolæ parte, in qua omnia congerit, quæ contra Canones regulæque disciplinæ sibi arrogat, Leonis iudicio,

### EDITORUM ADNOTATIONES.

<sup>1</sup> Hoc caput refellitur in Observ. part. 1. c. 2. & 3. Celidonium autem non Metropolitanum, sed me-

rum fuisse Episcopum, qui primariæ Sequanorum urbi præsidebat, probabilius ostendimus c. 3. n. 8.

PARS I.  
CAP.III.  
Nihil habet Leo de metropolitica Celidonii dignitate.

dicio, Hilarius, ne verbum quidem legere est, ex quo de metropolitana Celidonii dignitate vel levissima suspicio suboriri possit. Ventilentur enim syllabæ omnes, apicesque capitis tertii, in quo præsertim res Celidonii aguntur: nihil tale occurret. Hanc unicam noxam eo loci imputat Hilario, quod Episcopum deposuerit, tale nihil merentem: quippe qui convictus non erat ejus criminis, propter quod depositionis poena infligebatur. Arguit etiam eum, quod multa effutierit reverentiæ Apostolo Petro debitæ, & sacerdotali mansuetudini contraria. At quoad illam causam non ei objicit defectum jurisdictionis in Celidonium, non imminuta Metropolitanæ ullius Episcopi jura, non violatos alienæ Provinciæ limites: quæ omnia non omisisset, sed potius vim in illis fecisset maximam, quibus temerata magis Nicænorum Canonum videretur auctoritas ac religio. Quemadmodum ubi Projecti negotium versat, statim Provinciarum distinctos limites opponit, quos Metropolitanis nefas sit transgredi. *Quid sibi, inquit, Hilarius querit in aliena Provinciâ?* &c. Nihil tale urget in gratiam Celidonii: hoc vero unum profert, quo illum injuste depositum arguat, manifesta testium responsione patefactam esse objecti adversus Celidonium criminis falsitatem.

2. Huic argumento (quod etsi negativum tantummodo sit, decretorium tamen videtur) succedat assertorium. Quod S. Leo metropolitica in Celidonium dignitatem non agnovit, sed potius Celidonium metropolitice Hilarii potestati subiectum fuisse ultro confessus sit, evincunt Leonis verba, quibus declarat ad suum effectum perducendam fuisse Hilarii adversus Celidonium sententiam, si objecta, acceptæ in uxorem viduæ accusatio legitimis ac fide dignis testibus probata fuisset. *Mansisset namque in illum, inquit, prolata sententia, si objectorum veritas extitisset.* Quid hoc enimvero est, nisi metropolitice Hilarii juribus subscribere, ejusdemque in Celidonium jurisdictionem fateri? Quod neutiquam fecisset, si Celidonium iisdem juribus potitus esset in aliqua Provinciâ; præsertim vero si in Maxima Sequanorum, de qua suæ ditioni subjiacienda ne per somnium quidem cogitaverat unquam Hilarius. Concessum esset vere Hilario jus in alienam Provinciam, quod ab eo male quæsitum esse tam acerbe objectabatur.

3. Probationem aliam eruimus ex aliis ejusdem epistolæ verbis cap. 2. *Nobiscum, inquit, itaque recognoscat vestra fraternitas Apostolicam Sedem, pro sui reverentia, a vestra etiam Provinciâ Sacerdotibus, innumervis relationibus esse consultam, & per diversasuram (quemadmodum vetus consuetudo posebat) appellationem causarum aut retractata, aut confirmata fuisse judicia* &c. Si de Metropolita, vel de Episcopo alterius Provinciæ, quam Viennensis, ejusque appellatione ageretur, quam ob causam Viennensis Provinciæ Episcopos compellaret, ut

in memoriam revocarent relationes consultationesque a suis missas, appellationesque olim interpositas ad Sedem Apostolicam ex antiqua illius Provinciæ consuetudine? Cur potius appellationes non commemorat ex illa Provinciâ delatas, cui jure metropolitico, si ita est ut volunt, præerat Celidonium? Hoc non fecit Leo; sed potius ex Provinciâ Viennensi appellationum exempla arcessivit: quia revera quæstio erat de appellatione Episcopi intra illam Provinciam constituti.

4. Si non ex ea fuisset Celidonium, sed ex Maxima Sequanorum, cur illius potius quam hujus Provinciæ Episcopos sollicitavit S. Leo adversus Hilarium? Cur ad Viennenses litteras mittit, non ad Sequanos, quos utique facilius erat in Hilarium commovere, ut pote quos nulla necessitudine sibi devinctos habebat, quam Viennenses, qui Hilarium propter summam sanctitatis doctrinæque opinionem atque in rebus agendis peritiam plurimum suspiciebant?

At vero, inquires, revera scripsit S. Leo ad Episcopos Maximæ Sequanorum; cujus rei testem habemus doctissimum Sirmondum, qui tom. 1. Conciliorum Galliæ addenda Notis suis ad calcem recensens, ait in veteri scheda epistolam, de qua agimus, non ad Viennensis tantum Provinciæ, sed etiam ad Maximæ Sequanorum Episcopos missam inscribi, hoc modo: *Dilectissimis universis Episcopis per Provincias Maximam Sequanorum & Viennensem constitutis Leo.* Ego veterem illam schedam, admodum veterem non esse vehementer suspicor, sed potius ex eadem officina prodire, ac pannum illum adscititium Vitæ S. Romani. Quis porro chartulam incertæ ætatis ac fidei anteponat omnibus exemplaribus tam excusis, quam manu exaratis, qui nobis hanc epistolam hæcenus sine ulla mentione Episcoporum Maximæ Sequanorum repræsentarunt? 2. Qua ratione, si ad hujus pariter Provinciæ Episcopos destinata esset, nihil in ejus serie deprehenderetur, ex quo ad eos sermonem se habere significaret Pontifex: at nullum extat, quæqua patet hæc epistola, vel levissimum hujus rei vestigium; immo vero ubique indicat se unius Provinciæ Viennensis Episcopos alloqui; ut cum in præfatione hæc habet: *Vestra fraternitas recognoscat Apostolicam Sedem a vestra etiam provinciâ Sacerdotibus* &c. 3. Ipsa tituli forma impostorem arguit. Quis enim legit unquam *Provinciam Viennensem*? Tametsi legimus *civitatem Viennensem*, quæ a Viennensibus populis incolitur, sicut & Lugdunensium, quæ a Lugdunensibus. At quemadmodum non dicitur Provincia Lugdunensium prima, Lugdunensium secunda &c. ita numquam dicta est Viennensium provincia: quia populi, qui Viennenses appellantur, non totam provinciam, cui dant nomen, occupabant, sed modicam partem provinciæ, quæ in duodecim alios populos dividebatur.

Adversus hanc nostram de Celidonii Episco-

PARS I.  
CAP.III.

Scheda  
Sirmondi  
discuti-  
tur.

PARS I.  
CAP.III.  
Objectio  
ex Leone  
solvitur.

piscopatu opinionem, erit qui objiciat! hæc sancti Leonis verba, quibus ab eo Hilarius accusatur, tamquam *ordinationes sibi omnium per Gallias Ecclesiarum vindicans, & debitam Metropolitanis Sacerdotibus in suum jus transferens dignitatem*: quibus verbis vulgo existimant confirmari opinionem de Celidonio extra Provinciam Viennensem Episcopo, judicato ac deposito.

Ad hæc respondeo, distinguenda esse in hac epistola quædam quæ Celidonii negotium attinent, quædam quæ Projecti causam spectant: alia etiam quæ utrique sunt communia. Hujus generis sunt ea quæ præfatione continentur, in qua omnes generatim profequitur Hilarii, ut putabat, excessus, quorum alii Projectum, alii Celidonium, utrumque alii respiciunt. Porro Projecti negotium ob oculos habebat Leo, cum ordinationes omnium per Gallias Ecclesiarum sibi vindicantem Hilarium arguit: cujus occasione in hæc verba erupit: *Quid sibi querit Hilarius in aliena Provincia?* &c. De Celidonii autem causa intelligenda non esse, inde patet, quod in ea non de ordinatione agebatur, sed de depositione Episcopi: in cujus locum nullus adhuc substitutus ab Hilario fuerat, ut perspicuum est ex S. Leonis silentio, qui de eo aliquid decreto suo statuisset, sicut de illo statuit, qui ægrotanti Projecto fuerat superordinatus. E contra vero in Projecti negotio, non de depositione, sed de ordinatione seu superordinatione lis erat: quamobrem ad illum referenda sunt quæcumque hic de illicitis ordinationibus a sancto Leone objiciuntur. Ad majorem hujus loci illustrationem aliqua adhuc dicenda sunt quæ commodius in secundam dissertationis hujus partem differentur: ubi quo sensu accipienda sit hoc loco ordinationis vox, & intra quos fines coarctandæ sint Galliæ, quarum hic Ecclesiæ omnes commemorantur, reterege conabimur.

Arelas &  
Vesontio  
non unius  
tunc ditio-  
nis.

2

5. Si quis Galliarum statum, qui tunc erat, attenderit; intelliget quam parum illi conveniat, ut Celidonium Vesontionum fuisse credatur illo tempore Episcopus. Omnes enim, ni fallor, consentiunt Maximam Sequanorum, vicinasque regiones tunc paruisse non Romanis, sed partim Gallis, partim Burgundionum Principibus. Quis autem credat Hilarium ditionis Romanæ Episcopum in alienæ ditionis Metropolitanam jus sibi assumere ausum esse, in extera & inimica Romanis provincia visitatorem egisse, Synodum congregasse, primi Ordinis Episcopum deposuisse? Hoc certe numquam passi essent Burgundiones; sed nec umquam id cordatissimus vir Hilarius tentasset: qui si Romanum Monachum in Presbyterum consecravit, ut hujus vita testatur, non aliam ob causam eum ex Ju-

rensiis locis ad se evocavit, quam quia Jurenfia loca, quæ Burgundicæ dominationis erant, adire fas illi non erat, ut sacerdotalia munia illic exerceret.

6. Ex ultima ista ratione altera sequitur, quod nimirum Valentinianus Imperator non ita ægre tulisset Celidonium ab Hilario fuisse depositum, nec illius causam adversus hujus sententiam tam ardentem suscepisset defendendam, si extra dominationis suæ limites Episcopus fuisset Celidonium. Immo vero hoc illi acceptissimum fuisset, quod Romanæ ditionis Episcopus in eas Ecclesias, quæ ab illa avulsæ fuerant, jus & potestatem sibi vindicasset. Hoc enim erat viam Romanis aliquatenus parare ad regiones illas suo iterum jugo subjiciendas.

Ex dictis manifestum est Celidonium non ex alia provincia fuisse, quam Viennensi. Quod etiam innuit sanctus Leo in utraque epistola ad Viennenses; in quibus significat merito Hilarium potestate in provinciam Viennensem privatum esse, quoniam eam male usurpaverat, seu ea male usus fuerat: non certe in causa Projecti, qui ex alia provincia erat: igitur in Celidonii negotio. *Noverit se*, inquit, *non solum ab alieno jure depulsum, sed etiam Viennensis provincie, quam male usurpaverat, potestate privatum*. Potestas igitur ista propria fuit Hilarii, quandoquidem hæc ab alieno jure, a quo superius legitur depulsus, expressis verbis distinguitur, tamquam legitima, etsi non legitime usurpata.

#### C A P U T IV.

*Sanctum Hilarium Arelatensem legitimum judicem fuisse Celidonii, eo quod Arelatensi Episcopo potestas metropolitana in provinciam Viennensem competeret. Hujus potestatis vestigia ab ætate S. Trophimi usque ad Taurinensem Synodum.*

**A** Bunde in superioribus probatum a nobis, Celidonium in provincia Viennensi sedisse Episcopum. Inde consequens est totam hanc controversiam huc modo devolvi, si male judicatum est ab Hilario, causam non esse nisi ex his tribus unam: vel quod sibi ipse contra fas potestatem metropolitanam in provinciam Viennensem vindicavit; vel quia Episcopum neque confesum, neque legitimis testimoniis convictum ab episcopali dignitate nihil tale merentem dejecerit; vel denique quod Celidonium appellentem Sedem Apostolicam non audierit, nec passus fuerit suum judicium a primaria sede retractari ac reformari. Quæ tria suo nobis ordine discutienda sunt: ac primum quidem de metropolitico Arelatensium Episcoporum jure dicendum, probandum-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Hoc & sequens argumentum falsa hypothesis nituntur: nam hæc regiones hoc tempo-

re Romano Imperio suberant, uti monuimus adnot. 1. in c. 1.

PARS I.  
CAP.III.

Valenti-  
nianus  
Hilario  
adversus.

PARS I. dumque, hoc penes illos 1 semper fuisse ;  
CAP.IV. non autem pertinuisse ad Viennenses Epi-  
scopos.

1 Vestigia Et quidem omnia percurrenti sæcula a  
Metropo- prædicato in Galliis Evangelio usque ad Hi-  
liticæ Are- larii ætatem ( hoc enim nobis satis est ,  
latensium nec plura aggredimur ) ubique Arelatenfis  
potestatis. Ecclesiæ privilegia ac prærogativæ elucet ;  
nullumque fere superest Gallicanæ antiqui-  
tatis monumentum , in quo non appareat  
singulare aliquod metropolitice dignitatis ,  
quam Arelatenfes Episcopi gesserint , vesti-  
gium.

Ann. D. Post Trophimum ( qui a Sede Apostoli-  
255. Mar- ca missus , primus Arelatensem fundavit re-  
titanus A- xitque Ecclesiam , sed cujus incerta ætas eru-  
relatenfis ditorum disputationi tradita est ) nullum  
Metropo- novimus hujus sedis Episcopum Martiano  
lita. antiquiorem ; cujus apud sanctum Cypria-  
num memoria in epist. 66. ad Stephanum  
Papam. De Martiano illo Novatianæ par-  
tis fautore a communione Collegarum &  
Episcopatu removendo scripsit Faustinus Lug-  
dunensis ad sanctum Cyprianum Carthagi-  
nensem , idemque cum aliis Gallicanis Epi-  
scopis scripserat ad Stephanum Romanum  
Episcopum , ad quem & ipse Cyprianus il-  
lam , quam laudavimus , dedit epistolam .  
Ex illa porro magnum , ut ego quidem  
reor , argumentum sumimus in gratiam Ec-  
clesiæ Arelatenfis. Nisi enim primatum gef-  
sisset hujus Sedis Episcopus in Provincia Ro-  
mana , non erat 2 cur ad Transalpinos trans-  
marinosque Episcopos confugeretur a Gal-  
licanis Episcopis , ut de Martiani depositio-  
ne agerent . Præsto fuisset Metropolitanus au-  
thoritas seu Viennensis , ut volunt , seu alius  
cujuspiam . Etsi enim nondum forte ita ec-  
clesiasticæ Hierarchiæ forma ibi constituta  
ac firmata esset , ut postea ordinata fuit ,  
dubium tamen non est quin aliquis inter  
Episcopos præmineret , penes quem cetero-  
rum regendorum , & cum opus erat , in  
Synodum congregandorum cura ac sollici-  
tudo resideret , sive ex dignitate sedis suæ  
id obtineret , sive ex sacerdotii antiquitate ,  
sive ex communi Sacerdotum suffragio ac de-  
lectu . Is demum erat quem Faustinus ceterique  
Gallicani Episcopi sollicitassent ad  
urgendam Martiani depositionem . Qui si  
tergiversatus fuisset , notaretur proculdubio  
hujus Primarii Episcopi oscitantia vel a  
Faustino ad Cyprianum , vel a Cypriano  
ad Stephanum scribente . 2. Ita Cyprianus  
alloquitur Stephanum Papam . *Quapropter*

Tom. II.

PARS I. *facere te oportet plenissimas litteras ad Coc-*  
CAP.IV. *piscopos nostros in Galliis constitutos , ne ul-*  
*tra Martianum &c. Et infra : Dirigantur*  
*in provinciam , & ad plebem Arelate consi-*  
*stentem a te litteræ &c. Si quis alius ab*  
*Arelatenfi Episcopo rexisset illam jure me-*  
*tropolitico provinciam , an non potius dix-*  
*isset : ad Coepiscopum nostrum provinciæ*  
*Metropolitanum , vel Primatem ( more A-*  
*fricano ) sicut & alias fecerunt Romani Pon-*  
*tifices , cum aliquid in Gallicanis regionibus*  
*contra Canonum instituta impune per-*  
*petrari audiebant ? 3. Non esse cur ad A-*  
*relatensem Episcopum , potius quam ad*  
*alium e Gallicanis dirigerentur aliarum re-*  
*gionum seu Clerici , seu Laici Catholici ,*  
*& Formatæ inscriberentur , nisi alius præ-*  
*fulsisset sedis suæ privilegio , & metropoli-*  
*tica vel simili dignitate : hoc enim erat*  
*magnorum Metropolitanarum , vel etiam Ex-*  
*archorum privilegium . Sic autem habet Cy-*  
*prianus : Significa plane nobis quis in locum*  
*Martiani Arelate fuerit substitutus : ut scia-*  
*mus ad quem fratres nostros dirigere , &*  
*cui scribere debeamus . Hæc ita se habebant*  
*circa ducentessimum quinquagesimum quin-*  
*tum Christi annum , a quo usque ad Arela-*  
*tense Concilium primum nihil occurrit*  
*antiquorum monumentorum Gallicanæ Ec-*  
*clesiæ .*

Ann. D. Sexaginta igitur fere post annis congregatum est jussu Constantini Imperatoris celebre 3 Concilium in civitate Arelatenfi , cujus civitatis ipse delectus illius Ecclesiæ & Episcopi dignitatem astruit . Hæc non urgeo , uti nec subscriptionum ordinem , quo Viennensi præit Arelatenfis : non enim Episcoporum , qui huic Synodo interfuerunt , nomina eadem serie subscripta fuisse existimo in primario & autographo Synodi exemplari , qua nunc in editis Concilii actis descripta leguntur , de qua infra paullo fufius differemus . Quamquam ex eo saltem istud evincimus , per id temporis , quo hæc scriba , quisquis est , exarabat , Arelatensem Episcopum dignum existimatum fuisse , qui Viennensi anteponeretur . Sed majoris momenti est ac ponderis quod & in capite epistolæ synodice primus , & in Breviario ejusdem canonibus præfixo solus nominatur Arelatenfis Episcopus Marinus : quod metropolitice in eo dignitatis certum apud me indicium est . Primarium enim locum Synodi tenere non potuit , nec omnia Synodi nomine facere , nisi primarius Provincie  
Eee cia

Ann. D. 314. Ex Concilio Arelatenfi I. jus Hilario assertum.

3

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Metropolitico jus *semper* jam inde a S. Trophimo & sæculo III. fuisse penes Episcopum Arelatensem , nemo credet , si legerit , quæ de sera ecclesiasticarum Metropoleon institutione in Galliis dicuntur part. 2. Observ. c. 5. n. 2.

2 Nondum institutis per hæc tempora Metropolitanis , nihil mirum , si Africani & Galli de Martiano scripserunt ad Romanum Pontificem , quippe qui tum solus altiori ju-

re omnibus , ac præsertim Galliis Episcopis præsidebat .

3 Hoc Concilium nihil confert ad jus metropolitico vindicandum Arelatenfi , aut Viennensi Episcopo ; cum nulli , ut diximus , tunc essent Metropolitanæ in Galliis . Cur autem Marinus primus sit in inscriptione epistolæ ejusdem Synodi , licet Metropolitanus non esset , vide Observ. part. 2. c. 5. n. 4.

cia Episcopus fuisset vel Viennensis, si jam a solida Narbonensi decerpta erat, vel totius Provinciae Romanae, si adhuc stabat solida Narbonensis. Iste enim mos semper obtinuit, ut cujusque provinciae Metropolitanus ei Synodo praesesset, quae intra suae Provinciae limites congregata haberetur, licet civitas illa proprium haberet Episcopum. Sufficiat modo ad exemplum Diospolitana Synodus, cui praesedit Eulogius Caesareae Episcopus an. 415. licet Diospolis sub Jerosolymitano Episcopo jaceret. Si ergo Viennensis civitas metropolitana dignitate tunc temporis fuisset ornata, jus sibi suum praeiipere non passus esset Verus Viennensis Episcopus, qui aderat Concilio; primus omnium subscripsisset, & ipse omnium nomine synodicam confecisset epistolam, ad Pontificem Romanum de tota Synodo relaturus. Hoc exemplum non parum Arelatenfi privilegio favere intellexerunt Synodi II. Arelatenfis Patres, cum canone XVIII. illud ad confirmandum jus Synodi, Arelatenfis Episcopi arbitrio congregandae, adduxerunt.

Afferit quidem illustrissimi Petri Marca continuator Baluzius lib. v. Conc. Sacerd. & Imp. cap. 30. num. 4. Marinum Arelatensem non vindicasse sedi suae jus metropolitanum in epistola synodica; sed e contra vocari Episcopum Provinciae Viennensis in veteri catalogo Episcoporum, qui ad Arelatensem Synodum convenerunt. Verum unde habes, vir erudite, hoc sibi jus non vindicasse Marinum? Si ex eo quod Provinciae Viennensis Episcopus dicitur in veteri illo Catalogo, jam ob eandem rationem adimendus est etiam primatus Vero Viennensi Episcopo, cui illum, ut opinor, asseris: non aliter enim subscribit Viennensis, immo nec Massiliensis, Arausicanus, & Vasionensis. Hoc unum discrimen in Arelatenfis gratiam occurrit, quod ejus subscriptio ceterorum nominibus praeponat, excepto Massiliensi, qui in antiquis editionibus non apparet, sed in sola Sirmondi Gallicanarum Synodorum editione.

Ann. D. 346. Agrippinensis Synodus contra Euphratam.

In Concilio Agrippinensi adversus Euphratam, cui Maximinus Treverensis jure 4 metropolitico praesidebat, primus omnium post ipsum inscribitur & suffragium dixit Valentinus Arelatenfis. Quod etsi aperte jus metropolitico non asserat, dignitatem tamen sedis designat aliquatenus.

Ann. D. 353.

Agrippinensem Synodum secuta est septimo post anno Arelatenfis, cui praefuit 5 Sa-

turninus ejusdem civitatis Episcopus; qui quidem Arrianae factioni addictus erat; sed cum nec ab Hilario, nec a Sulpitio Severo notatus sit tamquam perperam sibi arrogatae praesidentiae reus, integra nobis manet probatio, quae inde sumitur pro jure Arelatenfis Ecclesiae.

In Biterrensi quoque Synodo Primatum tenuit idem Saturninus, ut ex Hilario, Severo Sulpitio & Hieronymo facile colligitur; qui jus vel cogendae Synodi, vel in ea primum locum habendi eidem etsi vaferimo homini non abjudicant: sicut nec Patres Concilii Parisiensis, qui eum excommunicatum declarant, non aliam ob causam, quam quia statutis salubribus impiissime contradixit.

C A P U T V.

*Quid pro Primatu seu metropolitana potestate contulerit Arelatenfi Episcopo Synodus Taurinensis.*

Hucusque Primatum ubique in Provincia Narbonensi obtinuisse videtur nemine contradicente vel repugnante, Arelatenfis Episcopus, quem in omnibus magni momenti negotiis cunctis praesentem intuemur. De Viennensi autem Episcopo alium ubique silentium.

At inter utrumque oriri coepta est de Primatu contentio circa tempora Concilii Taurinensis, quod vulgo anno trecentesimo nonagesimo septimo celebratum creditur, melius tamen ad initia sequentis saeculi rejicitur: quoniam ex pluribus Zosimi Papae epistolis patet tunc Turonum Episcopum fuisse Briccium successorem sancti Martini, quem anno quadringentesimo aut etiam sequenti, II. die Novembris obiisse eruditores tradunt Chronologi ex Severo Sulpitio. Quam supputationem qui amplectitur, dicat necesse est Concilium istud, quod mense Septembri convocatum indicat praefatio ejusdem, non ante quadringentesimum secundum vel sequentem annum, celebratum esse.

Qua autem occasione motam putemus hujusmodi controversiam? Hanc ego natam existimo occasione partim novae divisionis Galliarum, partim ingentium barbarum, quae exeunte quarto saeculo eam partem Galliarum concusserunt. Maximus enim Tyrannidem arripuit in Britannia an. 382. Treveris sedem Imperii collocavit, Gratianum Imperatorem apud Lugdunum a suis deser-

Ann. D. 356. Biterrenfis Pseudosynodus.

Ann. D. 362.

Ann. D. 402. Synodus Taurinensis.

Qua occasione mota de Primatu controversia?

EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Treverensem Episcopum Metropolitanam fuisse hoc tempore, quo nondum institutae fuerunt ecclesiasticae metropoles, omni fundamento caret. Ceterum de hac Synodo Agrippinensi plures dubitant. Certe Valentinus Arelatenfis in hujus Ecclesiae diptychis a Mabilionio editis non legitur.

5 Quae hic & in sequentibus colliguntur excerptis Saturnini Arelatenfis, quam sint ina-

nia, patebit ex Observ. part. 2. c. 6. n. 5. ac propterea nihil firmum hastenus allatum est pro vetustiori jure metropolitico Episcopi Arelatenfis.

1 Veram controversiae occasionem detegimus in Observ. part. 2. c. 5. n. 9. & numero sequenti Quaesnelli commenta, quae hic mirifice agglomerantur, palam fient.

tum an. 383. per Andragathium ducem peremit. Eugenius pariter Arbogastis Comitibus præsidio fretus affectavit vique usurpavit Imperium ann. 391. succedenti denique anno Valentinianum Imperatorem idem Arbogastes apud Viennam interfecit. Per has procellas probabile admodum est Viennensem Episcopum caput erexisse ad Primum, cui prehensando locum dedit Provinciæ Narbonensis in plures non ita pridem facta divisio, indita Viennensi Provinciæ ex urbis nomine appellatio, & in diversam adversamque dominationem Viennensis ejusdem provinciæ scissio, aliquibus civitatibus Tyranno parentibus sub Viennensi, aliis cum Arelateni sub Romana ditione perseverantibus. Facile enim fuit Viennensi Antistiti, cujus civitas olim in laterculo Imperii Metropolis fuerat, & antiquitate eminēbat, hoc Tyranno persuadere, ut ibi Primum ecclesiasticum constitui juberet, ubi Imperii sui sedem vel saltem incunabula habebat. Fundatum his titulis Primum, quibus potuit præsidii tutatus est, qui non aliud passim affectatæ dignitatis metropolitice fundamentum protulit, quam civitatis antiquitatem, & ejusdem dignitatis olim in civilibus concessæ possessionem.

Huc devenerat controversia primis quinti sæculi annis, cum illius seu dirimendæ, seu utcumque sopiendæ gratia Concilium Taurinense Gallicanorum Episcoporum precibus congregatum est: cujus canon. 2. hujusmodi est: *Illud deinde inter Episcopos urbium Arelatenis & Viennensis (observa primo loco nominatam Arelatem) qui de Primatu apud nos honore certabant, a sancta Synodo definitum est, ut qui ex eis adprobaverit suam civitatem esse Metropolim, is totius provinciæ honorem Primatus obtineat, & ipse juxta Canonum præceptum ordinationum habeat potestatem. Certe ad pacis vinculum conservandum, hoc consilio utiliore decretum est; ut, si placet memoratarum urbium Episcopis, unaquæque de his viciniores sibi intra provinciam vindicet civitates, atque eas Ecclesias visitet, quas oppidis suis vicinas magis esse constiterit: ita ut memores unanimittatis atque concordie, non alter alterum longius sibi usurpando, quod est alii propius, inquietet.*

Ex his Synodi verbis perspicuum est 1. Jamdiu molestissimas inter Galliarum Episcopos dissensiones exarsisse de Viennensis Provinciæ, immo & de aliarum Provinciarum Primatu: quoniam & illorum jura, & harum limites ex perturbationibus per tyrannidem Maximi subortis intra Gallicanas Provincias, obscura & difficultatibus impe-

Tom. II.

ditæ evaserant: ita ut, cum vix posset Gallicanis Episcopis iudicibus hæc controversia dirimi, plerisque videlicet vel propria vel amicorum causâ occupatis, ad vicinos Coepiscopos causam deferre velut depositis compromissis illarum regionum Episcopi proposuerint. Episcopi Italicæ Dioceseos, ut provinciæ Viennensis aliarumque contigui ad hoc delecti sunt: eo libentius, quod jamdudum illius Diocesis primatem sanctum Ambrosium dissidorum suorum iudicem peroptarant, opinor, Galli Antistites: quem propterea ad suam Synodum ut conveniret frequenti legatione sollicitarunt. De hoc enim negotio primum est ipsum Ambrosium intelligere, cum in funere Valentiniani perorans, testatur sibi rescripto Valentiniani ipsius accito in Gallias, ut eum vadem fidei suæ apud Comitē Arbogastem haberet, hoc esse denuntiatum accelerandi itineris causâ, non ad Synodum Galliæ, sed ab baptismum Valentiniani Augusti ipsum esse vocatum. *Additur, inquit, eo ut properarem ocius, nec arbitrarer causam itineris mei Synodum Gallorum esse Episcoporum, propter quorum frequentes dissensiones crebro me excusaveram, sed ut ipse baptizaretur in ipso egressu.* Hæc Ambrosius dicebat ann. 392. quo Valentinianus occisus est: unde & conjicimus post Maximi tyranni, qui Galliarum statum & Provinciarumque ordinem demutarat, necem quarto ante anno illatam cceptum esse inter Gallicanos Episcopos Ecclesiarum suarum iuribus decertari, præsertimque inter Arelatensem Viennensemque, quos inter de Primatu agebatur. Quam autem provinciam detrectavit Ambrosius a dissensionum turbis alienus, hæc postmodum suscepit precibus Gallorum victus Simplicianus ejus successor, vel qui Simpliciano successit Venerius, quorum alterutrum par est credere Taurinensi Concilio præfuisse: quod ne citius celebraretur, impedimento fuerunt quæ Valentiniani mortem secutæ sunt procellæ, perturbatæque rerum Gallicarum ex altero superveniente tyranno Eugenio status.

Ex Synodi verbis alterum elucet, ad hoc nimirum totam controversiam devolvi, ut quænam illarum civitatum esset Metropolis, inquireretur. Hoc videlicet apud iudices certum erat, illi deferendum esse in ecclesiasticis Primatus honorem, qui eundem in civili politia obtineret. In quam partem propenderent Taurinenses Patres satis hac definitione ipsi innuunt. Etsi enim neutri civitatum Primatum dare sua viderentur sententia, revera tamen illum Arelateni adjudicabant, quam tunc temporis 3 Metro-

E e e 2

polim

S. Ambrosius ad Gallorum Synodum invitatus.

2

Alterum ex Canone Taurinensi confectaneum.

3

## EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Nulla Provinciarum mutatio sub Maximo probari poterit. Non pauca Quesnellus gratis pronuntiat.

3 Non Arelatem, sed Viennam hoc tempore fuisse civilem Metropolim, luculenter statuemus part. 2. Observ. c. 4. n. 5. & seqq.

ac n. 2. Quesnelli argumenta pro Arelate allata excutiemus. Taurinensium porro Patrum sententiam non de civili, sed de ecclesiastica Metropoli accipiendam esse ibidem probabimus c. 5. n. 9.

PARS I.  
CAP. V.

polim esse constabat. Unde non sine arte conscripta mihi videtur esse illa definitio, quæ non decernit illi attribuendam esse metropolitanam dignitatem, qui comprobaret suam civitatem olim & ex antiquo fuisse *Metropolim*, quod rem in ancipiti reliquisset, & operosæ inquisitioni dedisset locum, sed quæ approbaret esse, per eam scilicet tempestatem: quod aliud non erat, quam in gratiam Arelatensis pronuntiare.

Apud J.  
Sirmond.  
in notis ad  
Sidonium  
P. 245.

Honorius enim Augustus in edicto ad Agricolam Præfectum Galliarum dato anno 418. (quo vix quindecim annis antiquior erat Taurinensis Synodus) Arelatem expresse appellat metropolitanam civitatem, quod jamdiu tali eam decore ac nomine insignitam fuisse argumento est. Unde cum in ea septem provinciarum conventum fieri præcipit, significat id ipsum non de novo institui, quippe quod jam a Præfecto Petronio jussum erat observari, *rationabili plane probatoque consilio*; sed potius reparari, quoniam *interpolatum vel incuria temporum, vel desidia Tyrannorum fuerat*, ut in eodem edicto queritur factum Honorius Augustus. Inter hos tyrannos præcipuum intellige Constantinum, qui Arelatem expugnavit, in eam tamquam in primariam totius provincie se recepit, & in ea obsessus ab Honorio an. 411. ad deditionem compulsus est: qua expugnata, *Provincia ista*, inquit, *Sozomenus, rursus ad Honorii imperium reversa est, ac ducibus ab illo constitutis paruit.*

Gallor.  
Episcop.  
preces ad  
S. Leonem,

Neque tribuenda videtur Petronio Arelatensis civitatis in Metropolim evectio, quæ & præfectoriâ potestatem superabat, & Petronii ætate anterior erat. Hanc enim civitatem a Valentiniano Imperatore specialibus privilegiis, puta sede Præfecturæ, & aliis, auctam fuisse, immo & Metropolim esse appellatam asserunt Episcopi Gallicani in eo libello, quem pro Arelatensi Episcopo obtulerunt Papæ Leoni. Quid enim vero est civitatem esse omnium Galliarum matrem, nisi omnium civitatum esse Metropolim. Hoc autem a Valentiniano seu primo, seu secundo collatum esse Arelatensium civitati, publico libello asserere (nisi pro certo habitum) numquam ausi essent tantæ probitatis ac prudentiæ Episcopi, præsertim cum libellus & adversariorum, & Pontificis Romani, & totius Urbis oculis lustrandus esset, & nihil esset facilius quam falsi arguere, quicquid falsi precibus insertum esset?

Arelatensis civitatis nobilitas a Constantini Magni temporibus.

Sed pluribus ante utrumque Valentinianum annis ita nobilitata reperitur Arelas a Constantio Augusto Constantini Imperatoris filio, ut ab eo pro Metropoli habitam esse vix ambigendi sit locus. In ea quippe solitus erat commorari, cum in Galliis versabatur; in ea theatrales ludos, in ea circenses edidit, in ea etiam Consulatum septimum iniit, quem & circensium ludorum editione celebrem fecit. *Arelate hiemem agens Constantius*, inquit Ammianus Marcellinus lib. 14. *post theatrales ludos atque circenses ambitioso editos apparatu, ad diem sextum Idus Octobris, qui Imperii ejus*

An. D.  
354.

annum trigesimum terminabat &c. Et infra: *Constantius Consulatu suo septies & Casaris iterum egressus Arelate, Valentiam petit &c.* Isthæc ab aliis quoque Augustis ac Consulibus præstita esse apud Arelatem testati sunt in laudato libello Galli Episcopi. Quorum etiam relatione, sicut & Honorii in recensito edicto, docemur Constantinæ nomen Arelatensi civitati inditum a Constantino Magno: qui sicut ad veteris Romæ exemplar novam in orientalibus partibus ædificavit, suoque ornavit nomine, ita in Galliis talem Arelatem esse voluit, cui utriusque illius splendor & decora communicarentur, quæ eam ob causam & CONSTANTINA ab ipso Imperatore, & GALLULA ROMA ab Ausonio nuncupata est. Talis fuit in civilibus Arelas a primo christianorum Imperatorum Constantino, usque ad Valentinianum III. Leoni & Hilario æqualem. Qualis autem sub gentilibus fuerit, vel uno Leone nostro teste edocemur, ut supervacaneum otiosumque fuerit antiquiora monumenta scrutari: fatetur enim ultro *consideratis allegationibus utriusque partis præsentium Clericorum*, civitatibus *Viennensi & Arelatensi commune jus quondam fuisse, idque a gentibus esse proditum.*

Qualis Arelas sub Gentilium Imperio.

Epist. 50.  
cap. 1. ad  
Episc. provincie  
Vienn. libello respondens.

## C A P U T VI.

*Zosimi Papæ decreta, quibus metropolitana potestas asseritur Arelatensi Episcopo, expendantur & a falsi suspicionibus vindicantur.*

Concilii Taurinensis ætatem turbulentissima tempora exceperunt, pluribus per ea tyrannis Gallias occupantibus, in easdem etiam irruentibus Gothis, Burgundionibus, aliisque barbaris: quo factum est, ut omnis ecclesiasticus ordo per eas regiones pessumdaretur. *Nusquam enim*, inquit de illorum temporum ac locorum Ecclesiis Illvirianus testis oculatus, *nusquam improbior voluptas, nusquam inquinatio vita, nusquam corruptior disciplina.* Quamobrem nec illius Concilii ordinationi, nec antiquioribus statutis locum aliquem fuisse per ea tempora putandum est. At pacatis utcumque Galliarum rebus, de rursus instauranda tam ecclesiastica disciplina, quam politia civili serio cogitarunt Ecclesiæ & Imperii Principes. Imprimis vero de restituendis Ecclesiæ & civitati Arelatensi sacris civilibusque privilegiis actum est. De civilibus testis est Honorii Constitutio superius laudata, quæ anno 418. data est, quam videre est apud J. Sirmondum in notis ad Sidonium. De ecclesiasticis locupletissimam memoriam habemus in Papæ Zosimi epistolis, quæ cum anno uno præveniant Honorii edicto, vel hoc solo argumento perspicuum est, non ex sæcularium tantummodo ordinationum imitatione natum esse ecclesiasticum Arelatensis civitatis splendorem, sed in nativis illius Ecclesiæ juribus primævisque prærogativis eundem esse fundatum.

Post Concilium Taurinense turbida tempora.

Notæ Sirmond. ad Sidon. pag. 245.



PARS I.  
CAP. VI.  
Antiquitatem privilegii Arelatensis agnoscit Zosimus.  
An. D. 417.

Ex iis Zosimi epistolis, quæ alia Arelatensis Episcopi jura attinent, ad alium locum rejicimus; modo quæ metropolitanicum constituunt attendamus. Sic igitur in ep. 5. quæ est ad universos Episcopos per Gallias & septem Provincias constitutos: *Jussimus autem, inquit, præcipuam, sicuti SEMPER habuit, metropolitanus Episcopus Arelatensium civitatis in ordinandis Sacerdotibus teneat auctoritatem: & infra: Metropolitana Arelatensium urbi VETUS PRIVILEGIUM minime derogandum est, ad quam primum ex hac sede Trophimus summus Antistes, ex cujus fonte totæ Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus est.* Mitto alia, quæ ad idem recidunt, vel referentur opportuniore loco.

Observatione porro dignum, quod 1 Zosimus non novum jus se condere, nec nudiustertius institutum firmare se dicit, sed VETUS privilegium esse affirmat, quod SEMPER Arelatensis Episcopus habuerit; illudque asserit in Trophimi summo Pontificatu fundatum, qui videlicet primus illas Provincias fide Christi imbuit, & episcopali rexit auctoritate, cujus proinde jura legitimo successione ordine in ejus sedis heredes transmissa, piaculum fuerit violare.

Quid adversus Zosimi epistolas objectum. Tam patens, tamque decretorium est hujus Pontificis testimonium, ut nihil non agant adversæ sententiæ auctores, quo illud infirmum irritumque reddant. Alii nimiam Zosimi credulitatem arguunt, quam in aliis quoque negotiis manifestam fecerit, veluti cum sibi a Pelagio & Cælestio hæresiarcho ita imponi permisit, ut catholici tam ipsi, quam eorum libelli ab illo judicati sint; e contra vero Africani Episcopi, invicti illi gratiæ defensores, ab eo Pontifice levitatis & imprudentis zeli arguerentur, quod utrumque etsi catholice, ut putabat Zosimus, sentientem, ex levium susurronum scriptis damnationis sententia percussissent. Alii Zosimo ipsi parcentes scripta ejus nomine vulgata ita falsi insimulant, ut multis rationibus ac momenti sibi certissimum id esse autument. Quibus quoniam multum interest ne fides leviter abrogetur doctissimorum virorum argumenta, sepositis omnibus præjudiciis, examinanda sunt.

Objectio 1. Ex notitia provinciarum. Primo igitur loco ajunt vel ex hoc uno suppositionem epistolarum Zosimi palam fieri, quod Arelatensis Episcopus semper fuisse Metropolitanus in illis asseritur: quod numquam scripsisset Zosimus, repugnantibus antiquis omnibus notitiis Provinciarum, in quibus Arelatensium civitas Viennæ, ut Metropoli, subjecta legitur.

Verum quibus, amabo te, major fides debetur; an notitiis hujusmodi quarum ætas auctoritasque incertæ; an epistolis Zosimi? Immo cum antiquis illæ ignotæ sint, & a paucis tantum annis in lucem ductæ, fides

earum plurimum vacillat. Quia tamen plura earum exemplaria proferuntur sibi invicem simillima, nec in paucis Codicibus MSS. habentur, omnem eis auctoritatem detractam nolim. Sed cum adversus Arelatensium jura nihil valere queant, nisi ante Zosimum conditas esse pateat, inanis proferus erit ex iis ducta probatio, postquam demonstratum a nobis fuerit, non modo post Zosimum, sed etiam post S. Leonem cœpisse exarari notitias hujusmodi; quod inferius præstabitur. Quo facto licebit in adversarios telum retorquere: si enim sua servata fuerit Zosimi epistolis auctoritas, tum invicta erit sumpta ex iis pro Arelatensium Metropoli probatio. Commodius etiam eluentur in sequentibus alia, quæ ex eodem Primatu repetuntur ab adversariis, argumenta.

Opponitur 2. perperam Zosimo adscribi Epistolas decretales, quæ nec in Codice Ecclesiæ Romanæ, qui a Dionysio Exiguo compactus est, nec in Collectione Isidori continentur.

Sed vix eget responsione hujusmodi objectio. Quam multæ enim tum aliorum Pontificum, tum Zosimi ipsius, Leonisque nostri epistolæ, decretales utique celebres, & indubitæ fidei epistolæ, quasque posteritati commendare plurimum intererat Romanæ Sedis: quam multæ, inquam, hujusmodi neutri Collectioni insertæ reperiuntur? Ac ne extra præsentis controversiæ fines evagemur, prolixa hæc ad Vienneses epistola, cui modo incumbimus, utriusque Collectoris illius diligentiam fugit. Alia item Leonis epistola, quæ totam hanc litem inter Arelatensem & Viennesem Episcopos composuit, a Symmacho quidem laudata est, sed a Card. Baronio primum est edita in Annalibus, & omnibus ignota decretorum pontificiorum Collectoribus: innumeræ demum aliæ, quæ in mentem hæc legentium, etiam me tacente, incurrunt, in nullis Codicibus Decretalium reperiuntur; adversum quas tamen ex Isidori Dionysiique silentio præscribi omnibus antiquitatis ecclesiasticæ studiosis molestissimum foret.

Symmachum porro Leonemque Pontifices Romanos de his epistolis siluisse, quod tertio loco objiciunt, partim verum est, partim vero falsum.

Siluit quidem Symmachus, sed quid mirum? Mirum potius esset, si illius decessoris sui decretum retulisset, quod antiquatum volebat. Nullo modo enim Zosimi ordinationem circa præsens negotium attendit Symmachus, sed Leonis solummodo, cujus sententiam inconcussam permanere constituit. Nec ille novum condidit edictum, sed quod fuerat a Leone promulgatum, in lucem (ut ipse ait) reddidit suis affatibus.

Ad Episcopos Gallia.

PARS I.  
CAP. VI.

Objectio 2. ex Codicibus in quibus desiderantur epistolæ.

Objectio 3. ex silentio Leonis & Symmachi. Cur Symmachus de Zosimi epistolis silet.

Symmachus ep. 9. ad Episcopos Gallia.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Zosimi litteræ, licet genuinæ sint, utpote sumptæ ex MSS. collectionis Arelatensis, quæ nihil supposititium præfert; per subre-

ptionem tamen Patrocli antiquissimum jus metropolitanicum Arelatensis Episcopi falso ingerere patebit ex Observ. part. 2. c. 2.

PARS I.  
CAP. VI.  
Mentio  
Zosimiani decreti  
apud S.  
Leonem.

Ad Leonem quod attinet, nomen quidem Zosimi non expressit, verum decreti ejus tam disertam fecit mentionem in hac epistola 10. ad Viennensis Provinciae Episcopos, ut clarior haberi non potuerit. Quid enim aliud significant hæc verba: *Quid sibi Hilarius querit in aliena Provincia, & id quod nullus decesserum ipsius ante Patroclum habuit, quid usurpat? Cum & ipsum quod Patroclo a Sede Apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit sententia meliore sublatum.* Nemo non videt nullius Sedis Romanæ Pontificis decretum in gratiam Patrocli conditum, a Leone potuisse commemorari, nisi decretum Zosimi, a quo Patroclus sui juris in Provinciam Viennensem & alias obtinuit confirmationem. Eodem ergo argumento quo funditus everti epistolarum Zosimi fides putabatur, hoc e contra firmius roboratur, ut nullum aliud conquirere opus sit, ad earum epistolarum sinceritatem comprobendam post Leonis tam authenticum tamque manifestum testimonium.

At saltem de utraque Narbonensi, inquis, nihil S. Leo habet in ista epistola vel aliis. Quid inde? Manifestum est Ravennum juri suo in utramque Narbonensem a prædecessoribus suis defenso, ultro cessisse, & solam potestatem metropolitam Viennensis Provinciae sibi reservasse asserendam: quam qui Patroclo confirmaverit Romanus Pontifex, alius præter Zosimum citari a Leone nostro non potuit. Hæc nobis sufficeret responderi. Contendo tamen præterea de alterutra Narbonensi sermonem esse in his verbis: *Quid sibi Hilarius querit in aliena Provincia?* &c. Non enim hic loquitur de Viennensi, quam numquam alienam ab Hilario censuit Leo, quamque nullus Pontificum Romanorum eidem ante Leonem abrogarat. Sed de his uberius in parte 2. Dissertationis, de negotio Projecti, ubi Leonis testimonium expendemus.

Objectio  
4. ex im-  
perioso  
itylo,

Quarto loco objiunt, loquendi modum, quem usurpat auctor illius decreti, elatiorem esse, quam ut Zosimo conveniat: ita enim incipit: *Placuit Apostolicæ Sedi* &c. Qui hæc majores animos præ se ferre existimant, legant Leonem nostrum in plerisque epistolis, velut in iis quas ad Africanos, ad Anastasium Theffalonicensem, immo & in hac ipsa ad Viennenses Episcopos: legant ipsius Zosimi litteras ad Episcopos Africanos in causa Cælestii datas, quibus nihil imperiosum magis; &

has ejusdem epistolas tamquam a Zosimi stylo alienas non ei abjudicandas putabunt.

PARS I.  
CAP. VI.

5. Prætermissa a Leone & Symmacho de Formatis ab Arelatensi dandis mentio non levem suppositionis litterarum, ubi de Formatis sermo est, injicere creditur suspicionem.

Objectio  
5. ex Formatarum  
mentionem.

Respondeo superfluum fuisse Formatarum mentionem; cum inter metropolitana munia necessario jus dandi litteras hujusmodi numeraretur. Placuit de illis meminisse Zosimo, ad idque necessitate compulsus est: quoniam occasione turbatarum, quæ annis præcedentibus Gallias concusserant, & earum concertationum, quæ de Primatu mortæ fuerant inter Episcopos, Formatarum usus intermissus fuerat, vel ab aliis contra fas usurpatus: restitutus a Zosimo fuit eam ob causam. Quia, ut ipse ait, *plures se Episcopos sive Presbyteros, sive ecclesiasticos simulantes, quia nullum Formatarum documentum extat, per quod valeant confutari, in nomen venerationis irrepunt, & indebitam reverentiam promerentur.* Quod 2 jam dudum Arelatensi Episcopo tributum fuisse patet ex epistola S. Cypriani, quam ad Stephanum Papam pro Marciani Arelatensis depositione scripsit, de qua superius.

Zosimi  
epist. 5. ad  
Episc. Gal-  
liæ.

2

6. Urget vir eruditus hanc epistolæ quintæ clausulam: *Ad cujus notitiam si quid illic negotiorum emerferit, referre censuimus, nisi magnitudo causæ etiam nostrum requirat examen.* Hæc, inquit, sumta sunt ex epistolis posteriorum Pontificum, qui vices suas Arelatensibus Episcopis demandaverunt, nec temporibus Zosimi conveniunt. His non uno modo satisfacimus: ac primum quidem adduco Eminentiss. Cardinalem Baronium, qui testatur in MS. Arelatensi, unde epistolas Zosimi descriptas habuit, ad calcem illius quæ est ad Episcopos Gallos, Afros, & Hispanos, eandem clausulam legi, quæ & in superiori, de qua agimus, ad universos Episcopos per Gallias & septem Provincias scripta: ab his scilicet verbis: *Jussimus autem precipuam* &c. usque ad illa 3 *nisi magnitudo causæ etiam nostrum requirat examen.* Unde conjicere licet hæc ultima, quæ a Zosimo omissa sunt in epistola ad Afros & Hispanos, omissa esse pariter in epistola, quæ unice Gallos attinet, & superaddita postmodum esse ab aliquo. Verum conjecturæ huic cedens, respondeo Zosimum Pontificem ita Arelatensium Episcoporum jura defendenda suscepisse, ut tam

Objectio  
6. ex re-  
servatio-  
ne majo-  
rum caus-  
arum.

Baron. ad  
a. 417.  
num. 48.

3

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Privilegium Formatarum Arelatensi concessum a Zosimo, non in solam ipsius ecclesiasticam provinciam, seu in Narbonensem solidam eidem ab eo Pontifice attributam, sed in *quamlibet Galliarum* partem extenditur ep. 1. c. 1. Hoc autem jus antiquum probari nequit; cum & in Oriente & in Occidente receptum esset, ut Clerici ab Episcopis, Episcopi autem a Metropolitanis Formatas ac-

ciperent; quemadmodum docet P. Constantius in Monito ad eandem Zosimi epistolam: ubi etiam miratur testimonium a Quesnello produci ex Cypriani litteris ad Stephanum Papam, in quibus nullus occurrit de Formatis sermo.

3 Sequentia quoque verba in utraque epistola leguntur; nec in epistola ad Afros omiffa Baronii textus subindicat.

PARS I. men 4 rerum suarum non omnino obli-  
 CAP. VI. sceretur. Quamobrem ita Provinciam Vien-  
 4 nensem aliasque studuit Patroclo subjicere,  
 ut eundem sibi in hujus potestatis usu sub-  
 jectum haberet: quod prælitit, dum & For-  
 matarum jus ei quasi ex privilegio decre-  
 vit, & sibi nonnullarum caussarum examen  
 ac judicium reservavit. Hoc modo agens  
 Zosimus decessoris sui Innocentii premebat  
 vestigia, qui ad Victricium Rothomagensis  
 scribens cap. 3. *Si autem, inquit, majores*  
*caussæ in medium fuerint devolutæ, ad Se-*  
*dem Apostolicam, sicut Synodus statuit, post*  
*episcopale judicium referatur.* Utrumque  
 æmulatus S. Leo eandem exceptionem iis  
 epistolis apposuit, quibus Thessalonicensi  
 Episcopo Anastasio Vicariatus sui munus de-  
 legavit. Unde non est cur aliquis miretur,  
 ut qui ad instar Illyricianæ delegationis in  
 Metropoli Arelatensi Vicariatum Apostoli-  
 cum instituere meditabatur, illius in isto  
 imaginem expresserit.

Objectio 7. Sed si dictæ epistolæ Zosimi essent,  
 7. ex con- quis credat tam contrarias a Bonifacio &  
 rariis Cælestino successoribus ejus potuisse scribi,  
 successo- & istos prædecessoris sui decreta voluisse con-  
 um Zosi- vellere? Bonifacius enim epistola 3. ad Hil-  
 ni episto- larium Narbonensem, arguit Patroclum de  
 is. usurpata ordinatione Lutevensis Episcopi in  
 Narbonensi Provincia.

Non plane video quid ex epistola Cæles-  
 tini ad Episcopos Provinciæ Viennensis &  
 Narbonensis adversus Zosimi epistolas assumi  
 possit. Sed demus aliquid tam Cælestinum,  
 quam Bonifacium (quod hic revera fecit)  
 prædecessorum suorum decretis contrarium  
 scripsisse: hoc insolitum non esse tot exem-  
 plis comprobatur, ut in hac ipsa, quam  
 tractamus, causa triplex occurrat. S. Leo id  
 quod Patroclo a Sede Apostolica temporaliter  
 videbatur esse concessum, meliore postea judi-  
 cio sublatum fuisse asserit; quod de Bonifacio  
 debet intelligi, quem ajunt Zosimi decretis  
 contraria statuisse. Anastasius II. S. Leonis  
 abrogavit constitutionem, decessorum suorum  
 videlicet ordinationem (quod non oportebat)  
 sub qualibet necessitate transgrediens: hisce  
 verbis loquentem habemus ea de re Sym-  
 machum Papam epistola 1. ad Eonium A-  
 relatensem. Sed & ipse Symmachus Ana-  
 stasii ordinationem rescidit, Leonis consti-  
 tutioni de divisione Viennensis Provinciæ  
 adhærens, roborque addens.

Objectio 8. Libellus Leoni oblatum a Gallicanis  
 8. ex si- Episcopis in gratiam Ravennii, Zosimi qui-  
 lentio li- dem nomen reticet (quod objicitur) sed de  
 belli sup- alio tamen hæc libelli verba intelligi non  
 plicis. possunt: *Unde factum est, ut non solum Pro-*  
*vincia Viennensis ordinationem, sed etiam*

PARS I. *trium Provinciarum, contemplatione S. Tro-*  
 CAP. VI. *phimi, sicut & sanctorum prædecessorum ve-*  
*strorum patefactum sibi testatur auctoritas,*  
*Arelatensis Ecclesiæ Sacerdos ad sollicitudi-*  
*nem semper suam curamque revocavit.* Nec  
 sententiam solummodo Zosimi refert, sed  
 etiam verba usurpat, ut legenti facile ap-  
 pareat. Deinde Leonem alloquuntur Pontifi-  
 ces, cui decretorum Sedis Apostolicæ non  
 ignaro nomina Pontificum, a quibus prodie-  
 rant appellare, & superfluum erat, &  
 quadamtenus indecorum: nam Pontifices  
 Pontificibus collidere velle putarentur.

Animadvertit, ut puto, lector, nos dum  
 adversariorum objectionibus satisfacimus,  
 plurimas eadem opera probationes asserto-  
 rias protulisse, quibus epistolarum Zosimi  
 sinceritas comprobatur. His omnibus vice  
 coronidis addimus Concilii Francofordien-  
 sis an. 794. præsentem Carolo Magno celebrati  
 suffragium. Canon quippe 8. hujusmodi est:  
*De altercatione Uisionis Viennensis Episcopi*  
*& Eliphanti Arelatensis Episcopi lectæ sunt*  
*epistolæ B. Gregorii, Zosimi, Leonis &*  
*Symmachi, quæ, Leonis videlicet, & Sym-*  
*machi litteræ, definierunt eo quod Viennen-*  
*sis Ecclesia quatuor suffraganeas habere sedes*  
*deberet, quibus illa quinta præmineret &c.*  
 Quibus verbis quænam, precor, Zosimi epi-  
 stolæ commemorantur, nisi ipsæ, quas præ-  
 manibus nunc habemus? Sed & Gregorii  
 ipsius Magni testimonium hoc in negotio  
 posthabendum non est. Cum enim ad Vir-  
 gilium Arelatensem, vices illi suas commis-  
 surus, scriberet, satis innuit Zosimi epi-  
 stolas sibi tum ob oculos fuisse positas: inde  
 enim repetiit, quod ibidem refert de anti-  
 quitate privilegii Arelatensis, de prisca con-  
 suetudine Sedis Apostolicæ, & de certitu-  
 dine qua cunctis liquet, quemadmodum lo-  
 quitur, unde in Galliarum regionibus fides  
 sancta prodierit.

Ex dictis apparet quam merito rideat  
 Scaligerum Morinus, quod Zosimi epistolas  
 de Arelatensi controversia scriptas ausus sit  
 commentitias & ridiculas pronuntiare, ab  
 iisque confictas hominibus, quibus plus otii,  
 quam fidei superfuerit. Sed utrum in eadem  
 sententia perseveraverit Morinus, dubito.  
 Ad oram enim Binianæ epistolarum istarum  
 editionis, in eo codice, quo vir doctissimus  
 usus est, adnotatas lego rationes ejusdem  
 manu exaratas petitalque ex acriore stylo,  
 silentio scriptorum, contrariis successorum  
 decretis, Provinciarumque notitiis: ex qui-  
 bus suspectæ fidei epistolas scribit, confi-  
 ctasque tempore regni Arelatensis, ut Are-  
 las supra Viennensem olim sedem Burgun-  
 dici regni eveheretur. Sed quantis annorum  
 in-

S. Greg.  
 PP. 1. lib.  
 4. ep. 50.  
 ind. 13.

Johan. Mo-  
 rinus Eccl.  
 Exercit.  
 24. Scali-  
 ger. ep. 348.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Cum Zosimus ecclesiasticorum negotio-  
 rum relationem præcepit, & majores causas  
 apostolico examini ac judicio reservatas præ-  
 tulit; non rem sibi incompetentem, sed jus  
 suum profecutus est, quod non tam ex pri-  
 matu divinæ institutionis in totam Ecclesiam,

quam ex peculiari jurisdictione in Ecclesia  
 Occidentis palam dimanat, & Apostolica Sedes  
 semper exercuit, ut pluribus antiquiori-  
 bus exemplis, si vacaret, probare possemus.  
 Quænellus hic quoque animum apostolicæ au-  
 thoritati infensum manifestat.

PARS I. intervallis regnum Arelatense antecedant au-  
CAP. VI. ctiores, qui testimonio suo sinceritati epi-  
stolarum Zosimi suffragantur, ex eorum re-  
censione clarissimum est.

Objectio  
9. Ex ni-  
mia credu-  
litate Zo-  
simi.

5

Quod autem ad eos spectat, qui non lit-  
teris Zosimi fidem abrogant, sed 5 Zosimi  
ipsius elevant auctoritatem, propterea quod  
erga Pelagium & Cælestium nimis credu-  
lorum eorum se versutiis circumveniri sit pas-  
sus: respondeo longe disparem esse utrius-  
que negotii rationem: difficillimum enim  
est in rebus theologicis, iisque præsertim,  
quæ ad abstrusiores de gratia Christi quæ-  
stiones pertinent, etiam subtilissimos quos-  
que non decipi, cum versutissimi hæresi-  
archæ sub catholicorum verborum involucris  
plerumque pestilentissimæ doctrinæ virus con-  
tegant. Tales erant Pelagius & Cælestius,  
quorum prior eloquentia ac dicendi arte vix  
ulli secundus, potuit facillime Zosimo ho-  
mini Græco per verborum fallaciam, quæ  
communia cum Catholicis habebat, impo-  
nere: quemadmodum & ipse prius miseram  
illam, ut loquitur Hieronymus, Diospoli-  
tanam Synodum suis fraudibus deluserat.  
At in examine metropolitico jurium  
nihil prorsus cum mysteriorum abditorum  
investigatione comparandum fuit: in qua  
discussionem si falli Zosimo contigisset, de-  
errore fuisset per Viennensis aliorumque Epi-  
scoporum litteras admonitus; nec tot scri-  
psisset ad idem negotium pertinentes episto-  
las, quas nemini displicuisse animadvertimus,  
nisi Proculo Massiliensi Episcopo.

## C A P U T VII.

*Honorium Augustum, Bonifacium, Cælesti-  
num, & Leonem ipsum Pontifices Ro-  
manos, necnon & Valentinianum III. Au-  
gustum habuisse Hilarium pro Metropolita-  
no.*

An. D. 418. **N**on repetam quod superius ex consti-  
tutione Honorii Augusti allatum a  
nobis in gratiam civitatis Arelatensis, quam  
diserte metropolitanam appellat. Sufficiat  
ad seriem annorum observandam illud indi-  
catæ.

An. D. 419. Ad Bonifacium PP. venio, qui sub finem  
Bonifacius ejusdem anni Pontificatum sumsit. Hunc  
PP. ep. 2. certe propensioris in Ecclesiam Arelaten-  
sem animi nemo suspicatus fuerit, si mo-  
do legerit epistolam, quam scribit ad Hila-  
rium Narbonensem Episcopum: ubi Arelaten-  
sem de usurpata Episcopi Lutubensis  
ordinatione arguit. Idem tamen manife-  
stissime potestatem metropolitica in Pro-  
vincia Viennensi Hilarii nostri prædecesso-

ribus desert in utraque sua epistola quæ  
res Gallicanas spectat. Scribens enim ad  
Episcopos Galliarum de Maximo Valentiniæ  
civitatis Episcopo de variis criminibus accu-  
sato, Patroclum primum nominat eorum  
omnium, quibus epistola inscribitur, ex qui-  
bus quatuordecim, qui numerantur, constabatur,  
ut ego quidem reor, provincia Viennensis.  
Etsi enim subscribentium Episcoporum  
nomina non ex Ecclesiarum dignitate ac præ-  
rogativa ordinentur; Metropolitanum tamen  
primus semper locus reservatus est sive in  
epistolis ad totius Provinciæ Episcopos scri-  
ptis, sive in iis quas Provinciales scripsere  
Episcopi.

In altera vero epistola, quam ad Hila-  
rium Narbonensem Episcopum scripsit, ar-  
guitur quidem Patroclus quod in *aliena Pro-  
vincia*, prima scilicet Narbonensi, præter-  
missa *Metropolitano contra Patrum regulas or-  
dinasset*: quod argumento est Patroclum pro-  
priam habuisse Provinciam, quam præter-  
gressus culpatur de violata Synodi Nicænæ  
Constitutione, quæ præcipit, *per unamquam-  
que Provinciam jus Metropolitanos singulos  
habere debere, nec cuiquam duas esse subje-  
ctas*. Quæ constitutio nã extra propositum  
hoc loco laudaretur, nisi inter Metropolitanos  
numeratus esset Patroclus.

Hanc epistolam secuta est post tres annos  
Valentiniani Constitutio de diversis eccle-  
siasticis capitibus, in Galliam missa an. D.  
425. in cujus cap. 2. *diversos Episcopos  
nesarium Pelagiani & Cælestiani dogmatis  
errorem sequentes PER PATROCLUM SACRO-  
SANCTÆ LEGIS ANTISTITEM præcipit conveni-  
ri; & nisi errata correxerint, Gallicanis  
regionibus expelli, atque in eorum loco Sa-  
cerdotium fidelibus subrogari*. Hæc omnia  
metropolitanum Episcopum loquuntur.

Ad Bonifacii proculdubio epistolam respi-  
ciebat Cælestinus Papa Bonifacii successor,  
cum in epistola ad Episcopos per Viennensem  
& Narbonensem Provincias constitutos  
decernit, cap. 4. *ut juxta Canonum de-  
creta unaquaque Provincia suo Metropolita-  
no contenta sit: ut decessoris nostri, inquit,  
data ad Narbonensem Episcopum continent  
statuta . . . sit concessis sibi contentus unus-  
quisque limitibus: alter in alterius Provin-  
cia nihil præsumat*. Quamobrem his pariter  
verbis confirmatur metropolitica Arelatensis  
Episcopi potestas, cum supponat similiter  
suam ei Provinciam subjectam esse. Sed &  
capite tertio de Daniele agens, qui multo-  
rum criminum reus ordinatus fuerat Epi-  
scopus, satis innuit Arelatensem Episcopum  
Metropolitanum fuisse. *Missæ, inquit, ad  
Arelatensem Episcopum per Fortunatum Sub-  
dia-*

PARS I  
CAP. VIIAn. D. 422.  
Bonifacius  
PP. in ep.  
3. ad Hila-  
rium  
Narbo-  
nensem.Ann. D.  
425. Va-  
lentinianus  
Augustus in  
Constitu-  
tione de  
ecclef.  
cap.Ann. D.  
428. Cæ-  
lestinus  
PP. ep. ad  
Episc.  
Vienn. &  
Narbo-  
nenses.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Deceptionem Zosimi agnosces ex part. 2.  
c. 2. nostrarum Observationum.

1 Gratis more suo sic opinatur. Cum hæc  
epistola non ad solos Viennensis provinciæ  
Episcopos, sed & ad ceteros per Gallias &  
septem Provincias constitutos scripta dicatur;

eos quatuordecim, qui in inscriptione nomi-  
nantur, solius Viennensis Provinciæ Episco-  
pos opinari, divinare est; cum præsertim in  
hac provincia tredecim tantum civitates No-  
titia Galliarum exhibeat.

PARS I. diaconum, ut ad iudicium episcopale per-  
CAP.VII. traheretur, epistola. Cur enim ad ipsum po-  
tius quam ad alterum scriberet, ut Danie-  
lem ad iudicium episcopale pertrahi cura-  
ret, nisi saltem in Viennensi Provincia me-  
tropolitica iuribus frueretur?

Ann. D.  
439.  
Synodus  
Regensis.  
Ann. D.  
441.  
Synodus  
Arausica-  
na I.

Hæc ad ipsius Hilarii, cuius causam agi-  
mus, tempora episcopatumque proxime ac-  
cedunt: quem & duabus insignibus Syno-  
dis Regensi & Arausicanæ I. subscripsisse  
primo loco reperimus, quod procul dubio  
itidem factum videremus in Vasensi I. &  
Arelatensi II. nisi subscriptiones periissent.  
Verumtamen his non immoramur, (etsi  
nullo contradicente gesta fuerint) quoniam  
tamquam juris alieni inuasor ob hanc ipsam  
causam male audit apud plerisque: quam-  
quam nihil ab Episcopis vi extortum, ni-  
hil nisi omnium votis obsequentibus præsti-  
tum esse, luce clarius est.

Ann. D.  
445.  
Metropo-  
litica Hi-  
larii Are-  
latis  
potestas  
x ipso  
Leone I.  
asserita.

Sed omisso Gallicanorum Episcoporum te-  
stimonio, ab ipso Leone nostro Hilarii ac-  
cusatore, de metropolitana illius auctoritate  
quid senserit, etiam in ea, quam adversus  
ipsum scripsit epistola, sciscitemur. Jam co-  
piose probatum superius, metropolitica  
dignitatem Arelatensi Ecclesiæ non abjudi-  
catam esse a Pontifice nostro, cum Celido-  
nium e Provincia Viennensi fuisse asserui-  
mus, nec quicquam adversus Hilarium de  
arrogata sibi contra jus potestate fuisse ob-  
jectum. Hoc certe manifestum est in utra-  
que epistola ad Viennenses. Accusat enim  
eum, non quod Celidonium alienæ pote-  
stati subiectum indebitè iudicandum sibi sum-  
ferit; sed quod, Celidonio merito appel-  
lante, appellationi ejus deferre noluerit:  
non item quod ordinandi munus sibi arro-  
garit; sed quod ordinationes sibi omnium per  
Gallias Ecclesiarum vindicans, debitam aliis  
Metropolitanis Sacerdotibus in suam transfer-  
ret dignitatem: non denique quod Provin-  
ciæ Viennensis Episcopos sibi iure metro-  
politico subiectos esse volebat; sed quod ita  
sua cupiebat subdere potestati, ut se beato  
Apostolo Petro non pateretur esse subiectum.

2

2. Quid sibi vult S. Leo, cum ita scri-  
bit cap. 3. ejusdem epistolæ: 2 Mansisset  
namque in illum prolata sententia, si ob-  
jectorum veritas extitisset: nisi Celidonium le-  
gitima potestate, servatoque Canonum or-  
dine accusatum & iudicatum fuisse, nihil-  
que sententiæ lætæ adversus ipsum deesse,  
nisi objectorum veritatem: ideoque potesta-  
tem Hilario tamquam Provinciæ Metro-  
politano non defuisse? Hæc Leonis verba juxta  
nostram opinionem explicata negotium nul-  
lum facessunt, sed sensum omnino conven-  
ientem reddunt: torquent vero eadem mi-  
rum in modum sententiæ adversæ auctores,  
qui ne Vesonionensis Metropoleos dignita-  
Tom. II.

PARS I. tem his pessumdari sistant, confugere cogun-  
CAP.VII. tur ad vicariam potestatem a Zosimo Epi-  
scopis Arelatensibus delegatam, quæ iisdem  
congregandarum per Gallias Synodorum jus  
aliquod concesserit; ad quas delatæ Episco-  
porum causæ, Vicarii Sedis Apostolicæ sen-  
tentia terminarentur.

Verum ista responsione, qua aliis satisfa-  
ctum volunt auctores commemorati, fallor,  
si sibi ipsi satisfaciunt. Quam abhorrent enim  
illius ætatis & regionis mores a vicaria hu-  
jusmodi potestate, quæ in metropolitana jura  
involandi faceret facultatem, & ea con-  
cederet, quæ in posterioribus sæculis a Ca-  
nonum observantia longius recedentibus num-  
quam tentata sunt? Ut enim ordinare so-  
lius erat proprii Metropolitaniani, ita & de-  
ponere ordinatum: nec eo usque protendit  
unquam se vicaria potestas, ut in aliena  
Provincia Synodum cogeret eam solum ob  
causam, ut Episcopum illius Provinciæ non  
sux a propria sede dejiceret; quod tamen  
in præsentī negotio ab Hilario tentatum  
existimant. Deinde contraria iidem loquun-  
tur. Si enim potestatem habuit, Vicariatus  
sui nomine, cogendorum in Galliis syno-  
daliū Conciliorum, & de Episcoporum  
causis illic iudicium instituendi; cur iidem  
auctores contendunt nulli Episcopo aliquid  
licuisse in Sequanica Provincia, quemadmo-  
dum nec in ceteris Provinciis, præter ipsius  
Provinciae Sacerdotes. „ Suis inquit Leo noster,  
„ Marca referente, unaquæque Provincia sit  
„ contenta Conciliis, nec ultra Hilarius au-  
„ deat conventus indicere synodales (conven-  
„ tum adversus Celidonium habitum, inquit,  
„ perstringit) & Sacerdotum Domini iudicia  
„ se interferendo turbare: qui non tantum no-  
„ verit se ab alieno jure depulsum, sed etiam  
„ Viennensis Provinciæ, quam male usurpa-  
„ verat, potestate privatum. “ Hactenus Leo.  
Porro si eo nomine mansura esset Hilarii  
sententia adversus Celidonium, quod vica-  
ria utens Pontificis auctoritate jus cogendæ  
habuisset Synodi, eidem igitur aliquid licuit  
in Sequanica Provincia ut & in aliis, nec  
conventus indicendo synodales iudicia Sa-  
cerdotum se interferendo turbabat, sed con-  
cessa potestate utebatur. Quæ cum sibi in-  
vicem non cohæreant, de metropolitana Are-  
latensis Ecclesiæ, ut facimus, dignitate ar-  
cessenda est hujus loci explicatio.

3. Itaque confirmatur ex verbis Leonis  
supra relatis: Qui non tantum noverit se ab  
alieno jure depulsum, sed etiam Viennensis  
Provinciae, quam male usurpaverat, potesta-  
te privatum. Duplicem enim in Hilario po-  
testatem manifeste distinguit: alienam unam,  
quam alieni juris nomine designat eam  
scilicet quam Zosimus in utramque Narbo-  
nensem dederat; propriam alteram in Pro-

Fff

vin-

Marca  
Dissertat.  
de Prima-  
riis  
N. 78.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Postquam in Observ. part. 1. c. 2. fusius  
probavimus Celidonium Episcopum fuisse in  
provincia ab Hilarii jure aliena; hoc Leonis  
testimonium, quod a Quæsnello & hic & ali-

bi obtruditur, ita explicavimus, ut nec Hi-  
larii juri adstruendo faveat, nec ad Vicaria-  
tus Apostolici potestatem Arelatensi traditam  
confugiendum sit.

vinciam Viennensem: alieno enim proprium opponitur, & futiliter admodum primam vocaret alienam & indebitam, nisi alteram, quam illi opponit pro legitima ac propria agnosceret. Difficultatis quidem nonnihil facit, quod de potestate in Viennensem ait, *quam male usurpaverat*; sed in notis ad hanc epistolam ostendemus vel *usurpare* hoc loco pro *uti* positum esse, quo sensu in malam partem non sumitur, nisi additione adverbii alicujus malignantis naturæ, ut hic *male*, vel dicendum errorem huc irrepsisse, & pro *usurpaverat* legendum esse *usus fuerat*: ab uno enim in alterum facilis est lapsus in antiquis manuscriptis Codicibus.

4. In breviori epistola ad Viennenses, si tamen genuina est, disertis verbis agnoscit privilegium Arelatensis Ecclesiæ ac civitatis. *A privilegio*, inquit, *sue civitatis submotus*, *humili loco discat*, *quod in magno gratis munere prædecessorum nostrorum concessio tenere noluit: sitque redintegratum Viennensi Episcopo privilegium & jus antiquum*, *quod apostolica benignitas ad Arelatensem ex parte transfudit civitatem*. Ubi Viennensi quidem antiquitus delatam esse affirmat metropolitanam potestatem, sed tamen (quod Hilario satis est) eandem tunc temporis fatetur penes Arelatensem Episcopum fuisse, & quidem Sedis Apostolicæ suffragio & munere concessam.

## C A P U T VIII.

*Ex his, quæ post Hilarii reditum in Gallias usque ad ejus obitum, & in Ravennii ordinatione sunt gesta, metropolitanam Arelatensis Ecclesiæ dignitatem confirmari.*

**E**T si satis superque probatum sit hæcenus, Arelatensem Ecclesiam tunc metropolitanam dignitate ornatum fuisse, cum Hilarius Celidonium Episcopum in eadem Provincia constitutum deposuit; clarius tamen adhuc elucescet, si ea examinaverimus, quæ post S. Leonis Constitutionem seu ab eodem scripta, seu gesta sunt a Gallicanis Episcopis.

Audito in Galliis Leonis judicio, receptaque <sup>1</sup> prima illa & breviori ejus epistola, quæ scripta legitur VIII. Idus Januarii, quid inter se de Hilarii damnatione censuerint Episcopi Gallicani, non liquido apparet. Vero tamen simillimum est eundem semper animum erga Hilarium gessisse, nec minus ei detulisse auctoritatis in

suas Ecclesias, quam antea fecerant: & facile adducor ut credam, nihil jurium suorum sibi detrahi passum esse Arelatensem, Quæ causa fuit ut S. Leo quinto post primam epistolam mense, aliam longe prolixiorem, diuturnaque meditatione ac cura elaboratam ad eodem Episcopos scripserit: ubi exasperatos Gallicanorum Antistitem ex Romano judicio animos, quibus potest verborum blanditiis delinire satagit, vel etiam asperioribus terrere; nunc eam suspicionem ab eorum animis eximens, quam conceperant, cogitare Leonem de trahendis ad se Gallicanarum Ecclesiarum ordinationibus; nunc in eos minas intentans, qui sponte omnem potestatem Hilario deferebant in provinciis a Viennensi distinctis; obtestans denique, obsecrans, & sub Dei invocatione conveniens, ut omnem dissensionis materiam de suis provinciis, Hilarium abdicando, removerent. Sed cum præfagiret Gallicanos Episcopos consilii sui jurisque tenaces posterioribus litteris non magis esse commovendos, quam prioribus, imperatoriam potestatem in pontificiæ auxilium vocare decrevit. Impetravit igitur a Valentiniano Augusto Constitutionem ad Aetium Magistrum militiæ in Galliis, qua jubet ut sancti Leonis Papæ sententia adversus Hilarium lata plenum sortiatur effectum; *perennique sanctione decernit, ne quid tam Gallicanis Episcopis, quam aliarum provinciarum contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis Papæ urbis æternæ auctoritate tentare; sed illis omnibusque pro lege sit quicquid sanxit vel sanxerit Apostolicæ Sedis auctoritas &c.*

Talibus munita prædiis Leonis epistola in Gallias transmissa est, quo successu ex historicis scriptoribus non discimus. Auctor vitæ sancti Hilarii 2 narrat *ipsum totum se ad placandum tunc animum S. Leonis inclinatum humilitate convertisse*: ubi insinuat ad id se Hilarium non tamquam contumaciæ reum debita demissione, sed spontanea & ultro inclinata humilitate, tamquam christianæ caritatis & reverentiæ debitorem, dejecisse. Eo consilio Ravennium suæ Ecclesiæ Presbyterum & postea successorem Romanam delegavit, deinde sanctissimos Episcopos Nectarium & Constantium, quorum opera usus est, ut Leoni suæ dignitatis jura, judicii que adversus Celidonium decreti æquitatem probaret. Multa etiam in hac causa scripsit, quæ ad nos usque si transmissa essent ab Honorato Massiliensi Episcopo-

Quem successum sit nacta in Galliis Leonis epistola.

2

## EDITORUM ADNOTATIONES.

<sup>1</sup> Cum Quesnellus anterioribus capitibus hanc breviorē epistolam allegavit, hæc fere adjecit, *si tamen genuina est*. Nunc eam omnino genuinam præsumit, ut apostolicam auctoritatem ab Hilario & a Gallicanis Episcopis neglectam suadeat. Spuriam vero illam esse in admonitione eidem epistolæ præmissa & appendici inserta demonstravimus. Quare totum sequens Quesnelli ratiocinium apostolicæ au-

toritati infensum, ipsique Gallicanis Episcopis ejusdem auctoritatis observantissimis injuriosum, quod tam falsæ hypothesei incumbit, profus corruit.

<sup>2</sup> Hæc non post, sed ante Leonis judicium gesta ostendimus in Observ. part. 3. c. 2. n. 1. & n. 2. præterea probabimus, Hilarium post ipsum judicium nihil tentasse, sed paruisse.

Apud Honoratum Massil. in vita sancti Hilarii.

scopo, penes quem fuere, ut ex vita Hilarii, quam scripsit, manifestum est, maximo nos beneficio devinxisset. Cum vero Auxiliaris Præfectus Urbis his omnibus contentionibus velitationibusque magis exasperari Leonis animum cerneret, quam placari (quod Hilario in votis erat) huic pro communi necessitudine auctor fuit, ut se se Romanorum teneritudini paulisper accommodaret, & exiguas nubes parvæ mutationis serenitate compesceret, ut plurimum hac via, nihil perditurus, acquireret. Cum propositi, inquit, tenax sis, & semper equalis, nulloque commotionis felle rapiaris, sicut nullis extolleris illecebris gaudiorum; ego nec minimum quidem factum beatitudinis tuæ arrogantia meministi contagione fuscari. Sed impatienter ferunt homines, si sic loquamur, quomodo nobis conscius sumus: aures præterea Romanorum quadam teneritudine plus trahuntur: in quam si se sanctitas tua subinde demittat, plurimum tu nihil perditurus acquiris. Da mihi hoc, & exiguas nubes parvæ mutationis serenitate compesce.

Hanc parvam mutationem, quam sibi dari ab Hilario tam amice posebat Auxiliaris, concessam huic fuisse certum pene faciunt sequentia hæc Honorati verba. Talia percipiens, inquit post relata Auxiliaris monita, totum se orationi, prædicationi, operationi, velut incipiens, mancipavit. Et postea: Abstinento victu, operi insistendo, itinera pedibus conficiendo ita se tenuavit, fatigavit, exhaustit, ut vix quadragesimi octavi anni circulum adimpleret.

Hilarius e vita decessit a. 449. Ex quibus patet nec sanctum Leonem sententiam suam mutasse, nec cessisse Hilarium suis juribus; sed istum ab huiusmodi contentionibus quiescentem Leoni amplius molestum non fuisse; totum vero se animabus commissis oratione, prædicatione, ac cura sua juvandis colendisque dedisse. Quibus sedulo incumbens vivendi finem fecit vir ecclesiasticæ pacis magis quam dignitatis propriæ studiosus, cujus obitum contigisse certum est, anno Christi quadragesimo nono, tertio Nonas Maji. Cum enim responsionem sancti Leonis ad Episcopos Ravennii ordinatorum, quæ XI. Kalendas Septembris anni 449. data est, præcedere debuerit solemnem Hilarii funera, Concilii convocatio ex pluribus forsan provinciis, Concilium ipsum, consecratio Ravennii, epistolæ consecratorum ad Leonem conscriptio, Legatorum iter Romam ab ordinatoribus missorum; ista & alia quæ

Tom. II.

forte prius acta sunt, nisi trium vel quatuor mensium spatio perfici non potuerunt. Unde illud etiam consequitur, B. Hilarium vix amplius quam tres aut quatuor annos supervixisse post receptas in Galliis Valentiniani Imperatoris Leonisque Papæ constitutiones, & vix etiam duos trefve ex quo Auxiliaris Præfecti precibus, amore pacis, annuens, ab omni se contentione abstinuit, vitæque reliquum tempus totum Pontificis muniis consecravit.

Res itaque in incipiti erat inter Romanum Gallicanosque Pontifices, cum decessit Hilarius e vita: quoniam intra biennii illius spatium nulla sese obtulerat occasio, quam nec Hilarius quæsierat, in qua necesse esset vel Leonis decreto contraire, vel consuetis muniis ac privilegiis cedere. Prima enim, ut manifestum est, ab illo tempore occurrit Vasensis Episcopi ordinatio, quæ sopitam, non extinctam contentionem excitavit inter Arelatensem & Viennensem Episcopos.

Sed quam longe abessent Gallicani provinciarum illarum Antistites a Leonis constitutione effectui tradenda, in ipsa 3 ordinatione Ravennii clarum evasit. Posthabito enim Viennensi Sacerdote, duodecim Episcopi vel 4 ex sola Viennensi provincia ex quatuordecim conflata (quem numerum implebant Viennensis & Arelatensis illis duodecim additi) vel etiam ex aliis provinciis in Synodum convenerunt, & Ravennium secundum desideria Cleri, Honoratorum, & plebis unanimiter consecraverunt. Quam ordinationem non modo non culpavit S. Leo, sed potius tamquam bonum fraternitatis sacerdotalis opus Dei munere concessum, & ex inspiratione divina factum suo iudicio roboravit. Quia, inquit, electionem pacificam atque concordem, cui nec merita morum, nec studia civium defuerunt; postulationis quidem humane, sed inspirationis credimus fuisse divine. Porro Viennensem Episcopum illius participem non fuisse clarum est recententi eorum Episcoporum nomina, qui literas ordinationis indices ad Leonem dederunt, quos inter, tamquam ordinationis princeps, primatum tenet Constantinus. Hunc autem non fuisse Viennæ Episcopum, certum facit altera epistola, quam 5 iidem ordinatorum adjunctis aliis septem scripserunt ad Leonem in gratiam Sedis Arelatensis. In Leonis enim responsione, qui eos omnes ex ordine recenset, idem Constantinus primo pariter loco inscriptus legitur: Fff 2 quem

Controversia Arelatensis in incipiti erat cum Hilario obiit.

3

4

S. Leonis Epist. 36. ad Episc. provinc. Viennens. nunc 40.

Viennensis Episcopus non interfuit ordinationi Ravennii.

5

Ep. 65.

Ep. 66.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Ordinationi Ravennii haud obstabat Leonis constitutio, quæ cum solam Hilarii personam multaverit, hoc e vivis sublato Comprovincialibus licuit successorem ordinare, ad quem omnia Arelatensis sedis jura ipso Leone non dissentiente transfirent. Vide quæ in hanc rem differemus in Observ. part. 3. n. 5. & 6.

4 Non ex sola Viennensi provincia, sed ex provinciis etiam Narbonensi secunda & Al-

pium maritimarum Episcopi convenerunt ad ordinationem Ravennii. Afclepius enim Aptensis Episcopus fuit Narbonensis secundæ, Alpium vero maritimarum Nectarius Diniensis.

5 Quinque ex Episcopis ordinatoribus. Ravennii hanc alteram epistolam non scripserunt: unde in responsione Leonis ipsorum nomina non recensentur.

quem pro Arelatenſis Eccleſiæ juribus ſcripturum nemo dixerit, ſi Vienneniſis Epico-  
pus fuiſſet.

Non ad ſolos ordinatores gratulatorias dedi-  
dit litteras ſanctus Leo, ſed & ad ipſum  
ordinatum quem hortatur, ut *declinata ſu-  
perbia, cui proximum eſt ut decidat; amec-  
tur humilitas, cui ſemper debetur ut creſcat,*  
& ut *INTRA eccleſiaſticarum legum regulas*  
*atque MENSURAS omnia poteſtatis ſuæ jura*  
*contineat.* Quibus verbis dubium non eſt quin  
& Hilarium notet, & Ravennium ab alieno  
jure invadendo avertat. Nihil tamen de  
neglecto Vienneniſi Metropolitano in Rāven-  
nii ordinatione ſuggerit, aut reprehendit: un-  
de promptum exiſtimare Leonem noluiſſe Ec-  
cleſiam Arelatenſem jure metropolitico ſua  
ſententia ſpoliare, ſed ſolummodo Hilarium  
mulſtare: quo mortuo æquum judicavit ut  
omnia in ſtatum priſtinum redirent.

Præroga-  
tiva pri-  
matus Ra-  
vennio a  
Leone re-  
ſiſta.

Nec ſola poteſtate metropolitica ornari  
eum voluit, ſed illa etiam 6 prærogativa,  
qua ſancti Trophimi intuitu inter ceteros  
Metropolitans Galliarum eminebat ſedes Arelatenſis,  
hoc eſt, primi Metropolitanæ privilegio. Quo jure  
illius erat & ſynodales conventus aliarum provin-  
ciarum cogere, & litteras Formatas dare peregrinantibus  
Clericis, & omnia, quæ ad communem Ec-  
cleſiæ ſeu fidem, ſeu diſciplinam intra Gal-  
lias pertinebant, ſua cura ac ſollicitudine  
promovere, & intra ordinem continere. Hæc  
Ravennio a ſancto Leone ultro delata eſſe,  
non ex novo decreto, ſed ex priore & anti-  
qua inſtitutione, teſtatur tum Synodus ge-  
neralis illarum provinciarum occasione literarum  
Leonis ad Flavianum, cujus congregandæ curam  
Ravennius ſuſcepit, ut poſtea dicemus, cum  
illius epistoſa ad Ravennium data, de quodam  
Petroniano vago, qui ſe Romanæ Eccleſiæ Diaconum men-

riebatur per Gallias. Cujus audaciæ ut ob-  
viam iretur, ſcribit Leo *ut cum admonitis*  
*etiam totius provinciæ Episcopis, in ſua fal-  
ſitate detectum, ab omnium Eccleſiarum com-  
munionem, ne ulterius hoc uſurpet, expellat.*  
Ubi nomine provinciæ, latiori acceptione  
univerſas ſeptem provincias intelligi oportet,  
cum & Gallias univerſim, & omnes Ec-  
cleſias commemoret, nec ſatis de cohibenda  
vagi illius impoſtoris audacia proviſum  
eſſet a Leone, ſi intra ſolius provinciæ Vien-  
nenſis terminos inquisitionem hujusmodi fieri  
præcepiſſet.

C A P U T IX.

*Idem evincitur ex ordinatione Episcopi Va-  
ſenſis, & quæ eam ſecuta eſt, provinciæ*  
*diviſione, Leonisque epistoſa in eam rem*  
*miſſa.*

**I**N eo ſtatu poſitæ erant res Eccleſiæ Arelatenſis,  
& ſpes erat ut ſepultis æterna oblivione,  
quæ occasione Hilarii ortæ erant, contentionibus,  
priſtino ſplendore ac poteſtate frueretur in poſterum.  
Etiſi enim aliquid illius ſupremæ in Gallicanas Ec-  
cleſias auctoritatis i imminui peroptaſſet ſanctus  
Leo; ut tamen id ſperaret aliquando futurum  
obſtabat Gallorum in Arelatenſis ſedis ampli-  
tudinem uno animo conſpirantium ſumma concordia,  
quæ tum in Hilarii negotio, tum maxime in  
Ravennii ordinatione eluxerat. Quamobrem ſatius  
duxerat hæc omnia in ſuæ conſtitutionis præ-  
judicium tentata diſſimulare, quam Gallicanam  
Eccleſiam habere repugnantem & inſenſam.  
Sed eum præſertim mitiorem atque ad diſſimulandum  
inclinatiorem reddere exorti non ita pridem  
Orientales tumultus occasione novæ hæreſis  
Eutychieſis, & in-

Cur Leo  
mitior fa-  
ctus in  
Arelaten-  
ſem Ec-  
cleſiam.

i

EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Hæc prærogativa non ex jure ipſius ſedis  
Arelatenſis, nec ex priori & antiqua inſtitutione  
ejuſdem, ſed ex Apoſtolice Sedis conceſſione  
manare iidem Gallicani Epicoſci agnoſcunt  
ep. 65. c. 3. cum Arelatenſi Epicoſco  
*id etiam honoris dignitatisque collatum eſt,*  
*inquunt, ut non tantum hæc provincias* (ad  
metropoliticum ſcilicet jus pertinentes) *poteſtate*  
*propria gubernaret, verum etiam omnes Gallias,*  
*ſibi Apoſtolice Sedis vice mandatis, ſub omni*  
*eccleſiaſtica regula contineret.* Verba Apoſtolice  
Sedis vicem conceſſionem apoſtolicam procul-  
dubio manifeſtant: quæ ſane a Zoſimo non  
obſcure exprimitur, cum epist. 7. apud P.  
Conſtantium, Arelatenſem Epicoſcum apoſto-  
lica auctoritate munitum tradit; & epist. 10.  
delegationem apoſtolicam memorat. Hinc etiam  
cum laudati Epicoſci petunt, ut ea confir-  
mentur, quæ Arelatenſis Eccleſia vel ab anti-  
quitate ſuſcepit, vel poſtea auctoritate Sedis  
Apoſtolice vindicavit; prioribus verbis jus  
metropoliticum quaſi a S. Trophimo derivatum  
inducant, poſterioribus vero jus innuunt in  
alia provincia, quod poſtea a Sede Apoſtolica  
conceſſum fuit. Hoc quidem poſtremum jus

duo potiſſimum reſpicit, Formatas, & Syno-  
dos ex omnibus provinciis Gallicanis. Jus tra-  
dendi Formatas omnibus Clericis, qui peregrina-  
rentur, Zoſimus conceſſit; eidemque Pontifici  
jus cogendarum Synodorum ex aliis etiam  
provinciis Gallicanis, quibus Arelatenſis Epicoſ-  
cus proprio jure non præerat, referendum  
eſſe, ſatis probabiliter conjecimus in Obſerv.  
part. 2. c. 6. n. 8.

i Totus hic paragraphus purum putum eſt  
ſomnium. Nullo enim documento probari poterit,  
vel Leonem imminutam peroptaſſe ſedis  
Arelatenſis auctoritatem, qua jure frue-  
batur, vel Gallos Epicoſcos quidpiam tentaſſe  
contra ipſius Pontificis conſtitutionem, qua  
punivit Hilarium, ita ut ex horum conſpira-  
tione metuens, in difficillimis ejus temporis  
circumſtantiis diſſimulandum, & Arelatenſia  
privilegia in Ravennio confirmanda putaverit.  
Immo adeo ſemper S. Pontifex hæc privilegia  
imminui noluit, ut cum in Hilarium decrevit,  
ſolam ipſius perſonam iidem exuens, ea ſucceſſoribus  
ejus ſervari voluerit. Confer not. 3. in cap. præcedens.



PARS I. & infaustus Pseudosynodi Ephesinæ successus, in qua res Ecclesiæ pessumdata, imminutaque debita Sedi Apostolicæ reverentia, occiso Flaviano Constantinopolitano Episcopo, depositis Domno Antiocheno, Eusebio Dorylæi, Theodoro Cyri, & aliis Romanæ Sedi addictis Episcopis; Dioscovo vero Alexandrino omnia per vim agente, & ad totius Ecclesiæ dominatum magnis passibus tendente, Theodosio Augusto favente Eutychi, rejectis Leonis litteris, Romanis denique Legatis indigna passis, coactisque fuga salutem consulere. Merito igitur timuit Leo ne, si Gallicanos Episcopos iratiores redderet Sedis Arelatenensis depressione, eisdem adversos pateretur in ea, quæ contra Orientales parabatur, pugna. Certus etiam erat a Gallicanis Episcopis ægre divellendos esse vicinarum regionum Antistites, Britannos scilicet, Hispanos, & qui ex Italica Diocesi Gallis erant propinquiores. Hæc, meo iudicio, causa erat cur placari se permisit sanctus Leo, & in Ravennium ceterosque Galliarum Episcopos propensorem reddi.

Interim nata est occasio, ex qua rerum status aliquam immutationem passus est. Cum enim Auspicius Valensium in provincia Viennensi Episcopus ex hac vita ad meliorem discessisset, Ravennius pro suo Metropolitanum iure in decedentis locum ordinare alterum, Fonteium nomine, aggressus est, & revera ordinavit. Ægerrime hoc tulit Viennensis Episcopus, qui provinciam ordinationem tamquam sibi & ex antiquo iure debitam, & novella Leonis constitutione concessam vindicabat: quamobrem legationem ad Romanum Pontificem destinavit, litterasque scribit, quibus de usurpata ab Arelateni Episcopo Valensium Episcopi ordinatione conquestus est. Hoc ut resciverent Episcopi Gallicani e re sua putaverunt esse, Legatos quoque suo nomine ad Pontificem mittere, & epistolam in supplicis libelli modum exarare, qua dignitatis Arelatenis Ecclesiæ fundamenta rationesque Leonis proponerentur, ne Viennensis Episcopi Legati fucum ei facerent, & extorquerent sententiam Arelatenis iuribus contrariam. Ad hunc libellum conficiendum conveniunt Episcopi diversarum provinciarum numero decem & novem (totidem enim sunt ad quos ea de re Leo rescripsit,) illumque occasione legationis Viennensis missum esse patet ex libelli verbis, ubi arguit Viennensem civitatem, *que*, inquit, *sibi nunc impudenter ac notabiliter primatus exposcit indebitos.*

An bene suis rebus provide-  
runt Episcopi Gallicani.  
2

An rebus suis ea legatione bene consuluerint Gallicani Antistites, aliorum esto iudicium. Certe nonnihil 2 suo juri detraxisse visi sunt, cum rem extra controversiam positam vel ex solo consensu, quem Leo dederat ordinationi Ravennii sine au-

toritate Viennensis Episcopi facte, rursus ad examen vocari ultro petierunt, & ipsi ad causam coram Leone dicendam suos direxerunt Legatos cum libello supplici, ceterisque litigandi instrumentis. Cautiorem omnino se præbuerat Hilarius, qui Romam ingressus Leoni palam denunciavit se *suggestionem* deferre, non supplicem libellum; se *ad officia, non ad causam venisse; protestandi ordine, non accusandi, que acta erant suggerere*; se denique aliud nihil deponere, quam *ut Ecclesiarum statum more solito ordinaret*. Hæc enim eadem pari æquitate proferri poterant. Sed aliter agendum sibi esse existimarunt Episcopi illi, sive quia prævidebant se a Leone vocandos, ut coram se de primatu Viennensis provinciam decertantes utriusque partis Legatos audiret, cui parendi necessitatem fecerat Constitutio Imperialis a Valentiniano edita adversus Hilarium: *Quisquis Episcoporum, inquit, ad iudicium Romani Antistitis evocatus venire neglexerit, per moderatorem ejusdem provincie adeste cogatur*: sive quia ita causa suæ æquitati confidebant, ut nihil eorum, quæ postmodum a Leone decreta sunt, timerent: videbatur enim & ipse rem suo consensu in Ravennii ordinatione exhibito absolvisse, cujus eam ob causam splendide meminerunt in fronte sui libelli, ut ei retractionis locum non esse suggererent.

Quicquid sit, directa est legatio, quam Petronius obeundam susceperunt Petronius Presbyter & Regulus Diaconus. Hanc acceptissimam fuisse sancto Leoni dubitare non potest qui novit quam ægre tulerit Hilarium Sedis Apostolicæ iudicium tanta constantia declinasse. Insperatam ergo legationem, & ultro delatum sibi de Primatu Gallicano ab utroque litigante iudicium gratanter suscepit. Nondum enim a fundata in Galliis fide & condita disciplina, tam opportuna occurrerat occasio, qua Romanæ Sedis auctoritas apud Gallias stabiliretur, ipsis Gallicanis annuentibus invitantibusque Episcopis. Litem autem eo modo composuit, quem epistola ejus ad novemdecim Galliarum Episcopos scripta edisserit, attributis scilicet Viennensi Episcopo quatuor civitatibus, quibus præsideret, id est Valentia, Tarantasia, Geneva & Gratianopoli; ita ut cum his ipsa Vienna esset quinta, ad cujus Episcopum omnium prædictarum Ecclesiarum sollicitudo pertineret: reliquæ vero civitates ejusdem provincie sub Arelatenis Antistitis auctoritate & ordinatione constitutæ sunt; & ita magna illa Viennensis provincia, quæ tam diuturnæ inter utrumque Episcopum litis fuerat materies, Leonis nostri veluti novi Salomonis præcepto divisa est in duas partes, data dimidia parte uni, & dimidia parte alteri.

Etsi porro multum videtur Arelatenis Episcopi juri detractum hac Leonis sententia,

PARS I.  
CAP.IX.

Constitutio Valentiniani Augusti.

Petronius & Regulus Legati Gallorum ad sanctum Leonem.

S. Leonis epist. 66. ad Episc. Galliar.

3. Reg. 3.

Jus Arelatenis Ecclesiæ Leo in epistola sua confirmat.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Confutationem hujus præjudicii, ac totius paragraphi reperies in Observ. part. 1. cap. 7. num. 7.

tia, re tamen diligentius examinata apparet Leonem illius privilegium jusque antiquum agnovisse ac confirmasse eadem epistola.

Primum enim nihil est in quo saltem non æquet Arelatensem Viennensem, aut in quo Arelatensi anteponat Viennensem; eisdem enim commune jus asserit fuisse sub gentibus quoad civilem prærogativam. Deinde quoad ecclesiasticam, ait quarumdam caussarum altera ratione nunc illam, nunc istam in ecclesiasticis privilegiis præcelluisse, idque notum *consideratis allegationibus utriusque partis præsentium Clericorum*. Sed quantum fuerit potius de Arelatensis jure persuasus, patet ex sequentibus. Nam

*Epist. 66. S. Leonis.*

2. Testatur S. Leo istud decessorem Ravennii merito nimie præsumptionis amisisse: non igitur ea potestate ideo privatus Hilarius, quia aliena & per nefas arrepta.

3. Insinuat idem Pontifex ad hanc æconomicam provinciæ partitionem se adductum esse, ut omnium Gallicanorum Antistitum gratiam sibi servaret, nutriretque pacem intra provinciam Viennensem.

4. Propter honorem Sedis Apostolicæ, quæ cum Viennensi metropolitica potestatem Hilario ablatam contulisset, ad propriæ sententiæ rescissionem coacta esse videretur, si Viennensis omnino Metropolis esse desineret. *Viennensem*, inquit, *inhonoratam penitus esse non patimur, præsertim cum de receptione privilegii auctoritate jam nostræ dispositionis utatur: quam potestatem Hilario ablatam Viennensi Episcopo credidimus deputandam*.

*ibidem I.*

5. Ut Episcopi Viennensis honori quodammodo consuleretur, qui ex Metropolitanano totius provinciæ, quam ex Leonis decreto sibi vindicaret, statim in inferiorem Episcoporum ordinem dejectus esset. *Qui*, inquit, *ne repente semetipso factus videatur inferior, vicinis sibi quatuor oppidis præstabit &c.*

*Ibidem*

6. Satis agnoscit hæc ipsa oppida ab Arelatensis ditone subtrahenda non esse, si res ad strictos juris apices tractaretur; cum apud Ravennium aliquo modo se excuset, eumque ex caritatis & pacis studio, modestiæque temperantia sollicitet, ut patienter ferat, quod necessitate ecclesiasticæ unitatis contra jus factum videbatur. *Quem* (Raven-

nium) *pro modestiæ suæ temperantia, ita futurum credimus studiosum caritatis & pacis, ut nequaquam sibi credat ablatum, quod fratri videat esse concessum*.

7. Nihil magis ostendit totam provinciam ad Arelatensem Episcopum pertinuisse, & ita Leoni fuisse persuasum, quam quod ex 3 duodecim civitatibus quibus constabat provincia Viennensis (si notitiæ a Sirmondo aliisque evulgatæ fides habeatur) quatuor solummodo Viennensi Episcopo attribuit, residuis octo potestati Arelatensis Episcopi relictis.

3

8. Denique & hoc argumentum, & alia superius adducta confirmat Symmachus Papa, cum ad Episcopos Galliæ scribens de eadem controversia, quæ ejus tempore recruduerat, definitioni Leonis prædecessoris sui standum esse decrevit, de qua hæc habet. JUXTA 4 INDULGENTIAM (quod valde notandum) *supradicti Pontificis, Vantianopolim oppida Viennensis Antistes juri suo vindicet. Nec quicquam amplius ab his, quæ semel ab Apostolica sibi Sede concessa sunt, astimet præsumendum. Alias vero parochias vel dioceses cunctas PRIVILEGIO ET HONORE SUO Arelatensis Episcopus sub temporum continuatione defendat*. Indulgentia igitur usus est sanctus Leo cum Viennensi Episcopo, si Symmacho credimus, cum partem provinciæ ordinationi ejus subiectam esse voluit; juri vero suo Arelatensis Episcopus amore pacis detrahi quidpiam passus est, cum quatuor illa oppida in Viennensis potestatem transferri ultro permisit, Leonis non tam decreto victus, quam precibus. Omnia observatione digna in verbis Symmachi: ut enim indulgentiæ meminit & concessionis Sedis Apostolicæ, cum de parochiis Viennensi attributis scribit; ita privilegium & honorem Arelatensis commemorat, cum de civitatibus juri ipsius subditis sermonem habet: nullum Viennensi jus assertum significat, nisi ex sancti Leonis concessione; Arelatensi suum constare ex privilegio & honore antiquitus fundato.

4

*Symmachi. Epist. 9. ad Episc. Gall.*

Leonis dixi precibus victum Arelatensem Episcopum, magis quam decreto: cum enim in illa epistola, quam ad Ravennium scripsit eodem die, quo ad novemdecim Episcopos, ne verbum quidem cum eo habeat de

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Viennensis provinciæ tredecim civitates censentur in Notitiis Galliarum, ipsa Vienna & Arelate comprehensis. Tres tantum ex his tredecim Leo Viennensi Episcopo attribuit: quarta enim Tarantasia ex iisdem Notitiis non ad Viennensem provinciam, sed ad Alpes Grajas pertinet.

4 Si hoc loco Symmachus *indulgentiæ* vocem adhibuit; post pauca in eadem epistola jus Viennensis Episcopi declarat scribens: *Juri suo vindicet*. Hoc quidem Viennensis jus Arelatensis juri non cedere cognoverunt Taurinensis Synodi Patres, cum ob momenta

utrinque gravia controversiam in alteram partem dijudicari non posse perspicientes, dividendæ provinciæ consilium dedere. Hoc idem Viennensis jus satis professus est etiam ipse S. Leo, cum post expensas utriusque partis allegationes, licet Ravennio propensior esset, & Arelatem suo ævo præstantionem, ac ab ipsis Comprovincialibus Episcopis prælatam videret, non potuit tamen totam provinciam Arelatensi adjudicare, sed vi rationum & jurium utriusque sedis ea *moderatione justitiæ* uti debuit, qua in Patrum Taurinensium sententiam provinciam divideret.

de illa quatuor oppidorum attributione Viennensi Episcopo facta, dubitari non potest quin per Petronium & Regulum Legatos vivæ vocis ministerio allocutus cum fuerit, & enixe rogaverit, ut pro bono pacis & antiquæ controversiæ sopiendæ gratia, aliquarum civitatum ordinationem Viennensi cederet. Hæc ex parte sunt, opinor, quæ, ut in eadem epistola legitur, credenda carthæ non putavit S. Leo. § Quæ autem, inquit, committenda litteris non fuerunt, cum prædictorum filiorum nostrorum insinuatione didiceris, Domini fretus auxilio efficaciter ac laudabiliter exequeris. Committenda autem non fuerunt litteris, quoniam hoc parum Sedis Apostolicæ dignitati congruebat, ut se ad preces usque supplicationesque publicis litteris demitteret, quo suum de ordinatione Ecclesiarum decretum recipi a Gallicanis Episcopis, & ad effectum posset perducere. Illud autem ut Ravennio persuaderetur, ratio temporis, & dignitas primi Galliarum Metropolitanæ, cujus in eo confirmandæ spes fecit sanctus Leo, plurimum contulerunt. Cujus exercendæ occasio sese eodem tempore offerebat, ut scilicet epistolam Leonis scriptam ad Flavianum cum universis Galliarum Episcopis communicaret; vel etiam, quod in secretis monitis eum habuisse credibile est, ut synodalem conventum ex omnibus provinciis congregaret, in quo epistola eadem ab omnibus approbaretur, & omnium consensus litteris consignata mitteretur ad sanctum Leonem.

## C A P U T X.

*Solvitur objectio petita ex Notitia provinciarum & civitatum Galliarum, adversus antiquitatem metropolitice dignitatis in Ecclesia Arelatensi: illiusque Notitiæ atas nunc primum figitur.*

**D**Educta per omnium ætatum seriem a condita in Gallis fide, Arelatensis Ecclesiæ dignitate, ita mihi videtur inter ceteras eminere, ut vix quicquam restet dubii, quod animos vel minimum in Viennensis partes inclinare debeat: ubique enim primatum tenet Arelatensis; Viennensis nusquam. Gravis tamen nonnullis videtur objectio, quæ in gratiam Viennensis, adversus Arelatensem sumitur ex iis Notitiis provinciarum & civitatum Galliarum, quæ passim circumferuntur. Harum unam præfixit J. Sirmondus primo tomo Conciliorum Galliarum, quam conjicit conditam esse Honorii Augusti temporibus, cum Gallias & septem provincias distingui mos erat. Plures haud multum ab similes collegit ex MSS. codicibus Andreas du Chesne primo tomo colle-

ctionis Scriptorum Historiæ Gallicanæ. In omnibus porro Viennensis civitas Metropolis dicitur Viennensium; Arelas autem eidem subicitur, immo inferiorem etiam locum tenet in eadem provincia. Unde, inquit, manifestum est antiquum non esse jus Arelatensis Episcopi, eoque potitum esse Viennensem non priscis modo temporibus, sed & tempore Honorii Imperatoris, quo potissimum Arelatensis majoribus privilegiis augeri cœpit, & conventu provinciarum decorari.

Verum totam istius argumentationis molem ruere necesse est, si probatum fuerit hujusmodi provinciarum & Notitias non Honorii temporibus, sed longe posterioribus esse conditas, & Hilarii Leonisque ætate esse inferiores.

Hoc igitur primum evinco ex Constitutione ipsius Honorii Augusti data ann. 418. ubi Arelatem simpliciter Metropolim appellative nominat. *In Metropolitana*, inquit, *id est in Arelatensi civitate*. Vel ergo falsa est Notitia, quæ Arelatem Viennensi subicit, vel alio tempore scripta, quam Honorii, cujus Constitutionis fides potior, quam nescio quarum ætatis incertæ Notitiarum.

2. Quis credat Arelatem in publicis actis aut monumentis non modo inter civitates Viennensi subjectas, sed penultimam illarum omnium esse numerandam, eo ipso tempore, quo ab Augustis eorumque Præfectis summis decorabatur honoribus, & supra ceteras Galliarum evehebatur civitates? At ex eodem edicto manifestum est, & jam ab aliquot annis a Petronio Præfecto constitutum esse conventum septem provinciarum apud Arelatem, & sedem Præfecturæ in eadem positam esse, & eam omnigenis prærogativis esse nobilitatam: ut necesse sit quicquid ejus splendori adversatur, ad alia tempora relegari.

3. Si ante S. Leonis tempora descripta esset hæc notitia, legeremus inter civitates Provinciæ Alpium maritimarum Nicæense castrum seu civitatem. Cum enim ex epistola Hilari Papæ ad quosdam Galliarum Episcopos constet Nicæense castrum usque ad Leonis extrema tempora proprium habuisse antistitem a Cemelenensi distinctum, consequens est illud in Notitia locum habere debuisse: unde cum in ea omissum fuerit, credendum est quod per id temporis delineata est, cum castellum istud ad eas angustias, eamque tenuitatem redactum erat, ut nec inter castra numerari deberet: talia enim plurima in Notitia civitatibus adjunguntur. Hoc certe prioribus Leonis nostri annis nondum contigerat: tunc enim episcopali sede honorabatur; immo & tempore Hilari Papæ vix ea dignitate spoliari se passi

*Constitut. Honorii apud J. Sirmondum in Notitiis ad Sardonium pag. 245.*

## EDITORUM ADNOTATIONES.

§ Perversam hujus testimonii interpretationem, cui totus hic paragraphus innititur, deteximus adnot. 7. in ipsam epist. 67. ubi veram ejus explicationem dedimus.

1 Vide quæ de Notitia Galliarum a Sirmondo edita differimus in Observ. part. 2. c. 4. ubi totum hoc Quesnelli caput excutitur atque refellitur.

PARS I.  
CAP. X.

passi sunt Nicæenses, siquidem ordinari sibi curavere proprium Episcopum, qui Hilari Papæ decreto propter Leonis Constitutionem remotus est; & deinceps ad unius Episcopi regimen uterque locus fuit revocatus.

4. Vix Honorii Imperatoris temporibus in eo statu, quem Notitia exhibet, fuisse credam Provincias Lugdunensem secundam, & Belgicam secundam. Rothomagum enim illic legimus in amplissima Provincia primum tenentem, quam ejusdem Honorii temporibus Paulinus Nolensis Episcopus miratur velut e tenebris emeruisse.

*S. Paulinus epist. 28. ad Victricium.* inquit, nunc Rothomagum & vicinis ante regionibus tenui nomine pervulgatum, in longinquis etiam Provinciis nominari venerabiliter audimus, & inter urbes sacratis locis nobiles numerari &c. Morinorum autem civitatem, quæ in Notitia locum habet, tamquam episcopali sede ornatam totumque illum Nervici littoris tractum vix tenui spiritu, inquit idem Paulinus, fides veritatis afflaverat, antequam Victricius illic prædicaret, in quo prima refulsit, clavius invaluit, ardentius & propius apparuit &c. Sicut terra Zabulon quondam & Nepthalim via maris trans Jordanem Galilææ; & qui sedebant in regione umbræ mortis, lucem viderunt magnam; ita & nunc in terra Morinorum situ orbis extrema, quam barbaris fluctibus fremens tundit Oceanus . . . in ea orata sibi per tuam sanctitatem a Domino luce gaudentes corda aspera Christo intrante posuerunt &c. Quæ omnia haud scio an possint convenire cum Provinciarum Notitiis, quæ (quod notandum in primis) videntur ad usum ecclesiasticum esse descriptæ: cujus rei argumento est, quod illæ omnes, tam a J. Sirmondo, quam ab Andrea Duchenio editæ, quæ in MSS. Codicibus Thuanæ Bibliothecæ passim occurrunt, in his solis reperiuntur, qui monumenta tantummodo ecclesiastica continent.

5. Si Honorii ætate facta esset ea Notitia publica auctoritate vel ex indubitata omnium cognitione, non ancipites & dubii mansissent Patres Concilii Taurinensis (quod ejusdem Imperatoris temporibus celebratum est) utriusque amborum Episcoporum Arelatensis, an Viennensis metropolitica in rebus ecclesiasticis dignitatem attribuere deberent; nec ad hanc sententiam coarctati essent, ut qui ex eis approbaret suam civitatem esse Metropolitam, is totius Provinciæ honorem Primatus obtineret. Quod rerum illius temporis statum demonstrat minus distinctum fuisse & jura minus clara, quam in Notitia repræsentatur.

6. Apollinaris Sidonius epistol. lib. 7. ep. 7. testatur Massiliensium civitatem suam primum ætate inter ultimas Provinciæ civitates cœpisse numerari: idque illis in pœnam obvenisse, quod scilicet privatis commodis magis consulentes, quam publicis, cum Gothorum Regibus fœdus nec utile nec decorum iniissent. Quod utique, inquit, sepe diuque facientes, jam non primi com-

*Sid. Apoll. lib. 7. ep. 7. ad Græcorum.*

*provincialium* COEPISTIS esse, sed ultimi. PARS I. CAP. X.  
Quibus verbis satis innuit ad illa usque tempora, id est, saltem ad annum quadringentesimum & septuagesimum, primum inter Viennensis Provinciæ civitates post Metropolitim locum obtinuisse Massiliam: quod jure illi civitati deferebatur, quæ tam antiqua nobilitate ceteris eminebat, ut metropolitica etiam dignitate ad tempus ornata fuerit decreto Concilii Taurinensis. At vero in Notitia Sirmondi & aliis, omnium ultima scribitur Massilia, quam & Arelas immediate præcedit: quamobrem luce meridiana clarius est, longe posteriorem esse ætate Honorii Notitiam, quam discutimus, & ad Sidonii tempora referendam esse. Et vero probabile admodum est hanc eo circiter tempore conditam, quo Euricus Visigothorum Rex in Gallias irrumpens Arelatem & Massiliam occupavit, vel etiam superioribus aliquot annis. Cum enim maximam Viennensis Provinciæ partem tenerent Burgundiones, sola fere Arelas cum Massilia in Romanorum potestate remansit, & circa annum quadringentesimum septuagesimum in Eurici Regis Visigothorum Ariani manus devenit: qui, ut refert Apollinaris Sidonius lib. 7. ep. 6. ad Basilium, plerisque illarum Provinciarum Episcopos vel morte multavit, vel solum vertere coegit, nullis deinceps Episcopis in defunctorum officia suffectis; ita ut populos excessu Pontificum orbatos tristis intercisæ fidei desperatio premeret, nulla esset in desolatis cura dicecibus parochiisque, & non tam Sacerdotes mortui esse viderentur, quam ipsum Sacerdotium. Hæc fere Sidonius: ex quibus intelligere est, quam opportuna sese tunc obtulerit Viennensi Episcopo occasio jura, quæ sibi injuste ab Arelatensi prærepta jactabat, recuperandi: quippe cum plerasque haberet civitates Provinciæ secum Burgundionibus subditas: istæ enim videntes omne sibi cum Arelatensi commercium interdici, quia sub Romana vel Gothica ditione hæc degebat, facile Viennensi se ultro subjecerunt, annitente, ut par est credere, Burgundo Principe, nullo renitente ex parte Arelatensis, cui tunc temporis ne hiscere quidem vel mutire fas erat. Vero itaque simillimum est per eam ætatem conditam esse Notitiam J. Sirmondi & alias, in quibus Viennensis sollicitè egit, ut Arelatensis & Massiliensis describerentur, quas ad Pontificium suum pertinere olim contendebat.

Etsi vero auctorem, qui hæc narret disertis verbis, non habeamus, satis tamen insinuantur, tum ex Notitiæ ipsius comparisone cum statu Arelatensis civitatis & Ecclesiæ, quem descripsimus; tum ex iis, quæ Symmachi Papæ temporibus acta sunt. Patet enim ab illo Constitutionem emissam esse in gratiam Cæsarii Arelatensis Episcopi, propterea quod constitutos a Leone Papa limites prætergressus erat Viennensis Episcopus, & totam Provinciam suæ potestati vindicare conatus erat per secularia patrocina, aut per alterius excusationis obtentum.

Quam-

*Symmachus ep. 9. ad Episc. Gallie.*

ARS I. Quamobrem prædecessoris sui decretum rur-  
CAP. X. sus confirmavit Pontifex, & sua Casario in-  
tegra esse jura decrevit.

## CAPUT XI.

*Objectiones aliæ diluuntur, quibus metropolitana  
dignitas Viennensi Episcopo asseri  
videtur.*

subscri-  
rio syno-  
lica Con-  
cilii Va-  
lentini I.  
i

**O**bjici etiam potest in gratiam Viennensis Episcopi adversus Arelatensem, 1. Concilium Valentinum primum in Provincia Viennensi a. 374. celebratum; cui præfuisse videtur Florentius Viennensis Episcopus, Concordio, quem ajunt Arelatensem tunc fuisse, inter provinciales subscribente.

Verum infirmum profus istud argumentum est. Primum enim subscriptiones Episcoporum, quæ ad calcem canonum nunc leguntur, desiderantur in antiquioribus editionibus, & a Sirmondo primum editæ sunt in lucem tomo 1. Conciliorum Galliarum. 2. Cum quatuor codices manuscriptos laudet Sirmondus, quibus usus est in recensione hujus Concilii, in unico Remensi inventæ sunt subscriptiones prædictæ: quamobrem suspicari licet ab aliquo otioso lectore ita ordinatas esse, nominibus ex initio epistolæ desumptis. 3. Hoc contra morem usitatum est, ut cum in fronte epistolæ eorum, qui scribunt, nomina recenserentur, iterum describerentur in fine: quod videre est in epistola Concilii Arelatensis primi ad Silvestrum Papam, immo & in epistola ejusdem Valentini Concilii ad Clerum & plebem Ecclesiæ Forojulienensis. 4. In utriusque epistolæ exordio viginti & unus Episcopi inscripti leguntur, quorum tertius est Florentius Viennensis, ut ajunt, Episcopus; Concordio vero Arelatensis in prima duodecimus, in altera decimus quartus. At vero in subscriptionibus appositis Florentius omittitur duobus primis, omnibus præmittitur. 5. Unius Florentii sedes annotatur. 6. Solus modo ab aliis diverso ita subscribit: *Ego Florentius Episcopus Ecclesiæ Viennensis subscripsi*: cum alii omnes sic subnotati habeantur: *Ego N. opto vos fratres in Domino bene valere*: quod procul dubio melius convenit epistolæ, quam alter subscribendi modus. 7. Ante initium sexti sæculi non erat in usu ut Episcopi

Tom. II.

PARS I.  
CAP. XI.

ita subscriberent *Episcopus Ecclesiæ N. sed* vel sine addito *Episcopus* vel *Episcopus civitatis* v. g. *Viennensis*, vel *Episcopus Viennensium*: qui usus in Concilio Aurelianensi I. immutatus primum videtur. Supposita igitur Florentii subscriptio, ni fallor, fuit; eo procul dubio consilio, ut huic Synodo præfuisse credatur Episcopus Viennensis jure metropolitico, & Arelatensis eidem subjectus fuisse existimetur, qui eam ob causam ad ultimum omnium locum rejectus invenitur. Hæc profecto fraudis suspicionem non parvam injiciunt.

2. Florentium Episcopum Viennensem tunc temporis fuisse ex alio nullo monumento testatum habetur, immo eum sibi vindicant Cadurcenses, & in omnibus editionibus operum S. Paulini epistola, quæ in Rosveydana editione trigesima secunda est ejusdem, ad *Florentium Cadurcensem Episcopum* legitur: quod Frontoducæus & Rosveydus diligentissimi scriptores in Notis suis tradunt. Hæc etsi difficultate non carent, id faciunt, ut res in ambiguo posita relinquatur, nec quicquam inde pro Viennensi eruat; e contra vero adversus eum profus arguit hæc Synodus, cui præfuisse Fægadius legitur, quem nemo Viennensem Episcopum facit. Vide seriem & acta Cadurcensis Ecclesiæ, quæ Florentium hunc eidem Ecclesiæ asserit, & 2 Adonis Chronicon, quod circa hæc tempora ponit Nicetam Viennensem Episcopum, qui forte idem est cum Nicetio, cujus nomen in Synodica Valentini Concilii legitur.

At, instabit aliquis, pro Viennensi clamat 3 ipsa Provincia denominatio. Quare enim appellata est Viennensis, nisi quia Viennensium civitas totius Provinciae Metropolis erat? Non majoris momenti est hæc argumentatio: quod enim in variis divisionibus Provinciarum ab Ethnicis actum est, in consequentiam trahi pro ecclesiasticis rebus minime consentaneum est: & quamvis plerumque civilem Provinciarum distributionem æmulata sit ecclesiastica disciplina, necessitas tamen fuit aliquando ab eo proposito discedendi, ut ex Innocentii epistola ad Alexandrum Antiochenum manifestum est, & ex ipsius Leonis ordinatione circa Viennensem Provinciam.

Ex simili argumentandi ratione concluderetur Ecclesias Provinciarum Lugdunensium

Ggg

fium

Objectio  
ex deno-  
minatio-  
ne Pro-  
vinciae  
petita,  
3

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Quid ex Concilio Valentino eliciendum sit, exponemus in Observ. part. 2. c. 5. n. 2.

2 Episcoporum Viennensium ordo Adonis Chronico insertus, ex diptychis manare videtur; ita ut ipsorum series non idcirco rejicienda sit, quia res & tempora eisdem attributa non subsistant. Enimvero si alia certa documenta cum hac serie conferantur, & exinde illis Episcopis suum tempus restituatur; omnia probe cohære inveniuntur. Et sicut Verus, qui ad apostolicam ætatem eo in Chronico perperam evchitur, initio quarti sæculi vi-

xisse cognoscetur ex Synodo Arelatensi I. ita Florentius cum Valentina Synodo optime concurret, non autem Nicetas qui Mamerti immediatus præcessor, sub medium v. sæculum floruit. Confer quæ de simili catalogo Episcoporum Ravennatum observavimus in Admonitione ad epist. 156. n. 3. & 4. Vide etiam quæ de hoc catalogo Episcoporum Viennensium differit Tillemontius tom. 3. in Ireneo not. 3.

3 Hoc argumentum plenius constituimus Observ. part. 2. c. 4. n. 5. ubi & de Eusebii testimonio verba facimus.

sum secundæ, tertîæ, & quartæ eundem olim Metropolitanum ecclesiasticum habuisse, Lugdunensem scilicet Episcopum: quoniam Lugdunenses appellatæ sunt. Aut Narbonensis solidæ Ecclesiæ Narbonensi Episcopo ob eandem rationem debere esse subiectas: integræ enim Provinciæ Romanæ olim Narbo nomen dedit. Ex nominum igitur ratione nihil hac in re confici potest. Quod hoc iterum exemplo a Viennensi Provincia desumpto probari potest. Nam Provincia Narbonensis secunda cum ex Viennensi decerpta esset, debuerat Viennensis nominari; si res ex nominum momento ætiamaretur; fecus tamen factum est, cum dicta sit Narbonensis, non Viennensis.

Viennensis ab antiquis auctoribus quo sensu Metropolis dicta.

Quid igitur ad auctores antiquos, qui Viennam Metropolim appellant? Respondeo pro diversis divisionibus, diversam esse hujus vocis acceptionem. Si enim ad primam, quæ fuit Augusti, respicias, jam certum est Viennam non fuisse Metropolim solidæ Narbonensis, intra cujus fines continebatur: Narbonæ enim, unde Narbonensis dicta est Provincia, primatum deferunt auctores antiqui, Strabo libro 4. & Plinius 3. cap. 4. *Narbona*, inquit iste, *Romanorum Colonia totius regionis a Quinto Fabio in Provinciam redactæ caput. Quarta partis totius Gallie in divisione Augusti Cæsaris Metropolis seu primaria civitas.* Vienna autem Metropolis quidem vocatur a Strabone loco citato; sed *Allobrogum Metropolis*, ut habet: unde hujus auctoris sensus est Allobroges, qui unus erat e populis Provinciæ Narbonensis, præcipuam habuisse civitatem Viennam; immo unicam quæ ampla esset, plures enim non nominat: & revera Allobrogum regio ex eodem Strabone circumscribatur Rhodano & Isara fluviis, intra quorum ripas sita erat. Adde vocem Metropolim tunc temporis non idem prorsus significasse ac posterioribus sæculis: quibus post factam subdivisionem, an Metropolis dicta sit Vienna, non memini: unde & tempore Concilii Taurinensis controversia gravis orta est.

Eusebius quidem Lugduni & Viennæ meminit, quasi de gemina Galliarum Metropoli. Sed primum loquitur quasi hujus rei non admodum certus & ex aliena scientia *Βεβωρωται dicuntur*. Deinde ad mentem antiquorum Geographorum intelligendus est, ut Vienna scilicet Allobrogum Metropolis fuerit, idque quantum ad ordinem civilem: numquam enim ecclesiastica fuit Allobrogum Provincia. Denique illustis quondam fuerat Viennensium civitas apud Ethnicos, & ex illa fama loquitur Eusebius: verum, ut legere me memini, *Lugdunum Viennam obscurarat*. Sed quoniam ad rem nostram maxime facit iste Eusebii locus, lubet hujus objectionis occasione, & ad cognoscenda Viennensis Ecclesiæ jura in illam Pro-

vinciam, de illius statu paullo fusius inquirere capite sequenti.

## C A P U T XII.

*De statu Viennensis Ecclesiæ temporibus Marci Aurelii Imperatoris cum Martyres Lugdunenses agonem compleverunt.*

**E**cclésiæ Viennensis patroni magnum ex Eusebio præsidium arcessere sibi videntur, ut illius jura primatumque vindicent. Eusebius, inquiunt, disertis verbis Viennam Metropolim appellat, eamque Lugduno subjungit, ut quæ si non prima, saltem secunda Galliarum civitas censeretur. Sic enim habet Eusebius lib. 5. cap. 1. *In Gallia stadium ad hæc obeunda certamina, quæ supra explanavimus, constitutum fuit. Cujus urbes sunt facile principes  $\mu\epsilon\tau\rho\pi\acute{o}\lambda\epsilon\iota\varsigma$ , & quæ præter ceteras omnium sermone præstare dicuntur, Lugdunum, & Vienna &c.* Deinde epistola, quam Martyres scripserunt Ecclesiis Asiæ & Phrygiæ, in hunc modum inchoatur: *Servi JESU-CHRISTI, qui Viennam & Lugdunum incolunt, fratribus in Asia & Phrygia &c.*

An. D. 374. Vienna Metropolis ab Eusebio dicta.

Antiquum Viennensis civitatis apud Ethnicos splendorem nemo est qui revocet in dubium; sed qui ex splendido hujusmodi statu, illius Ecclesiæ jura ac decora, nedum primatum, asserere conantur, parum consulte facere mihi videntur. Etsi enim posterioribus Ecclesiæ temporibus, cum ecclesiasticæ disciplinæ fundamenta posita sunt, constitutusque ordo Hierarchiæ, & ad formam politiæ civilis ordinati sint ecclesiastici gradus, stabilita sedium episcopalium dignitas, Metropolitanarum potestas erecta; tamen eandem disciplinæ formam inquirere in illo sæculo, quod apostolicum proxime exceperit, præsertim in Gallia Transalpina, quæ fidem sero admisit, hominis est, meo quidem judicio, antiqua novaque miscens. Porro nemo non videt Eusebio sermonem esse de dignitate civili Viennensis urbis, quam ad ecclesiasticam trahere temporum ratio non sinit. Quamquam & tunc temporis multum exciderat Vienna ex primævo illo splendore, quem illi gentiles contulerant.

2. Cum Eusebius accepta ex Geographis notitia utatur, non propria, dubium non est ad eundem sensum intelligendum eum esse ac Strabonem Græcum pariter auctorem, ex quo supra didicimus Viennam solum Allobrogum Metropolim fuisse, qui eam solum regionem occupabant, quæ, ut idem Strabo testatur, Rhodani & Isaræ ripis concluderetur pene in modum Insulæ. Hoc suadet loquendi modus quem Eusebius usurpat cum hæc scribit: *Cujus (Galliæ) insignes & supra ceteras præstantes Metropoles esse dicuntur Lugdunum & Vienna.*

3. In

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Lege Observ. part. 2. c. 5. n. 12.

PARS I. 3. In confesso est etiam apud auctores  
CAP.XII. contrariæ sententiæ, Ecclesiæ Lugdunensis  
exordia deberi Pothino Episcopo, qui eas in  
partes a Polycarpo Smyrnæ in Asia Epi-  
scopo B. Joannis Apostoli discipulo missus  
est: quod & confirmatur Gregorii Turonen-  
sis auctoritate libro primo historiæ Francon-  
rum capite 24. & Severi Sulpitii scribentis  
lib. 2. sacræ historiæ, quod *sub Aurelio An-  
tonini filio persecutio quinta agitata: ac tum  
primum intra Gallias martyria visa, serius  
trans Alpes Dei religione suscepta.* Et reve-  
ra qui tunc Lugduni passi sunt *προπομάττυ-  
ρες* vocantur in epistola Lugdunensis & Vien-  
nensis Ecclesiæ. Nec prius eamdem a Vien-  
nensibus susceptam credibile est, qui vide-  
licet Lugdunensibus adeo vicini, eisdem tan-  
tum donum libentissime infudissent, ut ne-  
cesse non esset ab Asianis illud expectari,  
si quidem & illa essent antea imbuti. Quis  
porro existimet inter ipsa fidei exordia, de  
duobus Metropolitanis ecclesiasticis jam tum  
constituendis fuisse cogitatum in duabus,  
inquam, Ecclesiis tam vicinis, tam novel-  
lis, tam parvo Christianorum numero con-  
stantibus, cum nec Metropolitanorum ec-  
clesiasticorum nomen vel potestas emer-  
sissent? Si ergo tunc temporis proprium Epi-  
scopum habuit Vienna, certum est eum me-  
tropolitica auctoritate ornatum non fuisse.

4. Ut credam 2 Viennensibus alium tunc  
præpositum non fuisse Antistitem, quam  
qui Lugdunensibus præfectus erat, non le-  
ves me movent conjecturæ.

Primum enim id ex utriusque loci vicini-  
tate conjici admodum probabiliter potest,  
uti & ex penuria virorum episcopalium,  
quam in illa nascente adhuc Ecclesia fuisse  
æquum est opinari. Ut autem illa Episco-  
porum penuria singulas civitates suum ha-  
bere verabat, ita modicus fidelium nume-  
rus faciebat ut pluribus unus satis ac su-  
per esset, quo ad remotiores civitates mitti  
possent Episcopi fidem prædicaturi, sacra-  
mentisque his consignaturi, quæ ab alio  
quam Episcopo conferri non possunt; con-  
stitutis interim Presbyteris per viciniora op-  
pida, a quibus regerentur, sub Episcopi au-  
thoritate, illic commorantes Ecclesiæ. Quod  
enim Sardicensis postea Synodus & aliæ plu-  
rimæ dixerunt de modica civitate, cui suf-  
ficit unus Presbyter, ibi Episcopum consti-  
tuiti non oportere; hoc etiam præstitum esse  
erga amplas civitates, quibus soli sufficie-  
bant Presbyteri, dubitandum non est; præ-  
sertim cum & pauci erant fideles & vicina  
esset Metropolis, unde Episcopus sive ad  
manuum impositionem, sive ad alia ponti-  
ficalia munia accersiri facile poterat. Quod  
a Lugdunensi erga Viennensem Ecclesiam  
Tom. II.

præstari & eo potiori jure debebat, & eo  
facilius poterat, quod sicut ex vicinarum  
illarum civitatum statu conjicimus, Vien-  
nensi transfusum erat fidei donum a Lugdu-  
nensi, quæ prima fidem ex Asia susceperat.

II. Videmus utriusque urbis Christianos  
simul conjunctimque scribere de Martyribus  
suis, & unicum Legatum, eumque ex Ec-  
clesia Lugdunensi assumtum, Irenæum vide-  
licet, mittere ad Romanum Pontificem,  
partim ut eum de statu Ecclesiarum sua-  
rum certiore facerent, partim ut ad ipsum  
Gallicanæ Ecclesiæ judicium deferret circa  
controversiam, quæ in Phrygia orta erat de  
Montano, Alcibiade, & Theodoto Pseu-  
do-prophetis.

III. In hac tam celebris martyrii narra-  
tione, aliqua, immo creberrima occurreret  
mentio Viennensis Episcopi, si quidem pro-  
prium hæc civitas habuisset, & in eo præ-  
sertim loco, ubi legimus: *Quod ex utraque  
Ecclesia præstantissimi quique, & quorum  
maxime labore & industria res hic constitu-  
te fuerant, SIMUL OMNES tenerentur.* Ve-  
rum, ut de Lugdunensi non tacet, cujus  
fortissimum agonem commemorat; ita de  
Viennensi ne verbum quidem: quem ta-  
men a reliquo Martyrum grege discernere  
debuerat epistola, (sicut & Diaconum di-  
screvit) si cum aliis comprehensus est &  
passus. Si vero gentilium diligentiam fugit  
evasitque manus (quod tamen nec de illo-  
rum temporum Episcopo, nec de curiosis-  
simis inquisitoribus credibile est) saltem il-  
lum exhiberet nobis Eusebius pro Christi  
grege sollicitum, laborantique Ecclesiæ sub-  
venientem, præsertim post completum Po-  
thini agonem, cujus mors necessariam red-  
debat utrique Ecclesiæ Episcopi Viennensis  
curam ac sollicitudinem; scripsisset ipse Epi-  
scopus Viennensis tum ad alios, tum ma-  
xime ad Episcopum Romanum & de Mar-  
tyrum agone, & de Pseudo-prophetis, &  
de Irenæo, si quidem illic fuisset aliquis  
constitutus.

IV. Cum una earum Ecclesiarum ab al-  
tera mutuaretur ministros, Lugdunensis a  
Viennensi, nonnullum indicium est, utram-  
que ab uno eodemque Episcopo administra-  
tam fuisse. Hoc porro de Diacono Lugdu-  
nensis Ecclesiæ nomine Sancto legimus, eum  
Viennæ fuisse prognatum, *ἐπὶ Βιέννης*; &  
tamen e Lugdunensi Clero fuisse, in eoque  
Diaconi ministerio functum, quemadmodum  
doctissimus Eusebii interpres Valesius opti-  
me existimavit.

V. Cum Gallicanæ Ecclesiæ ad Victorem  
Papam litteras dederunt de paschali contro-  
versia, quæ tunc agitabatur, unicus Irenæus  
Episcopus Lugdunensis nomine omnium fra-

Simul  
scribunt  
delegant-  
que Ec-  
clesiæ.

Nulla  
Viennem-  
sis Epi-  
scopi  
mentio.  
ὡς συνδεδ-  
γῶται ἐκ  
τῶν δύο ἐν-  
κλεισῶν  
πάντας  
τοὺς σπα-  
δαίους ἃς δι-  
ῶν μάλιστα  
σωθῆς ἤκει  
τὰ ἐνθά-  
δε.

Viennem-  
em Ec-  
clesiam  
unc tem-  
poris a-  
ium non  
abuisset  
Episco-  
pum a  
Lugdu-  
nensi.  
2

Ggg 2 trum

EDITORUM ADNOTATIONES.

2 De hac perdifficili controversia conferen-  
da sunt, quæ in utramque partem Tillemon-  
tius observat not. 3. in Irenæo tom. 3. & quæ  
contra Quæfnelli sententiam differit P. Jo. An-  
tonius Blancus lib. 2. della *esterior polizia del-*

la Chiesa c. 1. §. 9. n. 9. Plura & nos in hoc  
& sequens caput animadvertere possemus; quæ  
tamen cum instituto nostro Leonis vindicandi  
necessaria non sint, nimiumque distraherent,  
prætermittenda putamus.

PARS I. CAP. XII. trum scribit: nec usquam apparet Viennensis Episcopus, qui tamen omittendus non fuisset in tanti momenti negotio, quod omnes totius Ecclesiae Episcopos sollicitos reddebat, & jam in Synodos frequentes convenire compulerat. Certe cum tanta esset inter utramque illam civitatem & Ecclesiam necessitudo, unica ab utroque Episcopo epistolae subscriptum esset, nec suffragium suum conferre omisisset Viennensis. Ex quo mihi recte concludere videor, non alium illic tunc temporis constitutum fuisse Episcopum, quam qui apud Lugdunum sedem habebat; ex qua sparsos sive per Viennensem, sive per alia oppida Christianos per secundi ordinis Sacerdotes regebat.

Hanc opinionem ex ipsa epistola refelli objicit vir doctissimus Henricus Valefius: ea quippe, inquit, Pothinum Episcopum Lugduni fuisse dicit, non autem Viennae; distinguit etiam expressis verbis inter Lugdunensem Ecclesiam & Viennensem: nec antiquis scriptoribus in more est Ecclesiae nomen tribuere nisi matri, quam nos Cathedralis vocamus.

Ad primum facile respondemus, numquam in usu vel olim fuisse, vel etiam esse in praesenti, ut Episcopus, qui plures suae ditioni subjectas habuerit civitates vel oppida, plurimum Episcopos nominetur, sed illius tantum, quae praecipua erat & Episcopi sedes: quod etiam iis contigit, quae olim episcopali dignitate ornatae fuerant. Sic Cemeleni civitate & Nicæensi Castro sub uno Episcopo unitis, prior sola dedit Episcopo nomen. Antipolitana Sede ad Grafensem civitatem translata, & Malleacensi Rupellae constituta, nec prioris Episcopus dictus est Glassensis & Antipolitanus, nec posterioris Rupellanus & Malleacensis. Multo minus vero id actum est cum aliae civitates, aliave oppida, quae numquam tali honore decoratae fuerant, insignis alicujus civitatis Episcopo subiacebant. Quis enim modo Episcopum Lingonensem & Divionensem dixerit, vel Senonensem & Melodunensem, aut Atrebatensem & Duacensem, Tornacensem & Insulanum, & sic de sexcentis aliis?

Ad secundam objectionis partem dico, distinguere inter Lugdunensem & Viennensem Ecclesias, etsi inter Lugdunensem & Viennensem Episcopum non distinguatur. Nota est enim vocis Ecclesiae acceptio apud Apostolum Paullum apostolicosque scriptores usurpari solita pro quolibet fidelium coetu. Quae acceptio Pothini apostolicorum virorum discipuli tempore vigeat, cum etiam sequentibus saeculis in usu fuerit. S. Athanasius in Apologetico II. contra Arianos haec habet, quibus sententia nostra confirmetur de Lugdunensi & Viennensi Ecclesiis sub uno Episcopo degentibus, & de Ecclesiae nomine iis etiam civitatibus impertito, quae episcopales sedes non erant: *Mareotes*, inquit, *regio est Alexandriae, nec ullus unquam in ea fuit Episcopus, ac ne Corepiscopus quidem; sed universae ejus regionis Ecclesiae*

PARS I. CAP. XII. *subjecta sunt Episcopo Alexandrino. Singuli autem Presbyteri proprios habent pagos, eoque maximos, denos interdum, aut plures. Apud Sozomenum etiam lib. 7. hist. cap. 19. haec legimus: Per Scythiam cum sint civitates multae, unum dumtaxat haec omnes Episcopum habent. Canon 15. Sardicensis, Si, inquit, est proxima civitas, in qua est Presbyter, ne sine Ecclesia videatur facere diem dominicum, illuc accedat. Ubi vides longe etiam post Irenaei tempora & civitatis plebem non ab Episcopo, sed a Presbytero solum administratam, & Ecclesiae nomine decoratam fuisse. In Romana Ecclesia eodem sensu usurpata est, teste Innocentio Papa I. ep. ad Decentium cap. 5. De fermento vero, inquit, quod die dominico per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti, cum omnes Ecclesiae nostrae intra civitatem sint constitutae. Et Athanasius in eadem Apologia II. citata Synodum Romanam, a qua in communionem susceptus erat, ait celebratam esse in Ecclesia, in qua Biton Presbyter plebem colligebat. In Gallicana dioecesi de qua quaestio est, a Concilio Regensi an. 439. conceditur, ut Armentario a sede Ebredunensi dejecto, cuicumque de Episcopis liceat unam Parochiarum suarum Ecclesiam cedere, in qua aut Corepiscopi nomine, ut idem Canon (Nican. 8.) aut peregrina, ut ajunt, communionem foveatur. In quo canone quinque eo sensu usurpatur Ecclesiae nomen; bis etiam in quarto, toties in quinto. Ac ne quam illultrium Ecclesiarum intactam praetermittamus, idem nobis constat de Africana ex Africani Codicis Canonibus 33. 98. 99. & aliis, ubi a matrice Ecclesia distinguuntur aliae Ecclesiae, eadem tamen appellatione gaudentes. Vide apud Dionysium Exiguum citatos Canones, quibus exscribendis brevitate gratia superfedemus.*

VI. Ex veteri traditione Valentinae & Arelatensis Ecclesiarum, ex Ufuardi Martyrologio ad IX. Kal. Maji & ex actis Martyrum, quae apud Surium jacent, docemur plurimos populos Lugduni vicinos ad fidem Christi, Irenaeo vel praedicante, vel mittente, fuisse conversos, eundemque per ea loca christiani cultus fundamenta jecisse. Ita enim habent acta Martyrii SS. Felicis Presbyteri, Fortunati & Achillei Diaconorum. *Igitur beatissimus Irenaeus Lugdunensis urbis Episcopus, consequenti tempore Martyr, in quo dispositione divina instituenda fidei fundamenta mirabili locata firmitate constabant, Felicem Presbyterum, tam conversatione, quam nomine, Fortunatum in quo consummationis divitias adfuturas rei iam vocabulum promittebat, & Achilleum Diaconum Valentinae urbi pro imbuenda predicationis seminario destinavit. Ubi & generatim fidei illic condendae fundamenta in Irenaeo esse posita divina dispositione asserit auctor, & in particulari missos esse ab eo Valentiam fidei pracones commemorat. Quod & narratum reperimus in Arelatensi Breviario ad diem 23. Aprilis, in qua eorundem sanctorum*

In vicinis civitatibus fidei fundamenta fundavit Irenaeus.

Apud Surium 23. April.



PARS I. CAP. XII. **Et**orum Martyrum solemnitas celebratur. Sed & utrumque monumentum de aliis Vefonctionem ab eodem directis mentionem facit, de sanctis videlicet Ferreolo & Ferrutione, quos, inquit acta apud Surium, memoratus beatissimus Antistes (Irenæus) destinaverat ad Vefuntionensis civitatis Ecclesiam instituendi fundamini constructione locandam. Ex quibus apparet rarissimam etiam post mortem Pothini fidem christianam in illis regionibus fuisse: & quod maxime intendimus, Viennensem Ecclesiam non alium Episcopum a Lugdunensi habuisse. Si enim proprium habuisset, illius partes fuissent Valentiam sibi propinquam fide christiana imbueri, non Lugdunensis Episcopi, qui longe remotior erat, & Viennam mediam habebat inter se & Valentiam, utramque ad Rhodanum sitam.

Gallicani Episcopi in supplici ad Leonem libello prius Arelate Episcopum fuisse scribunt quam Viennæ. Ep. 65.

VII. In supplici libello comprovincialium Episcoporum Metropolis Arelatensis Leoni Papæ oblato secure asseritur, quod *prima intra Gallias Arelatensis civitas missum a beatissimo Petro Apostolo sanctum Trophimum habere meruit Sacerdotem; & exinde alii paulatim regionibus Galliarum donum fidei & religionis infusum: PRIUSQUE alia loca ab hoc rivo fidei, quem ad nos apostolica institutionis fluentia miserunt, meruisse manifestum est Sacerdotem, QUAM VIENNENSIS CIVITAS, que sibi nunc impudenter & notabiliter primatus exposcit indebitos.* Non ajunt Episcopi, ut mihi quidem videtur, Viennam accepisse Antistitem ab illo rivo fidei seu Trophimo (quod etsi dicerent, nescio an falsi quis posset arguere) sed dicunt alia loca prius Episcopos habuisse ab illo fidei rivo, quam Viennensis civitas proprium haberet Sacerdotem. Hoc manifestum esse asserunt, & ita manifestum, ut impudentiæ notabilis esse dicant, quod contra jus tam apertum primatus indebitos exposceret Viennæ. Hoc si ita est, cum ex Gregorio Turonensi Trophimi adventus pluribus annis Pothini & Irenæi ætate posterior sit, clarum est horum temporibus Viennam proprium non habuisse Episcopum. Dices hæc gratis asseri ab Episcopis Gallicanis vel mendacio causæ suæ patrocinantibus, vel minus quam par erat instructis. Verum quis tam male de sapientissimis doctissimisque Gallicanæ Ecclesiæ Antistitibus sentire velit, ut id manifestum esse tam confidenter assererent coram Romano Pontifice, quod vel certum non esset apud omnes, vel falsum esse ipsi probe scirent? præsertim cum tunc temporis antiquus ille Ecclesiarum Gallicanarum status non ita obscurus esset, ut est hodierna die, nec posset detectum semel mendacium nisi iratiorem Leonem facere & Ecclesiæ Arelatensis juribus infensorem. Denique nihil tale objectum a Pontifice, qui

allegationibus consideratis præsentium utriusque partis Clericorum, annuere utrisque visus est, cum utrique metropolitico jus asseruit, attributis unicuique certis civitatibus.

## CAPUT XIII.

Probabile esse unicum in Galliis fuisse Episcopum, quo tempore Lugdunensi Ecclesiæ præpositus est Irenæus.

VIII. **T**antum abest, ut proprium Episcopum Viennensi civitati præpositum tunc fuisse credam, ut certum prope apud me sit in sola Lugdunensi sedem episcopalem fuisse. Quæ suspicio præterquam quod ex præcedentibus conjecturis firmatur, augetur etiam ex aliquot Eusebii locis attentius consideratis. Libro enim quinto cap. 24. videtur asserere omnibus qui in Gallia erant Christianis præfuisse tunc temporis Irenæum, cum Victorem PP. per litteras moneret, ne Ecclesias Asiaticas a sua communione abscinderet. Inter quos (Episcopos) inquit, & Irenæus ex persona fratrum in Gallia commorantium, quibus præerat, tradidit per litteras &c. Si enim præerat Irenæus Galliæ Christianis, jure sacerdotali proculdubio præerat. Quod enim ait vir illustrissimus, per vocem ἀδελφῶν fratrum ceteros Galliarum Episcopos intelligendos esse, quibus Irenæus Lugdunensis Episcopus jure vel metropolitico vel exarchico præfuerit, miror ego viro erudito in mentem venisse. Quis enim credat secundo Ecclesiæ sæculo, quo christianæ fidei fundamenta trans Alpes vix erant posita, quo nascenti Ecclesiæ ne mutire quidem licebat his in regionibus, quo denique primaria Galliarum civitas vix alterum Antistitem a Pothino habebat, eam Hierarchiæ formam jam in Ecclesiis inductam esse, quæ & Episcopos Metropolitanos; & Metropolitanos Exarchis subjeceret? Quod ante Synodi Nicænæ tempora difficillimum est deprehendere, etiam in his regionibus, quæ ab Apostolis fundatæ primitias spiritus fidei & disciplinæ hauserunt. Fratrum autem nomine, christianam plebem intelligi non dubitabit, qui illorum temporum usum attenderit, loquendi modum Eusebio familiarem, ipsam denique epistolam Lugdunensium Martyrum, quæ Eleutherum Romanum Episcopum, Patrem appellat, octies ad minus fratrum nomine Christianos quoque designat: qui mos erat in Ecclesiam Dei obeam maxime causam investus, quia unum Patrem Deum (ut habet Tertullianus Irenæo fere σύντροφος in Apologetico) agnoscerent, unum Spiritum sanctitatis biberent, & de ejusdem ignorantia utero ad unam veritatis lucem expavissent.

ἐν οἷς (ἐπισκόποις) καὶ ἰρηναῖος ἐκ προσώπου ἀνδρῶν τοῦ κατὰ τὴν γαλιαν ἀδελφῶν ἐπισκόπων. P. de Marca diff. de Primatu Lugdun. n. 112.

Huic

## EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Hi Gallicani Episcopi Arelatensi sedi faventes ex Zosimi litteris hæc derivarunt, Zosimus autem ex suggestione Patrocli Arelatensis,

quem per subreptionem & fallacias nonnulla falsa protulisse ostendemus in Observ. part. 2. c. 2.

Huic loco Eusebii ex altero lucis plurimum affulget, capite videlicet 22. ejusdem libri: ubi dum recenset varias Synodos Romanam, Palæstinam, Ponticam, Osrhoenam, & Corinthiam, seu Achaicam, quæ adversus Asiaticos circa paschalem diem judaizantes collectæ sunt, addit his & Gallicanam constatam ex Parochiis seu Ecclesiis quas Irenæus Episcopus administrabat. *ἡ τῶν κατὰ γαλίαν δὲ παροικίων ἁγίων ἐπισκόπων*: id est: *Et Ecclesiarum seu Parochiarum Gallia, quarum Irenæus Episcopus erat, seu quas ut Episcopus administrabat.* Ubi plura observanda sunt. Primum alio modo hic enuntiarum de Irenæo hoc idem quod superius dictum retulimus de fratribus in Gallia commorantibus, quibus præerat Irenæus: ubi fratribus præesse, & Ecclesias seu Parochias regere ut Episcopus, idem sonant. Alterum est, ex his manifestum esse pluribus Ecclesiis præpositum fuisse Irenæum, ut absurdum non sit eum cum Lugdunensi Viennensem administrasse. Tertium non magis in hac occasione Episcopum alium ab Irenæo apparere, quam in sequentibus epistolis in eadem controversia scriptis, vel in iis quæ a Martyribus scriptæ sunt. Denique maxime observandus est loquendi modus Eusebii: cum enim de aliarum provinciarum decretis sermonem habet, appellat diserte Synodos Episcoporum, ipsosque Episcopos, quorum ore prolata sunt; cum vero de Galliis, jam non Synodos Episcoporum, sed Ecclesiarum decretum commemorat, quod manarat ab Ecclesiis Gallia, quas Irenæus episcopali auctoritate regerat. Id enim vox *ἐπισκόπων* significare mihi videtur, quæ proinde Irenæi in alios Episcopos potestatem significare non potest. Hoc certe credere me profiteor, si plures fuissent tunc in Gallia Episcopi, non unum vice omnium in arenam venturum fuisse, præsertim cum hæc de Paschate controversia ex pauciori vel majori numero Episcoporum decernenda videretur. Non nos quidem latet Episcoporum nomen a Rufino Eusebium interpretante positum fuisse pro Fratrum nomine; sed nec eruditus ignotum est, ne interpretis quidem nomen Rufinum mereri, qui ex professo non verba vel sensum auctoris, quem vertendum susceperit, attendere solet, sed omnia pro nutu & voluntate plerumque reddit, Paraphrastis magis personam quam interpretis induens.

Ad Eusebium autem ut revertamur, videtur is sermonem de controversia paschali instituisse ex occasione variarum Synodorum, ex quibus celeberrimos quosque Episcopos, qui tunc temporis per provincias florebant, ob oculos ponere satagebat. Unde si alii steterissent in Gallia præter Irenæum, eos proculdubio numerasset. Ita a Nicephoro Callisti intellectum esse Eusebium, quem *κατὰ πόδης* sequitur, manifestum est ex libri 4. ejus histor. cap. 26. *Circumferuntur, inquit, etiamnum celebratarum eo tempore Synodorum litteræ, quæ variarum hinc & inde Ecclesiarum Episcopos designant Romanæ*

*scilicet Victorem, Jerosolymitanæ Narcissum, Casareæ Palestinæ Theophylum, Tyriorum Cassium, Ptolemaidis Clarum. Eadem litteræ Ponti Ecclesiis tum præfuisse indicant antiquissimum Palmam: Gallia autem atque etiam Osrhoenæ Ecclesiarum Irenæum.* Ubi Gallia unicum Irenæum Episcopum designat: qui cum Eusebio hac in re concinat, rejiciendus non est, sicut rejici debet cum ab eo dissentit circa Osrhoenam, quam Irenæo pariter subjicit, quamque vetus Nicephori Interpres de Gallica regione trans Rhenum posita interpretatus est: unde suspicari licet mendum esse in Græco hujus auctoris textu.

IX. Suffragatur opinioni nostræ vitæ sancti Saturnini Tolozæ Episcopi & Martyris auctor, cujus antiquitatem comprobat Gregorius Turonensis, qui ex ea nonnulla descripsit libro 1. Histor. cap. 2. *Hujus (Decii Imperatoris) tempore, inquit, septem viri Episcopi ordinati ad prædicandum in Gallias missi sunt, sicut historia passionis sancti Martyris Saturnini denarrat. At enim: Sub Decio & Grato Consulibus, primum ac summum Tolozana civitas sanctum Saturninum habere cœperat Sacerdotem.* Hæc enim similiter leguntur in vita sancti Saturnini apud Surium die XXIX. Novembris: quæ sola a Gregorio existimaverim ab auctore illo excerpta, ut epocham Episcopatus Saturnini certam faceret. Cum vero aliunde nosset cum Saturnino Trophinum & alios quinque in Gallias advenisse, ex unius ætate aliorum ætatem arguit. Ceterum ex illa vita sex reliquorum Episcoporum nomina mutuatus non est: alioquin ipsa auctoris verba retulisset, quæ in Suriana Saturnini vita non exstant modo. Quæ tamen si quis pertinacius contenderit ex vita Saturnini habuisse Gregorium, non contradicam. Hoc unum monebo, nihil inde quicquam auctoritati vitæ Surianæ detrahi: certum est enim ejusmodi Sanctorum vitas plerumque ex antiquis Lectionariis descriptas, in quos codices cum vitæ illæ conjicerentur inter publicas Ecclesiæ preces recitandæ, decurtari solebant, & iis minui, quæ festo propria non esse intelligebantur, ne longius quam par erat officia protenderentur. Alterum addo, ne prologus initio vitæ præfixus cuiquam imponat & contentum operi arcessat, luce clarius esse non prologum auctoris esse, sed lectionem quamdam ex breviario aliquo huc mala arte transcriptam & assutam vice prologi. Porro antiquitate & auctoritate narrationis hujus scripti confirmatis mirum in modum innotescit Gallicanæ Ecclesiæ status tum Lucii Veri Imperatoris, Irenæique Episcopi Lugdunensis temporibus, tum etiam Decii Gratiæ Consulibus & sancti Trophimi Arelatensis Episcopi ætate. Concinit enim auctor ille Severi Sulpitii testimonio, *serius trans Alpes Dei religionem susceptam asserentis, manifestumque facit & paucos per illa tempora Christianos fuisse, paucissimosque proinde Episcopos.* Ita enim statim ab initio de Decii Saturninique tem-

poribus: *Tempore illo quo post corporeum Domini & Salvatoris adventum, exortus in tenebris Sol ipse iustitiæ, splendore fidei illuminare occidentalem plagam cœperat: quia SENSIM, ET GRADATIM in omnem terram sonus Evangeliorum exiit, TARDOQUE PROGRESSU IN REGIONIBUS NOSTRIS Apostolorum prædicatio, corruscavit.* (Apostolorum nomine apostolicos etiam viros & Apostolorum successores comprehendit. Pergit auctor.) *Cum RARÆ in aliquibus civitatibus ECCLESIE PAUCORUM CHRISTIANORUM DEVOTIONE CONSURGERENT, & crebra miserabili errore gentilium, nidoribus fœtidis IN OMNIBUS LOCIS TEMPLA FUMARENT: ante annos satis plurimos, id est, Decio & Grato Consulibus, sicut fidei recordatione retinetur, &c. Et iterum, post medium. Paucis id temporis Christianis.* Quæ quomodo cum illa Episcoporum multitudine, quam alii afferunt, conciliari queant, plane non intelligo. Certe Theodoritus de sancto Irenæo ita loquitur in 1. Dialogo *Immutabilis* dicto, ut Galliarum Apostolum fuisse significet. *Εἰρηναῖον, inquit, ὃς ἦ Πολυκαρποῦ διδασκαλίας ἀπήλαυσεν, ἐγγυόνη δὲ πατὴρ Γαλατῶν τῶν ἐσπερίων: id est, Irenæum, qui Polycarpi auditor & discipulus fuit, lumenque Gallorum Occidentalium.* Et in epistola nuncupatoria compendii hæreticarum fabularum ad Sporatum: *Εἰρηναίου, inquit, ἦ τὰ Κελτικὰ καὶ γεωργήσαντος καὶ φωτίσαντος ἔδωκε: id est, Irenæi, qui Celticas gentes excoluit & illuminavit.*

X. Observatione dignum est, & pro sententia nostra non invalidum argumentum, quod Eusebius de Gallicanis illorum temporum Episcopis, si Pothinum & Irenæum excipias, numquam mentionem facit; sive cum de Ecclesiarum fundatione, sive cum de persecutione gentilium, sive cum de iudiciis adversus hæreticos habitis, seu denique cum de controversia paschali, convenit ea de re congregatis, epistolisque scriptis ad Ecclesias. Unus ubique Lugdunensis Episcopus commemoratur; nusquam Vienneus, nusquam aliarum civitatum Antilitæ. Hoc in illa insigni epistola Martyrum, totaque Eusebii de iisdem narratione clarum est, lib. 1. c. 1. Hoc cap. 3. ubi orta de Montano, Alcibiade, Theodotoque Pseudopropheta contentione: *Qui in Gallia, inquit, erant fratres, privatim de his iudicium suum eidem epistolæ subjunxerunt.* Hoc cap. 23. de quæstione paschali, ubi commemorat quidem Concilia & Synodicas Episcoporum Palæstinæ, Ponti, ipsius Romæ, & aliorum; subdit de Galliis: *καὶ τῶν κατὰ γαλιαν δὲ παροικῶν ἄς Εἰρηναῖος ἐπισκόπος.* *Epistola quoque Ecclesiarum Galliæ exstat, quibus præerat Irenæus.* Et cap. 24. *ἐν οἷς καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν ἠγάπη κατὰ τὴν γαλιαν ἀδελφῶν ἐπισέλας.* *Ex quorum nomine Irenæus in epistola, quam scripsit nomine fratrum quibus præerat in Gallia.*

XI. Non longe lateque admodum diffusam esse per Gallias prædicationem Evangelii, ac proinde non multis in locis con-

stitutos Episcopos Pothini & Irenæi temporibus, plura sunt adhuc quæ persuadeant. Primum enim pauci admodum erant Evangelii præcones apud Lugdunum, ubi primum, & quidem velut ex occasione fides Christi annuntiata: qui vix duabus amplissimis civitatibus doctrina christiana imbuedis sufficere potuerunt; idque furtim & clandestinum propter diligentem præsidum inquisitionem. Deinde diu post Pothini martyrium legimus Vesonionem & Valentiam nondum Christi fidem audisse, & ad utramque civitatem missos ab Irenæo qui illic prædicarent; ut superius retulimus, quos nec adhuc Episcopos institutos testatur. Et tamen Vesonio Lugduno non distat longo itineris intervallo, Valentia multo etiam vicinior. Denique quam funditus jacta per illam regionem fidei semina eradicarint, nascentesque Ecclesias popularint subsequentes persecutiones, veteribus monumentis testatum habemus. Illa enim, quæ Marco Aurelio & Lucio vero imperantibus, Pothinum sustulit, ita defævit, ὥστε συβεγγήνας ἐκ τῶν δύο ἐκκλησιῶν πάντας τοῦ ἀποουδαίου, καὶ δι' ὧν μέγιστα συνείκηται τὰ ἐνθάδε: adeo ut ex utraque Ecclesia præstantissimi quique, & quorum maxime labore atque industria res hic constituta fuerant, simul omnes tenerentur. Quibus addunt Acta S. Epiphodii, qui in eadem persecutione martyrio coronatus est, quod per illam pene ad integrum Christi nomen a Gentilibus crederetur extinctum. In alia vero persecutione sub Severo, quæ Irenæum Pothini successorem cælo transmisit, quantum vastitatem Ecclesiis intulerit, docent nos Ufuardus alique Martyrologiorum scriptores, dum narrant Irenæum cum omni fere civitatis sue populo coronatum esse glorioso martyrio. Quibus suffragatur Gregorius Turonensis lib. 1. Historiæ cap. 27. si tamen illius est caput istud, quod & in MSS. nonnullis Codicibus desideratur, & aliqua quibus suspectum reddatur continet: velut cum Vetii Epagathi & aliorum Martyrum quadraginta octo passionem Irenæi martyrium subsequutam esse scribit. Quamobrem quæ de posterioribus istis Martyribus habet Gregorius, jungenda esse opinor cum iis quæ initio capitis scripsit de Pothino; ceteris, quæ interpolata esse videntur, resectis in hunc modum: *Ex quibus & ille primus Lugdunensis Ecclesiæ Pothinus Episcopus fuit, qui plenus dierum, diversis affectus suppliciiis pro Christi nomine passus est. Post hunc & quadraginta octo Martyres passi sunt: ex quibus primum fuisse legimus Vetium Epagathum.* Si cui tamen placet narratio de Irenæo, quæ alioqui vera potest esse & ex bonæ notæ monumentis descripta, hinc habemus quod tanta cum Irenæo multitudo Christianorum ob confessionem dominici nominis est jugulata, ut per plateas flumina currerent de sanguine christiano, quorum nec numerum, nec nomina colligere potuimus. Hæ igitur persecutiones ita vastarunt vix puerascentes Ecclesias, ut pene extinxerint; ita

*Epist. Eccl. Lugd. apud Euseb. lib. 1. cap. 1.*

*S. Epiphodii acta apud Suerium.*

κατὰ γαλιαν ἀδελφοί τῶν ἐσπερίων καὶ περὶ τῶν ὑποκαττιτῶν.

PARS I.  
CAPUT  
XIII.

ita ut mirum non sit quod narrat auctor vitæ S. Saturnini, raras paucorum Christianorum Ecclesias fuisse in Gallis, cum ad eas missus est Saturninus una cum Trophimo & quinque aliis Coepiscopis.

XII. Cum Imperatorum & Præsidium Romanorum hoc esset consilium, ut christianam religionem penitus delerent in Gallis, ubi primum visa est sub Lucio Vero exurgere; dubium non est quin diligentissime per omnes Gallias inquiserint adversus Christianos. Nulla tamen persecutionis contra aliam Ecclesiam motæ memoria uspiam habetur, præter eam, quæ Lugdunenses Viennensesque fideles exercuit. Quis porro credat nullam hujus ( si fuisse ) notitiam ad Eusebium perventuram fuisse, nullamve de ea mentionem faciendam a Martyribus Lugdunensibus, qui proculdubio eas Ecclesias affectu & sollicitudine sua fovissent, quarum fundamenta jecissent ipsi, quasque Asiaticis Romanisque non minus curæ esse & amori probe noverant?

Quando, ubi, & a quo ordinatus sanctus Irenæus.

Jam vero occurrendum est objectioni, quæ cuivis facile in mentem venit adversus nostram de unico Galliarum Episcopo opinionem. Si, inquis, ita est, a quo Irenæus post Pothini mortem sacerdotii honorem consecutus est per impositionem manuum, quam nemo necessariam esse inficias irit?

Respondeo hanc dignitatem consecrationemque ab ipso Pontifice Romano adeptum esse Irenæum. Quod in ea professione contigisse reor, quam ex Martyrum delegatione suscepit teste Eusebio: de qua quidem non levis oritur difficultas.

H. Valesius  
not. ad c. 4.  
lib. 5. Euseb.

In tres porro varias opiniones scindi video auctores gravissimos, Cardinalem Baronium, Franciscum Feuarentium, & Henricum Valesium. Hic legationem illam a Lugdunensium quidem Ecclesia, annitentibus Martyribus, designatam esse existimat, tam in Asiam, quam ad Romanum Pontificem; Irenæumque ad eam obeundam a Clero delectum, a Martyribus commendatum esse, verum superveniente Pothini morte in alium fuisse translata, Irenæo Lugduni retento: ne in tanta rerum difficultate suo præcipuo lumine ac sustentaculo privaretur viduata mox suo Pastore Ecclesia. Franciscus vero Feuarentius in vita sancti Irenæi operibus ejus præfixa, utraque legatione putat Irenæum esse perfunctum adhuc Pothino in vivis agente, a quo & a ceteris Martyribus in carcere constitutis ad Eleutherum Papam & ad Asianos fratres missum esse scribit. Baronius denique ad an. Ch. 179. putat Irenæum a Martyribus missum esse ad Eleutherum Papam, ( de Asiatica profectioe nihil scribens ) & eam re ipsa obiisse legationem. Ultimam hanc opinionem, quæ Baronii est & Petavii, paucis exceptis amplectimur. Primum quia Eusebianæ narrationi magis consona: auctor quippe ille refert ex epistola Martyrum ab iisdem missum esse Romam Irenæum; hunc autem legationis sua non esse perfunctum minime asse-

rit, quod proculdubio animadvertisset, hæc enim intererat plurimum non ignorari. Deinde quia suffragatorem habemus Hieronymum, qui Romæ diutissime commoratus, scriniorumque apostolicorum particeps factus, hoc partim ex traditione Urbis, partim ex monumentis adhuc tunc superstibus potuit ediscere. Ab hoc utroque scriptore ægre admodum divelli debemus, nec nisi gravissimis momentis ac rationibus abrepti; quæ in præsentis negotio non occurrunt. Quod enim scribit doctissimus Eusebii illustrator Valesius: *Quod incredibile non est post mortem Pothini Episcopi destituta suo pastore Lugdunensium Ecclesia, Confessores illos & Martyres Christi Irenæum Presbyterum tam procul amandasse, idque in ipso persecutionis ardore. Erat enim Irenæus præcipuum lumen & decus Lugdunensis Ecclesie, quemadmodum ex epistola Martyrum discimus; & quo uno maxime universa loci hujus Ecclesia sustentabatur.* Hoc, inquam, non urget, nisi adversus eorum opinionem, qui Irenæum ad Asiæ Phrygiæque fratres perrexisse existimant. In eos vero, qui Romam tantum ad Eleutherum profectum esse, cum Hieronymo, immo cum Eusebio sentiunt, nihil profusus facit. Non enim absurde credetur profectus esse Romam Irenæus statim post Pothini mortem ob magni momenti negotia, cum absurdum non fuerit eundem illuc directum esse a Pothino ceterisque Martyribus adhuc in carcere detentis. Eratne enim tunc minus destituta pastore suo Lugdunensium Ecclesia? an remissior persecutionis æstus? an minus necessarius agonizanti Ecclesie Irenæus, lumen columenque afflicti gregis? Immo vero magis tunc necessarius: postea enim sublatis per martyrium Pothino ceterisque Ecclesie alumnis ac ministris, quievit ad tempus Gentilium furor, persecutionisque æstus deservit. Deinde non adeo diuturna erat Romana profectio homini apud Lugdunum constituto, ( quippe quæ quadraginta dierum spatium facile confici potest ) ut ab ea suscipienda deterreri posset quibuslibet rerum angustiis Irenæus.

Sunt etiam in libris Irenæi plura quæ eum Romam petiisse innuunt, qualia sunt quæ de Romana Ecclesia Romanisque Pontificibus, & quæ adversus schismaticos Romæ commorantes scribit. Denique major erat Christianorum erga Martyres honor ac reverentia, quam ut eorum consilia ac vota inter ipsos carcerum squalores concepta negligenter, aut in irritum mitterent: Lugdunensium porro Martyrum eo potior ratio haberi debuit, quod Pothinus, qui totius illius Ecclesie caput erat & pastor, Martyrum quoque dux & coryphæus in Gallia fuerat.

Sed quid si ante Pothini Martyrumque mortem ad Eleutherum profectus est Irenæus? Jam certe evanescet Valesii objectio ipso etiam confitente, quæ alias quoque non nocet. At revera eum vivente adhuc Pothino Romam petiisse suadet narrationis Eu-

PARS I.  
CAPUT  
XIII.

sebianæ series, quæ primum legationem Irenæi commemorat, tum Pothini mortem, Irenæique in ejus locum substitutionem edisserit. (Quod enim de illius Episcopi morte superius dictum erat, hoc ex necessitate non interrumpendâ epistolæ Martyrum contigit, nec Eusebio narranti tribuendum est.) Suadet etiam Hieronymus, qui in libro de ecclesiasticis Scriptoribus, hæc de Irenæo habet: *Irenæus, Pothini Episcopi, qui Lugdunensem in Gallia regebat Ecclesiam Presbyter, a MARTYRIBUS ejusdem loci ob quasdam Ecclesiæ quæstiones Legatus Romam MISSUS, honorificas super nomine suo ad Eleutherum Episcopum PERFERT litteras. POSTEA jam Pothino prope nonagenario ob Christum martyrio coronato, in locum ejus substituitur.* In his distinguit apertissime rerum gestarum ordinem, ut primum legatione perfunctus sit Irenæus, non a Lugdunensi Ecclesia, sed a Martyribus missus; postea vero in locum defuncti Pothini consecratus. Quibus vel Eusebium interpretatur non ita rerum tempora discernentem, vel istud etiam ex aliis auctoribus refert. Alios enim ab Eusebio auctores ea de re consultos esse ab Hieronymo, suggerere videntur nonnulla discrimina, quæ inter ipsius & Eusebii narrationem reperiuntur: hic enim diserte Pothinum asserit nonagenario majorem fuisse; ille fere nonagenarium: Hieronymus Irenæum vocat Pothini Presbyterum; Eusebius, Ecclesiæ Lugdunensis: primus ait Irenæum honorificas *super nomine suo* litteras detulisse; nihil tale in Eusebiano epistolæ fragmento reperitur, quæ ex his verbis continuasse videtur laudes Irenæi, nomini ejusdem respondentem: qui quidem, ut cap. 24 lib. 5. scribit Eusebius, *nomini suo vere respondens, nec solo nomine, sed etiam vite instituto ac proposito pacificus, pro Ecclesiarum pace hæc monuit & allegavit.* His similia viderat Hieronymus in epistola integra Martyrum de Irenæo, quæ forte apud Egesippum jacebat; quem sæpe laudat tamquam rerum ecclesiasticarum indagatorem scriptoremque curiosum. Egesippus enim, teste eodem Hieronymo libro de Scriptor. ecclesiast. *omnes a Passione Domini usque ad suam ætatem ecclesiasticorum actuum rexit historias, & asserit se venisse sub Aniceto Romam, & perseverasse usque ad Eleutherum ejusdem urbis Episcopum.* Unde cum Eleutherum sub ejus Pontificatus initia adierit Irenæus, potuit Romæ videre Egesippum Irenæum. Sed sive viderit, sive non, ad ea certe tempora pervenit, in quibus hæc in Galliis agebantur, quæ ab eo in sua historia esse prætermissa quis existimet? Quamobrem Hieronymo, cui auctor iste familiaris erat, fides major est habenda, quam cuiquam alteri.

Non videri aliam ob causam missum Irenæum, Jam vero ut Valesii argumentum, in nostræ opinionis patrocinium convertam, numquam mihi persuadebit, nec cuiquam alii rem attentius consideranti, Confessores illos & Martyres Christi, ipsum Pothinum Pontificem, totamque illam Ecclesiam, id

Tom. II.

cepisse consilii, ut Irenæus præcipuum lumen & decus Lugdunensis, immo & totius Gallicanæ Ecclesiæ, cui uni incumberebatur novelli hujus ædificii moles, tam procul amandaretur, in ipso, inquam, persecutionis ardore, Episcopo in vinculis posito, supremamque mortis sententiam jamjam excepturo, plurimis in illa Ecclesia Christum abnegantibus, omnibus, ut ait idem Eusebius, tunc temporis gravissimo metu percussis, & hærentibus ob incertum confessionis exitum, comprehensis ex utraque Ecclesia præstantissimis quibusque, & quorum maxime labore atque industria res illic constitutæ fuerant, qui simul omnes in carceribus detinebantur: vix, inquam, sed ne vix quidem credibile est Irenæum, trepidanti Ecclesiæ tam necessarium, Romam mittendum tunc temporis fuisse ob hoc solum, ut litteras ad Eleutherum perferret, judiciumque Gallicanorum fratrum circa novellas Montani ejusdemque farinæ hominum prophetias. Debit igitur subesse alia hujus professionis causa longe majoris ista momenti, quæ eam ipsam Ecclesiam propius attineret, quæque ineluctabilis esset necessitatis: nullaque alia fuit, meo quidem iudicio, quam ut Ecclesiæ jamjam suo pastore viduandæ per alterius consecrationem suppetias ferret Pontifex Romanus. Cum enim alius eo tempore non esset in illa saltem parte Galliarum Episcopus, ut contendimus, qui manus posset imponere, necesse fuit ad Romanum confugere Episcopum, tum propter vicinitatem, tum propter potentiorum, ut loquitur ipse Irenæus, principalitatem: non quidem ut alter Episcopus in eadem Ecclesia Pothino adhuc viventi superordinaretur, sed ut vel in alia Ecclesia constitueretur, vel in Lugdunensi, quod vera factum est, allato Romam de completo Pothino agone nuntio. Hæc, quantum sapio, mens fuit Martyrum, hoc eorum consilium, cum Irenæum Romam direxerunt cum litteris commendatitiis. Huc effusæ illæ laudes spectabant, ut Irenæus Lugdunum remitteretur a Pontifice sacerdotali honore ornatus: non aliam enim ob causam ejus merita extollunt Lugdunenses, zelatorem eum Evangelii Christi prædicant, ac gradum presbyterii, quo ornabatur, commendant, quam ut sua in illum vota pro episcopali munere conferrent, antequam martyrio absumerentur: universus enim pene Clerus in vinculis erat cum suo Episcopo. *Has litteras, inquit, ut ad te perferret, fratri & consorti nostro Irenæo persuasimus: & hortamur, ut ipsum ceteris anteponas (ἐχεν σε ἀπὸν εἰς παραδείσου) tamquam zelo singulari pro Testamento Christi præditum. Si porro putaremus alicui ex loco (seu dignitate) conferri justitiam, eum tamquam Presbyterum Ecclesiæ (hunc enim gradum obtinet) tibi imprimis commendassemus.* His enim verbis, *εἰς παραδείσου*) Irenæum anteponi ceteris cupere se demonstrant, ut ante nos Christophorus animadvertit in sua Eusebii versione: quod intuitu dignita-

H h h t i s

tis episcopalis, quam ei conferri peroptabant, mihi videtur esse ab iis scriptum Papatæ Eleuthero.

Ut demum ei difficultati satisfaciamus, quæ ex fine capitis 3. sumitur: ubi litteræ Martyrum de Pseudoprophætis Montani videntur non perlatae esse ante Pothini mortem, cum subjunctæ fuisse dicantur ab Eusebio amplissimæ illi Lugdunensis Ecclesiæ de Martyribus epistolæ: dico duo distinguenda esse in Eusebii narratione, quæ vulgo non discernuntur. Duplex enim legatio ibidem indicatur, una in Asiam & Phrygiam, quæ Irenæo non est imposita, altera ad Eleutherum, quam unicam ut susciperet Irenæus rogatus est a Martyribus. Qui Asiatica defuncturi erant, non statim profecti sunt: quoniam non extemplo sese navis obtulit, quæ in Asiam Phrygiamque vela faceret, Legatosque illuc deportaret: cujus occasio ante completum Martyrum agonem non occurrit. Cum vero Romani itineris aggrediendi numquam non præsto esset occasio, & magis urgeret causa, quæ Irenæum ut Romam iret impellebat, nihil fuit quod illum diutius apud Lugdunum retineret, ac proinde viæ se dedit statim atque huic muneri obeundo delectus est.

Rem totam uno verbo conficio: cum temeraria videatur eorum conjectura, qui Irenæum negant Romanam legationem obiisse; perinde mihi est seu ante Pothini mortem, seu mortuo eodem, iter aggressus sit Irenæus. Sed si post mortem Pothini, quod pluribus placet, profectus est; adeoque antequam illius successor ordinaretur; profecto inde probabilior evadit sententia nostra: argumentum enim est ordinationem Pontificis non potuisse tunc temporis sine vicinorum Episcoporum auxilio celebrari: alioquin de nulla re prius cogitasset illa Ecclesia, quam de substituendo in locum Pothini Episcopo in tantis rerum angustiis perneccessario, nec reditum sui Irenæi ex tam longinqua profectioe expectasset; sed nec profectioe manus umquam dedisset Lugdunensis Clerus.

His pertractatis ac elucidatis manifestum est, nisi fallor, nihil ex hoc Eusebii loco, quem non indiligenter excussimus, posse erui, quod Arelatensis Ecclesiæ jura concutiat ac pessumdet.

*Quid de Celidonii appellatione ad Sedem Apostolicam sentiendum sit? Et utrum eadem contradicens Hilarius Arelatensis ordinem a majoribus suis custoditum turbaverit? ubi primum de causa Marciani Arelatensis Episcopi.*

Nunc ad alia capita properandum, quæ Leo noster adversus Hilarium urget in sua epistola; atque in primis examinanda Celidonii appellatio ad Sedem Apostolicam, quam cum ægre admodum tulisset Hilarius, & judicium suum a Leone retractari non debuisset strenue adversus ipsum contendisset, hæc gravissimæ inter utrumque simultatis origo fuit. Hæc igitur S. Leo in ea epistola ad Provinciæ Viennensis Episcopos, quibus jus suum ex antiqua consuetudine in Galliis recepta defendit. *Nobiscum, Epist. 10. ad Episc. Provinc. Vienn. c.2.* inquit, *vestra fraternitas recognoscat, Apostolicam Sedem pro sui reverentia a vestra etiam Provincie Sacerdotibus, innumeris relationibus esse consultam, & per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, appellationem causarum aut retractata, aut confirmata fuisse judicia; adeo ut, servata unitate spiritus in vinculo pacis, commendantibus hinc inde litteris, quod sancte agebatur, perpetua proficeret caritati. Quoniam sollicitudo nostra non sua quærens, sed quæ sunt Christi, dignitatem divinitus datam nec Ecclesiis, nec Ecclesiarum Sacerdotibus abrogabat. Sed hunc tramitem semper inter majores nostros & bene tentum, & salubriter custoditum, Hilarius Ecclesiarum statum, & concordiam Sacerdotum novis presumptionibus turbaturus excessu: ita sua vos cupiens subdere potestati, ut se beato Apostolo Petro non patiatum esse subjectum &c.*

Controversiæ cardo in eo positus est: utrum recepti tunc in Gallia Canones & Gallicanæ Ecclesiæ mores ac consuetudo id ab Hilario exigerent, ut sententiam rite & canonice in Gallicana Synodo prolatam ab Episcopo Romano ad examen revocari, & vi appellationis aut confirmari, aut retractari sineret.

Quid posterioribus sæculis actum fuerit, vel fieri debuerit; quid novo, ut ajunt, jure, nostra vel majorum nostrorum ætate; quid etiam per illa tempora in aliis Provinciis fuerit usu inductum, non est hic animus inquirere: quippe quod ad Hilarii causam non facit. Satis enim superque sanctissima ejus memoria ab omni improbæ cupiditatis nota vel violati pontificii juris suspicione vindicabitur, si nihil ab ipso præsum-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

<sup>1</sup> Quæ in hoc & sequentibus capitibus proferruntur, ad vivum refecantur in Observ. part. 1. a cap. 4. ad 7. usque. Hanc controversiam revocari ad quæstionem non meri facti, sed juris; & jure Leonem in Celidonii

appellatione judicasse; nec consuetudinem, aut Canones, multo autem minus divinum jus Quesnelli sententiæ favere; Hilarii quoque apologiam male ab eodem contextam exinde patet.

sumtum esse ostenderit, quod Gallicanæ Ecclesiæ consuetudini consonum non esset, nec ullam umquam appellationem a Gallicanis partibus ad Romani Episcopi tribunal esse delatam ab ipsis fidei incunabulis usque ad Hilarii Arelatenensis tempora. Totum igitur opus, totus labor noster in examine erit facti, non in discussione juris, quæ ab instituto nostro aliena est. Quod ut rite ac secundum juris ipsius leges inquiratur, non ex Leonis epistola aliisque scriptis discutendum est; nemo enim in propria causa testis est idoneus: sed ex publicis, quæ supersunt Ecclesiæ monumentis, quæ quid in occurrentibus Episcoporum causis gestum sit, sincere exhibent.

Porro jam a primordiis seminati intra regiones nostras Evangelii hoc Antistitum Gallicanorum mentibus inolevit, quod Africanis semper fuit persuasum totis his quadringentis quinquaginta & amplius annis: nempe 2 Episcopatum unum esse atque indivisum, cujus a singulis in solidum pars tenetur; ac proinde si quem ex portione gregis Christi adscripta, quam regit pastor unusquisque ac gubernat, in aliquod crimen prolabi contingeret, apud eundem agere causam suam compelli debere, servato appellandi ad Provinciam vel etiam ad majorem Synodum jure. Si quis secus fecisset, & ad extraneos judices vellet per appellationis libellum confugere, is Episcoporum concordiam coherentem collidere, unitatemque scindere merito putabatur. Auctoritas autem, quæ Episcopis quibusque in suos Presbyteros, ceterosque gregis sui alumnos competeat, hæc eadem Metropolitanis una cum provincie Concilio in comprovinciales Episcopos deferrebat jure quodam naturali, & consuetudine ab omnibus recepta, quam sacrosancta postmodum Conciliorum firmavit auctoritas.

Marciani Arelaten-  
sis Episco-  
pi causa.  
An.D. 250.

3

Epistola  
67. S. Cy-  
priani, que  
de Mar-  
ciano, ge-  
nuina.

Hanc disciplinæ formam testatam habemus illustri exemplo, quod ex iis quæ Nicænum Concilium præcesserunt, superest unum in Gallicanis monumentis; 3 in Marciani scilicet Arelatenensis Episcopi causa, qui Novatianorum partes in Galliis fovebat, plurimosque e catholico grege suo pridem afflarat veneno. Non me latet eam S. Cypriani epistolam ad Stephanum Pontificem Romanum, quæ Marciani nobis historiam pandit, suspectæ apud aliquos fidei esse habitam, immo apertæ *voûéas* argui a doctissimo antiquitatis scrutatore Joanne Launoio. Verum ab omnium editionum Cypriani procuratoribus pro germana habetur, in primisque a clarissimo inter eruditos Rigaltio, nec non ab erudito viro Lomberto, qui & privatis quas ad nos ea de re scripsit pro communi necessitudine litteris eam epistolam Cypriano doctissime asserit, & publicis etiam notis, quibus elegantissimam suam Cypriani versionem nuper ornavit.

Tom. II.

Eam etiam epistolam exhibent perantiqui Codices MSS. quos inter Veronensis, ut optimæ notæ, laudandus, cujus meminit editus Cypriani Codex Thuanæ Bibliothecæ, ad cujus marginem descriptæ sunt variorum lectiones ex variis Italiae Bibliothecis excerptæ. Denique nihil est, quod a Cyprianica dictione abhorreat, vel ab ejus mente sit alienum, ut merito genuinus illius auctor credendus sit Cyprianus.

Marcianus igitur Arelatenensis Episcopus Novatiana labe infectus Gallias vastabat sedis suæ amplitudine fretus. Cum autem ceteri Episcopi Gallicani adversus hominem in sua Provincia potentem nihil auderent, nec id etiam temporum ratio sineret; cum præterea plebs Arelatenensis Marciani fraudibus decepta Episcopum suum tueretur ac defenderet, uti ex epistola Cypriani licet conicere, a ceteris exterarum Provinciarum Episcopis opem imploraverunt, præcipueque a Romano & Carthaginensi, quorum maxima, licet longe dispar, erat in Ecclesia auctoritas. Ad utrumque ergo litteras dederunt Faustinus Lugdunensis Episcopus, & Romanæ Provincie, id est Narbonensis solidæ Episcopi. In primis vero Romanum Episcopum tamquam cœtus episcopalis caput apicemque sollicitabant, ut Ecclesiæ sub schismatici Episcopi jugo laboranti adesset auctoritate sedis suæ fretus: quod eam ob rationem egerunt, quod & nullum in ea Provincia sibi imminentem habebat Marcianus, & non ita pridem a Sede Apostolica transmissum acceperat Trophimum, de cujus indigno successore Marciano apud ipsum querelam deferendi jus habebat. Tardante vero Stephano, nec suppetias ferente, iterum ad Cyprianum scripsere Galli, ut ipse apud Romanum instantius ageret de Marciani depositione procuranda. Fecit quod rogabatur Cyprianus, deditque litteras ad Pontificem querelarum precumque Gallicanæ Ecclesiæ indices, in quibus utriusque Ecclesiæ mentem ac disciplinam licet intueri.

Dum igitur Stephanum conveniunt per litteras suas Cyprianus, & per Cyprianum Episcopi Galliarum, quid, amabo te, ab eo præstari cupiunt ac postulant? An ut Marcianum ad se evocatum, tribunali suo præsentem sistat? minime. An ut aliquem e latere suo deleget in Provinciam, qui perduellem Episcopum vicaria sui potestate judicet? Neque hoc magis. Forte ut e sede sua sententiam ferat, quam Gallicanis postmodum Episcopis tamquam executoribus effectui mandandam committat; vel ut ab ipsis quidem adversus Marcianum judicium ornari imperet, quod ad se transmissum discuteret, & prout e re visum esset, vel confirmaret vel infirmaret? Nihil tale vel somnium a Cypriano. Qui si tale quid faciendi Pontifici Romano auctor fuisset,

H h h 2

ti-

Quid Gal-  
licani Præ-  
sules a  
Stephano  
PP. postu-  
larint de  
Marciano.

EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Vide Observ. part. 1. c. 7. n. 11.

3 Confer ibidem c. 5. n. 14. & seqq.

timuisset profecto ne quemadmodum in causa Apiarii scripsere Cælestino Papæ e Synodo Africæ generali Cyprianici vigoris ac Episcopatus heredes: ne, inquam, fumum typhum sæculi in Ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis & humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videretur inducere. Quid ergo a Stephano petunt? Hoc unum, ut Gallicanos Episcopos plebemque Arelatensem moneat, ne ultra Marciano communicent, sed ut, eo absento, alter in ejus locum eligatur.

*Tractatus Gallicus de Judiciis Canonis in causis Episcoporum c. I. art. I.*

Video quidem auctores nonnullos magni nominis hanc epistolam mirum in modum jactare pro suprema Pontificis Romani in Episcopos deponendos potestate; quos æmulatus aut etiam prætergressus novitius quidam scriptor, multa aggerit homine causis forensibus procurandis addiæto digniora, quam in theologicis versato. Primum igitur quod ait hoc est, in epistola Cypriani de Marciani Episcopi depositione agi. 2. Ex eo quod Cyprianus Marcianum ad Synodum Provinciale non petit remitti, Synodorum Provincialium in Episcopos deponendos potestatem sibi persuadet pessumdari. 3. Cyprianum in hac epistola agnovisse in Episcopo Romano supremam Episcopos judicandi potestatem, in eosque primam depositionis sententiam ferendi. 4. Hujus potestatis in Romano Pontifice causam & fundamentum hoc esse; quod *sedes Romana sit fons & origo Sacerdotii JESU CHRISTI*. Ita enim interpretatur hæc Cypriani verba: *Unde unitas sacerdotalis exorta est.*

Nihil de depositione in epistola S. Cypriani.

Quod ad primum attinet, nequaquam verum est hic agi de depositione, cujus nomen quidem apparet in epistola, sed de abstentione agitur; cujus a depositione discrimen qui ignorat, ad iudiciorum canonicorum tractationem illotis, ut ajunt, manibus pedibusque accedit. Supponit enim Cyprianus Marcianum sine ulla Synodi sententia vel alio iudicio, sententiæ adversus Novatianum prolatae subijci debere. Quid enim egisset Synodus? an errorem damnasset? at in Novatiano jam olim proscriptus fuerat a Concilio plurimorum Sacerdotum, ut loquitur Cyprianus, qui & partem se illius fuisse testatur. An ideo adornasset iudicium adversus Marcianum, ut is in schismaticorum numero esse convinceretur? Sed habebant omnes Episcopi, totaque Provincia consentientem reum: qui convinci de errore propugnato non indigebat; cum palam, ut testatur hic Cyprianus, Collegio Episcoporum insultaret; cum jam pridem jactaret & predicaret, quod Novatiano studens & ejus pervicaciam sequens, a communione se ecclesiastica segregasset; cum Episcopis illuderet, & de majestate ac dignitate Ecclesiæ judicaret; cum se Novatiano conjungens, adversarius misericordiæ & pietatis extaret, & ipse jam esset ab universis Sacerdotibus iudicatus. An denique Synodus congregaretur, ut depositionis sententia in Marcianum pronuntiaretur? Verum jam eam ipse, ut mox vidimus, pronuntiarat, a communione

*Ibidem.*

se Ecclesia segregans, a catholica Ecclesia veritate, atque a corporis nostri, inquit Cyprianus, & Sacerdotii consensione disjungens, tenensque hæreticæ præsumptionis durissimam pravitatem. Unde cum ait Cyprianus de Marciano: *Sententiam non dicat, sed accipiat*: non de nova sententia vel a Synodo vel a Pontifice Romano, ut putat auctor ille, proferenda scribit: se enim ipse satis explicat Cyprianus, cum statim interpretationis vice addit: *Cum ipse sit ab universis Sacerdotibus iudicatus*: a Lucio videlicet & Cornelio Romanis Pontificibus, qui dandam esse lapsis pacem censuerunt, & penitentia acta fructum communicationis & pacis negandum non esse litteris suis signaverunt: quam rem, addit S. Cyprianus, omnes omnino ubique consuimus. Prolata enim vero semel sententia in hæresis vel schismatis auctorem, in omnes illius sequaces prolata esse censebatur: alioquin vel nimium grave esset Episcopis toties in Synodum convenire, illis præsertim temporibus, quoties Episcoporum, vel Presbyterorum aliquis erroris se damnati fautorem redderet; vel satis Ecclesiæ salutis consultum non esset, si solo hæresis schismaticive alicujus auctore damnato, ejus discipuli impune grassari per Ecclesiam sinerentur. Unde hæc Cypriani verba: *Quam vanum est, frater carissime, ut Novatiano nuper retuso & refutato, & per totum orbem a Sacerdotibus Dei absento, nunc adulatoribus ejus nobis patiamur illudere, & de majestate ac dignitate Ecclesiæ judicare.* Certe si quando hæc Felicis Papæ sententia in praxim vocari debuit, ubi ait: *Facta semel Synodus abjecti cujuslibet erroris cunctos sequaces consequenter involvit*: tunc quam maxime eidem obsequendi necessitas fuit, cum ubique tyrannorum furor Ecclesias populabatur, & Episcopis in lucem Synodorum prodire non licebat. *Non enim fuit Marcianus novi vel proprii inventor erroris* (ut in Acacii causa dicebat Gelasius Papa epist. 4. ad Faustum) *ut in eum nova scita prodirent; sed alieno facinori sua communione se miscuit.* Quamobrem, inquit idem ante verba jam relata, hoc non solum Præsuli Apostolico facere licet, sed cuicumque Pontifici, ut quoslibet & quemlibet, secundum regulam hæreseos ipsius ante damnata a catholica communione discernant.

Hujus igitur auctoritate sententiæ jamdiu debuerat Marcianus abstinere a Gallicanis Episcopis & plebe Arelatensi, quorum tarditatem culpat Cyprianus, ex eoque solum excusat quod eum non auderent abstinere, quem a magnarum sedium Episcopis nondum abstentum viderant: *Quod necdum a nobis videtur abstentus, qui jam pridem jactat* &c. adhuc enim, ut ex fine epistolæ conijcere licet, ad Marcianum fratres dirigebant, & ei communicatorias litteras scribebant, nondum plene cognita ejus pervicacia. Ut igitur a Gallicanis Episcopis, & a novella adhuc Provinciæ Romanæ Ecclesia abstinere Episcopus Arelatensis, petit Cyprianus, & quasi tarditatem Stephani in-

cre-

*Ibidem.*

*Ibidem.*



PARS I. crepans pro jure communi Ecclesiarum postulat, ut absentem a se Marcianum esse indicaret suis litteris. *Qua propter facere te oportet plenissimas litteras ad Coepiscopos nostros in Gallias constitutos ne ultra Marcianum pervicacem, & superbum & divinæ pietatis ac fraternæ salutis inimicum Collegio nostro insultare patiantur, quod necdum a nobis videtur absentis: ubi per illud, NOBIS, satis insinuat Gallos non solius Romani Pontificis sententiam attendisse, sed etiam Carthaginensis, quem & pro sua parte in Gallias scripsisse verba hæc dubitare non sinunt; præfertim cum superius dixerit: Cui rei nostrum est consulere & subvenire, frater carissime: & postea suum a fratribus Gallicanis postulatum esse asserat auxilium. Solatium, inquit, nostræ opitulationis exposcunt. Quamquam nemo, nisi in Apostolicam Sedem male affectus, negaverit, tanto plus ponderis & auctoritatis habere Litteras Romani Pontificis, quam Cypriani, quanto Roma præstat Carthaginæ, ac Petrus Apostolus, Cathedraque Apostolicæ hæres Stephanus ceteris Apostolis atque Episcopis præminent.*

Quod secundo loco affirmat auctor ille, Cyprianum nullam fecisse mentionem de Synodo, intemperantiusque insultat doctissimo Præfuli Petro de Marca, quasi aliquid quod Synodorum potestati suffragetur, in hac epistola quærenti frustra, infulse admodum hoc scriptum est. Primum enim ex dictis manifestum est nullam fuisse Synodi cogendæ necessitatem, cum jampridem Marcianus in Novatiano damnationis excepisset sententiam; sufficeretque ut Romana Ecclesia, quæ omnium Ecclesiarum princeps, & Arelatenfis etiam matrix erat per missionem Trophimi, una cum Carthaginensi, indicaret absentem a se Marcianum, ab illius etiam Ecclesiæ Clericis & totius Provinciæ Episcopis pariter abstinendum esse. Deinde vix liberum erat tunc temporis in ea parte Galliæ Conciliorum congregatio, fervente nimirum infidelium odio in novellam Ecclesiam, quæ si Episcopus suos e latebris ad Synodorum lucem emisisset, certo mortis exposuisset periculo. Si quis tamen adversus auctorem istum contendere velit totum istud Marciani negotium in Gallicana Synodo agitatam & terminatam fuisse, hoc sine ratione ac fundamento non asseret, sed potius ex ipsa Cypriani epistola facile probabit. Constat enim alium Episcopum Arelatensem in locum Marciani constitui & consecrari non potuisse sine aliquot Episcopis in unum congregatis ad impositionem manuum

celebrandam; quem conventum quis Synodi nomine non dignandum existimet? Porro in eadem Synodo absentem Marcianum prius esse declaratam indicant Cypriani verba, qui utrumque negotium connectit. *Dirigantur, inquit, in Provinciam (id est, ad Coepiscopos in Gallias constitutos, ut prius dixerat) & ad plebem Arelate consistentem a te litteræ, quibus absente Marciano alius in locum ejus substituat, & grex Christi, qui in hodiernum ab illo dissipatus & vulneratus contemnitur, colligatur.* Hæc omnia Synodi materies erant, quam proinde satius est credere fuisse collectam, si quidem temporum ratio permittit: ita ut sive absentio in proprio significato, sive in extraneo pro depositione accipiatur, ut videtur accipi a Joanne Davide, nihil erit in hac Cypriani epistola, quod Synodorum auctoritatem non confirmet, nedum evertat.

Quid porro Cyprianus de Pontificis Romani circa depositionem Episcoporum potestate senserit, non est hujus loci inquirere: satis clare mentem suam aperit aliis in locis. Sufficit, quod ad rem præsentem spectat, probasse, nihil in causa Marciani postulasse Gallos a Stephano Papa, quod a Cypriano similiter non petierint; nihil Cyprianum scribi voluisse in Gallias a Romano Pontifice, quod ipse non scripserit; totamque demum causam Synodi Gallicanæ potestati fuisse relictam.

Opposita Davidis, non utique Prophetæ, doctrina ut novella est, & a sancto Episcoporum ordini injuriosa, ita probari non decebat nisi propositione, quam theologicæ aures ferre non possunt, utpote & antiquitati absonam, & Sacerdotio Christi contumeliosam. Quis enim ferat Sacerdotii Christiani originem ad alium referri, quam ad Mediatorem Dei & hominum hominem JESUM CHRISTUM, a quo immediate institutum est; quique unus ut episcopalis potestatis ac sanctimonix fons & origo, utramque in Episcopos omnes diffundit? *A Deo enim & per Deum*, ut habet Cyprianus, *Sacerdotes ejus in Ecclesia constituuntur.* Quod & fusius comprobare non refugerem, si cum homine Theologo mihi res esset. Etsi autem eo nomine ipsi parcimus, quis tamen patienter ferat, ut hæretico dogmati suffragium ex Cypriano per pravam versionem arcessere conetur, dum hæc verba, *Unde unitas sacerdotalis exorta est*, his aliis reddit, *Quæ origo est Sacerdotii JESU CHRISTI? Quasi idem ac unum essent Sacerdotium & unitas sacerdotalis.* Quæ 4 quo sensu in Petrum

PARS I.  
CAPUT  
XIV.  
Ead. Ep.  
67. S. Cypriani.

Joannis Davidis erroneum dogma de Sacerdotio Christi.

S. Cypriani epist. 69. ad Florentium.

S. Cyprien reconnoit ce Siege (Romaine) pour etre la source du Sacerdoce de Jesus-Christ.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4

4 Hic Quæsnellus eum tantum sensum ingerit, quem heterodoxi asserunt, ut a Petri cathedra primatum præcipuæ jurisdictionis excludant. Cum Gallicana Ecclesia in Petri sede centrum unitatis agnoscat; nonne harum vocum vi plus aliquid significare vult, quam meram repræsentationem & imaginem unita-

ris? Certe unitatis origo, quam pluribus in locis Cyprianus constanter inculcat, vim quamdam præcipuam exprimit compingendæ unitatis: cumque idem S. Martyr in lib. de unit. Eccl. tradat: *Unitas servatur in origine*: præcipuam quamdam vim non tam formandæ, quam conservandæ unitatis in Petri cathedra agno-

PARS I.  
CAPUT  
XIV.Joann. Da-  
vid de ca-  
nonicis E-  
piscoporum  
judiciis

e. 1. art. 1.

trum ac Petri cathedram a Cypriano refun-  
datur, intelligit lector ex his ejusdem ver-  
bis libri de unitate Ecclesie. *Quamvis*, in-  
quit, *Apostolis omnibus post resurrectionem*  
*suam parem potestatem tribuat . . . tamen ut*  
*unitatem manifestaret, unitatis ejusdem ori-*  
*ginem ab uno incipientem sua auctoritate dis-*  
*posuit. Hoc erant utique & ceteri Apostoli,*  
*quod fuit Petrus, pari consortio præditi &*  
*honoris & potestatis; sed exordium ab uni-*  
*tate proficiscitur, ut Ecclesia una monstretur.*

## CAPUT XV.

*Ex ejusdem ævi disciplina illustratur Marciani*  
*Arelatensis causa in Synodo absoluta.*

**P**Aullo fufius hanc Marciani causam ex-  
cuffimus, ut hoc unico exemplo, quod  
nobis ex primæva illa antiquitate Gallica-  
na superest, evinceremus, nullo alio judicio  
Gallicanum esse præventum, nullo retracta-  
tum. Tota enim in comprovinciales Epi-  
scopos potestas penes synodicos conventus  
residebat, tum in Galliis, tum in aliis re-  
gionibus. Alterum nobis adest exemplum ex  
ejusdem B. Cypriani epistola 68. de i Mar-  
tiali & Basilide Hispaniæ Episcopis, in quos  
idololatriæ convictos depositionis sententia  
lata fuerat in provinciali Synodo. Cum  
enim *Basilides post crimina sua detecta, &*  
*conscientiam etiam propria confessione nuda-*  
*tam, Romam pergens Stephanum Papam lon-*  
*ge positum, & gestæ rei ac tacitæ veritatis*  
*ignarum sefellisset; ut exambivert reponi se in-*  
*juste in Episcopatum, de quo fuerat juste de-*  
*positus: priori tamen sententiæ standum esse*  
*respondit Cyprianus ab Hispanis Episcopis*  
*consultus, omisso Stephani judicio, quod re-*  
*scindere ordinationem alterius Episcopi, in*  
*locum Basilidis substituti, jure perfectam*  
*non potuit. Basilides porro appellatione sua*  
*aliud nihil profecit, quam ut cumularet de-*  
*licta, & ut ad priora peccata ejus etiam fal-*  
*laciæ & circumventionis crimen accederet.*

Epist. 5.  
piani 68.  
Ed. Pame-  
lii.

Ex Nicæ-  
no & Con-  
stantino-  
politano  
Canonibus  
confirma-  
tur disci-  
plina ead-  
dem.

2

Hujus porro disciplinæ causam & origi-  
nem in episcopalis dignitatis natura ac sa-  
crofanctis privilegiis fundatam 2 Nicæna  
nobis Synodus aperit, quæ jus illud non  
scriptum, scriptis canonibus totius mundi  
reverentia, ut Leo loquitur, consecratis san-  
xit atque firmavit. Sic enim se habet Ca-

non v. *De his qui communionem privantur, seu ex Clero, seu ex laico ordine, ab Episcopis per unamquamque Provinciam sententia regularis obtineat, ut hi qui abjiciuntur, ab aliis non recipiantur. Et postea: Placuit annis singulis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari, ut communiter omnibus simul Episcopis congregatis discutiantur ejusmodi quæstiones. Tametsi enim Canon ille depositionem Episcoporum inter ejusmodi quæstiones non designet expressis verbis; hunc genuinum esse Canonis sensum sibi quisque facile persuadebit, qui Concilii Constantinopolitani Patres audire vulerit Canone suo secundo Nicænum interpretantes. Non invitati, inquit, Episcopi ultra Diocesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, vel quibuscumque disponendis ecclesiasticis causis; servata regula, quæ superscripta est, de unaquaque Diocesi. Manifestum namque est, quod per singulas quasque Provincias provincialis Synodus administrare & gubernare omnia debeat, secundum ea quæ sunt in Nicæa definita. Administrationis vocabulo judicia adversus Episcopos comprehendere æque ac alia ecclesiastica negotia ostendit illustrissimus Petrus de Marca lib. 7. Concordiæ Sac. & Imp. cap. 2. & 5. & hujus interpretationis adimplutores habemus 3 Concilii Africani Patres in epistola ad Cælestinum Papam, quem sic alloquuntur. *Decreta, inquit, Nicæna sive inferioris gradus Clericos, sive ipsos Episcopos suis Metropolitanis apertissime commiserunt. Prudentissime enim justissimeque viderunt quæcumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda, nec unicuique Provincie (al. providentiæ) gratiam sancti Spiritus futuram, quo æquitas a Christi Sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissime teneatur: maxime quia unicuique concessum est, si judicio offensus fuerit cognitorum, ad Concilia suæ Provincie, vel etiam universale provocare. Eidem sententiæ suffragantur 4 Innocentius PP. epist. ad Victricium Episc. Rothomagensis capite 3. & 5 Concilii Antiocheni Can. 15. quo statuitur sententiam ab omnibus Episcopis alicujus Provincie latam ab aliis Episcopis retractari nec debere, nec posse.**

6 Sardicensis Synodum familiare est in hoc

PARS I.  
CAPUT  
XV.

3

Epistola  
Concilii  
Africani,  
ad calceni  
Codicis  
Africani,  
nec non  
& Dio-  
nyssiani.

4

5

Ex Sar-  
dicensibus  
canonibus  
sumtum  
jus appel-  
lationum.

6

## EDITORUM ADNOTATIONES.

agnoverit necesse est, non autem meram ejus  
repræsentationem aut figuram; ita ut in hac  
præcipua vi jus aliquod peculiare Petri intel-  
ligendum sit, quo omnes Sacerdotes totius Ec-  
clesiæ catholicæ cum suis cujusque Ecclesiis  
Petri cathedræ adhærere debeant, ne si ab ea  
separentur, extra Ecclesiam sint. Ita enim  
commode intelligitur, quomodo ex Petro seu  
ex ipsius cathedra *unitas sacerdotalis exorta sit*,  
ex epist. 55. & quomodo Christus ex Petro  
Ecclesiæ ipsius unitatem, ac *unitatis originem*  
*instituerit*, ex epist. 73.

1 Vide Observ. in part. 1. c. 5. n. 6.

2 Nicæni Canones & Constantinopolitanus,  
qui hic allegantur, cum de episcopalis ju-

diciis statuunt, appellationes ad Romanum  
Pontificem si non adstruunt, certe non exclu-  
dunt. Quibus autem canonibus hoc jus sta-  
tuatur, vide Observ. part. 1. c. 6.

3 Africanorum sententiam explicavimus eo-  
dem capite n. 20. & seqq.

4 De Innocentio vide Observ. part. 1. c. 5. n. 20.

5 De Antiocheno Canone, qui solus appel-  
lationes videtur adimere, videbis ibidem c. 6.  
num. 3.

6 Sardicensium Canonum genuina interpre-  
tatio, eorumque auctoritas etiam apud vete-  
res Gallicanos Episcopos explicatur & consti-  
tuitur eodem c. 6. a n. 4. ad n. 19. ibique om-  
nia Quesnelli commenta disjiciuntur.

hoc negotio proferre, indeque velut palmare argumentum sumere, quo appellationis jus a Synodis ad Sedem Apostolicam jam tunc canonica auctoritate stabilitum esse comprobetur. Quamvis enim hujus Concilii non meminerit S. Leo de appellationibus agens in hac ad Viennenses epistola, sed veteris tantummodo consuetudinis (*Sicut vetus*, inquit, *consuetudo posebat*) illi tamen Concilio debetur earum appellationum origo, & illius Canones sub Nicænorum nomine allegavit ipse Leo aliquot post annis in causa Flaviani CP. Episcopi. Inde, inquam, appellationum usus ratio quæ sita est a Romanis Pontificibus, licet revera nihil de appellationibus decernant Sardicenses Patres, sed tantum retractationis seu revisionis causæ decernendæ potestatem faciant Romano Episcopo, ut demonstrat illustris. Petrus de Marca de Concil. lib. 7. cap. 3. & ex ipsa Canonum Sardicensium lectione manifestum sit. Quæ potestas retractationis in ipsa Provincia decernendæ, etsi jure appellationum longe inferior sit, trepide tamen & dubitanter admodum ab Osio proposita est, qui rem novam, Canonibus Nicænis minime consonam, constantique adversam consuetudini quasi supplex, & honorandam S. Petri memoriam prætendens exoravit. *Si vobis placet*, inquit, *sancti Petri Apostoli memoriam honoremus*. Sed tantæ auctoritatis non fuit apud Episcopos sive Orientales sive Occidentales Sardicensis Synodus, ut hujusmodi definitioni statim inhærendum esse censuerint. Hoc enim retractationis jugum a suis semper humeris amoliti sunt Orientales, qui ob hanc forte causam Concilii istius Canones in suas collectiones non retulerunt, sicut nec Gallicani. Africani etiam numquam illam appellationis seu retractationis prerogativam admiserunt, ut patet ex synodica ad Celestinum Papam epistola, quæ testatur antiquam esse consuetudinem ac disciplinam, ut Episcoporum & Presbyterorum causæ extra Provincias vagari non sinerentur; sed ubi orta erant negotia, ibi Metropolitanorum auctoritate esse finienda: unde ne de Sardicensibus quidem audivisse, sed unius Nicæni Concilii Canones cum suis pro regula habuisse Africanos, manifestum est.

Quod ad Gallicanam Ecclesiam, hoc notatu dignum est, de Sardicensibus mentionem non esse factam a sancto Leone in hac adversus Hilarium querela, quæ de appellatione nata erat. Solam enim consuetudinem obtendit Pontifex ambiciosus Hilarii, ut putabat, conatibus: quod magno argumento est Leonem per S. Prosperum hominem Gallum, quem a secretis habebat, vel per seipsum dum in Galliis ageret certiore factum esse, hos Canones a Gallicana Ecclesia non recipi: ut superfluum esset eos in medium adducere: si enim inferti fuissent

Gallicano Canonum Codici, in propria causa prævaricatus esset Leo, eos Canones commemorare omittens, quibus & plurimum Sedi Romanæ deferebatur, & Hilarius tamquam Canonum etiam in Gallia receptorum violator potuisset judicari. Nisi dixeris, Leonem ab his abstinuisse: tum quia repulsam noverat, quam Cælestinus Papa ab Africanis passus fuerat ob istos Canones Nicænis Patribus attributos: tum quia pro ingenio suo videbat Canones Sardicenses nihil de appellationibus, vel de retractatione sententiæ Romæ peragenda statuere, sed amplius nihil Romano Pontifici concedere, quam ut novum judicium in eadem Provincia celebrandum indiceret: quod in causa Celidonii ab eo præstitum non fuerat. Quamobrem veritus, ne parum roboris habitura esset apud Gallos sua epistola, cui nulli Canones militarent, sed quam potius vetus consuetudo canonibus roborata novitatis arguebat, eam curavit imperatoria constitutione muniri: in qua quidem & Petri meritum, & Romanæ dignitatem Ecclesiæ, & sacræ Synodi auctoritatem pro Sedis Apostolicæ firmanda amplitudine commemorat Valentinianus, de Sardicensi vero Synodo pro afferendo appellationum jure mirum servat silentium: quod argumento est, Gallis ignotam fuisse disciplinam Sardicensibus decretis inductam, quæ illis opponere minime ausi sunt Romani.

## CAPUT XVI.

*Excutiuntur aliæ Episcoporum causæ, quæ ante Hilarium exortæ sunt in Galliis post Nicænum & Sardicense Concilia.*

Prima inter causas Gallorum, quæ post Nicænam Synodum tractatæ sunt, ea est quæ Concilium Agrippinense occupavit ann. 346. in quo 1 Euphratas Coloniae Agrippinæ Episcopus, quod Christum Deum negaret, damnatus atque exauctoratus est: qui de sententia Synodi per appellationem ad Sedem Romanam deferenda ne cogitavit quidem.

Ab Arelatensi Synodo, quæ Paullinum Trevirorum Episcopum Catholicum injuste deposuit an. 353. a Biterrensi an. 356. unde Saturnini Arelatensis opera sanctus Hilarius in exilium pulsus est, & a Parisiensi anni 362. quæ ipsum Saturninum damnavit, appellatum esse non apparet, licet injusta Paullini & Hilarii damnatio utrique ad Romanum Pontificem confugiendi jus peculiare tribueret.

A Burdigalensi anni 385. ad Imperatorem provocavit Priscillianus, *permissumque id nostrorum inconstantia*, inquit Sulpitius Severus, *qui aut sententiam in refragam ferre debuerant, aut si hi ipsi suspecti habentur, aliis Episcopis audientiam reservare.*

Causa Euphratæ Agrippinensis Episcopi. Ann. 346.

Arelat. Syn. Ann. 353. Biterrensis Syn. Ann. 356. Parisiens. Syn. Ann. 362.

Burdigalensis Syn. Ann. 385. Sulp. Sev. lib. 2. sacræ histor.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 De his causis, ubi nulla appellatio intercessit, vide quæ dicuntur in Observ. part. 1. c. 5. n. 4.

PARS I.  
CAPUT  
XVI.

2

Ibidem.

Ibidem.

Proculi  
Massilien-  
sis Episco-  
pi causa.

3

Instantius vero, qui prior iussus est causam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus esse Episcopatu pronuntiatus est. De Romano Episcopo ab alterutro appellato nulla mentio. Immo cum antea 2 Instantius, Salvianus, & Priscillianus a Cæsaraugustana Synodo absentes damnati, Romam profecti essent, ut apud Damasum Urbis ea tempestate Episcopum objecta purgarent... ne in conspectum quidem ejus admissi sunt. Additum quippe fuerat in synodali adversus eos sententia, ut si quis damnatos in communionem recepisset, sciret in se eandem sententiam promendam.

Sed majoris momenti est Proculi Massiliensis Episcopi causa, cujus 3 ad se traxisse etiam primam cognitionem Zosimus dicitur, instante Patroclo Arelatensi, cujus & studio depositus est. Hoc Illust. Petrus de Marca dicit actum esse Romæ post Gratiani legem promulgatam, quæ Romani Pontificis iudicio commiserat Metropolitanos, quamque merito jure non multi faciebant Gallicani, utpote consuetudini ecclesiasticæ receptisque regulis adversam.

Quicquid sit de hac lege, quæ Canonum sanctiones infirmare non potuit; non est cur nos Zosimi conatus iste plurimum sollicitet. Primum enim ex solo facto jus nasci cuiquam non potest, præsertim cum repugnantes & contradicentes habet adversæ partis patronos. Deinde Zosimi factum appellationum jus nequaquam attinet, neque ex Sardicenis Canonibus patrocinium trahere potest: hi siquidem nec de prima cognitione, nec de appellatione quicquam habent, sed de sola causæ in provincia ipsa retractatione procuranda. Tertio, etsi nolumus epistolis Zosimi fidem derogari, nihilominus totius istius negotii ratio non satis perspecta habetur, quæ non nisi ex his epistolis innotescit. Cum enim auctoritatis sedis suæ amplificandæ studio plurimum laborasse convincatur ex Africanis monumentis, quæ jam superius attingimus, non temerarie conjicimus eandem passum repulsam in Galliis Zosimum, quam in Africa. Et quamquam desunt alia scripta, quæ nos ista edoceant, sufficiunt tamen ipsæ Zosimi epistolæ, ut probetur superior nostra sententia de non admittis apud Gallos Synodi Sardicenis Canonibus, deque auctoritate Romani Præfulis in deponendis ejus regionis Episcopis ibidem tunc minime recepta.

Liquet enim ex earum lectione præcepto

Zosimi 4 Proculum non obtemperasse, nec Romam, quo judicandus vocabatur, petiisse; quamquam non tam ad iudicium vocari videbatur, quam ad fraternum conventum, in quo ejus & Patrocli jura amice expenderentur. Renuit, inquam, illuc se conferre: unde hæc Zosimi querela. *Multa contra veterem formam Proculus usurpasse detectus est in ordinationibus nonnullorum indelitate celebrandis, quas proxime numerosa cognitione discussimus: licet ipse diu expectatus, fastidiose ferens sibi inducias attributas, convenire dissimulet.* Quod quamvis fastidiosæ cuidam superbix tribuat Zosimus, hoc tamen de viro, quem sanctitatis nomine celebrat Hieronymus, sentire nefas ducimus, præsertim cum Zosimo notus non esset, nisi ex testimonio Patrocli, qui & Proculo infensissimus erat, & ut alienæ sedis invasor, multorumque criminum reus hujusmodi ferendo testimonio parum idoneus erat. Crediderim potius Proculum ideo Romanum declinasse iudicium, quod Gallicani Episcopi transalpinis sese iudiciis summittere non consueverant, nec ut id facerent, adduci potuerant ad illa usque tempora. Quamobrem ægre admodum tulerunt Proculi causam Romam a Patroclo esse delatam, illiusque patrocinium libenter susceperunt, nec passi sunt quicquam roboris habere in Galliis Zosimi de Proculi depositione decretum, quod ecclesiasticæ Galliarum consuetudini adversum erat. Ii sunt enim, quos eamobrem objurgat idem Pontifex epist. 12. ad Massilienses. *Addens sibi, inquit, jungitque inquietæ mentis homines, & qui soli possunt favere damnato: per quos, quæ barbarum studiosus cogitat, hac sua confusus societate conficiat.* Si enim quos paucos dicit inquietæ mentis homines, qui Proculo damnato favebant, non præcipui Galliarum essent Episcopi, non ita facile his cessisset Patroclus: quem ex Zosimi litteris novimus non aulum esse ulterius Proculum insectari, nec ea potestate uti, quam illi Pontifex adversus Massiliensem largitus erat. Conqueritur enim Zosimus Proculum suis illicitis ausibus a Patroclo dimissum esse, epistola 11. *Cum, inquit, & in presenti cognoveris, & frequentibus a nobis litteris ipse sis monitus, ut auctoritate Metropolitanæ, quam tibi Apostolicæ Sedis pronuntiatione firmavimus, Proculi ausibus conatibusque illis, quibus adhuc se putat aliqua posse turbare... miror quid post ista Proculo liceat, ut vacet illa, quæ con-*

PARS I.  
CAPUT  
XVI.

Proculus  
Zosimi  
iussioni  
non ob-  
temperat.

4  
Zosim.  
ep. 7. ad  
Episc.  
prov. Vien.  
& Nar-  
bon. 2.

Zosimi  
ep. 12. ad  
Massilien-  
ses.

Zosimi  
ep. 11. ad  
Patroclum.  
Arelat.  
Episc.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Vide ibi n. 10.

3 Hujus causæ cognitionem non ad se atraxit Zosimus; sed Patroclus Gallicanus Episcopus eam ad Zosimum detulit. De jure autem Apostolicæ Sedis in his quoque causis primæ cognitionis lege Observ. part. 1. c. 7. n. 6. & 7. ac ex iis patebit, quam perperam Quesnellus scribat, Zosimum auctoritatis sedis suæ amplificandæ studio laborasse. Quæ vero quæstio inter Zosimum & Africanos fuerit, &

num ex ea colligi queat Zosimum suam auctoritatem voluisse extendere, patebit ex cap. 6. nostrarum Observ. in part. 1. n. 20. & seqq.

4 Cur Proculus initio non paruerit, ex alia ratione collegimus in Observ. part. 2. c. 6. n. 3. ut ne apostolicum jus in hisce causis non agnovisse credatur. Num vero post depositionem se tamquam Episcopum gesserit, non ita certum ibidem ostendimus, ut Quesnellus contendit.

*sueverat, aut pejera committere.* Manifestum est enim ex his verbis Proculum seipsum pro deposito non habuisse, nec habitum esse a Gallicanis Episcopis; sed eum potius sciente approbanteque Galliarum Ecclesia Episcopum egisse, non minori quam antea fiducia ac auctoritate. Constat ex eadem epistola Proculum ordinasse Episcopos, ex privilegio, quod ejus non sedi, sed personæ indulserat Taurinense Concilium. *Post istam,* inquit Zosimus, *delegationem, ecce ad nos rumor advenit Proculum quasi consuetis ludere, & uti moribus suis, junxisse sibi quosdam idoneos turbationibus homines, & post illa, quæ illi interdiximus, ordinasse.* Denique in Episcopatu suo perseverasse, ac supervixisse Patroclo verisimile fit ex epistolæ Cælestini Papæ ad Episcopos provinciarum Viennensis & Narbonensis cap. 4. ubi *Massiliensis Ecclesiæ Sacerdotem, qui dicitur, quod dictu nefas est, in necem patris sui taliter gratulatus, ut huic, qui ejus sanguine cruentatus advenerat, portionem cum eo habiturus, occurreret:* hunc ipsum Proculum esse existimaverim, qui talem calumniam passus fuerit apud Cælestinum occasione necis Patrocli, qui a Tribuno quodam Barbaro circa hæc tempora occisus est, ad occultam, ut Prosper scribit, jussionem Felicis Magistrum militum. Ex quibus liquet inconcussa mansisse in Galliis Patrum decreta, quibus Episcoporum uniuscujusque provincie judicium rata habebantur citra omnem alterius judicii confirmationem, nec hujus regionis Episcopos per illam atatem Sardicenisibus canonibus, appellationumque novitati colla subdidisse.

Ex ejusdem Papæ Zosimi epistolis discimus alios aliquot Episcopos in Galliis sententiam excepisse, quos inter Lazarus Aquensium Episcopus, & Ursus, cujus sedes ignota, numerantur. Nullius tamen appellationem legimus: tantum abest, ut primam sententiam in illos ferre aggressus sit Romanus Episcopus: ita ut Patrocli improbitati ac audaciæ tribuendum sit, quod primum in Proculi negotio tentatum est. Nam veritus ne ordinationem ejus sacris canonibus contrariam in irritum mitterent Gallicani Pontifices, Romani gratiam & favorem sibi variis artibus conciliavit, spemque fecit maxime auctoritatis ejus in Galliis magis promovendæ; quam occasionem avidè arripuit Zosimus, ut imperviam hæctenus hujusmodi consuetudini ac moribus Galliarum circa Episcoporum judicium, aliarumque rerum administrationem, tandem aliquando

Tom. II.

perviam haberet; quod tamen eo quem optabat exitu caruit.

Sub BONIFACII Pontificatu, qui Zosimo proxime successit, unica occurrit Maximi Valentini Episcopi causa, adversus quem cum a Valentina civitatis Clericis conventus esset, non ad se causæ cognitionem pertraxit, sed monuit a comprovincialibus instruendum esse judicium. *Decrevimus,* inquit Episcopos Gallia alloquens, *vestrum debere intra provinciam esse judicium, & congregari Synodum ante diem Kalendarum Novembrium, ut si adesse voluerit presens, si confidit, ad objecta respondeat; si vero adesse neglexerit, dilationem sententiæ de absentia non lucretur.*

CÆLESTINUS Papa, qui post Bonifacium fedit, Danielelem quemdam ad suum tribunal videtur evocasse; sed hominem vagum, qui ab Orientalibus, apud quos multa flagitia perpetrarat, acculatus apud Romanum Pontificem, eique quasi traditus, apud Gallias diu quæsitus est ad judicium. Sed talis causa extra exemplum est, nec jus ullum simile sibi attribuisse in Gallicanos Episcopos credendus est Cælestinus, qui in fine ejusdem epistolæ ad Episcopos provincie Viennensis & Narbonensis, causam Massiliensis Episcopi provincie suæ Collegio audiendam pro consuetudine ac jure dimittit.

A SIXTO III. qui Cælestinum excipit, nullum legimus Sacerdotem ad Romanæ Sedis tribunal accersitum. Sed e contra videmus Armentarium, qui Ebredunensi Cathedrali præfectus fuerat, a Concilio Regensi esse depositum, ipso nec per appellationis libellum reclamante, nec Sardicenses aliove Canones in patrocinium vocante.

Talis fuit Ecclesiæ Gallicanæ status usque ad sancti Leonis tempora: qui proinde, cum dixit *7 per diversarum appellationem causarum (sicut vetus consuetudo poscebat) aut retractata, aut confirmata fuisse judicium,* vel memoria lapsus est, vel a Celidonio palpante & imponente delusus, vel denique alia penes se rerum in Galliis gestarum monumenta habuit, quæ ad nos usque non pervenerunt.

Quod autem addit de consultationibus relationibusque, quibus Gallicanis Episcopis familiare fuisse ait Romanam Sedem convenire, Synodorum auctoritatem nullatenus minuit: de quarum sententiis ad Sedem Apostolicam, quæ omnium Ecclesiarum caput, æquum est referri, vel cum de illis certior cupit fieri, vel cum adversus majorum sedium Episcopos latae sunt: ne videlicet pri-

I i i marium

## EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Confer Observ. part. 1. c. 5. n. 17. Vetiustiore appellacionum consuetudinem in ipsis Galliis ibidem probavimus n. 18. & 20. Patroclus reprehendi jure potest, non quod hanc causam ad Zosimum detulerit, sed quod eum per subreptionem deceperit. Vide Observ. part. 2. c. 2. de injusta reprehensione Zosimi confer not. 3.

6 Poterat Bonifacius Maximi causam recipere; sed eam ad Comprovincialium judicium remittere maluit; ut ne Bonifacio jus desuisset exinde sequatur. Cum causæ apud duos iudices agi possunt, si ad unum deferatur, non idcirco alter eo jure expertus inferri poterit. Jus Romanæ Sedis in Observ. constituimus.

7 Vide Observ. part. 1. c. 5. n. 18. & seqq.

marium Ecclesie Episcopum lateret quibus communionem suam impertiri deberet, a quibus abstinere, ad quos communicatorias vel formatas posset dirigere. Si vero ad Leonem non est relatum ab Hilario de sententia synodica in Celidonium lata, hoc ita contigit vel propter subitam Celidonii profectioem, quem satius duxit Romam usque persequi, ut Pontifici coram referret, vel quia Celidonium non majoris sedis Episcopus erat, ut probavimus. Quamquam vix persuadere mihi possum relatum non esse ad Pontificem e Synodo, cum id Leo non objecerit adversus Hilarium; nec merito conquestus esset ipse Hilarius, quod Celidonium sacris altaribus interesse in urbe sineret, qui apud Gallias publicam merito exceperat sententiam, nisi prius de ea sententia certior per litteras factus esset Pontifex.

Qui attente, nec occupato animo ea omnia perspexerit, quæ hæcenus disseruimus, haud dubito quin præconceptam adversus Hilarium pervicaciæ, cupiditatis, ambitionisque opinionem facile ex animo deponat; hocque potius sibi persuadebit, majorum suorum vestigia pressisse Hilarium, cum sententiam in Synodo latam a sanctissimis Episcopis tanta constantia ac fortitudine tutatus est. Sed mirabitur e contra quod 8 sanctus Leo consuetudinem disciplinamque tam continua ferie custoditam sit prætergressus, sedis suæ amplitudini, quæ sanctorum etiam virorum infirmitas est, plus æquo studens.

A Sardinensium Canonum disciplina recedit S. Leo. 9

Verum non in eo solum Canones sanctus Leo visus est minus attendisse in præsentem adversus Hilarium concertatione. In hoc etiam 9 a Sardicenis, quorum maxime auctoritati incumbere, recessit, quod causam Celidonii extra provinciam examinandam suscepit, & absque primorum judicum communiione eam in suo iudicio retractavit; quod tentatum prius non fuerat ab eius prædecessoribus, qui saltem Sardicensium Canonum limites non exceperant. Isti autem Canones ita redintegrandi Synodorum provincialium iudicii potestatem faciunt Romano Episcopo, ut tamen velit novos ab eo iudices decerni ex vicina provincia, qui una cum iudicibus, a quorum sententia appellatur, iterato examini intersint, Hoc enim necessarium erat ex decretis Sardicenis, ut priores iudices posterioris examinis participes essent, quemadmodum ab illustrissimo Marca observatum est. *Si iudicaverit, inquit Canon. 3. renovandum esse iudicium, renovetur, & det iudices.* Et duorum solummodo datur optio, ut *vel decernat mittendos esse, qui præsentibus cum Episcopis iudicent, habentes ejus auctoritatem a quo desti-*

Can. 3. Sardicensis.

nati sunt, vel si crediderit Episcopos sufficere, ut negotio terminum imponant, faciat quod sapientissimo consilio iudicaverit. Neutrum fecit sanctus Leo, sed totam sibi causam reservavit proprio subijciendam examini, iudicioque absolvendam: & tamen prudentissime justissimeque, ut verbis utar 10 Africani Concilii ad Cælestinum Papam, Nicæni seu etiam Sardicensis Concilii Patres providerunt, quæcumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda, nec unicuique provincie gratiam sancti Spiritus defuturam, qua æquitas a sanctis Sacerdotibus & prudenter videatur & constantissime teneatur: maxime quia unicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad Concilia sua provincie vel etiam universale (regionis) provocare. Nisi forte quisquam est qui credat, unicuique posse Deum nostrum examinis inspirare justitiam, & innumerabilibus congregatis in Concilium Sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipsum transmarinum, vel transalpinum iudicium ratum erit, ad quod testium necessaria personæ vel propter sexus vel propter senectutis infirmitatem vel multis aliis impedimentis adduci non potuerunt.

Has disciplinæ regulas a strenuo suo præcessore Cypriano hauserant beatissimi Patres, quorum pars magna Augustinus erat: eadem enim fere momenta expendit beatus Cyprianus epist. 55. ad Cornelium Papam. Cum, inquit, statutum sit pariter ac iustum, ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum; & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus; oportet utique eos, quibus præsumus, non circumcursare, nec Episcoporum concordiam coherentem sua subdola & fallaci temeritate collidere; sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere & testes sui criminis possint.

Quis non credat sanctissimos istos Ecclesie Africanæ Præfules Hilarii nostri causam agere? Quis non acquiescat tot rationum momentis, quibus quid opponi possit plane non video, nisi sancto Leoni visum esse pro Ecclesie bono & ad minuendam Hilarii potestatem, quæ adversariis gratiæ Dei in Gallia invalescentibus animos addebat, 11 novum sibi jus parere, Imperatoris auctoritate munito, cujus animum pro arbitrio quo vellet inclinabat.

Tertio a canonibus Gallicano Codice contentis recessisse Leo videtur, cum 12 Celidonium communionis suæ participem fecit, & sacris altaribus interesse passus est, antequam ejus causæ examen de novo institueretur: quod proculdubio canonicæ dispositioni contrarium erat, qua cautum est propter Ecclesie Sacerdotique indivisam unitatem,

## EDITORUM ADNOTATIONES.

8 Lege Observ. part. 1. c. 7. n. 12.  
9 Recole Adnot. 6. in caput præcedens.  
10 De Africanorum & Cypriani mente legendæ sunt nostræ Observ. part. 1. c. 6. n. 20. & seqq.

11 Num novum jus sibi Leo paraverit, ex Observ. part. 1. c. 5. 6. & 7. patebit.  
12 Vide Observ. part. 1. c. 8. n. 1.

PARS I. tem, ut qui a singulis Episcopis sententiam  
CAPUT damnationis exceperunt, ab omnibus per  
XVI. totam Ecclesiam constitutis Sacerdotibus dam-  
nati censeantur. Hinc Synodorum Nicæ-  
næ Canoni 5. Eliberitanæ Canoni 53. Are-  
latensis I. Canoni 16. inhærentes tam po-  
steriores Gallicanæ Synodi, quam Romani  
Pontifices gravi interminatione sanxerunt,  
ne abjectum quis reciperet in communio-  
nem. Idem Taurinensis ineunte sæculo quin-  
to Can. 7. Arausiana I. Can. 11. Arela-  
tensis II. Can. 8. Innocentius PP. I. epist.  
ad Victricium Rothomag. cap. 7. Quam  
consultius igitur imitatus esset sanctus Leo  
Ecclesiæ Romanæ proceres, quos olim Mar-  
cion hæresiarcha a proprio parente Episco-  
po Ecclesia pulsus, adiens, ut ecclesiasticæ  
communioni restitueretur, numquam hoc ab  
eis obtinere potuit, teste sancto Epiphanio  
hæresi XLII. quæ est Marcionitarum; sed  
hac ab illis responsione repulsus est. *Nos,  
inquiunt, in jussu venerandi patris tui fa-  
cere illud non possumus: una siquidem fides,  
& animorum una consensus: neque contra  
spectatissimum collegam patrem tuum quic-  
quam moliri possumus.* Ita Cleri Romani  
seniores ab Apostolorum discipulis, ut ait  
Epiphanius, edocti traditionem apostolicam  
violare nefas ducebant.

Comnota Quarto denique ecclesiastici moris non  
imperialis nihil oblitus videtur, cum 13 per impera-  
potestas toriam sanctionem Gallicanæ Ecclesiæ con-  
contra Hi- juetudini derogare primus tentavit, illud  
arium. que a Valentiniano III. edictum elicuit:  
13 *Ne quid tam Episcopis Gallicanis, quam  
aliarum provinciarum liceat sine viri venera-  
bilis Pape Urbis aternæ auctoritate tentare:  
sed illis omnibusque pro lege sit quicquid  
sanxit vel sanxerit Apostolica Sedis auctoritas.*

Quis non videat Leonem nostrum ita  
agentem Gallicanarum, immo omnium Ec-  
clesiarum statum aliter quam more solito  
ordinasse, ut querebatur Hilarius? Dum,  
inquam, communionem suam Episcopo can-  
onice deposito irretactata causa ultro im-  
pertit; dum judicii synodalis sententiam in  
Episcopum legitime accusatum & convictum  
pronuntiatam infringit; dum causam extra  
provinciam iterato examini subjicit; dum de-  
nique sæculares potestates adversus Hilarium  
totamque Ecclesiam Gallicanam commovit.  
E contra vero planum est sanctum Hila-  
rium, cum Pontificis consilio contradixit,  
cum non expectata ejus sententia, gregem  
suum bonus pastor quantocyus revisurus, ab-  
cessit; cum communioni Celidonii, quem  
cum tantis viris damnaverat, conjungi nul-  
latenus acquievit, ut scribit vitæ ejus au-  
ctor, etiam cum vitæ discrimine; non no-  
vis præsumtionibus Ecclesiarum statum &  
concordiam Sacerdotum turbasse, sed reli-  
giose servasse, nec eum deseruisse tramitem  
temper inter majores & bene tentum &  
salubriter custoditum (quod objicit sanctus  
Tom II.

Leo) sed eum potius ab aliis desertum vi-  
gore apostolico vindicasse.

PARS I.  
CAPUT  
XVI.

## DISSERTATIONIS APOLOGETICÆ

PRO SANCTO HILARIO Arelatensi Episcopo

### PARS SECUNDA

De projecti Episcopi negotio.

#### CAPUT PRIMUM.

*Status questionis aperitur, & cujus  
Provincia Episcopo fuerit Proje-  
ctus, inquiritur.*

Pertractato Celidonii negotio, discutienda occurrit Projecti pariter Episcopi causa: de quo cum alibi quam apud sanctum Leonem nulla sit mentio, pauciora nobis dicenda relinquuntur, quam de Celidonio. Hoc porro primo loco observandum venit, istud negotium non mihi videri coram Hilario fuisse pertractatum: cum auctor ejus vitæ, qui Romanam profectio-  
nem accurate describit, ne verbum quidem de Projecto habeat. Ex quo conjicere licet Projecti litteras, civiumque ejus querelas Romam non fuisse allatas, nisi post reditum Hilarii, cui cum audissent Leonem infensum, Celidonioque omnia ex sententia successisse apud Sedem Apostolicam, suam causam Romam esse deferendam censuerunt: quod intra illorum sex ad minus mentium spatium contigit, quod ab Hilarii reditu usque ad hujus epistolæ scriptionem interfluxit.

Ad Leonem igitur Projecti Episcopi litteræ lacrymabiles & dolendæ, ut Leo ipse scribit, de superordinato sibi Episcopo sunt directæ. Epistola quoque ingesta est civium ipsius, & numerosa subscriptione singulorum firmata, invidiosissimis contra Hilarium plena querimoniis, quod Projecto Episcopo suo agrotare liberum non fuisset, ejusque sacerdotium in alium præter suam notitiam esse translatum, & tamquam in vacuum possessionem ab Hilario pervasore heredem viventis inductum. Et postea: *Quid sibi Hilarius querit in aliena Provincia, & id quod nullus decessorum ejus ante Patroclum habuit, cur usurpat?* Et subjicit post pauca: *Expectarentur certe vota civium, testimonia populorum, quæreretur honoratorum arbitrium, electio Clericorum, quæ in Sacerdotum solent ordinationibus ab his, qui norunt Patrum regulas, custodiri &c. Sed insperatus nescientibus supervenit, & improvisus abscessit, cursu (ut didicimus) celeri itinera multa conficiens, & per longinquas provin-*

Epist. 5.  
Leonis 10.  
ad Vien-  
nens. prov.  
Episc. c. 4.

Iii 2 cias

## EDITORUM ADNOTATIONES.

13 Lege hac de re idem c.8. n. 4.

*cias tanta immaturitate discurrens, ut videatur gloriam de scurrili velocitate, potiusquam de sacerdotali moderatione captasse: hæc enim directarum ad nos civium verba sunt litterarum: Ante abcessit quam eum venisse nossemus: Non est hoc redire, sed fugere &c. Quibus recensitis, hæc demum sententia a Leone pronuntiatur: Nos tamen, quod vobis credimus Deo iudice placiturum, in commune cunctis fratribus consulentes, & male ordinatum submoventi, & Episcopum Projectum in suo Sacerdotio permanere debere, decrevimus.*

Ex his Leonis verbis patet de pluribus in hoc negotio Hilarium fuisse accusatum. 1. Quod ægrotanti Episcopo successorem superordinaverit. 2. Quod in aliena provincia, 3. Quod non expectatis civium votis, testimoniiis populorum, honoratorum arbitrio, electione Clericorum. 4. Quod insperatus nescientibus supervenit, & improvisus velut scurrili velocitate abcessit.

Duplex porro accusationis genus his continetur. Unum quod illi cum Honorato & aliis ejus prædecessoribus commune esse potuit, de tentata nimirum in aliena Provincia ordinatione querela. Alterum, quod Hilario proprium est, tribus aliis capitibus 1. 3. & 4. comprehenditur. De quibus iudicium animumque suspensum tenere æquum est, cum a solis Hilarii i adversariis hæc testata habeamus. Non is sum profecto, qui Hilarium erroris & culpæ omnis immunem velim asserere; nec me latet quam facile sit a suo quemque ingenio etiam pium, etiam sanctum seduci: præsertim cum non tam propria, quam Ecclesiæ jura defendere sibi videretur. Quæ tamen hic Hilario objiciuntur, tantopere ab illius moribus aliena sunt, quales a sancto Eucherio, a Juliano Pomerio, a Constantio Presbytero in vita sancti Germani, ab Auxiliari Præfecto, a Prospero & Hilario, ab Honorato denique Mastiliensi describuntur in ejus vita; immo tam indigna sunt episcopali viro, sacrorum Canonum disciplinæque ecclesiasticæ studio, qualem Hilarium exhibent tot Gallicanæ Synodi, quæ ipso agente ac præside celebratæ sunt, ut merito inter adversariorum invidorumque calumnias numeranda sint. His autem operosius eluendis superfedemus, quoniam hujus sancti Episcopi vita, quam in calce hujus voluminis excudi curabimus, vicem Apologetici libelli præstabit. Hac igitur secunda dissertationis parte solum hoc caput examinandum suscipimus, quod & ad Ecclesiæ Arelatensis jura pertinet, & illu-

stratum ad historiæ ecclesiasticæ notitiam non parum conferre videtur.

Ante omnia autem investigandum est, quantum conjectura assequi datur, in quam Galliarum provincia Projectus constitutus esset Episcopus. Quam quidem dum alienam vocat sanctus Leo, satis monuit querendum cum esse extra Viennensem, quam propriam fuisse Hilario nec ipse diffidet in sua epistola. Unde & corrigendus Eminentissimus Annalium Conditor ad annum 445, num. 13. ubi Projectum ait pertinuisse ad Viennensis Episcopi ordinationem, cujus in provincia erat Antistes. Hæc sunt autem Leonis verba: *Quid sibi Hilarius querit in aliena Provincia, & id quod nullus decessorum ipsius AUT PATROCLUS habuerit, cur usurpat? cum & ipsum quod Patroclo a Sede Apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit sententia meliore sublatum.* Ita priores omnes editiones hujus epistolæ, ea excepta quam procuravit J. Sirmondus tom. 1. Concil. Galliarum, cui & MSS. Cod. duo Thuaneus & Corbejenis suffragantur, qui cum Sirmondo ita habent: *Quid sibi Hilarius querit in aliena Provincia, & id quod nullus decessorum ipsius ANTE PATROCLUM habuit, quid usurpat?*

Duplex hæc lectio duplici conjecturæ nobis dat locum. Ei enim qui primam sequi maluerit, ex ea Provincia fuisse Projectus credendus est, quam ne Patroclus quidem sibi subjectam habuerit: quod Viennensem & Narbonenses primam & secundam excludit, quæ Zosimi decreto Patroclo subesse jussæ sunt. Dux igitur tantum residuæ sunt ex iis Provinciis, quæ olim Narbonensem solidam constituebant, extra quas nihil juris sibi præsumebat Hilarius, Alpes scilicet Graiarum & Penninæ, & Alpes Maritimæ. Non fuisse eum ex Alpium Graiarum Provincia duo suadent: primum quod ista Provincia respectu Metropolitanæ Provinciæ Viennensis aliena dici non poterat ante divisionem a S. Leone factam, cum ex duabus civitatibus, quas in ea recenset Notitia, præcipua, scilicet Taranthasia, ad Metropolitanæ Viennensis ordinationem pertineret. Alterum est, quod 2 illa Provincia ex numero quinque Provinciarum expuncta tunc erat a Petronio Præfecto, cum corpus septem Provinciarum conflavit ex residuis quatuor & aliis tribus Aquitanica utraque & Novempopulania. Restat igitur ut Provincia Alpium Maritimarum ea sit, in qua Projectus Episcopus erat constitutus. Confirmatur hæc conjectura ex eo quod in hac Pro-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Nisi S. Leonem judicem tamquam Hilarii adversarium Quesnellus traducere voluit, certe pro inimicis ejus habuit Projectum Episcopum & quot quot cives querelas ad eundem Pontificem detulerunt. Num de his testibus rem publicam narrantibus suspicio oboriri queat, omnes in calumniam conspirasse, quisque prudens judicet. De ipso autem factò

confer Observ. part. 2. c. 1.

2 Alpes Graiarum & Penninæ non solum ex septem, sed ex quinque etiam Provinciarum numero fuisse expunctas videbimus in Observ. part. 2. c. 3. n. 7. & seqq. ibique etiam probabimus, septem Provinciarum corpus aliquot annis ante Petronii Præfecturam constitutum fuisse.



PARS II. CAP. I. Projecti causa nullus Metropolitanus inter- quereretur, quod arguit ejus Provinciae, quae aliena hic dicitur, Metropolitanum sponte juri suo cessione in gratiam S. Hilarii; & eam ob causam tacite culpatur a S. Leone in hac epistola tamquam propriae dignitatis desertor, *Suis limitibus*, inquit, *suis finibus sit unusquisque contentus: & privilegium sibi debitum in alium transferre se posse noverit non licere. Quod si quis negligens apostolicas sanctiones plus gratia tribuens personali, sui honoris desertor esse voluerit, privilegium suum in alium transferre se posse credens, non is cui cesserit, sed is qui intra Provinciam antiquitate episcopali ceteros praevenit, Sacerdotes ordinandi sibi vindicet potestatem.* Isthac autem objurgatio in

Ep. 10. ad Viennenses cap. 7.

Ingenuum Alpium Maritimarum Metropolitanum cadere videtur, quem nimirum Hilarius Papa testatur olim a praedecessore suo Leone culpatum esse ob illicitam sui metropolitici juris cessionem. Scribens enim ille ad Leontium, Vieturum, & Veranum illarum partium Episcopos, pro sopienda controversia, quae inter Ingenuum & Auxanium exorta erat propter Ecclesiarum Cemelensis & Nicæensis regimen, ita loquitur. *Habeat itaque*, inquit, *Pontificium in PP. ad fratrem & Coepiscopum noster Ingenuus Provinciae suae, de cujus dudum ab Apostolica Sede est illicita cessione culpatus, & custoditis omnibus, quae super Ecclesiis Cemelensis civitatis, vel castelli Nicæensis, sicut diximus, sanctae memoriae decessoris mei defrivit auctoritas.* Non videntur enim haec ad alium, quam ad Leonem nostrum referri posse, qui & illicitae hujusmodi cessionis revera succensus legitur, & istud negotium pertractasse dicitur ab Hilario. Ita, opinor, ratiocinandum de Projecti sede, juxta primam lectionem hujus loci.

Ep. 4. Hilarii PP. ad Leontium, Vieturum, & Veranum.

Qui vero aliam lectionem, ANTE PATROCLUM, magis probaverint, ut revera magis probanda videtur, propter MSS. Codicum auctoritatem, ipsamque sermonis seriem, quae id (meo judicio) postulat; aliam Provinciam Projecto assignare debent. Ex verbis enim istis: *Id, quod nullus decessorum ejus ante Patroclum habuit, quid usurpat? cum & ipsum, quod Patroclo a Sede Apostolica temporaliter videbatur esse concessum* &c. Ex his, inquam, verbis evincimus, Provinciam, de qua inquirimus, unam fuisse ex iis, quas Patroclo vindicavit Zosimus, adeoque vel Viennensem, vel alterutram Narbonensem. De Viennensi non potest intelligi, quae Arelatensi Episcopo aliena non erat: igitur de Narbonensem una. Ut autem 3 e prima potius fuisse existimem, faciunt verba S. Leonis, quibus indicat Provinciam, cujus ordinationem sibi Hilarius vindicarat in Projecti negotio, eam esse, quae

3

Patroclo ablata fuerat meliori Sedis Apostolicae decreto. *Cum & ipsum*, inquit, *quod Patroclo a Sede Apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit sententia meliore sublatum.* Ubi alludit proculdubio ad Bonifacii decretum, seu epistolam ad Hilarium Narbonensem Episcopum, per quam eidem asseruit Narbonensis primae ordinationem, Arelatensemque increpavit Episcopum, quod Lutubensis Episcopi ordinationem celebrare praesumpisset in eadem Provincia: quam sententiam sua pariter confirmavit Caëstinus epistola ad Episcopos Narbonensis & Viennensis Provinciarum scripta.

PARS II. CAP. I.

Tertiam opinionem de Projecti Episcopatu habemus ex clarissimorum Sammarthano Gallia Christiana, qui ex Annalibus Ecclesiae & civitatis Avenionensium Polycarpi de la Riviere Carthusiani, & Joannis Columbi Manuascensis, S. J. libro de rebus gestis Episcoporum Dionsium, ad annum Chr. ccccxl. Projectum inter Diones Episcopos numerant. Hoc si ita est, in Provincia Viennensi collocandus erit Projectus, quod Leoni, ut jam monuimus, repugnat: quippe qui Viennensem Provinciam Hilario alienam esse non censuit. Praeterea ex ea Provincia fuit Projectus, quam Leo ait Patroclo sententia meliori sublatam: ubi proculdubio respicit ad epistolam Bonifacii Papae ad Hilarium Narbonensem, quam Caëstinus confirmavit. Atqui tantum abest ut Viennensem provinciam Hilario abstulerit alteruter horum Pontificum, ut potius ex utriusque epistola constet Hilarium pro Metropolitanano (nec alterius provinciae quam Viennensis) ab utroque esse habitum. Hoc enim uno argumento Lutubensis Episcopi ordinationem irritam declarat, quia ab Hilario Metropolitanano quidem facta erat, sed non Narbonensis, in qua Lutevum jacebat: *In alia*, inquit, *Provincia: quod contra canones esse, ut probaret, coactus est Nicænum Canonem iv. paraphrastica amplificare, ut ex eo haberet: Cuiquam Metropolitanano duas Provincias non debere esse subjectas.* Quae ratio adversus Hilarium vana esset & nullius roboris, nisi subjectam sibi Provinciam aliquam habuisset. Idem ex epistola Caëstini eruitur, qui in eadem causa, hac una probatione nititur: unamquamque Provinciam suo Metropolitanano contentam esse debere, nec usurpationis locum alicui Sacerdoti in alterius concedendum injuriam; concessis sibi quemque limitibus contentum esse debere, nec alterum in alterius Provincia praesumere quidpiam posse. Quae omnia supponunt Arelatensem Episcopum metropolitanicam potestatem in aliquam Provinciam (utique Viennensem) jure habuisse & exercuisse: ac consequenter extra eam Provinciam quaerendam

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Id confirmabimus in iisdem Observ. part. 2. cap. 1.

PARS II.  
CAP. I.

dam esse Projecti sedem. Stamus igitur alterutri e duabus prioribus opinionibus; hisque conjecturis contentos nos esse oportet, donec lux major affulgeat ex ecclesiasticis, quæ forte alicubi delitescunt, monumentis. An vero jure merito utriusque illius provinciae, Narbonensis & Alpinæ, inquam, ordinationem sibi vindicavit S. Hilarius, subsequentibus sectionibus investigandum.

## CAPUT II.

*Arelatensem Episcopum solidam olim Narbonensis Provinciae Metropolitanam, merito jure præcipuas ejus partes sibi post divisionem vindicasse. Ubi & divisio hæc examinatur, & de subscriptionibus primæ Synodi Arelatensis inquiritur.*

Unde turbarum origo in Viennensi Provincia.

**C**ogitanti mihi quo fato acciderit, ut ex omnibus ecclesiasticis Galliarum Provinciis una Viennensis tot olim contentionibus concussa fuerit, ut controversiis, quæ inter illius regionis Metropolitanos aliove Episcopos variis sæculis exarsere, vix tandem Synodorum summorumque Pontificum auctoritas finem imposuerit, statim venit in mentem diffusionem hujusmodi causam & originem ex variis Provinciarum illarum divisionibus esse repetendam. Enimvero quia Ecclesia est in Imperio, & æquitati consentaneum olim visum fuit primis Ecclesiæ fundatoribus, ut i secundum civilium Provinciarum administrationem ecclesiasticæ quoque Provinciæ ordinarentur: ubi aliquam ex illis unam in plures dispertiri contigit Imperatorum edicto, tunc qui Episcopus erat illius civitatis, quæ novæ Provinciæ Metropolis facta fuerat in civilibus, metropolitanam statim potestatem in eam arripuit, & antiqui Metropolitanus excussit jugum propriæ Provinciæ Princeps factus. Cum autem nullæ uspiam Provinciæ tot divisionum vicissitudines passæ sint, quot illæ antiquæ Narbonensis partes subierunt, hinc tantarum diffusionum origo fuit.

Sed altera ex parte antiquorum Metropolitanorum menti alte infederat etiam ante Innocentii tempora, quod iste Pontifex ex sedis suæ traditione, antiquorumque Patrum sententia postmodum scripsit: quod nimirum secundum pristinum Provinciarum morem Metropolitanos Episcopos convenit ordinari; quod divisio imperiali judicio Provinciis, ut duæ Metropoles fiant, non duo Metropolitanus debeant nominari; quod denique Ecclesiæ dignitati non congruit ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei Ecclesiam commu-

Innocent. PP. ep. 20. ad Alexandrum Antioch. ep. a. 404.

tari, honoresque aut divisiones perpetui, quas pro suis causis faciendas duxerit Imperator. PARS II. CAP. II.

Hoc proculdubio fundamento nitentur Arelatenses Episcopi, ut eas omnes provincias suæ ditioni vindicarent, quas 2 olim subjectas habuerant, cum ex illis unica Narbonensis solida conflata erat. Quod ut Ecclesiarum origini magis conveniebat, ita etiam rationi prorsus consentaneum esse posterioribus Ecclesiæ sanctionibus probatum est. Hujus enim gratia canonem XII. condiderunt Calchedonenis Concilii Patres, ne scissa in duas civilis Provincia imperatoria sanctione, in duos pariter Metropolitanos divideretur. Hinc, ut Gelasius Papa I. epist. 13. ad Episcopos Dardaniæ adversus Acacium CP. Episcopum asserit, Urbs illa regia non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter Metropolitanorum jura censetur. Quoniam, inquit, alia potestas est regni secularis, alia ecclesiasticarum distributio dignitatum.

Si igitur semel probatum fuerit, Episcopum Arelatensem per ea tempora primum in Galliis habuisse, & Metropolitanum honore fuisse decoratum, cum adhuc integra erat antiqua Narbonensis provincia, & metropolitanis adhuc juribus in ejus partes, post divisionem factam, potitum fuisse; jam non erit quod Hilario cupiditatis nota inuratur, aut velut alieni juris invasor infametur. Quod priusquam tentemus asserere, revocanda est in memoriam multiplex Galliarum divisio, qua earum status creberrimis mutationibus perturbationibusque obnoxius factus est.

Universum Galliarum corpus in quatuor Divisio- membra partitus est primum Cæsar Augu- nes Gal- stus, videlicet in Narbonensem, Aquitani- liarum va- cam, Lugdunensem, & Belgicam, quarum tiæ. singulæ in alias postmodum partes successu temporis subdivisæ sunt pro variis occasionibus ac consiliis. De tribus posterioribus partibus inquirere non est nostri instituti: de sola Narbonensi agimus. Hæc igitur 3 iterum divisa est in quatuor provincias, Narbonensem, Viennensem, Alpes Maritimas, & Alpes Graias. Tertio Viennensis scissa est in duas, Viennensem scilicet, & secundam Narbonensem, ex quibus & tribus aliis, quinque Provinciarum corpus effectum est. Quarto demum remotis Alpibus Graiis, ex quatuor reliquis & utraque Aquitanica cum Novempopulania, Petronius Præfectus septem Provinciarum corpus conflavit, cujus conventum Arelate agi præcepit, accedente postmodum Honorii constitutione an. 418.

Narbo- nensis pro- vincie pri- ma divi- sio.

3

Quænam porro quatuor illarum divisionum

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Cur id non credamus verum, patebit ex Observ. part. 2. c. 5. n. 12.

2 Hic præsumitur, Episcopum Arelatensem fuisse Metropolitanum totius Narbonensis solidæ, antequam quinque, ac dein septem Provinciarum divisio fieret. Id autem falsum ostendet tum antiquior Narbonensis divisio, quam

statuimus in Observ. part. 2. c. 3. tum fera Metropoleon in Galliis institutio, de qua ibidem agitur c. 5. n. 1. & seqq.

3 Varias Narbonensis solidæ divisiones exactius exponemus ibidem c. 3. & exinde nonnulla hic a Quesnello perperam asserta corrigenda erunt.

PARS II. num regnaret, cum primum religionis ac  
CAP. II. disciplinæ fundamenta in his regionibus ja-  
cta sunt, non ita facile est decernere. Cer-  
tum est exordiis fidei longe posteriorem ter-  
tiam & quartam fuisse: tota autem difficul-  
tas est de prima & secunda. Immo qui  
Christi fidem jam ab apostolicis temporibus prædicatam esse in his provinciis existi-  
mant, dubitare non possunt quin prima  
divisio Galliarum ab Augusto facta adhuc  
esset in integro, cum Ptolemæus qui sub  
Adriano & Antonino Imperatoribus floruit  
post annum 130. eam sequatur divisionem  
in descriptione Galliæ. Sed quoniam longe  
probabilior est aliorum sententia, qui Sul-  
pitii Severi & Gregorii Turonensis auctori-  
tate ducti Ecclesiarum in Provincia Roma-  
na constitutionem ( de Lugdunensi enim  
tractu aliter sentiendum ) ad Decii tempo-  
ra circa an. Chr. ducentimum & quin-  
quagesimum referunt; inquirendum relin-  
quitur, an eo tempore adhuc vigeret prima  
Augusti divisio, quæ Narbonensem inte-  
gram relinquebat; an altera successisset,  
quæ illam in quatuor partes disperserat.

ncerta æ-  
as divi-  
onis Nar-  
bonensis  
Provinciæ.  
Incerta est admodum hujus divisionis E-  
pocha propter veterum scriptorum silentium.  
Eam nonnulli ad Adrianum referunt, alii  
ad Constantinum, vel ad Theodosium.  
Adriano vix potest tribui, cum Ptolemæus,  
qui sub ipso & Antonino floruit, Augusti  
divisionem sequatur in Galliæ descrip-  
tione. Eam Constantino longe vetustiorum  
pronuntiat Petrus de Marca in dissertatio-  
ne de Primatibus, de totius corporis Gal-  
liarum divisione differens. Esto, hoc verum  
sit de quibusdam Galliæ Provinciis, quæ  
ad rem nostram non faciunt ( fatetur enim  
ipse non uno eodemque tempore in omnes  
Provincias inductam esse ) at de Narbonen-  
si nullum extat veterum testimonium, ex  
quo eam ante Constantinum esse divisam  
vel suspicari liceat. Quod enim profertur a  
clarissimo Præsule 4 ex subscriptionibus pri-  
mi Concilii Arelatenfis, ubi mentio fit Pro-  
vinciæ Viennensis, ut probet jam tunc tem-  
poris, hoc est an. 314. Viennensem a Nar-  
bonensi fuisse divisam, nullius est ( mea  
quidem sententia, ) ponderis. Valde enim  
suspicio eas subscriptiones non eo modo eo-  
que ordine, quo nunc exhibentur, ab Epi-  
scopis ipsis præsentibus esse factas; sed ali-  
quot post annis ita esse ordinatas secundum  
Provinciarum, ex quibus Episcopi conve-  
nerant, numerum; ut primum describeren-  
tur hi, qui ex Romana Diocesi, tum qui  
ex Italica, deinde qui ex Gallicana, & ita  
consequenter de aliis; cui descriptioni ordi-  
nandæ assumpta sunt tum alia quæ tunc su-  
pererant monumenta, tum epistola synodi-  
ca, quæ Episcoporum eorundem nomina  
continet.

Subscri-  
ptionum  
Arelaten-  
sis Conci-  
lii I. ordo  
suspectus.

Hæc nostra conjectura his nititur ratio-  
PARS II. nibus. 1. Non ista fuit Synodorum consue-  
CAP. II. tudo, ut secundum Provinciarum ordinem  
subscriberent Episcopi. Etsi enim non idem  
semper & ubique mos invaluerit, plerum-  
que hoc observatum est, ut consecrationis  
ordo teneretur: aliquando etiam Metro-  
politani omnes primi subscripserunt, & inter  
hos nonnumquam amplitudinis ac dignitatis  
sedium ratio habita, ut ceteris præpone-  
rentur.

2. Varia est admodum in Codicibus sive  
MSS. sive excusis earum subscriptionum po-  
sitis ac situs. In quibusdam enim præpo-  
nuntur canonibus, in aliis postponuntur:  
in aliquibus Concilio primo Arelatenfi, in  
nonnullis secundo, quemadmodum in Mer-  
liniana, Crabbiana, & Nicoliniana. In iis-  
dem editionibus & aliis nonnullis, & in  
MSS. Codicibus Remensi & aliis designa-  
tio Provinciarum & civitatum præcedit Epi-  
scoporum nomina; in aliis, ut in Corbe-  
jensi Codice, quem Sirmondus secutus est,  
his illa subjicitur. Quæ omnia innunt il-  
lum catalogum pannum fuisse a Synodi actis  
distinctum, & a privato homine confectum:  
qui quidem variis locis jactatus certam se-  
dem nondum invenierit.

3. Ita perturbato ordine jacent Episcopo-  
rum nomina, ut synodalis ordo dici nequa-  
quam possit. Cur enim Marinus Arelaten-  
sis, qui primus in capite epistolæ synodicæ  
genuina acta continentis, inscribitur, non  
item primus habetur subscriptus in calce il-  
lius breviiari? Cur Presbyteri a Sylvestro  
missi quinto loco subscribunt? An quia post  
Episcopos Diocesis Urbicæ subscribere de-  
buerunt? At Theodorus Episcopus Aquile-  
jensis, qui istos præcedit, ex Italica Dico-  
cesi erat. Cur adhuc post omnes duo pro-  
vinciæ Romanæ Episcopi, & duo Presbyte-  
ri subscripti inveniuntur, a ceteris ejusdem  
Diocesis Episcopis separati? Cur denique  
tantum discrimen inter nomina epistolæ &  
subscriptiones, immo & inter Provinciarum  
recensionem? Ubi enim antiquæ editiones  
habent ex civitate Carpentoraco, aliæ le-  
gunt ex portu Nicæensi. Illæ unicam Aquit-  
anicam exhibent; aliæ primam & secun-  
dam distinguunt: in aliquibus fit mentio  
provinciæ Narbonensis & civitatis Biterren-  
sis; de his nonnullæ silent: quædam pro-  
vinciam Romanam commemorant; quædam  
minime: quædam Massiliensem civitatem &  
Episcopum habent, de quibus nihil in aliis  
legitur. Hæc profecto innunt indicem istum  
eo tantum consilio esse descriptum, ut di-  
versitas Provinciarum, ex quibus congrega-  
ta erat Synodus, inspiceretur: quem auctor  
pro suo captu confecit, & alii post ipsum  
pro sua etiam sententia, proque ætate, qua  
scripsere, correxerunt, prout divisio Pro-  
vin-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 De his subscriptionibus, seu potius de ca-  
talogo Episcoporum primæ Synodi Arelatenfis  
fuse agemus in Observ. part. 2. c. 3. n. 14.

ibique omnes Quefnelli cavillationes disjicien-  
tur. Inde etiam patebit, provinciam Viennen-  
sem hoc tempore fuisse disiectam a Narbonensi.

PARS II. vinciarum, quæ tunc in usu erat, poscere  
CAP. II. videbatur.

4. Si alicubi apponi debuere nomina Arelatenſium Patrum, oportuit certe eorum ſubſcriptionem haberi in calce genuinorum Actorum. At non alia ſunt genuina illius Synodi Acta, quam quæ in epiſtola ſynodica reperiuntur: alia enim quibus ſubſcripti reperiuntur Epifcopi, Breviarium tantummodo continent; quod & nollem ab omni ſuſpitione & interpolationis vindicare. Si quidem hæc verba canonis 1. *Et juxta conſuetudinem litteras ad omnes tu dirigas*, de die ſcilicet paſchali, non inveniuntur in ipſa epiſtola ad Sylveſtrum, in qua poſſimum reperiri deberent, ſi vere a Synodo ſcripta eſſent. Adde non videri hujusmodi litteras paſchales in uſu fuiſſe ante Concilii Nicæni tempora. Porro cum non reperiantur nomina Epifcoporum ad calcem Actorum, ſeu epiſtolæ ſynodicæ, argumentum eſt indicem qui Breviario annectitur, ex epiſtola ipſa & aliis forſitan Actorum exemplaribus conſectum eſſe.

5. Titulus ipſe ſubſcriptionum teſtatur deſcriptum eſſe hunc catalogum non a præſentibus Epifcopis, ſed a ſtudioſo aliquo, qui quot & quibus ex provinciis conveniſſent ad Concilium Epifcopi reſcire cupiebat. Eam ob cauſam autem voluit iſtud auctor inquirere, ut probaretur vere dictum fuiſſe univerſale & univerſæ Eccleſiæ Concilium ab Auguſtino; vel potius, quod in idem recidit, & rationem aperit cur Concilio Arelatenſi II. præfixus inveniatur index iſte in antiquis Codicibus MSS. excuſiſque, ut veritas probaretur Canonis XVII. Concilii ſecundi Arelatenſis civitatis, *ad quam*, inquit Canon, *ex omnibus mundi partibus, præcipue Gallicanis, ſub ſancti Marini tempore legimus celebratum fuiſſe Concilium atque conventum*. Vix enim ſomnari alia poteſt ratio, cur huic annexus fuerit Concilio, quam canonis hujus illuſtrandi cauſa; cum vel ſola Sylveſtri Papæ mentione, quæ fit in his ſubſcriptionibus, & ſancti Marini, quæ in hoc canone reperitur, & Bonofiacorum, quæ in antecedenti, lector quivis fatiſ admoneretur non melius aptari unum alteri, quam humano capiti cervicem equinam.

6. Hæc ideo a me adnotata ſunt, ut oſtenderem nihil eſſe in antiquis monumentis, ex quo conjici poſſit, diſiſionem Pro-

vinciæ Narbonenſis ſolidæ in quatuor partes factam eſſe ante dimidium quarti ſæculi. Hanc autem circa id temporis natam eſſe inde probabile fit 1. Quod primi omnium ſcriptorum qui eam commemoraverunt, videlicet Rufus Feſtus & Ammianus Marcellinus, florere per eam ætatem; cum Rufus Feſtus Breviarium ſuum dicaverit Valenti Imperatori vel Valentiniano an. 365.

2. Ex eo etiam id conjicitur, quod ante hæc tempora diſſenſiones non leguntur accidiſſe in Galliis inter Epifcopos de limitibus Provinciarum: de quibus primum querelæ delatæ ſunt ad Concilium Taurinense. Unde enim *vir ſanctus Proculus Maſſilienſis Epifcopus civitatis ſe tamquam Metropolitanum Eccleſiis, quæ in ſecunda Provincia Narbonenſi poſitæ videbantur, diceret præeſſe debere, atque per ſe ordinationes in memorata Provincia ſummorum fieri Sacerdotum: ſi quidem aſſereret caſdem Eccleſias vel ſuas parochias fuiſſe, vel Epifcopos a ſe in eiſdem Eccleſiis ordinatos?* Quo, inquam, jure hæc ſibi vindicaſſet Proculus, quod nemo prædeceſſorum ejus præſumerat, 7 niſi ex nova Provinciarum diſiſione color quæſitus eſſet? Nec enim ipſe ſuorum majorum poſſeſſionem allegat: nec hujus Provinciæ Narbonenſis ſecundæ Epifcopi aliud objiciunt, quam Provinciæ diverſitatem: quæ ſi ex recenti diſiſione nata non eſſet, contrariam antiquorum Maſſilienſis Urbis Epifcoporum conſuetudinem proculdubio in medium adduſſent. 3. Sed præter hæc argumenta partim negativa, partim conjecturæ ſolum innixa, habemus ex Hieronymo probationem aſſertoriam, quæ magni eſt roboris, ſi ſcriptoris auctoritas attendatur, qui Gallias curioſe non modo peragravit, ſed & aliquandiu incoluit. Igitur in epiſtola XI. ad Ageruchiam de Monogamia, Barbarorum in Gallias irruptionem deſcribens, poſt enumeratas Belgicæ præcipuas civitates, quibus vaſtitatem ferociſſimæ nationes intulerant; tres alias Galliarum partes ſecundum Auguſti diſiſionem ſubjicit: *Aquitania*, inquit, *Novemque populorum, Lugdunenſis, & 8 Narbonenſis Provincie, populata ſunt cuncta*. Vides unicam Narbonenſem ab Hieronymo recenſitam, & quadripartitam Galliarum diſiſionem vel tunc perfeveraffe, cum ſcribebat Doctor iſte; vel, quod magis reor, ita recentem fuiſſe Narbonenſis in quatuor Provincias partitionem, ut ad-

PARS II.  
CAP. II.

Rufus Feſtus in Breviar. Amm. Marcell. lib. 15.

Aug. lib. 2.  
de bapt. c.  
9. & ep.  
162.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Hanc interpolationis ſuſpicionem exclu- demus eodem n. 14.

6 Confer Obſervat. part. 2. c. 3.

7 Non ex diſiſione Provinciarum, quam jamdiu ante factam oſtendemus, diſſenſiones de jure metropolitico ortæ ſunt; ſed quia ante finem ſæculi IV. Metropoles eccleſiaſticæ induci cœperunt, uti patebit ex Obſerv. part. 2. c. 5. n. 8.

8 Qui *Aquitaniaſ* plurali numero cum Novem populis nominat iſ proculdubio diſiſio-

nem Provinciarum jam obtinentem præſumit, qua duæ Aquitaniæ diſectæ fuerant. Provinciarum autem diſiſionem hic indicare noluit S. Doctor, ſed eas tantum Provincias recenſuit, quæ a barbaris ſuo ævo populatæ erant, inter quas Narbonenſem ſingulari numero appellans, non Narbonenſem ſolidam, ſed Narbonenſem 1. intelligit; unde in ſequentibus Tolofam memorat, quæ ad Narbonenſem 1. pertinet.

PARS II. ut adhuc antiquus loquendi modus usurparetur a scriptoribus novellæ divisioni nondum assuefactis.

4. Vero admodum simile est recentem fuisse divisionem Narbonensis Provinciæ cum Synodus Taurinensis collecta est, & hujus divisionis occasione fuisse collectam. In ea enim controvertitur quis secundæ Provinciæ Narbonensi præesse deberet metropolitico jure, ita ut nondum quemquam tali in eam Provinciam potestate potitus esse videatur: quod magis ex iis patebit, quæ in sectione sequenti dicemus.

Jam vero si ad illa usque tempora, quæ notavimus, perseveravit solidæ Narbonensis unitas indivisa, haud dubium erit quin unico pariter Metropolitano subjecta fuerit secundum Canones; & istum Metropolitanum fuisse Arelatensem Episcopum haud obscure, ni fallor, ostendimus in prima hujus dissertationis parte, deductis per ordinem omnibus antiquitatis Gallicanæ monumentis. Etsi autem ante medium quarti sæculi diximus divisionem novam non apparere, non sufficit tamen ei, cui sententia nostra non arridebit, aliquod testimonium in medium adducere, ex quo ante ætatem illam facta esse demonstraretur, nisi probaverit ante annum ducentesimum & quinquagesimum eam inductam esse: cum enim eruditiores quique, paucis exceptis, ad ea tempora referant Religionis & disciplinæ exordia in Galliis, si tunc una Provincia, unusque Metropolitanus fuerit, valebit regula Innocentii I. PP. *Secundum pristinum Provinciarum morem Metropolitanos Episcopos oportere nominari, nec ad mobilitatem necessitatum mundanarum debere Dei Ecclesiam commutari*: ac proinde non turbasse Ecclesiam Hilarium, cum antiqua suæ Ecclesiæ jura vindicare aggressus est, post prædecessores suos Honoratum, Patroclum, & alios utroque antiquiores.

### C A P U T III.

*Utramque Narbonensem Arelatensi Episcopo olim fuisse subjectam, ex epistolis Zosimi Papæ comprobatur.*

NON ex sola divisionis Epocha edocemur, Arelatensem Episcopum Narbonensem solidam suo Pontificio habuisse subjectam; sed ex iis etiam, quæ divisionem secuta sunt, manifestum est, dictum Antistitem eandem potestatem in illas provincias retinuisse, quæ Narbonensis antea partes fuerant, nimirum in Viennensem, Narbonensem utramque, Alpes Maritimas, & Alpes Grajas; etsi aliquid juris sui in earum aliquas sponte dimisisse videatur.

Tom. II.

De Viennensi provincia abunde egimus in priori dissertationis parte: de reliquis modo nobis agendum est, quantum monumentorum illius ætatis ac regionis penuria patitur.

De utraque Narbonensi clara est Zosimi Papæ constitutio, qua non Viennensem modo provinciam Arelatensi Episcopo subesse jubet, sed & utramque illam provinciam, in qua ei tam ordinandi Episcopos, quam alia metropolitana munia obeundi potestatem confirmat, & quicquid contra tentatum fuerit, illicitum fore irritumque declarat. *Jussimus, inquit, præcipuam, sicuti semper habuit, Metropolitanus Episcopus Arelatensium civitatis in ordinandis Sacerdotibus teneat auctoritatem. Viennensem, Narbonensem primam & Narbonensem secundam provincias ad Pontificium suum revocet. Quisquis vero posthac contra Apostolica Sedis statuta & præcepta majorum, omisso Metropolitanano Episcopo, in provinciis supradictis quemquam ordinare præsumserit, vel is qui ordinari se illicite siverit, uterque Sacerdotio se carere cognoscat.* Ubi Pontifex declarat non novum a se jus institui, sed antiquum restitui, quod præcepta majorum Arelatensibus vindicant Episcopis, quodque revera semper iidem habuerant, si forte paucorum annorum interstitium excipias, per quod novæ divisionis occasione, turbarumque quibus Galliæ agitata fuerant, distractæ perperam fuerunt: unde & eas ab Arelatensi ad suum Pontificium non de novo adjungi, sed revocari præcipit Zosimus, Viennensem, Massiliensemque Episcopos, qui in hac re negotium Arelatensi facebant, tamquam alienorum finium invalores increpans ac reprimens.

Idem decernit 2 in epistola ad Hilarium Narbonensem Episcopum, cui vehementer succenset, quod *prætermissa veri fide indubitum a Sede Apostolica subreptitè obtinisset privilegium, contra veterem consuetudinem & priscam institutionem.* Verum antiqua illa consuetudo, quam prædicat Zosimus, admodum antiqua non erat, inquit Marcæ continuator. Immo (pace eruditi viri dixerim) antiquissima erat, quod nec Hilarius ipse Narbonensis negare ausus est: qui *dum assertioni & desideriis suis cuperet esse consultum, prætermissa veri fide, relationem suam SUB HONESTATIS SPECIE COLORAVIT, asserens in aliena provincia ab alio non debere fieri Sacerdotes: cum utique debuerit, non quod ei rectum videbatur, sed quid habuisset antiqua consuetudo, suggerere.* Satius est igitur fidem adhibere Zosimo, qui auditis examinatisque partium allegationibus, ipsoque adversario non contradicente, & solam honestatis speciem, occasione novæ divisionis, obtendente, antiquam consuetudinem

Ante Taurinense Concilium Narbonensem II. Arelatensi paruisse. *Concord. Sac. & Imp. tom. 2. lib. 5. cap. 30. num. 5. Zosimus Papa ep. 8. ad Hilar. Narb.*

K k k nem

### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Zosimus vocibus *præcepta majorum* non aliquod majorum decretum indicat, quo solida Narbonensis Arelatensi Episcopo vindicata fuerit (nullum certe asferretur; ) sed Nicanum Canonem sextum intelligit, quo ca-

vetur, ne quis *sine conscientia Metropolitanæ Episcopi* ordinetur.

2 Hæc & sequentia excutientur in Observ. parr. 2. c. 2. n. 2. & seqq.

nem fuisse asserit, quam cuivis idipsum post tot sæcula sine probatione neganti. Et certe, non ad Taurinense Concilium (quod putat Baluzius) attendebat Zosimus, immo nec poterat attendere. Primum enim de illa controversia non pronuntiaverat illa Synodus: nec coram illa certatum est inter Viennensem Arelatensemque Episcopos, nisi de sola Viennensi provincia; Proculo secundam Narbonensem sibi vindicantem. 2. Infirmum fuisse Zosimi fundamentum, si Taurinensi soli Synodo innixus antiquitatem juris Arelatensium Episcoporum asseruisset: cum non tam decretoriam sententiam, quam amicam consilium de communi dividendo protulerit, nihil ulli civitati adjudicans, sed solummodo Proculi personæ, donec alteruter suam civitatem approbaret esse Metropolitanam. 3. Longe aberat Zosimus ut ex Synodo Taurinensi jus aliquod creatum esse assereret, cum ægre admodum tulerit ad illam dissidium de metropolitico jure a Proculo & Simplicio esse delatum, suumque illam iudicium interposuisse, ut testatur in epist. ad Episcopos provinciæ Narbon. 1. & 2. & in altera ad Patroclum Arelatensem. 4. Quis tam inepte locutum esse credat Zosimum, ut antiquam consuetudinem priscamque institutionem eam diceret, quæ Taurinensi Synodo exordia sua debuisset? Quæ cum aliquot annis post sancti Martini obitum congregatam esse certum habeatur ex Zosimi epistola ad Episcopos Africæ, Galliæ, & Hispaniæ, quindecim annis antecedere non potuit ejusdem epistolam ad Hilarium Narbonensem. Unde ann. 439. Concilium Renense in Gallia definitionem Taurinensis Concilii laudans, recentem eam appellat Can. 1.

Vetustiora igitur monumenta habebat ob oculos Zosimus, ipsam nempe originem institutionemque Sedis episcopalis per Trophimum a Sede Apostolica missum in Gallias per illa tempora, quibus solida Narbonensis nondum in partes distracta, unico Metropolitanato subjecta erat. Satis constitit, inquit, Arelatensis Ecclesiæ Sacerdoti prisca id institutione concessum, ut non solum in provincia Viennensi, sed etiam per duas Narbonenses Episcopos faciat. Nam sanctæ memoriæ Trophimus Sacerdos quondam ad Arelatensem urbem ab Apostolica Sede transmissus, ad illas regiones tanti nominis reverentiam primus exhibuit, & in alios non immerito ea, quam acceperat, auctoritate transfudit. Habebat adhuc ob oculos antiqua Apostolicæ Sedis decreta, quæ commemorat, & modo exciderunt. Habebat Innocentii prædecessoris sui sententiam in ipsa dignitate Ecclesiæ fundatam, quæ ut retulimus supra, eam ad mobilitatem necessitatum mundanarum commutari vetabat. Habebat denique Nicæna ipsa decreta. Quid illud, inquit, quod

Epist. ad  
Hilarium  
Narbo-  
nens.

\* Melius  
ex aliis  
MSS. in  
aliis.

pratermissio Patroclo Metropolitanato Episcopo Arelatensium civitatis, sine cujus auctoritate juxta Majorum Canones, nulla penitus potuit ordinatio celebrari, tumultuose & turbide indebitis Sacerdotia impinguntur? Tandem concludit epistolam ad Hilarium Narbonensem congerendo quatuor titulos ac fundamenta, quibus ea potestas Arelatensi Episcopo asserbatur. Cum hoc videas, inquit, Arelatensis Episcopo civitatis & per Apostolicam Sedem, & per sancti Trophimi reverentiam, & per veterem consuetudinem, & nostra recenti evidentissima definitione deserri.

Non diffitemur Episcopum Narbonensem aliquot annis metropolitico jure potitum esse in Narbonensem provinciam primam; sed hoc ut subreptitie obtentum fuerat occasione 3 novæ divisionis, ita & quam primum correctum est a Sede Apostolica: & ita recens erat Zosimi tempore illa Narbonensis Metropolitanati institutio, ut priorem consuetudinem, qua tres illas provincias subjectas sibi habebat Arelatensis Episcopus, usque ad proximum ætatis suæ tempus perdurasse asserat ipse Pontifex. Atque hanc, inquit, ordinandi consuetudinem & pontificatum loci illius, quem obtinuerat primus & justus (Trophimus) custoditum usque in proximum tempus, gestis apud nos habitis, multorum consacerdotum testimoniis approbatur. Eadem fere habet idem Pontifex in epistola 1. ab Episcopos provinciæ Viennensis & Narbonensis secundæ, ubi præcipue Proculum exagitat tamquam totius illius ambrosiæ molitionis architectum, qui cum ad se Narbonensis secundæ ordinationes trahere niteretur, Simplicium Viennensem impulerat, ut sibi quoque in Viennensium provincia creandorum Sacerdotum permitteretur arbitrium: quod & impudentiæ deputat, & aurea illa sententia refecandum definit. Indecens ausus, inquit, & in ipso vestibulo refecandus, hoc ab Episcopis ob certas causas Concilium agitantibus extorquere, quod contra statuta Patrum, & sancti Trophimi reverentiam, qui primus Metropolitanus Arelatensis civitatis ex hac Sede directus est, concedere vel mutare, ne hujus quidem Sedis possit auctoritas. Apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta Patrum sanxere reverentiam.

Epist. 8.  
Zosimi  
Pape ad  
Hilarium  
Narbo-  
nens.

Epist. 7.  
Zosimi  
ad Episc.  
provinc.  
Vien. &  
Narb. 2.

Exscribendæ essent integræ epistolæ septem Zosimi, quæ ea de re scriptæ sunt, quasque ab aliis seorsim editas reperiet Lector tomo 1. Concil. antiqu. Galliæ cura Jac. Sirmondi. Sed sicut de Zosimi sententia nemo dubitat, ita plerique ista parum consulte ab eo fuisse scripta asserunt, & privilegium hoc quod temporaliter videbatur esse concessum, cum Leone nostro contendunt postmodum esse sententia meliore sublatum. Quod enim de suppositione harum Zosimi lit-

#### EDITORUM AD NOTATIONES.

3 Non occasione novæ divisionis, sed quia sub hoc tempore ecclesiasticæ Metropoles institui cœperunt, Narbonensis Episcopus privile-

gium apostolicum obtinuit: quod omni subreptione expertem ostendemus in Observ. part. 2. c. 2. n. 2. & seqq.

PARS II. litterarum, & nimia ejus credulitate objici-  
CAP. III. tur, jam dissolvimus in priori dissertationis  
parte. Superest modo, ut Bonifacii senten-  
tiam, quam Leo & alii meliorem dicunt, cum  
Zosimi decreto ac epistolis conferamus, &  
uter se circumveniri ac sibi imponi pas-  
sus sit, dijudicemus.

## CAPUT IV.

*Bonifacii decretum expenditur, cum Zosimi  
epistolis confertur, & ista a subreptione  
vindicanitur.*

**H**ilarius accepta Zosimi epistola quie-  
visse videtur ab omnibus metropoli-  
tanicis muniis, nec ultra Patroclo molestiam  
creasse. Patroclus pariter Narbonensis pro-  
vinciæ administrationem indeptus est, & in-  
terveniente Lutevensis in ea provincia Epi-  
scopi morte, alium in ejus locum ipse con-  
secravit. Ad hæc Hilarius Narbonensis ne  
mussitavit quidem, nec sibi jus debitum a  
Patroclo præripi conquestus est; ita ut de  
ejus silentio ac quasi segnitie exoptularet  
Pontifex. Non ita patienter istam ordinatio-  
nem a Patroclo factam tulerunt Luteven-  
ses cives & Clerus. *Ecce enim, inquit Bonifa-  
cius scribens ad Hilarium, ut caritas tua  
recognoscit ex subditis, Lutubensis Ecclesiæ  
Cleri ordo vel plebis preces suas & lacry-  
mas ad nos, quantum datur intelligi, magno  
cum dolore, miserunt, dicentes Coepiscopum  
nostrum Patroclum, sua petitione cessante, in  
locum decedentis Episcopi, nescio quem in alia  
provincia, prætermissa Metropolitanæ, contra  
Patrum regulas ordinasse: quod nequaquam  
possumus ferre patienter, quia convenit nos  
paternarum sanctionum diligentes esse custo-  
des. Ita scripsit Bonifacius adversus Patro-  
clum, quem ut alienæ provinciæ invasorem  
violatoremque sacrorum Canonum traduxerant  
Lutevenses: quemque ut talia tentan-  
tem reprimeret, hæc addit: Nulli etenim vi-  
detur incognita Synodi constitutio Nicænæ,  
quæ ita præcipit, ut eadem proprie verba po-  
namus, per unamquamque provinciam jus Me-  
tropolitanos singulos habere debere, nec cui-  
quam duas esse subjectas.... Unde, frater  
carissime, si ita res sunt, & Ecclesiam su-  
prædictam provinciæ tuæ limes includit, nostra  
auctoritate commonitus, quod quidem facere  
sponte deberes, desiderii supplicatum & vo-  
luntate respecta &c. cesset hujusmodi pressa  
nostra auctoritate præsumptio eorum, qui ul-  
tra licitum suæ limitem dignitatis exten-  
dunt &c.*

Quam multa sunt, quæ hæc cum Zosi-  
mi decretis componentis persuadent, longe  
potiori jure ea præcipitanter ac i per sub-  
reptionem esse a Bonifacio elicitæ existima-  
ri, quam quæ a Zosimo eadem de contro-  
versia promulgata sunt.

Tom II.

PARS II. CAP. IV. Subrepti-  
tium po-  
tius vide-  
ri Boni-  
facii de-  
cretum,  
quam Zo-  
simi.

Primum enim hæc notissima est juris ca-  
nonici regula, hujusmodi rescripta, pro nul-  
lis haberi debere ac subreptitia censerentur,  
aliquid novi statuunt, quodque anterioribus  
Conciliorum Pontificumque decretis contra-  
rium sit, nec tamen de illis ulla mentio  
habetur. Argumentum enim est evidentissi-  
mum aut rem indiligenter admodum tra-  
ctatam esse, aut fraudem factam Pontifici,  
vel aliquid ei humani contigisse. Talis est  
Bonifacii sententia, quæ de Zosimi rescri-  
ptis prorsus silet. Talia non sunt Zosimi  
decreta, quæ rescriptorum prædecessorum  
ejus mentionem faciunt, etsi nihil eis con-  
trarium, sed prorsus consonum decerneret.

2. Sententia Bonifacii lata est in gratiam  
Narbonensis Episcopi altera parte non au-  
dita, nec dato sua jura defendendi loco; at  
cum Zosimus litteris suis Arelatensi privi-  
legia sua confirmata esse voluit, utriusque  
partis pensavit allegationes, & ad Narbo-  
nensem Episcopum litteras dedit, quibus  
eum etiam arguit, quod *prætermissa veri-  
fide, relationem suam sub honestatis solum  
specie coloravit.*

3. Liquet ex Bonifacii epistola rem ab eo  
fatis indiligenter esse examinatum, nec earum  
rerum notitiam habuisse, quæ liti huic  
dirimendæ prævia esse debuerat. Nec enim  
perspectum habuit controversiæ statum, quæ  
non in hoc versabatur, an distinctarum ab  
antiquo Provinciarum Metropolitanis distin-  
cti pariter esse deberent, & an alteri in al-  
terius jura involare licitum esset: hoc enim  
est quod decreto Nicæno vetatur: sed quæ-  
stio erat: *Utrum divisis imperiali judicio  
provinciis, ut duæ Metropoles fiant; sic duo  
Metropolitani Episcopi debeant nominari,*  
quod ab Innocentio Bonifacii prædecessore sci-  
scitabatur Alexander Antiochenus: quæ con-  
troversia secundum Innocentii decretum di-  
rimenda erat, qui Nicænum Canonem in-  
terpretando sancivit, *ad mobilitatem necessi-  
tatum mundanarum Dei Ecclesiam commuta-  
ri non decere.* Præterea de Gallicanarum Ec-  
clesiarum statu ita parum instructus fuit Bo-  
nifacius, ut dubitanter admodum loquatur:  
*Si ita res sunt, & ubi sita esset Luteven-  
sium civitas, ne cognitum quidem habe-  
ret.* Denique non satis mature rem esse  
pensatam clarum est, cum statim ac Lu-  
tevensium querelas excepit, sententiam de-  
cretoriam tulerit, totamque illam contro-  
versiam unica epistola consummaverit.

Longe aliter se gesserat Zosimus: nihil  
enim omisit eorum, quæ ad inquirendam  
rei veritatem, jusque partium investigan-  
dum necessaria erant. Rem non unica epi-  
stola & uno veluti momento confecit, sed  
septem ea de re conscripsit epistolas, & per  
anni integri spatium versavit; non perfun-  
ctorie ac præcipitanter, sed *studiosius*, ut  
ipse loquitur, *requisivit*: non solus, sed nu-  
mero-

*Epist. In-  
nocentii  
Papæ ad  
Alexan-  
drum An-  
tioch.*

*Zosimo  
non est  
obreptum*

K k k 2

## EDITORUM ADNOTATIONES.

i Zosimi rescripta per subreptionem a Pa-  
troclo impetrata videbimus loco allegato: ibi-

que n. 7. Bonifacii Papæ decretum vindica-  
bitur.

PARS II. *merosa cognitione seu congregatione discussit* : non secundum humana studia, sed sub Dei judicio : non ex conjectura vel præjudiciis quibusque, sed ipsa rerum institutione, consuetudine veteri, synodalibus pontificiisque decretis accurate examinatis: non insciis & inauditis partibus, sed iisdem & auditis & commonitis, omnia sunt ab eo statuta: ut mirum sit ab aliquibus scriptoribus asseri subreptionem in hoc negotio passum esse Zosimum.

4. Quis æquam dixerit eam sententiam esse, quæ ex sola testimonii adversariorum inspectione decreta est; & ubi accusato defendendi se locus non datus fuerit? Ita factum est a Bonifacio, secus a Zosimo, qui & Hilarii Narbonensis relationem expectavit, & Proculum etiam Massiliensem, ut Romam veniret causam ipse dicturus, invitavit.

5. Etsi omnia secundum juris & æquitatis regulas acta essent a Pontifice, nihil tamen roboris per se habitura esset sententia, cum hypothetica esset, & ex ea suppositione penderet, quod Hilarius Arelatensis adversus Canones Nicænos aliquid tentasset: unde & inquisitioni adhuc relictus est locus: qua peracta, istud pro certo haberi debuit, ut sæpius probavimus, Arelatensem Episcopum non violasse Canones Nicænos, sed eis potius obtemperasse secundum interpretationem ab Innocentio I. prolatam; cum Provinciam sedi suæ antiquitus subjectam, posthabita recentiori temporalium potestatum divisione, sibi vindicavit.

6. Denique longe magis æquum est ipsius Metropolitanæ Episcopi, cujus jura violata fuisse dicuntur, judicium attendere, quam Clericorum civiumque querelas ac murmura. At Hilarius Narbonensis nullas detulit Sedi Apostolicæ querelas, acquievitque ordinacioni a Patroclo celebratæ in Lutevensium Ecclesia, ut merito credendus sit tacito consensu Arelatensium privilegiis subscripsisse: satis enim indicant Bonifacii Papæ verba ipsum de consecrando Lutevensibus Episcopo ne cogitasse quidem, cum Pontificis admonitionibus excitandus fuerit, ut Metropolitanæ jure munitus & præceptionibus ejus fretus accederet ad eum locum, in quo ordinatio talis celebrata fuisse dicebatur: *quod quidem*, inquit, *facere sponte deberes*: & quod nec monitus fecisse Hilarius videtur. Clerici autem illi, silente Hilario, litteris suis Pontificem Romanum adierunt, non tam moleste ferentes prætermisum esse in illa ordinatione Narbonensem Episcopum, quam suam petitionem consensumque fuisse neglectum: quod revera Canonum auctoritati statutisque Patrum contrarium erat. Mentionem tamen injecerunt

metropolitici juris violati, ut acriorem contra Patroclum conflarent invidiam, sibi que majorem fidem conciliarent, dum non tam privati ac proprii juris, quam publicæ ac communis disciplinæ zelo accensi putarentur. Porro Hilarius non modo silentio suo eorum consilium improbasse mihi videtur, sed palam etiam renuisse consecrationem Lutevensis Episcopi ad se trahere. Cum enim hortatur eum Bonifacius ut, *quod quidem facere sponte debuerat, desideriis supplicatum & voluntate respecta* ad ordinationem se accingat, prorsus innuit desideria supplicatum esse ab eo neglecta, nec respectam eorum fuisse antea voluntatem: tantum abest ut (quod Marcæ visum est) ipse Hilarius Bonifacium interpellarit: immo a nullo interpellatus Episcopo Pontifex sententiam tulit, non multum sane eo nomine ac titulo commendandam.

Quod ergo 2 asserit sanctus Leo in hac ad Vienneses epistola, *id ipsum quod Patroclo a Sede Apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum esse sententia meliore sublatum*: ut ab eo paullo adversus Arelatensem Episcopum iratiori dictum est, nec probatum; ita veritati (quod pace tanti doctoris dixerim) non est omnino consentaneum: nec contumeliam facimus Pontifici, cujus non magis interest Bonifacii probari sanctionem, quam Zosimi. Ecce enim melior ea videatur sententia, quæ & momentaneo judicio, & eo, quem exposuimus, modo lata est, & antiquæ consuetudini contraria? Vel igitur hæc accuratius Leo, melioribus occupatus, non discusserat, vel memoria lapsus est, vel dum paullo vehementius Hilarium insequitur, id verius existimavit, quod præconceptæ opinioni magis consonum erat: nec animadvertit quod, etsi immediate ante Patroclum Provinciæ illæ Arelatensi non obtemperabant Episcopo, 3 ab initio tamen non fuit sic. Magis certe credendum Zosimo asserenti *hanc ordinandi consuetudinem & pontificatum loci illius, quem obtinuerat primus & justus Trophimus, custoditum fuisse usque in proximum tempus, quod gestis*, inquit, *apud nos habitis, multorum sacerdotum nostrorum testimoniis comprobatur*: quam Leoni istud sine teste neganti: qui cum ab illis temporibus remotior fuerit, neque rem ex professo examinavit, facile potuit in errorem induci per Celidonium aliosque ejusdem causæ patronos. Et quidem rationem istam breviter admodum raptimque perstrinxit, de ejus robore diffidens: cum tamen vis magna in eo argumento ponenda esset, si vere ante Patroclum nulli ex Arelatensibus Episcopis jus competiisset in utramque Narbonensem Provinciam. Facile enim erat, hoc semel probato,

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Id quam jure Leo scripserit, & quam temere Quesnellus tanti Pontificis sententiæ decerpere hoc loco studeat, ex eodem cap. 2. nostrarum Observationum part. 2. palam fiet.

3 Hæc propositio unico nititur testimonio Zosimi, quem a Patroclo deceptum ibidem probabimus.



bato, Zosimum & inductæ temere novitatis, & antiquitatis calcatæ arguere: nimirum non in cujusquam gratiam violandi erant sacri Canones, quibus sua omnibus Metropolitanis jura illibata manere jubebatur, sed multo minus in gratiam Patrocli hominis improbi, quique in sedem Arelatensem per injultam violentamque prædecessoris sui ejectionem conscenderat. Immo vix Leo ipse a prævaricationis nota absolvendus esset, qui privilegium a vasserrimo homine contra jus antiquum ac sacros Canones subreptum, ab ejus successoribus pariter usurpari permisisset ante exortas Celidonii ac Projecti querelas. Quid enim ageretur in Gallis probe noverat, cum ante pontificatus sui exordia illic fuerit aliquamdiu commoratus, & nihil etiam eorum negotiorum ignoraverit, quæ Romam delata sunt Cælestino & Sixto III. Pontificibus, quibus in administrandis ecclesiasticis rebus continuam navavit operam. Ex his omnibus patet nihil a Zosimo statutum esse nisi maturo judicio; nihil a Bonifacio contra definitum, quod vel controversiæ statum attingat, vel a Gallicanis Episcopis sit receptum.

## CAPUT V.

*Utrum Bonifacii Constitutio effectum sortita sit in Gallis? Et quid post ipsum circa istud negotium contigerit in utraque Narbonensi.*

**B**onifacii I decretum ad Gallicanos missum Episcopos non tanti ab eis factum est, ut antiquæ consuetudini, & priscis etiam Romanorum Pontificum decretis anteponendum esse putaretur. Patroclus enim eadem semper potestate in Provincias usus est, quam & in successores suos Honoratum & Hilarium transfudit.

Hoc ex ipso Leone discimus, qui cum scribat nullum Hilarii decessorem ante Patroclum jus sibi in illas Provincias vindicasse, fateri intelligitur per hujusmodi exceptionem, omnes Patrocli successores hujusmodi privilegium suæ sedi asseruisse: alioquin non dixisset neminem ante Patroclum, sed neminem, præter Patroclum, istud egisse.

Deinde constat Honoratum, qui unus inter Patroclum & Hilarium Arelatensem rexit Ecclesiam, nihil de prædecessoris sui juribus passum esse sibi detrahi, sed tres illas Provincias sibi habuisse subjectas. Hinc enim est quod Cælestinus Papa Bonifacii successor scribens ad Episcopos Provinciæ Viennensis & Narbonensis mense Julio ann. 428. quo adhuc in vivis erat Honoratus, conqueritur de imminutis Metropolitanarum quorundam juribus, & violatis eorum Provinciæ limitibus contra prædecessoris sui statutum, quod integrum manere jubet & firmum. *Juxta Canonum decreta, inquit, unaquæ-*

*que Provincia suo Metropolitanò contenta sit, ut decessoris nostri data ad Narbonensem Episcopum continent constituta, nec usurpationis locus alicui Sacerdoti in alterius concedatur injuriam. Sit concessis sibi contentus unusquisque limitibus: alter in alterius Provincia nihil præsumat: nec emeritis in suis Ecclesiis Clericis peregrini & extranei, & qui ante ignorati sunt, ad exclusionem eorum qui bene de suorum civium merentur testimonio, præponantur: ne novum quoddam, de quo Episcopi fiant, institutum videatur esse Collegium. Quibus verbis notatur Honoratus, qui ad Arelatensem Cathedralam evehctus erat e Lirinenſi Cœnobio, ex quo cum plures ea ætate ad Episcopalem Cathedralam translati essent, novum quoddam de quo Episcopi fierent, institutum videbatur esse Collegium. Cujus Honorati peregrini & extranei hominis ordinatione, emeriti in suis Ecclesiis Clerici, & bene de suis civibus meriti, posthabiti fuisse videbantur. Sed & prima decreti verba innuunt non solum tres illas Provincias ab Honorato administratas fuisse, verum & ipsos Metropolitanos ultro manus dedisse; cum veter, ne usurpationis locus alicui Sacerdoti in alterius concedatur injuriam.*

Hoc porro perperam vel a Gallicanis Episcopis concessum, vel ab Honorato & Hilario acceptum & custoditum fuisse, qui voluerit asserere, gravissimam tot sanctissimis viris & ab omni ambitione alienis injuriam inferet. Nemo enim per id temporis floruit, qui Hilario & Honorato sanctitate antereit, vel qui sanctis Germano Autistiodorensi & Lupo Trecenti anteferri debeat, sine quorum consilio, ope, ac suffragio nihil, quod alicujus esset momenti, Hilarius facere umquam aggressus est: quod & de Honorato pariter credendum. Quicquid sit, nihil in Sedem Apostolicam peccavere Galliæ Episcopi, cum prioribus priscisque ejus sanctionibus, quas commemorat Zosimus, inhærentes, posterioribus consensum præbere renuerunt: quoniam nimirum & ipsis inconsultis, & re non satis perpensa decretæ fuerunt, ad nullius Episcopi postulationem, sed ad solam quorundam nullius nominis Clericorum querelam. Noverant enim Antistites illi, quod Symmachus postea in eadem causa scripsit, *ad ipsam sacrosanctam catholicam religionem pertinere, ne sit sententiarum varietas inter priores & posteriores Antistites Ecclesiæ, cujus omnis potestas infringitur, nisi universa, quæ a Domini Sacerdotibus semel statuuntur, perpetua sint. Nam cum ad Trinitatis instar, cujus una est atque individua potestas, unum sit per diversos Antistites Sacerdotium; quemadmodum priorum statuta a sequentibus convenit violari?*

His fretus rationibus Hilarius Arelatensis, statim ac in locum Honorati defuncti successus

*Symmach. Papæ ep. 2. ad Eonium Arelatens.*

*Vide Greg. PP. I. lib. 5. Epist. 12.*

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Hæc refelluntur in Observ. part. 2. c. 2. num. 8. & 9.

PARS II.  
CAP. V.

fectus est, tres illas Provincias metropolitico jure administrandas suscepit, omnibus Gallicanis Episcopis unanimi consensu suffragantibus. Istud vel ex uno Leone certum est, qui eam ob rem ejus audaciam culpat, quod in aliena, ut putabat, Provincia munus pontificium exercere præsumisset. Sed vel unico possessionis titulo utramque Narbonensem Provinciam (præter Viennensem) suæ sedi debuit asserere, cum & decessoris sui sanctitas, & ipsorum Episcoporum consensus vetarent, ne alios Arelatenses Episcopos in suspicionem alieni juris attentati vocaret.

Secunda Narbonensis propriis argumentis Hilario vindicatur.

Præter ea quæ de utraque Narbonensi huc usque differuimus ad Zosimi constitutionem, alia sunt quæ speciatim 2 Narbonensem secundam Arelatensi Episcopo subjectam fuisse asserant.

Ac primum quidem patet ex Taurinensis Concilii Canonæ 1. Aquesem Episcopum, qui solus metropolitica dignitate intra Narbonensem II. sibi deinceps arrogavit post Proculi mortem, tunc temporis tale jus sibi non vindicasse. Si enim is vel alius ex ea Provincia Metropolitanus fuisset, non assereret Proculus Massiliensis ejusdem Provinciæ Ecclesias vel suas parochias fuisse, vel Episcopos a se in eisdem Ecclesiis ordinatos. Metropolitanus enim vel hæc verba falsi arguisset, vel conquestus esset de usurpatis suæ metropolitice dignitatis juribus. Nihil tale objectum est Proculo, nemo metropolitica obtendit potestatem: hoc unum contenderunt ejusdem regionis Episcopi, sibi alterius Provinciæ Sacerdotem præesse non debere. At hæc ratio, inquit, Arelatensem pariter a potestate in utramque Narbonensem, ac præsertim secundam, de qua hic agitur, excludit: cum enim Proculo adversatus esse non legatur in hac Taurinensi Synodo, argumentum est eum non se pro Metropolitano illius Provinciæ gessisse.

Ut nodus iste solvatur, animadvertendum est maximam perturbationem inductam esse in Provincias Gallicanas, & maxime in Narbonensem solidam, per Maximi, Arbogastis, Eugenii, aliorumque tyrannidem, qui eas partes occuparunt sub finem sæculi quarti. Per illos Ecclesias Galliarum Clericosque suis privilegiis esse spoliatos queritur Valentinianus III. Imperator in Constitutione de diversis ecclesiasticis capitibus missa Armatio Præfecto Prætorio Galliarum ann. 425. Per eorundem desidiam omnia fusdeque acta esse in Provincia Viennensi innuit Honorius Augustus Constitutione anni 418. ad Agricolam Præfectum Prætorio Galliarum, cum prætermisum arguite eorum negligentia Provinciarum conventum apud Urbem Arelatensem. Res ipsa clamat, ecclesiasticæ disciplinæ per bellorum civilium tumultus vix locum aliquem esse potuisse.

Quamobrem cum difficillimum esset, sparsis per omnes Provincias exercitibus utriusque partis, Arelatensem Episcopum Ecclesiarum necessitatibus occurrere, & ad longinquas civitates se transferre, ut defunctis Episcopis pro jure suo successores ordinaret, necessitate temporum compulsus est permittere, ut insigniorum aliquot civitatum Episcopi viciniorum sibi Ecclesiarum Episcopos, cum opus erat, consecrarent. Cum autem Proculus, vir sancti Hieronymi judicio sanctissimus doctissimusque, ceteris præterea Episcopis præmineret & antiquitate Sacerdotii, & nobilitate civitatis, & Ecclesiæ suæ prærogativa, quæ prima inter comprovinciales Viennensis tunc erat, ut ex Sidonio colligitur; facile fuit ut ei consecrandorum per ea tempora Episcoporum honor ac potestas ultro & a vicinis Episcopis deferretur, & ab Arelatensi permetteretur. Rebus vero Imperii postmodum pacatis, Provinciarumque illarum nova divisione per imperialem sanctionem induta, contentio inter Episcopos exorta est, aliis adversus Arelatensem negantibus uni Metropolitano duas Provincias debere esse subjectas, aliis affirmantibus Metropolitanum ex aliena Provincia non esse assumendum, contra Proculum, qui Narbonensem secundam sibi vindicabat; eodem vero Proculo asserente jus sibi merito competere in illius Provinciæ Ecclesias, quæ vel Parochiæ ejus fuerant, vel ab eo acceperant Episcopos, ut iisdem tamquam pater filiis honore primatus adsisteret, æquitatis legibus maxime consonum videbatur. Ubi notandum, nec aliam a Massiliensi Episcopo rationem obtendi, quam ordinationem, quæ jus recentissimum fundabat; nec ex alia parte objici male tentatam hujusmodi ordinationem, quo magis intelligas rem totam ex sola temporum necessitate, & ex indulgentia Metropolitanani esse perfectam.

Quid interim ageret Arelatensis? Omnia sedis suæ jura undique impeti ac pessumdari cernebat. De Viennensi primatu certabat cum eo Viennensis Episcopus. Narbonensem secundam ambiebat Massiliensis, vir Gallicanis Episcopis acceptissimus, qui possessionis & consecrationis titulum, ac forte Arelatensis consensum prætendebat. Magis ergo e re sua esse duxit, si Proculo manus daret, ut dum viveret Narbonensi Provincia II. potiretur, ea conditione, ut post ejus obitum ad antiquum Metropolitanum reverteretur illius ordinatione, quam conditionem subintelligere visa est Synodus, cum aliam non expressit. Ea ratione & Proculi & aliorum Gallicanorum Antistitem gratiam conciliabat, quæ necessaria illi erat, ut primatus sui jura adversus Viennensem Episcopum illæsa custodiret. Revera post Proculi mortem Narbonensis II. provinciæ admi-

PARS II.  
CAP. V.

Hieron.  
ep. ad Rusticum  
Monachum. Sidon Apoll.  
epist. 7.  
l. 7. ad Græcum.

Canon. 1.  
Taurinensis Concilii.

Conc. Taurinense  
Can. 1.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Confer eandem Observ. part. 2. c. 6. n. 2. & seqq. ubi singula, quæ subjiciuntur, ad calculos revocabimus.

PARS II. administrationem iterum capeffivit Arelatenfis  
CAP. V. Epifcopus; immo & ante Arelatenfi vindicavit Zofimus, ut ex ejus notum epiftolis.

Horum aliqua etfi fola conjectura nitantur, ita tamen vero fimilia funt, ut aliter ea contigiffe vix poffit concipi. Proculus enim vir fanctiffimus antea metropolitana dignitate non ornatus, ordinationem earum Ecclefiarum, nifi urgente neceffitate & contentientibus Epifcopis, fibi arrogare non potuit. Quæ Ecclefiæ, ut fine Metropolitano efle non potuere, ita alium antea non habuerunt, quam totius Narbonenfis Metropolitanum, quem Arelatenfem Epifcopum fuiffe probavimus. Et ideo Arelatenfis ad tempus, cedens Proculo, fatis juri fuo in Narbonenfem II. confulebat, fi primatum fuum adverfus Viennenfem strenue propugnaret. Liquet ergo nullum Arelatenfi Epifcopo præjudicium creari ex ejus silentio in Synodo Taurinenfi circa Narbonenfem fecundam: quamquam nec clarum eft in cujus gratiam reclamaverint Epifcopi fecundæ Narbonenfis: & ex studio, quod poftea in Arelatenfem fervaverunt, eidem tunc faviffe non improbabiliter cenferi poffunt.

Epift. Zofimi Papæ ad Epifcopos Africae, Galliae, & Hispaniae. Quibus & hoc addi potefl, folos nobis hujus Synodi Canones repræfentari, non vero acta, in quibus eorum omnium Epifcoporum interlocutiones integras proculdubio inveniremus, nifi illa periiffent. Forte nec omnes Canones habemus, cum ea, quæ in cauffa Bricii Turonenfis Epifcopi & Lazari ejus accufatoris tractata efle in ea Synodo narrat Zofimus Papa, defiderentur: qui & in alia epiftola ad Epifcopos provinciæ Viennenfis & Narbon. II. teftatur in illo Taurinenfi Concilio longe aliud actum efle, quam de Metropolitanorum jure, ac diftinctione provincialium.

2. Præter hanc rationem, quam ex ea Synodo fufe deduximus, aliam ex eadem Zofimi epiftola mox citata eruimus. Arguitur enim Proculus, quod Lazarum ad epifcopalem dignitatem promoverit, qui pro calumniatore in illa Synodo damnatus fuerat. Porro cum Lazarus Aquenfis Epifcopus eflet, nec ab Epifcopo fecundæ Narbonenfis ordinatus fuerit, fed a Proculo Maffilienfi, liquet nullum in ea provincia Metropolitanum fuiffe, præter Arelatenfem, qui juri fuo ad tempus cefferat in Maffilienfis Epifcopi gratiam.

3. Manifeflum eft Aquenfem Epifcopum, ac confequenter totam Narbonenfem II. fubjectam olim fuiffe Arelatenfi Antiftiti, ex eo quod jus diutiffime retinuit illum ad fe evocandi, vel fynodalis Concilii, vel ordinationis cauffa; ut inde liceat concludere, fero admodum illius fedis Antiftitem in perfectum Metropolitanum evafiffe. Hoc patet ex ferie libelli Symmacho Papæ oblatis an. D. 514. & ex refcripto ejufdem Papæ ad Cæfarium Arelatenfem. Præter quam quod enim is libellus afferit hanc poteflatem ufque ad illa tempora penes Arelatenfem Antiftitem fuiffe, a longævus sæculis prifcorum fancitam efle auctoritate, & a

PARS II. veneranda Sede Romana quondam perenni  
CAP. V. fanctione præceptum, ut eadem inconcuffa permaneret; ipfe Symmachus in epiftola fua eam in venerandis Patrum ftatutis fundatam efle fcribit, & antiquitate roboratam. Unde, ait, *rationabile eft, ut fancta Arelatenfis Ecclefia propriis privilegiis perfervetur, & quod vetuftas præftitit, & Patrum auctoritas roboravit, nova non debet violare præfumptio ... Igitur per fingulas Ecclefias beneficia, quæ funt diu cuftodita, ferventur. Etfi tam Ecclefia Aquenfis Antiftes, vel alius quilibet Metropolitano Pontifici juxta canonum definitionem vocatus obtemperare noluerit, noverit subdendum fe, quod non optamus, ecclefiaftica difcipline.* Unde porro tam fingulare privilegium, tamque antiqua prærogativa manavit in Arelatenfem Ecclefiam, ut ejus Epifcopus alterius provinciæ Metropolitanum ad fe poffet convocare? An ex paucitate comprovincialium Viennenfis provinciæ, quæ ejus Metropolitanum cogeret vicinorum Epifcoporum opem ac fuffragia emendicare? minime. Quinque enim provincialium ampliffima ac numeroiffima erat Viennenfis: aliæ omnes paucioribus conftabant civitatibus; nec tamen idem jus fibi vindicarunt earum Metropolitanum in alios Metropolitanos. An hoc habuit Arelatenfis ex vicibus Romani Pontificis, quas illi commiffas efle voluit? At, ut hoc demus hujusmodi vicibus illum fuiffe ornatum, eo nomine non folus ei Aquenfis fubjectus fuiffet, fed omnes earum provincialium Metropolitanum Epifcopi. Aliunde igitur hæc confuetudo non descendit, quam ex eo quod antiquitus penes Arelatenfem Epifcopum erant jura metropolitana in civitates Narbonenfis II. Quibus etfi poftmodum occasione novæ divisionis fe fe abdicaverit, iis tamen fpoliari fe non confenfit, nifi hac convocandi poteflate fibi retenta, quæ videlicet perenne foret antiqui juris & collati beneficii monumentum: unde fero admodum omnia metropolitana jura adeptus eft Aquenfis Epifcopus; ita ut nonnullusea de re fcrupulus remanferit ufque ad tempora Concilii Francofordienfis, a quo Sedi Apoftolicæ illius eximendi poteflas facta eft: & adhuc incertus fuiffe videtur ejus ftatus tempore obitus Caroli Magni, in cujus teftamento Aquenfis civitas inter Metropoles non eft recenfit.

4. Præclarum porro hujus poteflatis afumtæ argumentum & exemplum nobis fupereft in Concilio Regienfi anno 439. congregati in fecunda Narbonenfi provincia, intra quam Regienfis civitas fita erat. Cum enim Armentarius contra canones ordinatus eflet, congregata eft Synodus apud Regium, ut eo expulfo alter in ejus locum eligeretur. Præcipua autem hæc eft jurisdictionis metropolitana pars, Synodi provincialis indiçtio ac convocatio, quam extra propriam provinciam nemo umquam tentare aufus eft. Hoc nihilominus præftitit Hilarius Arelatenfis, fuffragantibus Galliarum Epifcopis compluribus, quorum tredecim poft

PARS II.  
CAP. V.

post ipsum subscripserunt, nemine contradicente, annuente Sede Apostolica, quam caussa tam celebris latere non potuit; sed ne reclamante quidem Armentario, cujus plurimum intererat eam Synodum tamquam contra canones habitam infirmare ac respicere. Unde dubitare fas non est, quin & legitimus esset hujusmodi conventus & provincialis. Is enim erat præscriptus statuti canonicis ordo, ut qui contra canones egisset Episcopus, a comprovincialibus judicaretur, non vero ab alterius provinciæ Episcopis,

### C A P U T VI.

*De jure Arelatensis Episcopi in provinciam Alpium Maritimarum.*

Ex Concilio Regiensis si potestas Hilarii in Alpium Maritimarum Ecclesiis asseritur.

**D**iscussis Arelatensis Episcopi juribus in utramque Narbonensem, occurrunt in Alpes Maritimæ, quas sibi eodem metropolitico jure olim vindicavit.

Ac sanctum quidem Hilarium Arelatensem pro Metropolitano hujus provinciæ se gessisse, demonstrat hoc idem exemplum Concilii Regiensis an. 439. quod ab eo convocatum est in caussa Armentarii Ebredunensis contra canones ordinati. Cum enim Clerus civisque Ebredunenses, quorum civitas in civilem Metropolim evaserat post Narbonensis solidæ divisionem, Ecclesiæ quoque suæ sedem eodem jure in ecclesiasticis ornari in votis haberent, Episcopo suo e vivis sublato, alium in ejus locum substituere, inconsulto Arelatensi, tentarunt. At eo conatu non modo privilegium Arelatensis Episcopi minutum non est, sed etiam clarius emicuisse mihi videtur.

Primo enim inde manifestum evadit Ebredunenses Episcopos tale quid antea numquam tentasse, vel saltem numquam pacifice eo jure esse potitos, cum ne verbum quidem de hoc appareat, aut objiciatur Hilario.

2. Quam unanimis fuerit Gallicanæ Ecclesiæ erga Arelatensem Episcopum consensus ex ea ipsa Armentarii ordinatione perspicuum est. Tres enim inveniri non potuerunt Episcopi, qui canonicum numerum impleverunt, vixque duos adsciscere sibi potuit Armentarius, qui in illam ordinationem conspirarent, quos vel ecclesiasticarum sanctionum admodum ignaros, vel contemtores fuisse oportet, qui contra apertissima Nicænæ Synodi aliarumque statuta tam infaustram consecrationem aggressi sunt. Et revera eis utcumque parcendum esse definit

Canon 1. eo quod hi, qui tam perversa ingiessissent, a primo lapsus ipsius die, adhibitis passim precibus, culpam poenitentes aut ignorantia aut circumscriptioni imputassent.

3. Non hæc solum ordinationis Armen-

tarii vitia notata sunt, quod *absque trium Episcoporum presentia & absque comprovincialium litteris*, sed etiam quod *sine Metropolitanæ auctoritate, & ejus voluntate neglecta* consecratus fuerat. Metropolitanum Episcopum, cujus neglecta præsentia vel consensus ordinationem irritam fecit, alium non esse quam Arelatensem, omnes consentiunt. Sed an ut ordinario illius provinciæ, an ut primo Galliarum Metropolitano sibi id juris deberi voluit Hilarius? Hoc ultimum existimat Stephanus Baluzius cap. 31. libri 5. Concordiæ Sacerd. & Imperii, quem supplevit: putat enim Hilarium in consequentiam litterarum Zosimi PP. & admirationem Thessalonicensis Vicariatus, primi Metropolitanæ dignitatem sibi sumisse, eoque nomine ad se referri voluisse de gravioribus caussis, quæ per provincias emergerent, quas inter cum merito censeretur Armentarii caussa, eam ob rem coactam ab eo fuisse Regiensis Synodum. Verum etsi non negaverim variam interdum esse hujus vocis acceptionem, ita ut nonnumquam magni illi Primates, Alexandrinus & Antiochenus Metropolitanæ appellati fuerint etiam a Leone nostro; numquam tamen ea tempestate in qua versamur, hoc nomine novum istud Metropolitanorum genus designatum legimus, quod Baluzius inducit ac Primatus prærogativa decorat ad exemplar Thessalonicensis Vicariatus, de quo ne somniasse quidem existimo Regiensis Concilii Patres. Deinde cum tam in præfatione Concilii, quam in canone secundo tres conditiones recensentur, quibus omissis nihil profusum esse ajunt quod Episcopum faciat, nimirum trium præsentia, comprovincialium litteræ, & Metropolitanæ voluntas: certum est eodem sensu accipi vocem Metropolitanæ, ac in canone accipitur, pro proprio ac peculiari cujusque provinciæ Metropolitano; cum illius omissio ex canonibus irritam electionem ibidem reddere asseratur. Canones enim illi alii non sunt quam Nicæni, quorum quartus expresse tres easdem illas conditiones complectitur. *Tres, inquit, omnino in idipsum convenientes, dummodo consenserint qui absunt, & per litteras approbaverint, ordinationem faciant. Confirmatio autem eorum, quæ in quaque provincia geruntur, tribuatur Metropolitano*: quod omnium Ecclesiarum & Synodorum, quæ hanc rem tractarunt, consensu, semper de Metropolitano ordinario cujusque provinciæ intellectum est. Præterea si de primo aliquo Metropolitano explicanda veniret ista Synodus, admodum ambigua fuisset ejus definitio, quæ novarum in dies contentionum materiam præbisset, cum alii de primo Galliarum, alii de proprio provinciæ interpretati essent. Denique nemo hanc significationem affinxit Canonis Regiensis ante Balu-

### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Vide Observ. part. 2. c. 6. n. 10.

ARS II. luzium, qui etiam ab auctoris sui sensu re-  
CAP. VI. cedit; cum illustrissimus Petrus de Marca  
vocem illam secundum communem signifi-  
catum acceperit in dissertatione de Prima-  
tibus num. 73. hoc tamen subjungens, Hi-  
larii factum trahi non posse in consequen-  
tiam, cum eam ob causam correptus a Leo-  
ne fuerit, quod debitam Metropolitanis Sa-  
cerdotibus in suam transferret dignitatem.

assertum Hilarii jus x Arausi-  
ana Syn-  
odo I. Alteram probationem vindicatae sibi in  
provinciam eandem potestatis ab Hilario  
suggerit nobis Arausiana Synodus prima,  
cui inter comprovinciales subscribit Inge-  
nuus Ebredunensis Episcopus in locum Ar-  
mentarii depositi substitutus. Qui si pro-  
vinciae distinctae Metropolita fuisset, ut erat  
Eucherius Lugdunensis Episcopus, eodem  
atque iste modo subscriptus legeretur ad  
Metropoliticae potestatis significationem:  
*Ego, inquit, Eucherius Episcopus subscripsi  
sanctorum Sacerdotum comprovincialium meo-  
rum super his expectaturus assensum.* Euche-  
rius quippe cum forte fortuna in illis regio-  
nibus versaretur eo tempore, quo Episcopi  
provinciales in Synodum conveniebant, ad  
eam honoris causa invitatus, inter alienae  
provinciae Episcopos subscribere non est aus-  
us, nisi sub spe adhibendi a comprovincia-  
libus consensus super his, quae decreta fue-  
rant in Synodo.

Non est porro quod quis eam non pro-  
vincialem Synodum dicat jure Metropoliti-  
co congregatam, sed majorem ea potestate  
coactam, quam sibi in illas provincias assu-  
mebat Hilarius vel jure Vicarii, ut volunt,  
Romani Pontificis, vel primi Metropolita-  
ni Galliarum, ut excogitarunt alii. Mani-  
festum est enim ex Canone xxix. talem fuisse  
eam Synodum, qualem bis in anno cele-  
brari Patrum statuta sanciverant, hoc est,  
Nicænorum Canonum quintus, qui de aliis  
quam de provincialibus mentionem non ha-  
bet: *Singulis, inquit, annis per unamquam-  
que provinciam bis in anno Synodi fiant*  
&c. Præterea de earum Synodorum genere  
fuit Arausiana, quas sine alterius conventus  
denuntiatione solvi non debere statuunt ibi-  
dem Episcopi, qui revera similem sequenti  
anno congregandam denuntiarunt. Hoc ve-  
ro solis provincialibus Synodis convenit, non  
vero Generalibus, aut iis quae ex pluribus  
provinciis cogebantur: hæc nimirum non an-  
nuatim ac definitis temporibus, sed rarius  
ac pro temporum rerumque exigentia indi-  
ci solebant.

Epist. 4. Hi-  
lari Papæ. Tertiam eruimus probationem ex epistola  
Hilari Papæ ad Leontium, Veranum, &  
Victurum Episcopos; ubi ait Ingenuum  
Ebredunensem de Pontificii suae provinciae  
illicita cessione dudum ab Apostolica Sede  
fuisse culpatum. Ex quo manifestum est  
Hilarium Arelatensem, annuente etiam Ebre-  
dunensi Episcopo, Provinciam Alpium mari-  
timarum suae Metropoliticae ditioni subje-  
ctam habuisse. Et hoc ipsum est de quo  
adeo graviter exposulat sanctus Leo in epi-  
stola ad Viennenses: *Suis, inquit, limiti-  
bus, suis terminis sit unusquisque conten-*

Tom. II.

PARS II. tus, & privilegium sibi debitum in alium  
CAP. VI. transferre se posse noverit non licere. Quod  
si quis negligens apostolicas sanctiones, plus  
gratiae tribuens personali, sui honoris deser-  
tor esse voluerit, privilegium suum in alium  
transferre se posse credens, non is cui cesse-  
rit; sed is, qui intra provinciam antiqui-  
tate episcopali ceteros prævenit Sacerdotes,  
ordinandi sibi vindicet potestatem. Quod autem  
Hilarius in eadem epistola ait, Ingenuum  
Alpium maritimarum provinciae Metropolita-  
ni semper honore fuisse subnixum, hoc  
suggerente ipso Ingenuo dictum est post mu-  
tatam provinciarum illarum faciem, cum  
metropoliticae potestatis jura ex nova divi-  
sione præsumpta, olimque neglecta, ita cœ-  
pit prosequi ac sibi vindicare, quasi ex so-  
la ejus spontanea cessione iis Hilarius po-  
tuitus esset in illam provinciam. Deinde  
non ait Ebredunensem Ecclesiam vel civi-  
tem, sed Ingenuum Ebredunensem Episco-  
pum ea semper penes se habuisse: quæ longo  
intervallo a se distant, istudque potius  
recens privilegium ab eo primo sibi vindica-  
tum, quam antiquitatem hujus Metropo-  
leos probare posset. Addo etiam solius ho-  
noris mentionem fieri, non vero potestatis  
ac jurisdictionis. Fuerunt enim nonnulli  
Metropolitani, qui solo fere honoris titulo gau-  
debant, & alteri Metropolitanis nihilo se-  
cius subiecti erant, sive quoad synodalem  
conventum, sive quo ad ordinationem. Talis  
erat Aquensis tunc temporis intra Gallias,  
ut diximus in capite superiori. Talis fuit  
etiam inter Orientales Patriarcha Jerosoly-  
mitanus, qui honorarium quoddam hujus-  
modi privilegium accepit a Synodo Nicæ-  
na, quemadmodum explicatum habes in  
doctissima dissertatione Ill. Petri Marcæ de  
Constantinopolitani Patriarchatus institutio-  
ne. Denique in his quæ sunt facti, rem as-  
ferere non sufficit, nisi idoneis probationi-  
bus assertio ipsa muniatur: præsertim cum  
contrarium, ut hic accidit, comprobant &  
possessio diuturna & rationes non sper-  
nendæ.

Quarto cum ex supradictis, imprimisque  
ex Concilio Regiensi liqueat, tam constan-  
tem fuisse apud Gallicanos Episcopos opi-  
nionem, quod Arelatensi Episcopo subiecta  
esset Alpium Maritimarum metropolitico  
jure provincia; verisimile non est Hilarium  
eam sibi primum provinciam subjecisse, sed  
& Honoratum prædecessorem ejus, & Patro-  
clum Honorati decessorem eadem fuisse  
potitum. Quis enim adversus Hilarium non  
insurrexisset, si provinciam quam nullus  
decessorum ejus habuisset, juri suo subdere  
aggressus esset: cum eum Leo noster tam-  
quam alieni juris invasorem tam male ha-  
buerit propter utramque Narbonensem,  
quam tamen & ab Honorato & a Patroclo  
ante ipsum esse administratas ultro fateba-  
tur? Quis vero sibi persuaserit Honorati in-  
dustriae deberi hujus provinciae ad ceteras  
Arelatensi subiectas accessionem: cum vix  
ac ne vix quidem duobus annis eam sedem  
rexit Honoratus? Quod Patroclum autem

L II

at-

Ep. 4. Hi-  
lari Papæ  
ad Leon-  
tium, Ve-  
ranum, &  
Victurum.

PARS II. CAP. VI. attinet, quandoquidem cum nemine decertavit homo amplitudinis suæ cupidissimus pro ea provincia, quam successores ejus sibi vindicarunt, argumentum est eundem illam nemine contradicente administrasse; nisi tamen ecclesiasticæ provinciæ Viennensis pars censebatur, quam proinde uno ictu Simplicius Viennensis petebat, & eadem pariter industria tutatus est Patroclus, qua metropolitico provinciæ Viennensis principatum sibi retinuit.

Et revera videntur etiam quarto sæculo eæ provinciæ sub nomine Viennensis fuisse contentæ. In Concilii enim Arelatensis primi subscriptionibus, si genuinæ sunt, nulla alia provincia præter Viennensem nominatur, etsi & ex Nicænsi portu, qui fuit Alpium Maritimarum, & ex Aptensi civitate, quæ erat ex secunda Narbonensi, Legati nonnulli Concilio interfuerint. Siquidem cum ex qua provincia fuerint loca illa annotatum non sit, ex ea fuisse videntur, quæ superius nominata fuerat. Cur enim solum Viennensis provinciæ nomen illic legeretur, nisi una omnes illas complecteretur provincias, quæ postea nomen aliud induerunt, divisa in partes provincia, vel saltem contineret Alpes Maritimas, quarum Metropolitanus tamdiu Arelatensis Episcopi, tamquam Viennensis provinciæ Metropolitanæ, potestati subjectus est; & Narbonensem secundam, quæ a Viennensi est recisa.

Aliam etiam conjecturam promimus ex Aquilejensi Concilio desumptam. Ex epistola enim synodali, quæ a Patribus scripta est ad Episcopos provinciæ Viennensis & Narbonensium primæ & secundæ post completam Synodum, non alii videntur eidem interfuisse Legati Gallorum, quam ex tribus his provinciis. Et tamen leguntur in ea sententiam dixisse Theodorus Octodorensis & Amantius Nicænsis, quorum hic ex Alpiibus Maritimis, ille ex Graiis fuit. Non temere igitur asserueris Alpes geminas sub Viennensis provinciæ nomine in Ecclesiastica saltem illius temporis Notitia fuisse comprehensas.

#### C A P U T VII.

*De Alpium Graiarum Provincia. Quid in eam juris habuerit Arelatensis Episcopus.*

ETSI obscura admodum sit provinciæ i Alpium Graiarum & Penninarum memoria in ecclesiasticis monumentis ante Hilari Papæ tempora; haud obscurum tamen est juris in eam plurimum habuisse Arelatensem Episcopum, etiam Leonis ætate. Cum enim duabus tantum civitatibus constet in Notitia Galliarum a Sirmondo edi-

PARS II. CAPUT VII. ta; earum prima ac præcipua, Tarentasia videlicet, tamquam pars solidæ Viennensis, tributa est Viennensi Episcopo in illa divisione, qua pacis causa inter Viennensem & Arelatensem Episcopos illam provinciam distribuit Leo noster. Ex quo decernere licet eam provinciam partem olim fuisse Viennensis, saltem in ecclesiasticis.

Primo enim quod Leo metropolitico-  
jurium tam strenuus assertor Tarentasiam attribuit Viennensi Episcopo tamquam Viennensis provinciæ partem, palmare argumentum est, eam non alterius provinciæ partem fuisse, ex qua, & quidem adeo tenui, nunquam ampliorem civitatem decerpisset, relicta unica & modica civitate Octodoro, quæ Tarentasiæ quoad ordinationem subiceretur. Etsi enim Viennensi favere vellet, id tamen cum tertii alicujus Metropolitanæ injuria numquam esset aggressus: præsertim cum ex his civitatibus, quas potestati Arelatensis Episcopi relinquebat, unam aliquam potuisset avellere, quam loco Tarentasiæ Viennensi traderet.

2. Non modo in ecclesiasticis, sed nec in civilibus potita esse videtur ea provincia jure metropolitico; sed solo jure civitatis. Hoc enim perspicuum est ex Sirmondiana Galliarum Notitia, quæ nullam huic provinciæ Metropolim assignat, etsi ceteris omnibus suam assignarit. Non ferebat autem hoc illius ævi consuetudo, ut quæ in civili ordine Metropolim non habebat, ea Metropolim haberet in ecclesiastico.

3. Nullum est apud antiquos scriptores vestigium, ex quo vel suspicari liceat Tarentasiensem Episcopum metropolitico munis aliquando fuisse defunctum, aut aliquid juris hujusmodi sibi tunc temporis asseruisse ante Hilari Papæ tempora, cujus unica restat epistola, in qua Alpium Penninarum Episcopi ab aliarum provinciarum Episcopis distinguuntur. Quamquam vereor ut subsit mendum in titulo epistolæ; ita ut loco, *Alpium Penninarum*, legendum putem *Alpinarum*, vel *Alpium Maritimarum*. Ratio emendationis non una est. Primum enim cum alteram epistolam scribat idem Papa Hilarus ad earumdem provinciarum Episcopos, ad quos primam scripserat, provinciarum, inquam, *Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis primæ & secundæ & Alpinæ*, hoc unum inter utramque discrimen est, quod in prima *Alpinarum Penninarum* meminit, in altera simpliciter *Alpinæ*: unde videtur Hilarus unicam Alpinam agnovisse ab aliis provinciis discretam: eam porro longe fatius est existimare fuisse Maritimarum Alpium, quæ octo civitatibus constabat, quam Penninarum, quæ ex duabus dumtaxat conflata erat. Deinde quis credat Hilarum, cum ad omnes fere Galliarum provincias scriberet, amplissimam Maritima-

Tentata emendatio tituli epistolæ 8. Hilari PP.

#### EDITORUM ANNOTATIONES.

† Leg. Observ. part. 2. c. 6. n. 11.

marum Alpium Provinciam prætermisisse, & unius provinciunculæ meminisse, quæ etiam Metropoli carebat? Denique cum idem Pontifex de eadem Mamerti causa, de qua in posteriori epistola mentionem facit, scriberet ad viginti nominatim Episcopos, Ingenuum inter eos recenset, qui Alpium Maritimarum Metropolitanus erat: unde patet magis de Maritimis, quam de Penninis Alpiibus intelligendam esse Alpinam, quam in posterioris epistolæ titulo commemorat Hilarus, & ex eodem corrigendum esse titulum primæ, ubi *Penninarum Alpium* mentio injicitur.

4. Cum Petronius Præfectus Prætorio Galliarum Honorii tempore septem Provinciarum corpus composuit, quarum Concilium apud Arelatem constituit singulis annis congregandum, vix dubitari potest quin Alpes Graias & Penninas eisdem annumerarit. Qui enim corporis hujus amplificandi causa duas Aquitanias cum Novempopulana, antiquæ Narbonensis partibus annectere compulsus est, num illud Alpium Penninarum & Graiarum detractioe minuisset? Hoc certe verosimile non est; sed par est potius credere Viennensi annexam esse tamquam partem ejusdem & illius septem Provinciarum corporis. Et certe numquam Leo noster Tarentasiam ceteris Viennensis Provinciæ civitatibus promiscue annumerasset, illiusque Episcopi ordinationem tribuisset Viennensi, si nec Provinciæ Viennensis, nec corporis illius septem Provinciarum pars aliqua fuisset: cum nullo exemplo antiquitatis factum id umquam esse probari queat. Quod autem in Notitia Galliarum toties citata ea Provincia ab aliis segregata seorsim numeratur, hoc vel errore factum esse puto, vel potius ex mutatione, quæ per illas Provincias inducta est per Vvisigothorum irruptionem, qui illarum partem occuparunt circa posteriora illa tempora, quæ supra hujus Notitiæ ætati assignavimus. Quamobrem vel ex hac diversitate probatur posteriorum esse & Honorio Imperatore, & Leone Papa I. eandem hanc Notitiam: & præterea non vere scriptum ab Illustro Petro de Marca, expunctam esse a corpore Provinciarum illarum Provinciam Alpium Graiarum: cum ex Leone constet Viennensi esse accensitam; quando Tarentasiam Viennensi Episcopo attribuit.

5. Cum Ravennius in locum S. Hilarii mortui ordinatus esset Arelatis Episcopus, de ejus ordinatione certiores fecerunt Leonem ordinatores per suas litteras, ad quos Leo rescribens duodecim numeravit: unde eundem duodenarium numerum ordinationi illi interfuisse dubium non est. Porro cum ad solam Viennensem Provinciam pertineret illa ordinatio, eum numerum intra illam provinciam frustra quæreris, nisi Tarentasiam ceteris annumeretur. Demtis enim Viennensi & Arelateni Episcopis, undecim tantum restant in illa provincia juxta Sirmondianam Notitiam, si Tarentasiam non annumeres. Porro Viennensem huic ordinationi non affuisse extra dubium

Tom. II.

est: tum quia nunquam consecrationis hujus honorem alteri cessisset, cum tamen Constantino Episcopo, ut provinciæ antiquiori, delatam esse probabile fiat ex ejus inscriptione, quæ primum locum obtinet in rescripto sancti Leonis: tum quia cum ordinatores omnes Ravennii subscripserint libello Episcoporum Gallorum oblato Leoni Papæ in gratiam Arelatenis Episcopi, exceptis tantum Auspicio Vafensi, qui decesserat, & aliis quatuor, qui supererant, Niceto, Floro, Chrysaphio, & Rustico, non est proculdubio inter hos subscriptores numerandus Viennensis, alioqui priorum Ecclesiæ suæ jurium prævaricator extitisset. Porro nullus e quatuor mox nominatis Viennensis fuit Episcopus, qui si affuisset, primus omnium inscribi voluisset; cum Rusticus tertio tantum loco, Nicetas quinto, Florus septimo, Chrysaphius duodecimo habeatur. Jam vero si Tarentasiam Episcopi ordinationi Ravennii interfuit, argumentum est Tarentasiam ex provincia Viennensi fuisse; cum id ecclesiasticus mos non pateretur, ut ex aliena provincia ordinationis testes adessent Episcopi in synodali, qui propterea fiebat, conventu: ac ne id Ebredunensi quidem Episcopo concessum in provincia, cui Arelatenis præerat, licet ad ejusdem Synodum pertineret.

6. Denique jus Arelatenis Episcopi in eam provinciam mire elucescit ex vita sancti Jacobi primi Tarentasiam Episcopi, quam e veteri codice MS. erutam opera Petri Francisci Chiffletii Jesuitæ, inseruit Bollandus tomo 2. Actorum Sanctorum ad xvi. Januarii. Constat enim ex illa vita, si genuina est, & ab antiquo, ut videtur, auctore descripta, Jacobum se primum Honorato Lirinensis Cœnobia Patri ad Monasticam vitam instituendum tradidisse: tum ab Honorato ad Arelatensem sedem assumpto missum fuisse ad Centronum oppidum vallemque Tarentasiam, *ut populum inibi sub gentilitatis ritu degentem ad fidem Christi converteret ... Quocirca*, addit auctor, *Honoratus aliis convocatis Episcopis Jacobum ordinavit Episcopum, & ad præfatum oppidum vallemque Tarentasiam direxit prædicare verbum Domini.* Quo munere suscepto, Jacobus totum illum populum ad fidem Christi adduxit, Basilicam construxit, sacrisque ministris institutis Hierarchiam composuit: impetratis etiam a Burgundionum Duce, qui tunc eas regiones occupabat, addictisque Ecclesiæ Tarentasiam circumjacentibus agris. His prorsus similia scribit Illustrissimus jam Tullensium Episcopus Andreas Saussaius in supplemento Martyrologii Gallicani. Ex quibus manifestum est, Ecclesiam Tarentasiam, quæ illius provinciæ primaria erat, exordia sua debere Arelateni Episcopo, qui illi & fidem sui discipuli ore propinaverat, & primum consecraverat Episcopum: unde sibi eam merito jure vindicavit, ac consequenter ceteras ejusdem provinciæ Ecclesias.

De Octodoro, quæ jure civitatis gaudet

PARS II. in Notitia, difficultas nonnulla esset: cum  
CAP. VII. & longe ante Honorati Episcopatum de ea  
mentio habeatur in Concilio Aquilejensi,  
nec alibi legatur subiecta fuisse Viennensi  
vel Arelateni, aliisque Galliarum Metro-  
politani. Sed jam ea Notitia non est quod  
anxios nos faciat: cum eam ad posteriorem  
ætatem esse rejiciendam docuerimus supe-  
rius.

Ad Synodum Aquileiensem quod attinet,  
posthabitis Petri Chiffletii conjecturis de  
actorum illius suppositione, quibus in pri-  
ma mea Editione nonnihil indulgisse me pœ-  
nitet, respondeo, plus favere Synodum il-  
lam consilio meo, quam obesse. Cum enim  
Otodunensis Episcopi meminerint acta,  
nec tamen alias Galliarum provincias com-  
memorent quæ ad Synodum Legatos desti-  
nassent, quam Viennensem & Narbonen-  
sem primam & secundam, ad alterutram  
illarum pertinere debuit Otodorum, &  
Viennensis juribus accensitam tunc fuisse,  
asserere mihi liberum est.

## DISSERTATIONIS

## APOLOGETICÆ

PRO SANCTO HILARIO Arelateni Episcopo,

## PARS TERTIA.

UTRAQUE Dissertationis hujus, quam  
præmisimus, parte defuncti, vix opus  
erat, ut tertiam adjungeremus. Siquidem  
quisquis semel hoc in animum induxerit,  
nihil Hilarium in utroque illo Celidonii &  
Projecti negotio tentasse præter legitima se-  
dis suæ jura, facile cetera accusationis ca-  
pita diluet. Si enim Celidonium non in alia  
quam Viennensi Provincia Episcopum egit,  
quam metropolitico jure subiectam fuisse  
Hilario comprobavimus, non aliena, sed  
propria eum potestate ad iudicium suum vo-  
cavit, deposuitque convictum: nec appella-  
tioni locus erat; cum nihil nisi juxta cano-  
num consequentiam gestum fuerit in hoc  
negotio, uti in prima Dissertationis parte  
asseruimus. Si etiam omnes illæ provinciæ,  
quæ antiquæ Narbonensis partes fuerant,  
Arelatensem Metropolitam etiam post di-  
visionem agnovere, non est cur ordinatio  
Projecti in aliqua illarum tentata, ob eam  
rationem in crimen adducatur, quod limi-  
tes proprios excesserit Hilarius. An vero  
aliquæ circumstantiæ in utroque illo nego-  
tio intervenerint, quæ eundem vel teme-  
ritatis, vel superbiæ, vel alterius criminis

\* Legendum Episcopi in locum Projecti.

reum fecerint: hoc porro est quod hac ter-  
PARS III. CAP. I. tia parte discutiendum habemus: dum reliqua epistolæ S. Leonis capita, animo omnis præjudicii immuni, singillatim perque singulos articulos recensemus.

## CAPUT PRIMUM.

An & quo sensu Hilarius Arelatenensis ordinationes sibi omnium per Gallias Ecclesiarum vindicavit aut vindicare potuerit.

ISTUD est omnium accusationum caput ac  
summa, quas adversus Hilarium nostrum  
struxerunt ejus adversarii: quod videlicet  
*Ecclesiarum statum & concordiam Sacerdotum novis præsumtionibus turbaturus excessit, ita suæ cupiens subdere potestati* i Viennensis Provinciæ Episcopos, *ut se beato Apostolo Petro non pateretur esse subiectum; ordinationes sibi omnium per Gallias Ecclesiarum vindicans, & debitam Metropolitanis Sacerdotibus in suam transferens dignitatem.*

Ad hæc ut articulatim satisfaciamus, respondeo satis elucescere ex iis, quæ superius diximus, nequaquam *Ecclesiarum statum* ab Hilario fuisse turbatum; immo vero hoc unum a Leone etiam atque etiam rogabat, *ut Ecclesiarum statum more solito ordinaret; nec novis sese efferebat præsumtionibus*, sed antiquis inhærebat Ecclesiæ suæ privilegiis, quæ a prædecessoribus suis per manus, ut probavimus, accepta, si ultro deseruisset, prævaricationis crimen incurrisset. Tantum abest autem ut *Sacerdotum concordiam* turbaret Arelatenensis Pontifex, ut potius ad ejus propugnanda jura omnes fere in unum coi-  
rent ac conspirarent Galliarum Episcopi, uti ex eo patet, quod iisdem annuentibus 2 eamdem semper, quoad vixit, usurpavit potestatem, etiam refragante Leone, ac minitante Augusto: & post mortem ejus omnes Ravennium in ejus locum *unanimitè*, ut Leo ipse loquitur, *consecravint*, & per libellum supplicem uno consensu adierint Leonem Episcoporum Gallicanorum pars maxima, ut eum ad revocandum durum illud decretum adversus Arelatensem Antistitem promulgatum amice compelleret. Eatenus porro suæ potestati subdere cupiebat Viennensis Provinciæ Episcopos, quatenus provincialibus Episcopis injunctum erat per sacros canones, ut Metropolitanis obtemperarent, ex illorum ore nutuque penderent, ipsumque ut dignitatis suæ consecrationisque auctorem venerentur. Non ita tamen Provinciæ sibi suæ ordinationem pro jure suo

Ep. 10. a.  
Episc.  
Prov.  
Vienn. c. 2

2

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Hæc verba *Viennensis provinciæ Episcopos* ex sua sententia Quesnellus inferuit, eo quia Hilarii iudicium de Celidonio, quod Leo respicit, ad provinciam Viennensem Arelateni Episcopo subiectam pertinuisse existimet: quam tamen sententiam falsam ostendimus. Hujus

autem capituli confutationem invenies in Observ. part. 3. c. 1.

2 Nec Hilarium post Leonis decretum jus metropolitico usurpasse, nec Gallicanos contra ipsum decretum conspirasse, aut quicquam egisse, ibidem probavimus cap. 2.



PARS III. suo assumebat, ut Cathedræ Petri debitam  
CAP. I. denegaret subjectionem, quam ut capiti  
membrum, ut Primati Metropolita, ultro  
deferebat. Verum quod ex apostolica tra-  
ditione acceptum post Hilarii tempora ali-  
quando asseruit Magnus Gregorius, hoc Hi-  
lario, qui erat traditionis fonti propinquior,  
non latebat: nimirum, inertem esse ac otio-  
sam primariorum Præsulum erga inferiores  
Episcopos prærogativam, cum nihil ab his  
nisi secundum normam canonum arrogatur.

Gregor. Si qua, inquit ille, culpa in Episcopis in-  
ib. 7. ep. 65. venit, nescio quis ei Episcopus subiectus  
nd. 21. & non sit: cum vero culpa non exigit, omnes  
apud Gra- secundum rationem humilitatis æquales su-  
ian. Dist. mus. Nihil porro contra canones actum es-  
2. C. de se ab Hilario, abunde a nobis dictum ac  
Constanti- probatum est in superiori Dissertationis hu-  
opolitana. jus parte: immo vero nihil nisi pro custo-  
dia canonum, vel contra Celidonium de-  
cretum in Synodo, vel Romæ coram Pon-  
tificem prolatum est ab Hilario: quamobrem  
quod Leoni sententiam æquitate plenam re-  
scindere volenti strenue obstiterit, non pro-  
terviæ in eo indicium, sed invicti animi  
disciplinæque tenacissimi argumentum fuit.

Jam quod attinet omnium per Gallias  
Ecclesiarum ordinationes, quas sibi vindicasse  
dicitur Hilarius, juvat nonnulla obser-  
vare, quibus expensis quicquid ambitio-  
nis erumpere videtur ex his verbis, nullo  
negotio eluetur. Nulla hic fere vox, quæ  
interpretatione non egeat, aut a generaliori  
significatu ad strictiorem revocari non  
debeat.

Hallucinati sunt, nisi ipse hallucinor,  
omnes omnino, qui vocem ordinationes  
hic positam esse existimarunt pro consecra-  
tione Sacerdotum seu Episcoporum; ita ut  
S. Leo Hilarium arguerit, quasi omnium  
per eas Galliarum partes, de quibus loquitur,  
Episcoporum consecrationem posthabitis  
Metropolitanis sibi arrogantem. At certis-  
simum mihi apparet longe hoc abesse a  
mente Leonis; sed potius ordinationem hoc  
loco pro administratione seu sollicitudine usur-  
pari, quæ Metropolitanæ vel ordinario vel  
primario competit in Provinciam aut, ali-  
quem Provinciarum tractum. Hoc inde pri-  
mum elucet, quod non ordinationes Sacer-  
dotum dixit S. Leo, sed ordinationes Eccle-  
siarum; inter quæ magnum esse discrimen,  
nemo non videt. Ordinare enim Episcopos  
seu Sacerdotes unicum consecrationis mu-  
nus exprimit, ordinare autem Ecclesias  
quemlibet alium jurisdictionis in Ecclesias  
actum & exercitium denotat. 2. Cum hæc  
scribebat Leo noster positum ob oculos ha-  
bebat Celidonii negotium, de quo inter Pon-  
tificem & Hilarium contentio fuerat. Ne-  
mo autem hac in occasione consecratus ab  
Hilario fuerat, sed potius depositus fuerat  
Celidonius in Synodo Hilarii jussu congre-  
gata, quod sub ordinationis Ecclesiarum no-

mine continetur. Denique familiarissimum  
est illius ævi scriptoribus in hoc significatu  
ordinationis vocem usurpare. Cuique legen-  
ti passim occurrent hujusmodi plurima; ut  
apud Leonem ipsum sermone de Apostolis:  
Paullo, inquit, Apostolo aliarum adhuc Ec-  
clesiarum ordinationibus occupato: sed  
& in hac causa ipsa que epistola, de quibus  
agimus, duplicem hujus vocis sensum dis-  
cernit & usurpat Leo. Cum enim Proje-  
cti negotium tractat cap. 4. & 5. & infra  
etiam de consecratione Episcoporum sermo-  
nem habet, exacte ordinationem Sacerdotum  
dicit; cum vero de generali Provinciarum  
administratione disserit, ordinationem Pro-  
vinciarum nominat. Ita enim accipienda  
mihi videntur hæc tertii capitis verba: Or-  
dinationem sibi, ut ante jam diximus, sin-  
guli Metropolitanæ suarum Provinciarum,  
cum his qui ceteros Sacerdotii antiquitate  
præveniunt, restituito sibi per nos jure des-  
cendant. Quamquam enim non inficiamur or-  
dinationem Provincie, vel Provinciarum non-  
numquam pro consecratione Sacerdotum Pro-  
vincie usurpari apud ecclesiasticos scripto-  
res; non ita tamen sumi hoc loco mihi  
videtur, sed pro administratione. Ad con-  
secrationem enim Episcoporum non ii so-  
lum cum Metropolitanæ convenire solebant,  
qui ceteros Sacerdotii antiquitate præveni-  
rent; sed tota simul conspirabat coibatque  
Provincia; at vero pro administratione Pro-  
vincie, eorumque negotiorum discussione,  
quæ persæpe intra quamque Provinciam ena-  
sciebantur, opus non erat ut toties compro-  
vinciales Episcopi omnes in Synodum con-  
venire juberentur; sed satis erat, ut illa a Me-  
tropolitano ex aliquot antiquiorum con-  
sacerdotum consilio tractarentur, juxta præ-  
sens Leonis pronuntiatum. Adde quod eo-  
dem loco generatim de alieno jure non in-  
vadendo disserens Leo, jubensque ut suis  
quisque limitibus sit contentus, innuit se  
de generali quoque Provinciarum ordinatione  
seu administratione sermonem habere.  
Ejusdem etiam epistolæ capite ultimo: Non  
enim, inquit, nobis ordinationes vestrarum  
Provinciarum defendimus, quod potest forsitan,  
ad depravandos vestre sanctitatis ani-  
mos, Hilarius pro suo more mentiri; sed vo-  
bis per nostram sollicitudinem vindicamus.  
Hoc, inquam, pariter loco ordinatio pro  
administratione poni mihi videtur. Quis enim  
umquam illo tempore vel somniasset, Ro-  
manum Episcopum de ordinandis seu con-  
secrandis Gallicanarum Provinciarum Epi-  
scopis cogitasse? At ut per se vellet illarum  
Provinciarum curam suscipere, synodales  
conventus congregare, judicia adornare, &  
cetera hujusmodi, quæ penes Arelatensem  
Episcopum ad illa usque tempora fuerant,  
ad se pertrahere, non somniantis erat sus-  
picari. Hanc tamen longe a se amolitur  
Leo suspensionem, eam curam 3 Leontio  
Fo-

## EDITORUM AD NOTATIONES.

3 Leontius, cujus Leo meminit, diversus  
est a Foro-Julienſi: quippe hic jam obierat  
circa annum 432. uti probant Tillemontius

tom. 15. not. 3. in S. Maximi Regienſis vi-  
tam, & Pagius ad an. 433. n. 20.

PARS III. Forejulienſi Epifcopo, honorandæ, ut ait, CAP. I. antiquitatis cauſſa, deferri poſtulans; eam, inquam, curam, quam ſibi ſuperius aſſeruerat nolle defendere. Porro nequaquam Leonio Epifcopos conſecrandi poteſtatem facit; immo dilerte interdicit, hanc exceptionem ſtatim ſubjiciens: *Metropolitanis privilegii ſui dignitate ſervata*: quibus etiam non uno epiftole loco jus conſecrationis a Leone ipſo aſſeritur.

Ipſe Valentinianus Auguſtus, cum conſtitutione ſua Hilarium acerbe increparet, ex Leonis ſuggeſtione, ait, quod *certa in eum ex his, quæ male ORDINAVERAT, lata ſententia eſt*. Ubi nullatenus de conſecratione in particulari loquitur, ſed univerſim de omnibus, quæ male geſta in Eccleſiis ab Hilario exiſtimabat. Denique, ne prolixiores ſimus, ipſe Hilarius, referente vitæ ejus auctore, in hæc verba Leonem allocutus eſt, *depoſcens ut Eccleſiarum ſtatum more ſolito ORDINARET*.

Quid per omnes Eccleſias Leo intelligat. Quoquo modo autem ordinationis vocem interpretemur, opus eſt ad Hilarii deſenſionem ſequentes ad genuinum ſenſum revocare: ſi enim de omnibus, quæ patent, Gallicanis provinciis intelligerentur, intolerandæ proſus audaciæ reus habendus eſſet Hilarius. Ac primum quidem certum eſt Gallicanas tunc temporis provincias non unius Principis ditioni fuiſſe ſubjectas, ſed partim Romano Imperatori, partim Gothiſ, partim etiam Francorum Ducibus vel Regibus paruiſſe: ut nullo pacto potuerit Hilarius omnium per omnes Gallias Eccleſiarum ordinationem ſibi vindicare: nunquam enim id ferebant Principes, ut alienæ gentis aut ditionis Epifcopus Eccleſias in eorum regno ſitas adminiſtraret, & ex iis vel Epifcopos amoverent, vel conſtarent Synodos. Exemplum habemus in prima Synodo Arauſicana, cui cum forte fortuna interfuiffet Eucherius Lugdunenſis Epifcopus Hilario noſtro, qui Concilio præerat, pernecellarius, non auſus eſt tamen Synodi Actis abſolute ſubſcribere, ſed tantum ſub conditione conſenſus a comprovincialibus impetrandi. Ego, inquit, *Eucherius Epifcopus ſubſcripſi, ſanctorum Sacerdotum comprovincialium meorum ſuper his expectaturus adſenſum*. Ex hac igitur Synodo, quæ tribus tantum annis Celidonii deſiſtionem antecellit, manifeſtum eſt 4 in Lugdunenſes, ac proinde in alias provincias ulteriores Galliarum nihil ſibi vindicaſſe juris Hilarium, qui nec Eucherium impulit ut abſolute ſubſcriberet, quoniam illum ad ſuam Synodum non pertinere noverat.

Non alias ergo Gallias licet hic intelli-

gere, quam quæ Narbonenſem olim ſoli-PARS III dam compoſuerant, quæ *Galliarum provin-* CAP. I. *cia* primum appellata eſt, ac poſtmodum ſimpliciter *Provincia*. Quæ cum ab aliis provinciis in adminiſtratione civili diſtingueretur, conſequens erat ut etiam in eccleſiaſtica eſſet ſeparata. Certe ſuſpicor illud etiam inter utraſque diſcrimen nonnumquam poſitum eſſe, ut quæ Narbonenſem olim conſtarant, ſimpliciter Galliarum, vel Galliarum provinciæ; aliæ vero dictæ ſint provinciæ Gallicanæ. In Concilio enim Pariſienſi ann. 362. vocantur ubique Galliani Epifcopi qui Synodum conſtituebant, & *Saturninum excommunicatum ab omnibus Gallicanis Epifcopis* dicunt. Quæ Synodus eo conſilio congregata fuiſſe videtur, ut quæ a Saturnino Arelatenſi Epifcopo Ariano male geſta fuerant in Arelatenſi & Biterrenſi Synodiſ, reſcinderentur. Verum quia timendum erat ne Saturninus vel Synodum de novo cogeret adverſus Pariſienſem, aut ſaltem eos Epifcopos, quos prius ad tuendum errorem armaverat, iterum ad conculcandum Pariſienſe decretum auctoriſtate ſua impelleret, decrevit Synodus ut *quifquis his, quæ ſtatuert, INTRA GALLIAS putaverit venitendum, a communionem ac ſede ſit Sacerdotii abjiciendus*: eas Gallias, ut opinor, intelligens, in quibus verſabatur ac auctoriſtate pollebat Saturninus, & quarum Epifcopi propter ante acta in ſuſpicionem veniebant. Item in Concilio Vaſenſi I. an. 442. *Placuit, inquit Can. I. tractatu habito, Epifcopos DE GALlicanis provinciis venientes, INTRA GALLIAS non diſcutiendos: ſed ſolum ſufficere, ſi nullus communionem alicujus interdixerit: quia inter circumhabitantes ac ſibi pene invicem notos, non tam teſtimonio indigent probi, quam denotationem ac denuntiationibus depravati*. Ubi omnino diſtingui videtur inter Gallias ſeu quinque aut ſeptem provincias, quarum Epifcopi Synodo aderant, & Gallicanas provincias, de quarum Epifcopis diſcutiendis agebatur. Eodem ſenſu Gallias eſſe acceptas a Leone ipſo pro ſolidæ Narbonenſis partibus apparet ex epiftole 38. ad Ravennium Arelatenſem. *Petronianum, inquit, quemdam vagum... didicimus PER GALLIAS ſe noſtrum eſſe Diaconum jactiſſe, & ſub hujus honoris obtentu diverſas ejus provinciæ Eccleſias circuire*. Item epiftole ad Epifcopos Synodi quinque aut ſeptem Provincialium, quæ corpus ab aliis diſtinctum conſtabant, ita inſcribit: *Leo Ravennio, Ruſtico &c. Epifcopis PER GALLIAS conſtitutis*. Hæ ſunt conjeſturæ, quas doctioribus examinandas emittimus, non ita iis innitentes, ut ab iſdem

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Cum Celidonius Veſontionenſis Epifcopus fuerit Lugdunenſi Metropolitanæ ſubditus, ut oſtendimus in Obſerv. ad hanc diſſertationem, cum Hilarius eum depoſuit, judicium exercuit in provincia Metropolitanæ Lugdunenſis, & hac de cauſſa Leo eum omnium per

Gallias Eccleſiarum ordinationes, ſeu adminiſtrationem ſibi vindicaſſe affirmavit: adeo falſum eſt Galliarum nomine ſolidam Narbonenſem intelligendam eſſe. Cetera quæ Queſnellus ſubjicit, vel ipſe imbecilla ſub ſinem capitis indicat.

PARS III. CAP. I. iisdem pendere velimus sententiam nostram, qua dicimus, non omnes omnino Galliarum provincias sibi subicere voluisse Hilarium; sed eas solummodo, quæ ex solidæ Narbonensis divisione in solidas evaserant quoad civile regimen. Quam merito autem jure eas sibi vindicabat Arelatensis Episcopus, satis superque dictum est in superioribus.

## CAPUT II.

*Utrum in hac agendi ratione, quam Pontifex redarguit in Hilario, aliquid superbiæ, præsumtionis & arrogantia emicuerit.*

**T**otus est Leo noster in insectanda Episcopi Arelatensis i superbia, vixque linea est in hac, tota quanta est epistola, quæ hanc criminationem non spiret acrioribus verbis & quidem plurimis illatam. Passim enim eum traducit, ut hominem nulli subditum legi, qui nullis se dominicæ institutionis credit regulis contineri, qui sacratissimam Petra firmitatem Deo edificante constructam nimis impia vult præsumptione violare, ejus potestatem tentat infringere, favendo cupiditatibus suis, præsumendo illicita, & ipsius beatissimi Petri reverentiam verbis arrogantioribus minuendo.

Nihil revera arrogasse sibi Hilarium præter suæ Ecclesiæ jura, ostensum est pluribus. An vero ita sedis suæ privilegia, immo totius episcopalis ordinis potestatem defenderit, ut debitam Apostolicæ Sedi violaret reverentiam, non omnino manifestum est. Afferit quidem sanctus Leo, sed Leo, ut scribit Doctissimus Baronius, *in his quæ contentiosi fori sunt, quod perfacile est, deceptus, sed Celidonii artibus circumventus, & delationibus adversariorum faciliores præbens aures.*

Quis porro ad convincendum reum accusatoris testimonium satis esse dicat, præsertim vero in propria causa, in qua quisque sibi ipse suspectus esse debet? Certe cum in hac Leonis epistola lego: *Quod postquam Hilarius rationabile, quod in sanctorum Concilio Sacerdotum posset respondere, non habuit, ad ea se, occulta cordis ipsius transtulerunt, quæ nullus laicorum dicere, nullus Sacerdotum posset audire; cum hæc, inquam, lego, redit in memoriam Auxiliaris Præfecti effatum, quod ex ejus ad Hilarium ipsum epistola ea de re scripta refert Honoratus Massiliensis. Impatienter, inquit, ferunt homines, si sic loquamur, quomodo nobis conscii sumus. Aures præterea Romanorum quædam teneritudine plus trahuntur. Mihi certe audiendus magis videtur Præfectus ille Leonis & Hilarii amicus, quam vel Hilarius ipse, vel Leo, quorum, tametsi san-*

ctorum, mentibus vel propriorum privilegiorum æmulatio, vel amor victoriæ nebulas quasdam offundere potuerunt. Intelligis autem, sincere Lector, quantum aberat ut Auxiliaris Præfectus, totius negotii atque tractatus inspector, contumaciæ Hilarium argueret; cum omnes potius Leonis querelas in illam affectionem referat, qua vix est qui non labore, cum suæ sententiæ sibi bique aliquem habet paullo liberius adversantem: in eamque auriem teneritudinem, quam Romanis innatam affirmat. Sed & longe clarius mentem suam aperit in eadem epistola, ubi asserit se totius illius concertationis conscium ac testem, nihil omnino in Hilario deprehendisse, quod animum elatiorem protervumque saperet. Cum, inquit, *propositi tui tenax sis & semper equalis, nulloque commotionis felle rapiaris, sicut nullis extolleris illecebris gaudiorum; ego nec minimum quidem factum Beatitudinis tuæ arrogantia memini contagione fuscari.*

Hoc ut Auxiliari Præfecto, ita & cunctis Galliarum Episcopis persuasum fuit, qui a Leone accepisse videntur rerum in Romana Synodo gestarum acta, quæ omnia ab Hilario prolata continerent, ut ex his verbis conjicio: *Quæ igitur apud nos in causa Celidonii Episcopi gesta confecta sint, & quæ Hilarius dixerit, dum cum eodem præsentem supradicto Episcopo audiretur, inditus chartis rerum ordo demonstrat.* Cum autem omnium ab Hilario gestorum dictorumque participes essent facti, non tamen propterea ab illo desciverunt; sed posthabito transalpini conventus judicio, Gallicanæ Synodi sententiam adversus Celidonium decretam, constanter ratam habuerunt, eundem semper honorem detulerunt Hilario, nec ejus locum a Leontio aliove invadi permisere, quod erat Leonis ad eos scribentis votum consiliumque.

Etsi porro tam horum Præfulum, quam Auxiliaris Præfecti suffragia deessent in gratiam Hilarii, non facile tamen aures accommodandæ essent ejusmodi accusationibus, cum & antequam hoc negotium agitari cepisset, & postquam finitum est, semper ob summam animi demissionem fastusque omnis contemptum præcipue commendatus sit Hilarius. Inde est quod cognati ac prædecessoris sui Honorati vitam edisserens, profanæ ejus nobilitatem pressit silentio, ne in ipsum laudes gentili suo delatæ reciderent: *Etiâ ipse laudibus venerandi propinqui præcelsum stemma natalium maluit nobilitate dum respuit, commendare dum præterit, dilatare dum spernit.* Nec mirum demissum gessisse animum, ubi in ea dignitate collocatus est, ad quam non nisi humilitate conscenderat. *Sicut enim Sacerdotii gradu summus, inquit idem vitæ ejus scriptor, ita humilitatis descensu, fastigium celsæ sublimi-*

Galliarum Episcopi Hilario adhærent.

2

Humilitas sancti Hilarii.

S. Honoratus Massiliensis in vita sancti Hilarii Arelat.

Ibidem.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Confer Observ. part. 3. c. 1. n. 2.

2 Hæc gratis & falso affirmari patebit ex iisdem Observ. part. 3. c. 2.

Auxiliaris Præfectus Hilario Leonis & Hilarii amicus, quam vel Hilarius ipse, vel Leo, quorum, tametsi san-

PARS III. *mitatis indeptus. Idem Massiliensis Episco-*  
 CAP. II. *pus, postquam plurimis exemplis Hilarii*  
*nostri humilitatem comprobata fecit,*  
*ita prosequitur: Constat ergo humilitatis*  
*culmina proprio cum comparasse despe-*  
*ctu, & celsum perinde virtutum meruisse fa-*  
*stigium. Sed forte hæc tanta & tam multi-*  
*plicita vera humilitatis exempla aliquod su-*  
*perbia periculum generarunt, & non potius*  
*sublimibus humilitatis compararunt celsa præ-*  
*conia. Exstitit rigidus, sed superbis; exstitit*  
*terribilis sæculi iniquitate turgentibus,*  
*xenodochiæ vanitate turgentibus. Ceterum con-*  
*gregationi sanctæ & consummatis viris, non*  
*solum cor atque animum, sed corpus quoque*  
*promptissime prosternebat. Quod non minus*  
*Romæ, quam in Galliis frequentavit: Ur-*  
*bem enim statim atque ingressus est, Apo-*  
*stolorum Martyrumque occursum peracto, beato*  
*Leoni Papa illico se præsentavit, cum reve-*  
*rentia impendens obsequium & cum humili-*  
*tate deposcens, ut Ecclesiarum statum solito*  
*more ordinaret. Denique ne unius vitæ au-*  
*ctoris nonnullis forsitan suspecti testimonio*  
*contenti simus, Auxiliaris Romanæ facun-*  
*diæ, ut idem scriptor asserit, auctoris suf-*  
*fragium proferamus; breve quidem illud,*  
*at omni exceptione majus. Ita Hilarius*  
*ipsum alloquitur in epistola, cujus fragmen-*  
*tum habet ejus vita: Sicut tenes in aliis*  
*modestiae morumque operibus principatum;*  
*ignosce de te studiose minora dicenti, quia*  
*semper in prædicatione sui virtus erubescit.*

Jam vero postquam Roma rediit Arela-  
 tum, quanta sinceræ humilitatis dederit in-  
 dicia, vel ipso narratore Baronio discimus.  
 Certe quidem, inquit, *haud medioere speci-*  
*men edidit christianæ modestiæ, dum ita exa-*  
*gitatus tam a Pontifice, quam ab Impera-*  
*to: Sicut enim fremitus Leonis, ita &*  
*ira Regis: tamen omnino conquievit, neque*  
*contrariis editis apologiis suam causam de-*  
*fendit: cum alioqui id præstandi & vis elo-*  
*quentiæ ipsi suppeteret, & jura a prædeces-*  
*soribus prætena suffragarentur.* 3 Errat ta-  
 men Cardinalis, cum posthac Hilarium omni-  
 no conquievisse asserit, nullasque ab eo edi-  
 tas esse apologias, quibus causam suam de-  
 fenderet: ab eminentissimo viro hac in par-  
 te dissentimus, quoniam contrarium diserte  
 affirmat Hilarianæ vitæ auctor, in hæc ver-  
 ba. *Solus, inquit, tantos sustinuit, nequa-*  
*quam minantes expavit, inquirentes edocuit,*  
*altercantes vicit, potentibus non cessit, & in*  
*discrimine vitæ positus, communioni ejus,*  
*quem cum tantis viris damnaverat, conjun-*  
*gi nullatenus acquievit. Redux autem ad Ec-*  
*clesiam suam, & Legatos frequentes misit*  
*ad Leonem, & tam multas edidit apolo-*  
*gias, ut iis recensendis superfedere coactus*  
*fuerit idem vitæ ejus scriptor. Et quia, in-*  
*quit, quantum in hac causa dictaverit, huic*  
*operi nulla possum ratione connectere, Aux-*

*liavis tunc Præfecti quæ fuerit sententia, cre-*  
*didi inferendum &c. Ut autem a Baronii*  
 CAP. II. *sententia discedimus cum scriptas hujusmodi*  
*apologias negat; ita eidem subscribimus Hi-*  
*larii modestiam asserenti. Est enim hoc ho-*  
*minis vere episcopalis, & dignitatis suæ*  
*jura tueri fortiter, & tamen a christiana*  
*humilitate modestiæque sacerdotali nequa-*  
*quam recedere. Talem se in hoc negotio*  
*Hilarium præbuisse & totius vitæ ipsius ten-*  
*nor, & scriptor jam sæpissime laudatus per-*  
*suadent. In civitatis, inquit, recessu to-*  
*tum se ad placandum animum sancti Leonis*  
*inclinata humilitate convertit, misso primum*  
*sancto Ravennio tunc Presbytero, postmodum*  
*proprio successore; deinde sancto Nectario,*  
*sanctoque Constantio præcipuis Sacerdotibus.*  
*Et quia quantum in hac causa dictaverit &c.*

Ablit ergo ut tam sinistram de sanctissi-  
 mo Episcopo opinionem animo retineamus,  
 quam & adversariorum ejus calumniæ; &  
 sancti Leonis paullo commotioris facti epi-  
 stola jampridem generarunt. Et licet diffi-  
 cile sit in hoc dissidio e duobus eximia san-  
 ctitate præclaris alterutrum absolvere, nisi  
 altero insimulato, minus tamen spiritui  
 gratiæ contumeliosum videtur, si dixerimus  
 Leoni satis perspectam tunc non fuisse Hi-  
 larii sanctitatem: & in illo contentionis  
 æstu non eo sensu Hilarii verba accepta esse  
 a Romano Pontifice, quo ab Arelatensi pro-  
 ferebantur; quam Hilarium tantæ procaci-  
 tatis, arrogantiæ, ac superbiæ reum existima-  
 re, hominem singularis modestiæ ac sponta-  
 neæ demissionis nomine commendatissimum,

## C A P U T III.

*Quid ad illud epistolæ: quod Hilarius ra-*  
*tionabile quod in sanctorum Concilio Sa-*  
*cerdotum posset respondere, non habuit?*  
*quid de testibus a Celidonio productis?*

**O**Mnibus in re propria dicendi testimonii  
 facultatem jura submoverunt, ut pri-  
 dem sanxere Imperatores Valens, Gratia-  
 nus, & Valentinianus ad Gracchum Præfe-  
 ctum Urbis scribentes. Ex quo & superio-  
 ribus S. Leonis querelis plurimum roboris  
 detrahitur, & præsentibus occurrit. Hoc  
 enim uno maxime angebatur Leo, quod ad  
 se trahere volenti Galliarum causas strenue  
 obnitebatur Hilarius. Unde mirum non est,  
 si i rationabile non invenit quicquam eor-  
 um, quæ ab Arelatensi Episcopo prolata  
 sunt: nemo est enim qui adversariorum ra-  
 tionibus libens subscribat; & cuique litigan-  
 tium hoc a natura corrupta inditum est, ut  
 juris omnis robor ac probationum pondus  
 sibi militare existimet.

Porro si Honoratum Massiliensem confu-  
 lamus, qui cum post mortem Hilarii scri-  
 pserit, adulationis omnis expers ac vacuus  
 fuisse

## EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Errat potius Quesnellus, cum apologias post  
 Leonis decretum missum in Gallias ab Hilario

scriptas affirmat. Lege Observ. part. 3. c. 2. n. 1.  
 † Vide part. 3. Observationum c. 3. n. 1.

ARS III. fuisse credendus est; ita locutus est Hilarius  
 AP. III. in sua causa, ut & iniquentes edocuerit,  
 & altercantes vicerit. Quamquam parce ad-  
 modum verba eum fecisse putem, qui se ad  
 litigandum non accinxit; sed huic semper  
 principio tamquam immobili lapidi innixus  
 est, se ad officia, non ad causam venisse;  
 protestandi ordine, non accusandi, quæ sunt  
 acta suggerere: quæ quidem in novo rursus  
 2 iudicio ventilari ac discuti, & recepti tunc  
 in Galliis Canones, solitaque Ecclesiarum  
 ordinatio non sinebant. Hoc unum contende-  
 bat Hilarius; hoc rationabile non existi-  
 mavit Pontifex noster: quoniam hoc aucto-  
 ritati ac splendori sedis suæ deberi putabat,  
 ut quæcumque per omnes orbis Ecclesias ce-  
 lebrabantur iudicia, ad Romanum examen  
 denuo semper revocarentur.

Quod igitur in Romana Synodo causam  
 deseruisse visus est, nec, ut Leo ait, quod  
 responderet habuit; hoc neque ex juris pe-  
 nuria, nec ex probationum defectu, nec ex  
 loquendi difficultate provenit: sed inde, quod  
 Leonis facta solita iudiciorum Gallicanorum  
 forma immutabatur, novumque jugum hoc  
 modo parabatur Gallicanis Ecclesiis ac Sa-  
 cerdotibus, quod nec illi, nec eorum Patres  
 ferre unquam potuerant: quod jugum si Hi-  
 larius Gallicanarum Ecclesiarum apex his  
 imponi passus esset, ipse tamquam & prop-  
 ria dignitatis defensor, & Gallicanæ liber-  
 tatis traditor a suis Coepiscopis erat arguen-  
 dus. Hilarii igitur silentium, prudentiæ fuit,  
 non imbecillitatis; reverentiæ, non contu-  
 maciæ: defensionis, non desertionis: facun-  
 diusque causam dixit tacendo, quam pero-  
 rando fecisset.

De testi- Jam quod 3 testes attinet, quorum mani-  
 us a Ce- festa, ut ait, responsione, se injuste Sacer-  
 donio fuisse dejectum monstraverat Celido-  
 roductis. nius, dubium subesse mihi videtur nonnul-  
 3 lum, utrum de testibus apud Gallias audi-  
 tis a Gallorum Synodo agatur; an vero de  
 testibus, quos e Provincia in Urbem evo-  
 carit Episcopus dejectus, produxeritque in  
 conspectum Romani Concilii. Si hoc ulti-  
 mum; videt quisque quam suspecti plerum-  
 que sint testes per longa itinerum spatia tra-  
 ducti, quippe qui auro persæpe redimuntur,  
 ut ad loca remota se conferant, speque lu-  
 cri magis ducuntur, quam studio veritatis.  
 Insuper ab iis locis absunt, in quibus sunt  
 noti, & forte scelerum rei, atque a reddendo  
 testimonio reprobandi. Ad quæ demum  
 contrariorum testium necessarie personæ, ut  
 ajunt Episcopi Africani, vel propter sexus,  
 vel propter senectutis infirmitatem, vel mul-  
 tis aliis impedimentis adduci non possunt.

Quam ob causam statutum est pariter & ju-  
 stum, quemadmodum S. Cyprianus testis est  
 Tom II.

epist. 55. ad Cornelium Papam, ut unius-PARS III.  
 cujusque causa illic audiatur, ubi est cri- CAP. III.  
 men admissum ... ubi & accusatores habere,  
 & testes sui criminis possint. Unde & in  
 jure civili magna cautio adhibetur circa evo-  
 candos per longinqua itinera testes, propter  
 fraudis periculum, quod subesse solet. Jam  
 vero si de testibus a Celidonio productis in  
 Provincia agit S. Leo, longe melior est Hi-  
 larii conditio. At de his loqui Pontifex vi-  
 detur tum ex modo loquendi, quem usur-  
 pat: non enim ait, monstravit, sed monstra-  
 verat, quo Gallicanam remotioremque Syn-  
 odum indicari crediderim: tum quia de  
 testium præsentia in Romana Synodo non  
 meminit, sed tantummodo de ipsorum re-  
 sponse, scripto, ut conijcere licet, exhibi-  
 ta; cum tamen statim de Hilario loquens  
 dicat: Ita ut, quod Hilarius nobiscum resi-  
 dens posset opponere, non haberet. Hoc igitur  
 si ita est, ut de testibus in Synodo Gal-  
 licana ab Episcopo accusato prolatis sermo  
 sit; quis velit conferre narrationem Celido-  
 nii pro se ipso allegantis Romæ testium ne-  
 scio quorum responsionem in Gallia factam,  
 cum eorum testimonio, qui Celidonium ipsum  
 accusarunt, convicerunt, condemnarunt.  
 Non enim fuere pauci testes pretio condu-  
 cti, quales facile fuit Celidonio sibi com-  
 parare, aut metu, vel gratia impulsu; sed  
 flammata nobilium & mediocrium studia con-  
 volarunt, adstruentes Celidonium internuptam  
 suo adhibuisse consortio, simul ingredientes sæ-  
 culi administratione perfunctum capitali ali-  
 quos condemnasse sententia. Quibus non con-  
 tenti sancti Hilarius & Germanus, alios et-  
 iam testes imperant preparari, eorumque ope-  
 ra ac studio conveniunt ex aliis locis probati-  
 ssimi Sacerdotes, per quos res omni ratione  
 prudentiaque discutitur, accusatio testimoniis  
 comprobatur, vera demum simplexque definitio  
 adhibetur, ut quem Scripturarum regulæ  
 removebant, voluntate propria se removeve  
 deberet. Si porro tunc temporis vel ulli vel  
 idonei testes a Celidonio adducti essent, ut  
 Romæ narravit; quis credat Hilarium Ger-  
 manumque sanctissimos viros, aliosque pro-  
 batissimos Sacerdotes, quos Honoratus com-  
 memorat, ita vel occæcatos, vel omnis obli-  
 tos esse æquitatis, ut confacerdotem mal-  
 lent ut reum damnare, quam absolvere in-  
 nocentem? Quod si hujus viri innocentiam  
 aliquamdiu contigisset invidorum potentia  
 vel artibus obscurari; at tandem aliquando  
 emicuisset Gallicanæ Ecclesiæ oculis; Hila-  
 rio ipsi postmodum innotuisset, ut & Ger-  
 mano tantæ gratiæ viro; nec ita pristinæ  
 sententiæ tenax fuisset sanctissimus Arelaten-  
 sium Episcopus, ut in ea ultimum obire  
 diem voluisset, contra vel propriam, vel pu-  
 bli-

Vita S.  
 Hilarii A-  
 relaten-  
 sis per Hon-  
 oratum  
 M:ff.

M m m

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Quinam Canones in Galliis recepti, non  
 sinebant Celidonii causam in novo iudicio  
 Romæ discuti? Falsitatem cognosces ex Ob-  
 serv. part. 1. c. 6. n. 17. De consuetudine  
 etiam vide ibidem c. 5. Hinc falsum est, quod

audacissime post pauca subijcitur: Leonis fa-  
 cto solita iudiciorum forma immutabatur, no-  
 vumque jugum hoc modo parabatur Gallicanis  
 Ecclesiis.

3 Lege quoad testes Observ. part. 3. c. 3.

PARS III. blicam de fratris sui innocentia notitiam. 4  
CAP. III. Numquam tamen resiliit Hilarius, sanctæ  
4 post mortem memoriæ ab ipso Leone appellatus; &, ut testatur laudatus toties ejus vitæ scriptor, etiam in discrimine vitæ positus, communioni ejus, quem cum tantis viris damnaverat, conjungi nullatenus acquivit.

## CAPUT IV.

*Cetera accusationum momenta discutiuntur; ac præsertim ea, quibus Hilarius tamquam immitis & inhumanus arguitur.*

**A**B his examinandis abstinere poteramus, cum ea ab Honorato prætermissa esse videantur, sive quod per eam tempestatem purgata esset ab his omnibus Hilarii memoria, sive quod revera in nonnullis humani aliquid passus sit vir sanctus, dum variis Ecclesiarum negotiis emergentibus incumbens, aliqua paullo nimis præcipitanter exequitur, ut ad alia zelo disciplinæ accensus properaret. Sed enim, quod de se ipsum profiteri non pudet Leonem, ipsa suscepti operis magnitudo creberrima est offensionis occasio, etiam Pontificibus ab omni ambitu aut cupiditate alienis; tale quid contingere potuit in Projecti negotio, cui alium venti superordinatum esse queritur S. Leo: & quidem, ut ipse contendit, in aliena Provincia: quod quatenus verum sit, secunda dissertationis parte discussimus. Sed dum Projectus ardentius forsitan sua jura prosequitur; dum cives ejus civitatis, cujus regebat Ecclesiam, Episcopi sui querelis studiose nimis suffragantur, ac se in electione neglectos putant, cum eorum votis ac testimoniis non expectatis illa perficitur, invidiosissime Hilarium scriptis litteris profciderunt.

Præterea illud omne ex proprio ingenio egisse Hilarium, hominem disciplinæ studio commendatum, ægre mihi persuaserim; sed potius existimaverim hoc ipsum negotium in aliquo illorum excursuum contigisse, in quibus comite ac consocio Germano Autissiodorensi utebatur. Nec par est credere, quod solus ordinaverit Episcopum, cum ipse & in Regiensi Concilio & in Arausicano I. quibus præfuit ac subscripsit, & quorum decreta condidit, gravissimis verbis ac interminationibus illos insectatus fuerit, qui vel a duobus ordinari se passi essent, vel alium non adscito secum tertio ordinassent. In Regiensi quidem depositionis sententiam tulit adversus Armentarium Ebredunensem Episcopum, quia a duobus tantum fuerat ordinatus; ordinatoresque ipsos ab omnibus ordinationibus, ac Conciliis removit & abstinere sancivit. In Arausicana autem Synodo eos, qui tale quid audebant, tamquam præsumptores & antiqui statuti violatores,

damnandos pariter decernit Canone vigesimo primo. Sed nec Leo ipse, nec Projecti cives de hoc Hilarium accusarunt, quod solus eam ordinationem attentavit. Quod vero cum pluribus egit, vix adduci quis poterit, ut sine consilio, aut sine ratione aliqua factum putet.

Prosequitur S. Leo in hæc verba: *1* *Militaris manus (ut didicimus) per Provincias sequitur Sacerdotem, & armati præsumptione præsidii suffulto ad invadendas per tumultum famulatur Ecclesias.* Nihil est, quod in odium trahi non possit, cum seorsum a suis circumstantiis res quælibet exponitur. Unde facile fuit ab adversariis Hilarii rem hanc invidiose referri, quæ vel necessitate compellente, vel amicis ultro agentibus permissa est ab Hilario. Pronum est enim credere plurimos, qui Hilarii ab ore pendebant, ejusque suspiciebant sanctimoniam, sese ultro comites dedisse suo Antistiti, cum in Provincias sibi subjectas excursurus proficisceretur, tum propter bellicos tumultus, quibus eæ regiones persæpe concussæ sunt, tum propter adversarios, quos ei ardens disciplinæ studium, peccatique odium apud impios pepererat.

Quicquid sit, hoc certum habemus Hilarium ab omni sæculi fastu ac splendore longe alienum fuisse: ita referentibus, qui ejus gesta scripserunt: *Ex plenissima quippe, ut ait Eucherius, mundanæ potestatis sede in religionis nomen ascenderat, magno animo egressus de domo sua & de cognatione sua, & omnem jamdudum censum in Christi pauperes Christo dives effuderat: eum propterea Patrem pauperum vocitari consuevisse* ajunt, quod & paupertatis amator pauperes solerti cura pauper ipse aleret. Quid, quod tanta parvitate vita est illius sustentata, ut raro secularium aliquem invitaret: quod lectioni intentus, vigiliis deditus, orationi ac jejuniis jugiter mancipatus, cilicium asperitate exilitatem tenuati corporis macerabat? *Nec hiemis quidem rigore, quo solent torrentia flumina glaciali algove constringi, pedes indumento adjecto texit, numquam sinum lanamine contegens: vere, ut epitaphium ejus habet, Antistes Domini, qui paupertatis amorem præponens auro, rapuit celestia regna.*

*Rustica quin etiam pro Christo munia sumens, Servile obsequium non dedignatus adire, Officio vixit minimus, sed culmine summus.*

Denique in ipsa Romana professione, quam Celidoni occasione suscepit: *pedibus iter aggrediens conficere non timuit, intrepidus Urbem Romam sine equo, sine Sagmario vel Sago, omni difficultate superata festinus intravit.* Quis hujusmodi hominem credat militari manu stipatum Gallicanas Provincias peragrassæ? Qui si forte armatos homines itineris sui comites esse permisit, aliam omni-

S. Leonis  
epist. 10.  
cap. 6.

Hilarius  
a fastu sæculi alienus.

Eucherius  
de contemptu mundi.  
Idem de laude Eremi.

Vita S.  
Hilarii.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Eamdem cantilenam recinit, quam referimus loco mox citato c. 2.

1 Forte hæc censura exinde orta est, quia

Hilarius Patricio Præfectorioque fultus favore indebitam sibi per Gallias vindicasse monarchiam tradebatur, ut ex vita S. Romani discimus.

ARS III. omnino ob causam ita contigisse oportuit ,  
 AP. IV. quam quæ a Leone nostro ex adversariorum  
 Hilarii impostura suggeritur . Certe parum  
 sibi ipsa constat calumnia , cum & militari  
 manu cinctum Hilarium narrat , & armati  
 præsumptione præsidii suffultum ad invaden-  
 das per tumultum Ecclesias . Hæc enim si  
 ita se habent , quomodo , quod circa Proje-  
 cti negotium asseritur , *insperatus nescientibus supervenit , & improvisus abscessit* ? Et  
 qua ratione per tumultum Ecclesias invalisse  
 credendus est , qui ita secreto ac furtive ,  
 ut volunt , in civitatem irrepsit , ut ante  
 abscederet , quam eum venisse civibus inno-  
 tesceret ? E contra vero quomodo secreto &  
 furtive venisse is existimetur , quem certum  
 est nonnisi convocatis pluribus Provinciæ Coe-  
 piscopis ordinationem episcopalem celebrasse ?

Jam vero quod Hilarium velut immitem  
 & inhumanum inducit , nulla ratione con-  
 cinit his , quæ in ejus vita narrantur . *Apparet* ,  
 inquit Pontifex , *quam mitis sit corde Hilarius , qui obesse præsumptioni suæ fra-  
 ternæ mortis credidit tarditatem . Quantum  
 enim in se fuit , Projecto subtraxit lucem , abs-  
 tulit vitam , qui hunc dolorem , in locum ejus  
 alterum subrogando , ne ad salutem illi re-  
 curfus esset , iniecit . Quam inhumanitatem  
 inferius etiam redarguit , ubi eo nomine car-  
 pit Hilarium , quod facile communionem ,  
 & ad indignantis arbitrium , & pro com-  
 missis & levibus verbis denegaret iis etiam ,  
 qui criminis participes neutiquam fuerant .  
 Sed quid mirum , inquit , eum in laicos tale  
 existere , qui soleat de Sacerdotum dam-  
 natione gaudere ?*

Compa-  
 ientis a-  
 rguimen-  
 a in Hi-  
 lario .  
 Sed audiamus quam diversum ab illo no-  
 bis depingat Hilarium testis locuples Hono-  
 ratus , & quanto pietatis sensu commota ejus  
 erga peccatores viscera lacrymarum imbrem  
 funderent . *Quotiescumque* , inquit , *pœnitentiam  
 dedit ... admonitione completa , cum la-  
 crymis supplicationum sumebat exordia , ut  
 pœnitentiæ fructum , quem monendo contulerat ,  
 orando firmaret . Paulo post hæc verba ,  
 alia subjicit , quæ eundem compatien-  
 tis animi sensum in Arelatensi Episcopo mi-  
 re expriment . Pietatis suæ insignia , inquit ,  
 in his , quos ad celi regna præmisit , ita in-  
 timis invicem visceribus demonstravit , ut nul-  
 lus queat imitari . Minimi cujusque Lectoris  
 transitu ejusdem animus taliter vulnerabatur  
 interius , ut singultibus quateretur , & pro-  
 funderet fletus uberrimos ; non aliter ac si  
 unici pignoris solatio caruisset . Casus quoque  
 infirmitatesque suorum vulnera propria repu-  
 tabat . Quod auctor exemplo comprobat Cy-  
 rilli cujusdam Levitæ , cujus pedem moles  
 marmoris ex alto decidens colliserat . Pro  
 cujus , inquit , gemitu & dolore non minus  
 vulneris vir beatus excepit in corde , quam  
 collisus sustinebat in corpore . Denique in re-  
 levatione proximi membrorum propriorum ja-  
 cturam credidit faciendam , implevit divinum  
 præceptum , quin immo feliciter & excessit ,  
 dicente Domino : Diliges proximum tuum ,  
 sicut teipsum . Ecce invenitur hic beatus dilex-  
 isse proximum supra seipsum , qui , quan-*

Tom. II.

*tum definitio mentis habuit , membra tradi-*  
 dit amputanda propria , ut sanaret aliena . PARS III. CAP. IV.

*Apparet ergo* , ut sua Leoni verba reddamus , *quam mitis esset corde Hilarius* : quam longe abesset ut fratribus suis dolorem injiceret , subtraheret lucem , auferret vitam ; qui contra alienum dolorem suum fecit , qui suorum mortem tot gemitibus profecutus est , qui fraternam vitam propriæ vitæ antepo-  
 nere non dubitavit .

## C A P U T V.

*Hilarii pietas erga pauperes expenditur , nonnullaque de eodem clarissimorum virorum testimonia referuntur .*

QUanto caritatis æstu peccatores exomologesin facientes exciperet Hilarius , quo sensu miserationis fraterno dolori compateretur , non tam in superiori capite legimus , quam oculis ipsis percepimus ; ut tuta sit hac ex parte ab adversariorum calumniis Hilarii benignitas ac mansuetudo . Splendidus tamen adhuc emicabit , si qualis idem erga pauperes egenosque fuerit , referamus tum ex ejusdem vita , tum ex aliis , qui de tanti Episcopi virtutibus disseruerunt , scriptoribus .

*Ita* , inquit Honoratus , *viscera ejus misericordia quatiebat & pietas , ac si solus ad redimendum paginis celestibus urgeretur . Tra-*  
 ctavit secum , deliberavit , effecit , ut sacra ministeria captivis potius solatia , quam præstarent Ecclesiis ornamenta . Quicquid argenti omnes Basilicæ habuerunt , captivorum redemptioni protinus deputavit , cumque omnia cognovisset expensa , exultans atque congratulans , quia vota fidelium dispensatione sua videbat celi in sede præmissa . Numquidnam poterit æstimari quantum visceribus ejus insederit pietas , qui usque eo credidit omnia distrabenda , quo usque ad Patenas vel Calices vitreos veniretur ... Miseratione propensus , largitione promptissimus , non contentus quæ inhibebantur ingerere , nisi solatia consolationum rivis fletuum cumulasset . Eandem Arelatensis hujus Episcopi erga pauperes miserationem laudibus extollit Julianus Pomerius lib. 2. de Vita Contemplativa , uti statim referemus . Eum grandi & solerti cura pauperes aluisse , asserit Petrus Equilinenfis . Trithemius lib. de scriptoribus ecclesiasticis eodem ipsum nomine commendat . *Tanta* , inquit , *pietatis existit in pauperes , ut omnibus suis in eorum usus hilaviter dispersis , PATER PAUPERUM deinceps vocaretur & esset . Sed Gennadius Hilario pene coævus aut suppar ejus erga miseros caritatem impense laudat , his verbis : Hilarius Arelatensis Episcopus , vir in sanctis Scripturis doctus , paupertatis amator & erga inopum provisionem non solum mentis pietate , sed & corporis sui labore sollicitus emicuit . Nam pro reficiendis pauperibus etiam rusticationem , contra vires suas , homo genere clarus , & longe aliter educatus , exercuit : sed nec in spiritualibus neglexit . Gennadium transcripsit Ado Viennensis in Chronico .*

Honoratus  
 Massil. in  
 vita S.  
 Hilarii.

PARS III. Porro quod supra Honoratus retulit de  
CAP. V. sancto Hilario, *ita visceribus ejus infedisse pietatem, ut usque eo crediderit omnia distrahenda, quo usque ad Patenas vel Calices vitreos veniretur, satis ostendit non sacra solummodo vasa in usus pauperum fuisse ab eo expensa, sed manifestum est eundem Ecclesie suae praediis ac possessionibus nequaquam pepercisse, priusquam ad Calices vitreos veniretur. Quod & aliunde factum discimus, nimirum ex epistola 8. Hilari Papae cap. 4. ubi testatur, oblatum sibi libellum fuisse nomine Leontii Arelatensis Episcopi, quo perhibebat Parochias Ecclesiae suae a praedeccessore suo Hilario in alios, quod non licuit, esse translatas, petens illas pristino juri Hilari auctoritate restitui. Cujus querelae occasione decretum condidit Pontifex, quo cavetur: Ne praedia, quae neque deserta, neque damnosa sunt, & ad Ecclesiam pertinent, ex quibus plurimorum consuevit necessitatibus subveniri, aliquo jure in alterum transferantur, nisi prius apud Concilium alienationis ipsius causa doceatur: ut quid fieri debeat communi omnium deliberatione tractetur.* Bene quidem ac prudenter admodum Pontifex patrimonio pauperum hac constitutione consulit, nihilque tale tentari vult absque Concilii nutu ac conscientia, ne quando a perditis hominibus Ecclesiarum possessiones sub caritatis praetextu dilapidentur. At eo res per sepe veniunt, ut nec propter bellicos tumultus Conciliis congregandis locus sit, nec moram patiatur pauperum inopia, vel captivorum misera conditio, recedentibus nimirum quandoque barbaris, & ad propria cum sua praeda remeantibus, nisi praesenti nummo captivi ab eorum manibus eripiantur. Similis forte causa Hilarium compulit, ut absque Concilii nutu, si tamen ita factum est, res Ecclesiae distrahi in usus pauperum decerneret. Certum est quidem per illam tempestatem, qua Arelatensem Ecclesiam rexit Hilarius, frequentibus armorum motibus barbarorumque incursum concussas esse Gallias, Hunnorum, inquam, Burgundionum, Gotthorum, & aliorum, adversus quos, ut Prosper scribit, Aetius Romanam rem utcumque sustentavit. Nec minus certum, quod etsi Hilarius eo usque omnia distrahenda credidit, quousque ad Patenas vel Calices vitreos veniretur, ut pauperum inopiae subveniret; is tamen tantum abest, ut Ecclesiae suae reditus ac possessiones imminerit, ut eas potius multo quam antea auctiores successoribus reliquerit. Testem habemus Hilario ipso fere *σύνχρονον*, Julianum scilicet Pomerium, qui apud Gallias & Episcopatum gessit. Is de Arelatensi nostro haec habet lib. 2. de Vita Contemplativa cap. 9. *Quid Sanctus Hilarius? Nonne & ipse omnia sua parentibus reliquit, aut*

Epist. 8.  
Hilari PP.  
c. 4.  
  
I  
  
Julianus  
Pomerius  
lib. 2. de  
Vita Con-  
templ. c. 9.

PARS III. CAP. V. *vendita pauperibus erogavit? Is tamen cum merito perfectionis suae fieret Arelatensis Ecclesiae Episcopus, quod illa tunc habebat Ecclesia, non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hereditatibus ampliavit. Abunde his verbis satisfit querelis, quibus Leontius Hilarii decessoris sui memoriam lacebatur: si enim aliqua Ecclesiae suae praedia in gratiam pauperum alienarat, eisdem multo ampliores caritas ipsius pepererat, quam abstulerat divitias.*

Tot tantorumque virorum testimoniis hoc tandem efficitur, ut inter adversariorum calumnias relegatur, quicquid ad aures Romani Pontificis tum adversus alias Hilarii virtutes, tum praesertim contra ejus mansuetudinem delatum est. Quod nemini non accidit Episcoporum, qui apostolicum vigorem spirantes, adversus impiorum contumaciumque Christianorum scandala semel insurrexerint, eosve a communionis gratia, spiritali gladio praeciderint. Quam facile enim est perditis hominibus immanitatis crimen iudicibus suis objicere, ut intorta in ipsos sententia non tam suis sceleribus, quam ferientis Episcopi inclementia deputetur! Hac arte Zosimum delusit Pelagius; nec impari mendacio Leoni nostro ad tempus imposuit Eutyches, qui misso ad Pontificem hunc libello se Nicanae Synodi inhaerentem decretis, immerito esse communionem privatum conquestus est, ac pene persuasit. Eadem proculdubio impostura Leonis auribus suggestum est a nonnullis, quod facile communionem denegaret, proque levibus verbis ac commissis; ejusdemque ab eo poenae confortes fieri, qui minime sceleris facti fuerant participes. Haec aliaque omnia, quae haecenus discussimus, commenta de Antistite omnium ore scriptisque laudato existimare, hominis fuerit parum cordati parumque religiosi. Cujus Episcopi praclare sancteque gesta qui accurate volet addiscere, ejus integram vitam ab Honorato Massiliensi Episcopo conscriptam consulat, quam eo consilio Leonis operibus appendi curavimus.

#### C A P U T VI.

*An fuligo semipelagiana adversus Hilarium hac insectum commoverit S. Leonem? An in ea ad mortem usque ille perseveraverit? Veterum testimonia pro Hilario referuntur.*

SI quid de re obscura & conjectando assequi licet, vehementer suspicor non solas Celidonii & Projecti querelas, vel usurpati apud Gallias alieni juris insimulationem in causa fuisse, ut tam acerbe exciperetur a Leone Hilarius noster. Manebat, ni fallor, alta mente repositum tum Leoni, tum Pro-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

I Id Quesnello excidit: Julianus enim Pomerius Presbyter tantum fuit.

I Arbitraria omnino haec conjectatio est, nullo vel remotissimo indicio suffulta.



PARS III. Prospero, qui per illa tempora Leoni a se-  
 CAP. VI. cretis & curis ecclesiasticis erat, Hilarium  
 principem vel tum adhuc esse, vel non ita  
 pridem fuisse, eorum qui S. Augustini de  
 gratia doctrinam impugnabant in Galliis.  
 Atque adeo uterque existimavit plurimum  
 Gallicanarum Ecclesiarum paci & catholico  
 dogmati profuturum, si arrepta querelam  
 istarum occasione, quas niti veritate  
 credebant, Hilarius ab illa auctoritate deji-  
 ceretur, quam ei & doctrina, & pietas, &  
 sedis splendor pepererant. Siquidem pluri-  
 mos auctoritate & dignitatis suæ & nomi-  
 nis in sententiam suam pertrahebat, & vix  
 pauci aliqui erant, quos vel reverentia, vel  
 opinio tanti viri a catholico sensu non di-  
 moveret. Ita Prosper ad Augustinum scri-  
 bens, *Possumus quidem, inquit, ad creden-*  
*dum esse constantes, sed ad auctoritatem ta-*  
*lia sentientium non sumus pares: quia mul-*  
*tum nos & vitæ meritis antecellunt, & ali-*  
*qui eorum adepto nuper summo Sacerdotii ho-*  
*nore supererminent: nec facile quisquam, præ-*  
*ter paucos perfectæ gratiæ intrepidus amato-*  
*res, tantis superiorum disputationibus ausus*  
*est contraire. Ex quo non solum his, qui eos*  
*audiunt, verum etiam ipsis, qui audiuntur,*  
*cum dignitatibus crevit periculum: dum &*  
*multos reverentia eorum aut inutiles cohibet*  
*silentio, aut incurioso ducit assensu; & sa-*  
*luberrimum illis videtur, quod pene nullius*  
*contradictione reprehenditur. Hæc de Hilario*  
*Arelateni Episcopo scripta esse a Prospero,*  
*luce meridiana clarius est, & ex iis, quæ*  
*ab eodem sub finem epistolæ subduntur, in-*  
*videte probantur: ubi inter eos, quos meri-*  
*tis atque honoribus claros caligo istius Semi-*  
*pelagianorum opinionis obscurabat, unicum*  
*nominat præcipuæ auctoritatis & spiritualium*  
*studiorum virum, sanctum Hilarium Arela-*  
*tensem Episcopum. Suffragatur Augustinus*  
*de Dono Persever. cap. 21. ubi eundem*  
*Hilarium clare designat velut Semipelagian-*  
*orum errore infectum. Unde mirum vi-*  
*deatur ab aliquot recentioribus scriptoribus*  
*id de Hilario negari, a Brunone, inquam,*  
*Neussero Prodromi Velitaris p. 50. & ab*  
*Anthelmio, Dissertat. IX. de SS. Leonis*  
*& Prosperi Operibus. Quorum opinionem*  
*egregie refellit Eminentissimus Norisius in*  
*Dissert. IV. ad appendicem Auctoris scrupulorum*  
*Edit. Rom. p. 251.*

Hæc cum ita essent, quis non credat fa-  
 ciliores inde aures præbuisse Hilarii accusa-  
 toribus Leonem & Prosperum, quorum mens  
 una erat idemque consilium, atque id e re  
 Ecclesiarum Gallicanarum esse existimasse,  
 si quid Hilarii auctoritati detraheretur, quam  
 catholicæ doctrinæ noxiam credebant? Hoc  
 certe in votis olim habuisse & Prosperum &  
 Hilarium laicos, inficias nemo ierit, qui  
 utriusque legerit scriptas ad Augustinum epi-  
 stolas. *Sunt ex parte tales persone, inquit*  
*Hilarii ad Hilarius laicus, ut his consuetudine ecclesia-*  
*s. August. stica laicos summam reverentiam necesse sit*  
*exhibere. En Hilarium Arelatensem Episco-*  
*pum, quem & sequentia, paucis interposi-*  
*tis, verba attinent: Tux sane est prudentiæ*

Epist. Pro-  
 peri ad  
 sanctum  
 Aug.

Epist. S.  
 Hilarii ad  
 S. August.

*dispicere, quid factu opus sit, ut talium & PARS III.*  
*tantorum superetur vel temperetur intentio. CAP. VI.*  
*Cui ego jam parum prodesse existimo te red-*  
*dere rationem; nisi & addatur auctoritas,*  
*quam transgredi insatigabiliter contentiosa cor-*  
*da non possunt. Quibus consentientia Prosper*  
*scribit, tum verbis superius relatis, tum his,*  
*quæ sub epistolæ finem de Hilario Arela-*  
*tensi habet: Adde eruditionem, inquit, hu-*  
*milibus, adde increpationem superbis.*

Probabile quidem admodum putant e viris  
 eruditis aliqui, tunc cum dissidium istud Leo-  
 nem inter & Hilarium contigit, hunc a priori  
 sententia discessisse, & Augustinianam vel  
 esse amplexum, vel saltem non esse amplius  
 infectatum doctrinam. Hoc ita fuisse persuadet  
 sibi doctissimus vir Gilbertus Mauguinus  
 in confutatione Prædestinationis fabulæ, c. 2.  
 part. 2. tum ob eam rationem, quod ita spe-  
 randum de viro, qui plurima moderatione in  
 contentionibus illis semper versatus erat: quem  
 in aliis omnibus sectatorem fuisse Augusti-  
 nianæ doctrinæ testatur Prosper, quemque  
 ait jam pridem sensum suum de hoc, quod  
 in querelam trahebatur, apud sanctissimum  
 Doctorem velle conferre: tum quod probabi-  
 le est, inquit, eum paullo post perspectis sa-  
 luberrimis sanctissimi & suavissimi illius Do-  
 ctoris libris de prædestinatione sanctorum & do-  
 no perseverantiæ (in quibus difficultates omnes  
 quibus ille velut ansulis quibusdam in cœnu-  
 lenta Pelagianarum reliquiarum fœce retine-  
 retur, plenissime fuissent soluta, & veritas  
 absolute electorum prædestinationis, & vere  
 gratuita semperque victricis Christi gratiæ in-  
 declinabiliter & insuperabiliter constabilita)  
 saluberrimam illam doctrinam humiliter & sin-  
 ceriter amplexum. Cujus conversionis non levi  
 est argumento, quod in Decretali Papæ Cæ-  
 lestini a l Episcopos Gallorum non recensetur  
 inter eos, qui pontificia censura perstricti fue-  
 re: cum alioquin, ut Metropolitanus, primus  
 ante Venerium, Marium, & reliquos suæ pro-  
 vincie Episcopos fuisset nominatus.

Sed, pace clarissimi viri dixerim, non ii  
 nominantur in fronte epistolæ, qui doctrinam  
 Augustinianæ adversam prædicabant; sed ii  
 potius, qui cum episcopali dignitate præditi  
 essent, nescio quibus Presbyteris, ut ait Cæ-  
 lestinus, permittebant indisciplinatas  
 questiones vocare in medium, & pertinaciter  
 prædicare adversantia veritati. Ubi  
 Massilienses & Lirinenses Presbyteros & Mo-  
 nachos proculdubio designat, quibuscum Pro-  
 spero res erat pro Augustini doctrina. Ea est  
 ratio cur Venerium Massiliensem Episcopum  
 & Leontium Foro-Juliensem potissimum nomi-  
 net: quoniam hic Faustum, Vincentium,  
 aliosque Lirinenses in sua Diocesi habebat,  
 ille Joannem Cassianum aliosque Massilien-  
 ses Presbyteros, utrosque ex adversariis san-  
 cti Augustini præcipuos. Nec illos solum-  
 modo, sed quatuor alios etiam similem ob  
 causam nominat; ceterosque subdit Galliæ  
 Episcopos, quos omnes Pelagiana lue infe-  
 ctos a Cælestino esse habitos non putave-  
 rim. Eos itaque de silentio arguit, ut to-  
 ta clamat Epistola, & de permissa novato-  
 ribus

Maugui-  
 ni senten-  
 tia de  
 conver-  
 so ad Au-  
 gustinum  
 Hilarii  
 animo.

PARS III. ribus prædicandi licentia: Nam quid in Ec-  
CAP. VI. clesiis, inquit, vos agitis, si illi summam te-  
neant prædicandi: nisi forte illud obsistat,  
quod non auctoritate, non adhuc ratione colli-  
gitur, ut aliqui e fratrum numero nuper de  
laicorum consortio in collegium nostrum for-  
tassis admissi, nesciant quid sibi debeant vin-  
dicare?

Cur Cæ-  
lestinus  
PP. Hila-  
rium in  
epistola  
sua non  
nomina-  
vit?  
Quam autem parum conveniens erat, ut  
Hilarium Arelatensem nominaret, quem  
Prospero & Hilario altero referentibus didi-  
cerat Presbyteris illis & impensius favere, &  
in insectanda Augustini doctrina præire?  
Quod igitur omissum hujus nomen fuerit,  
inde potius arguo Hilarium tunc temporis  
sententiam non mutasse. Huic enim alioqui  
dirigendæ erant Cælestini litteræ, ut & pro  
conversionis suæ testimonio novellam doctri-  
nam compesceret, & pro sua apud Galli-  
canas Ecclesias præcipua auctoritate, indi-  
ceret Presbyteris illis silentium, Episcopos-  
que alios ad compescendam novatorum tem-  
eritatem accenderet.

Ex silen-  
tio S. Leo-  
nis vali-  
dus argu-  
mentum.  
Aliquanto post Hilarium Semipelagianis-  
mo nuntium remisisse, validius fortasse inde  
probabitur, quod cum omnia contra ipsum  
accusationum capita, quæ potest, congerat  
Leo noster in epistola ad Viennensis Pro-  
vinciæ Episcopos, ita ut plura etiam a caus-  
is Celidonii & Projecti aliena undecumque  
conquirat; de illius tamen erroribus adver-  
sus Christi gratiam ne verbum quidem habet:  
quod proculdubio non erat omittendum,  
cum perniciosius numquam auctoritate  
sua abusus fuerit Hilarius, quam cum  
ea fovit incautus Augustini catholicæque  
doctrinæ adversarios, & ad seminanda erro-  
ris sui dogmata audaciores fecit. Sed cer-  
tius adhuc probare videntur abdicatam ab  
Hilario Arelatensi fuisse Semipelagianorum  
doctrinam, postrema ejusdem jamjam mori-  
turi verba, quibus adstantem suam Cleri-  
corum Congregationem cohortatus est, at-  
que adversus Pelagianum virus visus est præ-  
munire: ita enim in Vita Hilarii cap. 20.  
Tom. 1. hujus Operis (nunc secundo.) 2 Cum  
istius mundi Principibus, cum quibus Aposto-  
lus describit bellum jure esse, confliximus,  
quod nulli deerit quicumque ad beatitudinem  
CÆLESTII GRATIA PRÆCEDENTE ET INDU-  
STRIA SUBSEQUENTE voluerit pervenire.

Cur Deus  
Hilarium  
exagitari  
permise-  
rit?  
Quicquid tandem sit, sive tunc a malis  
opinionibus respiciisset Hilarius, sive non;  
divinæ fuit & æquitatis & misericordiæ, ut  
adversarium senserit Leonem, & ab eo pa-  
lam fuerit increpatus per universas Gallia-  
rum, immo & totius orbis christiani Ec-  
clesias, tamquam homo sui impotentissimus,  
alieni juris inceptor, subjectionis impatiens,  
concordiæ sacerdotalis perturbator, Coepi-  
scoporum oppressor, contemtor Canonum,

PARS III. mendaciorum malarumque artium architectus  
CAP. VI. &c. ut adversus ipsum non tota solummodo  
auctoritate propria insurrexerit, sed & im-  
peratoriam commoverit, qua pene oppressus  
Hilarius, solo Gallicanorum Episcoporum  
favore 3 Ecclesiæ suæ juribus potitus est:  
3 magnam, inquam, misericordiæ justitiæque  
argumentum fuit ut nec impune videretur  
Arelatensis Episcopus doctrinæ ab Augusti-  
niana, adeoque catholica alienæ animum &  
consensum vel ad tempus commodasse; nec  
tantæ virtutis ac religionis Christi famulus,  
cui disciplinæ ecclesiasticæ instaurationem  
debeant Gallicanæ Ecclesiæ, ante ex hac  
vita migraret, quam molestiarum istarum  
tolerantiæ admittæ illius culpæ reatum elueret.

Antequam Hilarii Apologiæ finem impo-  
nam, referam quicquid reliquum habemus  
in ejus laudem exaratum ab antiquis scri-  
ptoribus, quos superius non attigimus. Li-  
vius quidam ejusdem ævi Poeta hoc eum  
encomio coronavit, quod refert Honoratus:  
Si Augustinus, inquit, post Hilarium fuisset,  
judicaretur inferior. Hyperbolica quidem  
laus & poetico figmento simillima, ab  
eo profecta cui magis notus Hilarius quam  
Augustinus, & cui, ut videtur, Hipponen-  
sis minus quam Massiliensis doctrina arri-  
debat: quæ tamen, quanti fieret Hilarius  
in Galliis, egregie demonstrat.

Eucherii laus tanto est Hilario dignior,  
quanto & Eucherius ipse sanctitate, doctri-  
na, ac dignitate supra laudem & omnem adu-  
lationis suspensionem evectus, Huic numquam  
non laudandum occurrit suus Hilarius. In  
epistola parænetica ad Valerianum de con-  
temptu mundi, sic habet: Hilarius nuper,  
& in Italia nunc Antistes Petronius, ambo  
ex illa plenissima, ut ajunt, mundana po-  
testatis sede, unus in religionis, alius in sa-  
cerdotii nomen ascendit. In Præfatione ad  
primum librum Instructionum seu quæst.  
veteris Testamenti Salonio filio directum: Lib. In-  
Vix dum, inquit, decem natus annos eremum  
ingressus, inter illas sanctorum manus non  
solum imbutus, verum etiam enutritus sis ab  
Honorato: patre illo, inquam, primum in-  
sularum, postea etiam Ecclesiarum magistro.  
Cum te illic beatissimi Hilarii tunc insulani  
tyonis, sed jam nunc summi Pontificis do-  
ctrina formaret per omnes spiritualium rerum  
disciplinas. Jam vero libellum de laude ere-  
mi Hilario ipsi inscripsit, hoc titulo: Do-  
mino sancto, & meritis beatissimo, & in Chri-  
sto gloriosissimo Hilario Eucherius. Tum ipso  
statim initio eundem sic affatur: Magno tu  
quidem animo egressus dudum de domo tua  
& de cognatione tua, usque ad mare ma-  
gnum recedentia eremi secreta penetraveras;  
majore tamen virtute repetita est a te eremus,  
quam petita. Si quidem cum hanc primus  
hospes

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 In ipso Hilarii sermone de Vita S. Honorati habito an. 430. tria alia testimonia leguntur num. 3. 23. & 37. quæ illum divinæ gratiæ necessitatem & vim prædicantem, vel

eo tempore a Semipelagianismo alienum declarant.

3 Hæc ad nauseam repetita in Observ. re-  
fellimus part. 3. c. 2.

PARS III. *hospes ingressus es, habuisti ducem & velut*  
 CAP. VI. *itineris tui prævium, quem deinde militiæ*  
*caelestis magistrum, eumque tunc secutus, &*  
*parentes relinquens, parentem tamen seque-*  
*bavis. Nunc vero, cum eundem adscitum ad*  
*pontificale fastigium prosequendum putaris,*  
*ad familiare secretum eremi te amor retulit.*  
*Ergo nunc es nobilior & major exemplo: prius*  
*enim cum desertum peteres, comitatus fratrem*  
*videbavis; nunc cum desertum repetieris, et-*  
*iam patrem reliquisti. Et postea: Et tu li-*  
*cet omnem jamdudum censum in Christi pau-*  
*peres Christo dives effuderis, tum & præs-*  
*eras licet annis juvenem, moribus senem, sis*  
*etiam ingenio clarus, clarus eloquio, nihil in*  
*te tamen primore loco magis suspexerim dile-*  
*xerimque, quam quod solitudinis sedem sic*  
*concupisti. Unde quia me respondere copiosius*  
*spatiosissimis ac facundissimis litteris tuis se-*  
*pe postulas, sufferas paulisper necesse est,*  
*cum sis ipse sapiens, insipientiam meam &c.*

Apolina-  
 ris Sido-  
 nius.

Quanta adhuc de Hilario esset opinio,  
 testantur tum idem Eucherius, tum Apol-  
 linaris Sidonius, dum ejus ad Monasterium  
 Lirinense reditum, maximam gaudii toti  
 insulæ materiam fuisse narrant. Sidonius in  
 Eucharistico ad Faustum:

Sidon. A-

poll. Eu-

baristic.

n. 366. E-

ti. Sir-

rondi. Eu-

b. lib. de

laude Ere-

mi.

Prosper.

— celebrans quoque laudibus illis

EUCHERII venientis iter, redeuntis HILARI.

Eucherius vero libellum de laude Eremitæ his  
 verbis fere claudit: *Horum tu, mi carissi-*  
*me Hilari, redditus infertusque consortio, plu-*  
*rimum tibi, plurimum etiam illis contulisti,*  
*qui nunc pro reditu tuo alacri exultatione læ-*  
*tantur.*

Prosper ipse, qui doctrinam Hilarii de

PARS III. *gratia infectatus est in epistola ad sanctum*  
 CAP. VI. *Augustinum, illum tamen ibidem appellat*  
*præcipuæ auctoritatis & spiritualium stu-*  
*rum virum, a quo multum vitæ meritis su-*  
*peraretur. Dumque idem Hilarii obitum re-*  
*fert in Chronico P. Pithœi cura edito: Eu-*  
*cherius, inquit, Lugdunensis Episcopus, &*  
*HILARIUS Arelatensis egregiam vitam morte*  
*consummant.*

Sed & sanctus Leo sanctitati Hilarii no-  
 stri suffragatur, cum in epistola 36. ad Epi-  
 scopos Ravennii Ordinatos & illum sibi  
 probatum fuisse indicat, & insuper sanctæ  
 memoriæ virum appellat. *Quod ergo, inquit,*  
*in Arelatensium civitate, defuncto sanctæ me-*  
*morie Hilario, virum etiam nobis probatum*  
*fratrem Ravennium ... consecrasti. Quæ laus*  
*eximia 4 nullam in Hilario mutationem arg-*  
*uit; numquam enim illum a proposito dis-*  
*cessisse, superius vidimus: sed probat S.*  
*Leonem, discussa tandem calumniarum nu-*  
*be, quibus occupatus ejus animus Hilarii*  
*sanctitatem & innocentiam cernere non po-*  
*tuerat, omnes postmodum sinistras de tan-*  
*to Episcopo suspiciones abjecisse, & in alium*  
*virum mutatum labem illius famæ incaute*  
*inuistam brevi illo elogio abstergere voluisse.*

Hunc testimoniorum delectum, totamque  
 Hilarii Arelatensis Apologiam claudit Con-  
 stantius Presbyter eidem æqualis: qui vitam  
 sancti Germani, ejusque ad Arelatensem ci-  
 vitatem adventum describens, sic habet:  
*Illustrabatur hæc civitas Hilario Sacerdote mul-*  
*timoda virtute pretioso. Erat enim fidei igneus*  
*torrens, caelestis eloquii & præceptionis divi-*  
*næ operarius indefessus.*

Sanctus  
 Leo.

Epist. 36.  
 ad Episc.  
 Galliar.  
 nunc 40.

4

Constan-  
 tius Pre-  
 sbyter.

In vita  
 sancti  
 Germani  
 Amiff.

EDI-

EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Et si S. Leo nullam in Hilario indicet  
 mutationem, eum tamen a proposito non dis-  
 cessisse Quesnellus haudquaquam probavit.  
 Confer nostras Observ. in part. 3. c. 2. ubi  
 ipsum Leonis sententiæ paruisse ostendimus:

& idcirco eundem S. Pontifex sanctæ memo-  
 riæ titulo ornavit, quia pontificiæ sententiæ  
 obsequium, reliquum vitæ tempus in pasto-  
 ralibus curis, ac sui ipsius perfectione ferven-  
 tius procuranda impendisse cognoverat.

E D I T O R U M


## O B S E R V A T I O N E S

IN DISSERTATIONEM QUINTAM QUESNELLI,

quæ Apologiam pro S. HILARIO ARELATENSI, & pro antiquis Arelatensis Ecclesiæ juribus præfert.

## P R Æ F A T I O.

I.



Tſi ante Quefnellum non defuerint ſcriptores etiam Romani, qui in cauſſa S. Hilarii Arelatensis errorem facti ex falſis teſtibus S. Leoni obrepreſſe judicantes, aliquam ejuſdem Hilarii deſenſionem ſuggeſſerint; omnes tamen etiam Galli hunc in tota ejus cauſſæ traſtatione humani aliquid paſſum, & a Leone jure reprehenuſum atque coercitum tradidere. Unus Quefnellus illum omni ex parte vindicandum primus ſuſcepit. Ne vero illius deſenſio Leoni injurioſa crederetur, quod apologiæ magno præjudicio fuiſſet; in ipſo exordio præmonuit, ita utriuſque apologiam eſſe connexam, *ut non aliter, inquit, quam purgato ea qua inſtitui ratione Hilario, Leonis ipſius exiſtimationi provideri poſſe arbitremur.* Solam quidem facti deceptionem, & per malas artes obreptionem, quæ in viros ſanctos & in ipſos etiam Summos Pontifices cadere poteſt, ſe in Leone demonſtraturum in eadem præfatione ſpondet.

2. Si in ipſa diſſertatione intra hos limites conſtituiſſet, & propoſitum ſtatuiffet æquis rationibus; nihil quod opponeremus, nobis ſuppeteret. At non ſolum facti errorem, quem propoſuit, haud ſatis æque probavit; verum etiam ſub facti colore juris quæſtionem involvit, & ſenſim eo proceſſit diſputatio, ut Hilarii apologia in Leonis accuſationem deflectat, &, quod maximum eſt, ipſius Pontificatus prærogativas per ſummam injuriam aggrediatur, eaſque ab Hilario ipſo jure impetitas præferat. Neque enim Leonem mero errore facti acerbius ſcripſiſſe & ſtatuiffiſſe gravia quædam adverſum Hilarium oſtendere nititur; ſed præterea ad ea proceſſiſſe contendit, quæ contra majorum ſuorum conſuetudinem, contra jus & privilegia Eccleſiarum Galliæ, & contra diſciplinam canonum auctoritatem ejus excederent. Hilarium vero non ſolum reſiſtenteſ Leoni ante ſententiam conſtantia laudat, verum etiam ſententia, ac ſi nullius eſſet roboris, nihil detuliſſe, & *eamdem quoad vixit uſurpaſſe poteſtatem etiam reſragante Leone* ex ſuo ingenio comminiſcitur.

3. Num hoc ſit Hilarii apologiæ Leonis apologiam jungere, an Leonem accuſare, immo ipſi etiam Hilario magnum inobediætiæ & contemptus crimen imponere, æquus Lector judicet. Hinc obſervationes in Diſſertationem quintam maxime neceſſariæ judicabuntur, quas dividemus in partes tres, ut cuique ejuſdem diſſertationis parti congrua reſponſione ſubjecta, quid tum in facto, tum in jure ſentiendum ſit, quiſque cognoſcat. Æquiores autem S. Hilarii deſendendi rationem, ubi fieri poterit, non prætermitemus: neque enim tanti viri apologiam reſugimus, immo etiam atque etiam percupimus, dum citra Leonis injuriam, & citra pontificiæ auctoritatis offenſionem quærat.

# OBSERVATIONES IN PRIMAM PARTEM.

De caussa Celidonii : ubi de jure appellationum episcopialium  
ad Apostolicam Sedem fufius differitur.

## CAPUT PRIMUM.

*Documenta, quæ in hac caussa suppetunt, eorumque  
auctoritas statuitur.*

1.



Unque sunt Scriptores antiqui, qui hac de caussa ali-  
quid tradidere. Tres accusationem Hilarii præferunt: S.  
Leonis epistola 10. ad Episcopos Provinciæ Viennensis,  
Valentinianus Imperator in Novella, quam dedimus  
epist. 11. & Monachus Jurensis auctor Vitæ S. Romani.  
Duo Hilario videntur favere, Auctor Vitæ ejusdem, &  
Auxiliaris Præfectus in epistola ad ipsum Hilarium, quæ  
laudatæ Vitæ inserta legitur. Ex his tantum documen-

Tria do-  
cumenta  
contra  
Hilarium.

Duo pro  
eodem.

tis res explicanda & decidenda est; quidquid autem sine ullo in his fundamen-  
to ex ingenio obruditur, inane habendum.

2. Quesnellus ut auctoritatem detrahat monumentis Hilario oppositis, Leo-  
nem variis ex capitibus in suspicionem adducit, nec non Valentinianum ab eo-  
dem præoccupatum atque præventum. Vitam autem S. Romani suppositionis  
insimulat, vel saltem textum, in quo de hac caussa sermo est, veluti pannum  
eidem perperam insertum repudiat. Auctores autem pro Hilario effert, & ubi  
contraria Leoni auctor Vitæ Hilarii videtur ingerere, majorem huic præ Leone  
fidem adhibendam contendit, quippe eum, quem S. Honoratum Massiliensem  
Episcopum esse pro certo statuit, post utriusque mortem scribentem ab omni  
vel palpani vel fallendi affectu liberum & immunem exhibet.

Quesnellus.

3. Num hujus Vitæ auctorem esse S. Honoratum Massiliensem Episcopum  
ita certum sit, ut prætulit Quesnellus, ex Admonitione in ipsam Vitam huic  
tomo ante S. Hilarii opera insertam patebit. Auctor vero quicumque fuerit,  
ejus Congregationis existit, quæ ab ipso Hilario domi suæ regebatur. Eidem  
propterea adeo impensius favit, ut ipsum a Romano judicio vindicaturus, so-  
las Auxiliaris Præfecti Hilario honorificas litteras produxerit, silentio autem  
præterierit omnes Valentiniani Imperatoris, & Leonis epistolas eidem contra-  
rias; nec non totam Projecti causam, in qua illum prorsus excusare nemo po-  
terat, uti parte 2. ostendetur: ac tandem cap. 21. has Arelatensis populi vo-  
ces post ejus mortem auditas accurate inferuerit: *Hæc dies querelas injustæ im-  
putationis perpetuo resecurvit.* Quæ omnia cum auctorem S. Hilarii vindicandi  
studiosum manifestent; quanta cum suspensione animi legendus sit, ubi de re-  
bus Romæ gestis agit, quicumque partium studia quid possint non ignoret,  
perfacile intelliget. Ad Leonem vero quod pertinet, num tantus Pontifex san-  
ctitate eximius, affectu, aut præjudicio aliquo præoccupatus pro indebito jure  
quidquam acerbius egerit, aut scripserit, ex dicendis palam fiet. Hinc autem  
ubi contraria S. Pontifex & Vitæ auctor tradere videntur, quæ ad mera fa-  
cta pertinent, utri magis credendum sit, nemo non videt. Hac autem con-  
sideratione interim seposita, aliud hac in re non exiguum dijudicandi indicium  
suppetit, quod ex Gallicano recentiori & magni nominis scriptore Antonio Pa-  
gio audire libeat. Recitatis enim quæ inter Leonis & Vitæ narrationem discre-  
pant, & producta Quesnelli sententia auctorem Vitæ præferente, hæc subjicit  
ad an. 445. n. 14. *Verum Papebrochius longe rectius statuit potiore in hu-  
jus caussæ narratione esse auctoritatem S. Leonis, quam auctoris Vitæ S. Hi-  
larii: quia Leo tam sanctus fuit, ut mentiri nollet, tam antiquus, ut ne-  
mo propinquior haberi possit testis hujus rei, cui interfuit, quamque ipse ut*

Quantum  
Leoni de-  
ferendum  
pre aucto-  
re vitæ S.  
Hilarii.

Pagii &  
Papebro-  
chii judi-  
cium.

*judex gessit. Præterquamquod auctori Vitæ S. Hilarii injuria non magna fieret, si diceretur in iis, quæ Romæ gesta erant anno 445. ex auditu & relatione Arelatensis Cleri post annos viginti, aut triginta narrandis scripsisse minus vera: magna autem fieret S. Leoni, si vera scripsisse dubitaretur in epistola ad Episcopos Viennensis Provinciæ. Cum enim istum possit excusare bona fides audita referentis; Leo non posset non damnari impudentissimæ calumniæ falsa scribens: quis, obsecro, intelligens quam sanctus vir Leo fuerit, huic dubitabit dare fidem; illi quamvis sancto contraria scribenti derogare? Hæc Papebrochius..... Profecto qui animum attenderit ad ea, quæ pluribus sanctis viris contigere in his referendis, quibus ipsimet præsentibus non fuere, S. Honoratum de iis, quæ Romæ in causa Celidonii coram S. Leone gesta fuerant, male edoctum fuisse non dubitabit. Affert autem exemplum S. Aviti in Macedonii Constantinopolitani Episcopi sibi coævi causa scribentis, & concludit: Honorato itaque Massiliensi Episcopo idem quod Avito Viennensi Metropolita accidit; & quemadmodum hic de Macedonii causa, sic & ille de causa Leonis ( seu Celidonii ) relationem parum sinceram habuit.*

Ratione  
confirmatur.

4. Leo quidem facta testatur, quæ Romæ se & multis aliis præsentibus gesta fuerant, atque testatur non in privato scripto, quod a nullo posset revinci, sed in publicis litteris, & ad ipsos quidem Viennensis Provinciæ Episcopos missis, inter quos Hilarius vivebat; a quo poterat error vel calumnia detegi, si quid falsi illis insertum fuisset. Auctor vero Vitæ non tam post utriusque obitum scripsit, verum etiam multos post annos; & quæ de Romanis gestis inseruit, non sumpsit, ut affirmat Quæsnellus, ex actis ipsis, quæ nullibi ab eo lecta indicantur; quæque si etiam legisset, cum in Gallias Leo ipse ea pariter miserit; suæ epistolæ contraria credi nequeunt: sed sumpsit ex relatione Arelatensium, quos suo Episcopo bene affectos & rerum Romæ gestarum haud exacte instructos quædam ignorasse, quædam falso rumore perperam accepisse, quædam etiam cursu temporis ( ut in populari fama accidere solet ) addidisse, detraxisse, ac immutasse credibile est. Quis ergo sancto Pontifici rei coram se gestæ publicam fidem facienti Hilario vivente anteponendum censeat scriptorem post multos annos scribentem ex relatione populari?

S. Romani  
vita vindicatur.  
Ad an.  
445. n. 9.  
& seq.  
Tom. 16.  
pag. 143.

5. Quoad suppositionis vero notam Vitæ S. Romani æque ac Vitæ SS. Lupicini & Eugendi ab eodem auctore scriptis impactam, nullus qui objectas censuras expenderit, cum Quæsnello consentiet. Hinc non solum Pagius eas Vitæ vindicat; verum etiam Tillemontius, licet in hac ipsa Hilarii controversia Quæsnello maxime faveat, de Vita S. Romani art. 1. pronuntiat: *Ainsi nous avons peu d'histoires, qu'on puisse dire estre plus authentiques, que celle-ci*: & notatione prima potioribus Quæsnelli objectis respondet iis prætermisissis, quæ nulla probatione fulciuntur. Mabillonius etiam, quem critices peritissimum nemo ignorat, tum in Actis SS. Ordinis S. Benedicti, tum in Annalibus eam pro sincera habet.

Quæsnelli  
objecta.

6. Cum anonymus Vitæ auctor Jurensis Monachus ac S. Eugendi discipulus, post initium sexti sæculi scripserit; vocabula quæ in Vitæ ab eo scriptis leguntur, nimirum *repasare* & *repedare*, *religio* & *religiosus* pro monachorum ordine & monacho, *Pater Romanus* & *Pater Lupicinus* eo sensu, quo nunc utuntur monachi, *Sacerdos* sine addito *secundi ordinis* pro Presbytero, & *Patriarcha* pro Metropolitano, vel potius Episcopo ( siquidem Vefontionensis merus Episcopus fuit ) ab usu ejus ævi nimis aliena Quæsnellus obrudit. SS. Petri, Pauli, & Andrea reliquias Romæ monachis traditas, & *Dalmaticæ* usus a sæculi illius moribus abhorre tradit: ac, ut cetera leviora prætereamus, *canonicum cursum* vocatas ingerit horas canonicas, quas tunc nec canonicas appellatas, nec ullo canone indictas affirmat.

Refelluntur.

De Patriarchæ titulo Episcopis tributo.

7. Pagius hæc singula refutat egregie allatis aliquot ejusdem circiter temporis testimoniis, in quibus similes voces eodem sensu inveniuntur. Omittit solam vocem *Patriarchæ*, cui tamen potest reponi Athalarici Gotthorum Regis testimonium apud Cassiodorium l. 9. ep. 15. & duo alia ex Vandalorum locutione apud Victorem Vitensium l. 2. n. 5. & 18. Vitæ auctor, cum scripsit, agebat inter Burgundiones tum Sequanæ dominos, qui forte eadem voce æque ac Gotthi & Vandali utebantur. Quoad reliquiarum objectionem, non nihil anima-

animadvertere liceat. Recepta responsio est, S. Gregorium Magnum, cum reliquias nec Romæ, nec in toto Occidente licuisse tangere, aut loco movere affirmat, disciplinam quidem proferre sui circiter temporis, non vero ætatis aliquanto anterioris; cum non tam in Oriente, quam in Occidente plures elevationum aut translationum casus Mabillonius recenset in Præfat. ad Sæculum II. num. 43. Munera etiam reliquiarum insignia S. Gaudentius commemorat ferm. 17. S. Paullinus Nolanus in Natali II. de S. Felice, & in Vita S. Ambrosii alius Paullinus, præter illud, quod in ipsa Roma sub Hormisdæ accidisse ex Vita S. Eleutherii Tornacensis Pagius refert. Nos vero aliam fortassis probabiliorē responsionem afferemus. In suggestionē Legatorum ad Hormisdam, quæ describitur tom. 5. Concil. edit. Venetæ pag. 645. observamus, eam quidem inculcari Romanorum consuetudinem, ne Sanctorum corporum particulas dono traderent: sed eorum loco mitti solebant *sanctuaria*, idest, lintei, olea, panni, velamina thecis custodita, quæ Sanctorum corpora aut tumulos attigissent. Hæc vero *sanctuaria* vocabantur etiam *reliquiæ*: unde in laudata suggestionē scribitur, Justinianum hoc sibi satis judicasse, si in ea Romanorum consuetudine *de ipso fonte, de quo per omnem terram Sanctuaria Apostolorum sunt data, inde & ipse reliquias suscipere mereatur*: ubi ex contextu *reliquiæ* Apostolorum appellantur *sanctuaria*, quæ sola ut ad eum mitterentur, Legati Hormisdam rogarunt: *Sanctuaria sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, secundum morem, ei largiri præcipite*. Similiter etiam Gregorius in eadem ep. 30. ad Constantinam Augustam, quam Quesnellus laudat, cum inquit: *Romanis consuetudo non est, quando Sanctorum RELIQUIAS dant, ut quidquam tangere præsumant de corpore; sed tantummodo in pixide brandeum mittitur, atque ad sacratissima Sanctorum corpora ponitur; ipsa brandea seu sanctuaria manifeste reliquias appellat*. Frequens est apud eundem Pontificem *sanctuariorum* simul & *reliquiarum* promiscua usurpatio, ut videre est ep. 54. lib. 1. ep. 15. lib. 9. & alibi *reliquias* in Ecclesiis dedicandis adhibendas memorans, ex Romano more eadem *sanctuaria* procul dubio intelligit. Ita etiam lib. 2. Dialog. c. 38. *reliquias* pro *sanctuariis* aperte accipit, in quibus nulla ipsorum corporum particula continebatur: unde jure collegit Muratorius tom. 2. Anecd. Latin. disquisit. in Indicem Sanctorum Martyrum pag. 196. *Hinc edocemur reliquiarum nomen non cineribus tantum, sed ipsis etiam rebus, quæ sanctos viros eorumve tumulos attigissent, tributum fuisse*. Sic *reliquiæ* tum *ossa*, tum *sanctuaria* dicebantur. Immo per hæc tempora *reliquiarum* nomine, intactis ex Romana hujus ætatis disciplina Sanctorum corporibus, sola *sanctuaria* intelligebantur. Hæc igitur *sanctuaria* probabilius intelligendæ videntur illæ *Apostolorum Petri, Pauli, atque Andreæ reliquiæ*, illa *Sanctorum patrocinia*, seu *reliquiarum vascula sub altari inclusa*, de quibus in Vita S. Eugendi c. 9. fermo est, ut nihil exinde vel contra Romanam consuetudinem, vel præter ejus ævi locutionem deduci possit. Quoad cursum canonicum modo non dissimili utitur Fortunatus ejusdem sæculi scriptor in Vita S. Germani Episcopi Parisiensis, dum *cursum universum consummatum* prodit *ex canone*. Opponit Quesnellus S. Gregorium Turonensem recentiorē facere S. Romanum, quam hujus Vitæ auctor. At nihil in hanc rem probandam allegat; & nihil quidem afferri posse Tillemontius affirmat, nisi duorum Chilpericorum æquivocatio fucum faciat. In iis autem narrationibus, quibus alter ab altero non nihil videtur discrepare, nemo posterioris ævi Gregorium Turonensem præferet, quem non in omnibus prorsus exactum invenies. Cetera Quesnelli objecta cum exilia sint, responsione non egent.

De reliquiarum muneribus.

*Sanctuaria* quid essent. Hæc appellabantur etiam *reliquiæ*.

8. Tantum vero abest in textu, qui Celidonii causam attingit, aliquid aut in verbis aut in rebus ab ea ætate alienum reperiri, quin potius voces *Patricio Præfectorioque fultus favore* eidem textui insertæ cum locutione & historia hujus facti maxime congruant, & auctorem rei gestæ apprime instructum referant. Armata enim manu Hilarium usum & Leonis epistola, & Valentinianni Novella testantur: *Patricio* vero adjectivum indicat Aetium Patricium & utriusque militiæ Magistrum; *Præfectorio* autem innuit Præfectum Prætorio Galliarum Hilario faventem: quæ duplex accurata dignitatum mentio nec a Leone nec ab Imperatore explicata, non annotatorem posterioris ætatis, sed ho-

minem rebus gestis vicinum, & ex aliis peculiaribus monumentis, vel testibus probe informatum exhibet. Fuit enim hic anonymus Vitæ auctor discipulus S. Eugendi, qui a S. Romano rei gestæ coævo educatus, ab eodem Celidonii factum audire, & anonymo discipulo tradere potuit: unde hujus auctoritas in hac ipsa de Celidonio narratione maximi facienda est.

9. Antequam finis huic capiti imponatur, notare libet aliud objectum leviusculum quidem per se se, ac refutatu facillimum, at multis falsis præjudiciis vestitum, quæ ne cui fucum facerent, dissimulanda non fuerant. Censura dignum & falsum traduxit Quesnellus n. 5. quod Leonis epistola adversus Hilarium ab auctore Vitæ dicatur *inserta canonibus*, hoc est *canonum codici*, ut *interpretari licet*. Tres autem tantum memorat codices, seu collectiones canonum, in quibus illa non reperitur. At in primis ea epistola inveniri potuit in particulari collectione alicujus Ecclesiæ Viennensis provinciæ, aut in aliquo codice ipsius Vefontionensis Ecclesiæ, ad quam non minus ipsa epistola, quam Jurenfis Monachus Vitæ auctor pertinebat: aliquot enim Ecclesiis suas peculiare collectiones fuisse ex celebri Arelatensi codice liquet, in quo solo plures decretales pro Ecclesia Arelatensi datæ continentur. Quid porro? Error Quesneli ei hypothese nititur, qua nullas collectiones sexto sæculo existisse existimat nisi *auctoratas*, idest, publica auctoritate editas, quæ pro lege susciperentur: id enim innuunt illa: *Cum nullæ tunc auctoratæ collectiones existerent, quibus inserta esset laudata Leonis epistola*. Tres autem tantummodo hujus generis collectiones se cognoscere affirmat, illam scilicet abs se editam ac Leoni tributam, Dionysianam, & Gallicanam, in quibus præsens epistola minime legitur. Gallicanum autem codicem canonum neque hanc epistolam, nec ullas alias decretales continuisse pronuntiat. Falsum primo est sexto sæculo nullas collectiones fuisse nisi *auctoratas*; cum plures eodem sæculo prodierint privatorum hominum studio. Ipsa Dionysii Exigui collectio hoc sæculo ineunte privatim vulgata, solum multo post auctoritatem obtinuit. Collectionem ab ipso Quesnelo editam, non Romanæ Ecclesiæ codicem, sed privati Gallicani hominis opus esse alibi demonstrabimus. Quid autem Gallicanæ collectionis nomine intelligat, haudquaquam exponit. Plures quidem hujus ævi nobis sunt notæ, quas mox indicabimus; at omnes publica approbatione carent. Quod si Gallicani codicis nomine has Gallicanas privatas collectiones accepit; falsum, immo falsissimum est, nulla Romanorum Pontificum decreta in iis contineri. Non solum enim in antiqua Gallicana collectione, quam Quesnellus edidit, plures decretales Pontificum describuntur, verum etiam in antiquissimo codice Corbejensi, quo idem Quesnellus est usus, quique Vigilii ætate scriptus, Gallicanam collectionem certissime exhibet, ut idem Quesnellus fatetur Dissert. XVI. num. 4. & 12. Codex etiam Morbacensis a pluribus laudatus, aliusque huic similis Vaticano-Palatinus 574., in quibus collectio mere Gallicana habetur, & perantiquus codex Veronensis 59. qui abbreviationem collectionis Gallicanæ præfert, non paucas decretales repræsentant. Idem est de celebri Colbertino codice Fosfatensi, qui item est Gallicanus. Fatetur Quesnellus *hæc decreta* (Romanorum Pontificum) *magni fecisse, & pro data occasione usurpasse in suis Conciliis Galliarum Antistites*. Nisi ea omnia, quod incredibile est, tenerent tantum memoriter, utique ex codicibus data occasione repetebant. Ipsum S. Hilarium in Celidonii causa summorum Pontificum litteris usum indicat auctor Vitæ cap. 16. ubi nuptias cum vidua arcere a Clero tradit, quippe id *Apostolicæ Sedis auctoritas, & canonum prohibent statuta*. Sed quid pluribus laboramus, si idem Quesnellus melius fortassis edoctus, cum Dissertationem XVI. scripsit, num. 4. & 12. diserte probat codices canonum apud Gallicanos olim fuisse etiam ante Dionysium, qui decretales epistolas summorum Pontificum canonibus insertas continerent? Forte vero cum is ejusmodi codicem in præmissa dissertatione negavit, codicem *auctoratum* publica Gallicanorum Antistitum auctoritate probatum (de quo tamen auctor Vitæ S. Romani non loquitur) intellexit; nec tamen inficiari voluit eas ab aliis privatis canonum codicibus abfuisse. Enimvero cum plures privati ejusmodi codices exstiterint, in aliquo ex his negari nequit inserta decretalis Leonis in Celidonii causa. Quesnellus quidem in laudata Dissertatione XVI. non inficiatur: quin ex Concilio Aurelianensi



III. an. 538. ubi can. 3. ipsa Leonis verba ex cap. 5. hujus epistolæ exscripta leguntur, hanc in codice tunc usurpato per Gallias fuisse insertam colligit. Immo adeo his codicibus inserta fuit, ut ex folis MSS. collectionibus Gallicanis ad nos pervenerit: invenitur enim in folis exemplaribus antiquissimæ collectionis Corbejensis, & collectionum XII. ac XXIV. quæ Gallicanæ sunt, ut alibi ostendimus: unde tota Quesnelli ratiocinatio ad laudatum testimonium refellendum inutilis est. Vindicata igitur authenticitate, & auctoritate narrationis ad rem nostram pertinentis, quæ legitur in Vita S. Romani, episcopalem Celidonii sedem, quæ ex hac Vita eruitur, disertius statuamus.

lectionibus Gallicanis inserta

## C A P U T II.

### *Celidonius Vefontionis Episcopus constituitur.*

1. **Q**UANTUM interfit cognoscere, cujus Ecclesiæ Celidonius Episcopus fuerit, ipsa Quesnelli fusior in hoc disputatio satis declarat. Cum enim is præsumat Hilarium haud facile posse excusari, si Episcopum sibi non subditum judicavit, atque deposuit; Celidonium non Vefontionensi Ecclesiæ extra jus Hilarii positæ, ut post editum testimonium ex Vita S. Romani omnes consenserant, sed alicui Sedi provinciæ Viennensis præfuisse, multis probare contendit. Hinc laudatam S. Romani Vitam, quæ Episcopatum Vefontionensem eidem expresse tribuit, aut supposititiam, aut saltem interpolatam primum ostendere, & Vefontionensem Episcopatum ab eo excludere: dein verum eundem Episcopum Hilario subditum constituere, & in hanc rem Arelatensis Episcopi metropoliticum jus vindicare pluribus capitibus nititur. Cum vero S. Romani Vita a Quesnelli objectis purgatam superiori capite sincerissimam demonstrarimus; Vefontionensis Celidonii Episcopatus in Maxima Sequanorum constitutus, ab omni jure Hilarii sepositus satis exinde cognoscitur. Idipsum autem aliis documentis plenius confirmare licet.

2. Alienæ quidem provinciæ, quæ Hilario non suberat, Celidonium fuisse Episcopum etsi non aperte affirmet Leo, Valentinianus tamen Imperator, qui ex Leonis relatione Novellam dedit, non obscure indicat, cum de Hilario queritur: *Alios incompetenter removit*. Hac Celidonium ab Hilario depositum respiciunt, & adverbium *incompetenter* notat judicem, qui in non subditum incompetens iudicium exercuit. Utri potius credendum sit, Imperatori neganti Celidonium Hilario subditum, & neganti in publica lege, quæ nec a Quesnello vocari potuit in dubium, an Quesnello, qui pluribus quidem capitibus eum subditum probare contendit, at nullum antiquum testimonium Novellæ contrarium producit, sed solis conjectatiunculis, quibus facile indulget, laborat ea in hypothesi, quod non fuerit Vefontionensis Episcopus, & quod apocrypha vel falsata sit S. Romani Vita: utri, inquam, citius credendum sit, quisque judicet. Non ergo una hæc Vita Episcopatum Celidonii a jure Hilarii removet, sed ipsa Imperatoris Novella, cui Quesnellus nihil reposuit. Cum igitur Celidonii Episcopatus vi hujus Novellæ Hilario non competens, extra Viennensem provinciam quærendus sit; qua in urbe eum situm credemus, nisi Vefontione, ubi illum figit Vita S. Romani, quam sinceram ostendimus? Ita ex eadem Novella Quesnelli sententia Viennensis provinciæ Episcopatum Celidonio asserens palam refellitur, & Episcopatus ejus Hilario minime competens maxime confirmatur.

Celidonius probatur Episcopus extra provinciam Hilarii. Ex Valentiniano. epist. 11.

3. Duo alia testimonia hoc idem comprobantia subnectamus. Primum ipse auctor Vitæ S. Hilarii hæc tradit c. 16. *In excursibus autem quis, ut dignum est, explicabit quantum ejus ( Hilarii ) præsentia profectum contulerit civitatibus Gallicanis, sanctum Germanum sæpius expetendo, cum quo Sacerdotum ministrorumque vitam, nec non profectus excessusque tractabat? Ubi ejus adventus innotuit, flammata ad utrumque nobilium & mediocrium studia convolarunt, adstruentes Celidonium internuptam suo adhibuisse consortio &c.* Quesnellus ita hæc interpretatur c. 1. ac si S. Hilarius in visitatione Ecclesiarum sibi subjectarum in sua Viennensi provincia, comite uteretur S. Germano Autissiodorensi Episcopo: cumque utrique simul ad aliquam ejusdem provinciæ civi-

Ex Vita S. Hilari.

civitatem pervenissent, eo se se ex vicina aliqua ejusdem provinciæ urbe accusatores Celidonii contulerint. Hac autem interpretatione Celidonii Episcopatum in eadem provincia situm insinuat. Verum ipsa textus verba *S. Germanum sæpius expetendo* hunc ab Hilario Autissiodori sæpius conventum palam significant: & hoc pariter sensu ea intellexit Tillemontius art. 14. Vit. S. Hilarii tom. 15. pag. 71. scribens: *Saint Hilaire donc allè voir Saint German d' Auxerre, comme il faisoit assez souvent; dès qu'on sçeut qu' il y estoit arrivé, diverses personnes illustres, & d' autres moins qualifiées vinrent faire a ces deux Saints des grands plaints contre Quelidonie.* Hic igitur textus indicat locum Autissiodoro proximum fuisse episcopalem Celidonii urbem, ex qua non tam nobilium, quam mediocrium studia Autissiodorum convolarunt, cum ibi S. Hilarium reperiri auditum fuit: longius enim iter arripere non fuisset omnibus commoðum. Si Celidonius Episcopatum alius urbis in provincia Viennensi suscepisset, ejus accusatores Arelatem facilius, quam Autissiodorum in Lugdunensi quarta Senonia positam perexissent. Porro Vefontio ab Autissiodoro non multum distat. Hinc etiam intelligitur, cur hoc Hilarii iudicium in eadem Vita referatur veluti consequens eorum excursuum, quos idem Sanctus extra suam diocesim peragebat, & cur computetur inter fructus, qui *Gallicanis* civitatibus provenerant.

4. Aliud testimonium sumi potest ex inscriptione epistolæ S. Leonis, quam in veteri codice invenit Jacobus Sirmondus, cujus hæc verba sunt: *In veteri scheda* ( in margine editionis Conciliorum *VI. CC.* idest *veteres codices*, seu saltem *vetus codex* citatur ) *sequens epistola non ad Viennensis tantum provinciæ, sed etiam ad Maximæ Sequanorum Episcopos missa inscribitur hoc modo: Dilectissimis universis Episcopis per provincias Maximam Sequanorum, & Viennensium constitutis Leo.* Ideo in *Maximam Sequanorum*, cujus caput erat Vefontio, hæc decretalis missa fuit, quia de Celidonio Vefontionis Episcopo agebatur, ita ut ad eam provinciam hæc decretalis maxime pertineret. Hanc proinde inscriptionem magnum pro Vefontionensi Celidonii Episcopatu argumentum Tillemontius fatetur Not. 5. in Vit. Hilarii pag. 845. Quesnellus vero suo more cap. 3. exiles aliquot conjecturas agglomerat, ut huic inscriptioni fidem detrahat. Omnia exemplaria tam excussa quam manu exarata appellat, quæ hanc inscriptionem ignorant. Sed omnes editi ex Merlino proficiscuntur. Nemo præterea codicibus usus est, nisi Sirmondus & Quesnellus. Omnes autem hujus Leoninæ epistolæ codices, quos tam magnifice prædicat, revocantur ad tres ab eodem memorati in Observationibus ad eandem epistolam, ex quibus duos fatetur similes Corbejensem & Thuaneum collectionis II. tertium Victorinum, quem pertinere ad coll. XXIV. aliunde cognovimus. Plures nos vidimus duarum posteriorum collectionum XII. & XXIV. at omnes unius sunt originis, ut ex variantibus ferme similibus liquet. Hi autem omnes MSS. libri, qui inscriptione carent *Maximæ Sequanorum*, ex eo autographo proveniunt, quo hæc decretalis ad solos Viennensis provinciæ Episcopos missa fuit. Sirmondi autem peculiaris codex, qui inscriptionem diversam *Maximæ Sequanorum* præfert, aliam antiquissimam originem demonstrat. Plura quidem exempla ejusdem epistolæ cum variis inscriptionibus ad Episcopos diversarum provinciarum ab ipso Leone missa fuisse inde cognoscimus, quod licet S. Leo scribens c. 2. *vestræ provinciæ Sacerdotibus*, unius tantum provinciæ mentionem faciat, eo quod Episcopos cujusque provinciæ, in quam peculiari exemplo ac titulo directa erat epistola, alloquatur; plurium tamen provinciarum simul meminit, & ad earum Episcopos etiam sermonem dirigit c. 6. *Omnem dissensionis materiam de vestris provinciis removete: & c. 9. Non enim nobis ordinationes vestrarum provinciarum defendimus.* Et ne de pluribus provinciis regionariis seu civilibus hæc dicta credantur, sed de pluribus ecclesiasticis, quæ diversis Metropolitibus suberant; perpendantur illa c. 6. *Ordinationem sibi .... singuli Metropolitanæ suarum provinciarum cum his, qui ceteros sacerdotii antiquitate præveniunt, sibi per nos jure defendant.* Cum ergo de restituto plurium provinciarum Metropolitibus jure agatur, & ad plurium provinciarum Episcopos sit sermo; impossibile est utique hanc epistolam ad solos Episcopos provinciæ Viennensis fuisse transmissam, sed eodem exemplo cum diversis inscrip-

Ex inscrip-  
tione e-  
pist. S. Leo-  
nis.

Censuræ  
Quesnelli  
contra  
eam in-  
scriptio-  
nem rei-  
ciuntur.

Leonis e-  
pist. 10. ad  
Episcopos  
diversa-  
rum pro-  
vinciarum  
missa.

ptionibus, uti fieri solebat, cuilibet provinciæ congruentibus tradita dici debet ad omnes, quorum intererat: ac proinde nihil est, cur ex inscriptione vulgata, quæ solam provinciam Viennensem præfert, repudietur veluti supposititia inscriptio Sirmondiani codicis, quæ *Maximam Sequanorum* repræsentat. Quod si negari nequit ob Projectum, quem cum Quesnello Narbonensis primæ Episcopum probabilius videbimus, eam decretalem missam fuisse ad Episcopos hujus provinciæ, licet hanc inscriptionem nullus codex ad nos transmiserit; & ob articulum Leontii, qui Conciliis variarum provinciarum præses instituitur, ad omnes harum Episcopos pari ratione traditam negari non potest: multo minus negandum erit eam fuisse directam ad Antistites Maximæ Sequanorum, quorum inscriptionem Sirmondianus codex servavit. Id autem accidit ob Celidonium, de quo in ea decretali agitur; ac propterea is ad eam provinciam pertinuisse, ac Vefontionensis fuisse Episcopus cognoscitur. Hinc non immerito Vefontionensis Ecclesiæ tabulæ Celidonium hoc tempore Episcopum, eodemque tempore Importunum eidem suffectum, & postea restitutum Celidonio depulsum veluti pseudoepiscopum referunt: quod in nullis aliis aliarum Ecclesiarum documentis legitur. Omnia igitur monumenta, Vita S. Romani, Imperatoris Novella, ipsa S. Hilarii Vita, & inscriptio Leoninæ epistolæ Celidonii Episcopatum Vefontionensem comprobant. Quesnellum sine ullo documento negantem quis audiat?

Chifflet.  
Vefont.  
tom. 2.  
pag. 116.

5. Neque contra tantam auctoritatem moveant illa Leonis verba ex c. 3. epistolæ, a Quesnello objecta cap. 3. n. 2. *Mansisset namque in illum (Celidonium) prolata sententia, si objectorum veritas existisset.* Hic Hilarii jurisdictionem in Celidonium Leo fateri videtur, ac proinde ipse Celidonium non extra Hilarii provinciam in Maxima Sequanorum, sed in Viennensi Episcopus constitutus creditur. Sed perperam. Cum enim Celidonium Vefontionis Episcopus, & extra jus Hilarii fuisse omnia antiqua documenta hætenus considerata certum efficiant; *mansisset* sententia in Celidonium non jure Hilarii, quem *incompetentem* judicem ex relatione Leonis ipse Imperator in Novella prodidit, sed vel jure aliorum Episcoporum ejusdem provinciæ Celidonii, qui in Concilium acciti fuerant (*convenisse enim probatissimos Sacerdotes* Auctor Vitæ Hilarii tradit) vel potius facto, quatenus idem Leo *si objectorum veritas existisset*, non absolvisset Celidonium, sed depositionem ipsius alias irritam jurisdictionis defectu, at canonibus suffultam, in custodiam eorundem canonum sua sententia ratam fecisset. Ita enim de prolato in Celidonium judicio, *quod tamquam viduæ maritus Sacerdotium tenere non posset*, testatus fuerat paullo ante: *Quod nos quidem servantes legalia statuta, sollicitius volumus custodiri, non solum circa Sacerdotes, sed circa Clericos quoque minoris officii.*

Leonis  
locus ex-  
plicatur.

6. Minus multo movere debet quod Quesnellus eodem capite n. 5. ingerit de Maxima Sequanorum Burgundionibus, ut putat, subjecta, quos Romanis inimicos Hilarii Romani Metropolitanæ judicium minime permiffuros fuisse affirmat. Sed Hilarii tempore nec Burgundiones Romanorum hostes, nec Maximæ Sequanorum dominos fuisse cum indicavimus adnot. 1. in cap. 1. tum vero Luculentius Antonius Pagius, & Tillemontius probarunt.

Quesn.  
sententia  
de Bur-  
gund. re-  
jecta.  
Pag. ad  
an. 445. n.  
12. Til-  
lem. not.  
5. in Hi-  
lar. p. 845.

7. Constituto ex hætenus dictis Vefontionensi Celidonii Episcopatu, & confutatis iis, quæ pro eo excludendo Quesnellus attulit c. 2. & 3. nihil opus est ea expendere vel refellere, quæ pro statuendo jure Hilarii in totam provinciam Viennensem fufius subjecit a cap. 4. usque ad 13. hæc enim ad præsentem de Celidonio controversiam nihilum pertinent, nisi in hypothesi, quod Episcopatus ejus Vefontionensis apte expunctus fuerit. De his tamen, quæ nunc pertransimus, redibit sermo parte 2. c. 3. ubi Projecti causa opportunam eorum animadversionem revocabit.

8. Interim hæc prima est in Celidonii quæstione adversus Hilarium censura, quod in Episcopum a sua provincia remotum judicium sibi minime competens usurpaverit: unde ipse Quesnellus sub finem cap. 1. scripsit: *Tamquam alieni juris invasor ab omnibus pene scriptoribus exagitur., propterea quod Celidonium Episcopum non modo innocentem, sed & ad se nullatenus pertinentem deponere ausus fuerit.* Multo autem major esset hæc accusatio, si Celidonium non simplex Episcopus fuisset, sed Metropolitana, ut nonnulli existimant ex il-

Vesontionenses Episcopi, ferius fuerunt Metropolitanæ.

lis potissimum Vitæ S. Romani verbis *Celidonium supradictæ Metropolis* (Vesontionis) *Patriarcham*. At non omnino cogunt. Nam vox *Patriarcha*, sicut apud Gotthos & Vandalos pro simplici alicujus civitatis Episcopo accepta per noscitur ex Cassiodorii & Victoris Vitensis testimoniis, quæ cap. 1. indicavimus; ita eodem sensu potuit accipi etiam a Burgundionibus, qui, dum auctor Vitam scribebat, in Maxima Sequanorum dominabantur; & ex inducta apud eosdem locutione idem auctor *Patriarcham* poterat appellare Celidonium præcipuum suæ regionis Episcopum, etsi nullo metropolitico jure frueretur. Vesontionenses quidem Antistites adhuc in Synodis posterioribus sæculi VI. non inter Metropolitanos, sed inter simplices Episcopos subscripti leguntur. Vide inter alia Synodum Matisconensem anni 583. Metropolim autem laudatus Vitæ auctor vocavit Vesontionem civitatem primariam Sequaniæ, eo quod in civili dispositione hujus Provinciæ Metropolis esset, ut ex Notitia Galliarum manifestum est.

Quæ æquior apologia S. Hilarii.

9. Sed sive Episcopus, sive Metropolita fuerit Celidonium, mala erit semper Quæsnelli defensio, qua illum a Vesontionensi Episcopatu removeere nifus est. Æquior Hilarii apologia hac in parte fuisset illa, qua Quæsnellus sub finem cap. 2. usus est, ut eum ab usurpato alieno jure purgaret in ordinando S. Romano Presbytero non longe a Vesontione: nimirum id Hilario licuisse ait ex consensu, qui præsumendus est, Eucherii Lugdunensis ejus amicissimi, in cujus ditione fuisse creditur (sicuti est hodie) monasterium Jurense. Cum ad judicium Vesontione convenerint ex aliis locis Sacerdotes, teste Hilarii Vita; eoque etiam profectus videatur S. Germanus Autissiodorensis, qui cum Hilario accusatoribus præceperat ut pararent testes; ille ex comprovincialium consensu & cum eorum etiam judicio Celidonium deposuisse videri potest, & forte etiam ex Eucherii Metropolitanæ assensu, siquidem Vesontio nondum ecclesiastica Metropolis Lugdunensi Episcopo suberat: aliquos enim Metropolitanos *plus gratis tribuentes personali privilegium sibi debitum* in Hilarium *transfuisse* S. Leo queritur c. 6.

### C A P U T III.

#### *Depositio Celidonii per Hilarium, & ejusdem restitutio per Leonem expenduntur.*

Depositio Celidonii per Hilarium.

1. **H**Æc duo judicia quoad substantiam, atque naturalem justitiam primum expendenda sunt. Vitæ Hilarii auctor judicium ejus ita describit c. 16. ut nihil æquius appareat. Duo impedimenta Celidonio accusatores objecisse traduntur *adstruentes ipsum interruptam suo adhibuisse consortio .... simul ingredientes sæculi administratione perfunctum, capitali aliquos condemnasse sententia*. Tum de judicio additur: *Conveniunt ex locis probatissimi Sacerdotes, (quod Concilii speciem exhibet.) Res omni ratione prudentiaque discutitur. Accusatio testimoniis confirmatur. Adhibetur vera simplexque definitio, ut quem Scripturarum regulæ removebant, voluntate propria se removeere deberet*. Utrum Celidonium huic judicio interfuerit, vel si interfuit, num nihil repositum testibus contra se adductis, nullibi dicitur. Immo ejus appellatio mox subsequuta, & multo magis contrarii testes in Romano judicio allegati fati ostendunt, ei non defuisse quod reponeret: ac propterea quo jure eum *convictum* Quæsnellus affirmaverit c. 1. ignoramus. Appellatio autem ad Pontificem his verbis exprimitur: *Ille (Celidonium) Urbem credidit expetendam, ibique se injusto rigore arguit condemnatum*. Hæc valde ambigua sunt: videri enim potest Celidonium non negasse omnino objecta impedimenta, at de nimio & injusto rigore sententiæ tantummodo fuisse conquestus. De falsitate autem accusationum & de injustitia judicii apud Pontificem querelas manifeste interposuit. Hilarius Romam pariter perrexit, & gestorum seriem suggestit. Porro Leonis judicium ex epist. 10. c. 3. liquet. Habitum fuit *sanctorum Concilium Sacerdotum*, adhibiti testes Hilario præsentate, & ita pro Celidonio respondentes, *ut quod Hilarius cum Episcopis residens posset opponere, non haberet*. Interrogatus in eodem confessu, *rationabile quod posset respondere, non habuit; sed ipse se suis*

Et appellatio.

Judicium S. Leonis.

*se suis responsionibus innodabat*. Tandem, uti traditur c. 7. *cum quaereretur ad causam, turpi se fuga credidit subtrahendum*. Ita remotum fuit ejus iudicium, & Celidonius suae Ecclesiae restitutus. Omisimus Leonis querelas adversus Hilarium, quem eodem c. 3. ea loquutum prodit, *quæ nullus laicorum dicere, nullus Sacerdotum posset audire*; & c. 2. *ipsius quoque beatissimi Petri reverentiam verbis arrogantibus minuentem* affirmat: nec quo sensu hæc ab Hilarii defensoribus explicentur, nunc expendimus: ad justitiam enim iudicii circa Celidonium, de qua una nunc agimus, hæc nihil pertinent; & paullo post opportuniore loco observabuntur. Ex ipsa autem simplici narratione, quam proposuimus, quis Leonini iudicii æquitatem non videat? Hanc confirmat Valentinianus in Novella, ubi Celidonii depositionem ab Hilario factam non obscure reprehendit. Hanc exploratius testatur anonymus Jurenensis in Vita S. Romani de Hilario affirmans: *A sede episcopali memoratum Celidonium nulla existente ratione dejecerat*. Quod si Celidonius inter Sanctos accersitus creditur, ut ex Vesontionensis Ecclesiae tabulis Chiffletius indicat; alia non levis confirmatio accederet. Virum enim sanctum voluisse non modo Leonem falsis testibus decipere, & injustam sententiam subripere, verum etiam contra conscientiam Episcopatum retinere usque ad mortem, a quo omni lege arcebat, incredibile est.

Et iudici æquitas.

2. Neque opponi videtur auctor Vitæ S. Hilarii. Licet enim c. 16. *definitionem* (idest iudicium hujus in Celidonium) *veram & simplicem* affirmaverit; tamen c. 17. indicans iudicium Leonis iudicio Hilarii contrarium, protestatur se *non audere tantorum virorum iudicia ventilare*: quod qui non audeat, profecto Leonis iudicium si non probat præ iudicio Hilarii, certe non improbat. Subdit tamen nonnulla, quæ Leonis narrationi contraire, & veritatem ac rationem Hilario, præoccupationem & deceptionem Leoni tribuere videntur. Inquit enim: *Hoc breviter tetigisse sufficiat, quod solus tantos sustinuit ..... quod inquirentes edocuit, quod altercantes vicit ..... & quod quos ratione non flexerat, credidit relinquendos*. Si hæc referantur ad Hilarii actionem in Celidonii causa, dum Hilario præsentem ea Romæ agebatur, ex Leonis testimonio falsissima sunt: non solum enim Hilarius non *edocuit inquirentes*, nec *altercantes vicit* in hac causa; verum etiam non habuit, quod Celidonio ac testibus *posset opponere*, nec *quicquam rationabile, quod in sanctorum Concilio Sacerdotum posset respondere*: ac propterea non reliquit quos *ratione non flexerat*, sed potius ab iis se subduxit *quæsitus ad causam*, quos ratione non poterat flectere, cum quod rationabile responderet, vel opponeret, non haberet. In hac autem hypothese quatenus Leonis testimonium testimonio auctoris Vitæ, ubi invicem pugnare creduntur, præferendum sit, cap. 1. ostendimus; idque multo magis ex eo confirmatur, quod non solum Leo de justitia sui iudicii testatur, verum & Valentinianus Imperator, & anonymus Jurenensis auctor Vitæ S. Romani.

Auctor vitæ S. Hilarii aperte inficiari non audeat.

Quædam ejus formulæ expenduntur.

Leoni fides adhibenda.

3. S. Leo in memoratis litteris ea de S. Hilario refert, quæ non solum publice gesta fuerant, verum etiam gestis publicis videntur inserta. Præmisit enim initio ejusdem cap. 3. *Quæ igitur apud nos in causa Celidonii Episcopi gesta confecta sunt, & quæ Hilarius dixerit, dum cum eodem, præsentem supradicto Episcopo audiretur, inditus chartis rerum ordo demonstrat*. Et mox gestorum veluti compendium subjicit, in quo sunt ea, quæ superius retulimus. Hæc igitur Leo de Hilario scribens, quæ in publico iudicio actis ipsis tradita videntur, & ad Episcopos Gallicanos scribens ipso Hilario vivente, qui si falsum aliquid in epistola fuisset enuntiatum, allegatis ipsius Concilii Romani Patribus ac gestis potuisset revincere, vera procul dubio scripsisse præsumendus est citius, quam Vitæ auctor, qui & Hilario & Leone mortuis de re, cui ipse non interfuit, non ex publicis gestis, sed ex relatione eorum qui Hilario favebant, subobscurè scribens, ipsam rem potius involvit, quam exposuit.

4. Diximus *involvit*: consideranti enim diligenter totum contextum, in quo non solum auctor a ferenda sententia de Leonis ac Hilarii iudiciis in Celidonii causa se subtrahit; verum etiam Hilarium se ab eadem causa agenda subduxisse indicat; quo ea verba referantur, & quid peculiare insinuent, incertum erit. Neque enim facile intelligetur, quatenus absque contradictione & inani

Vitæ auctor quam obscure loquutus.

Interpre-  
tatio Ques-  
nelli ex-  
cutitur.

jaſtantia ſcribi potuerit S. Hilarium *edocuiſſe & vicuiſſe* utique ratione, quos *ratione ne flexiſſe* quidem traditur; ſi utrumque ad eandem de Celidonio quaſtionem, & ad eaſdem perſonas referendum ſit. Idem auctor Vitæ præmiſerat Hilarium Leoni ſtatim ab initio dixiſſe ſe *ad officia, non ad cauſſam veniſſe, proteſtandi ordine, non accuſandi, quæ ſunt acta ſuggerere*. Hæc Queſnellus arripiens contendit, hunc declinaſſe omnem actionem & diſputationem in ipſa Celidonii cauſſa coram Pontifice, propterea quod cauſſa in Galliis definita novo judicio Romæ ventilari ac diſcuti Eccleſiarum Gallicanarum, uti putat, conſuetudo vetaret. Vide partem tertiam Queſnellianæ diſſertationis c. 3. ubi hac de cauſſa & hoc ſenſu verum non diſſitetur, quod S. Leo affirmavit, Hilarium *nihil habuiſſe quod reſponderet*, nimirum, ut ille explicat, *non ex juris penuria, nec ex probationum defectu, nec ex loquendi difficultate, ſed inde quod Leonis facti ſolita judiciorum Gallicanorum forma immutabatur*, cui Hilarius præjudicare noluit. Quid de hac interpretatione & de toto hoc ſyſtemate, quo jus Apoſtolicæ Sedis impetitur, ſentiendum ſit, paullo poſt erit fermo. Nunc ſufficit ipſos adverſarios conſtitentes habere, Hilarium reiſſa non reſponſiſſe, nec adverſus teſtes pro Celidonio productos oppoſuiſſe quicquam, quo eos falſi revinceret. Id autem fatiſ eſt, ut Leonis judicium quoad ſubſtantiam juſtiſſimum cognoscatur. Quocumque enim ſine S. Hilarius ſeſe non oppoſuerit; cum judiciorum juſtitia ex allegatiſ & probatiſ deducatur, juſtiſſime quidem S. Leo teſtibus diligenter excuſſiſ, & ab eo, qui poterat, non conſutatiſ, Celidonium reſtituit. Hic nimirum non quaeritur, utrum Leo potuerit, aut debuerit judicium ferre renitente Hilario, de quo mox dicemus plura; ſed de æquitate ipſius judicii per ſe in præſentiarum quaeritur: & in iis circumſtantiis, in quibus Hilarius nihil reponere, ſed potius fuga declinaſſe inventus eſt, aliud judicari nec potuit nec debuit.

5. Tota igitur quaſtio ad ſolum jus revocari poteſt, nimirum jure ne S. Leo Celidonii cauſſam in Galliis judicatam, repugnante S. Hilario, novo judicio Romæ diſcuſſerit, ac judicaverit; & in hoc quidem totus laborat Queſnellus a cap. 14. uſque ad diſputationis finem, ut Leoni ſuccenſeat, ac ſi contra canones & contra Eccleſiarum Gallicanarum conſuetudinem egerit; Hilarium autem non ſolum vindicet, verum etiam eximie laudet, quod Leoni fortiter reſiſtens, pro iisdem canonibus & conſuetudine dimicaverit. Ita a facti ad celebrem juris quaſtionem de Episcoporum appellationibus apud Romanam Sedem interpoſitiſ diſputatio ſeſtitur. Hoc autem argumentum cum ſit præſentis controverſiæ præcipuum, maximique momenti, in quo non tam de S. Leone, quam de inſigni Romanæ Sedis prærogativa agitur, exactius diſcutiendum eſt.

#### C A P U T IV.

*De Leonis jure in cauſſa Celidonii judicata in Galliis ab Hilario Arelatenſi, ſeu de jure appellationum ad Apoſtolicam Sedem. Præmittuntur nonnulla principia, ex quibus tota res dirimenda eſt. Queſnellianæ diſputationis omiſſiones. Hilarii apologia quam male a Queſnello contexta. In quaſtione facti, quam tantum agendam propoſuerat, involvit quaſtionem juris, Hilariumque apoſtolicum jus in appellationibus Episcoporum non agnoſcentem, ac juſte renitentem audaciſſime exhibet.*

1. **N**E inaniter laboremus, & evagemur in incertum, quædam principia ſunt præfigenda, ſine quibus res ex æquo cognosci & dijudicari non poſſet. Inde enim tota confuſio Queſnellianæ diſputationis & tota Queſnelli hallucinatio dimanat, quod principia non tenuit, quæ erant præmittenda, vel ſaltem præſumenda: immo illud principium, ex quo judicium hac in quaſtione maxime pendet, omnino præteriit.

Tria juris-  
dictionis  
eccleſiaſti-  
cæ princi-  
pia.  
Conſue-  
tudo.

2. *Tribus ex capitibus eccleſiaſtica juridiſctio ſtatui poteſt, ex conſuetudine, ex jure canonico, & ex divino.* Juridiſctio eccleſiaſtica ex diuturna conſuetudine probatur, non quod conſuetudo det per ſe jus; ſed quia vel titulum alium quem præſumit eccleſiaſtici aut divini juris, quo juridiſctio jamdiu collata fuerit; vel quovis titulo ab initio deficiente, curſu temporis juridiſctio probatur acqui-

acquisita sive ex consensu eorum, quorum interest, sive ex ipsa dispositione juris, ut in præscriptionibus accidit. Hinc *antiqua consuetudo* pro jure Alexandrini Episcopi in Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim allegata in Nicæno Concilio can. 6. jurisdictionem ejus probavit, quæ in eodem Concilio firmata fuit: eodemque sensu Episcopo Antiocheno, & ceteris Metropolitanis sua privilegia ac jura, quæ consuetudine nitebantur, similiter fuere confirmata. Jure canonico statuitur jurisdictio, cum per canones seu decretales cuiuspiam tributa ostenditur, si ea alio potentiori jure abrogata, vel dissiuetudine, aut potius consuetudine aliorum contraria ei præscriptum non sit. Tandem jure divino constituitur jurisdictio, cum alicui ab ipso Deo collata ostenditur, quæ tamen nulla cuiuspiam opposita consuetudine præscribi, nullo humano jure abrogari potest; sicut ipsum divinum jus, quo fuit collata, nulli humanæ præscriptioni aut abrogationi subest. Solum si divino jure nullus fuit eidem jurisdictioni præstitutus limes, potest vel consuetudine, vel ecclesiastico jure exercitium ejus certis finibus & modis circumscribi publici boni, & congrui ordinis causa.

Jus canonicum.

Jus divinum.

3. Id autem ex duabus causis provenire potest. Primo ex voluntate ejus, qui jure divino illimitato potitur, si in definitum aliquem modum publico bono consentiat. Hac ratione Pontifices jus sibi proprium & illimitatum jure divino consenserunt circumscribi suis, vel suorum prædecessorum decretis, quibus sane vi coactiva non tenebantur (nemo enim in se, nec par in parem habet imperium) & similiter consenserunt idem jus certis coarctari finibus seu modis ac decretis Conciliorum particularium, quæ cum etiam per Gallos Pontificibus subsint, eorum canonibus obligari non poterant, nisi ex consensione. Omittimus interim limites præfinitos a Conciliis generalibus, hoc unum tantummodo indicantes, horum pariter decreta vim generalis Synodi non habere nisi ex consensu Romanorum Pontificum, ut liquet ex ipso Calchedonenfi, cujus decretum in favorem Sedis Constantinopolitanæ vim generalis Concilii non habuit, quamdiu Leonis & Romanorum Pontificum consensus defuit; nec quisquam Leoni aut aliis ejus successoribus vitio vertere potuit, cum eidem decreto refragati sunt, eo quod sine eorum consensu non obligaret. Quod si decreta generalis Synodi sine consensu Pontificum obligandi vim non habuerunt, cum in præjudicium cedebant juris Episcoporum Alexandrini & Antiocheni, quibus tamen jus divinum non favebat, sed mere ecclesiasticum in Nicæno firmatum; quis ea vim generalis Synodi habere existimet deficiente consensu Romani Pontificis, si in restrictionem ederentur ejus pontificii juris, quod non ex ecclesiastica, sed ex divina institutione originem ducit? Secundo jurisdictio divini juris illimitata certis modis ac finibus constringi potest ex auctoritate alicujus superioris, qui divino jure majorem jurisdictionem obtinens, certum modum certosque limites inferioribus divino licet jure præsentibus ob bonum publicum præstitueret. Ita episcopalem jurisdictionem divini juris Concilia generalia potuisse restringere nemo dubitat. Eandem pariter episcopalem jurisdictionem, quoad limitationem & exercitium subesse jurisdictioni Pontificum, ipsi Galli Theologi & Canonistæ tæntentur, uti videre est apud Gersonem, & alios.

4. *Qui alicujus jurisdictionem statuendam sumit, satis est, si eam ipsi competere probet uno ex tribus laudatis capitibus, nimirum vel consuetudine, quæ non sit abrogata, vel jure canonico, quod adhuc vigeat, vel divino, dum ab habente jus divinum superioris ordinis limitata non fuerit. Qui vero jurisdictionem alicujus negandam suscipit, haud satis est, si probet, uno vel altero ex capite illam deesse: probare enim debet deesse ex omnibus; alias uno ex capite, quod intactum supersit, jurisdictio eidem competere poterit.* Res manifesta est per se, unde ulteriori explicatione, aut confirmatione non indiget.

5. *Cum fieri possit, ut in ecclesiasticis judiciis non minus quam in secularibus, plures eadem judicandi potestate seu jure, sive ex iisdem, sive ex diversis titulis fruuntur; nemo de jure quod cuiuspiam competat, violato querimoniam movere potest, si alius judicium exercent, nisi hoc jus sibi competens, nullo titulo isti convenire statuerit.* Ita cum ex Africanorum disciplina constituta in Carthaginensi anni 416. apud Dionysium can. 125. jus esset cognoscendi de appellationibus Presbyterorum & aliorum inferioris ordinis Clericorum

corum tum Conciliis Africanis, tum Primatibus Provinciarum; nec Conciliorum jus læsum dici poterat, si Primates judicassent, nec jus Primatum, si ad Concilia iudicium fuisset delatum. Hinc etiam sequitur non recte negari jus alicujus in aliquo loco, si forte ibidem iudicium non ipse, sed alius exercuerit, nisi probari possit eum idcirco non exercuisse tale jus, quia ipsi vere nullo titulo competit. Sic negari non posset appellationum jus Conciliis plenariis Africæ, si fortassis in aliqua Africæ Provincia nullæ appellationes ad hujusmodi Concilia delatæ fuissent, sed Primatis iudicio omnes terminatæ. Hic nimirum adhibenda est præclara illa Natalis Alexandri distinctio Hist. Eccl. Sæc. IV. differt. 20. prop. 2. *Aliud est jure aliquo semper non uti, aliud jus illud non habere. In quo viri alioquin eruditi hallucinati sunt, qui substantiam juris a perpetuo & non interrupto ejus usu non distinguunt.*

6. Tandem duplici modo quis pro suo jure vel consuetudine in judiciis resistere potest alii ne iudicium assumat. Primo negando ei jus. Et tunc si iuste neget, eo quod hoc jus nullo titulo ei competat, iuste resistit, nec obedire cogitur ei, qui jure caret: fecus vero si titulus aliquis ei suppeteret: resistere enim habenti jus, & perinde ei resistere, ac si nullo jure fungatur, apertam injustitiam prodit, nec constantiæ, sed pertinatiæ est, si quis ei juri subjectus, parere & acquiescere nolit. Secundo instando & urgendo, ne quis eo jure, quod ei competit, utatur, eo quod non expediat consuetudines immutare, vel pericula timeantur ac fraudes. Et si quidem id moderate fiat, & sola pericula quacumque efficacia proponantur, dummodo jus non negetur quod est, & solum bonum publicum quærat, reprehendi nequit; quemadmodum non reprehenduntur Aurelius, Augustinus, alique Africani Episcopi, qui pari moderatione resisterunt appellationibus transmarinis in epistolis ad Zosimum, Bonifacium, atque Cælestinum. Vitium autem irrepit, si zelo boni publici moderationis limites quis pertransseat in modo resistendi; & multo magis si ita pertinaciter resistat, ut non merum bonum publicum procurare, sed jus negare videatur ei, qui jure certissimo fruitur.

Quomodo vindicandus fuisset Hilarius, & quid probandum in Quesnelli sententia.

7. His præmissis, si Quesnellus ex æquo vindicare volebat S. Hilarium, cum Leoni resistit, ne in Celidonii causa Romæ iudicium fieret contra consuetudinem, uti putat, Ecclesiæ Gallicanæ; probare debebat primo consuetudinem Gallicanæ Ecclesiæ fuisse, ut appellationum iudicia vel numquam reciperentur, vel in Galliis tantummodo fierent: secundo hanc Gallicanorum consuetudinem omne jus pontificium excludere, quod Apostolicæ Sedi competit non tam ex consuetudine, quam ex ecclesiastico, ac præsertim ex divino jure, quo primatus ejusdem in ipsos Gallicanos statuitur: tertio vel saltem, si quod jus Romanis Pontificibus inesse agnoscit ad ipsa appellationum iudicia præcipue in Episcoporum causis, in eo laborare debebat, ut ostenderet Hilarium Leoni resistisse non negando jus, quod illi competeat, nec ita eidem resistendo, ac si jus nullum haberet; sed urgendo consuetudinem, pericula, fraudes, idque congruo quidem zelo, at servato moderamine, ne vel jus videretur negare, vel debitam Apostolicæ Sedi reverentiam violaret.

Nihil tale in Quesnelli dissertatione.

8. At nihil ex his Quesnellus. Primo enim consuetudinem Gallicanæ Ecclesiæ, quæ pluribus iudiciis appellationum exactis in Galliis probanda erat, ne uno quidem teste, aut facto constituit. Multo autem minus ostendit eam omne jus pontificium exclusisse. Etsi enim totus in eo laborat, ut nonnulla, quæ litteris tradita sunt, appellationum acta ad Romanam Sedem enervet, & ita consuetudinem eidem ereptam existimet; nonnihil etiam attingat de jure ecclesiastico, ut hoc quoque ipsi subducatur: præterit tamen jus divinum, a quo Romanæ Sedis prærogativæ maxime pendent. Ea porro ipsa, quæ vel de consuetudine totus exagitat, vel de jure ecclesiastico attingit, quam male probata sunt, & quot fallaciis implicata! Testatus quidem est post initium cap. 14. se non disputaturum de jure, sed de mero consuetudinis facto: immo hanc juris quæstionem a suo instituto alienam pronuntiat: *Totum igitur opus, totus labor noster in examine erit facti, non in discussione juris, quæ ab instituto nostro aliena est.* At quid inde elici potest pro vindicando S. Hilario, cum S. Leoni resistit; si posita etiam consuetudine Gallicana, quæ præsumitur, jus præsertim divinum consuetudine fortius in ipsis appellationum causis Leoni aliunde fue-



de fuerit, contra quod Hilarius omni nisu absque debita moderatione restitisset? Nisi ergo quaestio juris prius discutiatur; & nisi probetur nullum jus Leoni fuisse in judicanda Celidonii causa; tota Quesnelli disputatio de sola Gallicanorum consuetudine in appellationum causis; quæ pontificium jus in iisdem intactum relinquit, si etiam probata fuisset, æquæ Hilarii apologiæ nihil prodesset, nisi forte ea ita deducatur, ut Hilarium pro suarum Ecclesiarum consuetudine fortiter quidem, at cum debita moderatione laborantem, jus pontificium nec negantem, nec impetentem exhibeat.

9. At numquid hac ratione contextitur Quesnelli disputatio? Immo vero quis eam attente legerit non pauca inspersa deprehendet, quibus, dum ille omnem consuetudinem in appellationibus Gallicanis Leoni defuisse ostendere suadet, nullum præterea jus Pontifici fuisse non obscure insinuet. Ante examen factorum, ex quibus consuetudo elicitur, principium statuit, quo indicatur ex natura Episcopatus, quem Christus *unum atque individuum instituit, & cuius a singulis in solidum pars tenetur*, ac proinde quasi ex ipsa Domini institutione proficisci, ut appellationes *ad provincialem vel etiam ad majorem Synodum deferantur*: adeo ut *si quis secus fecisset, & ad extraneos iudices vellet per appellationis libellum confugere, is Episcoporum concordiam coherentem collidere, unitatemque scindere merito putaretur*. Ubi ipsum Romanum Pontificem cum extraneis quibuslibet Episcopis ac iudicibus, qui nullo jure appellationum fruuntur, videtur involvere. Hinc ibidem subjicit, jus in appellationes Episcoporum Metropolitanis una cum provinciæ Synodo esse delatum *jure quodam naturali & consuetudine ab omnibus recepta, quam sacrosancta postmodum Conciliorum firmavit auctoritas*, ac si contra hoc qualecumque jus *naturale*, contra consuetudinem ab omnibus receptam, & contra Conciliorum auctoritatem obnitatur, qui alio causas appellationum avocet vel recipiat. Hinc cap. 16. Hilarium Leoni resistentem *constantia & fortitudinis* laudat, Leoni que succentet, quasi in recipienda Celidonii appellatione *Sedis suæ amplitudini plus æquo studuerit*; affirmatque eum canonum Sardicensium *auctoritati maxime incubuisse*, ac si nihil divini juris eidem suppetat, solumque ecclesiasticum istorum canonum jus prætendi possit, quod tamen ipsum subducere nititur. Hinc eundem Pontificem *Imperatoris auctoritate munitum novum sibi jus parare* conatum ibidem pronuntiat, quasi antea nihil ejusmodi juris ullo titulo eidem fuerit. Hinc part. 3. c. 3. veluti Leonis præjudicium traducit, quod *hoc auctoritati ac splendori Sedis suæ deberi* putaret, ut scilicet appellationes ad eandem deferrentur; idque affirmat *novum jugum Gallicanis Ecclesiis & Sacerdotibus a Leone paratum, quod nec illi, nec eorum patres ferre umquam potuerant: quodque jugum si Hilarius Gallicanarum Ecclesiarum apex his imponi passus esset, ipse tamquam & propriæ dignitatis desertor, & Gallicanæ libertatis traditor a suis Coepiscopis erat coarguendus*. Hinc tandem Hilarium non tam obniscum contra Leonem ante sententiam, sed etiam post illam affirmat; ac propterea part. 1. c. 1. paullo ante finem scribit: *Jura suæ Ecclesiæ usque ad extremum spiritum obtinuit, & qua pollebat eloquentia strenue defendit*: & part. 3. c. 1. *Antiquis inhærebat Præsul Ecclesiæ suæ privilegiis; & Gallicanis Episcopis annuentibus eandem semper, quoad vixit, usurpavit potestatem etiam refragante Leone, & minitante Augusto*: idque ex eo probat nihil opponi debitæ erga Romanam Sedem reverentiæ: quia *non latebar inertem esse ac otiosam primariorum Præsulum erga inferiores Episcopos prærogativam, cum nihil ab his nisi secundum normam canonum arrogatur*.

10. Hæc vera censerī nequeunt, nisi Leo omni appellationum jure privatus supponatur; & idcirco Quesnelli disputatio, quæ quaestionem solius facti & consuetudinis expendendam ab initio proposuit, re ipsa ad jus negandum vergit, de quo se nolle quaestionem movere professus fuerat; cum tamen id esset non solum quaerendum, sed etiam statuendum, antequam ea, quæ ex ipso excerptimus, disputationi infereret. Quod autem ille non præstitit, nos præstabimus, ut rectum de omnibus judicium feratur: & postquam pontificium jus certissimum demonstrarimus, num Quesnellianæ apologiæ ratio, quæ Hilarium Leonis juri pertinaciter obnitentem exhibet, idonea ejus defensio, an verius gravissima sit accusatio, exploratum fiet. Immo cum Hilario Quesnellus ex arbitrio tri-

Jus pontificium impetit.

buat

buat inobedientiam post ipsum Leonis decretum, quam nec probavit, nec probare potuisset; gravasse ipsum multo magis, quam ipsa res ferat intelligemus. Interim ad singulos juris titulos excutiendos accedamus: quæ autem æquior Hilarii defensio esse queat, sub finem exponetur,

## C A P U T V.

*Consuetudinis titulus circa Episcoporum appellationes ad Romanam Sedem a Leone assertus vindicatur; & Quesnelli conatus, ut eum illi eripiat, eliduntur.*

Appellationes in Galliis generatim exclusæ dici non possunt. Vid. epist. Innocentii ad Victoric. cap. 3.

1. **N**emini persuaderi poterit, eam apud Gallicanos consuetudinem fuisse, ut nullæ in Galliis appellationes reciperentur a provincialium Conciliorum sententiis ad alios iudices vel in Galliis, vel extra Gallias. Hoc quidem sensu Quesnelli sententiam nonnulli interpretati sunt ex iis, quæ indicavit part. 1. cap. 15. Id autem perinde esset ac dicere, appellationis præsidium jure omnium gentium inductum ob innocentes, qui prima cognitione sive per errorem, sive ex malitia perperam damnati fuerint, quodque non negatur inferioris ordinis Clericis, si Episcopi sui sententia se gravatos senserint: hoc, inquam, justissimum præsidium negatum fuisse Episcopis Gallicanis etiam innocentibus, si Conciliorum provincialium iudicio injuste fuissent condemnati; ac propterea Episcoporum conditionem fuisse deteriorem quam Clericorum: quod sane absurdissimum est. Quodsi Gallicanis Episcopis licuit appellare; consuetudinem apud eos obtinuisse, ut aliquando scilicet provocarent ad Romanum Pontificem, cum Sardicenses canones, qui ejusmodi appellationes probant, a Gallis recepti fuerint, ut capite sequenti patebit, dubitare non licet. Id ex subjiciendis exploratius fiet.

Appellationum consuetudo quomodo probetur.

2. Appellationum consuetudo, quæ ex aliquot actorum serie nascitur, probatur testibus, qui vel quasdam singulares appellationes indicent, ex quibus aliæ similes colligi queant, vel ipsam appellationum consuetudinem expresse testentur. Et primum quoad singulares appellationes cum in maxima priscorum monumentorum inopia exigenda non sint gesta quoad quaslibet particulares Ecclesias; si aliquot vetustæ appellationes suppetant ex diversis Ecclesiis Occidentis atque Orientis, satis esse debet, ut ex iis earum quoque Ecclesiarum consuetudo colligatur, ex quibus injuria temporum nulla ejusmodi documenta supersunt, si præsertim hæ Romanæ Sedi peculiari jure subjæctæ eidemque viciniore, faciliorem appellandi facultatem habuerint.

Quesnellus hanc consuetudinem exclusam a Galliis quam male probaverit.

3. Hanc probationem ex peculiaribus quibusdam gestis sumtam ut Quesnellus eludat, singula primum Gallicana iudiciorum gesta, quorum memoria vel indicium nactus est, diligenter expendit. Hæc autem fere omnia sunt gesta causarum episcopalium, in quibus nulla fuit appellatio: perinde ac si ex causis, in quibus nulla appellatio fuit, sequatur quod nec in aliis causis umquam existiterit. Hinc ad excludendas appellationes Gallicanas inepta est causa Marciani Arelatensis a Quesnello pluribus discussa cap. 14. in qua ne appellationis quidem umbra indicatur; & inutiles pariter sunt causæ Euphratæ Agrippinensis, Paullini Trevirensis, Hilarii Pictaviensis, Saturnini Arelatensis, Lazari Aquensis, & Armentarii Ebredunensis, qui de appellatione ne cogitarunt quidem, ut idem Quesnellus refert cap. 16. nec non causæ Priscilliani & Instantii, qui de sententia Burdigalensis Synodi ad Romanum Pontificem non appellarunt. Neque vero quempiam moveat Hilarii & Paullini *injusta damnatio*, quæ, annotante Quesnello, *utrique ad Romanum Pontificem jus peculiare tribuisset*, si tum appellandi viguisset consuetudo. Quid enim hi Arianorum vi oppressi appellassent ad Liberium Pontificem, si ipse pariter ab iisdem Arianis oppressus, & eadem de causa actus in exilium, illis opitulari non poterat?

4. His porro causis, in quibus nulla fuit appellatio, Quesnellus ex ordine temporum interferit causas Proculi Massiliensis sub Zosimo, Maximi Valentini sub Bonifacio, & Danielis vagi ac flagitiosi hominis apud Cælestinum ab Orientalibus accusati, & apud Gallos diu quæsi ad Romanum iudicium. Hæ autem omnes sunt causæ primæ cognitionis non a Pontificibus arreptæ, sed Romanæ Sedi

Sedi vel ab iisdem Gallis Patroclo Arelatenſi ac Valentinæ Eccleſiæ Clericis, vel ab Orientalibus delatæ. Hæ porro cauſæ, licet appellationem non præferant; cum tamen fatiſ ostendant agnitam etiam a Gallis Apoſtolicæ Sedis auctoritatem in iſtis cauſis primæ cognitionis; multo magis in appellationibus ab iisdem obſervatam fuiſſe demonſtrant. Si quid vero contra ejuſmodi facta probaſſet Queſnellus, pro excluſendis cauſis primæ cognitionis probaſſet, de quibus cap. 7. dicemus aliqua; pro expungendis autem etiam appellationibus de quibus nunc agitur, nihilum eviciſſet.

5. Hic autem notare obiter liceat in Queſnello incoherentiam plane mani-<sup>Incoherentia Queſnelli notatur.</sup> feſtam. Totus in eo eſt part. 1. c. 6. & part. 2. c. 3. & 4. ut omnia Zoſimi decreta pro ſtatuendis Arelatenſis Eccleſiæ juribus in ipſam Narbonenſem ſecundam adverſum Proculum Maſſilienſem, qui ordinationes in ea uſurpaſſe traditur, juſta & rata ac a Gallis Episcopis recepta oſtendat. Eadem porro decreta irrita & non recepta contendit cap. 16. cum adverſum Proculum decernunt, qui ab indebitis ordinationibus adhuc poſt interdictum Zoſimi nequaquam abſtinuit. Ita eadem decreta, ubi ipſi placet, rata & recepta; ubi non placet, irrita & repudiata ex arbitrio traduntur.

6. Ex univerſis autem cauſis appellationis duas tantum Hiſpanicas Queſnellus profert, & excutit, quæ ſpeciem quamdam provocationis ad Romanam Sedem præferunt. Una eſt Baſilidis Hiſpani Episcopii, qui ob idololatriæ crimen una cum Martiali Episcopio in provincia deſiſtus, Romam ad Stephanum conſugit, a quo etiam cum Martiali in Episcopatum reſtitutus videtur. Proteſtatus autem fuerat Queſnellus c. 16. *Quid in aliis provinciis fuerit uſu inductum, non eſt hic animus inquirere, quippe quod ad Hilarii cauſam non facit.* Notum nimirum ipſi erat, alias identidem eſſe aliarum provinciarum conſuetudines. Hinc porro ſicut quæ uno loco obtinuit conſuetudo, haud opus eſt ut alibi obtinuiſſe credatur; ita quæ in aliqua provincia non viguit, haud inde conſequitur eam nec in alia viguiſſe. Sed in appellationum materie quantum interſit Hiſpaniarum aliarumque provinciarum conſuetudinem cognoscere, ut de Galliis judicetur, facile eſt intelligere. Licet enim alia nonnumquam ſit in aliis provinciis conſuetudo; quæ tamen in ceteris omnibus provinciis invenitur, ſi præſertim a divino jure aliquam originem ducat, eadem pariter in Galliis fuiſſe dicenda eſt, niſi poſitivis documentis aliter demonſtretur. Queſnellus vero poſitivis argumentis aut exemplis, quæ deerant, non potuit oſtendere appellationes a Galliis excluſas. Hinc forte duas ab Hiſpanicis judiciis appellationes, quas infirmare ſe poſſe credit, intermiſcendas putavit, ut vel ex his duobus exemplis Hiſpanis idem de Galliis judicaretur.

Dux appellationes ab Hiſpaniis.

7. Quam male autem infirmaverit appellationem Baſilidis & Martialis exinde patebit, quod hæc maxime appellatio conſuetudinem apud Romanos antiquiſſimam probet. Queſnellus enim nihil afferre potuit, quo ipſam appellationem, aut Romanum in ea judicium, ex quibus conſuetudo & antiquitas fatiſ evincitur, in dubitationem induceret. Solum hæc appellatione & Romano judicio indicatis, ea Cypriani verba ſubjecit, quæ ſi probarent aliquid, non contra facta & conſuetudinem, de qua nunc agimus, ſed contra jus, de quo ille nolebat diſputare, probarent. Nam ſancti Martyris locus uti a contextu ſeparatus proponitur, inſinuat inane habendum judicium S. Stephani Papæ in hæc cauſa, quippe quod *reſcindere ordinationem alterius Episcopii in locum Baſilidis ſubſtituti jure perfectam NON POTUIT*; quæ non factum, ſed jus videntur impetere.

Prima Baſilidis & Martialis.

Queſnelli prava interpretatio.

8. Ut vero eluceſcat quam perperam Queſnellus hæc in re extra orbitam excurrerit, & præter Cypriani mentem allegarit ejus verba, ipſum factum exactius proponendum eſt. Baſilide Legionis & Aſturicæ Episcopio & Martiali Emeritenſi deſiſtus, & a Stephano per appellationis judicium reſtitutis, Sabinus, & Felix, qui illis fuerant in Episcopatum ſubrogati, cum ſe ob eorum reſtitionem judicio Romano decretam, & ut videtur, executioni traditam, excluſos vidiffent, ad S. Cyprianum in Africam tranſmiferunt cum litteris Felicis Presbyteri & plebium Legionis & Aſturicæ, nec non Lælii Diaconi & plebis Emeritæ, ac tandem cum epiſtola Felicis Episcopii Cæſarauguſtani, qui pro iisdem intercedebant. Mox congregata Synodus Carthagine Cypriano præſide, is cum

Retunditur, & Cypriani locus explicatur.

is cum tota Synodo ad supradictos Felicem Presbyterum, Lælium Diaconum & plebes pro Sabino & Felice rescipit adversum Martialem atque Basilidem, non quod Stephanum appellationum jure expertem crederet, sed quod a Basilide deceptum putaret. Integer textus recitandus est: *Nec rescindere ordinationem jure perfectam potest, quod Basilides post crimina sua detecta, & conscientiam etiam propria confessione nudatam Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longe positum, & gestæ rei ac tacitæ veritatis ignarum fefellit, ut exambiret reponi se injuste in Episcopatum, de quo fuerat juste depositus. Hoc eo pertinet ut Basilidis non tam abolita sint, quam cumolata delicta, ut ad superiora peccata ejus etiam fallaciæ & circumventionis crimen accederet.* Vides unam fallaciam & circumventionem afferri uti rationem ejus sententiæ: *Nec rescindere ordinationem jure perfectam potest?* Hinc non ex defectu pontificii juris, sed ex deceptione & fraude, cui Apostolica Sedes suis judiciis non vult suffragari, Cyprianus rescipit standum esse priori judicio, quo Basilides & Martialis depositi fuerant; & allegavit S. Cornelii Romani Antistitis auctoritatem, qui decreverat, *ejusmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem Cleri, atque sacerdotali honore prohiberi.* Ita etiam ipsi Pontifices, qui sane suum jus propugnarunt, sententias fallaciis subreptas deceptoribus favere non posse nonnumquam pronuntiarunt. Nihil ergo hæc ad jus infirmandum, sicut nec ad appellationum praxim inficiendam pertinent.

Conjectura in causa Basilidis & Martialis.

9. Quid porro re ipsa evenerit, cum sola supersit Cypriani epistola, non liquet. Ex hac quidem colligi videtur, Basilidem & Martialem suis sedibus restitutos fuisse Stephani judicio, adeo ut hac de causa Felix & Sabinus expulsi, Cypriani & Africanorum patrocinium quæsierint. Hinc Cyprianus licet contra Basilidem & Martialem scriberet, cum tamen auctoritate careret, qua illos excluderet, vel excludere præciperet, plebes tantummodo monuit, ne cum ipsis veluti episcopali Sedi actu præsentibus communicarent; nec de Felicis aut Sabini, qui erant ejecti, communione mentionem fecit. Indicantur præterea aliqui Episcopi, ut videntur, Hispani cum Basilide atque Martiali communicantes, quorum exemplum ne plebes sequantur, Cyprianus hortatur; cumque solius Cæsaraugustani Episcopi longius positi litteræ contra ipsos allatæ fuerint, indicium non leve exoritur, omnes finitimos Episcopos, ne dicamus ceteros fere omnes, saltem post Stephani judicium eisdem adhæsisse. Forte etiam potior pars Cleri cujusque Ecclesiæ eos receperat, seu cum iisdem communicabat: nam ex toto Clero Legionis & Asturicæ unus tantum Presbyter, & ex toto Clero Emeritensi unus Diaconus tantum, quibus solis Cypriani epistola inscribitur, adversus eosdem querelas promoverunt. Hæc porro inter ipsos Hispanos Episcopos, & inter Clerum divisio, & hæc plurium tum Episcoporum, tum Clericorum cum illis communicatio, a qua unus Presbyter, unus Diaconus, & unus Cæsaraugustanus Episcopus abfuisse probantur, de ipsius causæ merito dubitationem aliquam injicit. Cyprianus Stephanum a Basilide deceptum traducit. Aliquis forte ipsum Cyprianum a Felice & Sabino, qui erant a suis sedibus pulsi, circumventum suspicabitur; ita ut ei *longe posito & rei gestæ, ac tacitæ veritatis ignaro* contigerit, quod ipse de Stephano credidit. Id ipsum facillime putabitur de Felice Cæsaraugustano in remotiori Hispaniæ parte constituto, ita ut magis præsumendum sit pro finitimis Episcopis, qui cum Basilide & Martiali communicasse videntur. Litteræ unius Presbyteri vel Diaconi cum plebe, seu portione plebium pro ejectis Episcopis scriptæ peculiari gratiæ ac factioni tribui queunt; si præsertim potior Cleri pars cum alia plebium parte Basilidi & Martiali communicasse credatur. Ceterum (quidquid id est) ut ad appellationum causam redeamus, audire libet Stephanum Baluzium, qui sane Romanæ Sedis prærogativis nimium indulgisse dici nequit. *Recte*, inquit Not. 27. ad epistolam memoratam Cypriani, *ex hoc collegit Baronius antiquissimum in Ecclesia usum esse, ut ex remotissimis orbis partibus Episcopi, qui se injusta perpeffos esse a collegis suis crederent, provocarent ad Romanum tamquam ad primarium Ecclesiæ universalis Antistitem.* Et laudata Pamelii annotatione, qua idem statuerat, addit: *Futilia sunt, quæ hic adversus Pamelium scripsit Goulartius.*

Quam juræ ex hac causa statuatur antiquitas appellatio-num ad Romanam Pontificem.

10. Episcopaliū caussarū exemplū aliud, quod Quesnellus memorat, est illud Instantii, Salviani, & Priscilliani, qui a Cæsaraugustana Synodo absentes damnati, Romam profecti ad Damasum, teste Sulpicio Hist. Sacr. l. 2. c. 48. *se purgare cupientes, ne in conspectum quidem ejus admissi sunt*. Cæsaraugustana pariter Synodus ad Hispaniam spectat. Hinc autem patet quamdam appellationem interpositam fuisse, quæ tamen a Pontifice recepta non fuit, eo quod nota erant illorum crimina, & appellatio innocentium favore inducta apertis hæreticis patrocinari non debuit. Quot aliæ appellationes eadem ratione repudiatae leguntur ab iis, qui certissimo jure utebantur? Perperam autem Quesnellus illorum repulsam ab ipso Pontificis conspectu in hanc causam refert, quasi auctore Sulpicio: *Additum quippe fuerat in synodali adversus eos sententia, ut si quis damnatos in communionem recepisset, sciret in se eandem sententiam promovendam*. Qui hæc ipsum Summum Pontificem respicere existimat, Cæsaraugustanam, idest non tam generalem, quam provincialem Synodum, Romanis Pontificibus superiorem credit necesse est. At Quesnellus, non Sulpicius, hanc repulsæ causam allegavit: quippe is Cæsaraugustanum decretum exponens ea verba cap. 47. retulerat, antequam de Romana repulsa quicquam indicaret.

De quadam appellatione Instantii &c. ad Damasum. Cur non recepta.

Quesnelli commentum expungitur.

11. Nullum aliud appellationis exemplum Quesnellus refert. Sic in tota disputatione de appellationum consuetudine, ille ut consuetudinem provocandi ad Romanum Pontificem expungeret, octo causas obtrudit, in quibus nulla interjecta fuit appellatio; & tres, in quibus de prima cognitione, non autem de appellatione agitur: ut nihil ex his ad excludenda secundæ cognitionis judicia, aliquid autem ad ea potius adstruenda elici queat. Duas tantum Episcoporum causas ad Romanam Sedem delatas expendit, quas cum negare non posset, infirmare studuit non facti fidem, sed pontificium jus, quod ad eam quæstionem spectat, in qua de jure agitur, non vero ad hanc, in qua de facto & consuetudine quaritur.

12. Neque vero hæc duæ tantum appellationes Leone antiquiores a scriptoribus memoratæ credantur. Alia superiunt appellationum exempla ex Africa, quæ fortassis Quesnellus indicare voluit, & simul refellere, cum Africanos appellationibus resistentes laudavit. Restitisse quidem ipsos, modeste tamen, non negarimus, ut illas quoad inferiorem ordinem (quemadmodum statuatur capite sequenti) impedirent, non quod pontificium jus non agnoscerent, sed quia hæc appellandi facultas in tanta longinquitate regionum vertebatur identidem in improborum refugium & scandalum, ac ob difficilem testium transmissionem ex Africa, pericula deceptionum & fraudes afferebat. At simul plurium appellationum episcopaliū exempla, quæ consuetudinem ostendunt, ultro confessi sunt, ut liquet ex Augustino ep. 209. ad Cælestinum Papam, alias ep. 1. inter illas Cælestini apud P. Constantium num. 8. *Existunt exempla, inquit, ipsa Sede Apostolica judicante, vel aliorum judicata firmante, quosdam pro culpis quibusdam nec episcopali spoliatos honore, nec relictos omnimodis impunitos*: & tum antiqua, tum recentia ejusmodi exempla indicans subjicit: *Quæ ut a nostris temporibus remotissima non requiram, recentia memorabo*. Tria autem exempla profert, eaque ex una Provincia Cæsariensi, & in peculiari tantummodo judiciorum specie Augustini causæ congruente, qua quis *nec episcopali sit spoliatus honore, nec relictus omnimodis impunitus*. Ex his alia plura aliarum provinciarum & aliorum judiciorum exempla quisque conjiciet. In hunc autem locum admonuit P. Constantius: *Apostolicæ Sedis in Afrorum judiciis potestas* (adde & consuetudo) *hic aperte prædicatur*. Ipsa causa Antonii Episcopi Fussalensis, de qua Augustinus in eadem epistola loquitur, fuit appellatio, primum ad Bonifacium Papam, cui ipse Numidiæ Primas assensus est, commendatitias ei litteras tradens ad eundem Bonifacium; dein ad Cælestinum, cujus judicio Augustinus gesta transmittens, non reluctans, sed obsequutus convincitur. Et ut alia Africanorum omittamus exempla, satis erit indicare appellationem Lupicini Afri Episcopi, quam ipse Leo memorat in epistola 12. ad Episcopos Mauritaniæ cap. 12. Confer, quæ de his Afrorum appellationibus fusius differemus capite sequenti num. 25.

Alia antiquarum appellationum exempla. Ex Africa.

13. Celebres sunt appellationes ex ipsis Ecclesiis Orientis Eutychis, Theodoriti, Flaviani, & aliorum, de quibus in Observationibus ad sequentes Dis-

Ex Oriente.

sertationes adversus Quesnellum disputabitur. Celebria item ex Oriente vetustiora exempla Athanasii, Marcelli, aliorumque Episcoporum Thraciæ, Cœlesyriæ, & Palestinæ, qui Romam se contulerunt, & secum injuste actum esse conquesti sunt, uti Julius I. testatur in epistola ad Eusebianos n. 18. Neque moveat, si quis Athanasii ex. gr. appellationem proprie dictam neget. Quid enim refert, si Athanasius appellationem proprie non interposuit, quando delata ad Romanam Sedem ejus condemnatione ab Eusebianis Athanasii hostibus, ut Romanum Pontificem præoccuparent, ille quoque suos legatos ad Pontificem misit, & Romam accitus ad judicium accurrit; & hoc judicium, in quo sententiam retulit, non primæ, sed secundæ cognitionis judicium fuit anterioris retractatorium, & a tota Ecclesia approbatum? Quod in appellatione Quesnello displicet, & toto nisu impugnatur, non est ipsa appellatio per se, sed judicium cognitionis secundæ, cui judicium primæ cognitionis subjiatur. Si ergo ex causa Athanasii judicium secundæ cognitionis intervenit; recte hinc eorum judiciorum consuetudo elicitur, quæ plerumque ob interpositam appellationem ferri solent, quæque in controversiam veniunt, cum de appellationibus quæstio movetur: unde non immerito etiam veteres hoc Athanasii exemplum pro appellationibus attulere. Quid referamus appellationum causas ex Illyrico, in quo peculiarem facultatem Romani Pontifices, antiquis præsertim temporibus adeo exercuerunt, ut Thessalonicensem Episcopum in toto Illyrico Vicarium suum constituerint? Vide quæ de Illyricianis appellationibus a Leone indicantur epist. 5. c. 6. & epist. 6. c. 5. ubi id non tam pro traditione veteris instituti, quam secundum ecclesiasticum morem esse pronuntiat.

Ex Illyrico.

De consuetudine appellationum apud Gallos.

tom. I. Epist. Rom. Pont. p. 219. n. 1.

Cur S. Cyprianus ad R. Pontif. scripsit in Martiani Arelatensis causa. Quesnellus notatus, & rejectus.

14. Quod si ex his consuetudo dignoscitur in deferendis ac recipiendis appellationibus ad Romanum Pontificem ex Provinciis nedum Occidentis, verum etiam Orientis; quis non colligat æqualem consuetudinem in causis Gallicanis, cum Gallicana Ecclesia eodem, vel etiam potiori aliquo jure Romano Episcopo subesset, eidemque proximior faciliorem appellationum delationem & cognitionem præberet? Gallicanam nimirum ac præsertim Arelatensem Ecclesiam suam originem Romanæ Sedi debere, idem Quesnellus fatetur c. 14. Ipsa S. Cypriani epistola in Martiani Arelatensis causa, quam acceptis Gallorum litteris ad Stephanum Pontificem scripsit, peculiarem hujus auctoritatem in Galliis demonstrat. Adeo non dubitavit Cyprianus (P. Constantii minime suspecti verba recitamus) quin Stephanus ipsius consilio & hortatu litteras ad Provinciam, & plebem Arelatensem mitteret, quibus & Martianum abstinere, & alium Episcopum in ejus locum substitui præciperet, ut & quis fuerit substitutus sibi significari simul roget.... Quo in negotio Cyprianus Romani Pontificis tum ad dimovendum de sede sua Arelatensem Episcopum, tum ad alium ei subrogandum auctoritatem haud dubio testimonio agnovit.

15. Erravit autem turpissime Paschasius Quesnellus, cum c. 14. ante finem scripsit, nihil in causa Martiani postulasse Gallos a Stephano Papa, quod a Cypriano similiter non petierint. Similem stropham Anglicanus heterodoxus cecinit, quam idem Constantius perstrinxit: Neque enim audiendus videtur recens Annalium Cyprianicorum scriptor, cujus sententia nihil a Stephano postulabat Cyprianus (cum illi auctor erat ut litteras ad Provinciam mitteret) quod ipse præstare paratus non erat, nisi subaudiatur, si in eadem Sede & loco fuisset, nimirum in Sede Petri. Cum Constantio concinit etiam Baluzius, qui pariter suspectus esse non potest. Vide ejus notationem II. in Cypriani epist. 67. Enim vero quodnam jus in Episcopos Gallicanos tributum umquam fuit Episcopo Carthaginensi, uti Romano omnes asserunt? Quid autem Cyprianus in præsentī necessitate ac periculo longiori litterarum circuitu a Stephano morosiore, uti ferebatur, in negotio petiisset, si ipse citius per se se præstare potuisset? Sed nec ipse in se eam auctoritatem novit, quam agnoscebat in Stephano; nec Galli aliud quicquam ab eo postulasse credendi sunt, nisi ut Stephano, a quo nihil obtinuerant, suis litteris stimulos admoveret. Nempe (ut recte monuit eodem loco Constantius) qui summis rebus præsentent, ubi nonnullas vel præ nimia occupatione, vel pro prudentia disferre compelluntur, sæpe culpantur ut segnes; ubi vero diligentiam adhibent, vix vitare queunt præcipitis animi suspicionem.

16. Inane porro est, quod Quesnellus subjicit eodem c. 14. Martianum non fuisse deponendum auctoritate Romani Antistitis, aut Concilii, quia aperto schismate separatus a catholicis, jam diu ante in schismatis auctoribus fuerat condemnatus. Quot enim alii schismatici atque hæretici depositi sunt, licet hæresim vel schisma apertum prodidissent, aut se a catholicis separassent? Nonne plures catholici adhuc cum Martino communicabant, quod eum legitima auctoritate nondum depositum cernerent? Nonne hac de causa Faustinus Lugdunensis ac ceteri ejusdem Provinciæ Episcopi primum ad Stephanum, ut sua auctoritate uteretur, deinde ad Cyprianum scripsere, ut Stephanum excitaret? Quod porro Cyprianus addit de Episcopis in successoris electionem cogendis, quos veluti Synodum Quesnellus præfert, nihil officit: nam ad solam electionem & ordinationem pro ejus temporis disciplina Episcopos præcepto Stephani cogendos Cyprianus institit, ad depositionem non item; & Stephani auctoritas interponenda fuit, ut Martianum abs se abstentum ac proinde damnatum atque depositum significans, Gallos quoque ad abstinendum cogeret, ac in vacantem sedem alium ex more electum atque ordinatum subrogandum præciperet. Hæc etsi nostro proposito non necessaria, ad refellendam audacissimam Quesnelli opinionem haud superflua visa sunt. Interim vero qui in Galliis Cypriano teste poterat Martianum remove, & successoris electionem præcipere; idque non tam Cypriano postulante, quam ipsis Gallis, qui ad Stephanum antea scripserant, per se instantibus, & per Cyprianum urgentibus poterat; poterat utique ex ipsa Gallorum ejus temporis disciplina in eundem Martianum vel in alios Episcopos ferre primæ cognitionis sententiam, nedum appellationis causam definire. Prima etiam cognitio in causis Episcoporum Proculi Massiliensis, & Maximi Valentini ab iisdem Gallis, idest a Patroclo ad Zosimum, & a Valentiniæ Ecclesiæ Clericis ad Bonifacium delata, hanc eandem disciplinam apud Gallos perstitisse multo magis confirmat: adeo ut qui primæ quoque cognitioni non restiterunt, appellationibus multo minus restitisse evidenter noscantur.

Iteram Quesnellus rejicitur.

De jure Pontificis apud Gallos.

17. Id autem nobis in præsentiarum debet sufficere, ut consuetudinem appellationum fuisse credamus in Galliis, sicut in aliis & Occidentis, & Orientis Provinciis obtinuisse jam vidimus. Si omnia vel plura saltem gesta Pontificum, qui Leoni præcesserunt, in posterorum memoriam mandata fuissent; non dubitamus, quin aliquot Gallicanorum Episcoporum appellationes ante illam Celidonii Romam delatæ & judicatæ invenirentur nemine repugnante. Hujus rei indicium subolescit in causa S. Bricii Episcopi Turonensis. Cum enim accusatus turpissimi criminis, Episcopatu pulsus fuisset, & Justinianus in ejus locum ordinatus, quod sine illius depositione saltem implicita ab Episcopis ordinatoribus fieri non potuit; Romam confugit, quo Justinianus etiam Turonicis instantibus suum negotium acturus statim contendit. Id appellationis speciem appellationi Celidonii similem præferret. Justinianus vero in itinere Vercellis obiit, eique statim Armentius Episcopus suffectus fuit, qui Justiniani forte exemplo territus, Romam proficisci noluit. Quid autem hic actum fuerit, cum Bricius Pontifici, quæ sibi occurrerunt, exposuit; traditum non est. Scimus solum eum ad sacra mysteria ibidem peragenda fuisse susceptum. Et licet iudicio Romanæ Sedis ejus depositio irrita & injusta agnita fuerit; ipse tamen alia de causa, quæ sanctitatem ejus commendat, sedem suam statim repetere noluit, sed post annos septem auctoritate Papæ restitutus atque susceptus traditur: qua quidem auctoritate Armentius expellendus fuerat, nisi S. Bricio Turonum accedente e vivis excessisset. Lege Gregorium Turonensem lib. 2. Hist. Franc. c. 1. & lib. 10. c. 31. Si alia documenta suppeterent, idipsum clarius pateret aliis exemplis. Sola documenta Galliarum peculiaris, quæ hujusmodi appellationes prodiderint, deficiunt non modo ob insignem monumentorum per ea tempora inopiam aliis quoque præstantioribus materiis communem, verum etiam quia singulares & vulgares id genus causæ præteritæ fuerunt a scriptoribus, nisi quid peculiare ac celebre præferrent. Hinc cum appellationum Gallicanarum consuetudo ex particularibus Gallorum Episcoporum causis apud scriptores commemoratis colligi nequeat; ex consuetudine & appellationibus aliarum Ecclesiarum, quas indicavimus, colligenda est. In consuetudine enim ge-

De appellationum consuetudine apud eosdem.

nerali omnium Provinciarum Occidentis atque Orientis solos Gallicanos sine ulla contraria probatione vel documento excipere, est plane inanissimum.

Testes con- 18. Quid porro si deficientibus particularibus appellationum Gallicanarum  
fuetudinis exemplis idonei testes suppetunt, qui hanc antiquiorem consuetudinem disertit-  
appellatio- sime adstruunt? Perspicuum quidem est S. Leonis testimonium epist. 10. ad ipsos  
num ad R. Sedem. Vienneses Episcopos scripta c. 2. *Nobiscum vestra fraternitas recognoscat, Leonis te-  
Apostolicam Sedem pro sui reverentia a vestra etiam Provinciae Sacerdotibus  
stimo- (en de ipsis Gallis atque Viennensibus testatur) innumeris relationibus esse con-  
nium. sultam, & per diversarum, quemadmodum VETUS CONSUETUDO poscebat, ap-  
pellationes caussarum aut retractata, aut confirmata esse iudicia; adeo ut ser-  
vata unitate spiritus in vinculo pacis, commeantibus hinc inde litteris, quod san-  
cte agebatur, perpetua proficeret caritati.* Hoc manifestum testimonium Ques-  
nellus eo nomine excludit c. 14., quia *nemo in propria causa testis est ido-  
neus*. Nihil audacius, ne dicamus temerarium magis. Hac ratione nec creden-  
dum esset Conciliis, cum de propriis rebus testantur. Creditur Casari aliisque  
gentium scriptoribus, cum de suis gestis scripsere. Leoni autem testanti de  
consuetudine appellationum ad Apostolicam Sedem, & testanti non rem occul-  
tam, sed publicam, nec privato scripto testanti, sed publica epistola ad eos-  
dem Gallos tradita, ac litteras hinc inde datas ac redditas alleganti credendum  
non erit? In dubium vocari potest testis, cum alius contrarius testis æqualis  
saltem auctoritatis profertur. Ubi vero nihil est repugnans, quis probabilem  
dubitationem injiciat? Nullum vero testem contra testimonium Leonis Ques-  
nellus attulit; & præterea de Pontifice tam sancto, & a mendacii atque am-  
bitionis suspitione alieno aliquid falsi dubitare nec possumus nec debemus.

In Vita n. 17. Objectio ex Vita S. Hilarii solvitur. 19. Forte Quesnellus obrudet illud Hilarii, qui a Leone poposcisse tradi-  
tur, *ut Ecclesiarum statum more solito ordinaret*; ac si *mos solitus* aliam in-  
nuat Gallicanæ Ecclesiæ consuetudinem, quæ appellationes Romam delatas igno-  
raret. Ita idoneum testem habendum censet Hilarium in propria causa, qui  
Leonem in sua idoneum non habuit? Neque reponatur, Honorato, seu Vitæ au-  
ctori quicumque fuerit, fidendum: nam cum hoc loco non sua, sed Hilarii ver-  
ba retulerit, semper Hilarius testis affertur. Ceterum cum diu post Hilarii mor-  
tem Vitæ auctor scripserit, num ea fuerint præcisa Hilarii verba, dubitari po-  
test: verba enim, quæ evolant, cursu temporis & traditione vulgari mutatio-  
nem aliquam recipere solent: unde non est certum, num ipsum Hilarii testi-  
monium sincerum reponatur. Adde quod illa verba sunt valde obscura, nec ex-  
plorato Leonis testimonio opponenda, ac si contrarium aperte pronuntient.  
Referenda creduntur ad appellationum consuetudinem, de qua in textu nulla  
expressa invenitur mentio. Quid si quis ea solum referri contendat ad illa-  
quæ mox subjiciuntur, *adstruens aliquos apud Gallias publicam merito exce-  
pisse sententiam, & in Urbe sacris altaribus interesse?* Propositus enim fuerat  
non mos Galliarum solitus, sed *Ecclesiarum*. Contra *morem autem solitum  
Ecclesiarum* videri poterat, eum Romæ sacris altaribus interesse, qui publicam  
sententiam exceperat; non vero appellationes in Urbe recipi, quas ex omnibus  
tam Occidentis, quam Orientis Ecclesiis Romam delatas vidimus. Quod si de  
ipsa appellationum consuetudine hæc interpretari quispiam velit, *mos solitus* po-  
test intelligi de actis frequentioribus, quod scilicet frequentius causæ in Galliis  
terminarentur, nec appellationes fuerint valde frequentes. Id autem Leonis te-  
stimonio nihilum contradiceret: quippe sicut ad Romanam appellationum con-  
suetudinem comprobendam in ceteris provinciis sufficit, ut aliquæ causæ ad Apo-  
stolicam Sedem delatæ identidem fuerint; sufficit etiam in Galliis. Itaque nihil  
est, cur consuetudo Gallicanarum appellationum a Leone disertissime asserta,  
ex hoc valde obscuro & incerto Hilarii testimonio in dubium vocetur. Pudit  
forte eundem Quesnellum suæ propositionis, qua c. 14. Leonis testimonio eo  
titulo fidem detraxit, quia testis fuit in propria causa: unde c. 16. alia ra-  
tione scripsit: *Cum Leo dixit per diversarum appellationem caussarum, sicut  
vetus consuetudo poscebat, aut retractata, aut confirmata fuisse iudicia; vel  
memoria lapsus est, vel a Celidonio palpante & imponente delusus, vel de-  
nique alia penes se rerum in Galliis gestarum monumenta habuit, quæ ad nos  
usque non pervenerunt.* Primum de lapsu memoriæ, & secundum de Celidonii  
fraude

Quesnelli  
explicatio  
eidem con-  
traria su-  
scipitur,  
& confir-  
matur.



fraude commentitia sunt, & nulli indicio fulta. Tertium vero nobis quam maxime favet, & ab eodem Leone indicatum videtur, cum litteras datas ac redditas, quæ nunc defunt, in contextu superius recitato allegavit. Plura quidem Gallicanorum Antistitum facta contigisse, quæ ad nos non pervenerunt, satis innuit Cælestinus, cum ad Episcopos Viennenses & Narbonenses scribens ep. 4. n. 5. horum *plerosque Romæ tempore aliquanto versatos* tradit; & similiter alia diversi temporis testimonia Gallicanos Episcopos eadem in urbe fuisse commemorant. Quid autem causæ fuerit, documentorum inopia latet. At cum ex tam frequenti Gallicanorum Antistitum ad Romanam Sedem concursu facile perspicitur, quantum ipsi hujus Sedis dignitati ac auctoritati detulerint; tum vero in tanta hujus dignitatis & auctoritatis observantia, de aliquot appellationum causis eo delatis, quas Leo, cui monumenta non deerant, satis testatur, dubitandum non est.

20. Ne vero de Leonis fide ulla suspicio adhuc supersit, alium antiquiorem testem proferemus, qui in Hilarii causâ nequaquam implicitus, a studio partium alienissimus fuit. Is est S. Innocentius, qui in epistola ad Victricium Rothomagensis Gallum postquam de minoribus, idest de Clericorum causis statuit, hæc n. 6. de majoribus subjicit: *Si majores causæ in medium fuerint devolutæ, ad Sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit, & BEATA CONSUE-TUDO exigit, post judicium episcopale referantur.* Inter causas majores judicia de Episcopis recensenda nemo ambigit. Cum porro hæc post episcopale judicium ad Apostolicam Sedem referri Innocentius jubet, non solas relationes respicit, ut quibusdam interpretari placuit, sed etiam appellationes, si quæ interponendæ viderentur: neque enim relatio inanis præcipitur, sed qua episcopale judicium Romano subjiciatur; ita ut ubi appellationi sit locus, Romani Episcopi auctoritati ac arbitrio remittatur, ut quatenus illi placuerit, vel iudices in provincia nominet, vel legatum e Latere mittat, vel ipse in Urbe judicet, ut Sardicensis Synodus præscripsit. Hinc sane hujus Synodi mentionem statim subjecit Innocentius, dum ait *sicut Synodus statuit*: neque enim quidpiam simile in Nicæno constitutum legitur: præter Nicænos vero canones soli Sardicenses sub Nicænorum nomine a Romanis per hæc tempora recepti allegabantur. Expresse autem Sardicensis statuit de Episcoporum appellationibus ad Romanam Sedem can. 3. 4. & 7. Constantius not. c. hæc referenda contendit non ad hos canones, sed ad epistolam ejusdem Synodi ad Julium, in qua declarat *congruum & valde congruentissimum esse, si ad Petri Apostoli Sedem de singulis quibusque provinciis Domini referant Sacerdotes.* Verum de his verbis, quæ *statuti* formam non exhibent, vix dici potuisset, *Synodus statuit*, uti de laudatis canonibus rectissime dicitur; ac præterea solos Nicænos & Sardicenses canones Nicænis subjectos & Nicænorum nomine inscriptos a Romanis Pontificibus allegari, cum statuta laudant, consideranti singulas antiquarum Decretalium allegationes patebit, & alibi fortassis pluribus demonstrabitur. Quare Hincmarus Gallicanus Episcopus tom. 2. p. 774. hunc Innocentii textum de appellationibus rectissime interpretatus est. Porro verba *beata consuetudo*, vel, ut alii vetustiores codices habent, *vetus consuetudo exigit*, quæ Leonis testimonium confirmant, desiderantur quidem in MSS. Dionysii & aliis, quos Sirmondus, Labbeus, & Quesnellus secuti sunt. At leguntur in codicibus trium antiquissimarum collectionum Italicarum, Vat. Reginæ 1997. Barberinæ 2888. Lucensis 88. nec non in MSS. collectionum Hispanicæ, & Isidori, in MS. Oxoniensi collectionis Quesnellianæ, in vetustissimo codice Colbertino 784. & in alio Colbertino 3368. laudatis a P. Constantio, & apud Hincmarum opusc. 45. c. 12. quos Romana & veteres Conciliorum editiones sequuntur. Hinc Constantius hæc verba retinuit, & aliis etiam ejusdem Innocentii testimoniis communivit.

21. Sed jam tempus est, ut a consuetudine ad jus ecclesiasticum transeamus. Neque enim sola consuetudo Apostolicæ Sedis jus in appellationibus adstruit. Immo cum consuetudo, uti vidimus c. 4. per se se non tribuat jus, sed aliunde præsumat sive ex ecclesiastico jure, sive ex divino; tum appellationum consuetudinem, quam pro Romano Pontifice hæcenus constituimus, legitimam & jure inductam quisque multo evidentius cognoscet, postquam ecclesiasticum

Aliud testimonium Innocentii I.

in primis, ac dein divinum jus explicarimus. Nihil autem Quesnellum tota hac disputatione evicisse patebit, cum soli consuetudini insistens, eandem perperam infirmare studuit; alios autem ecclesiastici ac divini juris titulos, qui præcipui sunt, vel leviter & cavillose attigit, vel præterivit.

## C A P U T VI.

*De appellationibus ad Romanam Sedem ex jure ecclesiastico. Expenditur Canon quartus Antiochenus, qui omnem appellationem videtur excludere. Sardicenses canones explicati. Quesnelli commenta circa istos disjecta. Quam recepti fuerint etiam in Gallis. Quid de Africanis. De pontificiis constitutionibus circa appellationes. Observatio in canonem primæ Synodi Constantinopolitanæ.*

Quatenus de jure ecclesiastico querendum sit.

I. **D**E ecclesiastico appellationum jure non idcirco inquirimus, quasi credamus appellationum jus Romanæ Sedi competere jure ecclesiastico (ex altiori enim divino jure promanat, quod in ipso ecclesiastico jure appellationes Romanæ Sedis statuente non obscure præsumitur;) sed ea de causa hoc examen instituimus, ut detegantur Quesnelli commenta, quæ in hac quoque parte suæ dissertationi inferuit.

Nicæna Synodus non reprobabat appellationes ad R. Sedem.

2. Opponit primum c. 15. quintum canonem Nicænum, ubi appellationum causæ provinciarum Synodis discutiendæ remittuntur. At præterquamquod in hoc canone de solis laicorum & Clericorum, non autem de Episcoporum causis sermo est; ii appellationum judices designantur, quorum erat facilior quibusque in locis cognitio, ut ne tamen Pontifex exclusus dici possit. Enimvero hoc decreto Nicænam Synodum non reprobasse appellationes ad Apostolicam Sedem, exinde manifestum est, quod in Sardicensi Synodo, quæ ex pluribus Patribus Nicænis coaluit, & Nicæni Concilii veluti appendix habita est, appellationes ejusmodi expresse approbantur: neque enim eosdem Patres sibi contradixisse credendi sunt, ac deesse hac in re eam Synodum, pro qua facta testis servanda tantopere laborarunt. Eadem ratione nihil obesse intelligitur Concilii Constantinopolitani canon secundus, quem in ipsis Episcoporum causis eandem Nicænam regulam præscribentem Quesnellus subjecit.

Canon Antiochenus explicatur.

3. Fortius videri potest, quod assertur ex Concilii Antiocheni can. 15. his verbis expressum: *Si quis Episcopus de certis criminibus accusatus, condemnatur ab omnibus Episcopis ejusdem provincie, cunctique consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint; hunc apud alios nullo modo judicari, sed firmam concordantium Episcoporum provincie manere sententiam.* In hoc canone insistent, qui sententias Synodorum provincialium etiam in Episcoporum causis inappellabiles volunt. Hunc ita Quesnellus extulit part. I. c. 15. ac si *sententia ab omnibus Episcopis unius provincie lata, ab aliis Episcopis retractari nec debeat, nec possit.* Nonnulli hoc loco reponent, Antiochenos canones ab Eusebianis Arianis editos fuisse, & hac de causa ab Innocentio I. epist. 7. c. 3. reprobari. At hoc prætermisso (veros enim eorumdem canonum auctores detegemus tom. 3. in tractatu *de antiquis Collectionibus canonum*, ubi de Græca collectione erit sermo) illud in primis animadvertimus, eo canone 15. non omnem appellationem, seu retractationem expungi, sed solum in casu consensus omnium Episcoporum unius provincie denegari illud novum judicium e vicinæ provincie Episcopis instituendum, quod antecedenti canone concessum fuerat. De jure autem appellationis aut retractationis in pleniori Synodo, aut in alio tribunali superiore ne verbum quidem. Deinde eo solo casu novum judicium laudato can. 15. excluditur, quo crimen adeo sit manifestum, ut ne uno quidem Episcopo discrepante omnes in condemnationem consentiant. Id in legitimis judiciis nulla præcipitancia, præventionem nulla institutis non solet accidere, nisi cum reus vel confessus est, vel saltem convictus: quo quidem casu aliquot etiam civiles leges tum antiquæ, tum recentiores appellationem vetant. Id ergo æquissimum in suis provinciis Antiochenis Patribus videri potuit, ut ne idcirco appellationem reprobarent, cum quis se injuste gravatum existimet: huic enim novo judicio in pleniori Synodo satis providerant can. 12. *Si quis*

quis .... a Synodo fuerit Episcopus forte damnatus .... oportet ad majus Episcoporum converti Concilium, & quæ putaverit habere justa, plurimis Episcopis suggerat, eorumque discussiones ac judicia præstolentur. Ceterum si in iis quoque circumstantiis, quibus aliquis Episcopus omnium licet Episcoporum suæ provinciæ sententia condemnatus, aliquo nomine se gravatum sentiat, omnis appellatio, aut judicii renovatio can. 15. sublata credatur; idem canon hoc sane sensu nec a Græca, nec a Latina Ecclesia umquam receptus fuit; ac proinde tum in Oriente, tum in Occidente appellationum causæ semper vigere, & Sardicensium posteriorum canonum prævaluit auctoritas, qui dum appellationibus aditum patere sanxerunt, hunc Antiochenum canonem emendarunt, simulque Apostolicæ Sedis juri in appellationibus prospexere.

4. De Sardicensibus itaque canonibus, qui appellationes Romano Episcopo explorare asseruere, plenius agendum. De quo antequam disputamus, observare libet, quod idem Quesnellus notavit in ep. 6. ad Anastasium Thessalonicensem. Cum S. Leo cap. 5. hujus epistolæ appellationes Illyrici sibi reservasset, *ratio exceptionis est*, inquit not. 6. *quod Illyricianæ provinciæ, ut Occidentalium partium portio, ad Romanum Pontificem JURE peculiari pertinebant*. Enfatetur hoc loco *peculiare jus* Romani Pontificis in causis appellationum totius Occidentis etiam in Illyricianos Græcos, tam longo spatio diffitos, qui Thessalonicensem Episcopum Sedis Apostolicæ Vicarium habebant; ac proinde multo magis in Gallos utpote Occidentales & viciniore: quod tamen jus hac in Dissertatione negare contendit. Sequitur autem ea notatione sic: *Ceterum quod hic de appellationibus scribit S. Leo, id ex Sardicensibus canonibus asserit, ut veteris instituti & reverentiæ Sedis Apostolicæ mentio testatur*. Hinc illud jus Sardicensibus canonibus refert, quos tamen parte 1. præmissæ Dissertationis c. 15. mirum in modum distorquere studet. Vide mirificam hominis coherentiam. Hoc autem in nisu quot errores paucis periodis intexuit! Ut res tota plane exploreteque noscatur, ipsis primum canonibus recitatis sinceriolem explicationem subjiciemus.

5. Canones huc pertinentes sunt apud Dionysium Exiguum can. 3. 4. & 7. qui postremus rectius in Græco est can. 5. Ex can. 3. hanc ultimam partem, quæ solum ad rem præsentem spectat, quæque idcirco separato numero effertur in MSS. aliarum antiquarum collectionum Latinarum, excipisse sufficiat. Si aliquis Episcoporum judicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, ut iterum Concilium (sic Dionysius, aliæ collectiones Latinæ cum Græco *judicium*) renovetur; si vobis placet, S. Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinarunt (aliæ collectiones Latinæ addunt: *vel ab Episcopis, qui in proxima Provincia morantur*) Julio Romano Episcopo: & si judicaverit renovandum esse judicium, renovetur, & det iudices. Si autem probaverit talem causam esse, ut non refricentur ea, quæ acta sunt; quæ decreverit, confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet. Canon quartus: Gaudentius Episcopus dixit: Adendum, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulisti; ut cum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma: alter Episcopus in ejus cathedra, post appellationem ejus, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio Episcopi Romani determinata. Canon septimus, alias quintus: Osius Episcopus dixit: Placuit autem ut si Episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum dejecerint; si appellaverit, qui defectus est, & confugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ, & voluerit se audiri; si justum putaverit ut renovetur judicium, vel discussionis examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua Provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit Episcopum Romanum, ut de latere suo Presbyterum mittat; erit in potestate Episcopi, quid velit, & quid æstimet. Et si decreverit mittendos esse, qui præsentibus cum Episcopis judicent, habentes ejus auctoritatem, a quo destinati sunt; erit in suo arbitrio. Si vero crediderit Episcopos sufficere, ut negotio

De canonibus Sardicensibus. Quesnelli incoherentia notata.

Canones Sard. ad appellationem. pertinentes.

*tio terminum imponant; faciet quod sapientissimo consilio suo judicaverit.*

Cur con-  
diti.

6. Hi canones adversus Eusebianos conditi videntur. Sicuti enim contra hos, qui S. Athanasio antea inique condemnato omnem restitutionis spem adimenes, in Antiochena pseudosynodo successorem elegerant, Sardicenses Patres scripserunt synodicas, quibus eundem Alexandrinum Antistitem innocentem declararunt, suæque sedi restituerunt; ita hos canones sanxisse videntur ob contundendas injustas eorum querelas adversus Julium Pontificem, ac si is Orientalium Synodorum jura violasset, cum ejusdem Athanasii & aliorum Episcoporum Orientis ad Romanam Sedem confugentium causas post eorum depositionem dijudicandas suscepit, illud præferentes (ut ex Julii epistola ad eosdem, & ex ipsorum pseudosynodica Sardicensi liquet) quod sicut Orientales suo judicio non subjecerunt causas ab Occidentalibus definitas, sed eorum judicia rata habuere; ita etiam nec Occidentales Episcopi, nec ipse Romanus Pontifex deberet se se ingerere in causis Orientis, nec retractare Orientalium Synodorum judicia, quasi Primatui Romanæ Sedis nihil subessent.

Eorum  
sensus ex-  
plicatur.

7. Porro ut genuinus sensus istorum canonum perspiciatur, advertendum est in tertio canone, verba *Si aliquis Episcoporum judicatus fuerit in aliqua causa*, indicare condemnationem seu depositionem Episcopi, uti colligitur ex can. 4. ubi de deposito Episcopo sermo est: verba autem *Addendum, si placet, huic sententiæ* &c. hunc canonem quartum ad eandem causam anterioris canonis referri aperte indicant. Hinc etiam Dionysius *damnati* Episcopi mentionem in titulo c. 3. posuit: *Quod si damnatus appellaverit Romanum Pontificem*. Dionysius quidem, sicut etiam auctor collectionis Quesnelliæ in titulo, nec non Ferrandus in Breviario de appellatione ad Romanum Pontificem hoc canone agi præsumferunt; idque ex eo videntur deduxisse, quia tota res summo Pontifici decernenda subjicitur. At si propria appellatio ad Sedem Apostolicam ab Episcopo deposito interjecta fuisset, illam Osius satis expressisset in ipso canone, uti expressit can. 7. al. 5. nec de eadem initio can. 7. idem decretum repetendum fuerat. Ipsa certe canonis tertii verba nihil amplius indicant, nisi sermonem esse de Episcopo, qui prima cognitione damnatus, ut fieri solebat, a suæ provinciæ Episcopis, novam causæ cognitionem efflagitet: *putat se bonam causam habere, ut iterum Concilium renovetur*; quod quidem secundæ cognitionis judicium ex faciliori & frequentiori usu, ubi expressa ad Sedem Apostolicam appellatio non intercessisset, a finitimis Episcopis in Synodum cogendis quærebatur. Decernitur autem, ut in honorem memoriæ S. Petri ipsi iudices primæ sententiæ scribant ad Julium Romanum Antistitem, qui si novum judicium adhibendum crediderit, secundæ cognitionis *iudices det* ex finitimis utique Episcopis; unde canone 4. aliquid addendum subjicitur post hoc secundum *Episcoporum judicium, qui in vicinis locis commorantur*.

De formu-  
la S. Pe-  
tri memo-  
riam hono-  
remus.

8. Observandum porro est hoc tantum canone tertio adhibitam fuisse a Patribus formulam *S. Petri Apostoli memoriam honoremus*. Ubi enim non intercedit expressa ad Romanam Sedem appellatio, novum, quod petebatur, judicium ex finitimis Episcopis quæri solebat, ut ex can. 14. Antiocheno aliisque testimoniis liquet: neque in hoc apostolica auctoritas necessaria erat. Cum igitur Sardicenses Patres non ex jure, quod cogeret, sed ex observantia in Sedem Apostolicam hanc methodum servari præceperint, ut hac ratione ejusdem Sedis auctoritatem & honorem promoverent, cui Eusebiani detrudere conati fuerant, ea formula usi videntur. In hoc autem pontificii primatus ratio habita fuit. Neque enim hunc honorem Romanæ Sedi iidem Patres detulerunt, quasi putarent nullum ipsi jus in appellationibus competere, quod sequentibus canonibus satis declararunt; sed quia eo quoque casu, quo iudices ex finitimis Provinciis darentur, citius ab ea Sede dandos crederent, quæ ratione primatus in omnes Ecclesiæ provincias jurisdictionem habebat, quam a Metropolitanis Episcopis, qui per se in provinciæ finitimæ Episcopos nihil juris habet. Ceterum hac formula abstinerunt in canonibus sequentibus, ubi de appellatione proprie dicta ad Summum Pontificem sermo est: quia hic non merum honorem alias non necessarium, sed jus proprium ejusdem Sedis noverunt. Verba autem laudati canonis *Si vobis placet* non trepidantium & dubitantium sunt, ut Quesnellus perperam interpretatus est, sed communis fuit formula, ut liquet ex aliis ejusdem

ejusdem Concilii canonibus, qui cum certas & justissimas leges fixerint, nullam trepidationem ac formidinem recipiebant.

9. Ita porro commode intelligitur discrimen, quod intercedit inter can. 3. & canonem 7. al. 5. In illo enim de mera novi iudicii petitione agitur sine appellatione ad Romanum Pontificem, in hoc autem de appellatione proprie dicta ad Episcopum Romanum, ad quem Episcopus depositus confugere, ac ipsum appellationis iudicium promovere traditur: unde hic can. 7. al. 5. non vero can. 3. insertus fuit a Zosimo in Commonitorio, quod dedit Legatis ad Africanos an. 418. cum appellationem proprie dictam a Sardicensi confirmatam probare voluit. Duos autem iudicandi modos Osius hoc casu appellationis proposuit, si Romanus Episcopus *justum putaverit, ut renovetur examen*. Primum, *ut scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua Provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant*; quæ est delegationis species, eaque magis obvia atque facilior. Alterum, *ut e latere suo Presbyterum, vel ex Græco Presbyteros mittat, qui præsentibus cum Episcopis ( finitimæ Provinciæ ) iudicent habentes ejus auctoritatem, a quo definiti sunt*: quæ manifestior delegatio noscitur, eaque rarior & difficilior, ob quam peculiaris appellantis *deprecatio* requiritur.

10. Restat ut canonem quartum explicemus. Hic est appendix canonis 3. ut indicant illa: *Addendum, si placet, huic sententia, quam plenam sanctitate protulisti*: idque addendum in hypothese, qua Episcopi depositio statuta ab Episcopis suæ Provinciæ in primo iudicio, etiam in secundo ab Episcopis finitimis, quos Romanus Pontifex iudices dederit, confirmata fuisset, indicare videntur sequentia: *Cum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, secundo utique iudicio, quod solum ad Episcopos finitimos poterat pertinere. Si ergo is, qui depositus fuit, huic quoque iudicio non acquiescens, proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma, decernitur, ut alter Episcopus in ejus cathedra post appellationem ejus, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Episcopi Romani determinata*. Licet nimirum duo uniformia depositionis iudicia præcesserint, alter in Concilio Episcoporum ejusdem Provinciæ, alterum ab Episcopis finitimis, vi tamen appellationis ad Apostolicam Sedem, quam depositus ( uti tertio canone præfertur ) proprie antea non interposuerat, tertium iudicium conceditur, & istud quidem in Urbe, quo causa *in iudicio Episcopi Romani* terminetur. Hinc forte ecclesiasticus stylus, ut tria iudicia concedantur, manavit.

11. Secuti porro sumus Latinam lectionem, quæ hoc præsertim in canone eadem est non tam in omnibus MSS. Dionysii, verum etiam in codicibus sex aliarum collectionum, quæ licet in radice canonum Sardicensium cum Dionysii editione conveniant, a Dionysio tamen non prodeunt, nimirum Veronenfis 58., Vatic. Reginae 1997., Barberinae 2888., Lucensis, Quesnellianæ, & Hispanicæ; unde confirmatur vel maxime quod expresse affirmat Dionysius ( 1 ) Exiguus, originale istorum canonum fuisse Latinum: interpretationes enim ex Græco diversæ originis, tantam similitudinem conservare non possent. Hinc etiam congruit istorum canonum lectio cum lectione duorum canonum, qui ex Romano Archivo educti a Zosimo in Apiarii causa, & Faustini Legati Commonitorio inserti, in Concilio Carthaginensi an. 419. recitantur. Quod si Græcum textum originarium contendas, duo originaria exempla in Sardicensi scripta dicenda erunt, alterum Latinum pro Latinis, qui ibidem fuerant frequentiores, alterum Græcum pro Græcis, quorum præsertim de causa Concilium agebatur. Latinus certe textus plenior & perfectior est. Etsi enim duo canones leguntur in Græco continentes res Græcorum proprias, quæ omitteri potuerunt in Latino textu; plura tamen non peculiariter Latinorum ex solo Latino hætenus prodierunt, & plura item Latini textus clariorem & aptiorem sententiam fere exhibent, quam in Græco. De hoc duplici originali istorum canonum plenius fortassis differemus tomo III. in tractatu de *Collectionibus canonum*.

Tom. II.

Q q q

12.

( 1 ) In epist. ad Stephanum Salon. ait: *Statuta quoque Sardicensis Concilii, atque Africani, quæ latine sunt edita* &c. Sicut ergo canones Africani certo latine editi sunt, ita etiam Sardicenses.

Etiam  
Græcus  
textus ap-  
pellationis  
jus R. Se-  
di adjudi-  
cat.

12. Quodsi canonis quarti Græca lectio adeo expressam appellationis & judicii in Urbe habendi mentionem non exhibet, uti lectio Latina; satis tamen ipsa innuitur iis e Græco redditis verbis, quibus nulla nova aliorum judicium delegatione memorata, ipsius Romani Episcopi cognitio exigitur, ut causâ terminus imponatur. *Si quis Episcopus fuerit depositus judicio Episcoporum, qui sunt in vicinitate, & dicat rursus sibi defensionis locum competere, non prius in cathedram ejus alius substituatur, nisi Romanus Episcopus cognoscens de hoc, finem imposuerit.* Certe illum, qui potest per delegatos judices, vel per Legatum causam cognoscere, eodem jure posse etiam per se illam definire, negari nequit: ipsaque Ofii formula, qua can. 7. al. 5. delegationem finitimum, aut Legati transmissionem proponens, *scribere dignetur*, inquit, non legem Pontificibus impositam, sed faciliores & expeditiores appellationum cognoscendarum in Provincia modos ab iisdem Pontificibus electos respicit, quin tamen hi vetentur, ubi expedire videatur, extra Provinciam cognoscere, sicuti Julius Romæ ipsis Sardicensibus approbantibus, ac dein iidem Patres Sardicæ in Dacia Athanasii Alexandrini causam dijudicarunt. Ita quidem canones Sardicenses intellexerunt ipsi Græci, antequam in Photianum schisma prolaberentur, posse nimirum Romanos Pontifices sive per delegatos, sive etiam per se de appellationum causis cognoscere & judicare. Audiatur Theodorus Prodromus senior, qui primus omnium ante schisma sacros canones interpretatus est in celebri opere *περὶ ἐπιμηθείας κανόνων*. En ipsius verba in canones Sardicenses, quæ ex eodem opere MS. edidit Nicolaus Comnenus Papadopolus in Prænotionibus mystagogicis pag. 367., πάντοτε, καὶ ἐν πάσῃ τῇ κρίσει τοῖς κατακριθεῖσιν ἔξῃσι τὸν ῥώμης τῆς πρεσβυτέρας ἐπιμηθείας κἀκείνῃ ὀρίζοντος, κριθῆναι πάλιν, παράτε αὐτῆ, ἢ τῶν ἀποστόλων αὐτῆ. *Semper & in omni judicio damnatis licet Romanum Episcopum appellare, atque eo jubente iterum judicari vel AB IPSO, vel ab ejusdem Legatis.*

Canones  
Sardic.  
appella-  
tionum jus  
non con-  
cesserunt  
Pontifici,  
sed jam  
ipsi com-  
petens  
præsu-  
munt.

13. His præmissis Quesnelli errores facile deteguntur. Falsum est primo quod ait huic Concilio *deberi earum appellationum originem*. In duobus enim canonibus 4. & 7. qui de appellatione ad Romanum Pontificem loquuntur, nihil invenies, quo novum jus condi vel leviter indicetur. Non tribuitur hujusmodi appellationum interponendarum, aut recipiendarum facultas, sed certa præsumitur; & solum canone septimo diversus modus designatur a pontificio beneplacito pendens; canone autem quarto eorum audacia reprimitur, qui appellatione ad Apostolicam Sedem pendente, Episcopo quasi absolute deposito contra appellationis jus successorem creare niterentur: quod in Eusebianos aliqua ratione constitutum videtur, qui Athanasii causâ Romam delata, in Antiochena pseudosynodo Gregorium Alexandria Episcopum consecraverant. Adde quod canon septimus, dum profitetur, delegatos Apostolicos, si a Pontifice mittendi judicentur, *habere auctoritatem ejus, a quo destinati sunt*; jus utique in hisce causis non a Concilio tributum, sed ipsi Pontifici competens satis declarat: quod quidem jus in appellationibus non tam Occidentis, quam Orientis ad solum primatum referri potest, quo Romanus Antistes omnibus & Orientis & Occidentis Episcopis non solo ordine, sed jurisdictione etiam præsidet. Jus autem appellationum quatenus in primatu radicem habeat, capite sequenti patebit. Cum Valentinianus III. Imperator in epistola Calchedonenſi collectioni inserta, quæ inter epistolas Leonis censetur ep. 55. asseruit Flavianum Constantinopolitanum Episcopum a pseudosynodi Ephesinæ sententia ad Romanam Sedem appellasse *secundum solemnitatem*, seu ex Græco *secundum solemnem usum Conciliorum*, qui scilicet præsertim post Sardicensem canonem invaluit; hujus rei originem non Concilio Sardicensi, sed primatui attribuit. Memorato enim primatu, ob quem Romanus Episcopus *locum habet & facultatem de fide & Sacerdotibus judicare*, subdidit: *Hac enim (primatus) gratia secundum solemnitatem Conciliorum & Constantinopolitanus Episcopus eum (Romanum Antistitem) per libellos appellavit.*

Loquuntur de appellatione, non de revisione causæ.

14. Falsum est secundo *nihil de appellationibus decrevisse Sardicenses Patres, sed tantum retractationis seu revisionis causæ decernendæ potestatem fecisse Romano Episcopo, ut demonstrat Illustrissimus Petrus de Marca de Concord. l. 7. c. 3. & ex ipsa canonum Sardicensium lectione manifestum fit.* Si jungatur hæc propositio cum præcedenti, aperta contradictio incurret in oculos.

Ibi enim Sardicensi tribuitur *origo appellationum*, de quibus hic *nihil decrevisse* traditur. Quod si can. 3. appellatio proprie dicta non memoratur, eam tamen ipsa lectio septimi aut quinti canonis manifestam facit: & revisionis seu retractationis iudicium, cum a superiori auctoritate Romanæ Sedis, ut hic accidit, *datis iudicibus* &c. instituitur, re ipsa appellationis iudicio congruere nemo negaverit, nisi qui in synonymis vocibus inaniter velit ludere, & fucum imperitis facere. Error Quesnelli ex eo dimanavit, quod cum Marca existimaverit, Romanum Episcopum vi istorum canonum debuisset causam committere prioribus iudicibus, quibus alios e finitimis Episcopis adjungeret, vel etiam Legatum: ubi autem priores iudices debent novo iudicio suos quoque calculos dare, non propria appellatio, sed mera revisio ab iisdem vocatur. At quam hæc hypothesis falsa sit, ex præmissa canonum explicatione quisque intelliget: finitimos enim Episcopos designandos canon 7 al. 5. aperte tradit, eodemque sensu accipienda sunt illa can. 3. *det iudices*: de prioribus autem iudicibus admitteendis ne verbum quidem. Quod porro solam retractationem *in ipsa Provincia decernendam* a Sardicensi approbatam Quesnellus præsumit, ex canone 4. falsum evicimus paullo ante: idque confirmat ipsa immediate subsequens observantia, canonum & legum tutissima interpretis: nonnullæ enim appellationum causæ superiori capite indicatæ, Romæ definitæ leguntur, adeo ut nec Celidonii causa sit primum huiusmodi exemplum, nec S. Leo in hoc iudicio ab ipsa Sardicensi disciplina recesserit.

15. Ex eodem antecedenti capite patet etiam falsum, quod a Quesnello subijcitur, hanc Synodum statim non fuisse receptam ab Orientis, immo nec ab Occidentis Episcopis. Exempla enim quæ ibidem indicavimus, etsi pauca ob monumentorum inopiam, satis tamen Sardicensem disciplinam tum in Oriente, tum in Occidente receptam probant. Advertendum vero hac in re maxime est, Sardicenses canones non præcipere appellationes ad Romanum Episcopum in omnibus causis, ita ut prohibeantur aliæ novi iudicii viæ, quæ in Provinciis obtineant; sed eas, ubi interpositæ sint, jure interjectas, & a Pontifice, vel per delegatos iudices, vel per se dirimendas probare. Itaque ut hæc disciplina recepta ostendatur, haud opus est multa *statim* subsequuta harum appellationum exempla proferre; sed sufficit ea, licet pauca indicasse, quorum memoria superest. Qui autem non receptam affirmare audeat, exempla causarum debet producere, in quibus appellationi Orientales & Occidentales resisterint. Aliquid hæc in re ex solis Afris opponi potuit, quod tamen quatenus nihil obfit, paullo post explicabimus. Ex ceteris autem Occidentalibus, aut ex Orientalibus nihil: nisi forte eorum iniquorum hominum obtrudantur molimina, qui Romano circa S. Athanasium iudicio etiam post Sardicensem Synodum perverse resisterunt.

16. Quod porro Quesnellus addit, Orientales *ob hanc forte causam Concilii istius canones in suas collectiones non retulerunt, sicut nec Gallicani*; primum quoad Orientalium collectionem, seu codicem canonum quomodo probare possit, non intelligimus. Græcus quidem codex, quo usus est Joannes Scholasticus Antiochenus, postea Patriarcha Constantinopolitanus auctor sexti sæculi, hos canones continebat. Neque credendum est Christophoro Justello, qui Græcum canonum codicem sine Sardicensibus edidit. Hæc enim Justelliana collectio in nullo Græco exemplari ab ipso inventa, sed ex ingenio compacta fuit. Titulus eidem præfixus *Codex canonum universæ Ecclesiæ*, cum falsissimus sit, ut probavit Coustantius, fictionem satis prodit. Nullum certe MS. exemplar laudat, nisi Regios codices canonum cum commentariis Zonaræ & Balsamonis, quos ad emendandum Græcum Tilianæ editionis textum adhibuit. Hinc codex a Justello editus re ipsa idem est ac codices Tili, Zonaræ, & Balsamonis, in quibus Sardicenses canones leguntur, & ex solo Justelli præiudicio arbitrarie omitti fuerunt. Citatur Palatinus codex Stephani Ephesini omnino congruens cum prætenso *Codice Ecclesiæ universæ*; at gratis hoc affirmari ex eo patet, quod ipse Justellus eum se se non potuisse nancisci in præfatione pag. 16. tom. 1. *Biblioth. juris canonici veteris* professus sit. Græcus quidem codex, quem Dionysius Exiguus latine reddidit, Sardicensibus caruisse videtur, ut ex ejusdem epistola ad Stephanum Salonitanum colligere licet. At num similiter alii Græci canonum codices tum caruerint, affirmari nequit, cum laudatus Joannes An-

Quesnellus reje-  
ctus, ejus-  
que inco-  
hærentia  
notata.

Iidem  
canones  
recepti &  
in Orien-  
te, & in  
Occiden-  
te.

Fuerunt  
inserti in  
Græcis  
collectio-  
nibus

De codi-  
ce cano-  
num Græ-  
co edito  
a Justel-  
lo.

tiochenus, qui paullo post Dionysium eodem sæculo floruit, vetustius utique exemplar nactus fuerit, quod cum aliis canonibus Sardicenses præferebat. Hos sane canones græce scriptos, ab ipsius Synodi tempore apud Græcos existisse suadet non tam ordo istorum canonum diversus a Latino, quam aliqui canones, qui a Latinis omitti, ex Latino codice sumi non potuerunt. Hinc etiam Latinam eorundem interpretationem ante annos mille & amplius exaratam in antiquissimo MS. Veronensi 55. reperimus, quæ ex Græco codice sumpta fuit, ei, ut videtur, simili, quem Socrates, Sozomenus, Theodoretus, & ipsi Patres Calchedonenses habuere, uti Tomo III. pluribus ostendetur: unde hos canones saltem in aliis codicibus etiam Calchedonensis tempore apud Græcos fuisse manifestum est. Præterea Patres Synodi Constantinopolitanæ in epistola ad Damasum & Occidentales num. 5. unum ex Sardicensibus canonibus allegarunt non obscure, licet Nicæni nomine allegarint, unde hi canones apud Græcos hoc tam antiquo tempore usui fuisse noscuntur. At de his omnibus plura differantur laudato Tomo III. in tractatu *De antiquis collectionibus* part. 1. cap. 1. & præsertim 6.

Fuerunt etiam in collectionibus Gallicanis.

17. De Gallicanorum porro collectione, seu codicibus canonum falsissimum est, quod Quesnellus affirmat. In omnibus enim antiquis Gallorum collectionibus Sardicenses canones reperiuntur, quales sunt Quesnelliana, Colbertina 1868. a Constantio laudata in præfatione tom. 1. epist. Rom. Pont. n. 77. Fossiatensi, & Morbacensi, cui similis est codex vetustus Palatinus 574. Hæc autem postrema collectio vetustiore & puriore Gallicanæ Ecclesiæ codicem exhibet, quippe præter Nicænos & Sardicenses canones in Romanorum consuetudinem Nicænis subjectos, nullos alios canones nisi Gallicanos complectitur; unde Gallicana Ecclesia æque ac Romana antiquis temporibus non Antiochenos, sed Sardicenses recepisse cognoscitur. Hic autem animadvertendum maxime est, quam longe a veritate, & a priscorum Gallicanorum codicum fide aberret Quesnellus, qui dum par. 3. c. 1. S. Hilarium *pro custodia canonum* utique receptorum in Galliis, Leoni in hac causa Romæ restituisse commemorat, eo quod causam Celidonii *novo rursus iudicio ventilari, ac discuti, recepti tum in Galliis canones non sinebant*, ut explicat capite tertio; Antiochenos canones, quibus solis appellationes excludi opinatus est, intelligere potuit, qui tamen in Galliis non fuerant recepti: contra vero Sardicenses, quibus appellationes approbantur, non receptos in Galliis traducit, qui tamen eodem ac Nicæni honore in omnibus Gallicanis codicibus recepti inveniuntur. Nonne id est verum tamquam falsum, & falsum tamquam verum traducere?

Vid. sup. c. 1. n. 9.

18. Neque reponatur, Quesnellum, cum negavit Sardicenses canonum codici insertos, intellexisse publicum codicem a Gallicana Ecclesia in aliqua Synodo approbatum, qualis nullus ex memoratis fuit. Hæc enim hypothesis de codice publico priscis illis temporibus, de quibus nunc loquimur, inanissima est: nullus enim ejusmodi codex tunc existit; & hac ratione non tam Sardicenses, quam Nicæni canones, qui in memoratis codicibus pari modo describuntur, & in nullo alio codice publica Gallicanæ Ecclesiæ auctoritate approbato ostendi queunt, dicendi essent a Gallicanis non recepti: quod sane absurdissimum est. Quamquam Sardicenses canones a Gallicanis aliquo modo receptos etiam in Synodo quis negaverit, si consideret aliquot Episcopos Galliæ interfuisse in Concilio Sardicæ, ubi iidem canones constituti, & Episcoporum subscriptionibus firmati fuerunt.

epist. 11.

19. Neque prodest Quesnelli conjectatio ad excludendos e Gallicanis codicibus canones Sardicenses, quia horum nulla est mentio in Leonis epistola ad Viennenses, ubi de violato (ut ipse putat) appellationum jure adversus Hilarium conqueritur. Numquid enim negativa ejusmodi conjectura, quæ multis de causis nutare potest, certis & antiquis Gallorum codicibus, qui Sardicenses exhibent canones, præferri potest? S. Leo autem idcirco hos canones in laudata epistola præterivit, quia non tam consuetudini, quam altiori primatus juri instandum putavit. Ceterum Valentinianus, qui in eadem Hilarii causa ex Leonis relatione ac sententia celebrem Novellam edidit, eos canones satis indicavit, cum initio præmisit *sacra Synodi auctoritatem*.

20. Reliquum est, ut de Afris nonnulla observemus, quos Sardicensi discipuli-



plinæ adversos Quesnellus tribus in capitibus 14. 15. & 16. obtrudit. At primo inane est Africanorum resistantiam proferre, ubi non de Afrorum, sed de Gallicanorum disciplina quæstio est: cum præsertim hi Sardicenses canones suis codicibus insertos receperint, illi vero, cum resisterunt, plane ignorarint. Causa nimirum, in qua Africani post Sardicense Concilium appellationibus obstiterunt, fuit Apiarii. In hac autem resistisse, quia ignorabant Sardicensium decreta, illud evidenter evincit, quod cum illa a Romanis veluti Nicæna opponerentur, non solum scripserunt in epistola ad Cælestinum, hos canones non reperiri in Nicænis etiam authenticis, verum etiam indicantes se alias pariter Synodos expendisse, addiderunt, *in nulla invenimus Patrum Synodo constitutum*: ex quibus manifestum fit acta Sardicensia, in quibus illi canones inventi fuissent, (1) pro diligentia tunc adhibita nusquam reperisse. Nullam quippe aliam Sardicensem Synodum tunc Africani noverant, nisi illam, quam Ariani Sardica discedentes, Philipopoli habuere, cujus encyclicas illi per fraudem Sardicæ nomine prænotaverant: unde Augustinus lib. 3. in Crescon. c. 34. scripsit: *Disce ergo quod nescis, Sardicense Concilium Arianorum fuit, quod notum jamdiu est*. Qui vero ea de causa resisterunt veri Sardicensis Concilii canonibus, quia in nulla catholicorum Patrum Synodo eos invenerunt, proprie non repudiarunt ejus Synodi canones; sed potius ostenderunt se eos fuisse recepturos, si cognovissent veram Sardicensem Synodum, & in hac eos canones nacti fuissent. Id fatetur ingenue etiam Coustantius, qui alias appellationibus ejusmodi nequaquam favet: unde in notatione ad hæc Africanorum verba scribit: *Hoc igitur si in Sardicensi Synodo, cui Gratus Carthaginensis Episcopus interfuit, statutum fuisset comperissent, nullo, ut videtur, negotio suscepissent*. Et iterum not. d. in epist. 15. Zosimi id ratione confirmat: *Satis illi (Zosimo) erat, Afris, qui in Carthaginensi II. Concilio can. 10. profitentur, atque Cod. can. Ecclesiæ Afric. c. 13. repetunt: A nobis veterum statuta debere servari: Sardicensis Synodi proponere auctoritatem: neque ipsi metuendum erat, ne decreta respicerent, quæ primatem suum (adde ex Athanasio & triginta quinque alios Episcopos Africanos) vel præsentia, vel subscriptione comprobasse didicissent. Tantum ea de causa decretis illis, quæ Zosimus Nicæna appellarat, concedere se non posse epist. 2. ad Cælestinum num. 4. scribunt: quia, inquit, in nulla invenimus Patrum Synodo scriptum. Si hoc tam gravi in Synodo constitutum reperissent, eos statim Zosimi voluntati obsecuturos fuisse, quis dubitet?* Id ipsum etiam fatetur Tillemontius art. 324. in Augustini vita tom. 13. pag. 864. Cum vero Gallicani Antistites eos canones perceptos haberent, & in suis quoque codicibus recepissent; ex ipsa Africanorum mente non poterant resistere: ac propterea Africanorum resistantia pro æquali resistantia Gallorum nihil concludit. Illud vero mirum & ineptum maxime accidere debet, quod ab iis ipsis, qui canones Sardicenses a gravissima & antiquissima Synodo editos norunt, ac in omnibus tum Latinis, tum Græcis canonum codicibus jam receptos fatentur, contra appellationum jus Romano Pontifici in iisdem assertum nihil frequentius quam Africanorum resistantia obtrudatur. Præclare in hanc rem Nicolaus Comnenus Papadopolus in *Prænotionibus mystagogicis* respons. 6. sect. 2. n. 15. pag. 366. Græcos Photianos refellit. *Zosimi assertio, inquit, si Africanos non convincebat Sardicensis ignaros; num non convincat Photianos gnaros Sardicensis Concilii, quod & recipiunt & ad vim disciplinæ canonicæ recipiunt? ... Dicebant Africani ... ejus canones nullos agnoscimus, nec eorum penes nos aliquis est. An id ipsum vos quibitis affirmare, cum Synodi Sardicensis canones vobis Harmenopulus passim objiciat, Photius, Balsamon, Aristenus, Margunius, ceteri denique, quotquot canonum explanationem delibavere, omnes enucleent? Nihil ergo quod attinet ad id, de quo agimus, Africanorum vobis prodest Patrum sententia. Quæ si contra Græcos etiam schismaticos valent, multo fortius valerè deberent ad revincendos eos Latinos, qui a schismate alienissimi, Sardicenses canones a Latina præsertim Ecclesia receptos inficiari non possunt.*

21. Secundo falsum est, Africanos cum ex ignoratione veræ Synodi Sardicensis resisterunt canonibus in Commonitorio Zosimi descriptis, re ipsa ea mente

De Afrorum controversia circa canones Sardicenses. Cur Afris his canonibus resisterint.

tom. 1. epist. Rom. pag. 1062. not. e. Ib. pag. 982.

Afri non excluderent appellationes Episcoporum

(1) Confer not. 5. in Quesnelli observat. ad epist. 13.

scoporum,  
sed cleri-  
corum ad  
judicia  
transmari-  
na.

te iis restitisse, ut excluderent Episcoporum appellationes, de quibus hic sermo est. Ex nonnullis quidem verbis epistolæ Afrorum ad Bonifacium Pontificem suspicio oriri potest non levis, eos, dum restiterunt canoni Sardicensi 5. alias 7. in quo de Episcoporum appellationibus agitur, ad has quoque appellationes repellendas restitisse. Ut autem omnis ejusmodi suspicio depellatur, qua de re quæstio tunc fuerit, & quatenus canon de appellationibus Episcoporum in disputationem venerit, enucleatius, quam hætenus factum vidimus, explicandum est. Appellatio ad Romanum Pontificem, ob quam magna inter Africanos & Romanos existit quæstio, non alicujus Episcopi, sed Apiarii Presbyteri appellatio fuit, quam uti omnino novam & Africanæ disciplinæ contrariam Episcopi Afri adeo tulerunt moleste, ut quod numquam antea fecerant, statim in Synodo an. 418. expresso canone 125. apud Dionysium interdixerint, ne Presbyteri aut alii inferioris ordinis Clerici appellent *ad transmarina judicia*, quo nomine Romani Episcopi soli Afrorum superiores intelligi poterant. Hoc præcipue decretum Pontificem Zosimum, ad quem Apiarius confugerat, sollicitum reddidit. Cumque præsentiret Afros post hujusmodi decretum difficiliore futuros, ut negotium facilius transigeret, hanc appellationem in Africa terminandam censuit; eoque propterea non unum, sed (quod in rebus maximi momenti fieri solet) tres Legatos transmisit, Faustinum Episcopum Potentiæ, Philippum, & Afellum Romanæ Ecclesiæ Presbyteros, qui una cum Episcopis vicinis de ea causâ cognoscerent, & judicarent. Quod Presbyterorum appellationes ab Episcopis vicinis dijudicarentur, Afris displicere non poterat: nam in ipso Concilio anni 418. hæc earundem appellationum cognoscendarum ratio præstituta fuit can. 125. apud Dionysium. *Placuit ut Presbyteri, Diaconi, vel ceteri inferioris ordinis Clerici in causis, quas habuerint, si de judiciis Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant &c.* Id vero unum quod Africanos hac in re permovere poterat, fuit delegatio apostolica, qua appellationi satisfaciendum laudatus Pontifex duxerat. Hanc vero, quæ nova Africanis erat, ut Zosimus approbatam suaderet, canonem 5. Sardicensem, qui ejusmodi delegationem præstituit, una cum aliis duobus canonibus Sardicensibus Nicænorum nomine (ut in codicibus Romanæ Ecclesiæ erant inscripti) Commonitorio inseruit secundum eum ordinem, quo in iisdem codicibus legebantur: hac enim de causâ canon 5. al. 7. *de appellationibus Episcoporum ad Romanæ Ecclesiæ Sacerdotem* primum locum in Commonitorio habuit, secundum autem canon 8. *ne Episcopi ad Comitatum importune navigent*, ac tertium canon 17. *de tractandis Presbyterorum & Diaconorum causis ad finitimos Episcopos, si a suis excommunicati perperam fuerint.*

Quo sensu  
allati fue-  
runt cano-  
nes Sard.  
in causâ  
appellatio-  
nis Presby-  
teri.

22. In Commonitorio simplices canones inserti. Eorum autem usus in quæstionem, de qua agendum erat, Legatis non per scripturam, sed verbis significatus fuit. *Injuncta enim nobis sunt*, inquit Faustinus in Synodo an. 419. *a Sede Apostolica aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis.... sicut in gestis superioribus meminimus.* Utinam superessent hæc anterioris Synodi gesta, cum scilicet laudati Legati Africam ingressi, Patres a Synodo anni 418. deputatos sub finem anni ejusdem convenerunt, ac suam legationem de Apiarii appellatione exequentes memoratos canones in Commonitorio descriptos produxere, eorumque usum in rem, de qua agebatur, verbis exposuerunt. Hinc enim palam fieret, quo sensu canon præsertim de appellatione Episcoporum causæ appellationis Presbyteri aptatus fuerit. Magna & diuturna disceptatio *prolixis gestorum voluminibus contenta* traditur in epistola Africanorum ad Bonifacium n. 1. & 3. In Synodo anni 419. hoc unum a Faustino indicatur, in laudatis anterioribus gestis actum fuisse potissimum *de Nicænis canonibus, ut conserventur & constituta eorum & consuetudo; qui, & aliqua ordine & canone tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt.* Quorsum isthæc canonis atque consuetudinis distinctio in appellationem Apiarii? Hæc, ut credimus, innuit canonem de appellationibus Episcoporum ad Romanum Pontificem in Presbyteri causâ eo sensu fuisse productum, ut eodem canone approbata cognosceretur apostolica delegatio in appellationibus; consuetudinem vero fuisse adjectam ea forte de causâ, quod hæc eadem delegatio probata in appellationibus Episcoporum, usitata quoque esset in Presbyterorum aliorumque Clericorum appellatione-

lationibus ; sicque Africani Episcopi non obniterentur , si quod de primi generis appellationibus decretum fuerat , in appellatione Apiarii Presbyteri recipiendum esset ; cum præsertim Legati Sedis Apostolicæ hac de causa missi in Africam , non soli , sed una cum Episcopis vicinis juxta ipsam disciplinam Africanam deberent judicare , uti alter Sardicensis canon Commonitorio insertus statuit . Ita sane commode intelligitur , quo æquissimo sensu uterque canon 7. & 17. in hac causa productus fuerit , cum alias ambo inepti fuissent . Solus enim canon Sardicensis decimus septimus , cum de appellatione quidem Presbyterorum ad finitimos Episcopos , non autem ad Romanum Pontificem decernat ; ad hanc appellationem ab Apiario interpositam , de qua erat quæstio , nihil pertinisset ; multo autem minus contulisset canon Sardicensis quintus , alias septimus , si non eo sensu , quem exposuimus , appellationi Presbyteri aptatus fuisset . Igitur ne hi duo canones præter quæstionem , quæ Africanos maxime sollicitabat , circa inferiorum Clericorum appellationes allegati dicantur , & ne delegationi apostolicæ & concertationi cum Africanis occasionem dedisse credatur alia quæstio de Episcoporum appellationibus , de qua nullum in his circumstantiis indicium est ; usus & explicatio proposita satis probabiles judicabuntur .

23. In hac autem tota disceptatione Africani perpexisse videntur , nec canonem 5. alias 7. de appellatione ad Romanam Sedem , nec consuetudinem , quam Legati ingesserant , suffragari in causa Apiarii : siquidem ille canon de Episcoporum , non autem de Presbyterorum , aut aliorum inferioris ordinis Clericorum appellationibus loquitur ; consuetudo autem , qua idipsum obtinere dictum fuit in istorum appellationibus , etsi forte alibi , seu in Italia vigeret , non tamen in Africa , ubi sola omnibus nota Nicænæ Synodi decreta custodiebantur , in quibus nihil tale invenitur . Id subindicare arbitramur illa Afrorum verba in litteris ad Bonifacium Papam , quibus num. 4. hunc rogant , *ut quemadmodum ea apud Nicæam a Patribus acta vel constituta sunt , sic ea a nobis facias custodiri ; & ibi apud vos ista , quæ ( Legati ) in Commonitorio attulerunt , facias exerceri* : & cum infra num. 5. petunt , ne cogantur his canonibus , si vere Nicæni non sint , obligari , etiamsi *eo ordine vel apud vos in Italia custodirentur* . Hinc etiam in epistola ad Cælestinum num. 3. *Nulla Patrum definitione* , inquit , *hoc Ecclesiæ derogatum est Africanæ* : quia nimirum canon de appellatione Episcoporum , etiamsi verus esset , ad Presbyterorum causas non pertinet , nec ad istorum appellationes ulla apud Afros consuetudine extensus fuit .

24. Neque tamen negarimus occasione hujus canonis , qui de Episcopis statuit , disceptationem & contentionem potuisse deflectere ad ipsas Episcoporum appellationes , quatenus eo canone proponuntur . Licet enim Episcopos Romam provocare , ibique suam causam audiri Africana disciplina , ut mox ostendemus , non interdicere ; & consuetudo etiam aliquot ejusmodi appellationum probaret ; hæc tamen delegationis apostolicæ methodus nova prorsus accidit . Cumque Episcopi ex ea , si semel reciperetur , Africanæ disciplinæ nonnihil præjudicii timerent , sive quod hac via frequentiores fierent hujusmodi appellationes , sive quod ex Faustini exemplo , qui Apiario faverat , a delegatis metuerent , sive alia quacumque de causa ; canoni hanc methodum proponenti fortassis se se opposuerunt , non ut excluderent omnes appellationes Episcoporum , sed ut hanc novam delegationis methodum impedirent . Hoc sensu cum ipsum canonem abs se exequendum polliciti sunt in epistola ad Bonifacium , quoad in Nicænis diligentior inquisitio fieret ; satis indicarunt se nolle cogi ad hanc methodum , si Nicæno canone constituta non sit , quippe quæ recepta licet in Italia , Africanis ignota erat . Ita nulla quæstio de Episcoporum appellationibus , nisi quoad modum .

25. Has quidem appellationes alia methodo in Africa fuisse receptas , aliquot episcopaliū appellationum documenta manifestant . Antonii Episcopi Fussalensis appellatio , cui tantum abfuit ut Africani resisterent , nec quidquam in eam vellent producere ( ut S. Hilarius fecisse creditur ) ne præjudicium Africanis crearent ; quin potius ipse Numidiæ Primas illum commendavit Bonifacio , ac deinde ad Cælestinum *universa retulit* : & Augustinus gesta transmittens rationes adjecit , quibus æquissimum Pontificis judicium promoveret . Quid porro dicendum de tribus aliis causis , quas uti recentiores Augustinus laudat ? Etsi il-

Cur adhuc Afris non acquieverint .

Numquid Afris displicuerit in illatis canonibus circa ipsas appellationes Episcoporum .

Hæc tamen in Africa receptæ .

la Laurentii potuit accidere post Concilium Maji an. 419. cui ille subscriptus creditur, non tamen etiam alia duæ: incredibile enim est tres ejusdem generis causas ex una Provincia Cæsariensi brevi intervallo repente Romam delatas, & simili moderamine definitas, si nullæ umquam antea delatæ fuissent. Igitur Prisci & Victoris causas, quæ ante causam Laurentii ab Augustino referuntur, post an. 418. incidisse affirmari nequit, nisi ex hypothese de repudiatis antea Episcoporum appellationibus; quod præsumi quidem potest, probari non potest. Qua vero conjectura Laurentius ab Augustino nuncupatus loco ultimo esse creditur Icositanus, qui Concilio an. 419. subscripsit tamquam *Legatus Provincia Cæsariensis*; eadem Priscus appellatus primo loco a Baluzio creditur *Priscus Quidiensis* subscriptus Collationi an. 411. n. 243., cujus Episcopatus ad Provinciam Cæsariensem pariter pertinuisse cognoscitur ex Notitia Provinciarum & civitatum Ecclesiæ Africanæ. Quod si quis opinetur Mauritanicas Prisci & Victoris causas incidisse, vel Augustino cognitæ fuisse ante causam Apiarii, cum ipsum Augustinum, aliosque Episcopos \* injuncta a Zosimo ecclesiastica necessitas traxerat in Mauritaniam, diuque ipsos ibidem modo hic, modo illic detinuerat, non videmus quomodo revinci possit. Quid quod alia a suis temporibus *remotissima* ejusmodi appellationum & judiciorum Romanæ Sedis exempla idem Augustinus in eadem epist. 209. indicat, quæ recentioribus exemplis contentus prætermittenda putavit? Quænam porro *remotissima* exempla hic Augustinus significat? Suburbicarias causas primæ cognitionis hic intelligere merum est somnium. Si enim Afris communis Italiæ disciplina ac Sardinensium usus erat ignotus, ut paullo ante vidimus; multo magis ignotæ esse debebant causæ suburbicariæ, easque Africano scriptori inquirere atque cognoscere non facile fuit. Hæc igitur *remotissima* exempla æque ac *recentia*, quæ Augustinus subjecit, ad Africam pertinent: alias *remotissima* & *externa*, dixisset, *non requiram, recentia* & *nostra commemorabo*. Hæc porro Africana *remotissima* exempla æque ac *recentia* ad Apostolicam Sedem delata, non primæ, sed secundæ cognitionis judicia respiciunt: nisi quis forte primam quoque Africanarum causarum cognitionem Romano Pontifici aliquando tributam putet. Exliterunt igitur Africanæ aliquot vetustiorum appellationum causæ, in quibus Apostolica Sedes secundæ cognitione vel *judicavit* eo adhibito moderamine, quod in prima cognitione captum non fuerat; *vel*, si in prima cognitione adhibitum fuit, *aliorum judicata firmavit*. Neque dicas ex hoc Augustini testimonio, qui ab inquisitione vetustiorum exemplorum abstinuit, inferri non posse, aliqua ejusmodi judicia reipsa præcessisse. Etsi enim affirmari certo nequeat, num remotiora exempla Augustinus requirens, aliquas ejus generis, quæ in rem suam facerent, reperturus fuisset; hinc tamen certo sequitur eum putasse aliquas potuisse inveniri; quod ipsi exploratum ac omnino certum præsumit, Episcoporum causas secundæ cognitionis ex Africa vetustiori æque ac recenti ætate ad Apostolicam Sedem fuisse delatas, quæ utique ad præsumtæ permissionis tempus referri nequeunt. Certe anterior profecto est ejusdem Augustini ep. 43. in qua hæc de Cæciliano Carthaginensi & de collegis ejus Episcopis Africanis scribuntur num. 7. *Neque enim de Presbyteris, aut Diaconis, aut inferioris ordinis Clericis, sed de collegis agebatur, qui possent aliorum collegarum judicio, præsertim Apostolicarum Ecclesiarum, causam suam integram reservare*. Agebatur quidem de episcopali causa, in qua magna erat inter Catholicos & Donatistas Africanos Episcoporum ac sententiarum divisio. Sed non in has peculiæ circumstantias Augustinus refert rationem deferendi judicii ad Apostolicas Ecclesias (quo nomine Romanam intelligi ex contextu aliisque testimoniis manifestum est) sed quia illi, quorum causa agebatur, non erant Presbyteri, aut Diaconi &c. sed Episcopi: ubi palam significatur, ex ipsa Africanorum disciplina licuisse eorum causam ad Apostolicam Sedem deferre, cum Episcoporum esset causa, non Presbyterorum, vel Diaconorum &c. quibus solis ad transmari-na confugere Africana disciplina non ferebat.

rom. 3.  
Concil.  
p. 211.

\*Vide Aug.  
gust. epist.  
190. & 191.  
cap. 1. &  
Possid.  
Vir. Aug.  
gust. c. 14.  
tom. 5.  
Concil.  
p. 267.

Nullum Africanæ  
Ecclesiæ  
decretum  
vetuit E-

26. Nullum certe decretum invenitur contra Episcoporum appellationes, sicuti adversus illas Clericorum inferioris ordinis primus canon insertus legitur Synodo anni 418. Id autem istis hoc primum tempore interdictum fuit occasione appellationis Apiarii, quia hos ad transmari-na judicia provocare contra disciplinam

plinam & usum erat : Episcopis autem non item, quia pluribus exemplis fem-  
Per receptum fuerat, cum præsertim a Grato Carthaginensi totius Africa Pri-  
mate, aliisque Africanis Episcopis signati fuerint canones Sardicenses, qui Epi-  
scoporum appellationes probabant. In Synodo Hypponenfi an. 393. ac in Car-  
thaginensi an. 397. omnibus tum Episcopis, tum Clericis concessum fuit *ut a*  
*quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est ma-*  
*ior auctoritas, provocaretur.* Si Clerici de sui Episcopi iudicio quererentur,  
poterant ad vicinos Episcopos provocare, & iterum ab his confugere ad Syno-  
dos plenarias Africa, vel ad Præmates suarum provinciarum. Hinc ipsos, si for-  
te gravati fuissent, appellationis subsidium non deerat in ipsa Africa, ut ne ad  
iudicia transmarina confugerent. Cum autem causæ Episcoporum prima cogni-  
tione afferendæ essent ad Præmatem, vel ad Concilium universale Africanum, ut  
post Hypponensem Synodum canone 19. Synodi Carthaginensis an. 397. consti-  
tutum fuit; ne his solis alterum iudicium denegatum credatur, provocatio ad  
Romanum Pontificem interdicta esse non potuit.

27. Neque reponas hoc interdictum indicari in Concilio Carthaginensi an.  
419. can. 28. apud Dionysium, ubi repetito iisdem fere verbis canone anterior-  
is Concilii an. 418. ( apud eundem Dionysium can. 125. ) quo Presbyteris &  
reliquis Clericis prohibetur, ne ad transmarina iudicia confugiant, additur, *sicut*  
*& de Episcopis sæpius constitutum est.* Non desunt magni nominis auctores  
etiam Galli, qui hoc additamentum *sicut & de Episcopis sæpius constitutum*  
*est*, perperam intrusum existiment, cum absit a simili canone anterioris Con-  
cilii an. 418. unde totus hic cano sumptus est; nec verisimile sit, hanc par-  
ticulam additam fuisse a Patribus in Concilio an. 419. in quo iidem scriben-  
tes ad Bonifacium Pontificem, profitebantur se illam disciplinam appellationum  
interim servaturos, quoad de Nicæni Concilii exemplaribus certiora responsa  
afferrentur. Addunt præterea videri incredibile, si de Episcoporum appellatio-  
nibus *sæpius* constitutum fuisset, nullum ejusmodi canonem reperiri in tot ca-  
nonibus, qui ex tam multis Africanis Conciliis supersunt, & de Episcoporum  
iudiciis statuunt; cum de vetitis Presbyterorum & aliorum inferioris ordinis Cle-  
ricorum appellationibus aliquot canones repetiti inveniantur. At suspicandum  
non credimus de additamento in iis verbis, quæ non solum leguntur in col-  
lectione Dionysii, verum etiam in tribus aliis antiquis collectionibus, quæ ex  
diversa divisione canonum ejusdem Synodi Carthaginensis an. 419. aliam origi-  
nem præferunt, uti sunt collectiones Vat. Reginae 1997. Barberina 2888. &  
Lucensis similis Colbertinae 784. Immo ex his collectionibus supplendum est  
aliquid, quod hoc in canone apud Dionysium non legitur, sicut nec legitur in  
textu Græco Codicis, ut vocant, Ecclesiæ Africanæ, qui vere non est nisi  
Græca Africanorum canonum ex Dionysio versio. Sic enim ibidem num. 33.  
hic cano producitur. *Item placuit ut Presbyteri, Diaconi, vel ceteri inferio-*  
*res Clerici in causis, quas habuerint, si de iudiciis suorum Episcoporum que-*  
*sti fuerint, vicini Episcopi eos cum consensu sui Episcopi audiant, & inter*  
*eos quidquid causæ fuerit definiant adhibiti ab eo Episcopi. Quodsi & ab eis*  
*provocandum putaverint, non provocent ad transmarina iudicia, sed ad Pri-*  
*mates suarum provinciarum, aut ad universale Concilium, sicut & de Epi-*  
*scopis sæpius constitutum est. Ad transmarina autem qui putaverit appellan-*  
*dum, a nullo intra eandem provinciam in communionem suscipiatur.* Desunt in  
Dionysio voces *vel ad universale Concilium.* Hæc autem non debere omitti  
patet ex verbis epistolæ Afrorum ad Cælestinum paullo post recitandis, nec  
non ex canone anterioris Synodi an. 418. qui hoc loco repetitur, & familia  
exhibet etiam apud Dionysium can. 125. ubi legitur: *Quod si & ab eis pro-*  
*vocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana Concilia, vel ad Pri-*  
*mates provinciarum suarum. Ad transmarina autem &c.* Hic porro animad-  
vertendum est aliquam mutationem in repetendo hoc canone fuisse inductam:  
ubi enim an. 418. scriptum fuit *non provocent nisi ad Africana Concilia &c.*  
anno 419. sic expressum fuit *non provocent ad transmarina iudicia, sed ad*  
*Præmates &c.* Si prima lectio retenta fuisset, additamentum *sicut & de Epi-*  
*scopis sæpius constitutum est*, indicaret *sæpius* constitutum fuisse, ut Episcopi  
etiam *non provocent nisi ad Præmates &c. vel ad universale Concilium*; quod

piscopo-  
rum ap-  
pellatio-  
nes ad  
transma-  
rina.

Explica-  
tur cano,  
qui eas  
videtur  
interdice-  
re.

Quidam  
de addi-  
tamento  
intruso  
suspican-  
tur.

Refellun-  
tur.

Supplen-  
da in eo  
canone  
quædam  
verba.

Mutatio  
in eo ca-  
none po-  
stea indu-  
cta.

Cur.

967

idem esset ac declarare transmarina iudicia iisdem quoque interdicta fuisse. At ea verborum mutatio aliquo peculiari consilio præter morem inducta videtur; ne scilicet hoc additamentum ad transmarinorum iudiciorum interdictum referendum esset, sed ad alteram partem tantum, qua Primatum, & Conciliorum Africæ iudicium conceditur Clericis, sicut ipsis Episcopis *sæpius* constitutum fuit. Ante hoc scilicet tempus Presbyteris post Episcopi sui iudicium provocatio patebat tantum ad vicinos Episcopos sex, qui eorum causam terminabant: unde Augustinus epist. 65. anni 402. n. 2. scripsit: *Sex Episcopis causam Presbyteri terminari Concilio statutum est*, nimirum in Hypponenfi an. 393. & in Carthagenensi an. 397. in quo Breviarium canonum Hipponensium lectum & confirmatum fuit. Cum autem ob appellationem Apiarii anno 418. omnibus Clericis interdicta fuisset provocatio ad transmarina, ne illi de hoc iudicio sibi sublato quererentur; tertia quoque cognitio ipsis concessa fuit novo jure, & pro hac iisdem iudices constituti fuerunt Clericis, qui *sæpius* Episcopis decreti fuerant: unde Africani in epistola ad Cælestinum hoc in negotio scripta ob hoc novum decretum favore Clericorum editum; non necessariam ostendunt appellationem ad transmarina, hanc præcipuam rationem afferentes num. 3. *Maxime quia unicuique ( de inferioribus autem Clericis loquuntur ) concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad Concilia suæ provinciæ ( id Primates respicit ) vel universale provocare.* Hoc quidem sensu illud additamentum accipiendum esse, ex ipso facto liquet. Cum aliquot Africani canones reperiantur, qui appellationes ad transmarina Clericis prohibent; ne unum quidem reperiri, qui easdem interdicat Episcopis, si *sæpius constitutum* fuisset, est plane incredibile.

28. Neque dicas, non omnes anteriorum Africæ Synodorum canones ad nos pervenisse. Etsi enim non omnia Africana Concilia cum suis canonibus supersint: cum tamen ex una parte plura huiusmodi monumenta in antiquis canonum collectionibus sedulo fuerint inserta; ex alia vero parte id Africanis usitatum fuerit, anteriorum Synodorum canones in subsequentiis Conciliis repetere & confirmare; aliquod saltem antiquorum canonum vestigium superest in Synodis, quas habemus, quarum fere canones non novi sunt, sed ex antiquis constant. Id autem adeo certum est, ut Dionysius Exiguus, qui in referenda Synodo anni 419. recensuit omnes anteriores Synodos sub Aurelio celebratas ab anno 393. plures aliquarum canones præterierit, eo quod ab ipso vel in anteriori Synodo jam descripti, vel in posteriori describendi fuerant. Nos in antiquissimo MS. Capituli Veronensis ineditam Synodum Carthagenensem anni 421. nacti sumus tomo tertio inferendam, in qua ne unus quidem canon novus est, sed omnes hic illic in Conciliis jam vulgatis recepti, ac repetiti inveniuntur. Adde quod etiam si Dionysium a repetendis iisdem canonibus abhorrentem aliquot rari canones fugerint; cum tamen in Synodo anni 419. quam ex proposito suæ collectioni inseruit, agitata fuerit controversia de appellationibus; in recitandis omnibus canonibus Africanis ad appellationes pertinentibus diligentissimus fuit; adeo ut canonem, qui appellationes ad transmarina Clericis prohibet, ob aliquod verborum discrimen seu ob additamentum paullo ante indicatum bis recensuerit can. 28. & 125. Is autem, qui circa appellationes adeo sollicitus fuit, ut vel paucarum vocum rationem habuerit, non omisisset profecto canonem easdem appellationes interdicentem Episcopis, si alicubi eum nactus fuisset; cum præsertim nulla in hunc repetitio caderet. Nullum igitur canonem ejusmodi retulit, quia in tot Conciliis Africanis insertis Synodo anni 419. nullum invenit. Si autem nullum ejusmodi interdictum existit inter canones ab Aurelio in tam multis Synodis editos, & a majoribus etiam susceptos, quibus tota Africanæ Ecclesiæ disciplina comprehenditur; quis suspicari adhuc possit, hoc interdictum *sæpius* constitutum fuisse? Cum ergo nullus canon Episcoporum appellationes ad transmarina inhibeat; has autem exempla quorundam Episcoporum paullo ante indicata receptas, non autem veritas manifestius evincant; illud additamentum referri nequit ad particulam *non provocent ad transmarina*. Cum porro Episcopis *sæpius* constituti legantur iudices vel Primates, vel Concilium universale Africæ, ut legere est in Hypponenfi an. 393. in Carthagenensi an. 397. ac in aliis Synodis; jure ad ea tantum *sed ad Primates suarum*

rum provinciarum, vel ad universale Concilium, illud additamentum, quod his quidem verbis subnectitur, referendum agnoscimus.

29. Num vero quod Episcopis prohibitum non fuit usque ad Synodum anni 419. vetitum fuerit in subsequenti Concilio anni circiter 425. quo Apiarius in nova crimina relapsus Faustino legato iterum transmissio in Africam iudicatus fuit, dubitare quispiam poterit. Etenim ex Concilio vigesimo sub Aurelio, quod idem est ac ea Synodus anni circiter 425., hoc decretum, seu potius cuiusdam decreti compendium vel titulus recitatur in Synodo habita a Bonifacio Carthaginensi anno 525. *Ut nullus ad transmarina audeat appellare.* Hoc tamen decretum Episcopos non comprehendisse, tria nobis suadent. Primum quia adhuc post hanc Aurelii Synodum quidam Africani Episcopi nemine contradicente ad Romanum Pontificem provocarunt, ut ex appellatione Lupicini, de qua inferius dicemus, manifestum est. Secundo quia Bonifacii ætate noti jam erant in Africa canones Sardicenses, qui Episcoporum appellationes approbant: unde a Ferrando Carthaginensis Ecclesiæ Diacono sub idem tempus expresso Sardicensis nomine in suum Breviarium canonum relati fuerunt. Si autem tunc erant noti; eos etiam ab Afris receptos dubitare non licet, cum a Grato Carthaginensi in Sardicensi Concilio firmati fuerint, ipsique Patres Conciliorum ann. 418. & 419. eum quoque Sardicensem canonem, qui maxime displicebat, se recepturos indicarint, si eum in aliqua catholicorum Synodo reperissent, ut superius animadvertimus. His autem canonibus receptis, Bonifacius inter canones observandos referre non poterat canonem, qui appellationes Episcoporum a Sardicensi probatas interdiceret. Hinc autem credimus eum canonem non ad appellationes Episcoporum, sed ad illas Clericorum in Sardicensi prætermittas pertinuisse. Neque generalis & indefinita vox *Nullus* quempiam moveat. Simili enim generali locutione in eadem Bonifacii Synodo exprimitur aliud decretum, vel potius decreti compendium ex Concilio sextodecimo sub Aurelio his verbis: *Ad transmarina qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur.* Hoc Concilium XVI. est illud habitum an. 418. cujus can. 125. apud Dionysium invenitur. Ex integro autem hoc canone cognoscitur, solas Clericorum appellationes fuisse interdictas. Idem ergo de canone Synodi vigesimæ credendum est, licet in Summario Bonifacii generalis formula adhibita fuerit. Tertium peremptorium, ut videtur, argumentum elicimus ex ipsa epistola patrum Africanorum ad Cælestinum Papam, quæ in eadem vigesima Synodo scripta fuit. In hac de appellationibus Episcoporum & Clericorum agitur, sed diverso modo. Cum de Clericorum appellatione sermo est, hæc neullo modo admittantur, Pontificem rogant: *Presbyterorum*, inquiunt num. 3., & *sequentium Clericorum improba refugia, sicut te dignum est, repellat Sanctitas tua: quia & nulla Patrum definitione hoc Ecclesiæ derogatum est Africanæ*: quod idem est ac dicere, quia ipsi canones a Faustino allati ad has appellationes non pertinent. De appellationibus vero Episcoporum loquentes num. 2. non ut absolute repellantur, sed ne *facilius* recipiantur, efflagitant: *Deprecamur, ut deinceps ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere.* De Episcopis autem hic sermonem esse ostendunt sequentia, quibus post allegatum Nicænæ Synodi decretum, hanc rationem subjiciunt: *Nam etsi de inferioribus Clericis vel laicis videtur ibi præcaveri, quanto magis hoc de EPISCOPIIS voluit observari; ne in sua provincia a communionem suspensi, a tua Sanctitate præpropere vel indebite videantur communioni restitui?* Et dein ad Clericorum appellationem transeunt: *Presbyterorum quoque &c.* ubi particula quoque præcedentia non de Clericis, sed de Episcopis dicta fuisse confirmat. Quid autem hæc diversa loquendi ratio circa Episcopos & Clericos; nisi quia his, non vero illis interdicta fuit appellatio? Solum hac petitione, ne Episcoporum provocationes *facilius* admittantur, cum nimis frequentia & abusibus voluerunt prospicere; tum vero eas ex Africana disciplina permissas, etsi rariores cupeant, se tamen non prohibere indicarunt. Quod si eæ rationes in eadem epistola subjiciuntur num. 3. quæ æque de Episcoporum ac de inferioris ordinis Clericorum appellationibus probant; aliud est obiter rationes omnibus communes inferere, aliud est æque omnes absolute recusare ac interdiceret; quod de solis

Alius canon Africanus exponitur.

Clericorum appellationibus invenitur. Hinc forte has rationes inferuerunt parographo, ubi de Clericis agunt, non autem illi, ubi de Episcopis, quorum pro-  
 vocationes cum Africana disciplina non vetaret, satis esse putarunt, si *facilius*  
 non reciperentur. Ex hac ergo epistola novum potius argumentum eruitur, quo  
 Episcoporum appellationes ab Africanis receptæ confirmentur.

Cur Afri  
 restiterint  
 appellationibus Clericorum.  
 Non negarunt jus  
 Apostolicæ Sedis.

30. Hic porro animadversione dignam putamus eam rationem, qua hi Episcopi Clericorum appellationibus restiterunt. Sive acta Synodi an. 419. sive epistolæ ad Bonifacium, & Cælestinum in causa Apiarii scripta legantur; ne verbum quidem detegetur, quo Apostolicæ Sedis jus in iisdem causis in dubium vocetur. Omnes rationes ad difficultates ob locorum longinquitatem, ad pericula dilationum & fraudum, ad improborum abusus pertinent: quorum exemplum in ipsa Apiarii appellatione demonstratum fuit. Licet enim iustissime depositus ob crimina Africanis certa, hoc tamen effugio se se protexit, ac Faustinum legatum ita circumvenerat, ut ejus patronus potius, quam iudex videretur: cujus patrocinio fretus non nisi post trium dierum disceptationem ad confessionem criminum compulsus fuit. Hoc tam funesto exemplo & abusu ad zelum excitati Africani Patres, hujusmodi appellationes, seu verius reproborum Clericorum perfugia ex Africana disciplina interdicta ab Apostolica Sede omnino repellenda scripserunt. Etsi vero id prohibuerint jam inde ab an. 418. nihilo tamen minus non solum Faustinum & duos alios legatos ab Apostolica Sede missos non repulere, sed eorum etiam sententiæ acquiescentes Apiarium communioni restituerunt. Adeo vero apostolicam auctoritatem in his ipsis Clericorum appellationibus venerati sunt, ut licet idem Apiarius post primam restitutionem anni 419. in nova crimina relapsus, atque idcirco depositus, ad Romanum Pontificem iterum confugerit; licet nova delegatio Faustini transmissa fuisset eo tempore, cum jam Africani certi erant inter Nicænos non reperiri eum canonem, qui pro ea fuerat productus, ac proinde ea conditione amplius non tenerentur, qua se obligarant solum usque ad diligentiorum Nicænorum canonum inquisitionem; adhuc tamen in Apostolicæ Sedis observantiam eundem Faustinum legatum ut iudicem receperunt; & solum conquesti sunt cum Cælestino, quod ille Apiarii patrocinium potius, quam iudicium suscepit, & defensoris magis, quam iudicis personam gesserit: hacque de causa zelo iustitiæ ducti, meras rationes fraudum & periculorum efferentes, rogarunt Pontificem, ne amplius reciperet appellationes ejusmodi, quæ ex abusu pravorum in perniciem vergunt, & ne uteretur hujus generis legationibus, quas in nulla Synodo constitutas repererant, quasque his primis exemplis male cessisse experti fuerant. Ubique igitur intactum jus, & sola pericula ac scandala proposita, ob quæ modeste & humiliter restitere, ac ejusmodi appellationes interdicendas putarunt. Videant qua moderatione iis utendum sit, qui hac in re Africanis magistris ac ducibus gloriantur; ac simul intelligant, quam perperam hanc Africanorum resistentiam solis appellationibus Clericorum transferunt ad Episcoporum appellationes, quas ab Africanis numquam vetitas, & semper receptas ostendimus. Sed hæc obiter. Stet interim Afros Episcopos restitisse quidem, sed modeste, at intacto jure, inferiorum Clericorum appellationibus; Sardicenses autem canones statuentes de appellationibus Episcoporum hac occasione repudiassent ex sola ignorantia, quoad methodum apostolicæ delegationis tantum; re ipsa tamen cum horum appellationes admitterent, eosdem canones olim a majoribus suis firmatos atque susceptos, quoad substantiam recepisse, licet per hæc tempora eos inducto præsertim Nicænorum nomine ignorarent.

De appellatione Lupicini Episcopi Africanæ.

31. Ex his porro evincitur falsitas illius proluxæ adnotationis, qua Quesnelius caput 12. epistolæ 12. Leonis ad Mauros eo peculiari nomine supposititium statuit, quia Lupicini Episcopi Afri appellationem ad Romanum Pontificem præfert, a qua Africanos abhorrentes ex documentis in Apiarii causa editis veluti certum traducit. Cum vero nos hoc caput omnino sincerum aliunde probarimus, hinc potius episcopalium appellationum disciplinam ab Afri haudquaquam repudiatam agnoscimus, cum præsertim nulla hac in re controversia excitata notetur, summaque erga Leonem Romanum Pontificem Africanorum observantia ex toto epistolæ contextu elucescat. Ceterum si non hoc tempore, certe non multo post ipsi Sardicenses canones ab Africanis recepti videntur, eo  
 quod



quod fortassis cursu temporis, five accuratius inquirentes, five docentibus Romanis eos a Nicænis distinctos, ac Sardicensium nomine a Grato Carthaginensi aliisque majoribus suis approbatos, ac in Carthaginensi Synodo ab eodem Grato laudatos tandem didicerunt. Quidquid autem de Africanis, quoad Sardicenses canones, quispiam existimet, nihil convincit pro Gallis, vel ceteris, qui Sardicenses canones in suos codices retulerunt, ut superius ostendimus.

32. Sardicensibus canonibus subjiendæ sunt Synodi Romanæ epistola sub Damaso scripta ad Imperatorem Gratianum, & ejusdem Gratiani lex, quibus episcopalium appellationum disciplina statuitur, & Celidonii appellationis præcipua ratio ac vindiciæ proponuntur. Concilium Romanum a Gratiano legem petiit, quo judiciorum ecclesiasticorum ordo sæculari, ut ajunt, brachio protectus adversus renitentes firmaretur: & huic petitioni lex plane respondens edita fuit, quæ cum emendatior sit ac sensui conformior, ex ea Romanæ synodicæ in unico & minus emendato codice a Sirmondo inventæ lectio corrigenda est. Igitur in synodica Romani Concilii patres ab Imperatore in primis petunt n. 9. *ut jubere pietas vestra dignetur, quicumque vel ejus (Damasii Pontificis, ut ex contextu, atque ex ipsa Gratiani lege liquet) vel nostro judicio, qui Catholicus sumus, fuerit condemnatus, atque injuste voluerit Ecclesiam retinere, vel vocatus sacerdotali judicio (ex lege Gratiani legendum ad sacerdotale judicium) per contumaciam non adesse, seu ab illustribus viris Præfectis Prætorio Italiæ vestræ, sive a Vicario accitus ad Urbem Romam veniat. Cum unus esset Præfectus Prætorio Italiæ, & plures Vicarii, qui Præfecto Prætorio Italiæ suberant, error est manifestus in verbis Præfectis Prætorio Italiæ vestræ & Vicario; ac præterea in subsequenti deesse videtur membrum, quod antecedentibus respondeat. Melius & integrius legitur in lege, ex qua hic quoque synodicæ textus corrigendus seu potius supplendus est: aut ab illustribus viris Præfectis Prætorio Galliæ atque Italiæ, sive a Proconsulibus vel Vicariis auctoritate adhibita ad episcopale judicium remittatur (quod membrum ad verba antecedentia vocatus ad sacerdotale judicium refertur, & in synodica desideratur) vel ad Urbem Romam sub prosecutione perveniat. Hæc de primæ cognitionis judiciis, quoad loca Romæ viciniora. Subditur vero statim de iisdem judiciis quoad loca a Romana urbe remotiora in laudata synodica, & totidem fere verbis in lege: Aut si in longinquiore partibus hujusmodi emergerit quæstio, ad Metropolitanum per locorum judicia deducatur examen, vel si ipse Metropolitanus est, Romam necessario, vel ad eos, quos Romanus Episcopus judices dederit, contendere sine dilatione jubeatur. Cum non solum Præfecto Prætorio Italiæ, verum Præfecto Prætorio Galliæ, sicut & Proconsulibus, Hispaniæ scilicet, & Africa, ac Vicariis Præfectorum præceptum tradatur; generalis utique disciplina hac lege exponitur, quæ totius Occidentis, ac nominatim Gallicanas Ecclesias spectabat. Et in locis quidem a Romana urbe non valde remotis ipsa quorumlibet Episcoporum prima cognitio vel Provinciali Synodo, vel Romano Antistiti asseritur: in remotioribus autem quoad Episcopos tribuitur Metropolitanis, & subintelligitur cum suæ Provinciæ Synodo; quoad Metropolitanos vero Romano Pontifici, vel iis, quos idem Pontifex judices delegaverit: & præcipitur, ut si quis ad judicium vocatus adesse noluerit, sæculari brachio compellatur. Tum de provocatione a judicibus primæ cognitionis additur: Certe si vel Metropolitanus, vel cujusque alterius Sacerdotis suspecta gratia vel iniquitas fuerit, vel ad Romanum Pontificem, vel ad Concilium certe quindecim Episcoporum finitimorum ei liceat provocare. Duæ provocandi seu appellandi rationes indicantur; quarum altera ad Romanum Pontificem cuiuslibet libere conceditur, si judices primæ cognitionis in suspicionem veniant. Celidonio autem Hilarius, qui Metropolitanus ipsius non erat, & incompetentem judicium usurpaverat, suspectus esse potuit; nec non ejus causæ minus idonei judicari potuerunt etiam ceteri Galliarum Episcopi, in quos eundem Hilarium maximam auctoritatem exercuisse, non tam in S. Romani Vita, quam in ipsa S. Leonis epistola innuitur: ac propterea vel ex hoc ad Romanum Pontificem citius, quam ad finitimos Gallicanos Antistites provocare ipsi Celidonio maxime licuit. Neque refert, utrum is ante, an post judicium Hilarii provocaverit. Nam præterquamquod ignotum est, num ipsi Hilarii judicio*

Sardicenses canones ab Afris postea recepti.

Synodus Rom. sub Damaso, & Gratiani lex de appellationibus. Coustant. tom. 1. inter Ep. Rom.

P. nt. pag. 532. Ibid. pag. 527.

Ibid. pag. 532.

Coustant. pag. 528. & pag. 533.

Celidonii appellatio his duobus documentis vindicata.

inter-

interfuerit ; certe cui licet ob suspensionem aliquam ante iudicium provocare, eisdem multo magis licet post iudicium, si quod gravamen antea suspicabatur, reipsa post iudicium sibi obvenisse compererit : qua quidem de causa appellationes etiam a iudicibus, de quibus antea nulla erat suspicio, omni jure conceduntur.

Decretales Pontificiæ quanti essent apud Gallicos. 33. Inter ecclesiastici juris regulas referendæ sunt epistolæ decretales Romanorum Pontificum, quas quidem Gallicos veneratos suis collectionibus canonum inseruisse ante Dionysium, & vim statuti habuisse apud ipsos Quænellus fatetur diss. 16. tomo tertio edenda §. 12. & ita fatetur ac si secus sentire sit *Apostolicæ Sedis auctoritatem totis quingentis annis* ab illis ita interpretam credere, ut ante Dionysium *de colligendis illis decretis non cogitaverint*. Et addit : *At meliora nos ac magis religiosa de Gallicanis aliisque Ecclesiis erga caput ac primatem suum existimamus*. Itaque in rem præsentem haud omittenda est epistola Innocentii ad Victricium Rothomagensis, quam sane iidem quo-

Quæ olim statuerunt de appellationibus ad Sedem Apostolicam. que codices ab eo laudati præferunt, sicut & codex Morbacensis, Palatinus 574. & Fostatensis, qui puras Gallicanas collectiones continent. Victricium Romam venisse, ut aliquod crimen sibi per calumniam impositum Romano in iudicio purgaret, ex S. Paullini epist. 37. ad eundem scripta colligitur. Ea autem Innocentii decretalis Gallicano Episcopo *normam atque auctoritatem* a Romana Ecclesia postulanti tradita, Galliarum Ecclesias potissimum respicit. In hac autem cap. 3. statuitur, ut majores causæ, inter quas sane iudicia de Episcopis maxime censentur, *ad Sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit, & beata consuetudo exigit, post iudicium episcopale referantur*. Id appellandi, ubi quis se injuste damnatum senserit, facultatem decernit, quam quidem & a Sardicensi Synodo constitutam, & consuetudine confirmatam ostendimus. Paulo ante ibidem præceptum fuerat, ut causæ etiam *Superioris ordinis*, idest Episcoporum, in Concilio ejusdem Provinciæ terminentur ; nec alicui liceat a iudicio Episcoporum provincialium ad alias convolare Provincias, *sine præiudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri* : quod jus appellationum ad hanc Ecclesiam factum tectum servat.

Observatio in canonem Synodi CP. I. 34. Concludam hoc caput ecclesiastici juris Constantinopolitani Episcopi exemplo. Decretum fuerat in Synodo Constantinopolitana I. anni 381. Episcopo Constantinopolitano *honoris primatus post Romanum Episcopum, propterea quod urbs ipsa sit junior Roma*. Postea Episcopi hujus urbis Nestarius, S. Joannes Chrysostronus, Atticus, Sisinius, & S. Proclus de Episcoporum causis & appellationibus ex variis Orientis Provinciis ad se delatis passim judicarunt : quod deinceps in Calchedonensi confirmatum fuit can. 9. & 17. Id autem cum nullo jure per se attribui posset Episcopo Constantinopolitano, qui ne Metropolitanus quidem fuerat, sed Heracleæ suffraganeus ; suffulciri & defendi cœpit ex memorato canone Concilii Constantinopolitani I. acsi primatus honoris huic sedi tributus, quia est nova Roma, non merum honoris gradum, sed eorundem privilegiorum participationem inferret, ut colligitur ex Calchedonensis Concilii Act. 16. nec non ex ejusdem relatione ad S. Leonem. Quare sicut Romanus Pontifex de episcopalium appellationum causis cognoscebat ; ita etiam Constantinopolitanum posse de iisdem cognoscere ex Constantinopolitanæ Synodi decreto judicatum fuit. Igitur hoc jus Romanæ Sedi per hæc quoque ante Leonem tempora competens, ac præsertim in Occidentalibus Episcoporum causis frequenti usu exertum notissimum esse debuit, ut simile jus in Orientis Episcopos communicato sibi novæ Romæ honore Constantinopolitanus Antistes exercendum putaret. Huic quidem juris prærogativæ Romana Sedes plurimum restitit : non solum quia Constantinopolitanæ Synodi canones olim nec noverat, nec receperat umquam ; verum etiam quia reipsa hæc Synodus nudum honoris gradum post Romanum Episcopum, non autem jus ullum Constantinopolitanis detulerat. Mirum vero nobis maxime accidit, neminem succensere Constantinopolitanis Episcopis, quod Orientalium appellationum jus nullo canone ipsis tributum usurpaverint solo colore unius canonis, qui merum honorem vindicabat ; nonnullos vero usurpati juris accusare Romanos Pontifices, cum illud jus exercere, quod ipsis antiquis Orientalibus & Constantinopolitanis erat certissimum, & non tam consuetudine, quam in Sardicensi Concilio aliisque ecclesiasticis

sticis documentis apertissime asseritur. Quid si non hoc solo ecclesiastico, sed etiam divino jure appellationum causæ Romanæ Sedi competant? de quo exploratissime capite sequenti statuatur.

## C A P U T VII.

*De appellationibus ad Romanam Sedem ex divino jure: & quatenus appellationum jus in primatu radicem habeat.*

1. **H**Oc præcipuum pontificii juris fundamentum est, cui & consuetudo, & ipsum ecclesiasticum jus circa appellationes innititur: unde Valentinianus III. in litteris ad Imperatorem Theodosium, quæ inter Leoninas sunt epist. 55., idem appellationum jus & ex consuetudine, & a Conciliis Apostolicæ Sedi tributum *hujus rei*, idest primatus, *gratia* in Flaviani causa, quæ appellationis causa fuit, eidem asseruit, ut in antecedenti capite vidimus. Hinc etiam Leo primatus jura ab Hilario violata, cum Celidonii appellationi restituisse visus est, cap. 2. epist. 12. conquestus fuit. Quesnellus part. 1. c. 15. dum appellationum consuetudinem repudiatam probare studet, *hujus disciplinae causam* & *originem in episcopalis dignitatis natura* & *sacrosanctis privilegiis fundatam* tradit, hoc est, in jure divino, quod *ius non scriptum* vocat. Hac in hypothese quoties vel antiqua vel recentiore disciplina Episcoporum judicia per appellationem ad Sedem Apostolicam delata fuere, divinum episcopalis dignitatis jus violatum fuisset. Quis tantum commentum in animum utquam inducet? Interest igitur non minimum, pontificium jus circa appellationes e divini juris primatu dimanans explicare & constituere, ne qua injuria episcopalibus judiciis exinde illata credatur. Idem Quesnellus hoc ipsum aliquando pervidit: nam dissert. 16. quam tomo tertio inferemus §. 14. n. 4. aperte declarat, Gallicanos, cum appellationes receperunt, *respexisse ad primatus pontificii dignitatem, ac potentiorum, ut Irenæus loquitur, principalitatem*. Jam in canonibus Ecclesiæ Africanæ communis illa regula inferitur can. 15. apud Dionysium, *ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est major auctoritas, provocare liceat*. Hinc appellationis jus ad Romanum Pontificem in tota Ecclesia negari nequit nisi ab eo, qui *majorem auctoritatem* supra quaslibet totius orbis Ecclesias eidem Summo Pontifici negare cum hæreticis & schismaticis audeat. Hæc autem *major auctoritas* primatui, seu *potentiori principalitati* referenda est. Quatenus vero hoc appellationum jus e pontificio primatu, ac proinde ex divino jure dimanet, ut facilius ac rectius intelligamus, in primigeniam ecclesiasticæ jurisdictionis originem paulisper intendendus est animus: & quid a Christo circa Pontificum Romanorum jus supra Episcopos fuerit institutum, ante est perspicendum: neque enim jura melius, quam ex ipsa institutione & origine cognosci possunt.

2. Omnes Apostolos inter se divina constitutione fuisse æquales, uno Petro excepto, qui Christo deferente non meri ordinis, sed peculiaris jurisdictionis primatum supra omnes obtinuit; ac propterea neminem ceterorum Apostolorum ex divino jure habuisse supra alios jurisdictionem, solum autem Petrum eodem jure divino eam habuisse, inter Catholicos convenit. Cum porro eodem jure Apostolis Episcopi successerint, nec tamen majorem præ illis jurisdictionem Christo instituyente sint consecuti; Petro autem successerit Romanus Pontifex, & cum eadem primatus jurisdictione successerit; consequens fit nullum Episcoporum nisi solum Romanum Pontificem jure divino supra alios Episcopos jurisdictionem accepisse. Ad hanc autem jurisdictionem supra Episcopos pertinet causas Episcoporum cognoscere & judicare: id enim jurisdictionis est, quæ superiori tantummodo competit. Igitur ex Christi institutione ac divino jure nemo singulorum Episcoporum de aliorum Episcoporum causis potest cognoscere & judicare; Romanus autem potest: unde Valentinianus in laudata epist. 55. ad Theodosium inter primatus pontificii jura retulit *generalem potestatem de fide & Sacerdotibus* (idest Episcopis) *judicare*.

3. Hinc quidem nulli Patriarchæ, Metropolitæ nulli jure divino instituti sunt, quibus hæc jurisdictio eodem jure tribuatur; sed omnes ecclesiasticæ institutioni Aliis solum jure ec-

Jus appellationum ex toto Christiano orbe primatui tributum.

Quesnellus fateatur.

Quatenus hoc jus in primatu fundetur.

ficuti

elef. com-  
municata-  
tum, &  
eur.

ficuti originem, ita & auctoritatem referunt. Cum enim Petrus ejusque successores Romani Pontifices nec ubique præsto esse, nec omnibus omnium Episcoporum causis pro suo jure possent ubique opportune prospicere; ecclesiastica institutione provisum fuit ut in singulis Provinciis singuli, & alii rursus in majoribus diocæsibus majorem, quam Episcopatus fert, haberent auctoritatem, vi cujus inter cetera de Episcoporum causis certa ratione ac modo cognoscerent, de quibus ex jure divino solus Petrus ac successores ejus cognoscere potuissent: & hac ratione, quæ sane verissima est, jurisdictione Petri ac successorum ejus peculiaris ex institutione divina, ecclesiastica quodammodo delegatione aliis communicata fuit. Tales sunt illi, qui postea Patriarchæ, vel Metropolitanæ appellati sunt. In hanc autem institutionem ecclesiasticam, quæ proprium Petri ac successorum ejus jus aliis Episcopis communicavit, ipse procul dubio S. Petrus aut successores ejus saltem interpretative, ut ita dicam, consensisse credendi sunt: nemo enim alius per se ea jurisdictione expertus, illam potuisset in quempiam transferre eo inscio, vel invito, qui eandem solus non humano, sed divino jure obtinebat. Vulgata est enim illa juris regula: *Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur*. Quod si Apostoli pro extraordinario Apostolatus jure in universam Ecclesiam, quod in Episcopos successores non transivit, supra Antistites ipsos jurisdictionem habentes potuerunt quibusdam eandem communicare; eamque præterea aliquibus majorum sedium Episcopis reipsa communicasse præsumantur: cum communicassent jurisdictionem, quæ jure ordinario ac divino soli Petro ac successoribus ejus competeat, non sine interpretativo saltem istorum consensu eam communicasse dicendi essent; vel saltem sine ipsorum præjudicio; ne jurisdictione, quæ ordinario & divino jure ad ipsos pertinet, detrimentum caperet.

De cano-  
nibus cir-  
ca jus alio-  
rum Epi-  
scoporum.

4. Hanc autem Patriarcharum, ac Metropolitanarum jurisdictionem Conciliorum canones subinde approbarunt, vel certis finibus prout necessitas vel utilitas flagitabat, coercere: initio vero pluribus in locis immemorabili tantum consuetudine certus modus viguit, certique fines fuerunt præscripti, qui pro lege habebantur, & in canonibus confirmati inveniuntur. Quidquid autem sive canones, sive consuetudo circa hanc jurisdictionem Patriarchis aut Metropolitanis attribuit, cum juris sit & institutionis meræ ecclesiasticæ, primigenio & divino Petri ac Romanorum Pontificum juri præjudicare non potuit: quidquid enim ecclesiastici, immo & apostolici juris est, juri divino ne tantillum quidem decerpere potest. Quæcumque ergo ecclesiastica vel etiam apostolica auctoritate instituta fuerit Patriarcharum, aut Metropolitanarum jurisdictione in Episcoporum causis, salva semper intelligenda est Romanorum Pontificum divini juris auctoritas; adeo ut sicut ante eam institutionem ecclesiasticam isti ex divino jure poterant de causis Episcoporum cognoscere ipsa cognitione prima, ita post eam institutionem æque pro suo jure possint. Quare nec canones, nec consuetudo, sicut nec Apostoli ipsi potuerunt efficere, ut Romani Pontifices, qui soli sunt immediati Episcoporum superiores jure divino, eadem immediata jurisdictione in Episcopos non gaudeant, quæ ex divino jure descendit, nec ut ad ipsos eodem jure non pertineat ipsa episcoporum causarum prima cognitio, si eam, aliis licet ecclesiastica institutione communicatam, ex eodem jure ad se revocare crediderint expedire. Nec si id facerent, alienum jus arripere, & Patriarcharum, vel Metropolitanarum jurisdictionem per injuriam usurpare & infringere, sed proprium jus sibi divina institutione competens repetere & exercere dicendi essent. Hinc nullius quidem injuriæ in Gallicanorum Antistitum privilegia accusari potest Patroclus Arelatensis, cum Proculi Massiliensis, aut Hilarii Narbonensis causam in prima cognitione ad Apostolicam Sedem detulit: nec in ea re usurpati juris notari queunt Zosimi decreta, quæ adversus Proculum pro Arelatensis jure edita, ipse Quænellus part. 2. c. 4. veluti æquissima vindicare studet. Similiter reprehendi nequeunt Valentiniæ Ecclesiæ Clerici, cum Maximi Episcopi causam ad Bonifacium Papam immediate cognoscendam detulere.

Quomodo,  
& quando  
intacto ju-  
re queri

5. Possent quidem nonnullis in circumstantiis contendere, hanc primigenii juris revocationem, si qua inolita in Provinciis judiciorum forma aboleretur, non expedire; eo quod plura exinde incommoda aut scandala sequerentur; quæ ex naturali ac divina lege impedienda sunt; & ut impedirentur quidem, ea ecclesiasti-

siastica institutione provifum fuit : ita ut hanc institutionem licet ecclesiasticam immutare & delere pro repetendo primigenio licet divino jure, fit ea in hypothefi pluribus incommodis & scandalis viam aperire, ac potestatem divini juris velle exerere & exercere in destructionem Ecclesiæ, cum in ædificationem tantummodo collata fuerit. At aliud est quærere, num quid expediat, vel liceat; aliud vero negare potestatem & jus ipsum, quod institutione divina certum fit, & alieni juris usurpationem criminari. Qui de primo solum disputat, si non passione, vel præjudicio aliquo, sed zelo ac veritate ducatur, soliusque boni publici intuitu agat, ut scandala impediatur, & rationes in hanc rem opportunas quibuscumque potest viribus (debita semper observantia & moderatione servata) urgeat atque promoveat, quibus institutionem ecclesiasticam consuetudine firmatam sartam tectam servandam, a novitate autem inducenda abstinendum esse suadeat; at nihil tamen opponat, quod ipsam pontificiam certeque divinam institutionem feriat: non solum nihil peccaverit, verum etiam sancte & laudabiliter faciet. Ita nemo est, qui non plurimum commendat S. Bernardum, cum monasteriorum exemptiones ab Episcoporum jure sola ambitione quæsitæ, & nullo communis utilitatis intuitu, sed pro officiorum magnitudine, vel solo Pontificis arbitrio concessas reprehendit; ab eisque impofterum concedendis Eugenium III. deterrere conatus est, non ea tamen de causa, quod hæc concessio pontificiam auctoritatem excederet, & Episcoporum jus invaderet, ac per injuriam violaret; sed quia opponebatur rationi ac justitiæ late sumptæ, quæ ambitionem & vitia fovere vetat, atque scandalis exinde manantibus aditum occludere jubet. *Sic factitando*, inquit ad Eugenium Pontificem, *probat is vos habere plenitudinem potestatis, sed justitiæ forte non ita. Facitis hoc, quia potestis; sed utrum & debeatis, quæstio est*: & in hoc explicando pluribus prosequitur. Vides hic indicatam distinctionem potestatis seu juris, quod non vocatur in dubium, immo plane asseritur; & executionis (eo quod non expediat) illicitæ; in qua una demonstranda sine læsione juris ac potestatis insistitur. Nec dissimiliter idem Doctor lib. 3. de Confid. ad eundem Eugenium c. 2. & ep. 178. ad Innocentium II. cum appellationibus ad Sedem Apostolicam se se opposuit, in abusibus & scandalis exinde enascentibus insistit, seu in eo quod expediret, intacto semper jure, quod ex primatu dimanare professus est. *Appellatur de toto mundo ad te. Id quidem in testimonium singularis primatus tui. At tu, si sapias, non primatu gaudebis, sed fructu &c.*

6. Si hac eadem methodo atque moderatione uterentur, quicumque pro suarum regionum consuetudinibus, aut institutis veterum canonum conservandis disputant, nihil esset criminandum. At si a quæstione *utrum expediat ac fieri debeat*, quæ una in rebus ejusmodi locum habere potest, transeant ad negandam, vel in dubium revocandam jurisdictionem pontificiam, quæ certissima est ex ipso divino jure; nonne aperta perversio & injuriosa ac injusta disputatio erit? Ita si de prima episcopaliū causarum cognitione Apostolicæ Sedi reservanda ageretur; qui aliorum judicium, ubi alia disciplina viget, jurisdictionem hac perversa & falsa ratione vindicandam putaret, & idcirco Pontifices alieni juris usurpatores traduceret; pro vindicando illorum jure ecclesiastico indubium & alius Pontificum jus a divina institutione manans adoriretur atque violaret: & dum canones atque consuetudines Ecclesiarum, quæ sunt institutionis ecclesiasticæ, in hanc rem afferret ac propugnaret, divinæ institutioni, cui jus pontificium innitur, contraret: immo pugnaret etiam adversus ipsos canones, qui hanc supremam divinæ institutionis jurisdictionem confirmarunt sæpissime, & salvam semper in quibusque ecclesiasticis sanctionibus voluerunt intelligi. Injuriam quoque deberet accusare ipsam Tridentinam Synodum, quæ hanc primam de gravioribus Episcoporum causis cognitionem Romano Pontifici asseruit sess. 13. c. 8. & 24. c. 5. Rationes, quibus hæc reservatio expedire dicenda sit, hic inquirendæ non sunt: de solo enim pontificio jure nobis est quæstio.

7. Hoc autem loco præteriri nequit Quesnelli audacia, cum part. 1. c. 9. Gallicanis Episcopis Arelatensi adhærentibus succenset, quod una cum Vienne[n]si Episcopo controversiam de jure metropolitico sub Ravennio renatam S. Leonis judicio subjecerint. Eodem quoque nomine Patroclum Arelatensem re-

potest, num expediat jus pontificium exercere.

Quatenus id quærendum.

Exemplum S. Bernardi imitandum.

lib. 3. de Confid. c. 4. n. 4.

Duplex quæstio distinguenda.

Animadversio in Quesnellum.

prehendit cap. 16. qui ob similem controversiam Zosimum adiit. Molestè nimium fert hic scriptor, Gallicanas causas ad Apostolicam Sedem dijudicandas deferri: adeo ut si ipse S. Trophimus primus Episcopus Arelatensis ab eadem Apostolica Sede missus in Gallias, obortis aliquot inter Episcopos dissidiis, hæc ad Romanum Pontificem retulisset; dubitare liceat, num aliquid etiam reprehensionis & querelarum sparsisset adversus eundem S. Trophimum, quasi hoc exemplo Gallicanis Ecclesiis præjudicium creasset. Non queritur, quod ea causa ante Leonem & Zosimum in Taurinensi Concilio Episcoporum Italorum examini subiecta fuerit; tametsi illi Itali Episcopi nullo proprio jure Gallicanis præessent. Solius Romani Episcopi, qui in totam Ecclesiam, ac præsertim in Gallicanas a Romana immediate dimanantes jurisdictionem habet, iudicium refugit; ac Gallicanos hoc tribunal adeuntes maximi præjudicii auctores traducit. Hilarium omnibus imitandum proponit, qui ad Leonem profectus, *palam denuntiavit se ad officia, non ad causam venisse, protestandi ordine, non accusandi, quæ acta erant suggerere*. Ita solius Hilarii exemplum suo modo explicatum ceteris præferendum putat. Consuetudinem & canones ingerit, ac si consuetudo & canones pro Romano jure non probarent, vel divinum Apostolicæ Sedis jus ullis canonibus aut consuetudinibus infirmari seu deleri potuerit. Multo autem mirabilior est hæc Quesnelli querela, cum controversia inter Viennensem & Arelatensem ejusmodi esset, quæ nec a Gallicanis Episcopis, nec ab Italis Taurinensis Concilii Patribus definiri, aut componi potuerit. Num perpetuo debebat ebullire ac Episcopos in partes discindere, ne ad Romanum tribunal deferretur? Zosimus quidem agente Patroclo adjudicavit illam Arelatensi. At Zosimi sententia, quam subreptio extorserat ( ut probabimus Part. 2. c. 2. ) per Bonifacium saltem quoad Narbonensem Metropolim emendata, quoad Viennensis quoque jus infirmata credi potuit. Hinc autem cum eadem controversia sub Leone revixerit; ad quem confugiendum erat nisi ad eam Sedem, quæ antea de eadem causa cognoverat atque decreverat? Neque vero S. Leo, cum Ravennii ordinationem approbavit, quicquam de ea controversia pro Arelatensi decidere voluit. Solum enim ipso facto approbavit Arelatensem Episcopum Metropolitanam esse a Viennensi distinctum: nihil autem de peculiari, & ut ita dicamus, individuo Viennensis aut Arelatensis jure constituit. Cum porro ea occasione Episcopi apud Leonem egerint etiam de confirmandis peculiaribus prærogativis Arelatensi sedi a Romana concessis, uti erat jus formatarum & indicendarum synodorum ex universis Galliis; non ne hac præsertim in re, si quid dubii inciderat, justum erat ipsum privilegiorum fontem adire, ut ex certa confirmatione omnis dubitatio tolleretur? Quid præjudicii his in rebus Quesnellus comminiscitur? Num præjudicio esse potest, in controversiis & ambiguitatibus de jurisdictione ecclesiastica inter Gallicanos exortis ab ea Sede sententiam quærere, a qua omnis Gallicanarum Ecclesiarum jurisdictio originem ducit? Neque jus ob S. Trophimi honorem olim quæsitum ingeratur. Numquid enim honor S. Trophimi, qui in Gallias a Romana Sede missus, omnem jurisdictionem ab eadem accepit, in eo collocandus est, ut jus ejusdem Sedis successores ejus haudquaquam agnoscant, & ab eo quasi suis juribus pernicioso maxime caveant? Nonne hæc vel suspicari solius hominis esse potest, qui ob insensum in Romanos Pontifices animum minus recte judicet? Sed red-eamus in viam.

Jus Sedis  
Apostoli-  
cæ in caus-  
is appel-  
lationum.

8. Licet autem in re præsentī non agatur de prima episcopaliū causarum cognitione, de qua pauca quædam attigimus; nemo tamen non videt, hæc si plurimum valent in quæstione de prima earundem causarum cognitione, in quæstione de appellationibus valere multo magis. Si enim Romanus Pontifex ratione primatus ex divino jure potest immediate judicare de Episcoporum causis ipsa cognitione prima; multo magis poterit in causis appellationum, quæ post iudicium Patriarcharum, aut Metropolitanarum in Synodis provincialium ad superiorem ipso jure deferuntur; qualem supra Patriarchas & Metropolitans & supra ipsas provinciales Synodos esse Romanum Antistitem catholicorum nemo

Quid si a-  
licubi alia  
consuetu-  
do vigeat?

dubitat. Quod si in quibusdam regionibus præsertim a Romana Sede remotis antiquo usu receptum fuit, ut hæc quoque causæ a finitimis Episcopis vel a pleniori Synodo cognoscantur, ac terminentur; id ecclesiastica pariter institutio-

ne fuit inductum, non aliquo peculiari jure, quod sive finitimis Episcopis, sive pleniori Concilio divina institutione competeret; sed ob expediendum facilius & celerius negotium, & ne ob longinquitatem itinerum, ac difficilem translationem testium moræ innecterentur longiores, quibus scandala diutius vigerent, & subreptiones aut obreptiones facile irreperent. Igitur in hoc pariter, si res ita ferat, agi poterit eo nomine, quod non expediat novitatem inducere (nam ipsa quidem mutatio consuetudinis, ut notavit Augustinus ep. 118. *etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat*) non vero quod jurisdictio Pontificibus desit. Et siquidem hæc jurisdictio in ejusmodi causis vocaretur in dubium prætextu consuetudinis aut canonum; consuetudo & canones per summum abusum præferrentur divino ac certo juri Romanorum Pontificum, cui omne humanum jus cedat necesse est.

Jus Pontificium numquam negandum.

9. Idem dicatur de canonibus Sardicenis, qui causas appellationum Episcoporum a Romano Pontifice per delegatos in provincia iudices, vel per legatum in eam missum cognoscendas innuunt. Id enim similiter illud respicit, quod credebatur magis expedire, non vero quod pontificium jus hoc limite circumscriptum putaretur: unde can. 4. ejusdem Synodi memorantur causæ episcopales agendæ *in Urbe Roma & in judicio Romani Episcopi determinandæ*. Similiter cum Africani Episcopi in litteris ad Cælestinum insisterent, ut de appellationibus iudicium ferretur in Africa; pro suarum Ecclesiarum disciplina, quam utiliore existimabant, retinenda laborarunt: unde difficultates ejusmodi iudiciorum (si extra Africam instituantur) pravorum *improba refugia*, dolos, ac subreptiones facile irrepentes exposuerunt; quæ ad id quod expedit pertinent: nihil autem impetiverunt pontificium jus, quod toto hoc in negotio intactum eos reliquisset fatis colligitur ex capite antecedenti num. 30.

10. Ingerit Quesnellus sub finem c. 16. illa eorumdem Africanorum, & alia similia Cypriani verba, quibus *negotia quæcumque in suis locis, ubi orta sunt, finiendæ, & causas illic audiri, ubi crimen est admissum*, iustum & rationale dicitur. Idipsum etiam statuerunt Imperatores Valentinianus & Valens L. 10. & 13. Cod. Theod. *de accusat. & inscriptionibus*. Id autem respicit solum quod expedit; & sicut Imperatores iis legibus non sibi ademerunt jus, quod sibi competebat, eandem causas cognoscendi per se ubicumque essent; ita nec laudati Patres recitatis verbis eam jurisdictionem Pontifici denegarunt, quam eidem competere certissime cognoscebant. Quod si nonnullis in locis ipsam jurisdictionem aliquatenus perstrinxisse videntur; novum non est, in disputationis æstu aliqua verba excidere, quæ aliquanto excedunt, & nimis probant quam deberent, & quam ipsi vellent, a quibus illa adhibentur.

Objecta testimonia explicantur. Confer de hoc part. 3. c. 3. n. 2.

11. Opponit Quesnellus paullo post initium c. 14. illa Africanorum, seu Cypriani in libro de Unitate Ecclesiæ: *Episcopatum unum esse atque indivisum, cuius a singulis in solidum pars tenetur*: ac mox transiens ad formam iudiciorum & appellationum in provinciis subdit: *Si quis secus fecisset, & ad extraneos iudices vellet per appellationis libellum confugere, is Episcoporum concordiam coherentem collidere, unitatemque scindere merito putabatur*. Alia Cypriani verba respicit ex epist. 55. Verum quidem est, quod primo loco scripsit Cyprianus, *Episcopatum unum esse, cuius a singulis in solidum pars tenetur*. At cum a Romano Pontifice ea pars teneatur exclusis reliquis, in qua primatus non ordinis, sed præcipuæ jurisdictionis situs est; nec id negetur a Cypriano, qui eundem primatum pluribus statuit; cum negari nequit, quin ejusdem primatus causa supra omnes Episcopos divino jure pares jurisdictionem obtineat; tum negari consequenter nequit, quin eodem jure possit de iisdem iudicare sive in prima, sive in secunda cognitione; & appellatio ad ipsum dici non potest appellatio ad extraneum iudicem, cui jus non competat. Illa porro, *Episcoporum concordiam coherentem collidere*, si ex integro Cypriani textu sumantur, a pontificio jure proscindendo alienissima cognoscentur. De schismaticis enim, qui condemnati Romam confugerant, ut schismati patrocinium quaererent, ait: *Oportet eos quibus præsumus, non circumcursare, nec Episcoporum concordiam coherentem sua subdola ac fallaci temeritate collidere*: quæ non in censuram pontificii juris, sed in detestationem solius temeritatis hominum perfidorum, qui Cornelium Papam cum Cypriano coherentem dolo malo

Cypriani verba expensa.

& fallaciis disjungere nitebantur, ab eodem producta ex contextu liquet. His igitur & similibus testimoniis omissis, quæ ad perstringendum jus pontificium perperam traducuntur, eorum doctissimorum sanctissimorumque pontificum auctoritas sequenda erit, qui idem jus certis principiis fultum alleruerunt: vel ad summum, ubi circumstantiæ videantur postulare, insistendum erit exemplo S. Bernardi, qui jus pontificium proferens, pro solo publico bono & Episcoporum jure ex incommodis alias prodeuntibus cum moderamine & observantia Apostolicæ Sedi debita dimicavit. Hæc æquissima regula est de ejusmodi controversia differendi, quam qui non probe tenet, & consuetudinis aut canonum in provinciis receptorum nomine adversus jus pontificium circa appellationes disputat, divinæ institutionis jurisdictionem perperam impetit, & magno etiam cum scandalo, quod ab impetito primatus jure separari non potest.

Epilogus. 12. Hactenus proposita de appellationum jure ad ea, quæ in re præsentī agenda sunt, sufficiunt: neque enim hanc controversiam agitatam a multis plenissime ad incudem revocare, nec omnia & singula, quæ in eam incidunt, expendere consilium fuit; sed ea tantum exinde delibare & proponere, quæ principii loco esse queant, ut quid in appellatione Celidonii sentiendum sit, judicare possimus. Itaque ut paucis totam hanc disputationem perstringamus, Quesnellus cum causam de Celidonii appellatione c. 14. aggressus est, meram facti quæstionem verbis proposuit, & quid per ea tempora in Gallia obtinuerit, sese expensurum prætulit. At cum hoc factum involveret consuetudinem & canones in Gallia receptos, ex quibus solis jus appellationum Leoni competere potuisse præsumsit, reipsa in quæstione facti juris quæstionem implicuit, & negatis pro appellatione Celidonii consuetudine atque canonibus, Leonem nullo jure de ea cognovisse, novumque jus in Galliis hac cognitione studuisse sibi comparare ostendere voluit, uti c. 4. recitatis ejus verbis demonstratum fuit. Nos vero tum consuetudinem, tum canones appellationum jus in episcopalibus causis Apostolicæ Sedi tribuere duobus antecedentibus capitibus ostendimus. Id autem juris quatenus in prærogativa primatus fundetur, & e jure divino descendat, hoc capite satis explicasse & constituisse nobis videtur. Igitur cum S. Leo, renitente licet S. Hilario Arelatensi, judicavit Celidonii causam; non Hilarius pro consuetudine, nec pro canonibus in Gallia receptis pugnavit; nec Leo contra consuetudinem atque canones quicquam gessit, uti Quesnellus contendit: sed potius Hilarius, si huic judicio uti incompetenti restitisset, consuetudini & canonibus receptis sese opposuisset, immo etiam divinum primatus jus impetisse Leoni videri potuit: hic autem in ea causa judicans fecit, quod poterat jure facere tum ex consuetudine, tum ex regulis canonum, ac præsertim ex prærogativa primatus. Cum vero in Hilario hujus consuetudinis, canonum, & divini juris ignorantiam, & multo minus contemptum nequeamus credere, ne maximam ipsi injuriam appingamus; eum Romano judicio in Celidonii causa ea ratione repugnasse, quod in Leone jus appellationum non agnosceret, haudquaquam putamus.

Hilarii apologia quæ.

13. Alia igitur de causa eum restitisse credimus, quod scilicet hanc causam Romæ cognosci ac judicari non crederet expedire. Quo nomine si circumstantiæ id postulare videbantur, potuit quidem sese modeste opponere, & causas proferre, ita ut pontificium jus intactum relinqueret. Num vero hac moderatione usus sit, facti quæstio est valde obscura, eo quod explorata documenta, quæ totius dissidii circumstantias indicent, nequaquam suppetant. Auctor Vitæ Hilarii moderationem & observantiam tota narratione repræsentat, nec in ejus ad Leonem allocutione, quam c. 17. describit, ullum verbum est, quod dissidium præferat circa jus pontificium, immo Hilarium pontificio juri deferentem satis indicat illis verbis, quibus eum protestatum scribit, *si Leo aliud velit*, nimirum si velit causam definire, *se non futurum molestum*; quæ obsequentem animum & jus non inficiantem exhibent. Virtuti quidem & constantiæ Hilarii adscribit, quod, dum Romæ suum judicium circa Celidonium defendit, *solus tantos sustinuit, quod nequaquam minantes expavit, quod inquirentes edocuit, quod altercantes vicit, quod potentibus non cessit, quod .... communioni suæ, quem cum tantis viris damnaverat, conjungi nullatenus acquievit, quod ..... quos ratione non flexerat, credidit relinquendos: sed*

hac



hæc nimis generalia sunt, ex quibus num disputando modum tenuerit ejus tantum, quod expediret, an vero in hoc ferventius agenti aliqua exciderint, quæ videri possent ipsum jus ferire, colligi nequit. Econtra insolentibus & arrogantibus verbis Hilarium usum, quibus ipsius beati Petri reverentiam minuisse, & potestatem aliqua ratione impetisse visus est, Leo ep. 10. c. 2. & 3. non obscure significat: quod tamen ad contentionem juris circa appellationes necessario referendum non est, cum ipsa in quæstione ejus quod expedit, ferventior contentio aliqua verba exprimere potuerit, quæ auctoritatem Apostolicæ Sedis viderentur impetere. Confer hac in re, quæ dicentur in observat. ad part. 3. c. 1. Auxiliaris Præfectus in epistola ad Hilarium Vitæ hujus inserta c. 17. etsi arrogantia consilium ab eo amoveat, quædam tamen acerbiora, quibus Romanæ aures offenderentur, eidem excidisse indicat. Auctor autem Vitæ, qui illum Romæ fortiter dimicantem exhibuit, pertinacem non fuisse ostendit, cum eundem reversum Arelatum *ad placandum animum S. Leonis inclinata humilitate conversum* tradit: & licet quæ eum *in hac causa dictasse* commemoret, ad apologias pertinere credantur; in his tamen se moderate defendisse, ne pro placando Leone, magis magisque irritaret, indubium videtur.

14. In tanta gestorum obscuritate, dum jus Pontificis non negetur, reprehendere quidem nolumus, qui S. Hilarium moderate vindicare student; at satius credimus judicium Deo reservare, quam temere aliquid definire: quod consilium idem Auctor Vitæ Hilarii proposuit scribens; *Tantum virorum Leonis & Hilarii præsertim jam ad supernam gratiam vocatorum nec in narratione audeo judicium ventilare*. Quesnellus vero omnino coarguendus, qui cum vindicandum fuisse S. Hilarium, ita vindicandum putavit, ut non solum accusarit Leonem, sed ipsum pontificium jus ab Hilario jure impetitum prætulit.

## C A P U T VIII.

### *Duo Leoni objecta in Celidonii negotio refelluntur.*

1. **O**bservationes in primam partem non concludemus, nisi prius duas gravissimas criminationes diluamus, quibus Quesnellus in fine capitis ultimi partis primæ Leonem notare ausus est. Primum eum accusat, quod Celidonium communionis suæ participem faciens, *sacris altaribus interesse passus est, antequam causæ ejus examen de novo institueretur*: quod pluribus canonibus vetitum prodit. De Celidonio scilicet interpretandum credit eum locum Vitæ Hilarii c. 17. quo hic coram Leone questus est, *aliquos apud Gallias publicam merito excepisse sententiam, & in Urbe sacris altaribus interesse*. At in primis de legitima sententia a legitimo iudice edita canones loquuntur. Sententiam autem Hilarii in Celidonium ab incompetenti iudice latam vidimus; unde Celidonium incompetenter depositum Valentinianus tradidit. Sententiam autem ejusmodi manifeste nullam & irritam qui canones servandam tradidere?

De Celidonio in communionem suscepto post depositionem ab Hilario decretam. Quo jure.

2. Deinde canones, qui allegantur, cum excommunicatos ab aliis recipi vetant, a legitimæ appellationis circumstantiis præsciunt, & num idipsum hoc quoque interpositæ appellationis casu servandum sit, nullo indicio significant. Appellationem quidem legitime interpositam, nisi quid speciè excipiatur, sententiæ effectum suspendere, generalis ac notissima regula est, quam idem Quesnellus profitetur dissert. 8. n. 1. Enimvero cum in Sardicensi Concilio sermo esset de casu appellationis ad Romanum Pontificem ab eo interpositæ, qui depositus fuerat; decretum fuit can. 4. ut appellatione pendente nullus in locum ejus ordinetur; quod sane depositionis effectum ipsa appellatione suspensum præsumit: unius enim Episcopi legitima depositio alterius ordinationem inferebat. Si autem depositionis effectus suspendendus erat quoad ordinationem alterius, consequens videbatur quod ipsa depositio haberetur suspensa, ita ut ille adhuc Episcopus habendus esset, quoad ipsius causâ novo iudicio determinaretur. Hinc forte in eodem canone ejusmodi Episcopus non absolute *depositus* dicitur, sed *qui videtur esse depositus*, ac si per appellationem effectum suspensivo in Episcopatus gradu persisteret, & communionem episcopali, seu in gradu Episcopi recipi posset præsertim ab eo, ad quem appellavit.

3. Hanc

Disciplina  
Romanæ  
Ecclesiæ.

3. Hanc quidem disciplinam obtinuisse apud Romanam Ecclesiam, ut quicumque a gradu suo depositi, & communione sui gradus privati ad Sedem Apostolicam appellarent, iis communio in suo gradu traderetur, quoad causam non esset determinata, palam fit ex facto Apiarii Presbyteri, quem (ut scripserunt Africani Episcopi in epistola ad Cælestinum Pontificem) *tua sanctitas credens appellasse, quod probare non potuit, communioni reddiderat*: ubi ratio reddendæ Apiario communionis non in novum iudicium, quod nondum habitum fuerat, sed in ipsam appellationem refertur: neque hoc reprobatur ab Afris, nisi quatenus appellatio interposita vere non fuit, nec probari potuit. Hanc eandem Romanæ Ecclesiæ praxim factum Lupicini Episcopi Africani, cui deposito ante iudicium secundæ cognitionis *communione hac ratione reddidimus*, inquit Leo ep. 12. c. 12. (quod caput a suppositionis nota luculenter vindicavimus) *quoniam cum ad nostrum iudicium provocasset, immerito eum pendente negotio a communione videbamus fuisse suspensum*. Vides manifeste appellationi effectum suspensivum tribui, ita ut Lupicino tamquam adhuc Episcopo communio reddita fuerit. Hanc ergo Romanam disciplinam idem Leo pariter secutus est, cum Celidonium, qui ob impactum bigamiæ impedimentum depositus fuerat, appellatione interposita, ante ipsum Romanum de eo iudicium in suo gradu sacris interesse permittens communioni reddidit.

Quam iure imperialis auctoritas interposita.

4. Altera Quesnelli adversus Leonem criminatio est, qua illum *ecclesiastici moris nonnihil oblitum* tradit, cum per imperatoriam sanctionem Gallicanæ Ecclesiæ consuetudini derogare primus tentavit, illudque a Valentiniano III. *edictum elicuit: Ne quid tam Episcopis Gallicanis, quam aliarum provinciarum liceat sine viri venerabilis Papæ Urbis aeternæ auctoritate tentare; sed illis omnibusque pro lege sit quidquid sanxit, vel sanxerit Apostolica Sedis auctoritas*: & post pauca de Leone queritur: *Dum sæculares potestates adversus Hilarium totamque Ecclesiam Gallicanam commovit*. Valentiniani III. lex intelligitur, inter Leoninas ep. 11. eo consilio edita, ut executioni efficaciter mandaretur ea Leonis ad Viennenses epistola, qua Hilarius compecebatur, ne aliorum Metropolitanarum jura usurparet, ne incompetencia iudicia exerceret, appellationibus resisteret, totamque Gallicanam Ecclesiam suo libito regeret. Qui in hoc imperialem potestatem adhibitam queritur, Leonis gesta contra jus, seu in oppressionem alieni juris fuisse præsumit. Nam sæcularem potestatem invocari pro jure observando & ad cogendos inobedientes, quis reprehendere potest? Plura vetustiora sanctissimorum Episcoporum & Pontificum exempla, quæ nemo coarguet, id satis vindicant. Jus quidem in eo fuisse Hilario Quesnellus ostendere nisus est. At quam irrito conatu laboraverit, in causâ Celidonii jam vidimus, in Projecti autem causâ parte sequenti videbimus. Sola ergo falsa præsumptione Quesnelli criminatio innititur. Multo autem magis imperiali auctoritate opus erat adversus Hilarium, si quidem militari manu, armatoque præsidio in sua consilia contra alienum jus abusus ferebatur, ut Leo & Valentinianus testantur. Num in Hilario reprehendi nequit sæcularem potestatem contra jus adhibere; in Leone autem reprehendetur, cum pro jure & observantia canonum eandem invocavit, ut ille cohiberetur, qui Patricio Prætorioque præsidio fultus abutebatur? Nonne *regia potestate coercendi, qui turbant Ecclesiam*, ut in postilla marginali notavit idem Quesnellus ad cap. 1. epist. 118.? Non soli hæretici vel schismatici, sed etiam qui zelo nimio ac præpotenti feruntur, ita Ecclesiam turbare, & scandala excitare queunt, ut regia potestate in subsidium advocata merito compefcantur. Si Quesnellus Romanæ Sedis potestatem in iudiciis & appellationibus ea lege approbatam queritur; quo jure hæc approbatio nitatur jam demonstratum est. In appellationum quidem causis multo ante imperialem legem a Gratiano petendam Romana Synodus non dubitavit. Vide epistolam Synodi, & ipsam legem Gratiani apud Coustantium tom. 1. epist. Rom. Pont. inter Damasi epistolas num. 6. & 7. Si vero potissimum displicet imperiali sanctione fuisse præscriptam obedientiam legibus pontificiis, nonne Apostolicæ Sedis ratione primatus jure divino obedientiam omnes debere, Ecclesia Catholica etiam Gallicana semper professæ est? Non itaque Leo cum imperialem legem obtinuit, sed verius Quesnellus cum hanc censuram scripsit, *ecclesiastici non tam moris, quam juris oblitus est*.

# OBSERVATIONES IN SECUNDAM PARTEM

De caussa Projecti : ubi de ecclesiasticis Galliarum provinciis ac metropolibus.

## CAPUT PRIMUM.

*Duo accusationum capita adversus S. Hilarium Arelatensem in Projecti caussa a Quesnello perperam constituta ostenduntur.*



1. D duo accusationis genera Quesnellus revocat, quæ Hilario in Projecti negotio objiciuntur. Unum, quod Projecto ægrotanti successorem superordinaverit, idque egerit non expectatis civium votis, testimonio plebis, honoratorum arbitrio, electione Clericorum. Alterum, quod in aliena provincia hanc ordinationem patriverit. Primum cum probare non posset, in suspicionem adducere studuit, propterea quod *a solis Hilarii adversariis hæc testata habeamus*. Cum autem fateatur nullam hujus rei nisi apud Leonem haberi mentionem, qui ex ipsius Projecti ac civium ejusdem urbis litteris rem gestam describit; adversarios Hilarii Quesnellus habuisse dicendus est, si non Leonem judicem, certe Projectum Episcopum & cives ejusdem urbis: adeo ut de his etiam intelligenda sint illa, quæ ab eo subjiciuntur, nimirum hæc objecta *tam esse indigna episcopali viro sacrorum canonum disciplinaeque studio, qualem Hilarium exhibent tot Gallicanæ Synodi, quæ ipso agente ac præside celebratæ sunt, ut merito inter adversariorum invidiorumque calumnias numeranda sint*. Incredible maxime est Projectum, & cives ejus per calumniam Hilarium gravasse, & hisce calumniis Leonem facile credidisse, remque inseruisse publicæ epistolæ, quæ de calumnia facile revinci posset. Quid quod non solus Leo, sed etiam Valentinianus Imperator hoc factum in lege publica satis indicavit? Huc enim pertinent illa epist. 11. *Indecenter alios ( Episcopos ) invititis & repugnantibus civibus ordinavit*. Hanc quoque calumniam Imperatorem e Leone ebibisse Quesnellus affirmare potest. At cum nullum antiquum testem alleget, qui contrarium subindicet, apud neminem fidem inveniet. Ipsum silentium auctoris Vitæ Hilarii, qui totus est in ejus laudibus atque vindiciis, nihil calumniosum in hoc negotio a Leone traditum innuit. Cum enim non ignorantur Leonis litteræ quæ hoc factum præcipue taxant, si calumniæ fuisset obnoxium, eam detegere auctor non prætermisisset.

Narratio Leonis perperam in suspicionem falsi adducta.

2. Hanc Hilarii defensionem satis infirmam Quesnellus vidit, cum parte 3. cap. 4. aliam vindicandi rationem inivit. Etsi enim satis credibile existimet (ut & nos credimus) virum tam sanctum non præsumptione aliqua, sed zelo ob aliquot nobis ignotas circumstantias ad hanc ordinationem perinde agendam ductum fuisse; cum tamen rem hanc adversus canones gestam negare non possit, condonandum nihilominus putat sancto viro, *dum variis Ecclesiarum negotiis emergentibus incumbens, aliqua paullo nimis præcipitanter exequitur, ut ad alia zelo disciplinae accensus properaret*. Hanc excusationem, dum S. Hilarium a malitia purgans, Leonem non accusat, libenter accipimus. Sufficit ad vindicandam Leonis de Hilario censuram, si iste contra disciplinam egisse, ipso fatente Quesnello, dicendus sit. Immo hoc præcipitantis Hilarii exemplum in re tanta probabile efficit etiam in Celidonii caussa simili præcipitantia usum fuisse; ut mirum non sit, si in eo judicio deceptus fuit. Satis de prima accusationis parte.

3. Plura dicenda erunt de secunda, in qua Quesnellus pluribus disputat, cum videat eam criminationem, qua *in aliena provincia ordinatio ab Hilario usur-* Hilarius ordinavit Episco-

pum in  
aliena pro-  
vincia.

usurpata traditur, si vera sit, haud facile posse excusari. Pauca quidem & hac in parte sufficerent, cum Leoni alienam provinciam testanti citius credendum sit, quam Quesnello solis imbecillibus conjectationibus neganti. Cujus enim Ecclesiae Episcopus fuerit Projectus, cui Hilarium superordinavit successorem, nemo prodidit. Quesnellus autem conjectando existimat fuisse Episcopum provinciae Narbonensis primae, quam Arelatenfi subditam contendit. Cum vero Projectus alienae provinciae Episcopus a Leone tradatur; ex hoc Leonis testimonio alterutrum inferendum erat, vel Projectum non fuisse Episcopum in Narbonensi i. si haec ad Arelatensem pertinebat; vel si fuit Episcopus in eadem provincia Narbonensi, eam ad Arelateniẽ nihilum pertinuisse.

Projectus  
Episcopus  
provinciae  
Narbonen-  
sis i.  
epist. 10.  
c. 4.

4. Nos quidem probabilissimum credimus, Projectum fuisse Episcopum in prima Narbonensi; eam enim lectionem Leonini textus ex MSS. praeulimus: *Quid sibi Hilarius quaerit in aliena provincia, & id quod nullus decessorum ipsius ante Patroclum habuit, quid usurpat? cum & ipsum, quod Patroclo a Sede Apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit sententia meliori sublatum.* Indicatur enim his verbis Episcopatus alienae provinciae, quam Patroclus quidem Zosimo concedente obtinuerat, sed postmodum retractata Zosimi concessione amiserat; ita ut Leonis tempore aliena esset. De sola autem Narbonensi prima id verum est, quippe quam solam Narbonensi Episcopo metropolitano ademptam Patroclo primum tradidit Zosimus; & dein Bonifacius Patroclo sublatam, expresse Narbonensi Episcopo restituerat. Igitur in hac Episcopus erat Projectus, cui Hilarius cum superordinavit successorem, ordinationem in aliena provincia quaesivit. Haec autem ordinatio contigisse videtur post iudicium in causa Celidonii Vefontione habitum, adeo ut Hilarius Vefontione in Narbonensem primam profectus, celeriter ordinaverit Episcopum, ut mox Romam adversus Celidonium pergeret. Sic enim commode intelliguntur illa Leonis ep. 10. c. 5. *Cursu, ut didicimus, celeri itinera multa conficiens, & per longinquas provincias ... discurrens &c.* Magnum provinciarum intervallum inter Vefontionem in Maxima Sequanorum, & Narbonensem primam intercedit: quod non verificaretur, si Hilarius Arelate in Narbonensem provinciam transisset. Hinc etiam Projecti querela post exactum Romanum de Celidonio iudicium ad Leonem delata traditur, cum Hilarius jam Roma excessisset.

Quae esset  
melior Hi-  
larii excu-  
satio.

5. Haec quidem ordinatio in aliena provincia peracta, ab usurpatione alieni juris vindicari aliqua ratione posset, si Metropolitanis assensu peracta diceretur. Id autem videntur innuere illa Leonis verba c. 6. ubi de ordinationibus, quae Metropolitanis singularum provinciarum competunt, loquens ait: *Alienum jus alter sibi non audeat vindicare, suis limitibus, suis terminis sit unusquisque contentus; & privilegium sibi debitum in alium transferre se posse noverit non licere. Quod si quis negligens apostolicas sanctiones plus gratiae tribuens personali (haec Hilarium videntur respicere) sui honoris desertor esse voluerit, privilegium suum in alium transferre posse se credens; non is cui cesserit, sed is qui intra Provinciam antiquitate episcopali ceteros praevenerit Sacerdotes, ordinandi sibi vindicet potestatem.* Haec tam sollicitè declarata & constituta non fuissent in causa Hilarii, nisi personali huius gratiae privilegium suum Metropolitanæ, & in his Narbonensis Episcopus, detulissent.

Quid  
Quesnel-  
lus.

6. Hoc tamen vindiciarum genere, quod apostolicis decretis reprobatur, Quesnellus non contentus, eam Hilarii defensionem multo conatu extulit, quae pro jure suo Hilarium egisse praefert; & hanc ordinationem non in aliena, ut Leo tradidit, sed in propria Arelatenfi provincia peractam statuere nisus est: quod sequenti capite expendetur.

## C A P U T II.

*Ordinatio in aliena Provincia ab Hilario peracta demonstratur. Narbonensis prima Narbonensi Metropolitæ semper subiecta, abjudicatur a Metropolitanò Arelatensi. Zosimo subreptum fuit a Patroclo circa missionem S. Trophimi.*

1. **Q**uesnellus ut suam sententiam propugnet, cum multa de Arelatensis sedis jure pluribus capitulis congerit, tum vero quæ ad rem præsentem spectant, huc revocantur. Id primum contendit Arelatensem Episcopum jam ab initio metropolitici juris præfuisse toti Narbonensi solidæ, ac propterea subiectam habuisse Provinciam Narbonensem I. in qua Hilarius Projecti successorem ordinavit; adeo ut per meram subreptionem Narbonenses Episcopi eam sibi posterius asseruerint; quod tamen per decretum Zosimi, reintegrato Arelatensis jure, cassatum fuit. Cum vero negare non posset Zosimi successores Bonifacium I. & Cælestinum pro metropolitico Narbonensis Episcopi jure in eandem Provinciam decreta tulisse, quæ Zosimi constituta ea in parte rescindunt; id secundo contendit, ex antiquo Arelatensis Ecclesiæ jure hæc decreta effectum non fuisse sortita in Galliis; & idcirco Hilarium, cum Projecto successorem dedit, in sua, non autem in aliena Provincia Episcopum ordinasse.

Quesnelli  
sententia  
& funda-  
menta.

2. Hæc duo quæstionis capita, ut quam brevius fieri queat, exsolvantur, quoad primum ad tempora Zosimo anteriora spectans, pro metropolitico jure Narbonensis Episcopi in Narbonensem primam certum documentum litterarum apostolicarum Hilarius Narbonensis ad ipsum Zosimum miserat. Nullum antiquius documentum indicatur, quod pro Arelatensi oppositum fuerit. Solum Zosimus epist. 6. ad Hilarium Narbonensem hoc apostolicum Narbonensis sedis privilegium affirmavit subreptitium: *Evacuato eo, quod obrinuisse a Sede Apostolica subreptitie comprobatis*: & epist. 1. ad Episcopos Galliarum c. 2. Arelatensem sedem ordinationum jus in utramque Narbonensem *semper habuisse* discrete prodidit. In his & similibus unius tantum Zosimi testimoniis tota Quesnelli auctoritas est. At contra Zosimum testatur Leo neminem Episcoporum Arelatensium *ante Patroclum* in eam Provinciam, in qua erat Projectus, ordinationum jus sibi vindicasse. *Id quod nullus prædecessorum ipsius ante Patroclum habuit, quid usurpat?* Tota igitur lis his duobus contrariis testibus fulta ex eo pendet, utri potius credendum sit, Zosimone affirmanti antiquum jus Episcopi Arelatensis in primam Narbonensem, an Leoni neganti. Pro deceptione autem Zosimi non levis præsumptio est.

Narbon.  
Episcopus  
ante Zosi-  
mum fuit  
Metropo-  
lita.

3. Hunc Pontificem Patroclo Arelatensi nimium fidisse ac ab eodem præsentem malis artibus circumventum fuisse & deceptum, ex Herotis causâ certissimum est. Acceptus scilicet erat apud Zosimum Patroclus, eo quod amicitia & patrociniò fungebatur Constantii Consulis & magistri militiæ, *cujus per ipsum gratia*, inquit Prosper, *quærebatur*. Cum vero Herotis sedem invasisset, e re sua erat ut Heros a Zosimo damnaretur, sicque se in Arelatensi sede firmaret. Sicut autem quæ hoc consilio Heroti Patroclus imposuit, Zosimus nimium credulus ebibit, & litteris tradidit; ita etiam facile suscepit, & ingessit, quæ ille venditavit pro Arelatensis sedis jure in Narbonensem I., ut ne hæc majorem fidem mereantur, quam quæ adversus Herotem opposuit. Neque magis probant *gesta & multorum consacerdotum* testimonia, quæ pro Arelatensis sedis prærogativa Zosimus memorat epist. 6. ad Hilarium Narbonensem c. 1. Patroclo enim homini fraudolento atque violento facile fuerit in suum favorem ac sensum eos Episcopos captivare, quibus *infami mercatu sacerdotia venditabat* teste Prospero Tirone in Chronico ad annum XX. Imperatoris Theodosii. Alii autem fortasse non tam fallaciis, quam metu compulsi fuerunt, ne eum adversarium haberent, qui Constantii favore fretus Herotem persequeretur. Quid quod hi testes & gesta ex eorundem testificationibus in eo versabantur, ut institutionem metropolitici juris Arelatensis referrent in S. Trophimum, a quo jus ordinationum in ipsam Narbonensem primam ad Arelatenses successores suos transmissum, & *custoditum usque in proximum tempus, gestis apud nos habitis*,

Epist. 10.  
c. 4.

Zosimus  
& Patro-  
clo dece-  
ptus.

In Chro-  
nico ad  
an. 412.

*multorum consecratorum testimoniis approbatur*. Sic enim Zosimus eadem ep. 6. c. 1. Quæ autem de hac Trophimi missione ex eorundem utique gestorum ac testium fide ab hoc Pontifice traduntur, nonnulla falsitatis indicia præferunt, quæ ipsa gesta ac testes satis in suspicionem adducunt.

Falsitatis indicia in narratione de antiquitate missionis S. Trophimi.

4. Primo Zosimus Trophimi missionem affirmat primam omnium in Gallias, adeo ut *ex ejus fonte totas Gallias rivulos accepisse* tradat ep. 1. ad Episcopos per Gallias & septem Provincias constitutos. Et ep. 6. ad Hilarium Narbonensem de ordinationibus Episcoporum Provinciæ Viennensis ac duarum Narbonensium sermonem faciens, *Ad illas regiones*, inquit, *tanti nominis* (idest Episcopatus) *reverentiam* (Trophimus) *primus exhibuit*, & *in alios* (seu potius *in alias*) *non immerito ea, quam acceperat, auctoritate transfudit*. Hæc ut vera essent, oporteret S. Trophimi missionem ad apostolica tempora invehere ante SS. Pothinum & Irenæum, quibus Episcopis ineunte sæculo secundo Lugdunensis & Viennensis Ecclesiæ florebant. Hanc quidem apostolicam ætatem Trophimi missioni tribuunt Episcopi Arelatensi Metropolitæ faventes in libello supplici ad Leonem Papam ep. 65. inter Leoninas, dum a S. Petro & ab Apostolis S. Trophimum Arelatem missum tradunt, & *exinde aliis paullatim regionibus Galliarum donum fidei & religionis infusum*. Hæc quæ nota affirmantur omnibus Gallis, & apostolicis documentis probata, ex litteris Zosimi pendent, quæ in Galliis vulgatæ jam fuerant. Hinc tota hujus antiquitatis auctoritas ad Zosimum, seu ad Patroclum & consecratos ejusdem a Zosimo allegatos revocatur. Patroclo autem necessarium erat apostolicitatem ingerere, ut suam sedem Arelatensem Viennensi, cum qua potissimum contendebat, anteriorem & matrem suaderet. Hæc vero apostolicæ ætatis antiquitas palam refellitur a vetustiore scriptore Gallo Sulpicio Severo, qui nullius partis studio ductus, rerumque antiquarum præsertim Gallicanarum peritus, christianam religionem in Gallias *serius* illatam sincere professus est lib. 2. cap. 32. Hist. Sacræ: *Serius trans alpes Dei religione suscepta*. Diptyca etiam Arelatensis Ecclesiæ a Mabillonio edita tom. 3. Analector. pag. 432. hanc apostolicam antiquitatem excludunt: quatuor enim tantum Episcopos referunt ad Marinum usque, qui an. 314. Arelatensi I. Synodo interfuit. Hinc in Taurinensi Synodo, ubi ante Zosimum causa inter Arelatensem & Viennensem summa contentione agitata fuit, & *allegationes Episcoporum auditæ* traduntur, Arelatensis (1) Episcopus vel hanc apostolicam Trophimi missionem non produxit, quia eam a majoribus non acceperat; vel si produxit, nullo idoneo documento probare potuit: alias causa certo certius adjudicata fuisset eidem Episcopo, qui ex hac tam vetusta missione suam Ecclesiam ipsius Viennensis matrem satis superque demonstrasset. Hæc vetustiora Zosimo documenta imposturæ Patrocli indicia sunt manifesta; adeo ut ipse Quesnellus hanc apostolicitatem missionis S. Trophimi non tam deserere, quam falsitatis notare non dubitet. Vide ejus Notas in ep. 65. ubi de S. Trophimi missione a B. Petro Apostolo ait: *Et hoc ego falsissimum puto*. Hanc quidem missionem ad Decii tempora, idest ad medium tertium sæculum, Gregorius Turonensis retulit: nec nisi ex præjudicio ac fide testimonii Zosimi, seu verius Patrocli, ac Gallicanorum, qui Zosimum, seu Patroclum sequuti sunt, ejus sententiam nonnulli reliquerunt.

De origine religionis in Galliis.

Arelatensis sedis initia non sunt apostolica.

Seræ Metropoles eccles. in Galliis.

5. Alia porro evidentior impostura elucet in illis, quibus S. Trophimus *primus Metropolitanus Arelatensis civitatis ex hac sede directus* traditur ep. 5. ac ex eodem *semper* idem jus metropoliticum a successoribus ipsius custoditum proditur ep. 6. Id tam falsum est, quam quod falsissimum. Per ea enim antiqua tempora, quibus S. Trophimus in Gallias missus fuit, quibusque persecutiones efferbuerunt, nullus in Galliis metropolitam dignitatem obtinuit. In hoc ipse Quesnellus ultro consentit part. 1. c. 13. n. 8. ubi de ea Hierarchiæ forma loquens, qua Metropolitanis Episcopi subjiciuntur, ait: *Quod ante Synodi Nicænæ tempora difficillimum est deprehendere*. Et c. 12. hanc hierarchicam institutionem illa tempestate *quære præsertim in Gallia transalpina, quæ fidem*

(1) Id quoque Tillemontius paullo dissimiliter innuit tom. 10. pag. 681. *Pour ce qui regard les Eglises d' Arles & de Vienne, soit que l' Evêque d' Arles se fût servi de son argument de S. Trophime, soit qu' on ne l' eust pas encore inventé, il est visible que le Concile de Turin n' y eut point d' égard.*

*fidem sero admisit, hominis est, inquit, antiqua novaque miscentis. Confer quæ de feris Gallicanarum Metropoleon initiis dicuntur cap. 3. §. 2. Quodsi una cum Trophimo sex alii Episcopi in Gallias missi fuere ad fidem ibidem spargendam ac instituendas Ecclesias, ut cum Gregorio Turonensi idem Quesnellus censet part. 1. c. 13. n. 9. & in Notis laudatis ad ep. 65., non major ratio est, cur Trophimo potius, quam aliis sex Episcopis idem jus metropoliticum, quod pro jure ordinationum accipitur, tributum dicatur: ac inter hos jus idem traditum fuisset socio ejus Paulo, qui primus præfuit Narbonensi civitati eo tempore Metropoli totius Provinciæ, quæ idcirco Narbonensis appellabatur. Hæc falsitatum indicia, Zosimo Patrocli & fautorum ejus fallaciis affecta noscuntur: unde jure Tillemontius not. 1. in Vitam S. Dionysii Parisiensis tom. 4. pag. 707. non dubitavit scribere: *La mission de S. Trophime par les Apostres & par S. Pierre n'estant fondée que sur des auteurs, qui ne l'avancent, que pour soutenir une pretention que l'on peut assurer estre insoutenable, & dans la quel Mr. de Marca (de primis Galliar. Episc. c. 13.) avoue que Patrocle avoit surpris Zosime par ses mensonges, obreptum Zosimo per falsam Patrocli suggestionem, il n'y a guere lieu de s'y vouloir arrester.* Et not. 2. in Zosimi vitam tom. 10. pag. 838. ait: *Tout cela est fondé sur la bonne foy de Patrocle, a qui on peut attribuer toutes sortes des mensonges sans faire tort a sa reputation.* Similiter Faidit, seu auctor Gallus operis inscripti *Eclaircissements sur la doctrine & sur l'histoire ecclesiastique des deux premiers siecles a Maastricht an. 1695. pag. 157.* hæc in ipso titulo seu synopsis præfert: *Que la tradition, qui fait envoyer S. Trophime par S. Pierre dans les Gaules, pour les convertir a la foy, est une fable inventée par Patrocle d'Arles, pour appuyer ses pretentions de Metropolitan sur Vienne. Conjectures que S. Trophime ne vint a Arles que vers l'an. 255. & y remplit la place de Marcien. Preuves que d'autres avant luy avoient prêché la foy en France, & y avoient fondez des Eglises le 1. & 11. siecle.**

6. Ubi vero hæc imposturæ & obreptionis argumenta sunt, quis Zosimi testimonium Episcopi Arelatensis antiquum jus affirmantis in Narbonensem I. præferendum credat testimonio Leonis, qui hoc jus nemini ante Patroclum fuisse affirmavit? Numquid similia obreptionis & fallaciæ argumenta in Leone indicari queunt? Zosimus solius Patrocli & fautorum ejus suggestionibus, qui Romam accesserant, hoc negotium transegit Hilario Narbonensi absente, & ignorante quæ ab illis ingesta fuerant. Postulante enim per litteras Zosimo, ut de suo jure documenta transmitteret, satis aptas credidit apostolicas litteras, quæ suæ sedis prærogativam & possessionem firmabant, nec absens potuit respondere testibus, quibus Patroclus Zosimo obrepsit. At S. Leo de obreptione Zosimi satis edoctus fuit posterioribus decretis Bonifacii & Cælestini, quibus Zosimi decreta retractata fuere: hi enim Pontifices non ita statim Zosimi prædecessoris sui decreta abrogassent in favorem Narbonensis sedis, nisi eum a Patroclo deceptum, & S. Trophimi narrationem confictam detexissent. Præterea S. Leo cum post ordinationem Ravennii Gallorum Episcoporum Arelatensis sedis fautorum preces accepit, in quibus eadem Zosimi decreta eademque S. Trophimi narratio ingerebatur, ut eadem sedes Viennensi præferretur; utriusque partis allegationes a Clericis presentibus traditas accurate expendit; nec tamen quoad Trophimi missionem quicquam invenit, ex quo causam Arelatensi addiceret. Solum cum semper utraq; civitates Arelatensem & Viennensem claras fuisse reperisset, ut quarundam causarum alterna ratione, nunc illa in ecclesiasticis privilegiis, nunc ista præcelleret; eam Provinciæ divisionem constituit, quam Taurinense Concilium suaserat: Narbonensi autem Episcopo jus suum in Narbonensem I. intactum reliquit; & sicut is hoc jus apostolico privilegio firmatum olim obtinuerat, ita etiam post Leonis decretum semper obtinuit.

7. Hinc porro tertium Quesnelli caput eliditur, quo ita Arelatense jus in hanc Provinciam extulit, ut Bonifacii decretum subreptitium & in Galliis non receptum ingesserit. At quoad subreptionem, cum subreptitia ostenderimus decreta Zosimi, quæ in Patrocli violenti & vaferrimi gratiam Narbonensem I. contra veterem usum, & contra apostolicum privilegium Arelatensi sedi subjecerant; quomodo subreptionis notari potest decretum Bonifacii, quo impacta Zo-

Comparatio testimoniorum Zosimi & Leonis.

Bonifacii decretum pro Narbonensi vindicatur.

fimo subreptio recisa fuit? Non meminit quidem Bonifacius rescriptorum Zosimi. Cum vero ea tam solemnia fuerint, & Bonifacio Romanæ Ecclesiæ Presbytero præsentate edita, eundem latere non potuerunt: quod satis est, ut ejusdem silentium in obreptionis & ignorantiae suspicionem adduci nequeat. Nec opus fuit audire vel Patroclum Arelatensem, quem per fraudes Zosimum decipisse exploratum erat, vel Hilarium Narbonensem, pro quo satis loquebantur litteræ, quas una cum apostolico suæ sedis privilegio ad Zosimum misisse Bonifacius tum Romæ præsentis sciebat. Quomodo tandem obreptitium dici potest hujus Pontificis decretum, quod a nullo Bonifacii successore revocatum, immo veluti omnino ratum & justum a Cælestino confirmatum fuit; & cujus causâ Leo in epist. 10. affirmavit: *Idipsum, quod Patroclo a Sede Apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum esse sententia meliore sublatum; & ita sublatum, ut Narbonensis Episcopus eodem jure semper potitus sit? Videbatur concessum*, inquit S. Leo: quia decretum Zosimi ob fraudolentiam & notoriam subreptionem irritum habuit. Quesnellus autem ut hoc decretum propugnet, non tam Bonifacio, quam Cælestino & Leoni deceptionem impingere non veretur.

Receptum  
in Galliis.

8. Quæ porro conjecturæ a Quesnello afferuntur cap. 5. ut Bonifacii decretum in Galliis usum non receptum, nec effectum sortitum ostendat, adeo incongruæ & exiles ac longius quæsita sunt, ut per se nihil conficiant. Usus, quo effectus probetur, a factis pendet. Unicum autem factum Lutubensis Ecclesiæ, quod hæcenus proditum sit, ad provinciam Narbonensem I. pertinet; & istud præterea Bonifacii constitutione posterius non est. In hoc autem ipso facto solus Patroclus Zosimi decretum in usum perducitur, Lutubensibus Episcopum dare contendit. At cum Zosimo subreptum scirent ejusdem Ecclesiæ Clerus & populus, legatos ad Bonifacium misere, qui de Patroclo quæsti sunt inter cetera hoc nomine, quod *in aliena provincia prætermisso Metropolitanano contra Patrum regulas ordinasset*. Hic autem Pontifex nullam rationem habens rescriptorum Zosimi, quæ non ignorabat, adeo ea irrita censuit, ut ad Hilarium Narbonensem scripserit epist. 12. *Nostri auctoritate commonitus, quod quidem facere sponte deberes, desiderii supplicantium & voluntate respecta, ad eundem locum, in quo ordinatio talis celebrata dicitur, Metropolitanam jure munitus, & præceptionibus nostris fretus accede: intelligens arbitrio tuo secundum regulas Patrum quæcumque faciendæ sunt, a nobis esse concessa; ita ut peractis omnibus, Apostolicæ Sedi, quidquid statueris, te referente clarescat, cui totius provinciæ ordinationem liquet esse mandatam*. Non dicit se hoc decreto mandare, sed *liquere esse mandatum*, antiquo scilicet suæ sedis jure, cui subreptitias Zosimi constitutiones reipsa non derogasse credidisse videtur: unde eum affirmavit *sponte sua* jam potuisse idipsum facere, ut auctoritate apostolica, qua Zosimi constituta rescinderentur, non indigeret. Ne quid vero dubii superesset, eundem Metropolitanum ejus provinciæ hac epistola declaravit confirmavitque, ne fortassis cuiquam Zosimi decreta impedimento esse crederentur. Post hoc autem Bonifacii rescriptum nullum aliud factum ad Narbonensem I. provinciam spectans, memoriæ mandatum est ad S. Hilarium usque, qui Projecto successorem dedit: unde miramur Quesnelli animositatem, qua sine ullo facto hoc decretum ante S. Hilarium Arelatensem effectum non fuisse sortitum, seu non receptum pronuntiavit; cum præsertim idem decretum a Cælestino confirmatum fuerit, & Leo ipse, dum affirmat Zosimi decretis Patroclo jus in eam provinciam *temporaliter* fuisse concessum, Hilarioque Arelatensi succenset, quod post cassationem Bonifacii idem jus usurparit, neminem post Patroclum, & post decretum Bonifacii idem jus sibi arrogasse præsumat.

Quesnelli  
objecta  
solvuntur.

9. Atqui, inquit ille c. 5. cum S. Leo scribat, nullum Hilarii decessorem jus metropolitanicum in eam provinciam sibi vindicasse *ante Patroclum*, hujus successores Bonifacii decreto neglecto idem jus exercuisse exinde sequitur. Hæc vero mera cavillatio est inanissima. Cum enim eo loco S. Leo antiquam solummodo, quæ præferbatur, Arelatensis possessionem ante Patroclum voluerit revincere, & justitiam aperire decreti prædecessoris sui Bonifacii, qua Zosimi decretum emendatum fuisse statim subjicit, soli antecessores Patrocli commemorandi fuerunt. Fortius videri potest argumentum ex Cælestini epistola ad

Epi-



*Episcopus per Viennensem & Narbonensem provincias constitutos*, in qua Bonifacii decretum confirmans, neminem suæ provincie limites præterire, nec quicquam in alterius Episcopi injuriam præsumendum decernit. His S. Honoratum Arelatensem indicari Quesnellus putat, ac si Bonifacii decretum negligens, omnes provincias a Zosimo concessas, & ipsam Narbonensem I. rexit. Sed titulus epistolæ cum provincia Viennensi unicam Narbonensem præfert. Unde autem colligas sermonem ibi esse potius de Narbonensi I. quam de II? In hac quidem Episcopus Aquensis jus metropolitico exercere debebat ex Bonifacii decreto, ut explicabimus c. 6. n. 5. Hoc tamen decretum cum non ita esset expressum de Narbonensi II. uti fuerat de Narbonensi I. Honoratus in illam jus sibi superesse fortassis credidit, idque a Cælestino illis verbis indicari potuit, ut ne ad Narbonensem primam hoc testimonium traducatur; quæ cum expressè a Bonifacio exclusa fuisset a jure metropolitico Episcopi Arelatensis, hoc decretum a sancto viro Honorato contemptum sine ullo certo teste affirmare, temerarium & hujus memoriæ injuriosum est. Adde quod memorata Cælestini epistola in duas veluti partes distinguitur. Prima pars tribus capitibus comprehensa eos abusus, qui ad Pontificem delati fuerunt, manifeste perstringit: & in hac nihil legitur, quod alieni juris usurpationem insinuet. Altera vero pars quasdam generales disciplinæ regulas subjicit, quibus inferendis nulla peculiaris querela occasionem dedisse indicatur. Immo ea tantum ratio affertur sub finem c. 3. ut Apostolicæ Sedis statuta *licet plerisque cognita*, hac repetitione *ad disciplinæ normam* quisque revocare festinet. Et sicut quadam in his regulis interdicta ab Honorato violata colligi nequeunt, ita nec primum statutum de Metropolitanarum juribus non violandis, quod uti recentius a Bonifacio editum, & ad easdem provincias pertinens inter cetera primo loco repetendum visum est. Hinc tandem resolvuntur omnes Quesnelli nifus, quibus Hilarius Arelatensem excusaturus, Narbonensem I. provinciam Arelatensi Metropolitanato subiectam fuisse contra apertum Leonis testimonium contendit: simulque patet, quam jure idem Pontifex ipsum Hilarium hoc quoque nomine reprehenderit, quia *in aliena provincia* Projecto successorem consecravit.

### C A P U T III.

*De dispositione civili provinciarum Gallie præsertim circa Narbonensem solidam. Quinque provinciæ non ex sola Narbonensi excisæ, sed Aquitaniam & Novempopulnam comprehendebant. Alia divisio provinciarum sex sub Theodosio I. Divisio septem provinciarum IV. sæculo facta ostenditur. Omnium Galliarum divisio in duas dioceses, quæ duobus Vicariis Præfecti Prætorio Galliarum suberant. De notitia provinciarum ex MS. Veronensi edita, quæ libello provinciarum, & notitia dignitatum utriusque Imperii vetustior ostenditur. Catalogus Episcoporum Concilii Arelatensis I. vindicatur: aliæque anterior Narbonensis solidæ divisio conjicitur.*

1. **D**E divisione civili & ecclesiastica provinciarum in Galliis, de qua Quesnellus & in prima & in secunda præmissæ dissertationis parte pluribus disserit, nullam hæcenus observationem fecimus, eo quod hæc valde implexa disputatio ad vindicandum Leonem necessaria non fuit. Nunc vero Leone satis aliunde vindicato, nonnulla de hoc argumento proferre non piget, quibus Quesnelli lapsus detegentur. De divisione civili in primis dicendum est, cui antequam ecclesiasticarum provinciarum divisio accommodata creditur.

Cur de civili Galliarum dispositione agendum?

2. Constat inter omnes Augustum Gallias dispartitum fuisse in partes quatuor, seu in tres Gallias, Celticam vel Lugdunensem, Belgicam, & Aquitanicam, ac in Narbonensem, quæ postrema uti vetusti juris populo Romano relicta, proprio *Provinciae* nomine decorabatur. Hæc, de qua in causa S. Hilarii potissimum agitur, totam eam regionem complectebatur, quæ posteriori divisione in provinciam Viennensem, in duas Narbonenses, in Alpes maritimas, & Alpes Grajas dissecta fuit. Ista Augusti partitio diutius obtinuit. Sub Diocletiano *novam insignem provinciarum* divisionem factam fuisse antiquus auctor libelli *de Mortibus persecutorum* testatur c. 7. *Provinciae quoque in frustra*

Divisio provinc. sub Augusto.

Alia Diocletiani.

con-

*conciſa, multi praſides, & plura officia ſingulis regionibus ac pene jam civitatibus incubare: item Rationales multi, & Magiſtri, & Vicarii Praefectorum.* Constantinum autem in Provinciarum diviſione aliquid novi conſtituiſſe omnes conſentiunt. Quid autem illud fuerit, quod vel Diocletianus, vel Conſtantine diviſio ex Notitia dignitatum, aliſque Notitiis provinciarum explicari ſolet. Sed hæ Notitiæ exeunte quarto ſæculo, vel quinto lucubratae, cum jam alia provinciarum diviſiones & mutationes factæ fuerant, minus aptæ ſunt, ex quibus Conſtantiniana diſtributio certo colligatur: unde plures errores ex hoc fonte manarunt. Legendus P. Jo. Antonius Blancus tom. 4. *della Po- teſtà e della Politica della Chieſa* lib. 2. c. 1. Aliis igitur testimoniis utendum eſt, & Notitiæ præfatae caute adhibendæ in iis locis, quæ ad anteriorem diſtributi- onem illuſtrandam conferre queunt.

De diviſio- 3. Num vero in Diocletiani aut Conſtantini diviſione aliquid in Narbonen- ne Narbo- ſi, quam Auguſtus conſtituerat, immutatum, & quid novi inductum fuerit, nentis ſoli- nunc videndum eſt. Queſnellus in eam ſententiam descendit part. 2. c. 2. nihil dæ, & quin- fuiſſe immutatum ante medium ſæculum quartum, ſub quod eam diviſam autu- que pro- viciarum. nat in partes quatuor: ait enim: *Nihil autem in antiquis monumentis eſt, Quoſnelli quo conſici poſſit, diviſionem provinciæ Narbonenſis ſolidæ in quatuor partes opinio de quinque factam eſſe ante dimidium quarti ſæculi.* Porro cap. 5. loquens de Narbonen- ſi II. novam diviſionem indicat in partes quinque ſub finem ſæculi quarti, poſt- quam tyranni, qui Gallias diſtraxerant, compreſſi fuerunt: *Rebus vero Imperii ſi conſla- poſtmodum pacatis, provinciarumque illarum nova diviſione per imperialem tis. ſanctionem inducta* &c. ubi novam diviſionem in quinque partes ſatis indigitat. Prima ſcilicet diviſione Narbonenſem ſolidam diſſectam putat in Narbonenſem, in Viennenſem, in Alpes maritimas, & in Alpes Grajas: unicam enim Narbonenſem memorat Sextus Rufus, qui ſub medium ſæculum floruit, & Breviarium dicavit Valentiniano I. & Valenti Imperatoribus circa an. 369. Cum vero poſt Sextum Rufum duæ Narbonenſes memorentur, hac unius Narbonenſis diviſione provincias quatuor ad quinque redactas intelligere videtur, ita ut quinque provinciæ, quæ pluribus testimoniis appellantur, ex ſolida Narbonenſi fuerint diſſectæ, nimirum duæ Narbonenſes, Viennenſis provincia, Alpes maritimæ, & Alpes Grajæ.

Eſt fere 4. Hæc Queſnelli opinio plurimorum eſt, ne dicamus omnium. Si enim Pa- communis, gium, & cum eo unum vel alterum excipias, ceteri omnes in ea ſententia & cur. conveniunt, *quinque provincias* ex ſolida Narbonenſi conſtatas fuiſſe, nec in alias Galliarum partes extendi. Hoc pervulgatum tot eruditorum præjudicium ex eo potiſſimum pendet, quia viderunt quinque provincias a Galliis diſtingui, uti in Concilio Valentino an. 374. *Gallia & quinque provinciæ* nominantur, & ſimiliter in epiſtola Maximi tyranni ad Siricium Papam an. 375. ac in Taurinenſi Concilio anni circiter 401. Cum autem ſola Narbonenſis ſolida diſcreta fuerit a tribus Galliis Celtica, Belgica, & Aquitanica; quinque provincias ex ſola Narbonenſi ſumtas collegere. Hinc non conſenſerunt in ſententiam Pagii, qui Aquitaniam primam inter quinque provincias accenſuit, Alpibus Grajis excluſis, quæ in Notitia Galliarum ſeptem provincias præferente ab his ſeparantur.

Impugna- 5. At iſtud argumentum, quod evidens viſum eſt, falſum deprehendimus. tur. Eſti enim tribus primis ſæculis Narbonenſis ſolida Julii Cæſaris exemplo diſtingui ſoleret a Galliis; ſæculo tamen quarto, cum nova provinciarum diviſio facta fuit, non tam Narbonenſem, quam Aquitaniam a Galliis diſcretas invenimus. Quatuor teſtes ſæculi quarti ſufficient. Sextus Rufus in Breviario; *Sunt Gallia cum Aquitania & Britanniiſ provinciæ decem & octo.* Philaſtrius hærefeſ 84. de Priſcillianiſtis ait: *Sunt in Galliis, & Hiſpaniis, & Aquitania vel uti abſtinentes.* Autonius in Arelate: *Gallia queis fruitur, gremioque Aquitania lato.* Sulpicius Severus lib. 2. Hiſt. ſacræ c. 41. *Sed id noſtris* (ideſt Aquitanis,) *Galliſ; ac Britanniſ indecens viſum.* Addamus & testimonium Paul- lini Nolani in Natali XI. de S. Felice verſu 154. quod an. 404. ſcriptum fuit: *Gallia Martinum, Delphinum Aquitania ſumpſit.* Hæc autem Aquitanix diſtinctio a Galliis, quam non reperimus ante quinque provinciarum diviſionem,

fatis indicio est, Aquitaniam, quæ sub dispositione Augusti Galliis Celticæ & Belgicæ cooptabatur, in nova quinque provinciarum divisione ab iisdem Galliis separatam, accersitam fuisse inter provincias quinque, quæ a Galliis discerni solebant: sicut eadem Aquitania in omnium sententia posterius censita fuit inter septem provincias, licet hæc similiter distinguerentur a Galliis, uti apud Zosimum an. 417. in ep. 1. inscripta ad *Episcopos per Gallias & septem provincias constitutos*. Neque tamen negarimus Aquitaniam adhuc potuisse appellari Galliam: nam etiam Narbonensis solida nonnumquam in Galliis recensita legitur; unde Galliæ Narbonensis appellatio est.

6. Aquitaniam quidem & Novempopulanam, quæ est Aquitanix pars, inter quinque provincias fuisse censitas palam fit ex Philastrio: qui cum hæresi 51. sub Manichæorum nomine Priscillianistas designans, hos *in Hispania & quinque provinciis latere* tradit; tum vero hæc. 84. eisdem *abstinentium* vocabulo reperiri *testatur in Galliis, & Hispaniis, & Aquitania*: ubi hic Aquitaniam vocat, quod priori textu *quinque provincias* appellat: sola enim Aquitania (in qua quidem Priscillianistas errores suos sparsisse Sulpicius Severus Aquitanus lib. 2. Hist. c. 48. explore docet) ad *quinque provincias* antea memoratas referri potest. Hoc testimonium Philastrii adeo nobis est evidens, ut si Aquitania, quam illi certe infecerunt ex testimonio Sulpicii, a quinque provinciis excludenda credatur; nullus alius locus quinque provinciarum assignari & probari queat, quem Priscillianistæ subeuntes, *in quinque provinciis latuerint*. Philastrius quidem Aquitaniam a Priscillianistis potissimum infectam in priori textu citius memorasset, quam *provincias quinque*, si hanc in quinque provincias comprehensam non cognovisset.

7. Porro Aquitanix nomine Philastrius non tam Aquitaniam proprie dictam significat, quam Novempopulanam, quæ Aquitanix pars est. Id patet ex testimonio Sulpicii, qui dum Aquitaniam a Priscillianistis infectam docet, inter cetera Elusam ab iisdem corruptam tradit, quæ in Novempopulana collocatur. *Iter eis (Priscilliano & fociis) præter interiorem Aquitaniam fuit: ubi tum ab imperitis magnifice suscepti, sparsere perfidiæ semina, maximeque Elusanam plebem... paucis prædicationibus pervertere*. Aquitania igitur & Novempopulana inter quinque provincias recensitæ fuere. Id ipsam aperte confirmat Sextus Rufus, dum in Breviario ait: *Sunt Galliæ cum Aquitania, & Britannii provincia decem & octo: Alpes maritimæ, Provincia Viennensis, Narbonensis, Novempopulana, Aquitanix duæ, Alpes Grajæ, Maxima Sequanorum, Germaniæ duæ, Belgicæ duæ. In Britannii Maxima Cæsariensis, Flavia Cæsariensis, Britannia prima, & Britannia secunda*. Plura in hoc textu animadvertenda sunt. Cum primis verbis Aquitaniam, & Britannias a Galliis strictè sumptis distinguat, tria provinciarum corpora innuit, quæ constabant ex provinciis decem & octo. Quæ essent provinciæ Britanniarum, expresse declarat illis verbis: *In Britannii Maxima Cæsariensis &c.* Aliæ vero anteriores provinciæ inter Gallias & Aquitaniam dividendæ sunt. Porro et si non ita expresse designet, quæ essent provinciæ Galliarum, quæ autem Aquitanix; facile tamen intelliges, si animadvertas, Alpes maritimas cum reliquis usque ad Aquitanias duas continua geographica successione ab eodem describi, ut ex mappis geographicis liquet; Alpes autem Grajas, cum ab Aquitanicis immediate præmissis longissime absint, cum Maxima Sequanorum & sequentibus continua item successione nominari: hinc enim perspicuum fit, duplicem provinciarum seriem ab auctore distingui, quarum alteram ad Gallias retulit, alteram ad Aquitaniam. Porro ad Gallias strictè dictas referendam esse eam seriem, quæ a Grajis Alpibus exorditur, palam fit ex sequentibus provinciis Maxima Sequanorum, Germaniis duabus &c. quæ semper inter Gallias strictè acceptas exsistere. Alia ergo series incipiens ab Alpibus maritimis spectat ad Aquitaniam. Cum vero in hac serie ponantur Alpes maritimæ, provincia Viennensis, & Narbonensis, quas ad quinque provincias pertinuisse nemo dubitat; etiam Aquitaniam totam quinque provinciis accensitam ambigi nequit. Quod si in hac serie duas Aquitanias Sextus Rufus recensens, non quinque, at sex provincias enumerat; id ex eo accidisse credimus, quia ex provinciis quinque, nova unius Aquitanix divisione in duas, provinciæ sex, dum scriberet, effectæ fuerunt. Scripsit ille sub Valentiniano I. circa an. 369. Verum ante hoc tem-

Aquitania in quinque provinciis censita.

Item & Novempopulana.

Sexti Rufi locus explicatus.

Tria provinciarum corpora indicat.

Ex quinque provinciis factæ, & quando.

pus,

Aquitania  
quando di-  
vifa in  
duas.

pus, ut observavit Pagius ad an. 374. num. 9. sub eodem Imperatore una tantum erat Aquitania, quod patet ex inscriptione apud Gruterum CCCCXLV. 8. *Saturninio Secundo V. C. Præsidi Provinciæ Aquitanicæ Magistro Memoriae ... Ob Egregia Ejus in Rempubliam Merita D. D. N. N. Valentinianus Et Valens Victores Ac Triumphatores Semper Augusti Statuam sub Auro Constitui Locarique Jusserunt.* Vides Saturninium Præsidem provinciæ Aquitanicæ appellari, non vero provinciæ Aquitanicæ primæ, vel secundæ, quemadmodum scribendum fuerat, si Aquitania tum divisa fuisset in duas? Id multo evidentius comprobatur ex S. Hilario Pictavorum Episcopo, quæ urbs ad Aquitaniam secundam postea distinctam pertinuit. Hic enim ante Sextum Rufum scribens librum de Synodis sub finem anni 358. in inscriptione eidem præfixa duas quidem Germanias, Belgicas duas, & duas Lugdunenses distinguit, at unicam provinciæ Aquitanicam, sicut & unicam Novempopulanam, ac Narbonensem unicam designat. *Dilectissimis & beatissimis fratribus & Coepiscopis provinciæ Germaniæ primæ & Germaniæ secundæ, & primæ Belgicæ & Belgicæ secundæ, & Lugdunensis primæ, & Lugdunensis secundæ, & provinciæ Aquitanicæ, & provinciæ Novempopulanæ, & ex Narbonensi plebibus & Clericis Tolosanis, & provinciarum Britanniarum Episcopis Hilarius.* Si igitur in Sexti Rufi serie unicam Aquitaniam colles, uti erat Hilarii tempore; quanquam fuerint ante eundem Rufum quinque provinciæ, manifestum fiet. Habebis enim Alpes maritimas, provinciæ Viennensem, Narbonensem, Novempopulanam, & Aquitaniam. Quinque ergo provinciæ non e sola Narbonensi solida, sed ex Narbonensi simul & Aquitania coaluerunt. Neque tamen ita solidam Narbonensem comprehenderunt, uti totam Aquitaniam: nam Grajæ Alpes e solida Narbonensi dissectæ, in Gallias proprie dictas, ut ex eodem Ruso accepimus, traductæ fuerunt.

Non tota  
Narbon.  
solida in  
quinque  
Provinciis  
compre-  
hensa.

Quinque  
Provinc.  
divisio esse  
videtur  
Constanti-  
ni.  
Dux diœ-  
ceses ab eo  
constitutæ  
in Galliis.  
Append.  
Stor. Teol.  
pag. 84.

8. Hæc porro quinque Provinciarum divisio Sexto Ruso anterior a Constantino fortassis originem habuit. Cumque in hac divisione Aquitania Galliis ante accensita, ad has quinque Provincias conficiendas cum Narbonensi coaluerit, & distingui cœperit a Galliis; videtur Constantinus universas Gallias secasse in partes duas, ita ut Aquitaniam & Narbonensem Provincias in quinque Provincias dispertierit, Galliarum nomine relicto Provinciis ceteris, quæ antiquam Belgicam, & Lugdunensem comprehendunt, & inter has concludi voluerit Alpes Grajas, quæ ad eas partes propius accedunt. Ita duas diœceses constituit in Galliis, quæ in Notitia a Marchione Maffeo e vetustissimo codice Capituli Veronensis edita designantur, nimirum diœcesim Viennensem, quæ quinque Provincias continebat, cuique præerat Vicarius quinque Provinciarum laudatus in lege 15. de Paganis an. 399. directa Procliano Vicario quinque Provinciarum; & diœcesim Galliarum in eadem Notitia Veronensi designatam, quæ reliquas Provincias complectebatur, cuique alium Vicarium sub Præfecto Prætorio Galliarum præfuisse nihil dubitandum est, sicut sub Præfecto Prætorio Italiæ in duas diœceses dispertitæ duo erant Vicarii, alter Urbis, Italiæ alter. Cum Sextus Rufus initio laudati textus tria Provinciarum corpora memorat, *Gallias cum Aquitania & Britannis*, tres diœceses videtur innuere sub Præfecto Prætorio Galliarum, quæ a tribus Vicariis regebantur. Concinit in hac trium diœceseon divisione Sulpicius Severus, qui similiter distinguit Aquitanos, Gallos, & Britanos: ubi Aquitanorum nomen æque ac Rufus pro illis Provinciis usurpat, quæ Aquitaniam & veterem Narbonensem complexæ, quinque Provinciæ aliter appellari solebant. Clarius in Notitia dignitatum utriusque Imperii harum trium diœceseon distinctio indicatur, cum memorantur Rationales summarum, & Rationales rei privatæ *quinque Provinciarum, Galliarum, & Britanniarum.*

Tres diœ-  
ceses sub  
Præf. P.  
Gallia-  
rum.

Notitia  
dignita-  
tum emen-  
data.  
De Vica-  
rio Gal-  
liarum.

9. Huic Vicario Galliarum, quem tum existisse affirmavimus, objici potest Notitia dignitatum, quæ dum memorat Provincias sub Præfecto Prætorio Galliarum, & per diœceses quatuor ea ætate distributas, nimirum per Hispaniam, per septem Provincias, per Gallias, & per Britannias, tres solos Vicarios, Hispaniarum scilicet, septem Provinciarum, & Britanniarum recenset; cumque *Vicarium septem Provinciarum* nominat, non septem tantum, sed decem & septem Provincias describit, idest, omnes tum septem Provinciarum, tum Galliarum, ac si omnes Vicario septem Provinciarum subessent; ex quo nonnulli

errorem suspicati in titulo *sub dispositione Vicarii septem Provinciarum*, corrigendum putarunt *sub dispositione Vicarii decem & septem Provinciarum*. Sed *Vicarium quinque Provinciarum*, quæ postea septem dictæ sunt, sine ulla Provinciarum Galliæ attributione nominat lex 15. de *Paganis*; *Vicarium autem Galliarum* adstruendum Notitia a Marchione Maffejo vulgata dubitare non finit. In hoc enim monumento distincte nominantur diœceses tres, nimirum *diœcesis Galliarum*, *diœcesis Britanniarum*, & *diœcesis Viennensis*, quæ postrema alias vocabatur *septem* (uti tunc erant) *Provinciarum*. Hæ autem omnes diœceses erant sub dispositione Præfecti Prætorio Galliarum. Quævis autem diœcesis, nisi regeretur a Proconsule, qui vice sacra præsidens, a Præfectis Prætorio nequaquam pendeat, ut P. Jo. Antonius Blancus demonstrat; *Vicarium* habebat Præfecto Prætorio subditum, ut omnibus notum est. Diœcesis ergo Galliarum, quæ a Præfecto Prætorio Galliarum pendeat, Vicario non caruit. In Notitia ergo dignitatum, ubi Vicarii Britanniarum, & septem Provinciarum notantur, solus Vicarius Galliarum per errorem omittitur, & *sub dispositione Vicarii septem*, uti dicitur, *Provinciarum*, perperam Provinciæ XVII. recensentur, cum decem pertinerent ad dispositionem Vicarii Galliarum.

10- In hac quidem Notitia dignitatum, quæ post Hispanias Galliarum Præfecto subjectas conscripta est, quatuor diœceses non obscure indicantur, cum sub dispositione Viri Illustris Comitis sacrarum largitionum nominantur Rationales summarum quatuor, Hispaniarum, quinque Provinciarum, Galliarum, & Britanniarum; & sub dispositione Comitis rerum privatarum ponuntur Rationales totidem rei privatæ *per Hispanias*, *per Gallias*, *per quinque Provincias*, & *per Britannias*. Hæ non Provinciæ, sed diœceses quatuor sunt, quarum singulæ plures Provincias continebant. Similiter ergo sub dispositione Præfecti Prætorio Galliarum quatuor Vicarii assignandi erant, Hispaniarum scilicet, quinque vel septem Provinciarum, Galliarum, & Britanniarum. Hæc omisso Vicarii Galliarum in Notitia dignitatum auctoris imperitiæ, vel incuriæ tribuenda est, quem aliis quoque in locis lapsus pluribus demonstrare possemus. In Oriente scripsisse patet ex his, quæ de regionibus Constantinopolitanis & Provinciis Orientis exactissime tradidit. Cum porro in descriptione regionum Constantinopolis auctor memoret inter cetera regione I. & X. *domum Placidie Augustæ*, quæ Constantinopoli existit ann. 423. & 424., regione autem X. nomet *domum Eudocie Augustæ*, quæ eodem an. 423. Augusta a Theodosio juniore appellata fuit; citius hoc anno hæc Notitia scripta dici potest. Cum vero auctor accurate descripsit, quæ ad Orientem pertinent; tum vero quæ ad Occidentem spectant, ex memoriis, quæ reperit, sumpta fuere: unde non pauca miscuit nova & antiqua, ac nonnulla prodidit non uti tunc erant, sed uti in documentis anterioribus nactus est. Hinc in Britannis dignitates ac Romanas milicias expressit, quæ suo tempore non exstabant, cum jam inde ab anno circiter 409. Britannia a Romano Imperio subducta fuisset. Tre viros in Gallis posuit, cum hæc urbs jamdiu demolita fuisset, & alia ejusmodi similiter notavit, quæ hic appendere necesse non est. In hac ergo hominis de rebus Occidentalibus minus exacta descriptione, si *Vicarium Galliarum* non invenimus, nihil movere potest, quominus ea bipartita Galliarum divisio sub duobus Vicariis quinque Provinciarum (quæ postea septem dictæ sunt) & Galliarum, quam constituimus, Constantino tribuenda credatur.

11. Hæc satis de hujusmodi quinque Provinciarum partitione: quæ viguit ad Valentinianum primum usque, sub quo Aquitania in duas Provincias dissecta, ut ex Sexto Rufo intelleximus, ex quinque Provinciis sex evaserunt. Cum porro Ammianus Marcellinus, qui sub Theodosio primo scripsit, duas Narbonenses appellet, uti duas item vocat etiam Concilium Aquilejense an. 381. in epistola ad Episcopos *Provinciae Viennensium & Narbonensium primæ & secundæ*; tertiam hanc divisionem paullo post secundam fuisse inductam agnoscimus, ex qua eadem Provinciæ septem factæ fuerunt: & hæc quidem sunt ille septem, quæ in Notitiis recensentur. In Notitia Provinciarum e MS. Veronensi edita per Marchionem Maffejum sic: *Diœcesis Biennensis* (lege *Viennensis*) *habet Provincias septem*. *Biennensis* (lege *Viennensis*), *Narbonensis prima*, *Narbonensis secunda*, *Novempopuli*, *Aquitania prima*, *Aquitania secunda*, *Alpes*

dell' ester.  
Polit. lib.  
2. c. 2.  
§. 7. n. 1.

Notitia dignitatum ubi, & quando scripta.

Notitia circa res Occident. minus accurata.

Sex Provinc. divisio sub Valentiniano I. tom. 2. Concil. pag. 1178.

Septem Provinc. divisio sæculo IV. assignanda.

*maritimæ*. Hæ in Notitiâ dignitatum constituuntur *sub dispositione viri spectabilis Vicarii septem Provinciarum*. Vetustior igitur hæc septem Provinciarum divisio est, quam vulgo creditur; & hæc septem ex illis quinque profectæ sunt additione nulla, nec solidam tantum Narbonensem comprehendebant illæ quinque, quæ ex Aquitaniarum, & Novempopulanæ accessione septem posterius factæ fuerint, ut hætenus apud eruditos obtinuit.

Obiectio  
solvitur.

12. Hic difficultatem movebit *quinque Provinciarum* appellatio, quæ invenitur in documentis scriptis sub finem quarti sæculi, & sub initium quinti, uti est Taurinensis Synodus habita circa an. 401. Hac potissimum ex causa factum est, ut septem Provinciarum divisio post initium sæculi quinti facta credatur, ita ut quinque Provinciæ, quæ vulgo creduntur ex Narbonensi solida conflata, Aquitaniarum & Novempopulanæ accessione septem evaserint. Sed quoniam Aquitaniam & Novempopulanam in quinque Provinciis fuisse manifestum fecimus ex Philastrio; sola quinque Provinciarum appellatio sicut probare nequit, ex quinque illis Provinciis per Aquitaniam divisionem sex Provincias factas fuisse sub Valentiniano I., quas Sextus Rufus distincte commemorat; ita nequit efficere, quin ex sex ob novam divisionem secundæ Narbonensis duobus quarti sæculi monumentis probatam septem effectæ fuerint. Quinque autem Provinciarum appellatio non solum post ejusmodi divisionem ea de causa perseverare adhuc potuit, quia subdivisio duplex Aquitaniam & Narbonensem in duas in iisdem quinque Provinciis facta, nihil novi additamenti aliunde acceperit; ac idcirco homines antiquæ locutioni assueti, eandem non dimiserunt; verum etiam quia septem Provinciæ licet divisæ, nondum tamen in unum corpus septem Provinciarum appellatione donatum publica auctoritate coaluerint. Id enim solum contigit sub Honorio circa an. 407. cum Petronius Præfectus Prætorio Galliarum generalem septem Provinciarum conventum singulis annis Arelate cogendum indixit; unde post hanc publicam sanctionem *quinque Provinciarum* appellationi *septem Provinciarum* nomen substitui cœpit.

Cur quinque Provinc. nomen diutius invaluit.

Vide Constit. Honorii inter Zosimi epist. apud Constantium p. 978.

13. Ceterum antiquior hæc septem Provinciarum divisio agnosci debuit ex libello Provinciarum Romanarum, quem primi ediderunt Andreas Schotus & Surita post Antonini Itinerarium, recusat Petrus Bertius tom. 2. Thesauri Geographici pag. 35. & emendatiorem ex Vaticano Regina MS. vulgavit Schelestratus tom. 2. Antiq. Eccles. in Append. pag. 549. Hunc libellum sub Theodosio I. lucubratum ostendit Cardinalis Norisius in Epochis Syromacedonum Dissert. 4. c. 1. & nihilominus septem Provinciæ in eo jam tum divisæ recensentur ante decem Provincias, quæ ad Gallias proprie dictas pertinent. Sed ne quis forte ex ipsa septem Provinciarum enumeratione hunc libellum posteriorem contendat, id ipsum apertius confirmat Notitia Veronensis a V. Cl. Maffejo impressa, quam sub Theodosio majore exaratam apertius demonstrare possumus. Hæc licet ex unico quantumvis antiquissimo at indiligenti codice eruta, aliquot erroribus & defectibus non careat; plura tamen antiquitatis indicia præfert. Primum in descriptione Provinciarum Galliarum duas tantum Lugdunenses exhibet, ut apud Sextum Rufum & Ammianum Marcellinum; ex quo antiquior cognoscitur, quam libellus Provinciarum antea laudatus, in quo quatuor Lugdunenses recensentur; ac propterea tunc exaratam fuisse patet, cum duæ Lugdunenses nondum dissectæ fuerunt in quatuor, immo ante quam discinderentur in tres: quam divisionem hætenus ignotam ex singulari (1) inscriptione a Marchione Maffejo in Antiquitatibus Galliarum inserta colligi posse credimus. Dein in diocesi Orientis, quæ Ægyptum comprehendit, omittitur Arcadia, & in diocesi Pontica Honorias non apparet; quæ duæ Provinciæ in libello

Notitia Provinc. Veronensis quam antiqua.

(1) In Antiquitatibus Galliarum epist. 20. n. 3. inscriptio profertur, qua Geminus Agrippinensis post dignitatem Præsidatus, administrator rationum novem Provinciarum fuisse traditur. Sunt qui putent Novempopulos seu Novempopulanam intelligi. Sed Novempopulana una Provincia erat, non novem. Nulla porro in Notitiis, vel auctoribus novem Provinciarum Occidentalium mentio occurrit. Solum Provincias octo in Galliis Sextus Rufus & Notitia Veronensis describunt, quæ in Notitiis posterioribus decem numerantur, eo quod duæ Lugdunenses a Sexto Rufo, & Notitia Veronensi memoratæ in quatuor dissectæ fuerint. Forte vero antequam quatuor efficerentur, sectæ fuerunt in tres, & ita aliquandiu Galliarum Provinciæ novem exstiterunt, & per hoc tempus Geminus ex Agrippina oriundus in ipsa Gallia, harum novem Provinciarum Rationalis fuit. Nulla æquiori ratione hæc inscriptio explicari posse videtur.

bello Provinciarum descriptæ, a Theodosio e filiorum nominibus appellatæ creduntur. Præterea quinque tantum Ægypti Provinciæ leguntur, ut apud Ammianum Marcellinum, non autem sex: & in Britannis quatuor tantum, ut apud Sextum Rufum, non autem quinque: licet illæ sex, & istæ quinque ante finem quarti sæculi existerent. Quod autem evidentius nobis videtur, est illud, quod tres diœceses describuntur continuæ Britanniarum, Galliarum, & Viennensis septem Provinciarum, quas sub Præfecto Prætorio Galliarum collocatas ostendimus: ab his autem tribus, Italica diœcesi interposita, separatur diœcesis Hispaniarum, & huic immediate subjicitur diœcesis Africæ, eo quod nondum per id tempus Hispaniæ essent sub Præfecto Prætorio Galliarum, sed æque ac Africa vice sacra, idest, Imperatoris vice, non autem vice Præfecti Prætorio a Proconsule regeretur. Igitur hæc Notitia eo tempore exarata est, cum Hispaniæ Proconsulares erant, & ante quam Vicarium fortirentur, qui a Præfecto Prætorio Galliarum pendeat. Hispaniæ autem Proconsulares esse desisse, ac accepisse Vicarium postremis Gratiani annis, & primis Theodosii senioris, ex Severo Sulpicio colligitur lib. 2. Hist. Sacr. c. 49. Neque obstat divisio duarum diœceseon Illyrici, quæ in notitia Veronensi appellantur *diœcesis Myfiarum*, & *diœcesis Pannoniarum*. Cum enim hæc longe sejungantur a diœcesi Italiciana, non referunt eam divisionem Illyrici Orientalis & Occidentalis, quæ post Theodosium inducitur, Occidentale Illyricum Pannoniarum Præfecto Prætorio Italiæ subjecerat; sed vetustiore divisionem exhibent, cum totum Illyricum proprio Præfecto subiectum ad Occidentale Imperium pertinebat usque ad eundem Theodosium primum, ut P. Jo: Antonius Blancus statuit lib. 2. *dell' Ester. Polit. della Chiesa* c. 1. §. 8. Notabilis & vetus diœceseon dispositio in hac Notitia continetur. Primo enim describuntur diœceses subiectæ Præfecto Prætorio Orientis, tum illæ Præfecti Prætorio Illyrici, dein Præfecti Prætorio Galliarum, postea diœcesis Præfecti Prætorio Italiæ, tandem duæ Proconsulibus subditæ, Hispaniarum, & Africæ. Si ergo hæc Notitia prioribus Theodosii I. annis confecta septem Provincias jam memoratas describit; nihil de hac hujus temporis divisione dubitandum relinquitur.

14. Tres hæc Provinciarum divisiones sæculo quarto factæ. Nunc aliam Narbonensis solidæ partitionem his anteriorem eruditorum examini subjicere liceat. Catalogus Episcoporum primi Arelatensis Concilii habiti an. 314. nobis indicio est. Hujus catalogi auctoritatem Quesnellus frustra elevare studet part. 2. c. 2. Ut autem omnia ejus objecta diluantur, animadvertendum in primis est, hunc catalogum perperam ab eodem appellari *subscriptions* ejusdem Concilii. Est enim, ut ille pariter confessus est n. 3. index Episcoporum & Clericorum, qui in eo Concilio convenerunt ex diversis provinciis in ipsarum provinciarum rationem descripti: in quibus idcirco subscriptionum ordo quærendus non est. Deinde haud contendimus hunc catalogum factum fuisse in ipso Concilio. Id unum dicimus, ex memoriis ejus temporis fuisse digestum ea ætate, qua quinque provinciarum divisio nondum constituta fuerat. Distinguendi autem sunt a codicibus codices. Duo sunt fontes, ex quibus hic catalogus prodit. Vulgati ante Sirmondum a MSS. pendent collectionum Isidorianæ & Hispanicæ. Sirmondus eum catalogum edidit e MS. antiquissimæ collectionis Corbejenfis, cum quo plane concinit in hoc catalogo alius pervetustus item codex alterius collectionis, quam Coustantius invenit in MS. Colbertino 3368. & ex quo eum edidit tom. 1. Epist. Rom. Pontif. pag. 343. Hi duo antiquissimi codices continentes duas distinctas collectiones Gallicanas vetustiores Hispanica, ex qua Isidoriana profecta est; sinceriores præferunt eum catalogum; & ex uniformi ejus descriptione maximam eidem auctoritatem conciliant. In Hispanicis & Isidorianis MSS. posterioris ætatis quædam in provinciarum nominibus immutata fuere, quæ Arelatensis Synodi temporis non congruunt, uti sunt ex gr. Aquitanica I. & Aquitanica II. quam divisionem Arelatensi I. posteriorem ostendimus. Cum hic error & hæc arbitraria mutatio non inveniatur in duobus illis antiquioribus codicibus, in quibus nihil cum Arelatensis ævo non concordat; vel ex hoc intelligimus horum codicum catalogum sub Arelatensis tempore fuisse descriptum, eamque provinciarum rationem in iisdem conservatam fuisse, quæ in autographo sub idem tempus expressa fuerat. Si quid enim ex

De alia  
divisione  
Narbonensis  
solidæ  
ante Constantinum.  
Catalogus  
Episcoporum  
Concilii Arelat. I. vindicatur.

posteriori ævo fuisset in his codicibus immutatum, ut in Hispanicis, & exinde in Isidorianis accidit; aliqua ejusdem generis emendatio ad provinciarum ejus ævi normam facta fuisset. Neque vero ut hujus catalogi fides infirmetur, in suspicionem adduci potest cum Quesnello ea Arelatensis I. ad Silvestrum epistola, cui ipse catalogus in codicibus subjectus legitur; ac si altera tantum ex Arelatensi codice edita sit ipsa ejus Concilii epistola ad laudatum Pontificem; hæc vero sit ipsius Breviarium a quodam studioso homine posterius conditum, & alicubi interpolatum, qui pariter catalogum Episcoporum compegerit. At hanc pariter ejus Synodi epistolam, non vero Breviarium esse, ipsa ejusdem forma, quæ in omnibus codicibus exhibetur, demonstrat. Quodsi de altera epistola, uno licet Arelatensi codice probata, dubitare non licet; multo minus suspicandum erit de hac, quæ tot & vetustissimis diversi originis manuscriptis, eodemque Arelatensi codice munitur, cum præsertim nihil habeat, quod cum illa non maxime congruat: interpolatio enim, quam Quesnellus suspicatus est in illis verbis canonis primi de Paschate: *Et juxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas*, quæ in altera epistola non leguntur, inanissima est. Cum enim duæ ejusdem Concilii epistolæ habendæ sint, num interpolationi verti potest, si Patres in secunda epistola, in qua eosdem canones quandoque brevius repetiverunt, omittenda putarint ea verba, quæ in anterioribus litteris satis expresserant? Certe ut idem dies Paschæ ex eorumdem Patrum decreto ab omnibus servaretur, providendum sane fuit, ut qui omnibus præest, eundem diem paschalibus litteris indiceret. Nicæna Synodus non instituit paschalium dirigendarum disciplinam, sed unice decrevit, (Cyrillo teste in Prologo Paschali) ut Alexandrinus Episcopus ob peritiam computi paschalis diem Paschatis significaret Romano Pontifici, cujus auctoritate omnes eundem Paschæ diem cognoscerent atque servarent: & ex hoc testimonio vetustiore litterarum paschalium consuetudinem agnoscimus. Vindicata igitur hac epistola, nihil jam superest apud Quesnellum, ex quo de catalogi antiquitate ac fide ambigendum sit. Ipsa ratio, quam ille affert, cur idem catalogus ferius digestus fuerit, nimirum ut veritas probaretur canonis 18. Concilii Arelatensis II. in quo Arelatense I. *ex omnibus mundi partibus collectum* traditur; unde etiam ipse catalogus Arelatensis II. in MSS. præfixus legitur: hæc, inquam, ratio, quæ antiquitatem abripere nititur, adeo arbitraria & imbecillis est, ut duplici falsa hypothesi nitatur. Prima est, Arelatense II. esse Concilium; cum sit vere mera collectio canonum sub initio VI. sæculi digesta, ut tomo tertio probabitur: quo quidem tempore si catalogus in eum finem, quem Quesnellus præsumit, fuisset exaratus, ejus ævi provinciæ designandæ fuissent. Altera est, ipsum catalogum in MSS. præfigi Synodo Arelatensi II. acsi ad hanc referatur. Id quidem ex aliquot vetustioribus editionibus colligi potest, in quibus idem catalogus ab Arelatensi I. separatur, & Arelatensi II. præmittitur. Id vero inconsideratione ejus editoris accidit, qui cum in codicibus seu editis Isidorianis, quibus usus est, hunc catalogum descriptum reperisset inter Concilia Arelatense I. & II. quæ ibidem continue sequuntur, hæc separans, laudatum catalogum ad Arelatense II. spectare credidit, nec totam inscriptionem eidem catalogo præmissam exactius animadvertit, quæ ipsum ad antecedens Arelatense primum apertissime refert. Conjectationes adeo inanes nonne sinceritatem & antiquitatem catalogi confirmant potius quam infirmant? Hinc jure de hoc Quesnelli nisu Tillemontius scripsit: *Car ceux qui ont voulu dire, que cela avoit esté ajouté depuis, n'en ont point de preuve.* Nihil igitur impedimento esse potest, quo minus hic catalogus sub ipsam Arelatensem I. Synodum ex ipsius gestis lucubrata credatur, quod vel ipse Quesnellus alia ratione confiteri coactus fuit, cum n. 4. scripsit, *indicem, qui Breviario adnectitur, ex ipsa epistola, & aliis forsitan actorum exemplaribus confectum esse.*

tom. 15. in  
Hilar. art.  
8. p. 52.

15. Ex hoc porro catalogo, uti in sincerioribus & vetustioribus collectionibus Corbejensi & Colbertina describitur, discimus, Alpes maritimas nondum Arelatensis I. temporibus fuisse provinciam a Viennensi distinctam. Nam Diaconus Portus Nicænsis Alpium maritimarum describitur sub titulo *Ex provincia Viennensi*, non vero *Ex provincia Alpium maritimarum*, uti dicendum fuisset, si Concilii Arelatensis primi ætate Alpes maritimæ provinciam constituissent a Vien-

Vien-



Viennensi diversam. Idem videtur de Alpibus Grajis. Licet enim ex harum civitatibus nullus in eo Concilio proferatur, unde hæc res comprobari queat; Notitiæ tamen posteriores provinciarum Galliæ satis indicant, Alpes Grajas æque ac maritimas olim fuisse partes provinciæ Viennensis, cum Alpes Grajas appellent *Viennensem tertiam*, & maritimas *Viennensem secundam*. Hæc enim denominatio non aliunde originem ducere posse videtur, nisi quia utraque hæc provincia ante divisionem in Viennensi comprehenderetur: quemadmodum tres Lugdunenses secunda, tertia, & quarta in iisdem Notitiis hoc nomine donantur, quia Lugdunensi solida antea adscriptæ fuerant. Cum porro Viennensis provincia ex Narbonensi solida dissecta fuerit; jam patet hanc primam fuisse Narbonensis solidæ divisionem, nimirum in partes duas, quarum altera cis Rhodanum provincia *Viennensis* appellata est, quæ etiam Alpes Grajas, & maritimas continebat; altera vero trans Rhodanum, ubi Narbo jacet, *Narbonensis* provinciæ nomen retinuit: & hac prima divisione obtinente, quæ forte Diocletianum habuit auctorem, Arelatense I. Concilium habitum fuit. Tum secunda est altera, ut videtur, Constantini divisio, cum in constitutione quinque provinciarum a Viennensi dissectæ fuerunt Alpes maritimæ & Grajæ, uti superius explicavimus. In tertia divisione, qua ex quinque provinciis sex factæ fuerunt, nihil ex antiqua Narbonensi vel Viennensi sectum fuit: sola enim Aquitania divisa est in duas. At in quarta divisione sub Theodosio I. qua septem provinciæ constitutæ sunt, secunda Narbonensis excisa fuit sive ex Narbonensi, sive, ut alii probabilius judicant, ex Viennensi, cui finitima est, interjectis inter ipsam & Narbonensem primam flumine Rhodano & tota provincia Viennensi, ita ut pars Narbonensis primæ, ex qua excinderetur, esse nequiverit. In catalogo etiam ante laudato Arelatensis primæ Synodi Presbyter Aptensis Narbonensis secundæ recensetur sub titulo *ex provincia Viennensi*, quod tum ad eam pertineret. Narbonensis vero secundæ appellationem, etsi a Viennensi secta fuisset, obtinere potuit, quatenus olim ante divisionem Viennensis a Narbonensi, in Narbonensi solida continebatur. Hæc de varia dispositione civili provinciarum in Gallia præsertim Narbonensi.

Prima Narbonensis solidæ divisio in partes duas Forte sub Diocletiano. Secunda Constantini. Tertia. Quarta.

#### C A P U T IV.

*De Arelatis, & Viennæ prærogativis in dispositione civili. Utriusque Metropolis initia statuuntur. Notitia Galliarum civilem, non ecclesiasticam dispositionem exhibet. Ejus antiquitas a Quesnelli censuris vindicatur.*

1. **P**ost constitutam civilem dispositionem provinciarum Galliæ ac præsertim Narbonensis solidæ, de præcipuis ejusdem Metropolitibus Vienna & Arelate, quæ ad rem nostram maxime pertinent, nonnulla exactius statuenda sunt. Nam Quesnellus ut Arelato primatum tribueret, ejus prærogativas civiles nimirum multum extulit. Viennæ autem privilegia & dignitatem si non omnino præterit, certe extenuare ac deprimere studuit. Episcopi Galli Arelatensis urbis studiosi epist. 65. ad S. Leonem c. 4. hanc ob privilegia civilia supra Viennam extollere nisi sunt, inter quæ illud præcipuum est, quod ibidem Præfectus Prætorio & reliquæ potestates semper inhabitent: quod idem est ac istam omnium Galliarum Metropolim declarare. Econtra S. Leo, qui *allegationes utriusque partis* expenderit, in responsione ad eosdem ep. 66. c. 2. Viennæ & Arelato *commune jus quondam fuisse a Gentibus*, idest quoad civiles prærogativas, testatur. Id autem quam vere dictum fuerit, ut quisque intelligat, utriusque Metropolis initia atque dignitas, quæ in civili dispositione maxime spectantur, explicanda sunt. De Arelate in primis statuamus.

Cur agendum de metropolitibus civilibus Vienna & Arelate.

2. Arelas, sita in provincia Viennensi, licet olim esset pluribus nominibus celebris, ad Metropolis tamen honorem non pervenit nisi circa annum 405. vel 407. cum propter irruptiones barbarorum Petronius Præfectus Prætorio Galliarum e Treveris sedem Præfecturæ Arelatum transtulit, ibique septem provinciarum conventum quotannis cogendum præcepit. Tunc enim hæc urbs ob sedem ipsius Præfecti non solum septem provinciarum caput, sed omnium Galliarum Metropolis esse coepit; & hac de causa in Lege Honorii an. 418.

Arelatum quando facta metropolis civilis.

Antiquo-  
rem non  
probat  
Quesnel-  
lus.

*metropolitana civitas* appellatur. Hoc primum hujus honoris testimonium legitur. Nullum certe antiquius a Quesnello afferri potuit. Non parum quidem is laborat part. 1. c. 3. ut hanc dignitatem vetustiore ostendat. At nihil cogit. Quod enim ex eadem lege Honorii opponit, ubi ille septem provinciarum conventus, ex quo metropolitanum Arelatis jus elicitur, *incuria temporum & desidia tyrannorum* interruptus traditur; intermedium tempus respicit, quo post eum conventum a Petronio institutum, Constantinus & Constans alique tyranni Gallias & Arelatum occuparunt ac perturbarunt. Ille sane conventus cum laudatum Petronium auctorem habeat, ante sedem Arelatum ab eo traductam, institutus dici nequit; ac proinde ex hoc conventu ibidem præscripto Arelas Metropolis probari non potest ante an. 405. vel 407. cui ejus sedis traductio, & conventus indictio affigitur, ut videre est apud Pagium ad an. 401. n. 36. & Tillemontium in Zosimo art. 1. tom. 10. pag. 682. & in Honorio not. 2.

Testimo-  
nium Epi-  
scoporum  
Arelaten-  
si adhaerentium  
expenditur.

3. Gravius fortassis videbitur testimonium, quod idem Quesnellus subjicit ex epist. 65. Episcoporum Arelatenſium ad Leonem Papam, ubi hanc urbem non ab Honorio tantum, sed etiam a Valentiniano I. vel II. *matrem omnium Galliarum* appellatam tradunt. Hanc, inquiunt, *clementissimæ recollectionis Valentinianus & Honorius fidelissimi Principes specialibus privilegiis, & ut verbis ipsorum utamur, matrem omnium Galliarum appellando decorarunt*. At observamus hos Episcopos studio amplificandæ dignitatis Arelati liberaliori licentia fuisse locutos. Id ex constitutione Honorii, quæ superest, palam fit. Quam enim urbem iste *metropolitanam* tantum vocat, illi *matrem omnium Galliarum* ipsis Imperatoris verbis appellatam testantur: *ut verbis, inquiunt, ipsorum utamur*. Neque idcirco eos appellatione, quæ ipsorum & Honorii ævo Arelati non competeret, usurpasse putamus: vere enim *matrem omnium Galliarum* erat Arelas, ex quo sedes Præfecti Prætorio facta fuerat, quatenus ob hanc sedem cunctis Galliarum urbibus atque provinciis præsidebat. Neque id a Valentiniano I. vel II. dictum credatur. Cum enim sub his Imperatoribus sedes Præfecti Prætorio, ex qua una ille titulus proficisci potuit, non esset Arelate, sed Treviris; sola Trevirorum urbs tunc erat & dici poterat *Metropolis Galliarum*: quo plane sensu *Metropolis Galliarum* nominatur ab Athanasio, qui aliquandiu Treviris fuit. Arelati vero eum titulum, qui uni Trevirorum urbi tum competebat, contra veritatem facti a Valentiniano fuisse tributum, incredibile est. Episcopi igitur sicut Arelatis gratia in allegando Honorii testimonio liberiori formula usi sunt; ita in conjungendis Valentiniano & Honorio eam tropologicam locutionem adhibuisse videntur, qua plurali numero duobus vel pluribus adscribuntur, quæ per partes inter illos distinguenda erant. *Quis ignorat* (fatetur idem Quesnellus in Notis ad hoc ipsum Episcoporum testimonium n. 7.) *illius tropi frequentem esse usum, qua pluralis numerus pro singulari ponitur, præsertim cum in præcedentibus plurium mentionem fieri contigit?* Hinc Pagius ad an. 401. n. 45. non male existimat, laudata Episcoporum verba, licet plurali numero & copulative expressa, disjunctive esse explicanda, ita ut privilegia quæ primum commemorant, ad Valentinianum pertineant, titulus vero *matris omnium Galliarum* ad solum Honorium referendus sit.

Athan. A-  
polog. de  
fuga n. 4.  
c. 1. p. 322.

Cetera ob-  
jecta solu-  
ta.

4. Multo autem minus ad Metropolim Arelati vindicandam ante sæculum V. illa conferunt, quæ de Constantio Arelate consulatum adeunte & ludos dante, de *Constantinæ & Gallulæ Romæ* appellatione a Quesnello afferuntur. Hæc enim insignis quidem urbis, non autem Metropolis indicia sunt; ac propterea aliis quoque urbibus, quæ non erant Metropoles, similia contigisse legimus. Ita *Constantina* appellari potuit Arelas, uti Cirta in Numidia, & aliæ duæ civitates certe non Metropoles in Phœnice & Arabia eodem nomine donatæ fuerunt. Aufonius vero in urbis magnitudinem, frequentiam, & commercium, quibus Arelas Romam quodammodo æmulabatur, *Romæ Gallulæ* titulum refert. Nullo itaque testimonio Arelatenſis Metropolis civilis initia probari poterunt antiquiora anno circiter 407.

De Vien-  
na anti-  
quiori Me-  
tropoli.

5. Vetustius vero initium Viennæ Metropolis fuit. Ipsum antiquum Provincie nomen primum indicium est. Antiqua enim *Viennensis Provincia* denominatio, quæ pluribus quarti quoque sæculi documentis probatur, non aliunde pro-

provenire potuit, nisi quia jam inde ab ipsa Diocletiana, seu Constantiniana Provinciarum divisione Vienna, non autem Arelas civilis Provinciæ Viennensis Metropolis fuit. Quod enim huic evidentissimæ rationi opponit Quesnellus de Provinciis Lugdunensibus secunda, tertia, & quarta, quarum Metropolis ex hoc Lugdunensi nomine non erat Lugdunum, inanissimum est. Etsi enim hæ tres Provinciæ a solida Lugdunensi dissectæ haberent peculiarem cujusque Metropolim a Lugduno diversam; antequam tamen distraherentur in partes, omnes eandem Lugdunensem urbem Metropolim agnoscebant; & idcirco Lugdunensium nomen retinuerunt, quia ante hanc divisionem Lugdunum erat earum Metropolis. Ita etiam Viennenses Provinciæ tres in aliquibus posterioris ævi Notitiis nominantur, quæ licet post divisionem propriam Metropolim habeant, antea tamen Viennam communem Metropolim civilem agnovisse videntur. Ita etiam Narbonensis secunda sic appellata est, quia olim Metropolim habuit Narbonam, quæ toti Narbonensi solidæ nomen dedit. Nullæ inveniuntur Provinciæ, quæ ab aliqua civitate nomen acceperint, nisi hæc civitas ipsius Provinciæ aliquando Metropolis fuerit. Hæc igitur Viennensis Provinciæ denominatio, de metropolitana Viennæ prærogativa dubitare non sinit.

6. Accedunt testimonia Eusebii Cæsariensis, & Notitiæ Galliarum. Ille enim sub Constantini avum, quo Viennensis Provincia a Vienna nomen accepit, hanc urbem *Metropolim* discrete nominat l. 5. Hist. c. 1. & similiter Notitia Galliarum a Sirmondo edita, cujus exemplum pervetustum legitur in MS. Capituli Veronensis, in descriptione Provinciæ Viennensis Viennam *Metropolim* nominat. Quoad Eusebii quidem testimonium non repugnat Quesnellus: *Nemo enim non videt*, inquit part. 1. c. 12. *Eusebio sermonem esse de dignitate civilis Viennensis urbis*. Solum de geographica, non vero civili Metropoli intelligendum putat; & c. 11. Strabonem profert, qui Viennam *Allobrogum Metropolim* nominavit, ac si Constantini ævo, quo alia Provinciarum distinctio vigeat, eodem sensu Eusebius locutus fuerit: quod quam sit imbecillum, quisque perspiciet. Notitiæ vero Galliarum auctoritatem, qua Vienna civilis Metropolis apertissime traditur, elevare & infirmare integro capite nititur. Ecclesiasticam, non vero civilem Notitiam esse posteriori quidem tempore in gratiam Viennensis Episcopi lucubratam contendit, cum scilicet Burgundiones sub an. 430. Viennensem tractum occuparunt.

7. At civilem, non vero ecclesiasticam Notitiam esse multa manifestum faciunt. Si enim ecclesiastica Notitia esset, quæ ecclesiasticas Provincias cum suis Metropolibus describeret; non solum Vienna, verum etiam Arelas inter Metropoles ecclesiasticas accensenda fuerat. Præterea Narbonensis II. Alpes maritimæ, & Grajæ non fuissent recensendæ uti separatæ Provinciæ, quarum civitates Arelatensi vel Viennensi Metropolitanæ suberant. Adde quod in Maxima Sequanorum tria castra & unus portus nominantur, qui ad ecclesiasticam dispositionem nihilum pertinent. Tandem, ut alia omittamus, post descriptas decem Provincias Galliarum hic titulus subjicitur: *Item in Provinciis septem*. Hæc autem distinctio septem Provinciarum a decem Provinciis, eam divisionem procul dubio præfert, quæ non ecclesiastica, sed civilis est, qua scilicet universæ Galliæ in duas dioceses partitæ fuerunt, ut capite antecedenti vidimus. Hæc Notitia in pervetusto MS. Capituli Veronensis 50. describitur post Itinerarium Burdigalense cum hoc titulo: *Incipit adnotatio Provinciarum atque urbium Galliarum cum privilegiis suis*: quæ privilegia ad Metropoles civiles ibidem designatas referuntur.

Notitia Galliarum Provincias civiles exhibet.

8. Hujus porro Notitiæ ætatem satis indicat summa ipsius concordia cum divisione Provinciarum Galliæ, quæ in Notitia dignitatum exhibetur. Sicut enim hæc paullo post annum 423. exarata fuit, idem etiam de illa judicandum videtur. Id apertius demonstrat titulus *septem Provinciarum*, quem ex hac Notitia Galliarum recitavimus. Hic enim reperitur in documentis scriptis paullo post initium sæculi V. nimirum in epistolis Zosimi & Bonifacii I. in lege Honorii an. 418. & in memorata Notitia dignitatum; in posterioribus autem monumentis nusquam invenimus. Anteriorem vero ætatem, quam huic Notitiæ tribuendam suspicamus, argumento non levi constituendam reservamus numero 11.

9. Ex his Quesnelli opinio plane corrui. Cum enim hæc civilis, non au-

tem

Quesnellus  
rejecit-  
tur.

tem ecclesiastica Notitia fit; lucubrata dici nequit in gratiam Viennensis Episcopi, qui Notitiæ ecclesiasticæ descriptionem postulasset. Cum porro sub initium V. sæculi fuerit lucubrata, frustra eam sub Burgundionibus scriptam Quesnellus comminiscitur; cum præsertim si hoc etiam tempore scripta crederetur, non eam dispositionem civilem præferat, quæ sub barbaris Romanas Provincias in partes discindentibus alia erat a divisione Romanorum; sed eam dispositionem exhibeat, quæ Romana est, & initio sæculi V. sub Romanis obtinuit. Sidonii testimonium, quod in suam sententiam Quesnellus allegat, nimium enormiter ab eodem explicatur. Cum enim ille l. 2. ep. 7. ad Græcum Episcopum Massiliensem scripsit an. circiter 475. *Jam non primi comprovincialium cœpistis esse, sed ultimi*; non de Massiliensibus loquitur, quorum civitas in Notitia Galliarum ultimo loco designatur, sed loquitur de Leontio Arelatensi, Fausto Regiensi, Basilio Aquensi, & Græco Massiliensi, qui sub Romanorum ditione constituti, ut se & suas civitates a barbaris tutas redderent, Arvernorum urbem, cui Sidonius præerat, iisdem barbaris cedere, & sic pacem inire studebant. Hos autem Sidonius coarguens, hac urbium cessione non primos in civili dispositione, uti ante fuerant ob Arelatum, quæ sedes erat Præfecti Prætorio Galliarum, sed ultimos futuros prænuntiat, cum hac distraendarum urbium via, ita paucae civitates Romanis superessent, ut minima jam esset in Galliis Romanorum ditio, nec *maiores* amplius dici possent, qui, ut mox subdit, *minores incipiebant non habere*. Hic germanus Sidonii sensus. Comminiscitur ergo Quesnellus, cum aliam Sidoniani textus interpretationem a sententia & mente auctoris alienam ingerit: omnesque ejus conjectationes, quibus huic interpretationi innixus, exponere nititur quomodo Notitia sub barbaris condita fuerit, arbitrariæ & inanes demonstrantur.

Notitiæ  
Galliarum  
antiquitas  
defendi-  
tur.

10. Quæ vero animadversiones in ipsam Notitiam ab eo proponuntur, ut illam posterioris ætatis esse suadeat, non minus imbecillæ sunt. Opponit primum Arelatem, quæ ex lege Honorii an. 418. Metropolis declaratur, eoque tempore ob sedem Præfecturæ omnibus Galliis præsidebat, ea in Notitia nedum sine ullo Metropolis titulo, sed inter ultimas civitates provinciæ Viennensis recenseri. At observandum est, in ea Notitia, licet sub Honorii tempore descripta, notari cujusque provinciæ Metropoles. Provinciæ autem Viennensis Metropolis sicut jam inde a divisione Viennensis provinciæ a Narbonensi solida fuit Vienna; ita & sub Honorio eandem prærogativam conservavit. Arelas enim, cum ex traducta sede Præfecturæ Metropolis esse cœpit, septem provinciarum Metropolis constituta fuit, non autem provinciæ Viennensis, cui adhuc Vienna antiquiore privilegio præsidebat. Etsi vero quæ pluribus provinciis metropolitico honore præerat, eodem plerumque gauderet in suam peculiarem provinciam; id tamen Arelati non accidit, cum antiquior Viennæ possessio exclusiva non fuerit; sicut nec antiquum Viennensis provinciæ nomen fuit immutatum; quod tamen evenisset, si metropolitico ipsius provinciæ jus a Vienna Arelatem fuisset traductum. Quid ergo mirum, si in Notitia, quæ solas cujusque provinciæ Metropoles ritu veteri signat, sola Vienna, non autem Arelas Metropolis appelletur?

Videtur  
anterior  
sæculo V.

11. Hactenus ea in sententia loquuti sumus, qua hæc Notitia paullo post initium quinti sæculi scripta præsumatur. Si vero proferre liceat, quod probabilius credimus; hanc Notitiam sæculo V. anteriorem putamus. Hactenus quidem vetustior habita non fuit, eo quod mentionem faciat septem Provinciarum, quarum divisionem post initium sæculi V. factam fuisse apud omnes obtinuit. Cum vero has septem Provincias sub Theodosio I. constitutas capite antecedenti ostenderit; nihil hinc impedimenti exoritur, quominus ea Notitia sæculo V. anterior judicari queat. Similiter nihil obest quatuor Lugdunensium partitio, quippe quam reperimus in libello Provinciarum, quem ante V. sæculum lucubratum Cardinalis Norisius ostendit. Ut vero hanc Notitiam Galliarum vetustiore credamus, illud in causa est, quod in descriptione Provinciæ Viennensis Arelas sine Metropolis titulo recensetur. Porro Arelas ad honorem metropolitico erecta fuit circa an. 407. cum Præfecti Prætorio sedes, & caput omnium Galliarum esse cœpit, ut vidimus paullo ante. Civitas vero tanto honore prædita sine ulla honoris nota recensita non fuisset in Notitia, quæ

Epoch.  
Syr. Ma-  
ced. dif-  
fert. 4. c. 1.

quæ post hoc tempus scripta fuisset. Quesnellus ex hac animadversione multo posteriorem credidit, cum tamen posteriori licet ætate secundum Romanam dispositionem hac in Notitia exhibitam ab hoc honoris gradu non decesserit. Igitur multo probabilius anterior dicenda est hæc Notitia, eo scilicet tempore exarata, cum nondum Arelas ad metropolitica dignitatem evecta fuerat; ita ut nihil mirum sit, si inter comprovinciales Provinciæ Viennensis civitates sine ullo Metropolis titulo recensita fuit. Quod vero inter ultimas refertur, eam habet causam, quia Notitiæ auctor eum ordinem secutus est, quem geographicus situs obtulit. Primo enim post Viennam Metropolim urbes viciniores & mediterraneas notavit, tum vero ad mare vergentes, inter quas Arelas & Masilia ultimum locum tenent.

12. Ceteræ Quesnelli animadversiones in Notitiam Galliarum leviores sunt. Quod enim profert de Castro Nicænsi in Notitia omisso, quod ante Leonem Episcopatu fruebatur, ecclesiasticam Notitiam esse præsumit, quam civilem jam diximus. Cum vero in eadem civili Notitia tria alia castra Sequanorum, & duo Lugdunensis I. memorentur; Nicænsē omissum dicendum est vel auctoris incuria, vel potius, quod ita per hoc tempus exiguum esset & angustum, ut inter castra recensendum non videretur: unde Hilarus Papa non *castrum*, sed diminutive *castellum* appellat. Quæ porro subjicit ex Paullino Nolano, ab auctoris mente alienissima sunt. In ep. 28. ad Victricium Rothomagensē de celebritate loquitur, qua Rothomagum ex egregiis ejusdem Episcopi gestis *inter urbes sacratas* eminebat; quod ad dispositionem civilem, de qua nunc agimus, nihilum pertinet. Licet enim ea civitas ante hoc tempus esset civilis Metropolis, non tamen ante Victricium ita celebris *inter sacratas urbes* fuit. Idem est de Morinorum civitate, quam Paullinus ibidem memorat ratione habita religionis, non autem dispositionis civilis, quam unam Notitia describit. Argumentum tandem ex Synodo Taurinensi huc nihilum pertinet: cum in hac Synodo non de civili, sed de ecclesiastica Metropoli dubitatio fuerit, ut capite sequenti ostendemus. Nihil ergo Notitiæ auctoritatem elidit: ac propterea solidum ex hac quoque argumentum suppetit, quo Viennam civilem Metropolim fuisse dicamus, & antiquiorem quidem Arelate, nimirum jam inde ab institutione Provinciæ Viennensis, quæ a Vienna Metropoli nomen accepit. Immo antequam Arelas ob sedem Præfecturæ eo traductam ad metropolitica nedum septem Provinciarum, sed omnium etiam Galliarum dignitatem eveheretur, Viennam fuisse sedem Vicarii Præfecti Prætorio, quamdiu hic Treviris stetit, & idcirco fuisse etiam Metropolim non solum suæ Provinciæ, verum etiam quinque Provinciarum, quæ postea septem dictæ sunt, colligi posse videtur ex vetustissima Notitia Veronensi, in qua *diæcesis Viennensis* appellantur septem Provinciæ, quibus Vicarius præerat. Neque enim aliunde hæc diæcesis a Vienna nomen accepit, nisi quod ibidem Vicarius Præfecti sedem haberet. Ex his porro omnibus multo apertius cognoscitur, quam jure S. Leo scripserit, Viennæ & Arelato *commune jus quondam fuisse a gentibus*. *Quondam*, inquit: quia diversis temporibus altera alteri præstitit, Vienna quidem antiquiori ævo, cum suæ Provinciæ Metropolis, & probabilius etiam Vicarii sedes fuit; Arelas vero ætate posteriori, cum circa an. 407. Præfecturæ sedes esse cœpit. Nunc ad ecclesiasticarum Provinciarum & Metropoleon dispositionem accedamus.

Quesnelli  
objecta  
diluuntur.

Epist. 68.  
c. 2.

## C A P U T V.

*De antiqua institutione & dispositione Provinciarum ac Metropoleon ecclesiasticarum in Galliis, ac præsertim in Provinciis dissectis e Narbonensi solida. Sera earumdem initia; nec ad civilem formam omnino exacta demonstratur.*

1. **D**UO circa Provincias & Metropoles ecclesiasticas in Galliis constituenda sunt, ut de iis quæ Quesnellus multis in locis sparsit, judicium feratur. Primum quandonam harum forma fuerit inducenda; deinde num ad formam Provinciarum & Metropoleon civilium. Si ecclesiasticæ Provinciæ Galliarum in aliquo trium priorum sæculorum fuissent instituta, & ad civilium Pro-

Tribus  
prioribus

sæculis  
nulli Me-  
tropolita-  
ni institu-  
ti.

vinciarum formam exactæ, ut Quesnellus non uno loco præsumit; cum eo tempore solida Narbonensis nondum esset divisa, sicuti Narbo tunc semper existit totius Provinciæ Metropolis ipso Quesnello fatente parte 1. sub finem c. 11. ita nihil dubium esset, quin Narbonensis Episcopus ejusdem Provinciæ Metropoli- ta fuisset constitutus, non vero Arelatensis, aut quisquam alius. At hierarchiæ ecclesiasticæ formam tribus illis sæculis, & ante Nicænum quærere in Galliis, omnino irane esse ex eodem Quesnello accepimus. Hujus testimonia allegavimus capite secundo n. 5. Quæ cum non obscure ingesserit, haud satis intelligitur, quomodo sine contradictione aliqua scripserit part. 2. c. 2. *Cum eruditiores quique, paucis exceptis, ad ea tempora (antea notaverat annum 250.) referant religionis & disciplinæ exordia in Galliis; si tunc una Provincia (idest Narbonensis) unusque Metropolitanus fuerit; valebit regula Innocentii I. Papæ: Secundum pristinum Provinciarum morem Metropolitanos Episcopos oportere nominari; nec ad mobilitatem necessitatum mundanarum debere Dei Ecclesiam commutari.* Hac in sententia unus Narbonensis Episcopus secundum dispositionem civilem totius Narbonensis Metropolitanus fuisset institutus, nec ejusmodi constitutio ex mente Innocentii fuisset immutanda. Quesnellus vero indicare hoc loco voluit, Arelatensem Episcopum toti Narbonensi, uti putat, fuisse præpositum jam inde a medio sæculo III. ob S. Trophimi missionem, quam capite secundo ad id probandum omnino ineptam ostendimus. Si S. Trophimus Gallias petiit circa medium sæculum tertium, ut ex Gregorio Turonensi Quesnellus censuit; una cum S. Trophimo ab eodem Gregorio missus traditur etiam Paullus, qui Narbone sedem fixit, sicut Trophimus Arelate; ac propterea non minus ex hac missione Narbonensis civitas, quam Arelas profecisset: immo Narbo multo magis, cum hæc eo tempore totius Provinciæ Metropolis esset. Solum Quesnellus a contradictione purgari potest, eo quod Metropolis ecclesiasticæ institutionem in Galliis sub medium sæculum III. non affirmet absolute, sed sub conditione, *si tunc una Provincia unusque Metropolitanus fuerit.* Proinde id uti probabilius ab eodem accipimus, quod expressius docuit, nimirum ecclesiasticarum Metropoleon formam post Nicænam Synodum in Gallias investam ac institutam fuisse.

Nec quarto sæculo Metropolitani in Galliis instituti nisi serius sub ejusdem sæculi finem. Sulp. Sev. l. 2. Hist. c. 44.

2. Nos vero id insuper probabilius credimus, de hac hierarchica forma constituenda Gallicanos Episcopos serius cogitasse; & adhuc post Nicænae Synodi tempus antiquam methodum tenuisse, quæ tribus prioribus sæculis viguit, ut scilicet cum nondum Metropolitanis essent constituti, Episcoporum Synodis vel antiquior, vel civitatis, in qua Synodus cogebatur, Episcopus præsideret. Ita cum Concilio Valentino anni 374. præfuit Fœbadius, seu, ut alii cum Sulpicio Severo & cum editis Conciliorum scribunt, Fœgadius Episcopus Aginensis Ecclesiæ, quæ numquam Metropolitanam habuit, descriptis post eum aliis Episcopis insigniorum sedium Arelatensis, Viennensis, Trevirensis, & Lugdunensis; sola antiquioris ætatis ejus ratio haberi potuit, eo quod nondum certa esset Metropolitanarum institutio: neque enim post horum institutionem in more fuit ut Metropolitanis (quicumque adessent) simplici Episcopo quantumvis antiquiori locum cederent. Et siquidem Arelatensis præsertim Episcopus eum gradum ac primatum in Galliis semper obtinüisset jam inde a S. Trophimi missione, uti ex Zosimo, seu verius ex Patrocli & fautorum ejus suggestionem Quesnellus jactat; Concordius ejusdem Ecclesiæ Episcopus eundem gradum tenuisset in hoc suæ Provinciæ Concilio: nec si eandem traditionem atque consuetudinem a majoribus accepisset, quam Patroclus sæculo sequenti V. ingessit, permisisset umquam, ut simplex Episcopus huic vetustissimo & insigni suæ sedis privilegio præjudicium afferret. Hoc quoque documento Patrocli impostura confirmari potest.

3. Neque huic argumento quicquam obsunt difficultates, quæ Synodi Valentinae subscriptionibus Quesnellus opposuit part. 1. c. 11. Fœgadii enim nomen primo loco non in subscriptionibus ponitur, sed in inscriptionibus duarum epistolarum ejusdem Synodi, quas Quesnellus adeo ratas habuit, ut contra subscriptiones ipsas harum inscriptionum feriem extulerit, ex qua eidem Synodo, ut ait, *præfuisse Fœgadius legitur.*

4. Quodsi Marinus Arelatensis primus nominatur in inscriptione epistolæ Concilii

cilii Arelatensis an. 314. id non metropolitico juri, sed vel antiquitati ejus tribuendum est, vel potius quod loci Episcopus esset a Constantino Imperatore in caussa, de qua tum agebatur, præcipue deputatus: ubi enim Metropolita non essent, vel antiquior, vel loci Episcopus ceteris præferebatur. Idem Imperator in epistola ad Melchiam Papam apud Eusebium judices in ea caussa abs se delectos hoc ordine nominat: Reticium Augustodunensem, Maternum Agrippinensem, & Marinum Arelatensem: idemque ordo servatur in actis Romanæ Synodi, in qua iidem judices ob eandem rem ante Arelatensem convenierant, uti videre est apud Optatum lib. I. Porro Reticus Augustodunensis certe Metropolitanus non erat. Marinus igitur, qui simplici Episcopo postponitur, Metropolitanus non fuit: & siquidem in Concilio Arelatensi præmittitur Reticio, qui in Romano eidem prælatus fuerat, sola loci ratio in caussa esse potuit.

5. Neque obsunt, quæ de Saturnino Arelatensi traduntur, cum in Arelatensi pseudosynodo an. 353. ac in Biterrensi an. 356. S. Hilarius Piæstaviensem condemnandum curavit. Neque enim eum his pseudosynodis Provinciarum Viennensis, vel Narbonensis metropolitico jure præfuisse ex ejusmodi gestis colligi potest; sicut nequit colligi Valentem & Ursacium Episcopos certe non Metropolitanos metropolitico jure usos fuisse, cum in variis pseudosynodis multa adversus Catholicos pro suo arbitrio obtinuerunt. Sicut autem hi hæreticorum præpotentes ac præcipua factionis capita gestorum auctores a scriptoribus nominantur; ita etiam Saturninus Arelatensis, ut ne tamen huic, sicut nec illis jus metropolitico exinde tribuatur. Hanc comparisonis rationem ex Sulpicio Severo confirmamus, qui lib. 2. Hist. c. 40. scribit: *Italiam, Illyricum, atque Orientem Valens & Ursacius, ceterique quorum nomina edidimus, infecerunt, Gallias nostras Saturninus Arelatensium Episcopus homo impotens & factiosus premebat.*

6. Hæc, quæ de tam fera institutione Metropolitanarum in Galliis delibavimus, nemini mirifica & incredibilia videantur. Nam & in Italia ipsa, & in Hispaniis sub hoc idem circiter tempus, idest, post medium quartum sæculum Metropoles ecclesiasticæ institui cœpere: uti de Italicis (Romana semper excipienda est) pluribus statuimus in dissertatione jam parata, *De origine antiquiorum Ecclesiarum & Metropoleon Italiae*. De Hispaniis vero idipsum probare liceret: unde in Concilio Cæsaraugustano habito paullo post Valentinum laudatus Fœgadius Aginnensis, eo quod tum nulli essent Metropolita, ratione ætatis primum (ut in Valentino) supra ceteros omnes etiam celebriorum Hispanicarum sedium Episcopos locum obtinuit. Vetustius quidem Hispanorum Metropolitanarum indicium occurrit in epistola i. Siricii ad Himerium Tarraconensem c. 8. scripta an. 385. Quodsi in Eliberitana multo anteriori Synodo *primæ cathedræ Episcopus* nominatur can. 58. hoc nomine non Metropolitanum, qui tum non erat, sed antiquiorem Episcopum Africanorum more intelligi optime ostendit Cajetanus Cennius tom. 1. *de Antiquit. Eccl. Hispanæ* cap. 4. num. 8. Conferenda hoc loco erunt, quæ de canonibus Sardicensibus differemus tomo tertio, ubi hæc fera ecclesiasticarum Metropoleon apud Latinos institutio ex duobus canonibus in originali Latino aliter ac in Græco expressis non modicum confirmabitur.

7. Neque vero quisquam existimet, Gallicanos primariarum urbium Episcopos ante hanc epocham, si non in Conciliis, saltem in ordinationibus Episcoporum aliquid metropolitici juris exercuisse. Quibus enim ordinationum jus est, hi veri sunt Metropolita, iisdemque uti talibus præcipuus semper locus ante Episcopos in Conciliis tributus fuit: ac propterea si primus locus celebriorum urbium Episcopis non fuit traditus in Valentina Synodo; nullum quoque jus cuiquam ipsorum in ordinationibus tunc fuisse manifestum videtur. Cum in Concilio Arelatensi I. an. 314. can. 21. fit ordinationum mentio sic: *De his qui usurpant sibi, quod soli debeant ordinare, placuit ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum aliis septem Episcopis; si tamen non potuerint septem, sine tribus fratribus non audeant ordinare*: præterquamquod verbum *usurpant* nullum jus cuiquam fuisse satis indicat, certe qui id usurpabant, non appellantur Metropolitanæ, uti vocantur in Conciliis Orientalibus Nicæno,

Serius instituta Metropoles eccles. etiam in Italia & in Hispaniis.

De jure ordinationum.

Laodiceno, & Antiocheno: eo quod nondum per hæc tempora certi Metropolita jure ordinationum præditi essent in Gallicanis Provinciis, ut in Orientalibus reperiebantur.

Quando inductum. 8. Hoc sane ordinationum jus nondum fuisse in Galliis sub ipsum tempus Concilii Valentini, & solum sub finem ejusdem sæculi induci cœpisse atque constitui, evidentius probari potest ex quæstionibus ad Taurinensem Synodum delatis, ex quibus hæc fera Metropoleon ecclesiasticarum institutio magis magisque confirmabitur. Tres quæstiones ibidem agitatae potissimum considerandæ sunt. Prima est querela adversus Proculum Massiliensem, eo quod in Narbonensi secunda Episcopos ordinasset. Hanc autem querelam adversus eum non promoverunt Arelatensis, aut Viennensis Episcopi, qui alias pro vindicando sibi jure metropolitico in eadem Synodo invicem contendebant; sed soli Episcopi Narbonensis secundæ ea in re conquesti sunt, idque non eo consilio, ut præservarent hoc jus Viennensi Episcopo vel Arelatensi, ac si alteruter suus esset antiquus Metropolita; sed hac ratione, quod *sibi alterius provinciæ Sacerdotem præesse non debere* contenderent: quæ ratio æque Proculum Massiliensem, ac Arelatensem & Viennensem Episcopos excludit. Cum enim omnes hi tres ejusdem Viennensis provinciæ essent, æque omnes ad aliam provinciam pertinebant. Illud autem ex his manifeste sequitur, tam feram fuisse Metropoleon ecclesiasticarum initia, ut nondum per hoc tempus Arelatensis aut Viennensis Episcopus jus metropolitico exercuisset, aut obtinuisset in ordinandis Episcopis Narbonensis secundæ: unde iidem, qui de jure metropolitico in Viennensi provincia inter se certabant, nihil moverunt circa Narbonensem secundam adversus Proculum Massiliensem, qui in ea primus idem jus veluti proprium sibi quæsierat per Episcoporum ordinationes, eidemque propterea *se tamquam Metropolitanum diceret præesse debere*. Ipsi autem provinciæ Episcopi ægre ferentes alius provinciæ Episcopum sibi præferri, satis indicarunt se ex Nicænis canonibus suæ tantum provinciæ Episcopum Metropolitanam non recusaturos, quæ item innuunt eos nondum certum Metropolitanam accepisse.

Secunda. 9. Secunda quæstio Taurinensibus proposita exarsit inter Arelatensem & Viennensem. Quisque ordinationum jus & primatum in provincia Viennensi contendebat. Dubium hac in re Patribus videtur exortum, quia post auditas utriusque partis allegationes, quæ ipsis oblatae fuerunt, incertum adhuc fuit, utra civitas esset Metropolis: nam *a Synodo definitum est, ut qui ex eis approbaverit suam civitatem esse Metropolim, is totius provinciæ primatus honorem obtineat*. Controversia non levis inter eruditos vertitur, num Patres Metropolis nomine civilem intellexerint, an ecclesiasticam. Plerique de civili interpretantur. At Pagius ad an. 401. n. 37. & seqq. hanc sententiam refellit. Nemini quidem dubium esse poterat, utra civitas civilis Metropolis esset. Solam autem Viennam Taurinensis Synodi tempore civilem fuisse Metropolim ostendimus cap. 4. Quamquam si utraque civitas diverso nomine tum fuisset Metropolis; cum id ignorare non potuerint ejusdem Synodi Patres; non eam sententiam protulissent, quæ unam civitatem tantum Metropolim præsumit. Cum igitur non de civili, sed de ecclesiastica Metropoli locuti sint; difficultas in hoc non ex eo pendere potuit, quod Viennensis Episcopus metropolitico jus sibi tardius arrogasset adversus Arelatensem, quasi is solius antea eo usus fuisset: tunc enim certum esse debuisset solam Arelatem esse veram Metropolim, contra quam usurpatio recens Episcopi Viennensis nihil præjudicii creasset. Dubium ergo ex eo proficisci potuit, quia in recenti institutione ecclesiasticarum Metropoleon uterque Episcopus Viennensis & Arelatensis id juris sibi competere præferebat, eo quod suam quisque sedem ceterarum ejusdem provinciæ Ecclesiarum matrem seu Metropolim esse contenderet, Arelatensis ob missionem S. Trophimi, Viennensis vero ob suæ Ecclesiæ antiquiorem originem, quæ S. Trophimi ætatem exsuperat. Cui rationi, ut ita dicamus, ecclesiasticæ, rationes fortassis unusquisque adjecit ex prærogativis civilibus singularum civitatum, quæ pariter sub Leone ex abundantia in allegationibus eidem exhibitis utrimque propositæ cognoscuntur ex ep. 66. ac ita utrimque graves, ut parem incertitudinem apud ipsum Pontificem pepererint, ex qua provinciam inter Arelatensem & Viennensem Episcopos ( ut Taurinenses Patres consilium dederant ) dividendam



dam censuerit. Hæc autem quæstio solum in Taurinensi primum excitata videtur, propterea quod non multo ante hoc Concilium in inducendis Metropolitibus hi duo Antistites ordinationes Episcoporum provinciæ Viennensis veluti pro jure suo exercere cœperint: alias multo ante hæc controversia mota fuisset. En ergo quomodo ex Taurinensi colligitur ordinationes ex metropolitico jure paullo ante hoc tempus cœpisse.

10. Hujus argumenti vim forte pervidit Quesnellus, cum part. 1. c. 5. aliam hujus controversiæ occasionem afferre studuit. Præsumit se jam probasse capite antecedenti, Arelatensem semper primatum obtinuisse in Narbonensi solida nemine contradicente; cum tamen antecedenti capite nihil attulerit, ex quo ille primatus constituatur, ut ex Adnotationibus eidem capiti subjectis patebit. Ratio etiam, quam paullo ante attulimus, id generatim confirmat. Si enim certa & antiqua fuisset Arelatensis possessio, recens vero nisus Viennensis Episcopi, uti Quesnellus jactat; qui fieri potuisset ut Taurinenses Patres adhuc ancipites Arelatensi causam non adjudicarent? Quæ vero ille cap. 5. congerit, ut recentis nisus Episcopi Viennensis occasionem, & controversiæ causam designet, falsa & commentitia sunt. Falsum est divisionem Narbonensis solidæ, ex qua Viennensis Episcopus occasionem sumpsit, *non ita pridem*, seu non multo ante Taurinense Concilium, factam fuisse. Viennensis enim provincia jamdiu sub Diocletiano, aut Constantino divisa fuerat, uti capite tertio constituimus. Falsum est etiam turbas sub Eugenio tyranno excitatas provinciam Viennensem in partes discidisse; & hac occasione aliis civitatibus tyranno parentibus cum Viennensi, aliis cum Arelatensi sub Romana ditione perseverantibus, Viennensem Episcopum persuasisse Eugenio, ut ibi primatum ecclesiasticum constitui juberet, ubi imperii sui sedem, vel saltem incunabula habebat. Eugenius tyrannus occiso Valentiniano II. totas Gallias, nedum totam Viennensem provinciam occupavit, nec ulla hujus fuit in partes scissio, quæ Viennensi primatui inducendo occasionem dedit. Falsum est etiam Gallicanos Episcopos jamdiu expetiisse S. Ambrosium, ut de Episcoporum dissidiis hanc ob causam exortis in Gallicana Synodo cognosceret & judicaret. Testimonium enim ipsius Ambrosii, quod Quesnellus allegat ex sermone in funere Valentiniani Augusti, non has a Quesnello confictas dissensiones respicit, sed illas a Severo Sulpicio indicatas, quibus Gallicani ob Ithacianos in partes divisi, schisma quoddam confecerant, quod in ipsa Taurinensi Synodo memoratur can. 6. His igitur Quesnelli commentis repudiatis, nulla alia superest æquior causa dissensionis de jure metropolitico inter Arelatensem, & Viennensem, nisi quia in recenti Metropoleon ecclesiasticarum institutione paullo ante eam Synodum pro suis quisque prærogativis ad primatum contendit.

Hist. lib.  
2. in fine  
& Vit.  
S. Martini dial.  
3. n. 13.

11. Hæc autem recens institutio evidentior fiet ex tertia quæstione ab eodem Concilio Taurinensi definita can. 3. Quatuor Episcopi Octavius, Urso, Remigius, & Triferius, qui *in usurpatione quadam de ordinatione Sacerdotum ad invidiam vocabantur*, simplices utique Episcopi, non autem Metropolitanæ erant. Hi autem se ob hanc causam non condemnandos probarunt, *quod dicerent prius se non esse conventos*. Hanc excusationem ob actus præteritos Concilium accepit, ne eos ulla pœna multaret. Igitur ordinationes Episcoporum, quæ ante interdictum hujus Synodi, nullam pœnam meruerunt, ante hoc tempus nullius sedis juri erant alligatæ lege vel consuetudine ulla: alias illi fati ex hoc de usurpatione *conventi* fuissent. Igitur nulli certi Metropolitanæ erant ante hoc Concilium, sed induci cœperunt sensim; vetitum autem eisdem Episcopis fuit ne quid simile de cetero sibi arrogarent, quia Metropolitanorum institutio, quæ paullo ante induci cœpit, ab eodem Concilio confirmata fuit. Has omnes observationes in tria priora Concilii Taurinensis capita si in unum complectaris, & cum iis jungas, quæ ex Concilio Valentino animadvertimus, ad persuadendam seram Metropolitanarum institutionem in Galliis nihil desiderabis.

Tertia.  
Tom. 2.  
Conc. col.  
1385.

12. Hac autem prima quæstione expedita, superest altera, num ad Provinciarum ac Metropoleon civilium formam ecclesiasticæ accommodatæ fuerint, nec ne. Hic non quæritur de eo, quod cursu temporis accidit. Certum est enim sequiori ætate ad civilem fere formam in Galliis ecclesiasticas Provincias & Me-

Ecclesiasticæ Metrop. & Provinciæ initio non

accommodata civilibus.

tropoles exactas inveniri: quod tamen ipsum tunc obtinuit, cum Romano imperio in iisdem Galliis extincto, vetus Romanarum provinciarum forma, nomine tantum retento, confusa prorsus ac sublata fuerat. De initiis quærimus, cum civili dispositione vigente ecclesiasticæ provinciæ & Metropoles inductæ fuerunt. Has quidem civili formæ accommodatas, Quesnello persuasum fuit: nam part. 1. c. 12. scribit: *Cum ecclesiasticæ disciplinæ fundamenta posita sunt, constitutusque ordo hierarchiæ; ad formam politicæ civilis ordinati sunt ecclesiastici gradus, stabilita sedium episcopaliū dignitas, Metropolitanarum potestas erecta.* Nihil evidentius falsum. Si enim hæc civilis forma observata fuisset, divisa jam, uti c. 3. vidimus, solida Narbonensi in Viennensem, in duas Narbonenses, in Alpes maritimas, & in Alpes Grajas, quæ postremæ Galliis proprie dictis assignatæ fuerunt; totidem provinciæ ecclesiasticæ, ac Metropolitanæ totidem constituti fuissent in quavis harum provinciarum Metropoli. Id tamen non evenit: certe enim Narbonensis secunda, Alpes maritimæ & Grajæ diutius proprio Metropolitanano expertes, Arelatensi, vel Viennensi Metropolitanæ subiectæ fuerunt. Cum porro nulla unquam quæstio fuerit cum Narbonensi Episcopo ante Patroclum Arelatensem; ille pacifice jus suum in provincia Narbonensi I. obtinuisse videtur, quod & privilegio apostolico confirmatum fuit. Solutus Patroclus sub Zosimo litem illi intentavit, cum tamen nemo ante eundem Patroclum in ejus provincia aliquid sibi arrogasset, ut ex Leone intelleximus. In hac itaque provincia ad civilem dispositionem ecclesiastica aptata fuit. At non ita in provincia Viennensi. Cum enim eo tempore, quo institui cœperunt Metropolitanæ, sola Vienna esset civilis provinciæ Metropolis, ut ex disputatis capite antecedenti manifestum est; si ex civili dispositione sumpta fuisset ecclesiastica dispositio, soli Viennensi Episcopo primatus tribuendus fuerat. Certum nihilominus est tum Viennensem, tum Arelatensem Episcopum post Valentinam, uti vidimus, Synodum an. 374. ordinationes Episcoporum exercuisse in eadem provincia Viennensi, idque pro jure quisque suo esse putavit, non ex dispositione civili, quæ solam Viennam tunc agnoscebat Metropolim, sed ex ecclesiasticis cujusque prærogativis, quas potissimum in Taurinensi allegarunt: & harum quidem natura ibidem expensa cum incertum reddidisset, utra Ecclesia alteri præmineret, atque aliarum Ecclesiarum mater seu Metropolis esset; ejusdem Synodi Patres in hoc incerto jure provinciam inter eos Episcopos dividendam suaserunt. Quod autem subinde a Zosimo decretum fuit pro Episcopo Arelatensi, nihil cogit, cum a Patroclo per subreptionem, ut vidimus, extortum fuerit. Potius cogit, quod *consideratis allegationibus utriusque partis presentium Clericorum* testatur S. Leo ep. 66. c. 2. *ita semper intra provinciam vestram & Viennensem & Arelatensem civitates claras fuisse, ut quarundam causarum alterna ratione nunc illa in ecclesiasticis privilegiis, nunc ista præcelleret.* Quæ cum antiquum utriusque exercitium & quasi possessionem demonstrassent, ex qua neutri primatum deferri, aut adimi posset; in Taurinensium Patrum sententiam provinciam inter ipsos divisit: quod posterius custoditum fuit. Ita civilis provinciarum divisio in ipsa Viennensi provincia ecclesiasticarum provinciarum norma non fuit.

Vid. c. 2.

sup. c. 2.

Duo corollaria adversus Quesn. Primum corol.

13. Ex his autem duo corollaria adversus Quesnellum colligi queunt. Primo cum Metropolitanæ ecclesiasticæ in Galliis nondum sub Valentinæ Synodi tempus fuerint constituti, ac idcirco ipse Arelatensis Episcopus per id tempus primum locum non tenuerit in eo Concilio, quod in Viennensi ejus, ut ille contendit, provincia coactum fuerat; falsum agnoscitur, quod Patroclus & fautores ejus Zosimo ingesserunt, Arelatensem Antistitem ob S. Trophimi reverentiam primatum *semper* obtinuisse: quod etsi de jure ordinationum assertum sit, ex ejusmodi tamen primatu in ordinationum jure, primatus etiam in Synodis eadem de causa ortus fuisset. Præterea ex tam fera institutione Metropoleon in Galliis colligitur, ecclesiasticam Arelatensem Metropolim post medium sæculum IV. cœpisse institui, cum Narbonensem quoque Episcopum in Narbonensi I. jus metropolitanicum exercuisse, Quesnellus occasione (uti putat) novæ divisionis inficiari non audeat. *Non diffitemur*, inquit part. 2. cap. 3. *Episcopum Narbonensem aliquot annis metropolitanico jure potitum esse in Narbonensem provinciam primam... occasione novæ divisionis, quam ante dimidium*

quar-

*quarti sæculi* factam fuisse affirmavit cap. 2. Si autem sub idem circiter tempus Arelatenfis & Narbonenfis Epifcopi metropolitico jus exercebant; perperam igitur Quesnellus jactat, Narbonenfem Epifcopum in Narbonenfi prima jus fibi ufurpaffe proprium Arelatenfis, ac fi Arelatenfis ante Narbonenfem idem jus metropolitico obtinuiffet. Hinc etiam intelligitur *veterem illam confuetudinem, & prifcam institutionem*, quam Arelatenfi tribuit Zofimus, ut Narbonenfem recentioris ufurpationis revinceret, meræ Patrocli impofturæ innixas fuiffe: utraque enim Metropolis eadem fera initia habuit. Quodfi Hilarius Narbonenfis non potuit, *quid habuiffet antiqua confuetudo, suggerere* ex ep. 6. Zofimi; idcirco non potuit, quia fincerior fuit, nec voluit in fuæ fedis gratiam ea antiqua commenta ingerere, quæ Patroclus abfente & incio Hilario pro Arelatenfi confixit.

14. Ex eo porro, quod civili provinciarum difpofitioni aptata non fuit difpofitio ecclefiaftica, falſum oftenditur, quod Quesnellus venditare ftuduit, Narbonenfem Epifcopum metropolitico jus ufurpaffe in Narbonenfem primam occasione novæ divifionis civilis, cum fcilicet divifa fuit Narbonenfis I. a Viennenſi. Harum enim provinciarum divifio non medio quarto ſæculo, ut ille exiſtimat, facta fuit; ſed, ut cap. 3. vidimus, ſub ejuſdem ſæculi initium: multo autem poſterior fuit harum ecclefiafticarum Metropoleon inſtitutio, quæ cum ex ea divifione originem vel occaſionem non ſumferit, aliunde inducta fuit ab Epifcopo Narbonenſi, & ab Arelatenſi atque Viennenſi; quod fcilicet antiquiores Eccleſiæ eſſent & celebriores in ſua provincia, & multis prærogativis ornatæ: & in his ſolus Narbonenfis antiquum apoſtolicum privilegium obtinuit, quod ex unius Patrocli fraudibus apud Zofimum ſubreptionis notari potuit; at fallaciis illius detectis a Bonifacio I. Cæleſtino, ac Leone Zofimi ſucceſſoribus, factum tectum habitum fuit. Secundum.

## C A P U T VI.

### *De jure metropolitico in Eccleſiis provinciarum Narbonenfis ſecundæ, Alpium maritimarum, & Alpium Grajarum.*

1. Quesnellus omnes provincias e Narbonenſi ſolida difſectas, jam inde ab inſtitutione Metropoleon in Galliis ad Arelatenſis Epifcopi jus pertinuiſſe contendit. Metropoles in Galliis induci & inſtitui cœpiſſe ſub finem ſæculi IV. capite præcedenti oftendimus. Sub idem vero tempus Narbonenfem primam proprio Metropolitanò præditam, nec niſi per Patrocli Arelatenſis ſubreptionem a Zofimo fuiſſe traductam in jurisdictionem Arelatenſis, quod ſtatim poſt Zofimum a Bonifacio retractatum fuit, capite ſecundo demonſtratum eſt. Nunc de tribus aliis provinciis e ſolida Narbonenſi exciſis dicendum ſupereſt, de quibus Quesnellus tribus poſtremis partis ſecundæ capitibus pro Arelatenſi jure ſtatuerè nititur. Nonnulla de ſingulis brevius obſervanda, Quesnelliana commenta detegent.

2. De Narbonenſi ſecunda in primis agamus. Proculum Maſſilienſem ante finem ſæculi IV. cum Arelatenſis Metropolis cœpit, ordinationes Epifcoporum feciſſe ac jus metropolitico exercuiſſe in eadem Provincia, ex Synodo Taurinenſi oftendimus cap. 5. n. 8. Quod ſi illi in hac Synodo contradicium fuit; non tamen ab Arelatenſi, ſed ab Epifcopis ejuſdem Provinciæ contradicium profecta eſt non ex eo nomine, ut Arelatenſi ſubeffent, ſed ut omni alterius Provinciæ Metropolitanò excluſo, ipſius Narbonenſis ſecundæ Metropolitanam haberent, ut ibidem animadvertimus. Patribus autem adeo certa viſa eſt antea cœpta Proculi poſſeſſio, ut idem jus ipſi adimendum non putarint; qui ſane jus ipſum attribuiſſent Arelatenſi, ſi, cum eſſet præſens, antiquiorem & diuturniorem ſuam poſſeſſionem potuiſſet oftendere, qua Proculi ordinationes ufurpationis nomine excludendæ fuerant. At ſolis Narbonenſis II. Epifcopis loquentibus, Arelatenſis conticuit; eo quod nullos actus, nullumque jus in eam Provinciam præferre poterat: nec de ea ſuo juri ſubjicienda quicquam cogitabat.

3. Patet igitur, quam inanis ſit Quesnelli conjectatio, qua, ut Arelatenſis jus in hanc Provinciam adſtrueret, hunc ob ejus temporis difficultates Proculo Maſſi- De jure metrop. in Narbonenſi II.  
Refellit Quesnellus.

De Procu-  
lo Massi-  
liensi.

Massiliensi cessisse comminiscitur; ac si antea semper certum ejusdem fuisset jus, & certa possessio, quæ nullo idoneo documento probari potuerunt. Certe enim Arelatensem Metropolim ante Synodum Valentinam inductam non probavit; nec, ut credimus, contra ea quæ attulimus, probare potuisset. Quæ vero produxit ex Zosimi litteris, æque commentitia esse, & Patrocli obreptioni adscribenda c. 2. demonstratum videtur. Hinc forte Proculus, qui Taurinensis Concilii auctoritate munitus (1) falsitates a Patroclo suggestas explore nove- rat, iis litteris uti subreptitiis se non teneri existimans, initio non paruit: utrum vero æque non paruerit, cum novis litteris Zosimus institit, eumque pro deposito habuit, ignoratur. Zosimus quidem ep. 11. ad Massilienses eum depositum, & nihilominus Episcopos consecrantem indicat scribens: *Cum ipse iam non sit Episcopus, Episcopos facit*. Id P. Coustantius intelligit de damnatione, quæ anterioribus epistolis memoratur, ac præsertim ep. 7. Sed hæc omnes epistolæ condemnationem latius accipiunt: merum enim interdictum expriment, quo illi vetitum fuit in Narbonensi II. Episcopos ordinare: nullum autem depositionis indicium præferunt, ut legentibus palam fiet. Probabile nobis est in sola epistola II. depositionem aliquam indicari; post quam utrum Proculus se pro Episcopo gesserit, nec ne, monumentorum inopia non liquet; mirumque maxime accidit, Quesnellum sine ullo (2) teste idoneo venditasse, has quoque litteras non tam a Proculo, quam ab Episcopis Gallicanis fuisse neglectas, idque in eam causam retulisse, quod judicia de Gallicanis Episcopis a Romanis Pontificibus edita nihili in Galliis fierent. Id iste ex suis adversus Romanam Sedem præjudiciis ingerere maluit, quam fateri subreptionem litterarum Zosimi, & huic subreptioni Proculo cognitæ aequiorem quamdam excusationem adscribere.

4. Nihil dubitandum videtur Patroclum Arelatensem post eas litteras Zosimi, quibus ipsi præcipiebatur ut alium in Proculi locum ordinaret, reversum in Gallias, harum litterarum auctoritate, & Constantii patrocínio fretum, Massiliensibus novum Episcopum consecrassè; nisi forte Proculus, quem non restituisse amplius credimus, hac obedientia ita Patrocli & Zosimi animos deliniverit, ut in sua sede relictus fuerit. Solum itaque hoc tempore Narbonensis II. in Arelatensis jus primum transivit.

De Nicæ-  
na consti-  
tut. a Bo-  
nifacio PP.  
recitata.

5. Modicum vero hoc Patrocli jus Zosimi litteris acquisitum viguit. Cum enim Bonifacius ejusdem Zosimi decretum *melio- re*, ut ait Leo, *sententia* delevit; Narbonensi Episcopo auctoritatem restituens in Narbonensem I., eam generalem regulam subjecit, quæ ad omnes alias ecclesiasticas Provincias extenditur: *Nulli, inquit, videtur incognita Synodi constitutio Nicæna, quæ ita præcipit, ut eadem proprie verba ponamus. Per unamquamque Provinciam jus Metropolitanos singulos habere debere, nec cuiquam duas esse subjectas*. Id quidem conspirabat in Episcoporum secundæ Narbonensis sententiam, qua suam Provinciam alterius Provinciæ Episcopo non debere esse subjectam in Taurinensi Synodo contendebant. Unde mortuo jam Proculo, cui hæc Provincia fuerat adscripta quoad ipse viveret, ex hoc Bonifacii decreto ac ex Nicæno canone ab eodem relato manifeste sequebatur, Narbonensem II. proprio Metropolitanato frui debere, non autem Arelatensi Episcopo subjici, ne unus Episcopus duabus Provinciis præsideret: ac propterea jus metropolitico in secundam Narbonensem Episcopo potioris civitatis Aquensis eodem canone atque decreto attributum videtur.

Quid de  
ea sentien-  
dum.

6. Hunc quidem Nicænum canonem, uti a Bonifacio recitatur, nemo anteriorum Pontificum indicavit umquam, neque cognovit. Alias cum omnes Ni-  
cænis

(1) Falsum est inter cetera quod traditur ep. 5. Zosimi ad Episcopos Provinciæ Viennensis & Narbonensis II., in ea Synodo *longe aliud actum fuisse*: nam ex ipso præmio liquet coactam fuisse ob nonnullas episcopales causas, quarum prima fuit illa circa Narbonensem II. quam Proculus sibi attribuerat.

(2) Cælestini epistola 4. ad Episcopos Provinc. Vienn. & Narbon. cui Quesnellus innititur, dum Massiliensem Episcopum suppresso nomine laudat, non Proculum, sed Venerium probabilius respicit. Confer Tillemontium in Zosimo art. 9. qui si addit testimonium ex Vita S. Honorati, hoc etsi ad Proculum pertineat, non tamen illud tempus spectat, quo depositus fuerat: multo antè enim tempus contextus indicat, ut idem Tillemontius fatetur in S. Honorati Vita.

cænis canonibus maxime deferrent, oppositam disciplinam non permisissent in Provinciis Italiae & Suburbicariis, ut pleræque proprio Metropolitano carerent, & unus Metropolitanus nedum duabus, sed pluribus Provinciis præsideret. In Italia etsi septem essent Provinciae civiles, duo tamen Metropolitanae tantum existerunt, Mediolanensis, & Aquilejensis: in quo idem Pontifex Bonifacius nihil innovavit: nam solum sub Cælestino, vel Xysto III. sedes Ravennas ad jus metropoliticum evecta fuit. Diutius porro in decem Provinciis Suburbicariis solus Romanus Episcopus Metropolitanam egit. Cum Zosimus Patroclum Arelatensem Viennensi Provinciae & duabus Narbonensibus præesse jussit, adeo eam disciplinam a Nicænis Patribus præscriptam non novit, ut se potius ex Patrum regulis agere affirmaverit epist. 5. Enimvero canon ejusmodi inter Nicænos non invenitur, nec in Græco textu, nec in ulla antiqua versione Latina, nec in abbreviatione Rufini; immo nec inter canones Sardicenses, qui sub Nicænorum nomine a Romanis Pontificibus allegari solebant. Cum autem Episcopi Narbonensis II. jam in Taurinensi Synodo contenderint, *sibi alterius Provinciae Sacerdotem præesse non debere*; & Hilarius Narbonensis apud Zosimum epist. 6. asseruerit, *in aliena Provincia ab alio non debere fieri Sacerdotes*; & Lutubenses Narbonensis primæ cum Bonifacio questi fuerint, Patroclum *in aliena Provincia contra Patrum regulas ordinasse*: conjectura Coustantii satis probabilis nobis videtur, *Bonifacium non propria Nicæni Concilii verba referre voluisse, sed verba, quæ forte in Lutubensium libello e Nicænis canonibus summam expressa erant*, (ex postremis forsitan verbis canonis 4. ubi *per unamquamque Provinciam Metropolitanus nominantur*) *repetiisse, ac veluti sibi propria declarasse*. Hoc Bonifacii decretum a Cælestino expresse confirmatum fuit ep. 4. ad Episcopos Viennensis & Narbonensis Provinciae n. 6. *Primum*, inquit, *ut juxta decreta canonum unaquæque Provincia suo Metropolitano contenta sit, ut decessoris nostri data ad Narbonensem Episcopum continent constituta, nec usurpationi locus alicui Sacerdoti in alterius concedatur injuriam. Sit concessis sibi contentus unusquisque limitibus: alter in alterius Provincia nil præsumat*.

7. Ex his autem apostolicis decretis jus metropolitum Episcopo Aquensi tributum, adeo ut is verus Metropolitanus fuerit Provinciae Narbonensis secundæ, S. Leo videtur præsumere, cum scripsit epistola 10. c. 6. *Ordinationem sibi ..... singuli Metropolitanus suarum Provinciarum ..... restituto sibi per nos jure defendant. Alienum jus alter sibi non audeat vindicare. Suis limitibus, suis terminis sit unusquisque contentus; & privilegium sibi debitum in alium transferre se posse, noverit non licere. Quod si quis negligens apostolicas sanctiones, plus gratiæ tribuens personali, sui honoris desertor esse voluerit, privilegium suum in alium transferre posse se credens; non is, cui cesserit, sed is, qui intra Provinciam antiquitate episcopali ceteros prævenit Sacerdotes, ordinandi sibi vindicet potestatem*. De Metropolitanis loquitur, qui plus gratiæ tribuentes personali, privilegium suum in alios transferre se posse crediderant. Id intelligi nequit, nisi de Metropolitanis, qui alicujus gratiæ jus sibi competens profequi & exequi noluerunt. Forte Episcopus Aquensis in Arelatensium Episcoporum observantiam a jure, quod ex laudatis apostolicis decretis sibi competebat, abstinuit, iisdemque omne exercitium in sua Provincia reliquit; uti similiter de Ingenuo Ebredunensi videbimus, qui propterea ab eodem Leone de suæ Provinciae *illicita cessione* culpatus fuit: neque enim aliam metropolitici juris originem habuit Ebredunensis Episcopus in Provincia Alpium maritimarum, quam Aquensis in Narbonensi secunda. Solæ Bonifacii ac Cælestini litteræ Nicænum canonem referentes, pro utriusque jure allegari queunt; & has forte litteras *apostolicarum sanctionum* nomine Leo complexus est. Ex his porro liquet Arelatenses Episcopos adhuc post decretum Bonifacii in possessione perstitisse Narbonensis secundæ, ac in eadem uti ipsius Metropolitanus, Episcopus ordinasse. Hinc Antistites Arelatensi adhærentes, inter quos Asclepius Episcopus Aptensis ex secunda Narbonensi, ep. 65. cap. 2. ad Leonem scribunt: *Ab hujus Ecclesiæ (Arelatensis) Sacerdote tam decessores nostros, quam nos ipsos constat in summum Sacerdotium donante Deo consecratos*. Cum vero Auxanius Episcopus, ut videtur, Aquensis, Romam legatus sive a Synodo

Num jus in Narbon. II. tributum fuerit Aquensi Episc.

Gallicana, sive a Leontio Arelatensi, hac occasione ab Hilario Papa privilegium obtinuerit pro ordinando Nicænsi Episcopo in Alpium maritimarum Provincia; multo magis pro ordinationibus Episcoporum suæ Provinciæ Narbonensis secundæ eundem laborasse, & jus metropolitico sibi restituendum curasse satis credibile est.

8. At etiam post Hilarum Papam Aquensem Episcopum ac propterea totam Narbonensem II. subiectam fuisse Episcopo Arelatensi Quesnellus inferri putat ex serie libelli Symmacho Papæ oblato an. 514. ac ex rescripto ejusdem ad Casarium Arelatensem, ex quibus Aquensem Episcopum ab Arelatensi ad Synodum evocari potuisse manifestum est. Hoc tamen argumentum non est omnino evidens. Arelatensi enim Episcopo jus fuisse Synodi cogendæ ex pluribus Provinciis, ipsosque Metropolitanos evocandi, ex ipso Leone manifestum efficitur. Etenim ep. 10. ubi S. Hilarius Arelatensis plectitur, duo jura ejus distinguuntur; jus metropolitico in solam Provinciam Viennensem, & jus cogendæ Synodi ex aliis Provinciis. Primum jus Hilario ablatum, absolute & independentè transfertur in Episcopum Viennensem; quoad jus vero indicendi Concilia ex pluribus Provinciis, consensum Leontii antiquioris Episcopi requirendum decernit: *Et quoniam honoranda est semper antiquitas, fratrem & coepiscopum nostrum Leontium probabilem Sacerdotem hac, si vobis placet, dignitate volumus decorari, ut præter ejus consensum alterius Provinciæ non indicatur a vestra sanctitate Concilium . . . . Metropolitanis privilegii sui dignitate servata.* Nonne hinc agnoscitur jus evocandi ipsos Metropolitanos ad Synodum? quod si ad Hilarium non pertinisset, nihil erat, quod de hac facultate per antiquiorem supplenda quidpiam statueret. Hoc decretum temporale fuit, quoad Hilarius vixit: unde eo extincto idem S. Leo Ravennio illius successori mandavit, ut Synodum e pluribus Provinciis cogeret, in quo omnes Episcopi suæ ad Flavianum epistolæ subscriberent. Hoc jus Arelatensi attributum videtur a Zosimo, apud quem Patroclus plurimum potuit. *Apostolicæ Sedis auctoritate munitus* traditur in epistola hujus Pontificis septima, & *delegatio apostolica* memoratur ep. 10. quo respicientes Episcopi Gallicani in ep. 65. ad Leonem c. 3. Arelatensi Antistiti *Apostolicæ Sedis vicem mandatam* affirmant. Forte in aliqua Zosimi ad Patroclum epistola, quæ desideratur, ejusmodi Synodorum indicendarum facultas expresse continebatur. Hinc Hilarius Papa Leontio Arelatensi, qui Ravennio successit, *monarchiam* quamdam in Narbonensem I. attribuit ep. 7. & hoc jus evocandi ipsos Metropolitanos ad Synodum expresse confirmat ep. 8. c. 2. *Per annos itaque singulos ex Provinciis, quibus potuerit congregari, habeatur episcopale Concilium, ita ut opportunis locis atque temporibus, secundum dispositionem fratris & coepiscopi nostri Leontii, cui sollicitudinem in congregandis fratribus delegavimus, Metropolitanis per litteras ejus admonitis, celebretur.* Et epist. 10. *Synodalia quotannis Concilia, quorum maxime in fratre & coepiscopo nostro Leontio Arelatensis Ecclesiæ Sacerdote summam placuit esse, celebrentur.* Et post nonnulla: *Congregationes annuas ordinante fratre & coepiscopo nostro Leontio, admonitis Metropolitanis, quod sæpe dicendum est, iis locis celebrare dignemini, ad quæ conveniendi nulla sit cuiquam commeantium difficultas.* Aquensis igitur, etfi Metropolitanus fuisset, ab Arelatensi vocari poterat ad Synodum, ut ne idcirco suffraganeus ejus dicatur, quemadmodum suffraganei sedis Arelatensis dici nequeunt alii plures certi Metropolitanæ, qui in aliis Synodis Gallicanis Arelatensi præside convenerunt.

9. Unum in Symmachi epistola 10. fortius videtur, cum Arelatensem Episcopum Aquensis & aliorum *Metropolitanum* indicat illis verbis: *Etsi tam Aquensis Ecclesiæ Antistes, vel alius quilibet Metropolitanus Pontifici &c.* Et apertius in libello, cui Symmachus respondet: *Aquensis etiam civitatis Episcopum sanctitatis, vestræ moneri præcipite constitutus, ut dum a Metropolitanus Antistite Ecclesiæ Arelatensis ad synodale Concilium fuerit evocatus, vel aliqua ordinationis causa eum sibi postulet religio divina necessarium, minime venire frustretur.* Hic Metropolitanus vocatur non solo jure evocationis ad Synodum, sed occasione ordinationum, ad quas soli comprovinciales evocabantur; nisi forte aliquis rarus casus contingeret illi similis, quo

Jus convocandi Synodos ex Provinciis Gallicanis Arelatensi concessum, est distinctum a jure metropolitico.

Quando concessum.

Aquensis diutius fuit subditus Arelat. Tom. 5. Conc. col. 439. Ibid.

quo compvincialibus deficientibus Sidonius alios Metropolitanos ad ordinationem accivit in epistola ad Agroecium Senonensem. Enimvero Concilio Aurelianensi IV. an. 541. Aurelianensi V. an. 549. ac Avernenſi II. anni ejusdem Episcopus Aquensis non inter Metropolitanos, sed inter Episcopos subscriptus legitur: quæ satis ostendunt, eum per hæc quoque tempora omni jure metropolitico caruisse, ac proinde Arelatenſi ſubditum cum tota Narbonenſi ſecunda.

Tom. 5.  
Concil.  
col. 119.

10. Ad Alpes maritimas accedamus. Etsi Zosimus Arelatenſis ſedis jura maxime extulit; cum tamen eidem non attribuerit niſi Provincias tres, Viennensem ſcilicet, & duas Narbonenses, eo tempore quo Alpes maritimæ, ſicut & Grajæ, jamdiu conſtitutæ fuerant; hæc Arelatenſis juri non fuiſſe ſubjectæ videri poſſunt. At forte Zosimus tres illas tantum Provincias nominavit, ſive quia veteri formula ſub Viennensi Provincia utraq; Alpes maritimæ & Grajæ comprehendebantur; ſive probabilius quia eas tantum Provincias exprimendas putavit, quas a ſuis, quibus gaudebant, Metropolitanis abſtrahere, & Arelatenſis juri addicere voluit: Narbonensis autem prima Metropolitanam agnoſcebat Hilarium Narbonensem, ſecunda Narbonensis Proculum Maſſilienſem, & Viennensis ſaltem ex parte Episcopum Viennæ Simplimum. Ceterum Ingenius Ebredunensis *Alpium maritimarum Provinciae Metropolitanæ SEMPER honore ſubnixus, ac de Provincia ſua dudum ab Apoſtolica Sede* (ideſt a Leone) *illicita ceſſione culpatus* traditur ab Hilario Papa ep. 4. Id Bonifacii conſtitutionem reſpicit paullo ante laudatam, qua cuique Provinciae proprium Metropolitanam præſſe ex Nicæno canone ſanxerat. *Illicita* autem *ceſſio* ad ea geſta reſertur, ex quibus eum inter Arelatenſis ſuffraganeos reſenſum, Arelatenſis juri ſe & ſuam Provinciam ſubjeciſſe cognoſcimus. *Semper* nihilominus *Metropolitani honore ſubnixus* dici potuit non factò, ſed jure; quatenus ejus ceſſio ſuæ ſedis privilegio per apoſtolica ſcripta firmato præjudicare non potuit. Quare hunc pariter cum Aquenſi a Leone reſtrictum exiſtimamus ep. 10. ubi non unum, ſed plures ſui privilegii diſertores accuſat. Num vero Leonis cenſura in eundem ob illicitam ceſſionem, quæ ab Hilario *dudum* facta traditur, hanc generalem notam indicet epistolæ 10. inſertam, an vero aliam ſpecialem ipſius Ingenii, cum forte de Eccleſiis Nicænſi & Cemellenſi ab uno Episcopo regendis decrevit in litteris, quæ deſiderantur, dubitari poteſt. Specialem quidem cenſuram ipſius Ingenii Hilari verba deſignare videntur. Certe hic Ingenius forte poſt hanc poſtremam Leonis reprehensionem, ejus auctoritate munitus, ſuum jus ſibi vindicare ſtudit: unde querelas ad Hilarium Papam detulit ob reſcriptum, quod Auxanio, uti creditur, Aquenſi *in præjudicium ſuum* conceſſerat circa memoratas Nicænſem & Cemellenſem Eccleſias, quæ in Provincia Alpium maritimarum collocantur. *Suum* autem *præjudicium* appellare non potuiſſet, ſi hujus Provinciae Eccleſias non ad ſe, ſed ad Arelatenſem Metropolitanam pertinere putaiſſet. Poſt non multum vero tempus ad priſtinam Arelatenſis ſubjectionem Ebredunensis Episcopus rediit. In aliquot enim Conciliis Galliarum non Metropolitanarum, ſed Episcoporum locum ejus ſubſcriptiones demonſtrant. Vide Concilium Pariſienſe IV. an. 573. & Matisconenſe II. an. 585.

De jure metropol. in Alpes maritimas.

De Ingenio Ebredun.

Confer Diſ. de Epist. deperditis n. 97.

11. De Alpibus Grajis pauca. Nihil de his exploratum invenimus; niſi ratio habenda ſit Vitæ S. Jacobi Tarantaſiæ Episcopi, quæ eum a S. Honorato Arelatenſi ordinatum, & in hanc regionem miſſum tradit. Id unum certum eſt, hanc episcopalem ſedem a S. Leone Viennensi Metropolitanæ fuiſſe attributam: quod indicio eſt, eam antea ad Arelatenſem, vel Viennensem Episcopum pertinuiſſe. Cum vero Oſtodorum altera earundem Alpium civitas in Notitia Galliarum deſcripta, nec Viennensi attributa, ultra Tarantaſiam ſubſidens prope Maximam Sequanorum, ab Arelatenſi longius abſit; inter civitates Arelatenſi Episcopo relictas dici nequit (citius enim una cum Tarantaſia viciniore Viennensi Antiftiti conceſſa fuiſſet:) ac propterea Oſtodorenſem Antiftitem alii Metropolitanæ, ex. gr. Lugdunenſi, fuiſſe ſubditum valde credibile eſt. Neque obſt quod ex Aquilejenſi Synodo Queſnellus conjecit. Falfum eſt enim, acta ejusdem Synodi alias Provincias, quæ Legatos ad Concilium deſtinariint, non memorare niſi Viennensem & utramque Narbonensem, ita ut ad alterutram il-

De jure metropol. in Alpes Grajas.

larum pertinere debeat Theodorus Octodorensis . Inscriptio quidem unius epistolæ ejusdem Synodi Viennensem & duas Narbonenses Provincias earumque Legatos memorat , eo quod ad harum Provinciarum Episcopos missa fuit . At cum eidem Synodó interfuerit etiam Justus Lugdunensis , qui Legatus Gallorum in actis appellatur ; jure Sirmondus verisimillimum credit , aliam exstitisse epistolam Justo redeunti traditam ad eas Galliarum Provincias , quarum vicem in eodem Concilio sustinuerat . Hinc num Theodorus Octodorensis ex prioribus illis , an cum Justo ex his posterioribus Provinciis ad Concilium accesserit , ex hisce actis conjici nequit . Si autem ratio , quam proposuimus , efficacior videatur , ut Octodorensis nec Viennensi , nec Arelatensi Episcopo subiectus judicetur ; non totas Alpes Grajas ad ecclesiasticam Viennensem , aut Arelatensem Provinciam pertinuisse palam fiet .





# OBSERVATIONES IN TERTIAM PARTEM

Dissertationis V. Quesnellianæ.

## CAPUT PRIMUM,

*Dux Leonis adversus S. Hilarium censuræ a Quesnello perperam dilutæ.  
Æquior ejusdem S. Hilarii defensio proponitur.*



Um in præmissis observationibus primam & secundam Quesnellianæ dissertationis partes ex æquo refellisse nobis videamur; pleraque allata in parte tertia, cum præmissis partibus innitantur, facili confutatione disjiciuntur. Hic Quesnellus S. Hilarium purgare studet a quibusdam S. Leonis censuris, quæ eidem temeritatis ac superbiæ notam videntur impingere. Censuræ ad hæc duo capita revocantur. Primum quod Hilarius *ordinationes sibi omnium per Gallias Ecclesiarum vindicans, concordiam Sacerdotum novis præsumptionibus turbaturus excefferit*. Secundum quod debitam S. Petro reverentiam verbis arrogantioribus minuerit. Prima accusatio incompetentem Hilario depositionem Celidonii, & ordinationem alterius Episcopi in Projecti locum respicit, ob quas ibidem Pontifex subjicit eum *in se transtulisse debitam Metropolitanis Sacerdotibus dignitatem*. Hinc omnium Galliarum nomine latius sumto, alienas provincias & Ecclesias ab eodem his gestis turbatas ex contextu indicari nihil dubium est. Hanc primam accusationem quam male Quesnellus eo nomine diluerit, quod Hilarius in sua provincia, non autem in aliena deposuerit Celidonium, & alium Episcopum superordinaverit Projecto, ex præmissis patet. Aliam æquioram vindicandi Hilarii viam nos indicavimus, si nimirum hæc eum gessisse dicamus non præsumptione aliqua, aut superbiæ impulsu, sed ecclesiastica quadam sollicitudine & zelo disciplinæ, nec sine consensu & permissione saltem tacita ipsorum Metropolitanorum, qui sive ob amicitiam, sive ob sanctitatis ejus famam, ei plurimum deferebant; adeo ut *plus gratiæ tribuentes personali, privilegium sibi debitum in eum transferre se posse crediderint*: quod tamen cum Patrum decretis vetaretur, & reipsa utroque in memorato casu in malum exitum recidisset, Leo juste reprehendit.

2. Difficilior est purgatio secundæ accusationis, qua S. Petri reverentiam *arrogantioribus verbis* Hilarius minuisse a Pontifice traditur. Indicantur autem verba, *quæ nullus laicorum dicere, nullus Sacerdotum posset audire*. Hæc Hilario exciderunt, cum in Romanum Concilium veniens, ubi Celidonii causa ad examen vocabatur, judicium renuit. Duplici vero ex capite huic Romano judicio obniti potuit Hilarius, sive quia jus non esse Pontifici in hac causa putaret, sive quod ex circumstantiis non crederet expedire, causam ejusmodi Romæ potius quam in Galliis iterum cognosci & judicari. Quesnellus primam rationem Hilario tribuit, quæ cum pontificio juri, quod part. 1. constituimus, adverfetur, dum Hilarium defendere nititur, magnæ injuriæ reum tradit. Aliam potius rationem eum movisse credimus, quæ pontificium jus non lædit, uti part. 1. c. 7. n. 12. & 13. explicavimus. In hac solum verbis minus caute usus excessisse dicendus videtur. Nihil enim gravius protulisse si quis contendat, Leoni contrarium testanti calumniam impingat necesse est. Testimonium Auxiliaris Præfecti opponitur. At cum hic, qui ipsi concertationi non affuit, id unum affirmet se nec minimum quidem Hilarii factum arrogantiae contagione fuscum recordari; scire autem *impatenter ferre homines, si sic loquamur, quomodo nobis conscii sumus*: hujus testimonium non tanti esse videtur, ut te-

Prima  
censura in  
S. Hilari-  
um.  
epist. 10.

Quid re-  
ponat  
Quesn.  
Æquior  
apologia.

Censura  
secunda  
in S. Hi-  
lar.

Quid re-  
ponat  
Quesn.

Apologia  
æquior.

stimo-

stimonio Leonis de re præsentis ac publicæ (quod si falsum esset, ex iisdem actis ab eo missis revinci potuisset) anteferendum sit. De præteritis Hilarii gestis & verbis Auxiliaris loquitur sibi perspectis, cum in Galliis & Arelate Præfecturam gerens, ejus familiaritate utebatur; quæ ad acta & verba coram universo Concilio gesta & probata, de quibus tantum S. Leo testatur, nihilum pertinent. Præterita quidem Hilarii consuetudo, ejusque humilitas ac sanctitas magnam præsumtionem pariunt; at non ejusmodi, quæ Leonem sanctissimum ac mitissimum Pontificem, cujus moderatio in ipsos etiam hæreticos notissima est, solemnem calumniæ reum convincere possit. Sanctis quoque viris nonnulla minus recta identidem excidere, dum æstu disputationis feruntur, quis ignorat? *Nec me latet* (fatetur ipse Quesnellus part. 2. c. 1.) *quam facile sit a suo quemque ingenio etiam pium, etiam sanctum seduci*; si præsertim justissimam causam non suo, sed publico bono se defendere existimet. Justissimam quidem Celidonii depositionem censebat Hilarius; adeo ut eam novo judicio Romæ non retractandam, intacto Apostolicæ Sedis jure, ex circumstantiis crederet. Hinc se ad officia, non ad causam venisse protestatus est. Fieri ergo potuit ut dum ea, quæ ad impediendum Romanum judicium congruentissima & efficacissima putabat, nihilum persuadere deprehendit (huc enim referenda putamus illa Leonis: *Hilarius rationabile, quod in sanctorum Concilio Sacerdotum posset respondere, non habuit*:) fieri, inquam, potuit, ut ferventius in hac re disputanti vel etiam conquerenti, non malo quidem animo, sed inconsiderate (quod facillimum est) quadam minus cauta verba exciderint, quæ arrogantia, & debitæ S. Petro reverentiæ contraria viderentur. Quin fieri etiam potuit ut (quod Quesnellus c. 2. suspicatur) *Leoni satis perspecta tunc non fuerit Hilarii sanctitas, & in illo contentionis æstu non eo sensu Hilarii verba accepta fuerint a Romano Pontifice, quo ab Arelatensi proferebantur*. Quidquid pro excusando Hilario afferatur, dum jus pontificium ab eo intactum credamus, libenter accipiemus.

Vit. Hil.  
c. 17.

Divinæ  
providentiæ  
dispositio  
admiranda.  
c. 16.

3. Novatores incassum sibi patrocinia quærunt ex hac Sancti Episcopi contentione cum summo Pontifice, nisi ea cum Quesnello ad inficiandum pontificium jus perperam referatur. Econtra catholici ex ejusmodi facto divinam providentiam admirantur, quæ quosdam lapsus in ipsis Sanctis viris quandoque permittit, ut exinde humiliores facti ad majora proficiant. Ita quidem Hilario evenit, quippe qui post ejusmodi contentionem reversus in patriam, non solum statim, ut auctor Vitæ ejus refert, *totum se ad placandum Leonis animum inclinata humilitate convertit*, verum etiam latam a Pontifice adversus se sententiam humiliter ferens, pastoralibus officii sui curis ac perfectioni animum ferventius intendit. *Totum se*, inquit Vitæ auctor c. 17. *orationi, prædicationi, operationi velut incipiens mancipavit, rigore districtus, miseratione perperuus, largitione promptissimus &c.* Et post pauca: *Abstinendo victu, operi insistendo, itinera pedibus conficiendo ita se tenuavit, fatigavit, exhaustit, ut vix quadragesimi octavi anni circulum adimpleret*. Hanc autem mirificam divinæ providentiæ dispositionem, qua iidem Sanctorum lapsus convertuntur in bonum, Quesnellus pervertere satagit, dum cap. 1. comminiscitur, S. Hilarium adhuc post S. Leonis decretum perstitisse in sententia, ac metropolitancam semper quoad vixit usurpasse potestatem, etiam refragante Leone & ministrante Augusto. Et c. 2. ne Hilarium solum relinquat, Gallicanos etiam Episcopos in eundem Romani judicii contemptum adducit, dum eos *posthabito transalpini conventus judicio*, Gallicanæ Synodi sententiam adversus Celidonium decretam, constanter ratam habuisse, & in electione successoris Hilari neglectum ab iisdem & pro irritum habitum Leonis decretum pronuntiat. Ita homo apostolicæ auctoritati infensus, sub specie vindicandæ Sancti Hilarii memoriæ, eundem infamat, ipsumque ejus inobedienciæ & contumaciæ patronum præferre cupit, quæ non sanctorum virorum, sed refractariorum hominum propria est. Hæc vero quam sint commentitia, & non minus ab Hilario, quam a Gallicanis fuerint aliena, sequenti capite demonstrabitur.

## CAPUT II.

*Leonis decreto nec Hilarium, nec Gallicanos Episcopos restitisse, adversus Quesnellum probatur.*

1. **U**T Hilarium Leonis sententiæ renitentem Quesnellus præferat, eum c. 2. adhuc post eandem sententiam pro jure suo defendendo apologias scripsisse, & legatos Romam misisse affirmat. Huc vero refert, quod auctor Vitæ narrat: *Et quia quantum in hac causa dictaverit, huic operi nulla possum ratione connectere, Auxiliaris Præfecti quæ fuerit sententia, credidi inserendum.* Ita post Romanum judicium rejicit, quæ ante judicium, cum defensionis locus esset, ab Hilario scripta & per legatos Romam missa fuerunt eo consilio, non tam ut suum judicium in Celidonium æquum, ut putabat, ostenderet, quam ut humilioribus verbis agens Leonem deliniret, ne se & sedem Arelatensem suis privilegiis exueret. Id ex ipso contextu Vitæ satis elicitur. Auctor enim narrat Hilarium, qui ante sententiam Roma excefferat, Arelatem reversum, statim *totum se ad placandum Leonis animum inclinata humilitate convertisse*, & in hanc rem legatos misisse in Urbem primo Ravennium Presbyterum, tum Nestarium & Constantium Episcopos. Mox dictata, seu apologias commemorat, quæ per eisdem legatos Romam missa noscuntur, hisque tandem subjicit Auxiliaris Præfecti epistolam ad ipsum Hilarium, qua accepta hunc nihil amplius pro suo jure laborasse, sed toto vitæ tempore conquievisse testatur. Discessit ille Roma *hiemis rigore sæviante*, nimirum exeunte Januario, vel Februario ineunte. Sententia autem Leonis lata fuit VIII. Idus Julias. Intermedio igitur tempore ea gesta fuerunt: ac proinde apologiæ ante sententiam dictatæ & editæ sunt; & si quidem statim post Hilarii reditum *ad placandum Leonis animum* legati cum apologiis directi sunt, apologiæ ejusmodi post VIII. Idus Julias prorogari nequeunt; cum præsertim hæc post sententiam scriptæ in Leonis contemptum, non ad placandum, sed ad exulcerandum ipsius animum contulissent. Quesnellus part. 1. c. 8. Hilarium post Romanum judicium resistantem traducit ea hypothesi, quod Leonis sententia lata fuerit VIII. Idus Januarias; qua die signatur brevior Leonis epistola ad Viennenses Episcopos. Cui sententiæ cum ille non acquievisset, exinde factum putat, *ut S. Leo quinto post primam epistolam mense aliam longe prolixiore, diuturna que meditatione ac cura elaboratam ad eosdem Episcopos scripserit.* Verum hæc hypothesis falsa est: eam enim brevioris epistolam, de cujus germanitate idem Quesnellus alibi dubitationem inspererat, eo capite octavo ut Hilarium Leonis judicio resistantem obrudat, genuinam præsumit; cum tamen inter supposititias referenda sit, ut ex Admonitione nostra palam fiet.

2. Post sinceram vero epistolam scriptam circa VIII. Idus Julias, quæ Leonis sententiam adversus Hilarium exhibet, hunc adhuc suum jus profecutum, & eam metropolitancam, qua privatus fuerat, *semper quoad vixit, usurpasse potestatem*, affirmari quidem potuit a Quesnello, probari autem non potuit. Nullum certe factum allegabitur, testimonium nullum. Verba auctoris Vitæ, quibus Hilarium in proposito suo constantem præferens, ait c. 17. *In discrimine vitæ positus, communioni ejus, quem cum tantis viris damnaverat, conjungi nullatenus acquievit*, Quesnellus sub finem cap. 3. ita recitat, ut ad totum tempus vitæ Hilarii referenda videantur; cum tamen a scriptore de eo tempore dicta sint, quo Hilarius Romæ una cum Celidonio sacris interesse noluit. Idem porro auctor Vitæ descripta epistola Auxiliaris Præfecti, qua Hilario ut se se demitteret & acquiesceret, non obscuris verbis suaserat, hæc statim subjicit: *Talia percipiens, totum se orationi, prædicationi, operationi velut incipiens mancipavit*, & reliqua, quæ sub finem præcedentis capitis recitavimus. Omnia autem hæc episcopalis quidem ministerii, quod Hilario relictum fuit, & sanctæ vitæ officia sunt, quæ ad metropolitici juris munera reduci nequeunt. Immo hæc scribendi ratio sanctum virum exhibet, qui Auxiliaris consilium secutus, nihil amplius resistens, soli episcopali curæ, sui que ipsius cultui se totum addiderit. Idem sane Quesnellus hoc unum ex laudatis Vitæ verbis colligi

Apologia dictatæ a S. Hilar. ante, non post Leonis judicium.

Notatur falsa Quesnelli hypothesis.

tom. 1. col. 1467.

Hilarius acquievit Leonis judicio.

Quesnell. fati confitetur.

pos-

posse affirmavit part. 1. c. 8. Hilarium *ab hujusmodi contentionibus quiescentem Leoni amplius molestum non fuisse* ( fuisset autem molestus, si adhuc post editum tam solemne iudicium metropolitico jus exercere voluisset ) *totum vero se animabus commissis oratione, prædicatione, ac cura sua iuvandis colendisque dedisse: quibus sedulo incumbens vivendi finem fecit.* Immo paullo post affirmat toto eo tempore, quo ille supervixit, *nullam se obtulisse occasionem, quam nec Hilarius quaesierat, qua necesse esset Leonis decreto contraire.* Prima enim, *ut manifestum est, ab illo tempore occurrit Vasensis Episcopi ordinatio: quæ post Hilarii mortem a Ravennio ejus successore facta fuit.* Ubi autem nulla metropolitici juris exercendi occasio incidit, Hilarium se ut Metropolitanum gessisse, & metropolitico *semper quoad vixit, usurpasse potestatem* dici nequit. Quid quod incredibilem rem ingerunt, qui eum in metropolitico potestate usurpanda perstitisse contendunt? Cum enim Leonis decreto Imperatoris lex accesserit, qua ejus decreti executio in ipsis Gallis præcepta fuerat; si quid contra audere voluisset Hilarius, Imperatoris ministri, quos mandatum imperiale urgebat, non permisissent. Hinc ipse Quesnellus part. 1. c. 9. de hac lege sermonem faciens, *Parendi, inquit, necessitatem fecerat constitutio imperialis a Valentiniano edita adversus Hilarium: quæ plane revincunt illa, quæ idem sibi contradicens scripsit part. 3. c. 1. Hilarius eandem semper quoad vixit usurpavit potestatem etiam ... minitante Augusto.* Contradictiones in eo qui falsum propugnat, facile occurrunt.

Contradictio Quesnelli.

Gallicani quoque Leonis iudicium executi.

3. Quoad Gallicanos Episcopos audacter affirmat part. 3. c. 2. hos *posthabito transalpini conventus iudicio Gallicanæ Synodi sententiam adversus Celidonium decretam constanter ratam habuisse.* Quam facile est falsa gratis venditare! Iudicium potius Hilarii contra Celidonium post Romanam Synodum & post Leonis iudicium irritum fuisse habitum ex eo cognoscimus, quod Vefontionensis Ecclesia laudatum Celidonium a Leone restitutum, in sua sede mortuum ac sepultum, Importunum vero, qui in ejus locum fuerat ab Hilario suffectus, eo suam sedem post Romanum iudicium repetente, pulsus tradat, ut videre est apud Chiffletium in Vefontione tom. 2. pag. 115. & 136. Ipsa Valentiniani lex Celidonii restitutionem a Leone decretam executioni procul dubio mandata dubitare non finit.

Solvitur Quesnelli argumentum ex ordinatione Ravennii.

4. *Sed quam longe abessent Gallicani provinciarum illarum Antistites a Leonis constitutione esse&ui tradenda, in ipsa ordinatione Ravennii clarum evasit?* inquit Quesnellus part. 1. c. 8. ac si hæc ordinatio, qua Ravennius velut Metropolita Arelatensis electus fuit, adversus Leonis decretum pugnet, quo jus metropolitico Viennensi Episcopo concessum fuerat. Ut perspicuum fiat, quam sit inanis hæc ratio, observandum est, Episcopos Arelatensi sedi adhaerentes adeo ratum habuisse Leonis decretum, ut Hilarium omni metropolitico jure privatum agnoscentes, hoc jus Ravennio ejus successori novo decreto *reparandum* petierint. Sic enim illi ep. 65. cap. 1. *Non aliqua nova institui, sed prisca per vos optamus & antiqua reparari. Nec enim justum est, ut honorem ejus ( Ravennii ) quem, ut probavimus, impense diligitis, illa res minuatur, qua pietatem vestram alter ( Hilarius ) offendit. Et sane manifestum est, Ecclesie Arelatensi divinæ gratiæ favorem adesse, cui talem habere contigit Sacerdotem, per quem privilegia dignitatis antiquæ, quæ dolebat sibi pro tempore diminuta, gauderet in perpetuum recentioribus Apostolicæ Sedis auctoritatibus reformata.* Si irritum habuissent Leonis iudicium, quo Hilarius Arelatensis sedis privilegiis exutus fuerat, hæc pro tempore diminuta nequaquam dici potuissent. Id autem dictum est a Gallis, quia ea privilegia Hilario vere fuisse sublata noverant: unde Leo in responsione ep. 66. c. 1. ita hanc Gallorum postulationem expressit, *ut quod decessor ipsius ( Ravennii ) merito suæ præsumptionis amiserat, reformetur.* Addiderunt autem pro tempore, quia eadem privilegia in unius Hilarii pœnam eidem ademta, ex Leonis mente, qui *in Ecclesiarum privilegiis nihil convelli, nihil excidi patiebatur* ( ut idem tradidit ep. 66. c. 1. ) Arelatensi sedi mortuo Hilario reservabantur. Solum scilicet Hilarium punire voluit Leo, non autem sedem suis prærogativis exuere: unde si attentius legatur tota epistola 10. sola persona Hilarii multata invenietur. *Nec ultra Hilarius audeat conventus indicere synodales.* Non ergo inter-  
sit

Jus metropolitico Hilario ademptum, fuit pœna personalis.

*fit ulli ordinationi: non ordinet. Noverit SE non solum ab alieno jure depulsum, sed etiam Viennensis provinciae, quam male usurpaverat, potestate privatum.* Omnia unum Hilarium pulsant: de fede, aut successoribus ne verbum quidem. Forte hæc folius personæ multa, quæ ad successores non transfret, clarius expressa fuerat in alia deperdita epistola, quo hoc jus Hilario ademptum, in Viennensem Episcopum deputatione quadam interina traductum fuit. *Quam potestatem, inquit ipse Leo epist. 66. c. 2. Hilario Episcopo ( non Sedi Arelatensi ) ablatam, Viennensi Episcopo credidimus deputandam: & ex hac fortassis, quæ periit epistola, Antistites Gallicani pontificiam mentem apertius edocti, in laudatis ad Leonem litteris Arelatensis Episcopi dignitatem pro tempore diminutam tradidere.*

5. Hæc certe vetus Ecclesiæ disciplina fuit, ut si qui Metropolitæ ex aliqua ipsorum culpa, non episcopali fede, sed solo metropolitico jure privarentur; hæc pœna unam eorum personam ac vitam afficeret, non autem ad successores transfret: interim vero, dum illi viverent, jus metropolitico ad antiquiorem Episcopum pertineret. Id palam fit ex epist. 8. Hilari Papæ, qui Leoni immediate successit. Cum enim Hermes e Biterrensi Episcopatu, a quo indigne fuerat exclusus, ad Narbonensem promotus fuisset; Hilarus id contra canones gestum agnoscens, ita ei Narbonensi sede relicta, jus metropolitico ordinationis Episcoporum in antiquiorem ejusdem provinciae Antistitem transtulit. *Ei, inquit, qui nunc Ecclesiæ Narbonensi præsidere permittitur, ordinandorum Episcoporum ob hæc, quæ prave facta sunt, sustulimus potestatem, quam ita ad fratrem & coepiscopum nostrum Constantium Veticæ Ecclesiæ Antistitem, quia ævo honoris primus esse dicitur, pertinere censuimus, ut si superstite Herme Episcopo defunctus fuerit, illum hæc cura respiciat, quem repererit episcopalis ordo primatem. Herme autem Episcopo deficiente faciendorum mos Antistitum Narbonensi mox reddatur Ecclesiæ, quem non civitas, sed causa presumptionis amisit.* Similiter cum S. Leo in eadem ep. 10. ubi de S. Hilario agit, cap. 6. sublaturus alium quemdam, si forte irreperet, Metropolitanarum abulum, generale edictum sanxit, ut si quispiam Metropolitanus mandatis non pareat, jus ordinandi ad eum pertineat, *qui intra provinciam antiquitate episcopali ceteros prævenit Sacerdotes; solam utique peccantis personam punire voluit, ita ut hoc defuncto redeat ad successorem eadem prærogativa, quam non civitas, sed causa presumptionis amisit.* Quod si idem Pontifex cum Hilario jure metropolitico exiit, solam vitam ejus pari de causa respiciens, Leontio quidem antiquiori Episcopo jus in convocandis diversarum provinciarum Synodis detulit in eadem epist. 10. c. 9., ceteras vero juris metropolitici prærogativas in alia epistola, quæ desideratur, transtulit in Episcopum Viennensem; id eo speciali nomine fecisse credendus est, quia Viennensis Episcopus cum Arelatense in aliquot saltem ejusdem provinciae Ecclesias jus sibi esse contendebat. Id tamen non impedit quin utriusque juris sive in Leontium antiquiorem Antistitem, sive in Viennensem traducti decretum solam Hilarii vitam afficeret; adeo ut Hilario mortuo utrumque jus ad Ravennium successorem redierit. Hinc ex electione Ravennii colligi non potuit cum Quesnello, Episcopos comprovinciales Metropolis Arelatensis Leonis decreto nequaquam paruisse. Hilario enim mortuo Leonini decreti vis desierat: quo cum Pontifex sola persona Hilarii multata, Arelatensi sedi suum jus intactum reliquisset, jure post ejus mortem comprovinciales Episcopi ad Metropolitæ electionem convenere sine Viennensi: unde illam Leo approbavit ep. 40. & 41. Id ipse Quesnellus fateri coactus fuit in præmissæ Dissert. part. I. c. 8. scribens: *Nihil de neglecto Viennensi Episcopo Metropolitanano in Ravennii ordinatione suggerit, aut reprehendit: unde promptum existimare, Leonem noluisse Ecclesiam Arelatensem jure metropolitico sua sententia spoliare, sed solummodo Hilarium multare: quo mortuo æquum judicavit ut omnia in statum pristinum redirent.* Solum fallitur, quod hoc consilium œconomiae gratia inductum arbitretur post electum Ravennium, hanc autem eandem vim ex disciplina ejus temporis ipsi decreto ab initio fuisset nequaquam putet.

6. Cur vero, inquires, comprovinciales Episcopi priscum jus Hilario ademptum Ravennio redintegrandum petiere, si post Hilarii obitum ex Leonis mente ac ex disciplina ipsa ad eundem redierat? Id ortum duxit ex veteri contro-

Exempla  
hujus di-  
sciplina.

Objectio  
Quesn.  
solvitur.

verſia Vienneniſis Epifcopi, qui cum ex decreto Leonis, vivente Hilario, jus Arelatenſis obtinuiſſet; eo adhuc mortuo jus ſuum proſequatur in aliquot Eccleſias, ac præſertim in Vaſenſem, cui Ravennius reviviſcente priſtino jure Epifcopum dederat. Hinc itaque Ravennius & comprovinciales novum decretum a Leone poſtularunt, non ut poſt mortem Epifcopi metropolitico jure privati antiquum jus ad ſucceſſorem rediret, ſed ut in jure controverſo inter Arelatenſem & Vienneniſem Epifcopos ſupra Vaſenſem aliasque Eccleſias, quod vivente Hilario Vienneniſi traditum fuerat, Arelatenſis privilegia facta teſta ſervarentur, ne quod *pro tempore* in ſolius Hilarii poenam fuerat ablatum, in perenne ſucceſſorum ac ſedis detrimentum cederet.

Concluditur adverſus Queſn.

7. Ex his etiam ordinatio Vaſenſis Epifcopi, quæ poſt mortem Hilarii ad Ravennium ejus ſucceſſorem ex veteri diſciplina rediit, pro adſtruendo jure Hilarii nihil probat; & multo minus probat Hilarium idem jus, quod ipſi Galliani Hilario ablatum profeſſi ſunt, *Gallis Epifcopis annuentibus* obtinuiſſe, eandemque ſemper, quoad vixit, uſurpaſſe auctoritatem *etiam refragante Leone*: quod cum Queſnellus ingeſſit, pro aqua Hilarii apologia magnam eidem inobedienciæ & contemptus criminationem impedit. Neque eum vindicat ratio ab eodem ſubjecta c. 1. *quia non latebat inertem eſſe ac otioſam primariorum Præſulum erga inferiores Epifcopos prærogativam, cum nihil ab his ſecundum normam canonum arrogatur*. Hæc præſumunt Hilarium omnia egiſſe ſecundum canones, nec quicquam extra ſuam provinciam ſibi arrogari; quod tamen Queſnellus irrito conatu probare ſtudit, ut antea oſenſum eſt. Cum porro Hilario reiſa imponit inobedienciam & pertinaciam, quæ ab ipſo alieniſſima, nullis canonibus probatur; ejus ſanctitas hujusmodi deſenſionem, quæ juris ſpecie & canonum nomine crimina protegit, maxime deteſtatur.

### C A P U T III.

*Vindicantur Leonis verba, quibus Hilarium nihil rationabile protuliſſe tradidit. De teſtibus a Celidonio productis. Judicium S. Leonis vindicatur. Quid ſentiendum de aliquot accuſationibus adverſus Hilarium Leonis epiſtole inſertis.*

Vid. c. 1. num. 2. Queſnellus rejicitur.

1. **E**A Leonis verba de Hilario ep. 10. c. 3. *Rationabile quod in ſanctorum Concilio Sacerdotum poſſet reſpondere, non habuit*, quorum ſenſum alibi expoſuimus, Queſnellus c. 3. de jure appellationis dicta interpretatur, adeo ut hoc uno angeretur Leo, quod Hilarius Celidonii appellationi obniteretur. Hæc pariter jus appellationum, quod luculentiffime conſtituimus, Leoni deſuiſſe præſumunt. Eadem porro verba idem Queſnellus eo nomine in ſuſpicionem vocat, quia omnibus *in re propria dicendi teſtimonii facultatem jura ſubmoverunt*. Si ea verba ad jus referenda eſſent, & Hilarius in hoc reſtituiſſet; cum pro appellationum jure conſtituendo luculentiffima & conſuetudinis, & canonum, & divini juris teſtimonia a nobis producta fuerint part. 1. c. 5. 6. & 7. nonne quidquid ab Hilario contra fuiſſet allatum, *rationabile* eſſe non poterat? Si vero referantur ad factum, quomodo rationabile credi poteſt, quod judex rationabile non fuiſſe teſtatur? Num porro judex cum cauſam aliquam ſibi competentem recipit, & deficientem in reſponſionibus & probationibus, ac declinantem a judicio damnat, nihilque rationabile protuliſſe pronuntiat, traduci poſſit veluti teſtis in propria cauſa, ex ipſis juribus aliis judicandum relinquitur.

Vid. Obſerv. in part. 1. c. 2.

2. Quod porro eodem capite a Queſnello ſubjicitur de teſtibus a Celidonio in Romana Synodo productis, illa quidem præſumptio Leonis judicio obefſe, judicio autem Hilarii favere videtur, quod in rebus facti facilius & cautius judicia ſerantur in loco, ubi res geſta eſt, & ubi teſtes minus facile decipere queunt, quam in loco valde diſſito, ſi præſertim ſoli teſtes a reo adducti eodem pervenerint. Igitur judicium Veſontione ab Hilario habitum, ubi Celidonium erat Epifcopus, & ubi plures teſtes inventi fuere, deceptioni minus obnoxium videri poteſt, quam judicium Leonis habitum Romæ, ubi ſoli teſtes a Celidonio producti fuere. Id quidem non leve videretur, ſi de facto actum eſſet, quod

Animadverſio de teſtibus.

quod Vefontione accidisset. At id non constat; immo oppositum multo est probabilius. Impedimentum Celidonio objectum fuerunt nuptiæ cum vidua, quam ille ante Episcopatum duxisse dicebatur. Additum quoque fuit aliud impedimentum, uti appellant, lenitatis, nimirum *saeculi administratione perfunctum* capitali aliquos condemnasse sententia. Ubi autem hanc saeculi administrationem, seu officium judicis exercuerit, non exprimitur. Gerebantur autem ejusmodi administrationes & officia variis in locis; ac proinde fieri potuit, ut dum alibi quam Vefontione, saeculari administratione fungeretur, uxorem ejusdem loci duxerit: ac propterea de re ageretur, quæ non Vefontione, sed alibi contigerat. Quis autem scit, qua in urbe & qua in provincia id evenerit? Enimvero si res hæc Vefontione accidisset, ac fuisset ibidem nota, uti supponitur; ante ejus electionem patuisset: dumque ex more Cleri populique suffragium quaeretur, hoc impedimentum saltem ab aliquo productum fuisset in medium, ejusque ordinationem impedisset. Igitur ex ipsa electione & ordinatione pacifica objectæ postea nuptiæ ad alium remotum locum pertinent; ita ut soli exteri testes Vefontione non minus quam Romæ adducendi fuerint, nec major pro Vefontionensi, quam pro Romano judicio fides & auctoritas ex productis testibus colligi queat. In Vefontionensi autem judicio testes male fidos adhibitos illud indicio esse potest, quod impedimentum lenitatis, in quo etiam testes Vefontione accusationem confirmarunt, non constitit: unde nulla de eo amplius in Romano judicio quaestio mota fuit, de qua apud Leonem nullum indicium. Ita ergo falsi & accusatores & testes esse potuerunt in impedimento bigamiæ, ut in impedimento lenitatis fuisse videntur. Potuerunt nimirum aliqui in Celidonium male animati falsas accusationes spargere, & falsos testes forte ex solo auditu proferre, qui Hilarium zelo disciplinæ abreptum aliofque Vefontione coactos judices deciperent. Romam autem a Celidonio æquiores & instructiores testes, qui ipsum in administrationibus nossent, potuere adduci, quibus Hilarius, licet gesta secum tulerit, respondere non potuit. Hæc gravior præsumptio est, quæ majorem Romano, quam Vefontionensi judicio ex ipsis testibus fidem conciliat. Certe Jurensis Monachus, qui Vefontioni proximus, & Hilarii ævo fere suppar S. Romani Vitam scripsit, ex fama atque traditione ejusdem Ecclesiæ Hilarii sententiam *nulla existente ratione* editam accusavit. En igitur ex ipsa Vefontione, in qua Hilarius Celidonium deposuerat, calculus pro Leonis sententia. Majus hoc testimonium est, quam solum testimonium auctoris Vitæ S. Hilarii, qui ex sola Arelatensi fama, non autem ex Vefontionensi scripsit. At de hoc plura in Observationibus ad primam partem c. 3. Neque idcirco fieri potuisse negamus, ut testes a Celidonio producti Leonem fallerent. At cum hi interrogati fuerint præsentem Hilario, is autem tametsi testium & actorum Vefontione esset instructissimus, *quod posset opponere, non habuerit*; magna pro iisdem præsumptio exoritur, qua Leonis judicium, ut res ejusmodi ferunt, æquissimum judicetur.

3. Hic autem dissimulare non possumus magnam Quesnelli audaciam, qua Leonem in hac causa ex præconcepto in Hilarium affectu egisse traducit. P. Jacobus Longueval l. 4. *Histoire de l'Eglise Gallicane* tom. 2. pag. 35. tantam criminationem paucis exsufflat. *Le P. Quesnel, qui semble n'avoir entrepris de commenter les œuvres de S. Leon, que pour faire le procès à ce grand Pape, l'accuse de avoir agi par prevention contre S. Hilaire. Mais S. Leon avoit etè témoin à Rome du procédé d'Hilaire; il avoit examiné les pièces du procès, dont il étoit juge. Peut on sans temerité juger, qu'un si grand homme, & un si Saint Pape ait agi par passion contre un autre Saint?* Enimvero si de judicio in causa Celidonii habito, quo Hilarii sententia recisa fuit, sermo sit; quid, quæso, Leoni agendum fuerat, Celidonio appellante, insistente, & testes producente, Hilario autem nihil opponente, & judicium declinante, nisi illud solemne legum omniumque tribunalium principium sequi: *Actore non probante reus absolvitur?* Nemo potest hac in re Leoni succenfere, nisi eum in ejusmodi appellationibus judicandi potestate expertem & incompetentem judicem existimet. Id sane unum Quesnellus pro Hilarii apologia produxit, & eidem sancto viro hanc falsissimam sententiam affigens, huc omnia ejus dicta, omne silentium, ipsamque a Romano judicio fugam retulit.

Vit. Hil.  
cap. 16.

Judicium  
Leonis  
vindica-  
tur.

Quesnelli  
apologia  
pro S. Hi-  
lar. quam  
mala.

Ita ad juris quæstionem totam hanc causam revocavit, quam de mero facto futuram initio receperat. Hoc autem pontificium jus cum luculentissime ( ut nobis quidem videtur ) constitutum fuerit, tum ex consuetudine, tum ex canonibus, tum ex divino jure; S. Leo, cui hoc jus erat exploratum, aliter judicare non potuit; ejusque judicium nemo poterit juste reprehendere, nisi qui cum Quesnello jus pontificium neget. Dum vero hic, ut se & suum præjudicium occultet, hanc sententiam ab omni jure abhorrentem S. Hilario adscribit; eum apostolicæ auctoritati adversantem traducit, atque apologiæ nomine magnam ipsi criminationem & ignominiam intexit. Nos eximiam tanti viri sanctitatem venerantes, quam ipse etiam Leo post ejus mortem testatus est, cum eum *sanctæ memoriæ* appellavit ep. 40. alia æquiori ratione ipsum vindicare studuimus. Quod si hæc minus placeat, quæcumque alia melior & probabilior afferatur, dum pontificium jus omni antiquitate atque auctoritate suffultum non lædat, libentissime suscipietur atque probabitur.

De aliis  
Hilarii ac-  
cusationi-  
bus quid  
censuram  
dum.

cap. 17.

4. Quodsi de variis Hilarii accusationibus Leonis epistolæ insertis, & in Cælidonii causam vel præter ipsam incidentibus agatur; cum ad facta pertineant, quæ Apostolicæ Sedis jus non tangunt, non inficiamur in his Leonem non minus, quam Hilarium potuisse hallucinari & decipi. Optaremus quidem eas accusationes ita posse purgari, ut dum Hilarius defenditur, Leo non accusetur. Utinam nobis licuisset auctorem Vitæ Hilarii imitari, qui vel a narrandis nonnullis abstinere satius duxit hac ratione allata: *quia tantorum virorum præsertim jam ad supernam gratiam evocatorum non audeo judicia ventilare.* Cum vero Quesnellus Hilarii purgandi prætextu Leonem impetiverit; officii nostri fuit eas rationes producere, quæ ad hunc vindicandum magis conferre visæ sunt. Quodsi exinde nonnihilum censuræ in Hilarium redit; id non nobis, sed monumentis, quæ supersunt, tribuendum est. Leonis epistola hac in re plurimum probat, cum de contentione Romæ habita testetur, quæ ipsis gestis una cum epistola missis in Gallias inserta fuit. Neque enim de calumniis Hilario impatiens a sanctissimo Præsule suspicari licet. Cumque Leo hæc litteras exararit non statim post disputationis æstum, sed quinque circiter menses post, cum omnis æstus, si qui fuit, plane conquieverat, ac præterea eam scripserit post receptos & auditos Hilarii legatos ad ipsum placandum, & Hilarium excusandum, seu purgandum missos, inter quos Ravennium Pontifici *probatum* fuisse discimus ex ep. 40. & 41. hoc tanto intervallo melius edoctus, si quid etiam antea præter gestorum fidem ac rei veritatem animo præsensisset, proculdubio emendasset. Licet autem in hac epistola aliquid acerbius Hilario excidisse indicetur, quo apostolica auctoritas lædi visa est; quid tamen id fuerit, non exprimitur. Si acta, quibus tota hæc contentio descripta fuit, ad nos pervenissent, qua æquiori ac certiori interpretatione Hilarii verba explicari possent, fortassis cognosceremus. In hoc autem obscuro satis æquam & probabilem censemus eam interpretandi rationem, quam proposuimus, ut ne Hilarium contra apostolicum jus circa appellationes, contra veterem consuetudinem, & contra ipsos canones Sardicenses, quos in Galliis receptos ostendimus, quidquam dixisse, aut sensisse credamus. Quoad ceteras vero Hilarii censuras, quæ ad facta pertinent ab Urbe remota, num Leoni alicubi obreptum fuerit, inopia aliorum documentorum dijudicare non possumus.



PASCHASII QUESNELLI  
DISSERTATIO SEXTA,  
DE JEJUNIO SABBATI

in Ecclesia Romana observato, tempore S. LEONIS PP. I.

*Ad hæc. verba epistolæ ejusdem XI. (nunc IX.) ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum, cap. 1. Continuato Sabbati jejunio: & ad clausulam hanc Sermonum de jejunio mensum septimi & decimi atque Pentecostes: Quarta igitur & sexta feria jejunemus; Sabbato autem apud beatum Petrum Apostolum pariter vigilemus: quæ verba a Sermone iv. de Quadragesima, cui male hæctenus inserta leguntur, rejicienda esse; & unde nata interpolatio, demonstratur.*

I.  
Varia jejunii sabbatici consuetudo.



**D**E Jejunio Sabbati variam olim diversamque fuisse Ecclesiarum consuetudinem, & monuit S. Augustinus pluribus locis, & ex aliis passim auctoribus certissimum est. Sed quid potissimum observaverit

Ecclesia Romana Leonis nostri ætate, ut accuratius inquiramus, invitat nos Romani hujus Pontificis, cujus scripta recensuimus, memoria, & nonnulla etiam compellunt epistolarum sermonumque ejus loca, quibus vel jejunii sabbatici mentio injecta est, vel ex consilio videtur omissa.

Quadripartita sabbatorum classis.

Sabbatorum porro in hac Dissertatione multiplex ordo distinguendus. Vel enim de iis Sabbati diebus agitur, qui per quadragesimales hebdomadas occurrunt; vel de his, qui quartam & sextam feriam quatuor temporum sequuntur; vel de quolibet Sabbato per annum extra utraque illa tempora occurrente: quibus demum & Sabbatum Vigilæ Pentecostes adjungi potest. De his seorsim nobis differendum: omisso paschalis Sabbati jejunio, de quo similis non movetur controversia.

II.  
De Sabbati cujuslibet per annum hebdomadæ jejunio.

Ac primum quidem Sabbatis cujuslibet hebdomadæ extra Quadragesimam, aut quatuor, ut ajunt, Tempora, necnon etiam extra paschalem Quinquagesimam ante Pentecosten positæ, observatum esse jejunium in Ecclesia Romana, tam manifesta evincunt testimonia, ut qui illud negaverit, contentionem magis amare existimandus sit, quam inquirere veritatem.

Sabbati jejunium jam a Silvestri temporibus, vel etiam ante fuisse institutum narrat Nicolaus I. Pontifex Romanus ad Gallicanos Episcopos scribens: *De jejunio Sabbati, inquit, tempore sancti Silvestri Confessoris Christi satis discussum est & disputatum, atque ut celebraretur per omnia definitum, nullusque post hæc ausu temerario contra istud statutum venire, aut saltem mutire præsumsit.* Si ita vere scripsit Nicolaus, istud, puto, ex apocryphorum commentariis hausit, aut populari Romanorum traditione. Unde enim discere potuit de Silvestro, quod Ambrosio, Augustino, Cassiano, ipsique Innocentio primo ignotum fuit? Si enim sub Silvestro jejunium Sabbati discussum, statutum, definitumque fuit, nec latere Innocentium potuit Silvestro magis vicinum, nec illud Innocentius omittere; cum ad Eugubinum scribens congregaret quicquid ad Romanæ istius consuetudinis patrocinium facere poterat. Putaverim ego vel Nicolaum memoria lapsum esse, ut Silvestrum pro Innocentio supponeret; vel scribarum hallucinationem esse: idque duplici confirmo conjectura. Primum enim auctoritati Silvestri, Innocentii auctoritatem atque decretum subjunxisset Nicolaus, & ad ejus ratiocinia Photium, qui Romanam Ecclesiam calumniabatur, remisisset: quod certe majoris fuisset roboris, quam nescio quam disputationem coram Silvestro habitam, omnibusque ignotam, commemorare. Secundo si post Silvestri definitionem nullum contra istud statutum venire, aut saltem mutire præsumsisset dixisset, statim a Photio depromta esset e Codice Romano epistola Innocentii

An Silvestri PP. tempore mota controversia. Nicolaus Papa Ep. lxx.

Textus Nicolai PP. I. mendosi correctio tentata.

EDITORUM ADNOTATIONES.

<sup>1</sup> Hæc Nicolaus I. sumpsit ex *Actis S. Silvestri*, quæ Gelasii quoque ætate a multis Romanis legebantur, ut idem Gelasius testatur in decreto de libris apocryphis. Cum vero hæc Acta a Baronio ad annum 315. n. 17. compluribus mendaciis deturpata probentur, &

post alios eruditos viros a Papebrochio & Janningo pro non exigua parte falsi convicta sint; nullam in hac re ad jejunium Sabbati pertinente, quæ inter commenta censenda est, fidem merentur.

tii Papæ ad Decentium, per quam manifestum est non longe a Silvestri ætate adversus Sabbati jejunium etiam in suburbicaria diœcesi & missitatum esse & disputatum. Novi ex opusculo sancti Petri Damiani LV. & ex Vita sancti Romualdi ab eo conscripta, aliquod scriptum nomine Silvestri Papæ de Sabbati jejunio venditatum esse tunc temporis, cujus etiam fragmentum refertur in citato opusculo. Sed scripta suspectæ antiquitatis & sinceritatis tam antiquo Pontifici sine veterum auctoritate asserta, non magnum sibi conciliant ex auctore undecimi sæculi patrociniū.

III. Ex melioris igitur notæ monumentis asserendus est usus jejunii sabbatici in Ecclesia Romana. Certum est circa annum Christi 387. eam viguisse consuetudinem, quam ex epistolis sancti Augustini 86. & 118. notam habemus. Cum enim sancta Monica Mediolanensem Ecclesiam Sabbato non jejunantem inveniens, quid sibi agendum esset, dubitaret, interrogatus ab Augustino adhuc Catechumeno Ambrosius respondit:

*S. August. epist. 118. ad Januar. cap. 2.* Quando hic sum, non jejunio Sabbato; quando Romæ sum, jejunio Sabbato. Ad quam cumque Ecclesiam veneritis, ejus morem servate, si pati scandalum non vultis, aut facere. Circa ann. Chr. 392. perseverasse hunc morem in eadem Ecclesia testis est laudata epistola 86. quam scripsit jam Presbyter factus, ut hominis cujusdam Romani proterviam retunderet, qui universas pene Ecclesias a Romana eo in ritu discrepantes injuriose laceſſebat. Post annum 395. servatum esse, testatum facit epistola ejusdem Augustini 118. quam ad Januarium dedit, cum jam Episcopus esset. Quod enim ibi ait: *Alii jejunant Sabbato*: de Romanis intelligendum esse satis insinuat responsum Ambrosii, quod statim ab eo refertur. Idem epistola 19. ad Hieronymum de eodem jejunio hæc habet verba: *Vellem me doceret benignitas tua utrum simulate quisquam sanctus Orientalis, cum Romam venerit, jejunet Sabbato, excepto illo die paschalis Vigiliæ.* Hieronymus ipse scribens ad Lucinium Bœticum epist. 28. jejunium quoque Sabbati Romæ observatum commemorat. Anno 416. quo ad Decentium Episcopum Eugubinum scribebat Innocentius PP. tantum abest ut quicquam de illa jejunii sabbatici consuetudine remissum esset, quin potius illam omnino servandam esse contendit. *Non negamus, inquit, sexta feria jejunandum; sed dicimus & Sabbato hoc agendum... Sabbatum prætermittere non debemus*: probatque tum ratione multiplici, tum diversis traditionibus, seu ecclesiasticis, seu apostolicis, ex quarum una jejunium Sabbati in Ecclesia Romana celebratum esse satis initio epistolæ insinuat: ubi quæ de institutis ecclesiasticis ac apostolicis traditionibus habet, ad singula epistolæ capita pertinere suggerit. Joannes Cassianus, qui Romæ sedente Innocentio commoratus est, & usque ad ann. Chr. 435. ætatem protraxit, eandem Ecclesie Romanæ consuetudinem notam nobis

facit, lib. 3. de Institutis Cœnobiatorum, cap. 10. cujus verba paullo post referemus. Socrates Innocentii temporibus æqualis, qui que historiam suam usque ad decimum septimum Theodosii Consulatum perduxit, hoc est, ad an. Chr. 439. disertis verbis scribit: *Romæ singulis Sabbatis jejunant*, lib. 5. cap. 22.

Anno sequenti, qui ab Innocentii obitu fere vigesimus quartus fuit, Leo Pontifex creatus est: quo sedente, viro scilicet paterni moris retinentissimo, non utique credendum est deseruisse Sabbato jejunandi Romanæ Ecclesie studium, sed & hujus observantiae expressum habemus apud Leonem testimonium, quod posthabitu hactenus fuisse miror ab his, qui hanc materiam attingerunt. Est in epistola ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum, quem sub ejus Episcopatus initia hortatur, ut Ecclesie suæ disciplinam & instituta ad Romanæ mores componat: tale est autem caput primum: *Quod ergo a Patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis hoc volumus custodiri: ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur; sed post diem Sabbati, ejus noctis, quæ in prima Sabbati luceſcit, exordia deligantur, in quibus his qui consecrandi sunt jejunis, & a jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod ejusdem observantiae erit, si mane ipso dominico die, CONTINUATO SABBATI JEJUNIO, celebretur: a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem Resurrectionis, sicut etiam in Pascha Domini declaratur, pertinere non dubium est.* Vides ut moris erat apud Romanos Sabbato jejunare, quandoquidem ab his, qui mane dominico die vel ordinabant, vel ordinabantur, continuari vellet Sabbati jejunium: quis enim quod actum non est, continuari posse dixerit?

Scio quid reponi possit; videlicet, non hic de quolibet Sabbato rem esse Leoni, sed de Sabbato sancto, quod jejunando transigere omnibus solemne erat ac religiosum, Probant id tum ex Paschatis mentione, quæ hic injicitur, tum quod Dominica illa vocatur dies Resurrectionis. Id ita persuasum habuerunt, qui in prioribus editionibus hunc titulum vel apposerunt, vel appositum servando probarunt: *De Ordinatione Presbyteri aut Diaconi, ut Sabbato sancto celebretur, id est die dominico.* Sed quam imperita manus hujusmodi titulum composuerit, evidens est, cum tot fere sint errata gravissima, quot verba: Sacerdotum enim nomine solos Presbyteros, & sacerdotali ordinatione Presbyterorum ordinationem censerit putavit; cum potius Episcopos Episcoporumque ordinationem isthæc significant. Deinde dominicum diem cum ipso Sabbato confundit. Ac demum quod generaliter de Sabbato dicitur, ad Sabbatum sanctum restringit. Duo priora errata digito solum monstrasse sufficit: tertium nescio an quis velit defendere.

Certe de quolibet Sabbato ac qualibet Domi-

IV. Observatio jejunii Sabbati a Leone retenta.

Epist. 11. al. 81.

V.

leo hic  
le omni  
romiscue  
Dominica  
igit.

Dominica Leonem hic agere facile probatur. 1. Quia Episcoporum consecratio nunquam fuit vel ipsi diei Paschatis affixa, vel illis statis quatuor Temporibus Dominicis: sed vel sola & qualibet Dominica, ut olim, vel etiam in Apostolorum festiuitatibus, ut hodie, debuit celebrari. 2. Omnia momenta, quæ Leo perpendit, tam pro aliis omnibus Dominicis faciunt, quam pro Dominica Paschatis: mundi scilicet exordium, Apostolorum cum baptizandi potestate missio, necnon effusio Spiritus Sancti &c. quæ die Paschatis impleta non sunt, sed die solum Dominica. 3. Auctoritas Scripturæ, exemplumque Apostolorum, quæ ex libro Actuum referuntur, non solum Dominicæ paschali conveniunt, sed quibuslibet diebus dominicis: non enim in solemnitate paschali, Paulo & Barnabæ manus imposuerunt Apostoli, & ad prædicandum gentibus eos miserunt. 4. Quia generaliter loquitur de Sabbato: *Post diem Sabbati, ejus noctis, quæ in prima Sabbati lucefcit, exordia deligantur.* Quod enim Dominicam proxime sequentem diem Resurrectionis appellat, non est quod quemquam moveat, cum familiarissimum sit scriptoribus antiquis, ut quemlibet dominicum diem, Resurrectionis diem nuncupent: diem vero ipsum Paschatis, sanctum Pascha, vel paschalem festiuitatem vocitent. Leo ipse in epistola ad Turribium, cap. 4. ait Priscillianitas jejunasse *die dominico, qui est dies Resurrectionis Christi.* 5. Tantum abest, ut mentio de Paschate persuadeat de paschali Dominica mentionem esse, quin potius hoc ipsum est quod contrarium demonstrat: quando, ut ostendat eam noctem, quæ sequitur proxime diem Sabbati, ad dominicum diem pertinere, in exemplum adducit ipsum Pascha: *Sicut etiam, inquit, in Pascha Domini declaratur: in quo videlicet nox Sabbato sancto succedens festiuitati paschali deputatur in Officio Ecclesiæ, quod nunc apud nos die Sabbati summo mane celebratur, per illa vero tempora, non nisi post noctis subsequentis initia agebatur: in quo frequenter repetitur: Hac nox est, in qua destructis vinculis mortis, Christus ab inferis victor ascendit. O vere beata nox, quæ sola meruit scire tempus & horam, in qua Christus ab inferis resurrexit.... Hac sunt enim festa paschalia &c.* 6. Et si ex historiæ ecclesiasticæ monumentis non constaret longe plurimos Episcopos vel Presbyteros extra diem ipsum Paschatis fuisse consecratos, hoc vel sola ratio suggereret. Quis enim sibi persuadeat per tot mensium intervalla, quod sæpe sæpius contigisset, relictas esse Ecclesias viduas pastoribus; quod gravi interminatione sacri canones prohibent? Immo vero nunquam in Paschate Ordinationum benedictiones celebrabantur: quia tota hæc solemnitas regenerandis Catechumenis erat consecrata, & mensis potius December Ordinationi Sacerdotum deputatus erat: unde toties in fine historiæ Pontificum hæc clausula subiicitur: *Fecit Ordinationes mense De-*

Ordinatio  
non in Pascha  
hate celebrari  
sola.

cembri &c. Certum igitur est, cum hic scribit Leo noster: *Ut his qui consecrandi sunt, nunquam benedictio, nisi in die Resurrectionis dominica tribuatur &c.* non de die Paschatis, sed de qualibet Dominica, quæ Resurrectioni sacra est, intelligendum esse; ac proinde Sabbatum antecedens, cujus jejunium continuari præcipitur, non Sabbatum sanctum esse, sed quodlibet per annum occurrens.

Qua porro occasione, qua de causa hæc jejunii sabbatici consuetudo in Ecclesiam Romanam inuenta fuerit, non concors est omnium sententia. Sanctus Augustinus Epist. 86. *Est quidem, inquit, & hæc opinio plurimorum, quamvis eam perhibeant esse falsam plerique Romani, quod Apostolus Petrus cum Simone mago die dominico certaturus, propter ipsum magnæ tentationis periculum, pridie cum ejusdem Urbis Ecclesia jejunaverit, & consecuto tam prospero gloriosoque successu, eundem morem tenuerit, eumque imitata sint nonnullæ Occidentis Ecclesiæ.* Eandem rationem non a Romanis solum, sed ab aliis etiam nonnullis Occidentalium partium Ecclesiis obtendi suo tempore refert Cassianus lib. 3. de Institut. Cœnobiorum cap. 10. *Cujus, inquit, moderaminis causam nonnulli in quibusdam Occidentalibus civitatibus ignorantes, & maxime in Urbe, idcirco putant absolutionem (jejunii) Sabbati minime debere præsumi, quod Apostolum Petrum in eodem die contra Simonem conflictaturum asserant jejunasse.* Hæc ratio cum a plerisque Romanis Augustini ætate reprobaretur, suggilletur a Cassiano, & ab Innocentio Papa, qui rem ex professo tractavit in epistola ad Decentium, nullatenus commemoretur, omnino videtur commentitia.

Alteram igitur rationem afferri narrat ibidem Augustinus. *Alii, inquit, propter humilitatem mortis Domini jejunare, sicut Romana & nonnullæ Occidentis Ecclesiæ, elegerunt.* Quam rationem vehementer urget Innocentius loco citato; ita ut pariter religionis esse velit per Sabbati jejunium memoriam mortis Christi colere, ac jejunio sextæ feriæ ejus passionem, & diei dominicæ lætitiæ Resurrectionis ejus gaudia celebrare. *Quod si putant, inquit, semel atque uno Sabbato jejunandum, ergo & Dominica & sexta feria semel in Pascha erit utique celebranda: si autem dominici diei & sextæ feriæ per singulas hebdomadas reparanda imago est, demeritis est bidui agere consuetudinem, Sabbato prætermisso; cum non disparem habeat causam a sexta videlicet feria, in qua Dominus passus est, quanto & ad inferos fuit, ut tertia die resurgens redderet lætitiæ post biduanam tristitiæ præsentem.*

Tertiam rationem suggerit uterque auctor, quæ tamen facile in præcedentem recidit. Eam ab Apostolorum exemplo repetunt. *Quia, inquit Augustinus, discipuli humanitus mortem Domini doluerunt... Nam utique constat, addit Innocentius, Apostolos biduo isto & in mœrore fuisse, & propter*

VI.  
Qua occasione  
inducta  
jejunii  
sabbatici  
consuetudo.

S. August.  
ep. 86. In-  
nocent. ep.  
ad Decen-  
tium Eug.

metum

metum Judæorum se occulisse. Quod utique non dubium est, in tantum eos jejunaſſe biuo memorato, ut traditio Eccleſiæ habeat iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari.

Quartam addunt aliqui: ut videlicet a Judæorum moribus longius recederetur. Siquidem perfidi iſti non modo Sabbato non jejunant, ſed laute potius & oppipare epulantur, ſolemnique cultu feſtivum habent. Eam rationem ſubindigitat Caſſianus loco citato: cum hæc ad contrarium Orientalium morem defendendum, quaſi objectioni Romanorum occurrens, ſcribit: *Non ad communionem feſtivitatis Judaicæ abſolutio iſta jejunii reputanda eſt: his præſertim, qui ab omni Judaica ſuperſtitione alieni monſtrantur; ſed ad reſectionem, quam diximus laſſi corporis pertinere: quod per totas anni ſeptimanas jugiter quinque diebus jejunans, niſi duabus ſaltem interpoſitis refocillatum fuerit, facile laxeſcit ac deficit.* Ex eodem adverſus ſuperſtitiones odio deſcendit, quod illorum maxime dierum jejunium horrore habuit Eccleſia, quos jejunii ſuis Manichæos conſecrare animadvertit. *Die Dominico*, inquit Auguſtinus epiſt. 86. *jejunare ſcandalum eſt magnum, maxime poſteaquam innotuit deſtabilis multumque fidei catholicæ Scripturisque divinis apertiffime contraria hæreſis Manichæorum, qui ſuis auditoribus a jejunandum iſtum quaſi legitimum conſtituerunt diem: per quod factum eſt, ut jejunium diei dominici horribilius haberetur.*

VII.  
De Sabbati quatuor Temporum jejunio.

His de prima Sabbatorum claſſe expoſitis, ad alteram pergimus, illa videlicet Sabbata complectentem, quæ quartam & ſextam feriam quatuor Temporum excipiunt. Dubitandi locum dedit familiaris illa Leonis clauſula, quam ad calcem omnium ſermonum de iſto jejunio ſolet apponere: *Igitur feria quarta & feria ſexta jejunemus: Sabbato autem vigiliis apud S. Petrum faciemus.* His enim verbis aliam feriarum illarum obſervantiam, aliam Sabbati fuiſſe, videtur indicare, ut huic ſolas vigiliis deputet, illis jejunandi neceſſitatem affigat. Verum non eſt ea mens Leonis; ſed hoc potius intendit, ut in Sabbato ad jejunium vigiliæ ſuperadderentur. Enimvero ſicut neceſſe erat ut aliorum dierum jejunium indiceretur chriſtianæ plebi, ita omnino fuiſſet ſupervacaneum de jejunio Sabbati mentionem facere, cum jam peculiari lege ac conſuetudine ad illud jejunium Romani adſtringerentur.

Deinde cui mortalium iſtud in mentem venerit, Romanos tanta religione ſabbaticum jejunium obſervare per reliquas anni hebdomadas, ut ad illud ex apoſtolica traditione, Apoſtolorum exemplo, ac myſteriorum recolendorum nec ſſitate teneri ſe exiſtimarent, & dementis eſſe diceret Innocentius *bidui agere conſuetudinem, Sabbato prætermiſſo*: Sabbatum autem tunc temporis ac per eas hebdomadas prætermiſſe, quæ ſanctiori quatuor Temporum jejunio ex apoſtolica inſtitutione conſecratæ erant, quaſi

minus conſuetudinis lex tunc urgeret, ex qua Sabbati jejunium ſuſceperant? At vetabant, inquit, iſtantes Sabbati vigiliæ, quibus ferendis fideles, ejuſdem diei jejunio fatigati, pares non fuiſſent: eam enim eſſe cauſam ait Caſſianus, cur Sabbatum apud Orientales a jejunio eſſet immune. *Ex illo*, inquit, *tempore apoſtolico, huic nocti, quæ Sabbati lucem antecedit, deputata vigiliarum ſolemnitas uſque in hodiernum diem per univerſum Orientem ſimiliter obſervatur. Ideoque & abſolutio jejunii poſt vigiliarum laborem ab iſdem apoſtolicis viris ſtatuta non immerito præſumitur per univerſas Orientis Eccleſias.* Optime id quidem, quod ad Orientales attinet: ſed quid ad Occidentales Eccleſias, ex quibus quæ Sabbati jejunium colebant, fatigationem ex vigiliis ortam nullatenus attendiſſe teſtis eſt idem eodemque loco Caſſianus? *Cujus*, inquit, *moderaminis cauſam nonnulli in quibusdam Occidentalibus civitatibus ignorant & maxime in Urbe, idcirco putant abſolutionem Sabbati minime debere præſumi.*

3. Ex decreto Leonis de Ordinatione ſacerdotali, quod ſupra relatam a nobis fuit, manifeſtum eſt eam in quamlibet Dominicam etiam quatuor temporum cadere potuiſſe; cui celebrandæ neceſſarium erat ut jejunium Sabbati continuaretur. Ubi cum exceptione nulla utatur, intelligendum relinquit Sabbata illa non magis quam alia a jejunandi lege libera fuiſſe.

4. Auguſtinus epiſtola 86. hæc habet, quæ ad rem noſtram facere videntur: *Non ſolum Pharifeus, qui bis in Sabbato jejunabat, verum etiam Chriſtianus, qui quarta & ſexta feria, & ipſo Sabbato jejunare conſuevit, quod frequenter Romana plebs facit, in labore jejunii ſuperabitur.* Et poſt multa quibus Urbicum illum ſeu Romanum exagitat, qui jejunium Sabbati Romanis familiare cum ceterarum Eccleſiarum injuria inſolentius jaçtabat, hæc iterum ſcribit: *Videat ergo quanta afficiat contumelia ipſam quoque Romanam Eccleſiam, ubi & his hebdomadibus, in quibus quarta & ſexta & Sabbato jejunatur, tribus tamen diebus continuis, Dominico ſcilicet, ac deinde ſecunda & tertia prandetur.* Quis hæc legens non advertit Auguſtinum quatuor Temporum jejunia deſignare? Quæ enim aliæ hebdomadæ, in quibus quarta & ſexta & Sabbato jejunatur, niſi hebdomadæ illæ, per quatuor anni tempeſtates ſolitæ jejunio celebrari? non ex cujuſque voto ac devotione, ſed ex conſuetudine, *Conſuevit*; non ab aliquibus tantum, ſed ab univerſa Romana Eccleſia, *Romana plebs*; non ſemel aut iterum, ſed *frequenter*, hoc eſt, quater in anno, vel ter ad minus, ſi Quadrageſimam ſeponas. Certe ſi quæ alia ſtata per annum jejunia ex conſuetudine eccleſiaſtica Romæ frequentata fuiſſent, illorum aliquod appareret in antiquorum ſcriptis teſtimonium, præſertim apud Leonem noſtrum, qui omnes hujusmodi Eccleſiæ ſuæ conſuetudines tam accurate recensuit, tam ſtudioſe coluit, tam reli-

Joan. Caſſianus de Inſtitutis Cœn. lib. 3. cap. 10.

S. Auguſt. epiſt. 86.

religiose observari curavit suis ad populum adhortationibus.

Hæc quidem Augustini verba non de quatuor Temporum jejunio, sed de quadragesimali intelligenda esse somniavit e Calvinii grege nonnullus, ne jejunii quatuor Temporum observantiam jam a quarto Ecclesiæ sæculo apud Romanos religiose custoditam agnoscere cogeretur. Pudit Dallæum tam supinæ collegæ sui ignorantiam, qua parte illam Augustini sententiam de Quadragesima interpretatus est; non placuit tamen Dallæo ad quatuor Temporum jejunia eam esse referendam, quæ videlicet *nondum in usu fuisse* scribit, cum Augustinus epistolam ad Casulanum scriberet: licet statim fateri cogatur necesse esse *vivente fortasse ipso Augustino ista quatuor Temporum jejunia, qualia quidem a Leone commemorantur, recepta fuisse*. Immo vero pag. 754. fatetur Leonis ævo quatuor in anno, singulis scilicet anni tempestatibus, Romæ jejunatum fuisse: sive id ipse, sive alii (QUOD VERIUS VIDETUR) JAM ANTE EUM instituisent. Quam e contrario melius efficacique argumentaretur Dallæus, si ex eo quod Leonis ætate, immo etiam ante eum, ac vivente fortasse ipso Augustino, receptus erat in Ecclesia Romana hujusmodi per quatuor anni tempora jejunandi ritus, eundem etiam tum institutum ac receptum fuisse contenderet, cum ad Casulanum scriberet Augustinus. Inter Augustinum enim viventem & Augustinum scribentem fallor, si longa sunt temporum intervalla.

Dallæus  
de jejun.  
quadrag.  
pag. 760.  
& 761.

VIII.  
De jejunio  
cujuslibet  
Sabbati  
quadragesi-  
malis.

De Sabbatis quadragesimalibus modo est agendum, de quibus tamen vix nobis a quocumque litere moveri intelligo: siquidem Joannes Dallæus, qui tamquam majoris nominis inter Calvinianos scriptor, ecclesiastici jejunii oppugnandi provinciam a sodalibus accepisse videtur, ultro fatetur cujuslibet hebdomadæ, ac etiam in Quadragesima, Sabbatum jejunio fuisse apud Romanos consecratum: *Quod vel ex una, inquit, Augustini ad Casulanum epistola sic liquet, ut nisi per summam impudentiam negari non possit*. Et certe qui attenderit quo studio Sabbati jejunium propugnet S. Innocentius, quamque religiosam existimet ejus observantiam, non facile adducetur, ut illud per Quadragesimam remissum fuisse putet apud eos, quibus piaculum erat illud quovis Sabbati die prætermisisse. Omnium probationum instar erit criminatio illa adversus Romanam Ecclesiam, quæ Trullani Concilii canone quinquagesimo quinto continetur. *Quoniam intelleximus, inquit, Græci, in Romanorum civitatibus in sanctis Quadragesimæ jejuniis, in ejus Sabbatis jejunare, præter ecclesiasticam traditam observationem: sanctæ Synodo visum est, ut in Romanorum quoque Ecclesia inconcussa vires habeat canon, qui dicit: Si quis Clericus inventus fuerit in sancto die dominico vel Sabbato jejunare, præter unum & solum, deponatur; sin autem laicus segregetur*. Quem Trullanum canonem commentantes Balsamon & Tom. II.

Concilii  
Trullani  
Can. 55.

Zonaras, Romanorum in hoc quadragesimalis Sabbati jejunio perseverantiam (perpetuam vocant) testatam faciunt. *Latino- rum hoc peccatum, inquit Zonaras, emendare Synodus conata est; verum in sua pertinacia hætenus permanserunt arrogantes, hodieque permanent*.

Sunt tamen quos movet Socratis historici, Leonis nostri, Cassiodori, ac venerabilis Bedæ auctoritas: e quibus Henricus Valefius, vir singularis eruditionis, suis in libri 5. Socratis cap. 22. annotationibus sibi persuasit, Socratis, Leonisque ætate Romanos in Quadragesima non jejunasse die Sabbati; sed tres tantummodo dies in singulis hebdomadibus jejunio destinatos a Leone notari, quinque a Socrate.

Quod ad Bedam spectat, cujus libellum de Officiis laudat Valefius, vix digna sunt Bedæ Collectanea illa, quæ libelli de Officiis nomen induerunt: nec Thelesphori constitutio quæ in eo libello refertur, certioris, puto, est fidei apud Valefium. Ut sit, nusquam apparet illic quinta & septima feria plerosque non jejunasse in Quadragesima, saltem apud Romanos. Narrat enim, quadragesimale jejunium quinquagesimo die ante Pascha inchoatum fuisse ex Thelesphori constitutione: ex illis autem quinquaginta diebus, qui a Quinquagesima numerantur usque ad sanctam Resurrectionem, si, inquit, octo dominicos dies subtraxeris, in quibus jejunium non licet observare, remanent quadraginta & duo dies; & hi duo dies, quinta & septima feria, qui quadragesimæ excedunt, apud quosdam jejunio deducuntur; apud quosdam in refectione propter Cænam Dominicam & sanctum Sabbatum habentur. Quæ quidem, non de qualibet feria v. nec de quolibet Quadragesimæ Sabbato dici, sed de his duabus solummodo feriis, quæ ad hebdomadam sanctam pertinent, nemo non videt. Subjicit quidem post pauca, hæc alia verba: *Septuagesima ideo fertur a fidelibus celebrari, ut & decimas dicrum Deo reddere, & nihilominus primam & quintam feriam & Sabbatum possint a jejunio relaxare*. Sed hæc a Beda sine superioris ævi teste dicuntur, & admodum dubitanter, fertur, & ad ætatis regionisque suæ consuetudinem aliquam animum advertisse videtur, potius quam vel ad Romanæ Ecclesiæ ritum, vel ad illa tempora, de quibus modo agimus. Ad alios igitur auctores pergamus, qui & in eo argumento majoris longe sunt ponderis, & majori etiam difficultate laborant.

Socratis locus sic habet: *Qui Romæ sunt, tres continuas hebdomadas ante Pascha, EXCEPTIS SABBATO ET DOMINICO DIE, jejunant*. Torquent se mirum in modum scriptores varii, ut nodum duplicem solvant, qui in verbis istis reperitur, unum circa hebdomadarum numerum quadragesimalis jejunii, alterum circa Sabbati exceptionem in Romana Ecclesia. De primo nunc mihi accuratius inquirere non vacat: hoc unum dico, majorem esse Joannis Cassiani aucto-

Zonaras  
in Canon.  
55. sexta  
Synodi.

IX.  
Henrici  
Valefii o-  
pinio de  
jejunio  
quadra-  
gesimali

Beda Li-  
bellus de  
officiis.

X.  
Socratis  
de nume-  
ro heb-  
domada-  
rum Qua-  
dragesi-  
mæ locus.  
Histor. l. 5.  
cap. 22.

ritatem, quam Socratis. Ille enim & eadem vixit ætate, & Romæ aliquamdiu commoratus est, & Leoni nostro familiaris fuit, ac demum apud Massiliam diu vixit, quæ & Romanæ Galliarum Provinciæ erat, & cum Romanis commercium frequentabat. In Collatione autem 21. cap. 24. & sequentibus, testis est sex integris hebdomadibus, solis exceptis Dominicis, jejunatum esse in Ecclesia Romana. *Quid caussa est, inquit Germanus, ut sex hebdomadibus Quadragesima celebretur, licet in quibusdam Provinciis religionis forsitan propensior cura adjecisse hebdomadam etiam septimam videatur, cum neuter numerus, die dominico sabbatoque subtracto, quadraginta dierum impleat summam: sex enim & triginta dies in ipsis hebdomadibus tantummodo concluduntur.* Sicut enim vix dubium est quin Abbas Germanus, Ecclesiæ Constantinopolitanæ postmodum Presbyter, de hujus Ecclesiæ consuetudine loquatur, cum septem hebdomadarum observationem commemorat; ita certum est istud, quod de sex hebdomadibus habet, de Romanorum ritu esse intelligendum: ut manifestum est his capituli 27. verbis: *Hi enim sibi sex hebdomadarum observantiam præfixerunt, qui putant die quoque Sabbati jejunandum: sex ergo in hebdomada jejunia persolvunt, qui eisdem sex & triginta dies sexies revolutos consummant.* Qui enim meminerit Cassianum lib. 3. de Institutis Cœnobiorum cap. 10. scripsisse, maxime in urbe jejunium Sabbati observatum esse, Romanos hic ab eodem esse notatos non inficias irit; ut immerito Dallæus Bellarminum suggillet, eo quod de Latinis locutum esse Cassianum dixerat.

Cassian.  
Collat. 21.  
cap. 24.

Cassianus  
Collat. 21.  
cap. 27.

XI.  
Socratis  
locus de  
Sabbato-  
rum Qua-  
dragesimæ  
jejunio  
discussus.

Ut vero alteram Socratici textus partem, quæ de Sabbatorum quadragesimalium jejunio est, discutiamus, omnes fere in eo conveniunt, ut mendosum eum locum esse pronuntient: qua vero ratione emendari possit aut debeat, non conveniunt. Dionysius Petavius in animadversionibus ad sanctum Epiphanium pag. 360. & Hugo Mænardus in notis ad Sacramentarium Gregorianum pag. 53. existimant Socratem non de Roma veteri, sed de nova, id est Constantinopoli, locutum esse, voculamque *vex* scribarum oscitantia omissam, ita reponendam esse, ut pro *ἐν Ρώμῃ*, legatur *ἐν vex Ρώμῃ*. Suam firmant conjecturam ex Socrate ipso, qui post pauca affirmat, Romanos omnibus Sabbatis jejunasse: *ἐν Ρώμῃ πάντων σαββάτων νηστεύουσιν*: sibi enim tam contraria scripsisse cordatum virum persuadere sibi non possunt. Ingeniosa conjectura; sed tamen quæ plures ob causas admitti non potest. Primum enim quotquot in edendo Socrate operam hæcenus collocaverunt, Musculus, Grynæus, Christophorus, Suffridus Petrus, Robertus Stephanus, Joannes Curterius, H. Valesius, nihil tale invenerunt in antiquissimis, quibus usi sunt, Codicibus MSS. quos ex Christianissimi Regis Bibliotheca, ex Vaticana, Florentina, Albatiana, aliisque habuerunt. 2. Quis facile

crediderit Socratis libros jam tum corruptos esse cum Tripartitam Historiam scribebat Cassiodorus: immo cum ante eum Epiphanius Scholasticus Socratem Latino idiomate donabat, cujus versione usus est Cathodorus? Uterque porro eandem lectionem præsentat, quam nunc in Socrate habemus. Nihil dico de Nicephoro, qui eadem ex Socrate transcripsit: nec par est credere aut nullum tunc emendatum codicem Socratis superfuisset, aut Nicephoro non adfuisset, qui magna ex parte Socrati innititur. 3. Ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ morem referri non potest, quod scribit Socrates, tres tantum hebdomadas continuas ante Pascha jejunatas esse. Theophanes enim, aliique post ipsum testantur tempore Justiniani Imperatoris quadragesimale jejunium octo hebdomadibus apud Constantinopolitanos constituisse. Immo Sozomenus Socratis temporibus æqualis, jam tunc cum scribebat, septem hebdomadas Constantinopoli solitas esse jejunari per Quadragesimam, expresse profiteatur. *Alii, inquit, septem hebdomadas computant, sicut Constantinopoli, & per cunctas in circuitu Provincias usque ad Phœnicem.* Quibus verbis explicat, quod Socrates ipse magis implicite dixerat: *Qui autem, inquit, in Illyrico, & per universam Græciam, & qui Alexandria degunt, sex ante Pascha septimanas jejunant &c.*

Niceph. l.  
12. cap.  
34.

Sozomen.  
Histor. l. 7.  
cap. 19.

Aliam igitur viam ineunt nonnulli. Jacobus Capellus existimavit parenthesis illam, *πλην σαββάτων κ' κυριακῆς*: *Exceptis Sabbato & dominico die*: nativo suo loco motam esse, & post duas fere lineas esse transponendam, ita ut non de Romanis, sed de aliis Orientalium partium Ecclesiis, quas constat Sabbatum ab omni jejunio immune per omnem annum, excepto Sabbato sancto, habuisse: atque in hunc modum legendum putat: *Nam qui sunt Romæ, tres simul septimanas ante Pascha jejunant: qui autem in Illyrico, & tota Græcia, quique Alexandria habitant, ante sex hebdomadas, SABBATO ET DOMINICO EXCEPTIS, jejunium, quod est ante Pascha, jejunant.* Probabilitate conjectura hæc non careret, si & Codicis alicujus auctoritas suffragaretur, nec priora duo argumenta, quæ Petavii & Mænardus suspicionem evertunt, huic quoque adversarentur.

XII.  
J. Capelli & C.  
Lupi conjecturæ  
de loco  
Socratis.

Christianus Lupus in scholiis ad canonem lv. Trullanum suam etiam symbolam ad nodi istius solutionem contulit. *Socrates, inquit, sibi ipsi non cohæret, dicens in eodem ejusdem libri capite: Romæ singulis Sabbatis jejunant. Forsan velit illam ipsam suo tempore jejunantem Romam olim Sabbato non jejunasse; quod & veritati, & illius isthæ scopi est omnino consentaneum.* Parum felix, meo quidem judicio, suspicio. Primum enim non usquequaque est evidens, veritati esse consentaneum præscos olim Ecclesiæ Romanæ fideles Sabbatum a jejunio abfolvisse. Hieronymus enim morem istum in Romanam Ecclesiam inductum significat ex majorum præcepto quod ex lege apostolica

lica descendisse censendum esset. *Unaquaque*, inquit, *Provincia abundet in suo sensu*, & *præcepta majorum leges apostolicas arbitretur*. Augustini quoque tempore plurimorum erat opinio, ad imitationem Apostoli Petri ab ejusque ætate Romanos jejunium Sabbati assumisse: aitque ipse Augustinus traditioni apostolicæ Romanorum, traditionem pariter apostolicam ab Orientalibus opponi posse. Cassianus idem testatur. Sed & Innocentius I. satis significat hanc suæ Ecclesiæ consuetudinem tamquam ab Apostolis acceptam apud suos tum haberi. Incertum igitur admodum est quod scribit Lupus, olim Romæ Sabbato non esse jejunatum: cui unicus hic Tertulliani locus favere videtur, libro de jejniis cap. 14. *Quamquam*, inquit, *vos etiam Sabbatum si quando continuatis, numquam nisi in Pascha jejunandum, secundum rationem alibi redditam*. Quamquam nihil prorsus ad Romanorum consuetudinem facit Tertullianus, qui non contra Romanos, sed adversus omnes Catholicos scribit, quique ut ex illorum ritu arguat, attendit magis ad id quod in Africanis, in Orientalibus & in plerisque Occidentalium Ecclesiis usurpabatur, quale erat jejunii remissio in Sabbato, quam ad id quod pauca Occidentales Ecclesiæ cum Romana agere consueverant.

Quod subjicit Lupus, conjecturam suam scopo Socratis esse consentaneam, prorsus a rei veritate alienum est. Socratis enim istud consilium fuit, ut varios variarum Ecclesiarum ritus exponeret, qui eo præsertim quo scribebat tempore tam in Oriente, quam in Occidente usurpabantur. Quod & loquendi modus indicat: semper enim quasi de re præsentis differens, præsentis temporis vocibus utitur. *Primum igitur*, inquit, *jejunia illa, quæ ante Pascha fiunt, aliter apud alios observari reperias. Qui Romæ sunt ... jejunant &c.* Quod non diversum est ab his verbis, quæ in eodem capite leguntur: *Qui Romæ sunt, singulis Sabbatis jejunant*: cum e contrario ubi præteritæ ætatis mores enarrat, aut controversias, præteriti temporis modulis sermonem induere solet.

XIII. Quid igitur ad Socratem dicemus? Hoc plane dicam. Primum Socratem hic de veteri Roma agere, nec de alia ætate, quam de sua, nec aliter eum scripsisse, quam nunc legimus, nec ejus verba e suo loco in inferiorem periodum esse dejicienda.

2. Egregie hallucinatum esse Socratem, Græcumque hominem sexcentis fere leucis a Romana Urbe agentem, Romanæ disciplinæ ignarum, incertisque deceptum rumuſculis, aliis errandi locum dedisse. Quis enim nesciat quam frequenter, quam facile errare eos contingat, qui narrationem aggrediuntur rerum a se vel locorum spatiis, vel intervallis temporum longissime remotarum: & multo etiam faciliorem esse lapsum, cum ex rumore solum, quæ narranda sunt, hauriuntur, (quod Socrates ipse sibi contigisse fatetur initio libri secundi) quam cum ex veterum scriptorum historiis

Tom. II

accipiuntur. Hoc certe ne ipse quidem Valesius potest negare de suo Socrate, quem sæpe sæpius erroris arguit in annotationibus suis; quarum vix pagina una est, in qua nigrum theta auctori suo non affigat. Socratis errorem correxisse Sozomenus videtur, cum expunxit. Si enim, ut Valesio probabile est, junior fuit Socrate, etsi eadem vivens ætate; si posterior scripsit, Socratisque historiam ob oculos habuit, quædam ei addidit, in aliquibus emendavit; censendus est plane Socratem in errore deprehendisse, cum lib. 8. c. 19. eamdem cum illo quadragesimalis jejunii varietatem edisserens, de trium illarum Ecclesiæ Romanæ hebdomadarum jejunio, deque Sabbati ibidem remissione omnino silentium putavit.

3. Verosimillimum est Socratem, si Novatiana labe infectus non fuit, Novatiani saltem (quod & fateatur ultro H. Valesius) addictum fuisse, seu quod necessitudine ac familiaritate iisdem conjunctus esset, seu quod eorum disciplinam atque abstinentiam probaret. Cum autem hoc inter cetera profiterentur Novatiani, quod Ecclesia in Synodis circa paschalem festivitatem observandum decreverat, nulla necessitate suscipi debere vel imponi, liberum esse cuique Ecclesiæ suo more uti, illudque omne indifferens esse, unde & ἀδιάφορον nuncupari amabant: hinc natum est Socrati consilium per varios Ecclesiarum ritus excurrendi, eorum diversitatem describendi accuratius, illiusque præsertim jejunii, quod Pascha antecedit. Hinc etiam libenter Romanam Ecclesiam in eo ab aliis maxime dissidentem repræsentavit, Quadragesimam hujus Ecclesiæ tribus tantummodo hebdomadibus circumscribens, easque Sabbati simul jejunio, non secus ac Dominicæ immittens: partim ut illam Novatianorum indifferenciam probatam Catholicorum Romanorumque imprimis exemplo faceret, partim etiam ut indulgentiorem illius Ecclesiæ disciplinam exhibens, eorum, quibus favere satagebat, austeriores mores commendaret.

Quod fieri posse diximus, ut Socrates vel incautus, vel Novatiani favere cupiens, aliquid Romanæ Ecclesiæ imposuerit, fidem excedere nonnullis videtur. *Certe*, inquit Dallæus de prima parte Socratici textus agens, *non de arcano aliquo fidei capite, sed de facto (ut loquuntur) cuiusvis obvio, omniumque sensibus expósito agitur. Estne verisimile Socratem in re hujusmodi mentiri voluisse? Cujus prompta & expedita probatio in omnium hominum oculis quotidie versabatur. Profecto non hæreticum, sed insanum ac emotæ mentis hominem fuisse istum oportuit, si in hoc argumento sciens ac volens Ecclesiam calumniatus est. Vix certe adduci quis possit, ut insanum ac temerarium adeo consilium bonæ indolis homini in mentem venerit; non tamen ita rara sunt hujusmodi exempla, ut sponte non occurrant. Quis, verbi gratia, post mille annos, cum ipsius Dallæi librum de jejunio & Quadragesima evolvit, revocare in dubium aude-*

Socratem  
fuisse  
Novatiani-  
nis.

XIV.  
Dallæi  
exemplo  
docetur  
scripto-  
rum fi-  
dem dis-  
cutien-  
dam.

bit quod de Catholica & præsertim Gallicana jejunii disciplina ætate nostra scripsit ille & sub omnium oculis publicavit? Quis non pro vero habeat, quod (ut ille affirmat lib. I. cap. II.) anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto, quo scribebat, a quibusvis fidelibus aliud nihil exigebant publicæ Catholicorum leges, nisi ut statis definitisque temporibus a carnibus abstinerent, prandereque ac cœnare etiam laute atque opipare, dummodo sine carnibus, impune patiebantur, contendebantque tales reprehendi non posse? Quis non credat nudam & simplicem carniū abstinētiā pro vero jejūnio a nobis habitam, immani, ut ait, & plane puerili errore? Quis non existimabit piaculum esse, si non credat quod singulis per totum annum hebdomadis feria sexta & Sabbato jejūnari præcepit hodierna Catholica Ecclesiæ disciplina? Hoc enim indubitanter asseverat Dallæus cap. 14. ejusdem libri: & lib. 4. cap. 5. iterum ait, quod jejūnium ferie sextæ, non voluntarium, sed legitimum esse apud adversarios (hoc est Catholicos) neque ex singulorum arbitrio spontaneæque devotione, sed ex publica necessariæque lege sic ab omnibus & singulis observari notum est, ut si quis eo die (ut ipsi quidem loquuntur) non jejūnet, cum isti gravissimi criminis & quidem æterna morte digni reum censeant. Post aliquot multos, inquam, annos fidem Dallæo abrogare plurimis forsan religio erit, homini Gallo scilicet de Gallicano more sui temporis serio scribenti; eoque asserente defendet jejūnium per Adventum rigide observatum esse per ejus ætatem in Galliis. Neque nobis, inquit, de Adventus jejūnio molestior est adversarius (Bellarminus,) quod iidem contendit, non tam ex præcepto, quam ex consilio aut voto a multis servari. Quamquam apud nos sane, id est in Gallia, non minus accurate aut religiose hoc jejūnium, quam quodvis aliud ET PRÆCIPI ET OBSERVARI ab adversariis videam. Hæc omnia aliaque plurima quam evidenter falsa, quam calumniose inventa, quam impudenter conscripta fuerint a Dallæo, nemo Gallorum, nisi insanus aut emotæ mentis non intelligit. Et tamen quis post elapsa aliquot sæcula, id pro Dallæo non opponat aliquando, quod modo Dallæus pro Socrate? Estne verisimile, inquiet, Dallæum in re hujusmodi mentiri voluisse, cujus prompta ac expedita probatio in omnium oculis quotidie versabatur? Profecto non hæreticum, sed insanum ac emotæ mentis hominem istum fuisse oportuit, si in hoc argumento sciens ac volens Ecclesiam calumniatus est. Hæc paullo fusius persequi non piguit, ut hodierno exemplo evidens fieret, quam suspecta merito esse debeat eorum scriptorum fides, qui propensiores fuisse in hæreticos præsumuntur; nec magis assentiendum Socrati homini Græco de jejūnio Romanorum apud Constantinopolim scribenti, quam Joanni Dallæo Gallo in Galliæ Metropoli viventi scribentique, cum de Gallorum jeju-

nio tam ridicule fabulatur, tam perfricata fronte calumniatur.

Denique ex nonnullarum Ecclesiarum Romæ vicinarum relaxatione, vel etiam ex Romanorum quorundam a communi lege recedentium præxi, seu Manichæorum, qui sub catholico nomine diu Romæ latitarunt, seu Judæorum, qui Sabbati diem festum habebant, seu Catholicorum Ecclesiæ leges, ut hodie sunt plurimi, conculcantium, Socrates de tota Romæ Ecclesiæ disciplina judicare præsumsit. Varietatem enim non modicam in quadragesimale jejūnium plurimorum intemperantia invec̄tam in Ravennensi Ecclesia Romæ vicina deplorat Petrus Chryzologus Leoni Socratique æqualis. Si ergo, inquit, quadraginta dierum simplex, purum, æquale, tantis testimoniis, sub tanti numero sacramenti traditum nobis a Domino jejūnium perdoctetur: unde ista varietas, unde novitas ista, unde hebdomade nunc resolutæ, nunc rigide, nunc indulgentes nimium, nunc severe? Unde intemperati jejūnii usus iste, qui aut afficiat sine venia, aut remittat ad crapulam? ... Jejūnium sit æquale: & ut est nobis traditum, servetur ad corporis & animæ disciplinam. Certe qui jejūnare non potest, non præsumat inducere novitatem; sed fateatur esse fragilitatis propriæ, quod relaxat: & redimat eleemosynis, quod non potest supplere jejuniis.

Ex hoc egregio Chryzologi testimonio plurima lux nobis affulget. Apparet enim primum varietatem a plurimis invehi cœpisse tunc temporis in Ecclesiam Ravennensem (cur non & in alias?) 2. Varietatem istam novitatis argui ab Episcopo. 3. Varietatis ac novitatis istius caput unum esse, quod quadraginta dies non jejūnarent, traditumque a Domino sub tanti numero sacramenti jejūnium violarent. 4. Quod non æquale esset apud eos 40. dierum jejūnium, sed nunc severum, nunc indulgentius. 5. Hebdomadarum quadragesimalium alias resolutas, alias rigidas illis fuisse. Resolutæ autem eæ fuisse videntur, in quibus a jejūnio dies aliqui absoluebantur: unde fiebat ut (quod prius notaverat) sacrati quadraginta dierum numeri mysterium solveretur. Vix autem dubium est quin Sabbatum e resolutis his diebus esset, cum & ejusmodi remissioni faverent tot regionum etiam vicinarum exempla, & requiei seu dominicæ seu cælestis repræsentandæ significatio. 6. Elicitur eos, qui jejūnare non poterant, non contentos jejūnium propter infirmitatem solvere, novitatem aliquam in observationem Quadragesimæ inducere voluisse, ut omnibus in eundem ritum conspirantibus, nec ipsi jejūnium quadraginta dierum impleverint, nec tamen ab aliis discrepantes, singularitatis nota inurerentur. Hinc est quod dicit: Qui jejūnare non potest, non præsumat inducere novitatem; sed fateatur esse fragilitatis propriæ, quod relaxat.

Ex hujusmodi igitur innovationibus oriri potuit falsa, quam concepit Socrates, de Quadragesima Romana, opinio. Ut enim Romanis

XV.  
Romanorum vicinorumque relaxatio circa jejūnium.

Serm. clxvi. de quadragesimali jejūn.

Pag. 19.

Pag. 290.

Pag. 163.

Pag. 711.



manis paullo iniquiores erant Orientales, faciles calumniantibus aures præbebant, illudque pro Romanorum omnium consuetudine venditantibus quod vel paucorum, vel vicinorum erat indulgentia atque a communi lege declinatio.

XVI. *Cassiodori* Expenso textui Socratis succedit *Cassiodori* auctoritas, quæ eo potior ac validior videtur, quod ipse qui Senator & Consul & Præfectus Prætorio fuit in Urbe Roma, Romanæ Ecclesiæ morem in observatione jejunii quadragesimalis ignorare non potuit. In historia autem tripertita Socratis locum mox a nobis discussum posuit his verbis: *Romani enim tres ante Pascha septimanas, præter Sabbatum & Dominicam, sub continuatione jejunant.* Quis porro credat, inquit, illum in historia sua hæc Socratis verba positurum fuisse, si rem se aliter habuisse scivisset? Certe *Cassiodorus*, si id falsum esse scisset, hæc Socratis verba consulto omisisset, ne lectorem in fraudem induceret. Quod cum non fecerit, apparet vera esse quæ Socrates dixit de jejunio Romanorum. Hæc vir doctissimus.

Verum non ista persuadent. Quis enim nesciat hoc eis plerumque contingere, qui compendiis scriptitandis student aut centonibus consuendis ex plurium scriptorum elucubrationibus, ut non minori cura errata exscribant, quam quæ sunt veritati consentanea; quia videlicet non suam, sed aliorum sententiam repræsentare satagunt; nec alia corrigere curant, sed referre. Exemplo sit *Sozomeni* locus, quem in suam pariter historiam tripertitam transtulit *Cassiodorus*. Scribit ille lib. 7. cap. 19. *In urbe Roma nec Episcopus, nec alius quisquam in Ecclesia populum docet.* Hoc falsum fuisse probabile est, ut alibi asserimus, vel per id tempus, in quod coincidit *Sozomeni* Historiæ finis. Sed si eam sub *Leonis* Pontificatu concinnavit, ut vero simillimum est, de illius falsitate dubitari non potest. Jam vero sic inde arguo: vel hoc scivit *Cassiodorus*, vel ignoravit. Si ignoravit; parum idoneus testis est Romanæ disciplinæ, nec magis audiendus, cum de jejunio, quam cum de Romanorum Pontificum silentio sermonem habet, & proinde ineptus omnino, qui *Socratem* vel *Sozomenum* corrigeret. Si vero non ignoravit contrariam consuetudinem Romæ *Sozomeni* & suis etiam temporibus viguisse, nec tamen emendavit *Sozomenum*, nec lectorem saltem monuit de contrario more per *Leonem* Pontificem inveceto; hinc certum habemus *Cassiodori* consilium fuisse, quæ apud *Sozomenum* vel *Socratem* legebat, intacta relinquere, excerptorisque tantummodo officio fungi, non emendatoris. Ad manum est alterum ex *Sozomeno* exemplum: capite enim 16. libri septimi agens de Presbytero pœnitentibus præposito, qui Episcopi vice confitentium delicta aure secreta excipiebat, remotusque tandem est ab hoc officio in Ecclesia Constantinopolitana; addit auctor iste: *Apud reliquas autem sectas hic mos etiamnum per-*

*severat. Et in Occidentalibus Ecclesiis, ac præcipue in Ecclesia Romana, studiose observatur.* Falli *Sozomenum*, cum de omnibus Occidentalibus Ecclesiis, tum præsertim de Romana, constanter affirmat *H. Valesius* in Annotationibus, pluribusque probat, atque ex ipso *Sozomeno* ostendere nititur. Illa tamen nec omisit *Cassiodorus*, nec correxit; sed quod narratum reperit ab auctore suo, bona fide in centonem suum transcripsit lib. 9. cap. 35. ut planum sit certumque aliam ei non fuisse mentem, quam de *Cassiodoro* *singulis*, ut ipse loquitur, *dictatoribus deslorata colligere, & cum auctoris sui nomine in ordinem collocare.*

Ad *Leonem* tandem devenimus, cujus præcipue occasione de jejunio differere in mentem venit. Hic, inquit, sermone 4. de Quadragesima hanc clausulam sibi in juniorum indictione familiarem ita subjicit: *Secunda igitur & quarta & sexta feria jejunemus; Sabbato autem apud beatum Petrum Apostolum vigiliam celebremus; qui commentati sibi gregis curam habere non desinens, custodiam nobis de suis precibus obtinebit.*

Torsit plurimum locus iste quotquot quadragesimalis jejunii materiam versarunt hactenus; quamque parum feliciter in eo illustrando laboraverint, ex differendis facile intelliget unusquisque.

Cardinalis *Bellarminus* existimavit, *Leonem* loqui de jejunio quatuor dierum, qui adduntur ante primam Dominicam Quadragesimæ, ut numerus quadragenarius compleatur: etsi non iidem qui olim. *Hugo Mænardus* Sacramentarium sancti Gregorii commentans istam *Bellarmini* explicationem merito rejicit, ostenditque quatuor illos dies Gregorii ipsius ætate in usu non fuisse, neque *Leonis* temporibus. In eam autem it ipse sententiam, non plures revera dies Romæ tunc temporis jejunio fuisse consecratos, quam qui in eo Sermone a *B. Leone* designantur. Subscribit *Mæcardo Dallæus*, verbisque procacioribus doctissimum *Bellarminum* exagitat: Sabbatum tamen tribus illis diebus ex solito per annum Romanorum more superaddendum existimat. *Henricus Valesius*, ne Sabbati quidem jejunium per Quadragesimam Romæ tunc celebratum censet, ac præter hunc *Leonis* locum probationem adducit nullam. Sic inter orthodoxos heterodoxosque medium *Leonem* nostrum hinc inde trahit in suam quisque sententiam, nec tamen quisquam capit aut explicat. Vera istius nodi solutio hæc est, *Leonis* non esse verba illa, quæ obijciuntur, sed Sermoni ejus superaddita, non fraudis faciendæ causa, sed aliqua occasione ac ratione, quas aperiemus, si prius probaverimus certo certius adjectitia esse quæ diximus.

Non ea autem sola abjudicanda sunt *Leonis*, sed etiam pannus integer bene longus, cui illigata sunt in hunc modum. Post hæc genuina Pontificis verba ad calcem Sermone posita: *Cui (Deo) ita demum sacrificium veræ abstinentiæ & veræ pietatis offerimus,*

*Cassiodorus in Præfatione.*

XVII.

*Leonis* locus infamis nunc primum illustratus.

*Cardinalis Bellarmini* tom. 3. *Controv.* 3. lib. 2. cap. 15.

Pag. 52.

XVIII.

*Rejicienda* ex *Leonis* sermonibus clausulæ verba cum aliis plurimis.

*rimus, si nos ab omni malitia continemus: hæc alia subduntur in editis hætenus codicibus: Cum inimicis autem crucis Christi nulla consensione jungamur, ne impiorum consortio sanctitas fidelium polluatur. Lux separetur a tenebris, & fugiant filios diaboli filii veritatis. In templum enim Domini, quod est Ecclesia Christi, nihil contaminatum inferri, nihil profanum oportet admitti: ut omni immunditia a penetralibus cordis exclusa, sanctificetur jejunium nostrum, & simus æternum sancti Spiritus habitaculum, qui nos a peccatorum sordibus emundatos & possidere dignetur semper & regere. Secunda igitur & quarta & sexta feria jejunemus; Sabbato autem apud beatum Petrum Apostolum vigilias celebremus: qui commendati sibi gregis curam habere non desinens, custodiam nobis de suis precibus obtinebit.*

Primum autem non satis cohærent extrema hujus panni verba cum hac clausula quæ sequitur, quæque vere Leonis est: *Auxiliante nobis per omnia Deo omnipotente &c.* qua cum utitur Leo, miro eam artificio ceteris verbis inferit atque illigat. Hæc vero e contra, cum his optime connectitur, quæ pannum antecedeant hac ratione: *Si nos ab omni malitia contineamus: auxiliante nobis per omnia Deo omnipotente &c.*

2. Quæ panno isti antea præmittebantur, in nostra vero editione Sermoni finem imponunt, clarum est vere Sermonis finem esse: *Cui ita DEMUM sacrificium &c.* quibus alia si superaddidisset, videretur completum rursus instaurare sermonem.

3. Judæi magis designari videntur per hæc verba, *Cum inimicis crucis Christi &c.* quam Manichæi, quos tamen solos in isto sermone exagitandos suscepit.

4. Aliter de utrisque agitur in Sermone, aliter in panno. In illo enim de occultis hæreticis seu Manichæis differit, quos ut deprehendere satagerent fideles, certis indicis connotat, ab illorum errore caveri jubet, eosdemque prodi, si innotuerint, ut Sacerdotum auctoritate a sanctorum societate pellerentur. In panno non de occultis hominibus, seu hæreticis, seu Judæis rem habet, sed de his, qui palam omnibus noti erant, nec hos prodendos monet, sed fugiendos.

5. Stilus Leonis nostri in hoc assumpto desiderari videtur. Quale enim est illud: *Custodiam nobis de suis precibus obtinebit: quod a nitore Leoninæ dictionis multum abhorret?*

6. Cum duodecim Sermones S. Leonis habeamus de jejunii quadragesimalis observantia dictos, nullus est, hoc unico excepto, qui hujusmodi annotationem feriarum vel secundæ, quartæ & sextæ, vel aliarum quarumvis umquam habuerit, vel nunc ha-

beat. Porro si vel solæ nominatæ feriæ, vel alia quædam selectæ jejunio consecratæ fuissent; quis credat eas a Leone toties non fuisse indicendas, quoties ad plebem suam sermonem habuit? siquidem adeo religiose idipsum præstitit, cum de jejunio quatuor Temporum verba fecit in sua Ecclesia. Si autem in aliis undecim Sermonibus ab hujusmodi indicatione abstinuit, nec in illo, de quo quæstio versatur, usus esse credendus est: ab eoque potius ableganda est, tamquam adventitia, & ab ejus mente aliena.

7. Si tres tantummodo dies quadragesimali jejunio addidisset Leo Pontifex, ut suggerit istud additamentum; quam sibi ipse dissimilis ac contrarius fuisset! quippe qui toties quadraginta dierum jejunium nominat in suis Sermonibus. Sermon. 3. cap. 2. *Ut populus christianus ad paschale festum QUADRAGINTA DIERUM SE CONTINENTIA præpararet.* Sermon. 5. cap. 3. *Saluberrime nos QUADRAGINTA DIERUM JEJUNIO præparemus.* Sermon. 6. c. 2. *Apostolica institutio QUADRAGINTA DIERUM JEJUNIIS impleatur.* Sermon. 7. cap. 1. *QUADRAGINTA DIERUM JEJUNIIUM, quod festi paschalis est prævium.* Sermon. 8. c. 4. *In istis QUADRAGINTA DIERUM JEJUNIIS &c.* Sermon. 10. c. 1. *Merito nos QUADRAGINTA DIERUM JEJUNIO præparari &c.* Sermon. 12. c. 1. *JEJUNIUM nos QUADRAGINTA DIERUM ... exerceat.* Sed in hoc ipso Sermon. 4. quem discutimus, cap. 1. ita loquitur: *Magna divine institutionis salubritate provisum est ut QUADRAGINTA nobis DIERUM EXERCITATIO mederetur, IN QUIBUS aliorum temporum culpas & pia opera redimerent, & JEJUNIA CASTA accoquerent. Ingressuri igitur, dilectissimi, dies mysticos & juniorum remediis consecratos &c.* Quadrageinta igitur dies ab initio Quadragesimæ usque ad Pascha numerabantur in Ecclesia Romana & jejunio consecrabantur, exceptis Dominicis: quarum exceptionem commemorare superfluum fuisset, quoniam & nemini ignota erat, & ab omnibus per totam Ecclesiam religiose servabatur. Sed & satis ipse declaraverat impiam Manichæorum consuetudinem suggillans, qui dominicam diem suis jejunii polluebant. Diem alium cum non excepit, a jejunio non exemit. Quoniam igitur tot jam argumentis infirmata clausula, certissimis hujus Papæ testimoniis adversatur, merito potius eliminanda, quam ut *vir perspicuitatis in primis studiosus & Quadragesimæ disertus ac prudens*, qualis a Dal-læo depingitur Leo noster, contraria sibi ipse loqui judicetur.

8. Sed quid moras nectimus? Provo-centur tandem adversarii ad antiquiores quosque ac melioris notæ 2 codices, quos pene arbitrium est & jus & norma de dubiis

XIX.  
Pluribus  
locis Lec  
jejunium  
xl. dierum  
commemorat.

Dalleus  
libr. de je  
jun. &  
Quadragesimæ  
p. 535  
& 546.

Auctori-  
tate codd  
MSS. le-  
cus Lec-  
nis emer-  
datus.

#### EDITORUM AD NOTATIONES.

2 Editionem Sermonum S. Leonis, quam P. Petrus Thomas Cacciarus Romæ vulgavit

præcedenti anno 1753. accepimus. Ibi autem is in notatione ad serm. 4. de Quadragesima pag.

biis veterum scriptorum fetibus aut interpolationibus decernendi. Quinque igitur nobis suffragantur codices manuscripti vetustissimi probatissimique. Primus est e Regia Augusti nostri Bibliotheca num. cccxli. Alter est Illustrissimi D. Thuani num. xlvi. Tertius item Thuaneus num. cviii. qui olim fuit sancti Petri Fostatensis, scriptusque est anno Domini mlvii. Quartus e Navarrica Collegii Parisiensis Bibliotheca. Quintus denique ex celebri & antiqua Corbejensis Monasterii Bibliotheca Parisios advectus, servatur in celeberrimo sancti Germani Parisiensis Asceterio, scriptusque legitur ad calcem: *In illo anno, quo Rex Philippus filius Ludovici Regis inunctus est.* In omnibus istis codicibus totus ille pannus, quem supra descripsimus, desideratur, ut merito insititius judicandus sit, atque ab hoc sermone removendus, sicuti revera movimus.

XX. Sed qua occasione verba hæc inserta fuerint atque aptata, quoniam aperturos nos esse spondimus, operæ pretium est inquirere. Norunt omnes in more fuisse, sive apud Monachos, sive apud Clericos officio ecclesiastico recitando aut cantando additos Homilias Sermonesque sanctorum Patrum suis usibus aptare & accommodare pro varietate officiorum occurrentium: illudque insuper sæpius ab iisdem usurpatum, ut huiusmodi Sermonibus aliqua adderent, quæ vel propriæ solemnitati convenirent, vel præsentis temporum necessitati. Sexcenta possent afferri exempla, si res probatione indigeret. Simile quid contigit huic Sermoni 4. de Quadragesima. A quadragesimali jejunio ad aliud jejunium translatum est, quod alicubi a Clericis vel Monachis celebrabatur, atque ut pro more Leonis, & pro loci etiam consuetudine, feriarum, quæ jejunii istis deputatæ erant, solemniter fieret indictio, concinnata est huiusmodi clausula: *Secunda igitur & quarta & sexta feria jejunemus &c.* quam bona fide transcripserunt ex libris Lectionariis qui de sancti Leonis Sermonibus in unum corpus colligendis, & publicæ luci dandis primi cogitaverunt.

Hoc ita esse non ægre fatebitur, qui Matisconensis I. Concilii canonem 9. in memoriam revocaverit. Hujus Concilii Patres ex duodecim fere Galliarum provinciis con-

gregati sunt anno Domini dxxci. ut Jacobo Sirmondo placet, vel potius dxxciii. ut rectius visum est doctissimo Carolo le Cointe in Annalibus Ecclesiasticis Francorum tom. i. ad hunc annum. Suam igitur sanctionem 9. sic efferunt: *Ut a feria sancti Martini usque ad Natale Domini secunda, quarta & sexta Sabbati jejunetur, & sacrificia quadragesimali debeant ordine celebrari. In quibus diebus Canones esse legendos speciali definitione sancimus, ut nullus se fateatur per ignorantiam deliquisse.* Quis non videat inde sumpta esse verba illa, in quibus explicandis tamdiu frustra sudatum est? Porro cum ex tot provinciis adessent Episcopi plurimique Metropolitanis, inque suas provincias probabile sit eos ritum istum advexisse a Clericis observandum; inde est quod plurimi codices inventi sunt, in quibus Sermo iste sancti Leonis hac clausula auctior legeretur. Hanc autem triduani jejunii legem a festo sancti Martini ad Natale Domini Matisconenses Patres crediderim esse mutuatos ab Ecclesia Turonensi. Testis est enim Gregorius Turonensis lib. 10. cap. 31. Perpetuum hujus urbis Episcopum, qui Leonis æqualis erat aut super, terna in septimana jejunia instituisse a Martini depositione usque ad Natale Domini.

Dubium restat de reliquis hujus panni verbis: *Cum inimicis autem crucis Christi nulla consensione jungamur &c.* Quam ob causam enim hic assuta? Quæ ratio ut ea parte Leonis sermo excresceret? Longius non est arcessenda ratio. Eiusdem enim Matisconensis Concilii canones xiiii. xiv. xv. & xvi. qui adversus Judæos conditi sunt, hæc adversus eosdem adjecta esse omnino persuadent. *Ut nullus Christianus, inquit Canon xv. Judæorum conviviiis participare presumat. Quod si facere quicumque, quod nefas est dici, Clericus aut secularis presumpserit, ab omnium Christianorum consortio se noverit compescendum, quisquis eorum impietatibus fuerit inquinatus.* Alios Canones lector adeat, si volet. Judæorum scilicet copiosus erat tunc temporis numerus per provincias Gallicanas; ita ut Galliarum Præsules sæpe sæpius in Synodum coalescentes monuerint christianam plebem, ut se ab illorum contagio ac societate abstineret. Crevit etiam eorum numerus circa annum

DCXVI.

XXI. Unde reliqua panni verba interpretentur.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

pag. 112. quinque Vaticanis MSS. 541. 544. 545. 546. & 547. expunctas a Quenello lineolas vindicare nititur. Sed hi omnes, a nobis pariter inspecti, sunt codices trium recentiorum collectionum tertiæ, quartæ, & quintæ: quibus sane præponenda haud dubie credimus exemplaria duarum antiquiorum collectionum primæ, & secundæ, ac præsertim Lectionaria duo Basilicæ S. Petri, quæ Romana sunt, & quatuor alia, quæ memoravimus adnot. 36. in eundem sermonem tom. i. col. 162. Ipse P. Cacciarus aliud Lectionarium vidit in cod. Vat. 1268. memoratis lineolis pari-

ter carens. Lectionaria vero, illa potissimum certe Romana, quanti præ collectionibus, maxime posterioribus, habenda sint, in præfatione sermonibus præfixa pluribus declaravimus. Laudatus P. Cacciarus codicem Vat. Palatinum 432. memorat, in quo expunctæ lineæ leguntur exceptis postremis verbis: *Secunda igitur, & quarta, & sexta feria jejunemus &c.* quæ in hoc panno maximam difficultatem fecerunt. Sed unicum hoc Lectionarium Germanicum cereris plerisque & potioribus, atque etiam Romanis, quæ totum hunc pannum omittunt, præferendum non est.

DCXVI. quo Hispaniarum Rex Sisebutus Judæos omnes, qui Christo nomen dare recusarunt, procul a Gothicis regionibus amandavit: quorum multi, teste Adone Vienneſi, in Gallias seſe receperunt. Eoſdem regno pulſos regnante Dagobetto narrat Fredegarius. Cui rei cum Rex ediſtis ſuis adlaboraret, canonibus & adhortationibus ſuis Epifcopi, frequentioribus jejuniis Epifcoporum mandato indiſtis Clerici & Monachi, votis ſuis & precibus reliqui fideles egerunt proculdubio, ut juratos crucis Chriſti inimicos a fidelium ſocietate removerent.

XXII. His ita explicatis, nullum reſtare dubium exiſtimo circa Leonis locum: ex quo vel uno clarum eſt, quanti intereſt & ſanctorum Patrum honoris, & eccleſiaſticae veritatis, ut ad antiquos codices MSS. accurate emendentur eccleſiaſticorum ſcriptorum monumenta. En quantos viros mendofus locus unicus exercuit, omneſque eorum fruſtratus eſt conatus. Scriptores partim catholici, partim hæretici id omne attulerunt in medium, quod in cordati viri mentem, non deprehenſa loci interpolatione, venire poterat. Neutri tamen ſcopum attigerunt; neque tamen ob id fugillandi. Quamobrem cum heterodoxorum unus Joannes Dallæus inſolentius inſurgit in doctiſſimum Cardinalem Bellarminum, ovantique ac triumphanti ſimilis diſtis conviciis proſcindit, quid aliud quam ſe & miſerandum & ridendum omnibus objecit? Nodum enim iſtum non modo non ſolvit ceteris feliciter, ſed & mendofus loco in deſenſionem deploratæ cauſæ miſere abuſus eſt, triumphumque ſe ſibi ante victoriam ceſſiſſe palam oſtendit. Hoc hæreticis familiare. Corruptis enim plerumque ſanctorum Patrum locis (ſi non ipſi corrumpunt) abuti ſolent adverſus doctrinam catholicam; ſed eluſcente tandem aliquando veritate, eadem loca in ſuæ doctrinæ patrociniū trahit Eccleſia. Enimvero cum certum modo ſit nullum eſſe ſancti Leonis Sermonem inter Quadrageſimales, in quo certos indixerit jejunii dies per ſingulas Quadrageſimæ hebdomadas rite obcendos, argumentum eſt omnes omnino hebdomadam quadrageſimalium dies, excepta Dominica, in Eccleſia Romana fuiſſe jejunio conſecratos. Alioquin Leo noſter, vir perſpicuitatis in primis ſtudioſus, & in paucis diſertus ac prudens, hoc in maximo & ſacratiffimo jejunio non omiſiſſet, quod in plerisque Sermonibus de quatuor Temporum jejunio habitis tam religioſe obſervavit; præſertim vero cum creberrima jejunii quadraginta dierum mentio idiotis ſaltem ſuſpicionis ac dubii locum dare potuiſſet. Certe ſi liberam fuiſſet ſancto Leoni ejuſve prædeceſſoribus, qui poſt Manichæorum hæreſim exortam Romæ ſederunt, aliquos ſolummodo dies pro arbitrio deligere, quos ſolos quadrageſimali jejunio explendo deſtinarent; numquam elegiſſent ſecundam feriam, ne videlicet ad hæreticorum iſtorum peſſimam conſuetudinem demittere ſe

Dallæus  
lib. de je-  
junio.

viderentur, qui ſecundam feriam in honorem Lunæ jejunando ſacrabant; quemadmodum ſuſe explicat hoc eodem ſermone Leo noſter: cum enim hujus feriæ jejunium nominatim commendaiſſet plebi chriſtianae, periculum fuiſſet ne hoc rudioribus veniret in mentem, Leonem videlicet vel malo animo damnare in Manichæis, quod ipſe ſuis indicebat, vel peſſime ſuis commendare, quod in Manichæis damnabat.

Ut plena ſit hæc de jejunio Sabbati diſputatio, ſuperſt quaſtio de Sabbato vigiliæ Pentecoſtes: utrum ea die jejunium indiſtum fuerit fidelibus in Eccleſia Romana, ſaltem Leonis noſtri ætate. Affirmant nonnulli, novellam diſciplinam magis ob oculos habentes, quam veterem. Sed qui hanc vel a limine ſalutarit, non ambiget quin illud Sabbatum a jejunio liberum & immune fuerit, quamdiu apoſtolicas traditiones violare neſas fuit in Eccleſia.

Tertullianus lib. de Corona cap. 3. *Die Dominico*, inquit, *jejunium neſas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die Paſchæ in Pentecoſten uſque gaudemus.* Sanctus Ambroſius relatus Diſt. LXXVI. cap. VIII. *PER HOS QUINQUAGINTA DIES nobis eſt jugis & continuata feſtivitas: ita ut hoc OMNI TEMPORE neque ad obſervandum inducamus jejunia, neque ad exorandum Deum genibus ſuccidamus.* Et infra: *Inſtar ergo Dominica, tota QUINQUAGINTA IERUM curricula celebrantur, & omnes iſti dies velut dominici deputantur: Reſurrectio enim dominica eſt.* Succinunt Hieronymus epiſtola ad Lucinium Bœticum & alibi; Auguſtinus epiſtolis ad Caſulanum, ad Hieronymum, epiſt. 82. al. 19. §. 14. &c. Epiphanius, Iſidorus, aliique innumeri. Sed Leone noſtro ejuſque omnino coævus contenti ſimus.

Satis porro indicat in ſermonibus de jejunio Pentecoſtes, Eccleſiam Romanam ante hanc feſtivitatem omnino non jejunaſſe. Igitur, inquit, *poſt ſanctæ dies lætitiæ, quos S. Leo ſerm. 1. de je- deinde in celos aſcendentis exegimus, poſtque jun. Pent. perceptum ſancti Spiritus donum ſalubriter & cap. 3. neceſſarie (id eſt continuo) conſuetudo eſt ordinata jejunii.* Et *Serm. 2. Maniſteſſime patet inter cetera Dei munera, jejuniorum quoque gratiam, que hodiernam feſtivitatem indiviſa ſubſequitur, tunc fuiſſe donatam.* Et ſerm. 4. de jejunio Pentec. *Ad hanc ergo utilitatem nos, dilectiſſimi, præſens tempus invitât, ut a Reſurrectione Domini uſque ad adventum Spiritus Sancti quinquaginta diebus emenſis, quos in lætitiâ præcipue feſtivitatis exegimus, ad jejuniorum remedia recurramus.* Idem in ſermonibus de ipſo feſto Pentecoſtes: ex quibus luce meridiana clarius eſt, vigiliam Pentecoſtes inter jejuniorum dies non fuiſſe tunc temporis numeratam.

Accedat ad Leonem Joannes Caſſianus, qui eccleſiaſticarum conſuetudinum curioſus fuit indagator. Is collatione 21. cap. 11. & 19. introducit Germanum interro-

XXIII.  
De jejunio  
Sabbati  
Pentecoſtes.

gan-

gantem, cur totis Quinquagesimæ diebus jejunare esset prohibitum, cum utique Christus quadraginta tantum diebus post resurrectionem cum discipulis suis fuerit commemoratus? Theonas, multis interpositis, respondet: *Hos quoque decem dies cum superioribus quadraginta pari solemnitate ac lætitia esse celebrandos: cujus festivitatis traditio per apostolicos viros ad nos, inquit, usque transmissa, eodem tenore servanda est. Ideo namque in istis diebus nec genua in oratione curvantur, quia inflexio genuum velut pœnitentiæ ac luctus indicium est. Unde etiam per omnia eandem in illis solemnitatem, quam die dominica custodimus, in qua majores nostri nec jejunium agendum, nec genu esse flectendum, ob reverentiam resurrectionis dominicæ tradiderunt.* Hoc non in sola Ecclesia Romana servabatur, sed per universam Ecclesiam, quousque institutis a Mamerto Viennensi Episcopo Rogationum jejunii, a pluribus longe lateque provinciis suscepta sunt, & ab ipsa Romana Ecclesia sub Leone III. Video quidem apud eundem Cassianum referri cap. 11. Quinquagesimæ remissionem nequaquam tanta cautione servatam tunc fuisse in Syriæ Monasteriis; sed de Ecclesiæ seu Romanæ seu universæ disciplina ex Monasteriorum quorundam Institutis non est decernendum, quibus videlicet procul a populorum frequentia viventibus plurimum indultum est ob pœnitentiæ reverentiam; sicut testatur Isidorus libro de Officiis Ecclesiasticis cap. 42. *Post Pascha usque ad Pentecostem licet traditio Ecclesiarum abstinentiæ rigorem prandiis relaxaverit, tamen si qui Monachorum vel Clericorum jejunare cupiunt, non sunt prohibendi: quia Antonius, & Paulus, & ceteri*

*Patres antiqui etiam his diebus in Eremo leguntur abstinuisse, neque solvisse abstinentiam, nisi tantum die dominico.* Ad hunc fere sensum Hieronymus epistola ad Lucinium Bœticum: *Utinam, inquit, omni tempore jejunare possimus: quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes & die dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus &c.*

Sed etsi aliquot jejuniiis intertextam subinde paschalem Quinquagesimam videamus, in vigilia tamen Pentecostes haud scio an 3 ante undecimum sæculum jejunatum sit. Salegunstadiense enim Concilium, quod anno MXXXI. celebratum est, edicit cap. 2. ut si jejunium quatuor Temporum Junii in vigiliam Pentecostes inciderit, non ibi celebretur, sed in ipsa hebdomada solemniter Pentecostes. Quamobrem quod aliqui objiciunt ex Sermone sancti Ambrosii relato Distinct. LXXVI. cap. IX. *Non minore lætitia celebramus diem Pentecostes, quam sanctum Pascha curavimus. Tunc enim, sicut modo fecimus, jejunavimus Sabbato &c.* Hoc, inquam, non potest esse Ambrosii: tum quia Concilium mox citatum testatur aliter fuisse observatum, tum quia contrarium habetur in ipso Ambrosio, qui, ut supra vidimus, ab illis quinquaginta diebus omnia omnino repellit jejunia, jugem & continuatam esse scribit festivitatem per hos quinquaginta dies, omnes denique istos dies velut dominicos deputari, & esse instar Dominicæ. Certum ergo maneat absolutum a jejunio fuisse hoc Sabbatum in Ecclesia Romana tempore & circa tempora sanctissimi nostri Leonis. Et hæc de omnium Sabbatorum jejuniiis apud Romanos modo sufficiant.

3

## EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Jejunium vigiliæ Pentecostes in Romana Ecclesia multo antiquiorem originem habet. Id exploratum fit ex Sacramentario initio hujus tomi edito, quod sub Felice III. vel serius initio Pontificatus Gelasii compactum ostendi-

mus in præfatione num. 10. Ibi enim Missa legitur *Pridie Pentecostem*, in qua jejunii ejus diei expressa fit mentio. Exstat etiam similis mentio in Sacramentario Gelasiano lib. 1. n. 77. oratione prima.

PASCHASII QUESNELLI  
 DISSERTATIO SEPTIMA,  
 DE CAUSSA EUTYCHIS  
 ARCHIMANDRITÆ CONSTANTINOPOLITANI

a FLAVIANO Episcopo CP. in Synodo damnati.

Ad epistolas S. Leonis Papæ XX. ( nunc XXIII. ) ad Flavianum  
 eundem, & XXI. ( nunc XXIV. ) ad Theodosium Augustum.

I.  
 Sincerus  
 pro apo-  
 stolica fe-  
 de zelus,  
 veris, non  
 commen-  
 titiis fun-  
 damentis  
 nititur.



Lura sunt quæ a nonnullis passim assumi solent ex his epistolis, ut jus appellandi ad Sedem Romanam ex omnibus orbis christiani regionibus imprimisque ex Orientalibus, ab illarum partium Episcopis ultro esse delatum etiam primis Ecclesiæ sæculis persuadeant. Apostolicæ primæque omnium sedi suam hanc tam excellentem prærogativam absit ut ego invidiam, cujus potius auctoritatem eminentiamque sacrosanctis firmitatibus canonibus toto animo tueri ac propugnare velim. Verum ut immota & inconcussa manent vera fundamenta, quibus apostolici primatus moles incumbit; sic per se ruere necesse est infirma illa & fucata argumenta, quibus præpostero quorundam studio fulciri solet: quorum inanitatem quisquis reterege sataget, is profecto non minimam a Sede Apostolica gratiam inierit. Nobis vero, quibus pro suscepto onere intactam dimittere nefas est quicquam eorum, quæ apud Leonem nostrum luce indigent, necesse fuit aliqua circa ementitam Euty-chis appellationem annotare; sic tamen ut brevitati studentes, quæ jam ab aliis occupata sunt, prætermittamus.

Hoc igitur censeo nihil ex utraque hæc Leonis epistola haberi, quo valide comprobetur i Romanum Pontificem seorsim ac separatim ab aliis Patriarchis majorumque Diœceseon Episcopis ab Eutyche fuisse appellatum. Id certum esse mihi videtur ex Actis illius Constantinopolitani triginta Episcoporum Conventus, qui Imperatoris jussu congregatus est ad relegenda recensendaque Acta Concilii Constantinopolitani, in quo Præside & agente Flaviano Eutyches damnatus fuerat. Immo id patet ex ipsis Constantini Monachi verbis, quem hæreticus ille suo nomine responsurum legarat ad illum Conventum, in quo scilicet iste pro-  
 fessus est, non Apostolicam solummodo Se-

dem ab Eutyche appellatam fuisse, sed Synodos Romanam, Alexandrinam, Jerosolymitanam & Theffalonicensem. Non quidem palam & publice hoc egit Eutyches, sed secreto & clanculum in aurem Patricii Florentii insufurravit post latam sententiam & solutam Synodum. Unde veritas elucescit verborum Flaviani, quibus Leoni de posthabita Euty-chis ad Sedem Apostolicam appellatione conquerenti ita respondit: *Eutyches libellos direxit vobis plenos omni fallacia atque calliditate, dicens judicii tempore libellos se dedisse appellationis & nobis & hic convenienti sancto Concilio, & appellasse vestram Sanctitatem. Hoc nequaquam ab eo factum est, sed etiam & in hac parte mentitus est: tamquam per fallaciam mendacii subrepere se sanctis vestris auribus putans.*

Hæc autem sunt verba Constantini Monachi in illo Conventu loquentis, cujus Acta Actione i. Calchedonen-sis relecta referuntur circa finem: *Constantinus Diaconus dixit: Eutyches, dum legeretur damnatio, appellavit sanctum Concilium sanctissimi Episcopi Romani, & Alexandrini, & Jerosolymitani, & Theffalonicensis, & hæc in Gestis non sunt inserta.*

Contra tam patens apertumque testimonium quid referri posset numquam divinassem. Sed ecce nuperus scriptor, qui adversus Illustrissimum Petrum de Marca, immo adversus sacratissima Episcoporum jura calamum acerbissime strinxit, opportune suggerit nobis quam facile exsufflari queat. Debile, inquit, Constantini Monachi, hominis hæretici testimonium, multis difficultatibus obnoxium, cui Florentius ipse Patricius contradicit, immo quod & ipsi Patres Concilii Constantinopolitani reprobaverunt, pluri non debet fieri apertissima assertione sanctissimi Papæ Leonis, strenuique Christi martyris Flaviani, qui tam clavis disertisque verbis ad solum Leonem appellatum ab Eutyche fuisse affirmant.

Hoc responsum æqua nobis lance perpar-

Ep. Fla-  
 viani c. 3.  
 tom. 1.  
 pag. 473.

Κωνσταντίνος  
 ὁ εὐλαβέστα-  
 τος διάκονος  
 εἶπεν ἀναγι-  
 νασκώμενος  
 τῆς καθαι-  
 ρέσεως, ὁ  
 ἰπεκαλεσατὴν  
 τὴν ἀγιάν  
 σύνοδον τοῦ  
 ἀγιασίου  
 ἐπισκόπου  
 Ρώμης, καὶ  
 Ἀλεξανδρεί-  
 ας, καὶ Ἱερου-  
 σολύμων σὺ-  
 νόδου, καὶ Θεσ-  
 σαλονικῆς  
 καὶ πάντων  
 οὐκ εἶπαι ἐν  
 ταῖς ὑπομνη-  
 μασι.

Actio CP.  
 post depo-  
 sit. Euty-  
 chis in vna  
 Act. 1.  
 Calc.

II.  
 Objectio  
 Joa. Da-  
 vidis.  
 In opere  
 Gallico de  
 Judiciis  
 Episcopo-  
 rum.

EDITORUM ADNOTATIONES.

i Vide Observationes subjiciendas num. 9.

tes pensitandum est. Ac r. quod hæresis nomine fidem derogari vult Constatino Monacho: quæro an major Eutychi hæresiarchæ habenda sit; ejus tamen testimonium ultro suscipit David? Deinde si hæretico hac in parte fides deneganda sit, erit & in altera: nec enim æquitatis ratio sinit, ut veracitati ejus datrahatur, cum de Alexandrina, Jerosolymitana, & Theffalonicensi sedibus loquitur, applaudatur autem cum de Romana; nisi aliunde hujus ultimæ partis veritas, priorisque falsitas astruatur: quod nullatenus fieri posse infra docebimus. Ad do quod etsi Archimandritæ sui partes egerit Constantinus, non tamen eam ob rem hæreticæ notæ infamia inurendus est. Id enim his præsertim initiis, partim ex ignorantia sensus hæretici, partim ex humano affectu contingere potuit, quem postea deposuerit, ut sententiæ Episcoporum obtemperaret. Et hoc non esse a vero absimile facit, quod cum Carosum & Dorotheum Monachos Eutychem assecras, pariter cum suo magistro ferri sententia damnationis videamus in Calchedonensi Concilio, nihil tale de Constantino Monacho legimus: quod argumento est Eutychem eum non adhæsisse, nisi quandiu versutia ejus nondum satis perspecta, catholicus saltem ab imperitis ac simplicibus Monachis haberi potuit.

2. Quicquid sit de fide hujus Monachi; rem ipsam excutiamus. Sciendum imprimis Constantinum Concilio Flaviano in causa Eutychem congregato non interfuisse, nisi ad momentum, cum scilicet Actione 4. Abrahamium Archimandritam ad Synodum ab Eutyche vice sua delegatum comitatus est una cum duobus aliis Diaconis Monasterii Eutychem, Eleusino & Constantio, qui rursus in Conventu CP. sequentis anni pro recensione Actorum hujus Concilii habito a 30. fere Episcopis, pro persona Eutychem affuerunt. Post hanc Actionem, quæ in interrogandis audiendisque dictis legatis consumta est, Constantinus nusquam apparet, nec de eo mentio in hac Synodo, nisi Act. 5. sequenti, in qua Martinus Archimandrita refertur dixisse, Petro Presbytero ad ejus Monasterium misso, directam ad se fuisse chartulam præterita sexta feria per quemdam Constantinum Diaconum, a quo ut subscriberet sollicitatus frustra fuerat. Cum ergo non affuerit Synodo, nec damnationi Eutychem Constantinus; quicquid in posteriore Conventu, de quo agitur, locutus est, non a seipso locutus est, sed ex Actis Synodi sibi ab Eutyche traditis legens recitavit. Hoc enim consilio convocati sunt Episcopi apud Thalassium Episcopum Cæsareæ Cappadociæ, ut Actorum Synodi CP. veritas & integritas probaretur: quibus nonnulla contraria his quæ acta fuerant, inserta fuisse conquerebatur Eutyches, ut preces ejus Theodosio Imperatori oblatæ testantur, nec non & series hujus Actionis. Cum igitur Diaconi & Notarii Ecclesiæ Constantinopolitanæ monimenta sua, quibus dicti Concilii Acta excepta fuerant, protulissent; Patricius Florentius dixit: *Dum singula capitula releguntur, quid in his reprehensibile censet pars Reverendi Monachi, prosequatur: & scripta, quæ penes se habet pars prædicti Reverendi Monachi, prolata, cum lectione Gestorum authenticorum conferantur. Et cum utraque pars obtulisset monimenta &c.*

Non ergo hic tam Constantini recitantis fides postulatur, quam ipsius Eutychem, a quo commentaria Synodi acceperat, ad quorum fidem Gestæ Concilii examinabat. Porro si mentitus est Eutyches, dum ait appellatum a se fuisse Concilium Episcoporum Romani, Alexandrini, Jerosolymitani & Theffalonicensis, æque imposuisse putandus est, cum scripsit ad S. Leonem, 2 libellum se Appellationis Flaviano dedisse, quo ad ipsum Romanum Pontificem provocabat. Et revera mentitum eum fuisse asserit Flavianus tam in epistolis ad S. Leonem, quam in hoc ipso Conventu; asseruit Patricius Florentius; asseruere denique Julianus, Seleucus, & ceteri Episcopi, quotquot huic Actioni interfuerunt. Rem ergo totam unico dilemmate conficio: vel mentitus est Eutyches, vel non est mentitus, cum asseruit se appellasse. Si mentitus non est; mentiti sunt omnes triginta Episcopi hujus Constantinopolitani Conventus; mentitus est imprimis Flavianus, nec non & Florentius; fatendum præterea Acta Concilii CP. fuisse adulterata, cum appellationis, quam interjectam a se dixit Eutyches, mentionem non faciunt. Si vero mentitus est, neminem appellavit, adeoque non magis Romanum Episcopum, quam Alexandrinum, Jerosolymitanum, & Theffalonicensem: nullum enim inter illos discrimen positum est in Actis sive a Florentio, sive a Flaviano, sive a Notariis, sive ab aliis. Et quidem utrobique Eutychem mendacii reum fuisse credo, sive cum apud Leonem de appellatione ad ipsum interjecta, sive cum apud Orientales de eorum Concilio provocato verba fecit; *tamquam*, ut loquitur Flavianus, *per fallaciam mendacii subrepere se sanctis auribus putans.*

Miror autem scriptorem, quem excutimus, ita causæ suæ oblitum, ut verba Episcoporum, quibus nullam a se appellationis vocem auditam esse inter judicandum contestantur, pro se adduxerit, suo se ipse jugians gladio. *Dum esset Concilium & interrogatio proveniret, inquit Seleucus Episcopus, nihil tale cognovimus dictum ab Archimandrita &c.*

III. Nihil auditum de appellatione ab Episcopis. Actio CP. post deposit. Eutychem.

Act. 1. Conc. Calched. post Acta Concilii CP. sub Flaviano.

2

Ep. 1. Flaviani ad S. Leon. cap. 3.

III. Nihil auditum de appellatione ab Episcopis. Actio CP. post deposit. Eutychem.

Bbbb 2

## EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Etsi Eutyches mentitus est, cum appellationis libellum abs se oblatum in judicio, nec a Flaviano susceptum tradidit; appellationis ta-

men ementitæ libellum ad Leonem vere mississe ostendemus in Observ. num. 3. & seqq.

*mandrita Eutyche de appellatione. A Reverendissimis Episcopis dictum est: & nos eadem confitemur. Certe si vel ad unum Antistitem Romanum appellatum fuisset audientibus Episcopis, id isti cognovissent dictum, quod a se auditum pernegant; nec omnino reprobanda fuisset querimonia Constantini Monachi de omiffa in Actis synodalibus appellationis mentione expostulantis. Immo querelæ suæ adstipulatorem habuisset Julianum Coensem Episcopum, qui tam Synodo, quam posteriori Conventui aderat. Erat hic Sedis Apostolicæ, apud quam nutritus fuerat, ipso Leone teste, religiosissimus cultor; quæ eidem postea catholicam contra Nestorianos & Eutychianos hæreticos actionem materno jure commendavit. Pontificis Romani vices obit in Orientalibus regionibus per totam illam tempestatem, eidemque de damnato Eutyche statim post Concilium Constantinopolitanum scripsit. Si ergo appellasset Eutyches Romanam Sedem, pro jure hujus Sedis proculdubio decertasset Julianus, & postulanti simpliciter Patricio, ut Episcopi dicerent: Si cognovissent appellantem virum religiosum Monachum: respondisset Julianus, Eutychen a se auditum, dum appellaret Romanum Antistitem: quod tam longe abfuit ut diceret, quin potius primus omnium ac præ omnibus constanter asseverat, se nihil tale audivisse: Coram Deo dico: nihil tale ab Eutyche Monacho audiri in confesso. Cum autem duorum tantum Episcoporum ad hanc interrogationem respondentium verba Actis inserta habeamus, non sine peculiari numine hoc nobis Juliani præcipue testimonium ab oblivione vindicatum esse existimo, ut nimirum sinceri Apostolicæ Sedis discipuli voce ac iudicio, certa rerum illic actarum notitia haberetur.*

Quid veri ex mendacio Eutyche elicitur.

Et si autem falsum sit Eutychen appellasse, dum legeretur damnatio, veri tamen aliquid ex ejus mendacio elicimus. Dum enim suggerit Constantino Monacho verba, quæ appellationis suæ formulam continebant, non alia suggestisse credendus est vir sagacissimus, quam quibus appellatio concipi solita erat. Nimis enim putidum est mendacium, quod veritatis specie non adumbratur: ac proinde discimus non eam fuisse ad ea usque tempora consuetudinem Orientalium, ut ad unicum ex Episcopis appellarent, sed ad eos omnes, qui iudicii, a quo provocabatur, participes non fuerant, nec 3 ad solum Pontificis Romani Concilium, quod totius Occidentis erat, sed & ad Synodum aliorum Patriarcharum, qui in causa suspecti non erant. Et revera eodem tempore quo scribebat Eutyches ad S. Leonem, se eum appellasse, scripsit etiam ad Dioscorum Alexandrinum, ut Concilium Oecumenicum convocaret; quo Flaviani iudicium discuteretur, ut docet nos Liberatus cap. 12. ubi tamen corrigendus, cum

ait, de ejusmodi Concilio Eutychen non cogitasse, nisi absoluto Conventu Constantinopolitano, in quo Synodi Flaviani Acta relecta sunt: infra enim ex hujus Conventus Actis ostendemus, jam tunc indistinctum fuisse Ephesinum Concilium. Inde igitur perspicuum est Eutychen dum appellavit ad Sedem Apostolicam, vel non ejus solum pulsasse tribunal per ejusmodi appellationem, sed totius Synodi oecumenicæ, cui saltem per Legatos Papa interesset; vel timuisse omnium Orientalium offensionem incurere, si solius Pontificis Romani iudicio causam suam præter solitum morem discutendam subiceret.

Alterum quoque verum est, videlicet Eutychen appellationis verba pronuntiasse, non publice coram Concilii Patribus, sive dum causa instrueretur, sive dum pronuntiaretur damnationis sententia; sed *silenter*, ut ait Florentius, & dissoluto jam Conventu. Quod falsi arguere non licet, cum Flavianus ultro fateatur, non quidem se audivisse id ab Eutyche, sed a viro magnificentissimo Patricio, ascendente me, inquit Flavianus, in superiora domus post solutam Synodum.

Verum est denique aliquam mentionem factam fuisse ab Eutyche Romani & Alexandrini Episcoporum, dum causæ examini incumberetur a Patribus; non tamen ut ad eos provocaret, sed ut eum, quem præscriberent, loquendi modum amplecteretur. Basilius enim Episcopus auditis Episcoporum, quos Constantinus & Patricius recensebant, nominibus, jam meminisse cœpit, quod e memoria fuerat elapsum: *Jam in veritate, inquit, dico, adhuc ipso Conventu sedente, & proponente hoc sancta Synodo, ut diceret iste duas naturas inseparabiles & inconsusas in uno Domino, idque post adunationem; scio quid dixit Religiosus Archimandrita Eutyches: Si præceperint mihi Patres Romanus & Alexandrinus, dico hoc ipsum. Hoc autem non quasi appellans dixit; sed dicens: Non sum ausus dicere propter Patres. Atque ex his verbis, quorum aliqua aliquibus, alia aliis partim una vice effuderat, partim altera, nunc publice, nunc silenter, aliquando quasi appellans, aliquando tantum ut suam explicans mentem; audaciam sumsit Eutyches imponendi tam S. Leoni per litteras, quam Patribus Orientalibus in Conventu Constantinopolitano per Constantinum; inde appellationem mentitus est. Speravit enim se facile id persuasurum, cujus memoria, mensibus sex jam a soluto Concilio elapsis, sic oblitterata fuerat, ut tamen nonnulla incerta & dubia vestigia in aliquorum mente superessent. Eadem etiam fallacia libellum quemdam, quem obtulerat Patribus Synodi, quemque suscipere Synodus noluerat, appellationis libellum dixit, cum scripsit ad S. Leonem; fidei autem libellum hunc dixit per Eleu-*

## EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Hæc reselluntur in Observ. n. 5. & seqq. ac præsertim n. 9.



Eleusinium Diaconum in Conventu Constantinopolitano, ut conquesti sunt ibidem Episcopi.

Hinc patet quam contra Joannem Davidem militent ipsa argumenta, quæ pro se congeffit contra Illustrissimum Petrum de Marca. Cujus tamen unum est verbulum, quod a novelli hujus auctoris censura omni ex parte vindicare non possum; ubi scilicet eam ob causam dicit, in appellationis mentione omissum esse ab Eutyche Domnum Antiochenum Episcopum, quia sententiæ Flaviani subscripserat. Cum enim illud Appellationis commentum in aurem Florentii infusurravit Eutyches, nondum quid de eo actum fuisset in Synodo rescire potuerat Dominus Antiochenus. Non est tamen quod tantopere sibi applaudat scriptor ille. In hujus enim rationis Petri Marcæ locum alias easque multiplices ac genuinas substituemus: quarum vim si excusserit, erit mihi magnus Apollo.

Prius autem notandum est hanc omissionem Domni non casu fortuito, sed ex præmeditato consilio factam fuisse: quod inde patet, quod nusquam in Eutyche verbis locum habuit, sive cum a Constantino Monacho referuntur, sive cum a Patricio Florentio, sive cum hæc alia in ipso Conventu dicta recenset Basilius Episcopus: *Si præceperint mihi Patres Romanus & Alexandrinus &c.* Licet enim alios Episcopos alii omiserint; Basilius quippe utrumque tantum Patriarcham Romanum & Alexandrinum nominat; Patricius præterea Jerosolymitanum; Constantinus addit & Thessalonicensem: at omnes ad prætermittendum Dominum Antiochenum conspirant: quod sine ratione nemo dixerit contigisse.

Eam porro nobis aperiant Facundus Hermitianensis Episcopus, & Liberatus Diaconus, immo & Acta Concilii Ephesini. Nemo est enim, qui Nestorianæ hæresis historiam vel prioribus labris attigerit, quem lateat quam graves inimicitiae olim exarserint inter Joannem Antiochenum & Cyrillum Alexandrinum Episcopos, occasione Nestorii Constantinopolitani, quem hic ut catholicæ doctrinæ impium adulteratorem insectabatur, ille contra ut propugnatorem fidei defendebat. Quæ similitates eo usque processerunt, ut Joannes Cyrillum, Cyrillus Joannem in suo quisque Concilio anathemate feriret; inter quos licet redintegrata sit amicitia, iteratis tamen inter utrumque postea, occasione Diodori Tarsensis & Theodori Mopsuesteni, velitationibus, antiqua similitas recruduit: & hæc prima ratio est, cur Dominus Eutychem inensum habuit, quia videlicet hic Alexandrini Episcopi partibus semper faverat, & tam Nestorio, quam iis omnibus quos Nestoriana labe infectos putabat, bellum indixerat. Dominus enim Jo-

annis Antiocheni, qui Diodori & Theodori, immo & Nestorii patrociniū suscepserat, erat ex sorore nepos; erat tum Theodorito Cyri, tum Proclo & Flaviano Constantinopolitanis Episcopis & studiis & partibus conjunctus, adversus quos jam & Dioscorus Alexandrinus & Eutyches conspiraverant. Unde ille adversus Theodoritum sæpe calumnias struxit, Antiochenæ Ecclesiæ jura invadere conatus & Constantinopolitanam sedem deprimere. Eutyches vero eos apud Sedem Apostolicam de Nestoriana hæresi litteris suis infamavit: dubium enim non est quin eos designet illa Eutyche epistola, quam Leonis rescriptum etiam nunc superstes subsecutum est.

2. Ratio cur Eutyches Domno inensus ejus Concilium cum aliis non interpellavit ea est, quod is olim adversus Cyrilli capitula scripserat. Quam ob causam postea in Ephesino latrocinio, etsi per omnia Dioscori perfidiæ obtemperasset, ab eodem tamen depositus est, *Datis in medio*, inquit Liberatus, *ejus epistolis, quas ad ipsum Dioscorum Antiochenus Dominus contra duodecim Cyrilli capitula scripserat, eo quod essent obscura &c.*

*Liberatus  
rus Diac.  
Breviar.  
cap. 12.*

3. Dissidii occasionem dedit Ibæ Edesseni Episcopi causa. Hic partibus Nestorii saltem initio adhæserat, scripserat etiam contra Cyrillum Alexandrinum, Domnique Patriarchæ sui erat studiosissimus. Apud quem cum accusatus fuisset, damnatis ejus accusatoribus, indemnatus ipse recessit, cum probata nimirum fuisset ejus innocentia. Quæ res Episcopi Alexandrini ejusque partium fautores, quos inter Eutyches, vehementius commovit adversus Dominum, adeoque Eutyche satis persuasit nihil sibi ab eo patrociniū expectandum esse adversus Flavianum, si ab hujus sententia ad illum appellasset: præsertim cum Ibæ calumniatores Eutyche consilio & impulsu ad hanc accusationem fuissent adducti: quod testatur ipse Ibæ Act. 9. Concil. Calchedonensis: *Uranus*, inquit, *Episcopus Himerorum, in gratiam Eutyche omnia agens, præparavit ut quidam Clerici accusarent me &c.* & Act. 10. *Eutyches adversum me pro fide quadam falsa confinxit, nec me in Synodum introire permisit &c.*

4. Probe noverat Eutyches, quam alte insideret Dioscori animo facta olim 4 Domni cum Proclo conspiratio pro servando tertio canone Constantinopolitano defendendisque hujus Regiæ sedis privilegiis, quibus jamdudum inhiabat Dioscorus: ac proinde pessime res suas egisset, si cum Dioscoro, cujus tribunal appellabat, appellasset & Dominum, qui inensissimum sibi habebat Dioscorum. Minuisset enim Dioscori in Concilio potentiam, in qua maxime spem suam fiduciamque ponebat Eutyches.

5. Cum

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Hæc Domni conspiratio pro servando tertio canone Constantinopolitano, & dissidium

ejus hac de causa susceptum cum Dioscoro gratis asseruntur.

5. Cum Antiochenus Antistes Constantinopolitanæ sedis prerogativæ communibusque juribus semper favisset; merito timebat Eutyches ne apud eum causa caderet, qui illum in Synodo rite accusatum, convictum, & damnatum, a proprii Episcopi sententia sine ulla ratione appellasse cognovisset.

6. Sed, quod pessime omnium Eutychem habuit quodque novellum auctorem latere non debuerat, illud est, quod narrante Facundo Hermianensi Episcopo didicimus: scilicet quod Dominus Antiochenus Antistes primus omnium Eutychem infandam hæresim jam parturientem oppugnaverat. *Venerabilis Dominus Antiochenus*, inquit Facundus, *sui decessoris Joannis aliorumque præcedentium collegarum sententiam tenens, Eutychem Apollinaris hæresiarchæ impietatem renovare tentanti, & ob hoc Diodorum atque Theodorum anathematizare præsumenti, PRIMUS restitit, ad Imperatorem Theodosium scribens.* Scripsit autem Dominus, non suo tantum, sed & totius Synodi Orientalis nomine, quæ proinde præverat Flaviani judicio & Concilio Constantinopolitano. Hanc synodicam vel totam, vel magna ex parte retulit idem Facundus, lib. 8. cap. 5. quam hic quoque exscribendam putavimus: quoniam & apud unum Facundum, cujus jam rara exemplaria, reperitur, & omissa est etiam in postrema Conciliorum editione; ubi nihil de Synodo Antiochena, ex qua missa est synodica. Plurimum etiam illustrat historiam Eutychanæ hæresis, cujus damnationi a Flaviano in Synodo Constantinopolitana, & postmodum ab œcumenica decretæ præludit. Denique Domni ipsius causæ, quam in dissertatione nona acturi sumus, lucem non modicam allatura est.

Facundus  
lib. 12.  
cap. ult.  
timo.

Facundus  
l. 8. c. 5.

*Nunc igitur, inquit Facundus, Domni quoque Antiocheni synodicam memoremus epistolam, qui sicut ejus decessor Joannes, & ipse Imperatori Theodosio scribens: Vestram, inquit &c.*

## 5 EPISTOLA SYNODICA

DOMNI Antiocheni Episcopi

AD THEODOSIUM AUGUSTUM

contra Eutychem.

*Ex Facundi Hermianensis Episcopi  
libro 8. cap. 5.*

VI.  
Concilii  
Antioche-  
ni Synodi-  
ca.

„ **V**estram docere cogimur pietatem,  
„ quoniam Apollinaris hæresiarchæ  
„ impietatem Eutyches Presbyter renovare  
„ pertentat, & apostolicas labefactare do-  
„ctrinas, mysterii Incarnationis dogma

„ corrumpens, & Divinitatem Unigeniti  
„ & humanitatem unam naturam vocans,  
„ commixtionemque & confusionem asserens  
„ factam, & salutarem passionem ipsi in-  
„ contaminabili Deitati adnectens, & hos,  
„ qui columnæ veritatis & propugnatores  
„ pietatis fuerunt, & adversus omnem hæ-  
„ resim clare virtutem exercuerunt, Dio-  
„ dorum & Theodorum anathematizare præ-  
„ sumit, & in hoc Apollinaris similis va-  
„ nitati. Ille etenim linguam adversus ma-  
„ gnum Diodorum movit, quoniam eum  
„ agentem impie objurgavit. Clarum au-  
„ tem & hoc affinitatis dogmatum signum  
„ est: qui enim magnum pietatis certato-  
„ rem Diodorum cum Apollinario verbis  
„ blasphemis impetit, e contrario semeti-  
„ ipsum ostendit similitudinem vanitatis il-  
„ lius amplectentem. Iste autem magnus  
„ Diodorus testem quidem pietatis habet  
„ clarorumque certaminum magnum illum  
„ Basilium. In illo enim claruit tempore,  
„ quo Arii impietatis patroni, tunc Impe-  
„ ratorum animas irretientes adversus veri-  
„ tatem illorum movere potentiam. Ha-  
„ buit autem iste in Antiochia certami-  
„ num cursus adversus hæreticorum auste-  
„ ritatem decertans. Dei autem homo san-  
„ ctus Meletius, a quo appellationem ha-  
„ bent apud nos apostolicorum custodes dog-  
„ matum (Meletianos enim nos vocant Arii  
„ sectatores) sacratissimum Diodorum gu-  
„ bernatorem Ciliciæ universæ præposuit,  
„ & Tarseorum ei regimen commisit. Iste  
„ in Regia civitate cum Gregorio, & re-  
„ liquis, qui ejus erant studii, ter beatum  
„ Nectarium Archiepiscopum ordinavit. Iste  
„ Joannis magni doctor, qui sedem Regiæ  
„ civitatis ornavit, & universum mundum  
„ doctrina complevit. Iste divulgatissimum  
„ illum Theodorum iis dogmatibus enutri-  
„ vit, & clare atque fortiter edocens labo-  
„ rare, hæreticorum catervis eum immisit.  
„ Et sacratissimus quidem Diodorus cum  
„ Athanasio magno, & Petro, & Timo-  
„ theo confloruit, Theodorus autem cum  
„ Theophilo, viris vice luminarium orbem  
„ illustrantibus & qui sedem Alexandria  
„ ornaverunt. Sed laudatores quidem horum  
„ illi in omni vita fuerunt; accusare autem  
„ eos nullus alicubi præsumsit evidenter.“

*Hactenus Domni Synodica.*

Jam nemini puto ambiguum esse cur Do-  
mni nomen in fictitio appellationis libello  
fuerit ab Eutyche prætermisum. Cur au-  
tem Thessalonicensis, qui omittendus potius  
videbatur, insertus fuerit, alia difficultas  
est, non tanti facienda, ut longa disserta-  
tione indigeat. Etsi enim Diocesis Illyrici  
Orientalis, cujus caput erat Thessalonicen-  
sis Episcopus, ab Occidentali Patriarcha pen-  
deret; quia tamen recisa erat ab Occiden-  
tali

VII.  
Cur non  
omissus  
ab Euty-  
che Epi-  
scopus  
Thessalo-  
nicensis.

### EDITORUM ADNOTATIONES.

5 De hac synodica vide Adnot. 3. in primam Dissert. Quesnelli ad an. 448.

6 tali Imperio per ea tempora, par erat specialiter ejus mentionem fieri, cujus scilicet 6 Episcopi Occidentalis Patriarchæ Concilio se sistere non solebant, nec poterant sine Orientalis Imperatoris edicto. Et præterea tam ampla erat isthæc diocesis, totque prærogativis decorata, ut promiscue cum ceteris confundi non debuerit. Quæ ante divisionem Illyrici privilegia habuit omitto enarrare. Sed regebatur tunc a suo peculiari Præfecto Prætorio, confessus honorem præ ceteris obtinebat in Conciliis, ut patet ex Ephesino, ubi post Jerosolymitanum & Ephesinum Episcopos, & ex Calchedonensi, ubi post Patriarchas locum suum habuit. Adde Illyricianorum Episcoporum suffragium tanti momenti fuisse in Calchedonensi Concilio, ut cum de uno & altero epistolæ S. Leonis loco dubitarent, peterentque inducias a Patribus, ut tranquilla mente & non turbato animo eam cum Cyrilli aliorumque Patrum scriptis conferrent, eas impetrarint, totumque Concilium, quod subscribendæ mox Leonis epistolæ se se accingebat, dilata in aliud tempus subscriptione suspensum tenuerint. *Differatur audientia*, ajunt judices, *usque ad quinque dies, ut intra hos conveniat sanctitas vestra ad sanctissimum Archiepiscopum Anatolium, & communiter de fide tractetis: ut qui dubitant, doceantur*: nec subscripserunt tamen, nisi post septem dies, Act. scilicet 4. quæ XVI. Kal. Novembris habita est. In qua id non trito ab aliis modo egerunt, sed peculiari: formulam enim prolixioris consensionis suæ, quam inter se concinnaverant, ex charta dictaverunt, significantes sibi satisfactum esse circa ea loca, quæ ex linguæ ignorantia satis intelligere non potuerant. Quibus expletis, omnes Illyriciani Episcopi dixerunt: *Omnes de Illyrico eandem vocem dedimus, cui omnes consentimus*. Vides, Joannes David, etsi Romanæ Sedis jurisdictioni subessent Illyriciani Episcopi, suis tamen 7 juribus tunc usos esse, cum Leonis Patriarchæ sui epistolæ, non nisi remotis, quas patiebantur, difficultatibus, consensum præbuerint.

Denique cum omnes Orientalium partium

Episcopi in duas partes tunc temporis dispartiti abirent, quorum alii Alexandrino Episcopo adhærebant, erantque Nestorio aut de ejus opinione suspectis infensissimi; alii Antiocheno Episcopo, qui ex adverso ceteros in Apollinaris hæresim propensiores habebant: noverat forte Eutyches ex Illyricianis plurimos sibi indulgentiores esse futuros, ut revera fuerunt: Dioscori enim nefandis decretis ultro manus dederunt, Eutychem suo suffragio absolventes, damnantes Flavianum, aliosque catholici dogmatis defensores. Quamobrem in Calchedonensi Synodo præ omnibus *Illyriciani, & qui cum ipsis Reverendissimi Episcopi clamaverunt: Omnes peccavimus, omnium miseremini*: quod iterum & tertio pronuntiaverunt, tam in ista, quam in aliis actionibus sese ab aliarum Provinciarum grege secernentes. Unde est cur mirari quis desinat nominatum cum Patriarchis majorumque sedium Episcopis Thessalonicensem Episcopum pro sedis amplissimæ, Provinciarumque illarum singulari prærogativa.

Jam vero quod sancti 8 Flaviani verba VIII. attinet, quæ verbis Constantini opponuntur, & in quibus præter unum Leonem Leo a Flaviano nominatus. 8 nullus alius nominatur ad quem Eutyches appellavit, non est operosum respondere. Id enim non aliam ob causam factum est, quam quod solum Leonem tunc alloqueretur, eundemque solum nominaverat Hæresiarcha, cum ad eum scriberet: *Tamquam per fallaciam mendacii subrepere se sanctis Leonis auribus putans*, ut scribit ipse Flavianus ad S. Leonem, & quia inter Patriarchas Metropolitanosque, ad quorum Concilium appellatum esse prædicabant, eminebat sine controversia, idque jure multiplici S. Leo: ut qui & primatum in Ecclesia tenebat, & totius, ad quam appellabatur, Synodi caput erat.

Licet porro idem Pontifex totam ad se Non ad causam pertraxisse videatur, cum & de se unum singulis instrui postulat, & de Flaviani sententia conqueritur: *Cum studere, inquit, debuerit primitus nobis cuncta referare*: non ita tamen est re ipsa: similiter enim aliorum Episcoporum quilibet, ad cujus sententiam

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Atticus Nicopolitanus veteris Epiri Metropolitæ, qui inter Illyrici Orientalis Episcopos profecto fuit, sub Leone nostro Romam accessit ex ipsius Pontificis epist. 14. c. 1. & multo etiam post Bonifacio II. Papa Theodosius Echiniensis Episcopus Stephani Larissani sui Metropolitæ & aliorum trium Thessaliæ Episcoporum nomine ad Romanam Synodum venit an. 531. ut contra Constantinopolitanum Antistitem ageret: ac in eadem Synodo interfuit etiam Abundantius Demetriadæ civitatis Episcopus, qui ad Illyricum Orientale pariter pertinebat: nec tamen edicto Imperatoris Orientis opus fuit. Vide tom. 6. Concil. Ven. edit. col. 835. 839. & 842.

7 Cum in Calchedonensi Concilio Illyriciani & Palæstini de quibusdam locis Leonis

epistolæ ambigerent, utrisque induciæ datæ fuerunt eo fine, *ut qui dubitant*, inquit Concilii Patres t. 4. Concil. Ven. edit. col. 1239. *doceantur... quia conveniens est omnibus dubitantibus persuadere*. Quis vero hinc cum Quæsnello colligat, Illyricianos suis juribus usos, cum inducias postularunt, ut docerentur? Num jus esse poterat ambigendi de Apostolicæ Sedis definitione, quam uti fidei regulam tota Ecclesia Episcoporum subscriptionibus jam susceperat? Confer adnot. 22. in dissert. 1. Quæsnelli ad an. 455. ubi hac de re plura disseruimus.

8 Quæ hic & in sequentibus Quæsnellus congerit, ut S. Flavianum Apostolicæ Sedis juri in hac Eutyche causa minime faventem præferat, satis disjicientur in Observ. n. 6. & seqq.

tiam per appellationis libellum provocaretur, & de negotio instrui postularet, & de silentio querelas moveret. Merito ergo ac potiori jure totius facti rationem ac notitiam volebat sibi Leo deferri, & quidem 9 primitus, ut pote primati, cui de eo cum ceteris ac præ ceteris decernendum erat, si appellationi locus dabatur. Quoniam, inquit ipse Pontifex ad Flavianum, vos, qui

9  
Leon. ep. 20. nunc 23. cap. 1. *Sacerdotum Domini matura volumus esse judicia, nihil possumus, incognitis rebus, in cujusquam partis præjudicium definire, priusquam universa, quæ gesta sunt, veraciter audiamus.* Hæc verba sunt hominis non sibi uni jus omne ferendæ sententiæ arrogantis, sed prudentis, oculati, æquissimi que judicis, qui suum, causa incognita, temere nolit conferre suffragium. Sed quid solvendis hujusmodi argumentis ex ipso Leone petitis tempus terimus? Non quærimus in hac præsentis causâ, an Leo sibi prærogativam illam vindicavit; sed utrum de facto Eutyches appellavit, & utrum ad solum Romanum Pontificem. Quod quidem si egisset (ut actum esse ab eo existimavit S. Leo ex ejus callido mendacique libello) non esset quod miraremur, Eutychem Romanam Sedem appellantem a Romano Pontifice ultro esse susceptum: præcipue cum de Nicæna fide agi videretur, cui tam Eutyches ipse, quam ejus accusator, se indivulso profitebatur inhærere: Romani enim Præsulis tamquam capitis episcopalis coronæ, hæc sunt præcipuæ partes, ut e prima cathedra tamquam e specula conservacioni canonum invigilet, fideique catholicæ custodem agat.

IX. Verum non Eutychemi vaferrimo impostori fidem habeamus; non Leoni ipsi, sanctissimo licet viro, aurem accommodemus, sedis videlicet suæ splendorem ac jura prosequenti. 10 Audiamus Flavianum novæ Romæ Episcopum, Christi que Martyrem fortissimum, quem Orientalium de appellationibus animus ac consuetudo, totaque Eutychem agendi ratio latere non potuerunt. Censuitne ille Concilii sui de Eutyche sententiam ad Leonem mittendam: necessumve esse, ut si ab eo comprobaretur, maneret, si reprobaretur, evanesceret? Nihil certe tale apparet in utraque ejus epistola: nihil ab eodem actum legitur, quod huic opinioni vel minimum suffragetur. Scripsit quidem ad Leonem de damnato hæretico contumaci, Presbyterioque illum esse nudatum nuntiavit, misit insuper ad eum seriem Actorum in Concilio Constantinopolitano, Sed quo fine, quo consilio? An ut relationis necessaria debitum persolveret? hoc ex ejus verbis non elucet. Et quidem etsi hoc

IX.  
Ex Flaviani verbis veritas facti examinatur.  
10

in majoribus causis, qualis est causa hæresiarchæ novum errorem per Ecclesias spargentis, præstari solitum esset ab Episcopis; necesse tamen non erat, cum de aliquo seu laico seu Clerico, non novæ hæresis auctore, sed antiquæ jamque proscriptæ propugnatore agebatur, qualis tunc existimabatur Eutyches, & postmodum etiam a Leone appellatus est. Forte scripsit ad Leonem Flavianus, eique Acta adversus Eutychem transmissit, ut ab eo confirmationis robur acciperent? At de hoc ne apex quidem conspicitur. Ipsum ergo audiamus suum exerentem consilium: *Gesta, inquit, quæ dudum de eo (Eutyche) confecta sunt, misimus ad vestram Beatitudinem, in quibus eum de talibus convictum, & a Presbyterio, & a Monasterii administratione, & a communionem nostra abjecimus: ut Sanctitas vestra cognoscens, quæ circa illum acta sunt, omnibus Episcopis sub Beatitudine vestra de gentibus manifestare dignetur illius impietatem: ne nescientes aliqui quid ille senserit, & de quibus convictus, quasi cum consorte fidei, vel per litteras, vel per aliquod aliud commercium agere inveniantur.* Res plana est, nec interprete indigens. Decretoriam quippe noverat Concilii Constantinopolitani, cui præfuerat, sententiam, nec operosa inquisitione opus esse; cum declarandum tantum esset, homuncionem istum impia Apollinaris & Valentini dogmata in œcumenica jamdudum Synodo damnata renovantem, a communionem Ecclesiæ & ministerio esse segregatum.

Aliam adhuc causam, immo & multiplicem in altera epistola recenset: quia nimirum Eutyches episcopali censura iratior obstinatioque factus Constantinopolitanam perturbabat Ecclesiam, futurumque prævidebat Flavianus, ut homo versipellis, ad alias sedes, præsertimque ad Romanam, brevi mendaces querelas deferret, pontificumque aures occuparet (quod ab eo revera factum est) nisi mature germana authenticaque rerum gestarum narratione Eutychem artes & fallacia prævenirentur. Accedebat huc quod impius iste Monachus jam per trivium & compita urbis regiæ famosos libellos affigi curaverat: *propositiones*, ut scribit Flavianus, *injuriarum publice ponens & maledictionibus plenas*: quibus videlicet Concilii Constantinopolitani Patres, sententiamque illorum tamquam injustam proscindebat: quas querelas brevi non Orientales modo Provincias, sed etiam Occidentales esse pervasuras certum habebat. Tertio Imperatoriam majestatem Eutyches convenerat, eique præces obtulerat *arrogantia & petulantia plenas*;

Epistola nunc 26. Flaviani ad Leonem c. 4. Tom. 1. pag. 756 & 762.

Concilii CP. primi can. 1.

Epistola nunc 26. Flaviani ad Leonem Tom. 1. pag. 790.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

9 Qui Leoni utpote primati, primus tantum cum ceteris & præ ceteris de appellatione Eutychem decernendum putaret, primatum meri ordinis, non præcipuæ jurisdictionis adstrueret. Appellationum autem jus ex primatu jurisdictionis Apostolicæ Sedi, seu Romano Pon-

tifici competere vidimus in Observ. ad dissert. v. part. 1. c. 7. Quatenus vero S. Leo hoc jus exercuerit in Eutychem appellatione ostendimus in Observ. ad hanc dissert. vii. num. 8.

10 Vide Observ. num. 6. & 10.

*plenas*; ex quibus, annitente ac promovente Chrysofaphio, futurum erat, quemadmodum res ipsa docuit, ut Eutythis patrocini-um suscipere Theodosius; apud quem cum pro loci sui dignitate ac virtutis merito plurimum posse Leonem censeret Flavianus, eum pro communi fidei ac disciplinæ causâ sollicitandum esse existimavit, ut pro virili sua Imperatoris fidem sustentaret, & ab Eutythis defensione retraheret. Denique cum rumor disseminaretur, Imperatorem de cogenda universali Synodo cogitare, in qua Eutythis negotium ad examen revocaretur, æquum erat ut Flavianus primariam sedem & hujus consilii certiorerem faceret, & simul de occasione Synodi, deque tota controversia, quæ illic discutenda erat, plenius instrueret, per ipsorum gestorum exhibitionem; quæ Romano Pontifice curante, ceteris etiam Occidentalis tractus Episcopis innotescerent.

X. Jam vero monitus a Leone Flavianus, quid extrema epistolæ suæ parte responderit operæ pretium est contemplari. Intellexit ex ejus verbis ipsum, Eutythis appellatione cognita, novo sese examini, judicioque accingere: quod omnino 11 superfluum cum agnosceret, hoc ipsum & persuadere satagit Romano Pontifici. Monet ergo primum, ne se hominis callidissimi technis ac fraudibus circumveniri sinat. Tum innuit non minus ardenti zelo adlaborandum esse Romano Pontifici, ut sententia Orientalium Episcoporum plenum foret effectum, quam si eam ipse tulisset. Cum enim Ecclesiæ, quæ una est, Episcopatus quoque sit unus, qui uni quoque fidei ubique invigilet, omnium longe lateque positarum judicia Ecclesiarum sua facere quemque Episcopum debere, probe intelligebat; si nimirum nihil contra ecclesiasticam regulam canonesque receptos perpetratum est. *Fiencialiter*, inquit, *age, secundum quod sacerdotio competit, propriamque faciens communem causam & sanctarum Ecclesiarum disciplinam.* Tertio postulat ut damnationem Eutythis omnibus notam faciat suarum partium Sacerdotibus. Quarto, cum ea regulariter & canonice facta sit, retractationi seu iterato examini locum non esse; causamque egere non nova disceptatione novoque judicio, sed Pontificis solummodo apud Imperatorem sollicitudine ac cohortatione: ne Ecclesiarum pax turbaretur, aut aliquod crearetur ab eo contra fidem præjudicium, si Eutythis patrocini-um aulicorum quorum-

*Tom. II.*

dam impulsu incautus susciperet. Verba Flaviani, ne quid falso supponere credamus, hæc sunt. *Simul, inquit, decernere damnationem adversus eum regulariter factam, & per propria scripta dignare; confortare autem piissimi & Christo amantissimi nostri Imperatoris fidem. Causa enim eget solummodo vestro solatio & defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere. Sic enim hæresis, que surrexit; & turba, que propter eum facta sunt, facillime destruentur, Deo cooperante, per vestras sacratissimas litteras. Postulat ergo Flavianus Leonis non judicium, sed solatium; non sententiam, sed litteras; defensionem, non confirmationem; propria scripta, non synodalia decreta: quia intorto semel in Eutychem anathemate per episcopale judicium, finita causa erat; nisi universale Concilium hujus cognitionem ad se vellet pertrahere, vel ad Occidentale ultro deferretur: quod 12 removendum in hac occasione rectissime censebat Constantinopolitanus Antistes: *Ne ubique, inquit, sanctissimæ turbarentur Ecclesiæ, propter unius inquieti ac seditiosi Monachi errorem ac malitiam.**

De 13, congreganda tamen hujusmodi Synodo jam tum cogitabatur. Unde certissime evincitur Orientales de Occidentalium ore tunc temporis non pependisse. Vel enim ante monitum consultumque Leonem de Eutythis damnatione istud consilii inutum est; & sic perspicuum est ad ejus sententiam revocatum non fuisse Flaviani judicium, cum omisso illius tribunali, aliud superius pareretur: vel post datas ad eum litteras, receptumque ejus consensum, conceptum est universalis Synodi consilium: quod evidenti-ter adhuc ostendit etiam post Leonis consensum necessariam Synodum existimatum esse, ut priorum judiciorum sententia recenseretur, ac, si opus esset, reformaretur: vel denique decernendæ Synodo ex solius appellationis Eutythis libello, seu vero, seu mendaci, color quæsitus est: quod evincit certum apud Orientales fuisse Eutythis appellationem, non ad unum Romæ Episcopum esse devolutam, sed ad ceteros quoque Patriarchas, eorumque Synodos in universale Concilium convocandas.

Ex consensu autem Leonis requisito ne quis cavillandi ansam arripiat, nemo est qui nesciat a summo etiam Pontifice aliorum Episcoporum 14 consensum requiri solitum fuisse similibus in causis; sicuti ab

Cccc ipso

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

11 Quam non superfluum Flavianus crediderit S. Leonis judicium in Eutythis causa, discas ex Observ. n. 6.

12 Removendum quidem dixit Flavianus generale Concilium, si Leo ex suo jure Constantinopolitanum judicium confirmaret. Vide Observ. n. 6. Quodsi causa Eutythis ad Romanum Pontificem delata, Concilium Ephesi adhuc indictum fuit; id agentibus hæretici patronis gestum, quis ad extenuandum Roma-

næ Sedis jus traducere queat?

13 In indictione generalis Synodi requisitum fuisse ab ipso Imperatore Leonis consensum liquet ex epist. 33. Confer adnot. 8. in epist. 30.

14 Hoc falsum probat ipsa ratio, quam Quænellus subjicit: neque enim Leo post Ephesinum latrocinium consensum Episcoporum petiit; sed litteris ad multos scriptis illud latrocinium irritum declaravit.

ipso Leone factum est post Ephesinum la-  
trocinium, litteris ob eam rationem in uni-  
versum pene orbem directis. Demum le-  
ctorem monitum volo, versionem prioris  
epistolæ Flaviani ad sanctum Leonem, pa-  
rum accuratam videri: quam si ad Græ-  
cum 15 textum, qui temporum injuria ex-  
cidit, emendare licuisset, aliquid forsitan cla-  
rius invenissemus, quod opinioni nostræ suf-  
fragaretur. Ex hac tamen versione quamvis  
ab Occidentali & Romano forte viro facta,  
lectori sincero, nec nodum in scirpo qua-  
renti, ad eruendam veritatem satis super-  
que lucis affulget.

15

XI.  
Leo ipse  
congre-  
gandam  
Synodum  
primo  
censuit.

16

Quod autem ab eximia eruditionis viro  
suggeritur, lectis scilicet Constantinopoli-  
tanæ Synodi gestis adversus Eutychem, omnia  
sic a sancto Leone fuisse probata & confir-  
mata, ut ab indicenda Synodo generali ab-  
stineri debere censuerit tam sanctus Flavia-  
nus, quam sanctus Leo, pace optimi viri  
dixerim, longissime a vero abest. 16 Remo-  
vendum quidem existimavit Flavianus Con-  
cilium, quod fieri divulgabatur, ut scribit  
ad Leonem: sed quam ob causam? An quia,  
ut jam laudato viro videtur, accepta Ponti-  
ficis Romani confirmatione finita erat caus-  
sa? At tantum abest, ut sanctum Leonem  
approbantem aut confirmantem tunc habe-  
ret Flavianus, ut potius pene iratum expe-  
riri, propterea quod Eutychem severiori  
sententia, ut putabat, perculerat, qui sta-  
tutis Nicænæ Synodi inhærere videbatur.  
Cum enim hæc scribebat de Concilio Con-  
stantinopolitanus Antistes, gestorum contra  
Eutychem exemplaria nondum acceperat san-  
ctus Leo, aut saltem nondum esse a se ac-  
cepta & approbata vel reprobata rescripse-  
rat, sed solæ Eutychem litteræ ei fuerant  
redditæ: quibus perlectis conquestus est tam  
apud Theodosium Imperatorem, quam apud  
ipsum Flavianum, quod *Eusebii Episcopi ac-*  
*cusatoris libellus de objectionis evidentia ni-*  
*hil haberet: & cum Presbytero hæreseos cri-*  
*men intenderet, quem tamen in eo sensum*  
*argueret, non evidenter expressit. Addit, non-*  
*dum se agnoscere qua justitia a communione*  
*Ecclesie fuerit Eutyches separatus; sibi dis-*  
*plicere, quod ea, quæ in tanta causa gesta*  
*fuerant, etiam tunc silentio reticeret. Et de-*  
*mum hortatur, ut quam plenissime & luci-*  
*de universa illi, quod ante facere debuit,*  
*indicare festinet.*

Epistola  
20. nunc  
23. ad  
Flavia-  
num & 21.  
nunc 24.  
ad Theo-  
dosium  
Aug.

17

De 17 confirmatione igitur gestorum a  
se habitorum adversus Eutychem, ne per  
somnia quidem cogitabat Flavianus, cum  
de removendo Concilio, quod parabatur,

sermonem ad Leonem habebat. Hoc unum  
pro sacerdotali sollicitudine verebatur, ne evo-  
catis ad Oecumenicam Synodum Episcopis,  
*sanctissima ubique turbaretur Ecclesia: ipsis-*  
*sima enim ejus verba sunt in prima episto-*  
*larum, quas ad Leonem scripsit. Et illam*  
*quidem minime necessariam Synodum exis-*  
*timabat: quia quicquid impii dogmatis Eu-*  
*tyches evomuerat, in antiquis hæreticis A-*  
*pollinari, Valentino, & aliis jam pridem*  
*damnatum fuerat atque proscriptum præce-*  
*dentium Conciliorum vel Episcoporum sen-*  
*tentiis; & ea etiam proferebat, quæ sancti*  
*& universalis Concilii Ephesini ante paucos*  
*annos congregati doctrinæ adversabantur, ac*  
*proinde ejusdem anathemati sententiæque ob-*  
*noxium se faciebat. Quæ pro nihilo ponens*  
*Eutyches, inquit Flavianus, arbitratur non*  
*se daturum poenam præfinitam a sancto illo*  
*& universali Concilio: cui poenæ declarandæ*  
*quid opus erat, ut universi christiani orb-*  
*is Episcopi suis sedibus moverentur in Sy-*  
*nodum coituri? Facta enim semel Synodus*  
*abjecti cujuslibet erroris cunctos sequaces con-*  
*sequenter involvit, inquit Felix Papa. Et*  
*hoc, teste Gelasio epistola 4. ad Faustum,*  
*non solum Presuli Apostolico facere licet, sed*  
*cuicumque Pontifici, ut quoslibet; & quem-*  
*libet secundum regulam hæreseos ipsius ante*  
*damnatæ a catholica communione discernant.*  
*Acacius quippe (de Eutyche idem dicito)*  
*non fuit novi vel proprii inventor erroris, ut*  
*in cum nova scita prodirent; sed alieno fa-*  
*cinori sua communione se miscuit. Immo Eu-*  
*tyches amplius fecit, qui damnatum erro-*  
*rem non communione solummodo, sed as-*  
*sertione defensionem suam fecit.*

Felicis  
III. Pl  
epist. 12  
ad Zeno  
Imp. ar  
med.

Hæc erat genuina ratio, quæ Flaviani  
animum a cogenda Synodo deterrebat: cui  
plane annuit sanctus Leo, cum litteris ge-  
stis Flaviani acceptis, de qua re agere-  
tur intellexit. In hæc enim verba statim  
rescripsit Episcopo Constantinopolitano: *Lit-*  
*teras tuæ dilectionis accepi, cum gestis, quæ*  
*apud vos de fidei questione congesta sunt.*  
*Et quia clementissimus Imperator pro Eccle-*  
*sia pace sollicitus Synodum voluit congregari,*  
*quamvis evidenter appareat REM DE QUÆ*  
*AGITUR, NEQUAQUAM SYNODALI INDIGERE*  
*TRACTATU: tamen, frater carissime, sub-*  
*secutivos esse significo, quos in hac re pla-*  
*cuit destinare. Et in epistola sequenti, quæ*  
*est ad Theodosium: Cum tam evidens, in-*  
*quit, causa sit, ut rationabilius indicenda*  
*Synodo fuisset abstinendum... quia non ta-*  
*lis questio orta est, de qua aut possit, aut*  
*debet dubitari. Ita sensit Pontifex absti-*  
*nen-*

XII.  
Leo me  
do vult  
modo ne  
vult Syn-  
dum con-  
gregari.

Epist. 3  
nunc 36  
ad Flavia-  
num  
CP.  
Epist. 3  
nunc 37  
ad Theo-  
dos. Aug.

EDITORUM ADNOTATIONES.

15 Græcus textus prodiit, eumque idem  
Quenellus secundæ editioni adjecit. Quantum  
vero is nostræ sententiæ faveat, in Observa-  
tionibus videbimus.

16 Removendum dixit Flavianus generale  
Concilium, si Leo ex suo jure Constantinopo-  
litanum judicium circa Eutychem confirmet.  
Vide Observ. n. 6. Hinc autem quæ subji-  
cun-

tur ab homine Apostolicæ Sedis jus infirmare  
conante, facile elidentur.

17 Immo gestorum in Eutychem confirma-  
tionem Flavianum a Leone postulasse proba-  
vimus in Observ. eodem n. 6. & post ejusmo-  
di confirmationem haud necessariam credidit  
Synodum generalem.

18

nendum a celebranda Synodo, cum totius negotii seriem bene perspectam habuit. 18 Superfluam enim Synodum arguit, ut liquido apparet, non ex approbatione aut confirmatione Sedis Apostolicæ, sed ex ejus inutilitate, ex causâ quæ ventilanda erat certitudine, ex quæstionis ipsius evidentia, quam in dubium revocare nefas ducebat. Quam persuasionem aliæ postmodum auxerunt circumstantiæ loci & temporis, quæ congregandæ Synodo præscribebantur a Theodosio Imperatore. Eam enim & extra Italiam indici cognovit, & intra tantas temporis angustias convocandam, ut plerisque Occidentalium partium Episcopis viam ad Concilium præcludi cerneret. Hæc mens Leonis post acceptam indicationis Synodi notitiam.

Sed antequam ea omnia nota essent Pontifici, & postquam etiam de rei totius serie a Flaviano instructus esset; non modo e rei catholicæ utilitate synodalem conventum esse existimavit, sed & pro eo impetrando supplices ad Imperatorem dedit litteras. 19 *Si pietas, inquit, vestra suggestioni ac supplicationi nostræ dignetur annuere, ut intra Italiam habere jubeatis episcopale Concilium, cito (auxiliante Deo) poterunt omnia scandala, quæ in perturbationem totius Ecclesiæ sunt commota, rescari: ut per universum regnum vestrum catholicæ fidei integritate servata, & pacem christianam manere, & vestram apud Deum crescere gloriam gaudeamus.* Ex quibus & ex sequentium aliquot epistolarum verbis elucet Leonem persuasum tunc habuisse, maximam utilitatem allaturam esse Synodum, idque multiplices ob causas.

Primum quidem ad veritatis ipsius manifestationem: eo quod apud hæresiarcham longe 20 plus ponderis habiturus esset Oecumenicus Ecclesiæ Conventus, quam vel cujusquam Pontificis, vel Synodi particularis auctoritas. *Pietas, inquit, vestra, quæ in honorem Dei religiosissime catholicam diligit veritatem, apud Ephesum constituit synodale judicium: ut imperito seni ea, in qua nimis caligat, VERITAS INNOTESCAT.*

2. Ut, si ad saniorum mentem redire vel-

Tom. II.

let hæreticus, a majori Synodo gradui suo per indulgentiam episcopalem restitueretur. *Ut, si resipiscens, inquit, qui devierat, pro venia supplicaret, sacerdotalis ei benevolentia subveniret: & si per libellarem satisfactionem proprium damnaret errorem, communio ei sui ordinis non negaretur.* 21 Cautum quippe erat canone XII. Antiocheni Concilii ab aliisque, ut *si quis a proprio Episcopo Presbyter, aut Diaconus, aut a Synodo fuerit Episcopus forte damnatus, & Imperatoris auribus molestus exstiterit: oportere ad majus Episcoporum converti Concilium, & quæ putaverint habere justa, plurimis Episcopis suggerant, eorumque discussiones ac judicia præstolentur.* Hæc omnia, quæ in Eutychem apprimere cadebant, in Constantinopolitano œcumenico denuo fuerant sancita.

3. Ut per diligentem inquisitionem, quæ in œcumenicis Conciliis major adhibetur, quam in quibusque aliis judiciis, os hæretici obstrueretur, qui alioquin semper de circumventionem ac subreptionem adversariorum conquesturus erat, nisi causa ejus generali Sacerdotum examini subiceretur. *Clementissimus, inquit, Imperator pro benevolentia ac pietate animi sui de statu hujus, qui ante honorabilis videbatur, DILIGENTIUS voluit judicari; atque ob hoc indicendum credidit episcopale Concilium.*

4. Ut pleno, 22 absoluto & irretractabili judicio tota res illa finiretur: *Pie ac religiose, inquit ad Synodum ipsam Ephesum convocatam scribens, Christianissimus Imperator haberi voluit episcopale Concilium; ut PLENIORE JUDICIO omnis possit error aboleri.* Unde cum sanctus Leo de fidei causa plurimum sollicitus, quem illa exitum tandem habuisset in Synodo, cuperet per Flaviani litteras edoceri, enixius postulabat, ut eum *de totius causæ absolute certiorum faceret: ratus videlicet causam non aliter decretorie & irreformabiliter, ut ita dicam, absolvendam esse, quam pleniori & definitivo Synodi œcumenicæ judicio.*

5. Quia per Concilii convocationem res in compendium mittebatur, tametsi operosius

Cccc 2      fuis

Ibidem  
& seqq.

21

Epist. 31.  
nunc 34.  
ad Julian.  
Coens. c.  
12.

22

Epist. 29.  
nunc 33-  
ad Ephesin. Syn.  
cap. 2.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

18 Verba ante descripta Leo epistolis suis inseruit post expensa acta Synodi Constantinopolitanæ, & post confirmatum ejusdem Synodi judicium: ac propterea post confirmationem Sedis Apostolicæ generale Concilium superfluum credidit.

19 Chronica notationis errore, qui irrepserat in epist. 54. hæc verba Quenellus traduxit ad tempus antierius Pseudosynodo Ephesina. Eo autem errore emendato ope MS. codicis Ratisponensis, patet S. Leonem ab Imperatore petiisse generale Synodum in Italia, ut latrocinii Ephesini scandalis mederetur: quod pluribus explicaturi sumus in Observ. ad Dissert. VIII.

20 Has sequentes rationes Apostolicæ Sedis auctoritati minus congruas non Leonis verba, sed perversum Quenelli commenta-

rium ab ejusdem Pontificis mente alienissimum inducere potuit. Hac autem vera de causa S. Leo Concilio ab Imperatore indicto assensus est, quia impediri non poterat; nec Eutychnistarum machinamenta prænosens, utile futurum sperabat.

21 Quid Antiochenus canon quasi Leonis consilium dirigens hic obtruditur, cum certum sit eos canones tunc a Romana Ecclesia non fuisse receptos? Quatenus vero hic canon apostolicæ auctoritati nihil detrahat, non est hic differendi locus.

22 Quam absolutum & irretractabile Leo habuerit suum de tota Eutychniana causa judicium, ita ut nullo etiam generali Concilio revocari posset in dubium, palam fiet ex dicendis in Observ. ad Dissert. VIII.

pist. 23.  
unc 54.  
Theo-  
of. Aug.  
19

20

pist. 26.  
unc 38.  
Theodo-  
um Aug.

23 fuis aliquid effet sexcentos Episcopos in unum tribunal coalescere, quam unius Episcopi aut provincialis Synodi iudicium instrui. 23 Experientia quippe docet vix ad alterius, quam ad Concilii universalis edictum, hæreticos, vel nutantes in fide conquievisse. Quamobrem tunc demum posse ait Leo *omnia scandala, quæ in perturbationem totius Ecclesie sunt commota, refecari*, si Imperatoris pietas ejus suggestioni ac petitioni annuere dignata, haberi juberet episcopale Concilium: hac via per universum Romanæ ditionis Imperium servandam esse catholicæ fidei integritatem, custodiendam esse christianam pacem, augendamque apud Deum omnipotentem Imperatoris gloriam. Hæc in epistola 23. (nunc 54.) ad Theodosium Augustum, cujus verba superius retulimus, manifeste continentur.

Supra  
Num. 12.

XIII.  
Synodus  
Ephesina  
quo tem-  
pore indi-  
cta a  
Theodo-  
sio.

24

Verum dum hæc S. Leo in ancipiti positus meditatur, modo ad congregandam Synodum propensior, modo ad removendam, Theodosius Augustus eam apud Ephesum convocandam edixit, 24 incio Rom. Pontifice. Id evidenter colligitur, tum ex epistola prima sancti Flaviani, in qua optat removeri Concilium, quod jam fieri divulgabatur; tum ex pluribus epistolis S. Leonis Papæ, Actisque Calchedonenſis Synodi. Illæ cuilibet obvix sunt; ex his ita autem comprobo. Litteras dedit Leo ad Theodosium Augustum, quibus eum suppliciter orat, ut Concilium episcopale jubeat congregari; quæ litteræ datæ reperiuntur octavo vel nono Kalendas Junias, seu 25. Maji die, At antequam ad Imperatorem deferrentur, immo antequam scriberentur, indicta jam erat ab Augusto Synodus Ephesina, nimirum ante quintum Idus Aprilis, seu nonum hujus mensis diem. Nam in triginta Episcoporum conventu, qui post depositionem Eutychis habitus est Constantinopoli sub Consulatu Protogenis dicto die quinto Idus Aprilis ad recensenda Constantinopolitanæ Synodi Acta, in hæc verba locutus est Meliphontongus Episcopus: *Postulamus ejus (Theodosii) referri clementia... præcipue quia universalem præcepit fieri Synodum, & necesse est majores causas in illud reservare Concilium, & vocati sunt multi; & justum est, quæ a piissimo Principe præcepta sunt, effectui mancipari.* Idem etiam confirmatur ex ver-

Actio CP.  
post deposi-  
tionem Eu-  
tychis.

bis Eusebii Dorylæi Episcopi: *Conjuro vos, inquit, per sanctam & consubstantialem Trinitatem futuro Concilio universali, secundum sanctionem Christi amicorum Principum, hoc negotium reservari.*

Ex his quæ hæcenus diximus ac probavimus, quædam vice synopsis breviter colligo. Ac primum quidem non eam fuisse consuetudinem Orientalium, ut synodalia gesta, quæ vel in Concilio Provincie a Metropolitano, vel in Diocesana, ut nunc loquimur, Synodo ab Episcopo conficiebantur, in Occidentem examinaanda mitterentur; sed tunc tantummodo esse illuc transmissa, cum vel particularis controversia aut accusatio in publicam fidei causam evaserat, vel cum quis in Synodo damnatus ad ceteros Episcopos provocabat, vel cum hæreticis Imperatoris Igratia abutentibus, primariæ sedis Episcopum, qui apud Principem ageret, conveniri, ejusque sollicitudinem adversus pervicacium hæreticorum malas artes accendi par erat. Nihil igitur contra antiquum canonem & morem agebat Flavianus, qui eo nomine arguitur a Christiano Lupo, cum 25 Synodi suæ Acta Romam non retulit, quandoquidem id nec Canonis auctoritas, nec consuetudo, nec exemplum postulabat. Quis enim, ut ex solis Calchedonenſis Concilii Actis exempla proferam, quis credat Romam esse directa Acta Synodorum Antiochenæ & Berythenſis, non multo ante Constantinopolitanam habituram in causa Ibæ? Quis alterius Antiochenæ in causa Athanasii Parrenſis? Quis sexcentarum aliarum gesta ad Occidentales partes delata ad illud usque tempus dixerit? At potius contra morem egisset Flavianus, si de illis mittendis cogitasset, antequam Eutychis pervicacia, contestatoriorum libellorum publicatio, litteræ ad Leonem missæ, imperatoriæ potestatis metus, Concilii a Theodosio convocandi rumor vel indictio, & alia ejusmodi necessitatem Flaviano imposuissent primariam sedem de causa jam communi facta instruendi.

2. Colligo 26 Eutychen, si appellavit Leonem Pontificem, e. duobus his unum persuasum habuisse: vel suam appellationem eodem tempore, quo scribebat ad Leonem, scripsit & ad Dioscorum, Synodumque postu-

XIV.  
Acta Synodorum  
Orientalium  
an  
mitti sc  
lita in Oc  
cidentem

Christia-  
nus Lupo  
tom. 1.  
Schol. &  
Not. in  
Can. Conc.  
ubi de Ephe-  
sino  
Latrocini-  
o.

25

26

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

23 Unde hanc experientiam statuere possit, ignoramus. Alii enim sine generalibus Synodis Apostolicæ præsertim Sedis auctoritati obsequentes, hæresim deseruere; alii contra in errore pertinaces, nulli auctoritati cesserunt, ut de Arianis, Nestorianis, Eutychianis liquet. Quoad Leonis testimonium ex epist. 54. confer adnot. 19.

24 Argumentum sumptum ex erronea notatione chronica epistolæ 54. quæ præferebat diem 25. Maji, ex emendatione diei & mensis eliditur. Confer adnot. 19. In indicenda vero Synodo Ephesi Leonis consensum ab Impera-

tore quæsitum probavimus adnot. 8. in epist. 30.

25 Flavianum suæ Synodi gesta in Eutychen statim ad Leonem misisse patet ex epist. 22. quam statim ab eo scriptam in Admonitione ostendimus, Quesnellum impugnantes, qui hanc non primam, sed alteram Flaviani epistolam fuisse contendit. Hac falsa hypothese opinio innititur, qua acta Synodi Constantinopolitanæ Romam non ab initio, sed post excitatos ab Eutychen tumultus transmissa dicuntur.

26 Ne hæc de Eutychis appellatione fucum faciant, vide Observ. n. 3. 4. 5. & 9.



stulavit in Oriente: vel ad eum sensum reducendam esse & accipiendam, qui Constantini Monachi verbis exprimitur: ut scilicet alios Metropolitanos & Exarchas comprehenderet, ne dum excluderet.

27 3. Quod 27 Imperator ipse, cum Synodum congregari iussit, vel ad appellationem Leoni ab Eutyche delatam animum advertit, quam ignotam habere non potuisset; vel de ea prorsus non cogitavit: si primum; eodem igitur modo eam intellexit, quo ab Eutyche ipso intellectam esse docuimus, ut ceteros majores Metropolitanos sedesque admitteret: si postremum; non igitur putavit appellationi Eutyche deferendum; vel saltem ad supremum statim Ecclesie tribunal causam ejusdem esse deferendam existimavit, ne in longum res protraheretur.

4. Animadverto, cum Augustus congregandae Synodi consilium iniit, eum de consulendis Occidentalibus nullatenus cogitasse; sed postmodum invitasse suis 28 Leonem litteris, ut Synodo praesentiam suam exhiberet. De qua re nulla mota est a Leone apud Imperatorem querela.

Reliqua, quae forensis ille Theologus hoc de argumento disseruit, aliis excutienda dimittimus: quoniam non tam aliena refutare ex professo est animus, quam Leonis nostri scriptis, si quando opus est, lucem afferre.

XV. Quoniam tamen ex mentione libelli ab Eutyche oblatis magnum argumentum trahunt, aliqua adjiciam, ex quibus illustrentur sancti Leonis epistolae, quas tractamus, totaque causa Eutycheana. Nimirum quadruplex mihi distinguendum videtur libellorum genus, quos Eutyche a suo Episcopo damnatus vel obtulit, vel obtulisse se mentitus est. Primus appellatorius libellus fuit de quo diximus. Secundus contestatorius, de quo sanctus Leo epistola 20. (nunc 23.) ad Flavianum cap. 1. Scilicet post appellationem interpositam litterae dandae sunt ab eo a quo appellatum est, ad eum qui de appellatione cogniturus est, quas litteras dimissorias sive Apostolos appellant ... si autem id non accipiat, CONTESTETUR. Ita habetur Dig. l. XLIX. tit. VI. de libellis dimissoriis. Cum igitur a se appellatum esse persuadere vellet Eutyche, appellationis libellum porrectum a se, nec susceptum professus est publice affixis Constantinopoli per compita libellis, & ut scribit Liberatus,

Parte 2. posuit edicta apud Constantinopolim, & in Ephef. Syn. justitiam se fuisse passum, populum CONTESTETUR.

Tertius libellus fuit querimoniae: Ad se-

dem enim Apostolicam per libellum doloris sui querimoniam misit, inquit Leo noster epist. 21. (nunc 24.) ad Theodosium Augustum. Libellus porro querelae seu querimoniae recte ac proprie oblati dicitur a Presbytero adversus Episcopum seu Patrem suum: De paternis enim injuriis conquerentem filium, ajunt Jurisconsulti, auliri justum est & usitatum: eum ipsum accusantem vix quisquam ferat. Sic igitur veteres temperarunt istud, ut neque molliorem appellationem, quam pro judicii gravitate, neque acerbiorum, quam parentum pietas ipsa postulat, accommodarent.

Quartum libellum, supplicem videlicet, obtulit Eutyche, adversus Flaviani sententiam; immo plures, quos videre est Act. 1. Calchedonensis Concilii.

Quatuor hujusmodi libelli in primis distinguendi sunt, ne cujusque vis & energia alteri tribuatur, unde & totum hoc negotium consequenter obscuretur. Fuit igitur I. libellus 29 appellatorius ad Concilium. II. contestatorius ad CP. populum. III. querimonialis seu querelae ad sanctum Leonem. IV. libellus supplex ad Imperatorem. Primus commentitius erat, nec revera datus; alii tres vere oblatis. Quorum omnium libellorum mentionem facit S. Flavianus in epistola 1. ad S. Leonem.

## EPISTOLA

### EUTYCHETIS HERETICI:

ubi scribens ad Patrem urbis Romae LEONEM negat in CHRISTO duas naturas, id est Divinitatis, & humanitatis.

DE mea in Dominum & Deum omnium Christum spe confidens, &c. 30

AP-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

27 Cum Eutyche omnia moliente, ut sibi praesidium quaereret, ejusque patronis agentibus Imperator ad indicendam Synodum adductus fuerit, quis ex hoc facto ea jure colligat, quae hic Quesnellus obrudit?

28 Vide supra adnot. 13.

29 Lege Observ. num. 3.

30 Integram hanc epistolam cum fragmentis eidem subjectis in Cassinensi codice, ex quo edita fuit, dedimus inter Leoninas tom. I. epist. 21. col. 739.

## APPENDIX

AD

## DISSERTATIONEM VII.

De appellatorio Eutyche Libello,

*Quem ex Cassinensi codice edidit  
Christianus Lupus:**an revera sit appellationis libellus.*

**M**irum quanta fiducia Christianus Lupus asseveret & ovanti similis clamet scriptum illud quod ex Cassinensi codice MS. in suam de appellationibus lucubrationem transcripsit, ipsissimum esse appellationis libellum, quem ad Leonem I. Papam ab Eutyche hæretico missum ajunt, & quo retractatorium ab Apostolica Sede judicium postulabat.

Ac primum quidem placet Lupo libelli nomine scriptum istud donare, repugnante ipsa scripti epigraphe, & quod palmare est, ipso scriptore invito ac reluctante: ipse enim Eutyches diserte distinguit inter libellos, & epistolam hanc suam. *Subjunxi, inquit, his litteris meis utrumque libellum, & eum qui ab accusatore meo oblatus est Synodo, & qui a me gestus quidem est, non tamen susceptus.* En ut unumquodque scriptum propriis nominibus appellat; suum & Eusebii libellum libellum dicens, litteras proprias non alia quam litterarum appellatione designans.

Libelli quidem nomen S. Leo usurpavit, quia judiciale est; nec tamen appellatorium dixit, sed libellum doloris, seu querimoniam: cum autem appellationis libellum commemorat, eum intelligit non qui ad ipsum missus ab Eutyche fuerat, sed quem *in ipso judicio, ut appellationum solemnia poscebat, se Eutyches obtulisse asseverat*, ut ait S. Leo; seu mentiebatur, ut rescribit Flavianus, per libellos omni fallacia atque calliditate plenos. Hoc si scripsit ad Leonem Eutyches, non certe his presentibus litteris, quæ nihil canonicæ appellationis habent, nec in illis locis quæ a Lupo in hanc rem indicantur.

Prior locus est in ipso epistolæ limine. *De mea, inquit Eutyches, in Dominum & Deum omnium Christum spe confidens, ante omnia quidem, testis Deus Verbum est, in sensibus hujusmodi dignoscens veritatis probationem, invoco autem vestram Sanctitatem, in*

\* Ita corrigo, pro *in testimonio*, id enim sensus & constructio exigunt, cum præpositio in pariter afficiat vocem rationes, quæ sequitur.

mi sui, ac ipsum deinde quem alloquitur, lectorem compellans, ut judicet quid erroris in hac sincera suæ fidei professione contineatur: ac forte alludit ad illud Apostoli 2. Cor. 1. 23. *Ego autem testem Deum invoco in animam meam.* Ut enim eodem sensu Christum ac Vicarium Christi hoc loco invocet, probant hi verborum nexus: *ante omnia quidem, testis &c. & invoco autem, immo totius loci inspectio maxime, si iis solis virgulis distinguatur quibus illum distinximus: ita ut rudis ac male digesta translatio Græcæ istius epistolæ hunc prorsus sensum habere debeat: Ego de mea ipsius fide ac spe, de meo animo securus, primum quidem ipsum Dei Filium, qui sinceritatem professionis meæ bene novit, testem appello in testimonium cordis mei; deinde vestram Sanctitatem testem etiam appello in rationes sensuum meorum atque verborum, id est, ut ipsa, de verbis meis, meisque sensibus judicet, illorumque rationes pro sua æquitate expendat. Similem præfationem habuit Eutyches antequam libellum confessionis suæ recitandum traderet in Pseudo-Ephesina Synodo. Ego, inquit, commendavi me ipsum Patri, & Filio, & sancto Spiritui, & verbo veritatis vestrae justitiæ, & testes vos habeo fidei meæ. Eadem paucioribus, uturpat in ipsa fidei confessione. Attestante, inquit, mihi tam Deo, quam vestra sanctitate, Qui igitur illa verba appellationem juridicam sonare contenderit, non satis attente hæresiarchæ verba se legisse ostendit.*

Neque vero alia hæc verba appellationem magis continent: *Rogabam ut innotescerent ista sanctitati vestrae, & quod vobis videretur judicaretis omnibus modis me secuturum quæ probassetis.* Rogantis hæc verba sunt, non appellantis ac pro jure suo judicium postulantis. Ut enim appellationis libellum rejicere nemo ad quem rite appellatur, potest; ita appellans votum suum verbis non supplicibus, sed judicium ex necessitate secuturum exigentibus exprimit: cujus judicii sententiæ si obsecuturum se appellans sponderit, uti hoc loco facit Eutyches, is profecto ridendum se omnibus propinat. Quasi vero obsequendi judicium superiorum sententiæ necessitas non fuerit: nisi forte dixerit Lupus, quod tamen facile non crediderim, his Eutychem verbis sibi ipsum abstulisse facultatem a Pontifice ad œcumenicam Synodum appellandi, si contrarium sibi Pontificis foret judicium. Demum verba objecta committere juvat cum aliis quæ in secundo Flaviani CP. Conventu dicta sunt. Cum enim Eutyche fautores ipsum in primo Conventu appellasse contenderent, hoc negant Episcopi, quos inter Basilius: *In veritate, inquit, dico: adhuc ipso Conventu sedente & proponente hoc sancta Synodo, ut diceret iste duas naturas post adunationem, scio,*

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Hac de re vide Observ. num. 4.

scio quia dixit Religiosus Archimandrita Euty-  
tyches: Si praeceperint mihi Patres Romanus  
& Alexandrinus, dico hoc ipsum; hoc autem  
non quasi appellans dixit, sed dicens, Non  
sum ausus dicere propter Patres. Hoc ipsum  
est quod Eutythes, his verbis Leonem al-  
loquens, indicare voluit, quæ ad appella-  
tionem trahere frustra Lupus conatur.

Restat tertius epistolæ locus: Ad vos igitur  
religionis defensores & huiusmodi factio-  
nes execrantes confugio ... & obsecro nullo  
mihi præiudicio facto ex his, quæ per insi-  
dias contra me gesta sunt, quæ visa vobis  
fuerit super fidem proferre sententiam. Vi-  
des, mi Lupe, quod videre non vis, ut  
Eutythes ad defensores religionis confu-  
giat, non ut iudices appellet; ut obsecretur  
nullum sibi ex Flaviani sententia creari præ-  
iudicium, non irritum clamet ex appella-  
tionis voce iudicium: ut denique de fide po-  
tius sententiam proferri postulet, quam de  
sua depositione & excommunicatione, de  
qua tamen, si appellasset, primitus agen-  
dum ipsi erat.

Hæc refellendo Christiano Lupo satis su-  
perque sufficiant. Addo nihilominus ex ab-  
undantia juris scriptum istud integrum, cu-  
jus partes jam expendimus, si ad S. Leo-  
nem Papam missum est, 2 non ad eundem  
unum missum fuisse nec pro eo uno confe-  
ctum; sed esse epistolam encyclicam ad  
omnes primariorum sedium Episcopos, quo-  
rum auctoritatem adversus Flaviani iudicium  
movere ac sibi propitiam reddere aiebat Eu-  
tythes. Nam etiam cum appellationem hæ-  
resiarchæ mentiti sunt qui pro ipso agebant  
apud Ephesum, non unum Pontificem Ro-  
manum nominaverunt. Cum legeretur da-  
mnatio, inquit Constantinus Monachus,  
Eutythes appellavit sanctum Concilium san-

ctissimi Episcopi Romani & Alexandrini &  
Jerosolymitani & Thessalonicensis: & hæc  
in Gestis non sunt inserta. Magnificentissi-  
mus Patricius dixit: Turba facta & disso-  
luto Conventu dixit ad me silenter appellans  
Romanum & Ægyptium & Jerosolymitanum  
Concilium ... Basilius Reverendissimus Epi-  
scopus dixit ... dixit Eutythes: Si praeceperint  
mihi Patres Romanus & Alexandrinus, di-  
co hoc ipsum. Hoc autem non quasi appel-  
lans dixit.

Igitur ad omnes istos Episcopos, quos  
vel appellaverat, vel appellasse se credi vole-  
bat, has encyclicas litteras, quas *querimon-  
niæ libellum* appellat S. Leo, direxit, unum-  
que illarum exemplar ad ipsum Leonem  
Pontificem, cui in primis debebatur, perve-  
nit: unde ad Leonem Papam scriptam fuisse  
nec falso nec incongrue adnotavit tituli  
illius auctor, quem compilatorem vel descrip-  
torem dicit Christianus Lupus ejusdem pro-  
mulgator.

Encyclicam porro esse epistolam ipsa to-  
ta quanta est clamat epistola; in qua ne  
apex quidem de apostolica Sede, vel de Pon-  
tifice Romano, cujus prærogativas ac splen-  
dorem prædicare non omisisset vir tunc tem-  
poris conciliandis sibi omnium quibus indi-  
gebat animis intentissimus. Iis igitur solis  
verbis usus est quæ omnibus primarum se-  
dium Episcopis conveniunt. Cui enim il-  
lorum non congruunt ista: *Invoco 3 vestram  
Sanctitatem ... ut innotescerent ista Sanctitati  
vestræ ... ad vos igitur religionis defensores  
& huiusmodi factiones execrantes confugio*.  
Certe vel hæc sola posteriora verba, ad  
vos religionis defensores &c. meridiano  
Sole clarius patefaciunt, non ad unum, sed  
ad plures missum fuisse hoc quaecumque  
scriptum.

OB-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Confer easdem Observ. num. 9.

3 Ex his vocibus Latinæ versionis, quæ  
in litteris uni traditis observantiæ causa ad-  
hiberi queunt, infirmum prorsus argumentum  
sumitur, ut hæc Eutythis epistola encyclica  
ad plures missa inferatur. Vide epist. 68. ubi

Ceretiis, aliisque duo Gallicani Episcopi Leo-  
nem plurali numero *destinantes*, *præmonetis*  
&c. alloquuntur. Idem est in epist. 52. Theo-  
doreti ad eundem Leonem. Alia plura exem-  
pla afferre facile esset.

# OBSERVATIONES

## IN DISSERTATIONEM VII. QUESNELLI

*De caussa Eutyichis.*

Quesnelli  
I. scopus.



Ur Quesnellus hanc Eutyichis caussam peculiari Dissertatione agitandam suscepit, satis agnoscitur ex ipso exordio, ubi eos perstringendos sibi proponit, *qui jus appellandi ad Sedem Romanam ex omnibus orbis christiani regionibus, inprimisque ex Orientalibus ab illarum partium Episcopis ultro esse delatum etiam primis Ecclesiae saeculis persuadere student.* Hoc scilicet appellationum jus, quod illi non placuit in caussa Celidonii Episcopi Gallicani, in Orientalium caussis displicuit multo magis: ac propterea Eutyichis appellationem ad Leonem Papam duplici ex capite submovere studuit: primo quia, inquit, ille vere non appellavit: secundo quia ementita ejusdem appellatio non fuit peculiaris ad Leonem, seu ad Apostolicam Sedem, sed communis ad Synodos Romanam, Alexandrinam, Jerosolymitanam, atque Thessalonicensem, adeo ut nihil praecipui juris in Romano Pontifice agnitum fuerit.

De Euty-  
chis facto.  
Appella-  
tionis li-  
bellum  
non obtu-  
lit Flaviano.

epist. 21.

Eutyichis  
menda-  
cium.

Libellum  
appellatio-  
nis ad Leo-  
nem misit.

2. Jam in Observationibus ad Dissert. V. Quesnelli luculenter statuimus pontificium jus in recipiendis appellationibus ex toto christiano orbe; & quatenus hoc jus ex ipso primatu eidem competat, satis aperte demonstrasse nobis videmur. Hac autem in controversia, quatenus merum Eutyichis factum respicit, ultro confitendum est, nullam appellationem ad Romanum Pontificem ab eo interpositam fuisse in ipso Constantinopolitano judicio. Unam chartam professionis fidei (non autem appellationis libellum,) ab eo ante sententiam oblatam fuisse liquet ex actis ejusdem CP. Synodi, qua Eutyiches damnatus fuit; & multo magis ex eorumdem actorum relectione in alio Constantinopolitano conventu habito die 13. Aprilis anni 449. qua actioni primae Concilii Chalcedonenfis inserta fuere. Solum si fides adhibenda est Constantino Diacono; *dum legeretur, seu relegeretur damnatio, Eutyiches appellavit sanctum Concilium Sanctissimi Episcopi Romani, & Alexandrini, & Jerosolymitani, & Thessalonicensis.* Affirmante autem Patricio Florentio, *dissoluto conventu, ille dixit ad me silenter, appellans Romanum, & Aegyptium, & Jerosolymitanum Concilium.* Postea vero ad S. Leonem scribens ait: *Et quidem libellis statim subscriptione mea his addita obtuli scripta, ostendens de sancta fide professionem meam. Sancto autem Flaviano Archiepiscopo neque libellum suscipiente, neque ut legeretur jubente, audiente tamen & respondente me ipsis verbis fidei, quae Nicæa exposita, & a sancta Synodo, expetebat duas naturas fateri &c. Libellos, seu libellum hic distinguit a scriptis additis de fide: & similiter in fine epistolae ejusdem duo distincte commemorat, nimirum libellum, qui a me, inquit, ingestus est, non tamen susceptus; & editionem fidei meae. Si chartam professionis fidei dixisset oblatam, & non susceptam a Flaviano, qui, ut eam ipse Eutyiches palam legeret, praecipit; aliquid veri dixisset. At cum oblatum, & non susceptum affirmavit libellum a charta professionis fidei distinctum, nimirum appellationis libellum, turpiter mentitus est, uti ex actis paullo ante memoratis elicitur, & notavit S. Flavianus in epist. 26. ad S. Leonem. Confer not. 5. in epist. 21.*

3. Hunc vero libellum a professione fidei distinctum, qui nobis conservatus non fuit, sed Eutyichis litteris ad Leonem erat adjectus, appellationis libellum fuisse Leo testatur epist. 23. quod non tam ex ipsius Eutyichis epistola 21. quam ex ejusdem libelli ipsi epistolae adnexi lectione cognoscere potuit. Hac autem in re maxime mirum accidit, Quesnellum in Appendice praemissae Dissertationis non minimum laborare, ut ostendat epistolam 21. Eutyichis ad Leonem, non *appellationis*, sed *querimoniae libellum* fuisse: perinde ac si ille, etsi appellationem ad Pontificem in judicio oblatam finxerit, non tamen ad eum post judi-

judicium miserit nisi querimoniam libellum. Hinc in fine Dissertationis, ubi quatuor Eutyche libellos distinguit, *libellum appellatorium ad Concilium, querimoniam vero, seu querelam ad S. Leonem datum* prodidit. Id vero eo magis mirum videtur, quod in Notis ad epist. 25. S. Petri Chrysolgi ad Eutychem indubie scribat n. 4. *Evidens est judicium Ravennensis Episcopi postulari ab Eutyche non potuisse nisi per appellationis libellum seu verum, seu fictitium*. Cur quod necessarium affirmat in Eutyche scriptis ad Episcopum Ravennensem, cui in appellationibus Orientalium jus nullum erat, non perinde gestum concedit cum Leone, cui illud jus competeat, & apud quem appellationem, licet ementitam, iudicii Constantinopolitani tempore interpositam, & postea ad Leonem transmissam ex ipsius Pontificis testimonio discimus? Tota Quesnelli hallucinatio ex eo pendet, quod solas consideravit nobis conservatas Eutyche litteras ad eundem Pontificem, in quibus appellatio expresse non declaratur; nihil autem cogitavit de libello eisdem litteris adnexo, & distincto a charta professionis fidei, quem cum oblatum in iudicio, nec tamen susceptum Eutyche per mendacium in eadem epistola scripserit, appellationis quantumvis ementitæ libellum fuisse idem Quesnellus agnoscere debuit: quod enim ille finxit, ad appellationem pertinebat, ut palam fit ex relectione actorum CP. Synodi, & idem Quesnellus in dissertatione fatetur. Ad Leonem igitur hæreticus non solum misit epistolam, quam querimoniam libellum non displicet appellari, verum inter alia documenta eidem adnexa appellationis etiam libellum misit, qualem in iudicio abs se propositum, & non susceptum mendacissime prodidit.

4. Ceterum non multum enitendum fuit a Quesnello in Appendice adversus P. Lupum, qui in ipsa Eutyche epistola appellationem videre sibi visus est. Hic hæreticus vaferrimus cum appellationem in ipso iudicio interpositam finxit, noluit ementitæ appellationi præiudicium creare nova appellatione post iudicium, ac si illam nullius momenti haberet. Hinc in epistola abstinuit a verbis appellationis iterum interponendæ, satisque habuit libellum appellationis ante sententiam ementitæ ad Leonem cum epistola mittere: ejusque iudicium atque sententiam circa fidem petens, simul postulavit, quod inde sequebatur, ut scilicet irritarentur omnia in se gesta, si Constantinopolitanum iudicium circa fidem reprobandum videretur. Considerentur attente hæc Eutyche verba. *Obsecro nullo mihi præiudicio facto ex his, quæ per insidias in me gesta sunt, quæ visa vobis fuerit supra fidem proferre sententiam, & nullam deinceps permittere a factiosis contra me calumniam procedere, & non excuti & eximi de numero orthodoxorum*. Nonne his verbis, licet appellationis voce non utatur, Leonem aperte uti iudicem interpellat, ut de iudicio Constantinopolitano sententiam proferat? Cum præter sententiam circa fidem sibi etiam caveri postulat, nonne iudicium etiam circa suam personam æquivalenti appellatione efflagitat? Quid Quesnellus violentis interpretationibus hæc verba distorquere nititur, ne quid appellationis continere videantur? Quid refert appellationis expressum nomen non inveniri in epistola, quæ e Græco Latine reddita, minus peritum interpretem nancisci potuit, si illud reipsa petitur a Leone, quod per appellationem peteretur? Non appellationis vocabulum, sed ejus vis & potestas consideranda est. Vis autem appellationis in eo consistit, ut superioris iudicium de iudicio inferioris quæretur; & ita quæretur, ut ille de hoc sententiam ferat, & si injustum iudicium agnoscat, rescindat, nullumque exinde condemnato præiudicium obveniat. Cum ergo Eutyche recitatis verbis ac in tota epist. 21. id petat a Leone, ut de Constantinopolitano Flaviani iudicio circa fidem sententiam ferat, simulque sperans fore ut hoc iudicium reprobetur, postulet ne sibi ullum ex eo iudicio damnum aut periculum obveniat, nec eximatur ab orthodoxorum numero; nonne reipsa appellationis vim ac substantiam satis expressit, & appellationis jus Leoni vindicavit?

In ipsa epist. Eutyche appellationis indicia.

ep. 25.

Jus appellationis in Romano Pontifice agnoscit.

5. Alia vero duo longe graviora in ea, quam se in ipso iudicio interposuisse Eutyche ementitus est, appellatione animadvertimus, quæ ad intelligendam Orientalium mentem circa pontificium jus in appellationibus non modicum conferent. Primo licet hæc appellatio in ipso Constantinopolitano iudicio interjecta non fuerit, & eatenus Eutyche mentitus sit; qui tamen hanc appellatio-

nem non solum finxit, verum etiam confictæ appellationis libellum ad Leonem misit cum querimonix litteris, ac ejusdem iudicium petivit; is proculdubio jus appellandi ad Romanam Sedem apud Orientales quoque exploratum ac certum præsumsit, ac tale, ut si appellatio in ipso iudicio vere fuisset interposita, vim habuisset suspendendi iudicii, vel irritum efficiendi quidquid postea, appellatione contempta, gestum fuisset. Secus enim si apud Orientales appellationis jus ad Romanum Pontificem nihili habitum Eutyches cognovisset; num fuisset tam stultus ut fingeret, quod sibi ex Orientalium sensu nihil proficeret?

Idem jus  
probavit  
S. Flaviana-  
nus.

6. Deinde si Eutyche dolosi & criminosi viri testimonium minimi fiat; num testimonium & factum S. Flaviani Constantinopolitani Antifitis non maximi habebitur? Is epistola quidem 22. quam statim post Eutyche damnationem & primo scriptam in Admonitione probavimus, cum de appellationis libello ad Leonem misso nihil sciret, simplicem erroris & damnationis eius relationem cum gestis Concilii ad eundem Pontificem direxit rogans, ut ipsam Occidentalibus notam faceret, ne forte versutus homo quempiam minus instructum deciperet. Hinc cadunt plura a Quesnello superstructa hypothese, quod epistola 22. Flaviani ad Leonem non prima, sed altera posterior sit. Postquam vero a Pontifice accepit litteras, quibus de appellatione ab Eutyche asserta intellexit; altera epistola 26. rescribens, mendacem quidem illum detexit; at simul agnoscens apostolicum jus in recognoscendis iudiciis ipsorum Orientalium, quando etiam appellatio post iudicium defertur, non solum acta in Eutychem misit, verum ipsa Leonis iudicio subjiciens, eundem rogavit, ut *propriam faciens communem causam & sanctarum Ecclesiarum disciplinam*, simul *DECERNERE in damnationem adversus eum regulariter factam & per propria scripta dignaretur* ..... *Causa enim eget SOLUMMODO vestro solatio atque defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere. Sic enim hæresis, quæ surrexit, & turbæ quæ iam propter eam factæ sunt, facillime destruentur, Deo cooperante per vestras sacratissimas litteras. Removebitur autem & Concilium, quod fieri divulgatur: quatenus nequaquam ubique sanctissimæ turbentur Ecclesiæ.* In hæc Quesnellus, *Postulat ergo Flavianus, inquit, Leonis non iudicium, sed solatium; non sententiam, sed litteras; defensionem, non confirmationem; propria scripta, non synodalia decreta.* Vah malum interpretem! Nonne *decernere in damnationem regulariter factam* iudicium & confirmationem significat? Vis quidem Græci verbi a Flaviano adhibiti *συνηγορία* iudicam sententiam alii iudicio calculos adjicientem seu confirmantem indicat. Verbum enim *ἡγορία*, a quo illud originem ducit, forensi vulgata formula idem est ac *sententiam ferre*; unde & *sententia ἡγορία* appellatur. Quid porro? Cum Flavianus addidit, *causam egere solummodo* Leonis litteris atque subsidio; nonne editi abs se iudicii confirmationem non solum petiit, sed necessariam etiam ostendit? ac ita *solummodo* necessariam, ut par confirmatio a nulla alia sede præterea requirenda sit? Quid quod adjecit, ex hac confirmatione eventurum, ut ad tranquillitatem & pacem cuncta revocentur, & enata hæresis ac turbæ ob eam excitatæ facile destruantur, impediaturque ipsum generale Concilium, quod convocandum ferebatur? Num hi tot ac tanti effectus ex litteris, quæ nec iudicium, nec sententia, nec confirmatio essent, sperari poterant? Nonne aliquid solemne ac peculiari Apostolicæ Sedis auctoritate editum a Flaviano quæsitum agnoscitur? Nonne litteræ, post quas generale Concilium veluti non necessarium esset removendum, auctoritatem habituræ credebantur ad finiendam causam, eamque æquivalentem auctoritati Concilii generalis, quod alia in hypothese adhuc necessarium iudicari potuisset? Videat ergo quisque æquus Lector, quam perperam Quesnellus Flaviani consilium & litteras interpretatus sit, ne in Episcoporum Orientalium iudicia Apostolicæ Sedis auctoritati ille quicquam detulisse credatur.

Orientales idem  
sensisse  
præsumsit.

7. Quod si ejusdem Flaviani verba exactius pensemus, non ipse solus huic auctoritati apostolicæ tantum attribuit, sed Orientales quoque id ipsum sensisse ac detulisse præsumsit, cum ex Leonis litteris omnia in Oriente componenda exortamque hæresim disjiciendam prodidit. Nisi par in Romanam Sedem apud omnes Orientales obsequium Flavianus novisset, hæc procul dubio affirmare non poterat. Enimvero si celebris illa epist. 28. ad eundem Flavianum, qua S. Leo

expen-

expensis actis CP. Synodi de tota re sententiam ferens, Eutychnæ hæresis condemnationem confirmavit: si, inquam, hæc epistola dolo malo occultata & suppressa non fuisset in generali Synodo, quæ non necessitate ulla, sed Imperatore Theodosio Eutychi favente ac jubente Ephesi coacta fuit; haud excitata fuissent illa scandala, quibus eadem Synodus in pseudosynodum transit, totumque Orientem turbavit: sed acquievisset omnes, qui hæresi non patrocinantur, apostolicis litteris, ut in Calchedonensi factum vidimus.

8. In hac autem Leonis epistola aliud in rem præsentem maxime conferens animadvertendum est. Ibi nimirum S. Pontifex non de sola Eutychnæ hæresi, quæ in Constantinopolitana Synodo proscripserat, sententiam ferens, justam ipsius condemnationem confirmavit; sed ipsum quoque ejusdem Synodi judicium examini subjiciens, duo in eo notanda indicavit, quæ cum emendationem aliquam ipsius Synodi præferant, apostolicum jus retractandis, & ubi opus sit, corrigendis etiam Episcoporum Orientalium judiciis mirifice adstruunt. Primo enim cap. 6. Constantinopolitano Flaviani judicio succensuit, quod sine ulla censura præterierit eam Eutychnæ sententiam: *Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post adunationem vero unam naturam confiteor*. In quæ S. Pontifex, *Miror*, inquit, *tam absurdam tamque perversam ejus professionem nulla judicantium increpatione reprehensam, & sermonem nimis insipientem nimisque blasphemum ita omissum, quasi nihil quod offenderet, esset auditum*. Nonne hæc ipsius CP. judicii emendatio est? Deinde cum Eutychnæ in hoc judicio fuisset absolute condemnatus, nulla spe restitutionis illi proposita, si resipisceret; emolliendum hoc decretum eodem capite duxit S. Leo, dum erga ipsum, si errorem damnet, miserationem exercendam præscribit. Ne vero his in rebus auctoritatem sibi indebitam Leonem usurpasse juris sui promovendi causa quispiam fortassis suspicetur, Calchedonense Concilium totaque Ecclesia catholica, quæ hanc dogmaticam epistolam omnesque ipsius partes tot cum laudibus susceperunt, & non ut privatas litteras, sed tamquam judicium solemne & auctoritati apostolicæ competens agnovere, hocce commentum luculenter refellunt. Non ergo solus Eutychnæ, non Flavianus tantum, aut Leo, sed & generalis Ecclesiæ Synodus, ac ipsa universalis Ecclesia hoc apostolicum jus legitimum adstruit: & solus Quesnellus cum iis qui Romanæ Sedis prærogativis adversantur, veluti usurpatum & incompetentem jus traducere potest.

9. Nunc de altero capite, quo is Eutychem appellasse contendit non ad Romanum tantummodo Pontificem, sed ad Alexandrinum quoque, & Jerosolymitanum, & Thessalonicense Concilium: adeo ut si appellationum jus hinc colligendum sit, nihil Romano Antistiti præ Alexandrino, Jerosolymitano, ac Thessalonicensi tribuendum sit: vel si his Episcopis atque eorum Conciliis ex Eutychnæ appellatione nullum jus fuit supra Constantinopolitanum Flaviani judicium, nullum pariter Romano Pontifici exinde deduci possit. Ad hæc primo animadvertimus, Eutychem quidem appellationem sparsisse ad hos omnes, apud quos præsidium sibi affuturum sperabat. At libellum appellationis, quod sciamus, ad solum Leonem misisse, & a solo Leone judicium institutum, ac sententiam epistola 28. latam liquet. Quid porro hac in re Eutychnæ egerit, ad verum jus appellationis adstruendum non ingerimus: notum enim est criminosos & pertinaces homines justa sententia condemnatos, patrocinia etiam illegitima quærere, & quacumque via possunt, niti turbas excitare, & imperitis fucum facere. Ad S. Petrum Chrysologum Episcopum Ravennatem etiam scripsit, eo quod illum magni nominis, & multæ apud Valentinianum auctoritatis audisset; licet is nullo jure supra Constantinopolitanum Antistitem, ac Synodum potiretur. Hinc ab ipso id responsi accepit epist. 25. c. 2. non posse se *extra consensum Romanæ civitatis Episcopi* de ejusmodi causis cognoscere & judicare. Mirum est, Quesnellum in Notis ad hanc epistolam num. 2. hoc Eutychnæ factum ita ingerere, ut licet jus Petro Chrysologo hac in re non fuisse concesserit, Romano autem Pontifici non negaverit; appellationem tamen num. 4. ab eo interpositam contenderit apud eundem Episcopum Ravennatem, indeque collegerit interpositam etiam fuisse ad alios Metropolitans Occidentis æque ac ad Romanum Pontificem. Hæc omnia gratis dicta sunt sine monumento ullo. Esto

S. Leo hoc jus in causa Eutychnæ exercuit.

Epist. 28. cap. 6.

Ex Concilio Calchedonensi id ipsum confirmatur.

Appellationis libellus ad solum Leonem ab Eutychnæ missus.

autem quod Eutyches appellationem prætulit ad alios præter Romanum Pontificem, quibus appellationis in hac causa jus nullum erat; numquid cura ad Romanum Pontificem appellationis libellum reipia misit, ad eum misit, cui hoc jus non competebat?

Id ex pontificio jure.

Hoc jus confirmatur.

10. Ut autem de hoc jure tute judicemus, non unius Eutyche factum, sed quid hujus facti occasione a Flaviano & a Synodo Calchedonensi Leonis iudicium vel promoventibus, vel suscipientibus gestum est, potissimum spectari debet. Vellemus Quesnellum meminisse ejus, quod scripsit num. 9. *Non Eutyche vaserrimo impostori fidem habeamus . . . . . Audiamus Flavianum novæ urbis Episcopum Christique martyrem fortissimum*. Certe quamquam Eutyches ad plures, immo & ad universalem Synodum appellationem sparserit; solo tamen Leonis iudicio eam causam indigere Flavianus, ut vidimus, confessus est; nec ab aliis Metropolitanis aut Patriarchis idem iudicium flagitandum credidit, quod ab uno Leone ita postulavit, ut non solum nullius Metropolitanæ, aut Patriarchæ, sed nec ipsius generalis Concilii iudicio opus esse putarit. Et siquidem eodem Quesnello testante num. 9. *Flavianum novæ urbis Episcopum . . . Orientalium de appellationibus animus ac consuetudo latere non potuerunt*; hanc eandem fateri oportet fuisse Orientalium mentem ac consuetudinem in appellationibus, ut solius Romani Pontificis iudicium sufficere crederent, nec requiri aliarum sententiam, aut generalis Concilii, quod post iudicium Sedis Apostolicæ removendum uti non necessarium idem Flavianus pronuntiavit. Synodus etiam Calchedonensis cum suscepit Leonis sententiam in hac causa editam epistola 28. qua non solum de Eutyche heresi, verum etiam de Constantinopolitano Flaviani Concilio decretum fuit, eandem pontificiam auctoritatem comprobavit. Quid? Ipse Quesnellus in notis ad laudatam Chrysologi epistolam hoc pontificium jus inficari non potuit. Solum ut istud aliqua ratione extenuaret, appellationem ad eum delatam tradidit uti ad Caput Occidentalis Ecclesiæ, ac si non ad Romanam Sedem per se, sed ad Occidentale Concilium delata censeretur, quæ ad Romanum Episcopum defertur. *Occidentalem Synodum*, inquit n. 1. *ejusque Primatem illæ (appellationum causæ) attingebant*. Et n. 3. *Cum porro ad Occidentales Episcopos appellabatur, Romani proculdubio Episcopi omnium aliorum Principis consensus explorandus erat, qui & Synodi Occidentalis peculiari nomine caput, & universalis Ecclesiæ in causa maxime fidei procurator erat, & exequutor præcipuus canonum, qui in Conciliis œcumenicis adversus hæreticos olim conditi erant*. Vide quot limitationibus hoc pontificium jus, quod fateri cogitur, circumscribat. Quatenus Romano Episcopo per se hoc jus competat etiam extra causas fidei, in Observationibus ad quintam Dissertationem ostendimus. In causa autem appellationis Eutyche solius Leonis nomine epistola 28. edita est, quod illi hoc jus ratione primatus competeret, nulla necessitate imposita cogendæ Occidentalis Synodi; & uti Apostolicæ Sedis auctoritate edita, quæ sita a S. Flaviano, a Calchedonensi Concilio, & a tota Ecclesia catholica suscepta, ac summam exinde vim habere agnita fuit. Non ergo unius Eutyche testimonium in hoc valet, sed Flaviani, qui a Leone hoc iudicium postulavit; sed Calchedonensis œcumenicæ Synodi, totiusque Ecclesiæ, quæ idem iudicium a Leone editum tanta cum veneratione susceperunt. Vides igitur, quo ex capite hæc licet ementita Eutyche appellatio ad statuendum Apostolicæ Sedis jus in ipsis Orientis appellationibus plurimum conferat. Ceteræ Quesnelli conjectationes, seu potius cavillationes cum satis ex dictis corruant, hominemque in Romanam Sedem non bene affectum ostendant, ulteriori responsione non egent.

Quesnelli commenta eliduntur.



PASCHASII QUESNELLI  
DISSERTATIO OCTAVA,  
DE CAUSSA FLAVIANI  
EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

in Pseudo-Synodo Ephesina damnati atque depositi.

Ad epistolas XXXIX. & XL. ( nunc XLIII. & XLIV. ) sancti  
LEONIS ad THEODOSIUM Imperatorem.



Appellationum ; quæ ad Sedem Apostolicam delatæ dicuntur primis Ecclesiæ sæculis , omnium celeberrima ea est , quæ data est a Flaviano Constantinopolitano Episcopo post latam adversum se a Dioscoro sententiam . Non enim tunc , inquit , a provinciali vel diocesana Synodo ; sed ab ea , quæ œcumenicæ Synodi nomine gaudebat , ex omnibus videlicet Episcopis collecta , & cui tres præcipui Ecclesiæ Primates & Patriarchæ , Occidentales per Legatos , Orientales per seipsos , intererant .

De huiusmodi igitur appellatione , quæ epistolæ 39. & 40. ( nunc 43. & 44. ) præcipua est ac unica fere materies , paucis saltem differendi necessitatem susceptum indicit consilium , etsi prolixiorum tractationem argumentum a doctioribus jam pridem ventilatum non exigit .

Notandum in primis , numquam a sancto Leone scriptum esse sedem suam a Flaviano esse appellatam , sed generatim dici *appellationem interpositam* , ut in hujus epistolæ capite 3. loquitur , & quod Legati ipsius *fideliter reclamarunt* , & *eisdem* 1 *libellum appellationis Flaviani Episcopi dedit* .

Concinunt Leoni Ephesinæ Synodi Acta Græca in œcumenica Calchedonensi relecta , in quibus aliud nihil a Flaviano dictum refertur , quam istud : 2 *Recuso te : παραποιμαίσε* & ab Hilario Leonis legato : *contradicitor* , *νοητραδίνουρ* . Sive enim veram appellationem intellexerit Flavianus , ut scriptor novellus operose contendit adversus Marcam , sive recusationem , quod affirmant alii , & ipse David tandem fatetur , perinde est . Hoc unum assero , Leonis mentionem a Flaviano vel appellante vel recusante factam non fuisse . Quamquam , ut de recusatione Flaviani a Petro Marca asserta

verbum dicam , miror tanta pervicacia propugnari hoc loco a Davide consuetas iudiciorum canonicorum formulas , cum omnia contra jus fasque a Dioscoro præsumpta cognoscantur , nec Ephesino latrocinio accommodari ullo modo possent solitæ iudiciorum consuetudines ac formulæ . Esto enim recusationi non sit locus secundum juris ordinem , nisi ante latam sententiam ; nec appellationi , nisi post prolatum iudicium : optime id quidem , cum vel legitimus iudex merito in suspicionem venit , vel ab incompetente iudicium adornatur . At nihil tale in Ephesino latrocinio reperias . Initio enim Synodus legitime congregata iussu Principis , assensuque Pontificis , qui etiam per Legatos intererat , recusari ac repudiari nullatenus potuit . Restat igitur , ut tunc primum potuerint recusari Dioscorus ejusque Synodus , cum ille omnia per vim scelusque sibi vindicans , & omnem iudiciorum formam subvertens , ex Episcopo visus est in prædonem & sicarium evadere , & Synodum prius legitimam convertere in latrocinium . Tunc enim non tam appellationi , quæ legitimam ac competentem iudicem supponit , quam recusationi ac protestationi locus erat contra Conventum , quem *nulla ratio* , ut loquitur S. Leo , *Synodum vocari sinit* .

Enimvero recusationis & appellationis latum est in pluribus discrimen : quorum hoc unum est , quod recusatio sententiam in irritum mittit tamquam ab incompetenti iudice latam ; appellatio vero suspendit solummodo sententiæ effectum , tamquam injuste a iudice , licet idoneo , profectam , donec a superiori ad examen revocetur . Porro toties tamque asseveranter Ephesinum iudicium Synodi nomine indignum clamat Leo noster , etiam ante iteratam cognitionem , ut satis significet magis reculationi , quam appellationi locum fuisse . Ecquienim

Syno-

EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Hunc fuisse libellum appellationis ad Sedem Apostolicam probabimus in Observ. n. 4. & seqq.

2 De hac formula confer Observ. n. 2. ubi etiam sequentes cavillationes elidentur.

1. Libellum Flaviani recusationis potius fuisse , quam appellationis.

1  
2  
Ioannes David, lib. de Iudiciis Canon. Episcop. cap. vi. art. 3. varag. 2.

Synodus illa vocari queat, ubi omnia prædatorie acta sunt? *Ubi*, sicut conqueritur Leo, *hi qui collecti sunt, de fide & errantibus non secundum consuetudinem protulerunt: ubi primates Synodi nec resistentibus sibi, nec consentientibus pepererunt: ubi non omnes, qui convenerant, interfuisse cognovimus: ubi alios reiectos, alios didicimus intrinsecos, qui pro unius Dioscori arbitrio impiis subscriptionibus captivas manus dederunt: ubi in omnes servitum est Ecclesias: ubi scripta Apostolicæ Sedis Episcoporum auribus publicari non sunt permessa: ubi ejusdem Legatis suus locus non est concessus: ubi, sicut Patres Calchedonenses queruntur, *violentia facta est, vis cum plagis, minabatur damnatio, mixæ exilii tendebantur, milites cum fustibus & gladiis instabant? ubi gladii & fustes, qualis Synodus est?* Hinc vides quam merito jure clamavit Flavianus: *παραιτούμαι σε, Recuso te.* Quia tamen Episcoporum fere omnium consensus ac subscriptio nonnullam Synodi imaginem impio conventui conciliabant, Imperatorisque ac potestatum interveniebat auctoritas; Flaviano visum est, cum postmodum appellationis libellum Apostolicæ Sedis Legatis tradidit, hanc appellationis vocem usurpare, ut ex jure appellationis novæ Synodo locus daretur.*

II. Appellans autem Flavianus, Leonis, ut dixi, nomen non interposuit: in quo ipsum etiam Leonem suffragatorem habemus. Cum enim de hac appellatione ac de iterando Concilio sapius agat in epistolis post Ephesinum conventum scriptis, numquam tamen sedem suam ait appellatam: quod Pontifex sedis suæ jurium studiosissimus numquam omisisset, si ita fuisset; sed appellationem simpliciter interjectam asserit. *Cui, inquit, sacramento veræ Divinitatis & veræ humanitatis in Christo, quia impie nunc a paucis imprudentibus obviatur, omnes partium nostrarum Ecclesiæ, omnes mansuetudini vestra cum gemitibus & lacrymis supplicant Sacerdotes; ut, quia & nostri fideliter reclamaverunt, & eisdem libellum appellationis Flavianus Episcopus dedit, generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones, ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid ultra sit vel in fide dubium, vel in caritate divinum: convenientibus utique Orientalium Provinciarum Episcopis, quorum si qui superati minis atque injuriis a veritatis tramite deviarunt, salutaribus remediis in integrum revocentur; ipsique, quorum est causa durior, si consiliis melioribus acquiescant, ab Ecclesiæ unitate non excidant. Quam autem post appellationem interpositam hoc necessario postuletur, canonum Nicææ habitorem decre-*

*ta testantur, quæ a totius mundi sunt Sacerdotibus constituta, quæque subter annexa sunt.* Lego hic reclamasse Legatos, lego interpositam appellationem, lego etiam Legatis datum appellationis libellum: at vero ad quem appellatum sit, prorsus non lego. Immo, inquit Joannes David, ex his ipsis verbis perspicuum est Romanum Pontificem esse appellatum. Omnis enim appellatio necesse est ut alicui judici deferatur. Cum igitur Flavianus libellum appellationis Legatis dedit, eam ob causam dedit, quod in eis jurisdictionem agnosceret, quæ recipiendæ appellationis potestatem faceret: jus porro istud privatis hominibus competere non potuit: unde necesse est ut tamquam Papæ Legatis libellum hujusmodi tradiderit: quia Pontificem pro idoneo appellationis discutendæ judice agnovit. Miror homini versandis litibus ac procurandis dedito, ita jurisdictionem normam & usum latere, ut ignoret quod nemo nescit, qui forum a limine salutavit. Quis enim umquam vel somnavit libellum appellationis ei ad quem appellatur, vel ejus Vicariis tradendum esse? Immo secundum juris Romani formam eidem traditur a quo appellatum est, qui litigatori decernat Apostolos, id est litteras dimissorias, quæ sic dicunt: *Notum sit vobis R. appellasse a sententia mea, & ideo dimitto eum a judicio meo & ad vestrum dirigo: ut ff. De lib. dimiss. l. 1.* Ita Paulus Apostolus cum Cæsarem appellasset a præfide Festo, non alteri quam eidem præfidi appellationis vocem direxit, nec ab altero recepta appellatio aut appellans dimissus ad Cæsarem: *Tunc Festus cum Concilio locutus, respondit: Cæsarem appellasti? Ad Cæsarem ibis.* Et postea: *Ipsa autem hoc appellante ad Augustum, judicavi mittere.* Jam vero Flavianus a Dioscoro ejusque infausa Synodo appellans, ad aliud Concilium, cuiusmodi suum tradidisset libellum, nisi Legatis Romanis? qui fere soli iniqui Dioscori molitionibus non consenserant. Primum quia Dioscorus omnia per vim & impotentiam agens nullam juris formam servari permisisset. Deinde quia omnes fere Synodi præfules captivas manus Dioscoro dederant. Tertio quia Occidentales maxime Episcopos appellabat Flavianus, ut & Theodoritus, ac proinde necesse erat ut eorum Patriarchæ ac omnium primati innotesceret Flaviani appellatio. Denique ad universale totius Ecclesiæ Concilium provocanti, quis potius adeundus est appellationis libello, quam is, qui & Ecclesiæ totius apex summus, & in fidei causa universalis velut procurator est, cui incumbit convocandæ œcumenicæ Synodi præcipua sollicitudo ac cura; cui denique jus primæ sententiæ pri-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Duo in Observationibus ostendemus. I. Flavianum appellasse ad Sedem Apostolicam, & ad Romanam Synodum, quæ in ejusmodi causis a Romanis Pontificibus congregari so-

lebat. II. auctoritatem harum Synodorum fuisse præsertim in Summo Pontifice, cujus potestas potissimum appellationibus respiciebatur. Vide n. 5. & seqq. usque ad 12.

primique loci compètit in Conciliis. Hæc sunt veræ rationes, quæ Flavianum moverunt, ut appellationis vel recufationis libellum in manus Legatorum deponeret, quos ad hunc effectum necesse non erat ut jurisdictionem propriam vel Pontificis nomine haberent; sed sufficiebat ut Concilii pars essent, & interpositæ appellationis testes idonei.

III. Ad id vero, quod decernit scriptor ille, esse necesse ut omnis appellatio ad aliquem iudicem provocet, ita est, si is verborum Davidis sensus: quoties appellatur, ad alium quem appellari. Sed duo animadvertenda sunt, ne cui fucum faciant hæc verba. Primum, male ab eo duos confundi, scilicet eum qui libellum appellationis recipit, & eum cuius est de appellatione iudicare, quos longo intervallo distare ostendimus: cum is potius reciperet libellum a cuius sententia appellabatur. Deinde notandum, quod etsi ad aliquem semper appelleretur, non tamen necessario requiritur ut ejus nomen vel viva voce, vel scripto explicetur: solemniam enim appellationis aliud nihil exigunt, nisi ut mox lata sententia, iudice adhuc pro tribunali sedente, litigans viva voce dicat: APPELLO. Et cum ex intervallo per libellum appellatorium appellatur, sufficit dicere, quis, a quo, & a qua sententia appellet, etiamsi appellati iudicis nomen aut magistratus non exprimitur.

Evanescit igitur fucus ille, quem ex verbis S. Leonis facere tentavit David. Nec solum pro ipso non pugnant Leonis ea verba, quæ aliena interpretatione torquere voluit, sed ipsum Pontificis de sede sua silentium sensui, quem eidem affingere fategit, prorsus repugnat. Ut demus enim negativum argumentum non semper roboris plurimum habere; hoc tamen loco vim habet maximam: cum certum sit Pontificem non ita causæ propriæ oblitum esse, ut appellationem, quam expressis verbis ad Sedem Romanam Constantinopolitanus Antistes detulisset, ipse premeret silentio, prærogativamque ultro delatam respuere videretur.

IV. Ex descriptis porro epistolæ 40. (nunc 44.) verbis aliud nobis validissimum adest argumentum, quo a Flaviano Synodum appellatam esse constat, ac deinde Leonem quatenus Synodi caput. Cum enim ex appellatione illius Episcopi, congregandæ Synodi œcumenicæ necessitatem arcessat; Sole clarius est appellatam esse Synodum, nec alterius auctoritatem pulsatam esse appellationis libello, ut de latrocinii Ephesini sententia iudicium ferret. *Quam autem, inquit, post appellationem interpositam hoc necessario postuletur, canonum Nicææ habiturum decreta testantur.* Si enim ad unicum ex Occidentalibus Episcopum cum provin-

ciali vel diœcesana Synodo provocatum est, quidni solus cum suis comprovincialibus iudicium adornat? Ut quid omnium Ecclesiarum Sacerdotes e suis sedibus dimoventur, si unius iudicio possit causa finire? Cur necessario postulata Synodus œcumenica, quando non œcumenica Synodus appellata est? Si sedes primaria libello adita est, sedi suæ Pontifex litigantes sistat, rem discutiat, Coepiscoporum sententiam postulet, iudicium decernat; & causa finita est. Sed ideo necessario postulari generalem Synodum post appellationem interpositam censuit Leo, quia illam a Flaviano postulatam esse ex ipsius libello atque ex consuetudine ecclesiastica intellexit: nec suæ providentiæ iudicioque existimavit esse permissum, an Synodo cogendæ superfederetur, an instaretur; sed ex necessitate & ex officii sui debito esse duxit pro ea impetranda etiam cum gemitibus & lacrymis, ut ipse ait, & genibus provolutum deprecari, ut scribit Liberatus. Ita Innocentius Papa I. deposito S. Joanne Chrysostomo, œcumenicam Synodum, ait Sozomenus lib. 8. cap. 26. convocare studuit: scribensque ad Clericos Constantinopolitanos, sic habet: *Sed quo inam remedium hisce rebus in presenti afferemus? Necessaria erit synodalis cognitio: quam etiam multo jam antea congregandam diximus. Ea quippe sola est, quæ huiusmodi procellarum impetus retundere potest. Quam quidem donec consequamur, expedit medelam calamitatis hujus committere voluntati magni Dei ac Christi ejus Domini nostri.* Et postea: *Ac nos quidem multum deliberamus, quoniam modo Synodus œcumenica congregari possit: per quam divina voluntate turbulenti isti motus consopiri possint.*

Idem sibi onus incumbere intellexit, ut diximus, S. Leo: sensere & reliqui Occidentalium partium Antistites, qui audito appellationis nuntio, causam hanc ut sibi omnibus communem & cuique propriam amplexi sunt, supplicesque Imperatorem per Leonis litteras adierunt, ut Synodum generalem congregari juberet, in qua discussio iterum Eutychis dogmate, Flaviani que ac Dioscori causis cognitis, sententiam ferrent finem huic negotio imposituram. Omnes, inquit Leo, partium nostrarum Ecclesiæ, omnes mansuetudini vestræ cum gemitibus & lacrymis supplicant Sacerdotes: ut quia nostri fideliter reclamationum, & eisdem libellum appellationis Flavianus Episcopus dedit, generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari; convenientibus utique Orientalium provinciarum Episcopis. Votum quidem suum Leoni significare nondum potuerant omnes Occidentales Episcopi; sed Pontifex ut omnium caput ac lingua, omnium mentem Theodosio explicat, omnium jus apud eundem prosequitur ac urget, nullatenus dubitans

Liberatus  
Diac. Brev.  
cap. 12.

Ep. 40.  
nunc 44.  
cap. 3.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Hoc argumentum expungetur in Observ. n. 13. Leonisque mens explicabitur n. 14. & seqq.

bitans quin omnes appellationem ad se delatam apud se vellent, congregata Synodo, discuti: neque hoc sibi fumens, ut Synodum suo unius nomine postularet; ne jus omnibus commune, proprium sibi facere ac reservare soli videretur. Notandum porro diligenter ex illis Leonis nostri verbis Occidentales omnes Episcopos & Ecclesias, non eo solum nomine Synodum supplices postulare, quod fidei causa omnibus communis periclitaretur, vel aliam ob rationem; sed ob id maxime, quia & Legati Sedis Apostolicæ reclamant, & eisdem appellationis libellum dederat Flavianus. Jus enim inde suum arcessunt, Leone teste, Occidentales Episcopi omnes, nec aliam proferunt hoc loco rationem.

V. Ex quo consequi necessario mihi videntur duo maximi momenti: alterum quidem, quod superius discussimus, non ad unum Pontificem aliquem, sed ad omnes Occidentis saltem Episcopos devolutam esse Flaviani appellationem: alterum 5 Legatos Sedis Apostolicæ, non Romani solummodo Pontificis nomine Ephesinæ Synodo secundæ interfuisse, nec alias interesse consuevisse œcumenicis Conciliis in Oriente congregatis, sed & omnium totius Occidentis Episcoporum vice, quorum procurationem gerebant, cum per se interesse iidem non poterant. Hoc enim solemne erat Romano Episcopo, ut cum primum Synodus universalis indicta erat, omnes sui Patriarchatus Episcopos ea de re admoneret, cogeretque ipse Romæ Synodum, ad quam invitati Occidentales confluerent: ut in commune de negotio illic tractando differerent, deligerentque Legatos absentium vicem impleturos. Nimirum qui ex illa Romana Synodo Legati mittebantur, non solius Pontificis Legati erant, nec ab ipso solo mitti dicebantur, sed ab universa Synodo missi erant, ejusdem agebant vicem; tamen Legatorum Sedis Apostolicæ nomen semper retinerent: quia Occidentalium omnium coryphæus erat Pontifex. Hoc clarissimum evadit ex tertia Synodo œcumenica Ephesina; ubi Cyrillus Legatorum Apostolicæ Sedis sententiam resumens, sic loquitur: *De, osuerunt enim suppletes locum Sedis Apostolicæ totiusque Synodi sanctissimorum Deoque dilectissimorum Occidentalium Episcoporum.* Et in relatione missa ad Imperatorem: *Piissimus*, inquit, *magna vestra Roma Archiepiscopus, & universa Occidentalis Synodus, per sanctissimos Episcopos, quas ad nos ipsa misit &c.* Idem manifestum est ex Concilii sexti Actis, ubi Episcopi Portuensis, Paternensis & Rhegitanus locum tenere dicuntur Concilii antiquæ Romæ, in quo centum & viginti Episcopi convenerant. Hinc sæpe sæpius cum Pontifex noster Legatos ex Synodo mittit, non suo tantummodo, sed & Concilii no-

mine scribit in hunc modum: *Leo & sancta Synodus, quæ Romæ convenit &c.* Si quando autem vel bellorum tumultus, vel publicæ calamitates, vel temporis angustia Synodum ex omnibus suis diocæsesibus convocare Pontificem non sinebant, tunc vel unaquæque diocæsis suum cogebat Concilium, ex quo Legati ad Romanam Synodum missi sententiam Episcoporum illius diocæseos ferrent, quæ demum communibus totius Patriarchatus Legatis ad œcumenicam Synodum profecturis tradebatur: iidemque Legati a Sede Apostolica ceterarum principe, ubi Concilium convenerat, & ad cujus Episcopum omnes Occidentales per Legatos vel litteras velut ad *καρτερῶν*, ut a Basilio vocatur, confluerant, nomen Legatorum Sedis Apostolicæ fortiebantur. Ita Leo noster indicta Synodo Calchedonensi, misit in Gallias, ut diocæsis Gallicanæ suffragium ex Synodo Romam missum, per Legatos Apostolicæ Sedis ad œcumenicam Synodum deferretur. Testem habemus Leonem ipsum in epistola, quam Gallicanis Episcopis rescripsit post acceptas eorum litteras. *Optassemus quidem, inquit, fraternitatis vestrae litteras eo tempore, quo promiseratis, accipere: ut profecturis ad Orientem ad Episcopos nostris, quos ad sanctam Synodum vice nostra pro catholica fidei defensione direximus, etiam vestra sententia professio jungeretur.* Cum denique tam arctus œcumenicæ Synodo congregandæ terminus præfixus erat, ut nec aliarum diocæseon suffragia expectare, vel ad eas ne litteras quidem mittere sineret; tunc coacto Concilio vel ex diocæsi Urbis, vel ex iis Episcopis, qui tum in Urbe morabantur, Legati mittebantur, qui totius Patriarchatus Occidentalis procurationem a Patriarcha ejusque diocæfana vel provinciali Synodo suscipiebant gerebantque, & personam Occidentalium omnium in œcumenica sustinebant.

Ita factum est a Leone, postquam de indicta Ephesina Synodo secunda ex Oriente nuntium accepit. *Imperator enim, ut habet Pontifex, cupiens quam celerrime turbata componi, episcopali Concilio, quod Ephesi nunc vult haberi, nimium breve & angustum ad Pulchertempus indixit, diem Calendarum Augustarum præstituendo Conventui: cum major pars reliqui sit temporis absumentia, ut profectio Sacerdotum, qui negotio sufficient, valeat ordinari.* Rebus, inquam, ita dispositis, aliud nihil restabat, nisi ut Pontifex de Occidentalium suorum fide securus, eos dirigeret in Orientem, qui omnium causam agerent, scriberetque proculdubio de omnibus, quod de Gallicanis scriptum a se fuisse ad Calchedonensem Synodum ipse narrat in rescripto ad Galliarum Episcopos. *Merito, inquit, nos cognoscimus fratribus & Coepiscopis nostris Orientalibus intimasse quod*

Ep. 77. nunc 102. ad Episc. Galliarum cap. 1.

Ep. 27. nunc 31. ad Pulchertempus c. 4.

Ep. 77. ad Episc. c. 2. se-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Hæc & sequentia excutientur in Observ. num. 25. & seqq.

*secundum evangelicam apostolicamque traditionem de Incarnatione Domini nostri JESU-CHRISTI una esset omnium nostrum & indiscreta confessio &c.*

Inde manifestum est, quam male sibi providerit Joannes David, cum ex eo quod Legatis traditus dicebatur appellationis libellus, ad Leonem unum provocatum esse a Flaviano asseruit: siquidem ex dictis patet non solius Pontificis personam gessisse Legatos, sed omnium Occidentalium; ac proinde ad eos omnes delatam esse appellationem, quorum nomine intererant Synodo. Ac consequenter jure merito Synodum omnes Occidentalium partium Episcopos postulasse, teste S. Leone, ac ejus necessitatem ex Legatorum reclamatione & Flaviani appellatorum libello eidem oblato, arguisse.

VI. At vero, inquit scriptor ille, S. Leo Nicænorum, id est hoc loco, Sardicensium canonum auctoritatem profert, ut ex appellatione Flaviani postulationis suæ æquitatem asserat. Nullam porro appellationem commemorant Sardicenses canones præter eam, quæ Romanum Episcopum unice spectat: quare vel Synodi decretis male & extra causam abutitur S. Leo, inquit ille; vel appellationem Flaviani sibi sensit esse devolutam.

Prævaricari dixerim, qui tam infirmis fulcimentis causam sustentat, tamque contrariis sibi argumentis. Ita enim obscura sunt apud plerisque decreta illa Nicææ habita, quæ a S. Leone laudantur, ut nihil obscurius. Nihil quippe tale legitur inter Nicænos canones: & ad Sardicenses confugere cogitur David, quos sub Nicænorum nomine citatos a Leone divinat, ut a multis ante ipsum divinatum est. Verum hoc non inviti concedimus, 6 Sardicenses canones alieno hic nomine vestitos adductos esse a Leone, ut necessitatem Concilii œcumenici argueret: jam absurdissimum esse contendo, quod inde consequi vult David, nimirum nemini tunc notum non fuisse, Flaviani appellatione Apostolicæ tantummodo Sedis tribunal pulsatum esse, cum de solis hujusmodi appellationibus decernant canones Sardicenses. Hanc enim argumentandi rationem nemo est qui non Leone indignam existimet.

Si de solis appellationibus ad Romanum Pontificem statutum est aliquid Sardicensibus canonibus, necesse est ut congregetur Synodus œcumenica, quæ de appellatione Flaviani judicet.

Atqui de solis appellationibus ad Romanum Pontificem statuunt Sardicenses canones.

Ergo necesse est ut œcumenica Synodus de Flaviani appellatione judicatura convocetur.

Vides, mi David, quam sit absurda illa major propositio, cui tamen inniti necesse

Tom. II.

est argumentationem tuam: rectius enim hoc in gratiam sedis suæ elicere Leo videretur. De solis appellationibus ad Sedem Apostolicam agunt Sardicenses: Ergo auctoritate Sardicensium canonum sola Sedes Apostolica de appellatione Flaviani judicare debet. At istud non elicit S. Leo, sed potius ex Sardicensium canonum decreto congregandum esse Concilium, in quo appellatione discuteretur. Ut vero recte procedat argumentatio Leonis, unum supponendum est, quod a Davidis mente alienissimum, quodque maximi est momenti: nimirum Pontifici persuasum fuisse, quod cum Sardicensis Synodus Episcopis appellandi ad Sedem Apostolicam seu ad Episcopum Romanum potestatem fecit, non ad Episcopum solitarie sumtum, sed ad eum suarum Dioceseon Episcopis septum deferri voluit appellationem, nec aliter hanc dijudicandam censuit, quam ab omnibus Occidentalibus Episcopis sub Patriarcha suo congregatis, *convenientibus utique*, ut expressis verbis hoc loco habet Leo, *Orientalium Provinciarum Episcopis*. Tunc enim vitiosum non erit Pontificis ratiocinium, ita Augustum urgentis; sed potius dialecticæ canonibus omni ex parte congruet. Quod ut demonstraretur, S. Leonis enthymema in syllogismum resolvi debet; ex quo quid ipse in mente habuerit, quidque necessario supplendum sit, nemo Sole meridiano clarius non videat.

Tale est igitur Pontificis enthymema ex epistolis 39. & 40. (nunc 43. & 44.)

*Tribunal illud, ad quod appellandum censuit Sardicensis Synodus, post appellationem Flaviani interpositam necessario postulandum est.*

*Igitur Concilii œcumenici tribunal, seu Concilii Occidentalis sub Patriarcha suo convenientibus ex Oriente & ex toto Orbe Episcopis, post interpositam Flaviani appellationem necessario postulandum est.*

Hujus enthymematis minorem suppleri necesse est, ut in syllogismum perfectum evadat: quem subjicimus.

*Tribunal illud, ad quod appellandum censuit Sardicensis Synodus, post appellationem Flaviani interpositam necessario postulandum est.*

*Atqui Synodus Sardicensis ad Concilii œcumenici tribunal, seu Concilii Occidentalis sub Patriarcha suo congregati, convenientibus ex Oriente & ex toto Orbe Episcopis appellari censuit.*

*Ergo Concilii œcumenici tribunal, seu Concilii Occidentalis sub Patriarcha suo, convenientibus utique ex Oriente & ex toto Orbe Episcopis, post appellationem Flaviani interpositam, necessario postulandum est.*

Porro non hoc tantummodo habemus ex Leonis mente ac ratiocinio, quod in præfenti probatum volebamus; scilicet nec ad solum Pontificem appellationis libellum datum esse a Flaviano, nec id sibi Leonem

E e e

ipsum

VII.  
Ex dictis  
eruitur  
nova ca-  
nonum  
Sardicen-  
sium ex-  
plicatio.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Vide hac in re Observaciones n. 20. & seqq. in quibus tota sequens Quæsnelli ratiocinatio ad crismum exigitur.

ipsum sumfisse, ut solus post appellationem judicaret; sed egregiam præterea ac singularem Sardicensium canonum interpretationem accipimus ab ipso Pontifice Romano traditam, talique Pontifice, quo neque doctior quisquam, neque jurium sedis suæ studiosior, Romanam umquam rexit Ecclesiam. Ipso, inquam, Leone interprete docemur, quid per Episcopum Romanum fieri deberet cum ad ipsum appellabatur, & quo sensu ad ipsum appellari concessere canones illi. *Ipsi enim sunt canones*, inquit Gelasius Papa, *qui appellationes totius Ecclesie ad hujus sedis examen volvere deservi*. Ut res facilius intelligatur, lectoris oculis subjiciendi sunt canones Sardicenses.

Gelasius  
PP. ep. 4.  
ad Fau-  
stum Mag.

CANON III. *Quod si aliquis adjudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, ut iterum Concilium renovetur; si vobis placet, sancti Petri memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinarunt, Julio Romano Episcopo: & si judicaverit renovandum esse judicium, renovetur, & det iudices: si autem probaverit talem causam esse, ut non refricentur ea quæ acta sunt, quæ decreverit confirmata erunt: si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet.*

CANON IV. *Gaudentius Episcopus dixit: Addendum, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulisti, ut cum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum sibi negotium in Urbe Roma, alter Episcopus in ejus Cathedra post appellationem ejus, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio Episcopi Romani determinata.*

CANON VII. *Osus Episcopus dixit: Placuit autem ut si Episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum dejecterint; si appellaverit qui dejectus est, & confugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesie, & voluerit se audiri; si justum putaverit, ut renovetur judicium, (al. examen) scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua Provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit Episcopum Romanum, ut de latere suo Presbyterum mittat; erit in potestate Episcopi quid velit & quid aestimet. Et si decreverit mittendos esse, qui presentes cum Episcopis judicent, habentes ejus auctoritatem a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit Episcopos sufficere, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilio suo judicaverit.*

Observandum porro Concilium istud convocatum in gratiam sancti Athanasii, Marcelli, Asclepæ & aliorum Episcoporum, quos calumniis jam pridem vexabant Ariani: quod vel inde manifestum est, quod ad Julium tunc Romæ Episcopum litteræ decernuntur, non aliam ob causam, quam ut

Athanasii negotium ad se pertinere intelligeret vi istorum canonum.

2. *Consilium Episcoporum orthodoxorum, qui illuc convenerant, istud imprimis fuisse, ut causam S. Athanasii ejusque sociorum in Occidentem pertraherent: tum quia plerique Orientales, penes quos summa rerum erat, ipseque Imperator, Athanasium angue pejus oderant, ejusque pernicipi toti adlaborabant: tum quia maxima pars Sardicensium Præsulum Occidentalium erant Ecclesiarum, eorumque præsertim coryphæus Osus Cordubensis, totius Synodi ingenium & lingua.*

3. *Canones illos in gratiam Athanasii conditos, ad ipsius etiam mentem, & velut ex præjudicio, quod ipse Romam petens creaverat, esse constitutos. Septimo enim circiter ante Sardicense Concilium anno illuc se Athanasius contulerat, postquam Eusebiani ad Julium Papam Legatos misissent, qui ejus auctoritatem, Occidentalisque Concilii tribunal adversus Athanasium compellerent. Et revera Concilium Occidentale Romæ mense Junio an. 341. convocandum velut ex utriusque partis compromisso indictum est, ac postea celebratum.*

His consideratis Sardicenses Patres in trium illorum canonum primo supponunt Episcopum a proprio Provinciæ suæ Concilio sententiam excepisse; sed eundem injuriam sibi factam esse existimantem postulare, ut *Concilium renovetur*. Osus, quem & diuturnus rerum ecclesiasticarum usus, & Arianorum importunæ tergiversationes docuerant sæpissime accidere, ut sine ulla ratione ac pro hæreticorum vafritie Episcopi sedibus suis moverentur in Concilium congregandi, censuit optimum fore, si alicui a Concilio daretur facultas dijudicandi utrum & quando appellationi locus esse deberet; ne judicium ecclesiastica paterent magis nebulonum quorundam artibus ac proterviæ, quam sæcularia. Habes enim Codicis libro septimo Titulum LXV. *QUORUM APPELLATIONES NON RECIPIUNTUR: Et cessat appellatio*, ut Glosator habet, *quandoque ideo quia necessaria non est: quandoque ideo, quia non mereatur appellator aulici*: quod toto Titulo citato explicatur. Quem potius hoc munere decorasset Synodus, quam Pontificem Romanum, communem omnium Patrem, & in quo sancti Petri Apostoli memoria honoranda erat? Synodus enim provincialis suspecta erat damnato: vicinarum Provinciarum Episcopis eam ob causam congregari e re ecclesiastica non erat: hoc igitur oneris Romano datum, cui nec operosa inquisitione, aut totius negotii accurata discussione ad id opus erat; sed summatim tantum vel ex litteris priorum judicium cognoscere, sicut sæculari judici facile est statim discernere, quorum appellationes recipere permittant aut vetent juris civilis leges.

Porro *si probaverit talem causam esse ut non refricentur ea quæ acta sunt*, suum stat provinciali sententiæ robor integrum: *si judicaverit renovandum esse judicium*, decernit re-

nit renovandum, scribitque *Episcopis*, qui in finitima & propinqua Provincia sunt, ut ipsi diligenter omnino requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Mittit etiam, si ita voluerit, Presbyterum e suo latere, qui *Episcopis* judicaturis suffragium suum jungat auctoritate, ac nomine ejus a quo mittitur.

Hæc habentur in Canone septimo, ubi non plurimum interest, an quæ duobus illis Canonibus efferuntur, de revisione seu retractatione simplici prioris judicii, an de vera appellatione intelligi debeat: cum illud omne ita auctoritate Concilii statuatur, ut in potestate litigantis maneat tribunal illud adire. Certe in duobus illis Canonibus appellationis vox non occurrit, nisi semel tantum: *si appellaverit & confugerit ad Romanum Episcopum*; cujus loco in Synodo Africana, ubi refertur Canon 7. & in Græca versione legimus: *si appellasse videatur*: ex quo videntur Præfules istud appellationis veræ nomine non esse dignatos, quod his aliis verbis sapius exprimunt: *Renovare examen, renovare judicium, reficere quæ acta sunt, confugere ad Episcopum Romanum, causam iterum audiri*. Quamobrem cum ait, *Si appellaverit*, non addit, *ad Romanum Episcopum*; sed subauditum vult potius, *aliud judicium*; subjicit vero statim: *& confugerit ad Romanum Episcopum*: ut nimirum aliud judicium impetret secundum Synodi decretum.

An vero ad posterius istud judicium iudices de novo dati cum prioribus convenire deberent secundum mentem Canonis; affirmat Marcæ, negat David: & ex ipsis Canonis verbis obscurum mihi & incertum videtur. Quamquam omnino insolens videretur, ut uni Provinciæ in alteram jus daretur, hujusque sententiam, eadem neglecta Provincia, ad examen illa revocaret. Viam ecclesiasticæ disciplinæ ac consuetudini magis congruentem inierant paucis ante annis Antiocheni Patres, quamquam & catholicæ doctrinæ & sancto Athanasio infensi, cum Canone 14. statuerunt, ut ad judicium de Episcopo habendum, dissidentibus comprovincialibus Episcopis, vicinæ Provinciæ Episcopi advocarentur, *ut per eos simul & per comprovinciales Episcopos, quod justum visum fuerit, approbetur*.

VIII. Quod ordinem trium illorum Sardicenis Canonum spectat, conjectura est Petri Marcæ a Joanne Davide laudata, nativum non esse eum, qui nunc in omnibus excusis manuscriptisque codicibus conspicitur; nimirum septimum Canonem jungendum esse tertio & quarto: immo contendit solus David quarto esse præponendum. Conjectationem istam vel soli Codices Romanæ Ecclesiæ, seu Dionysianus, seu noster Dionysiano antiquior, funditus evertunt. Quis enim credat Innocentii Papæ I. temporibus, id est, quinquaginta & quinque annis post Sardicensem Synodum, tantam perturbationem in ordinem Canonum inveciam, aut inemendata exemplaria Romam transmiss-

Tom. II.

sa, vel ab Osio in Occidentem secum adportata? Quis putet ita in omnes codices irrepsisse errorem, ut quotquot ex omnibus mundi partibus videri huc usque contigit, ea ordinis inversione laboraverint; nullus genuinam Canonum seriem repræsentet? Audaciorem igitur nemo est qui non pronuntiet conjecturam, quam nec ulla necessitas postulat, nec probabilem facit ulla ratio idonea, nec ullus codex non reprobatur. Quod enim illorum trium Canonum eadem est materies; quod præsertim tertius & septimus unum idemque definiunt, arguit potius interjecto tempore editos esse, quam una serie ac una manu conditos: quia si eodem tempore, eademque occasione definitum esset quicquid utroque continetur, in unum eundemque Canonem conjectum esset. Duo porro ideo facti sunt, quia post aliqua alia in Synodo ventilata, venit in mentem Episcopi alicujus priora decreta revolvantis, hæc tertii Canonis de Romano Episcopo verba, *det iudices*, contractiora esse, nec formam judicii, de quo agebatur, satis aperire: hinc postulavit ille Canonem explicari, conditionesque judicii de novo ordinandi distinctius exprimi: quod & obtinuit, condito eum in finem septimo Canone.

At contra argutatur David ex his Canonis quarti verbis: *Addendum, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulisti; ut cum aliquis Episcopus depositus fuerit &c.* Ex his, inquit, verbis evidenter sequitur, Canonem, qui quarto huic præibat, aliquid statuisse circa depositionem Episcopi. De hac tamen nihil prorsus in tertio Canone; solus septimus eam expresse attingit. Igitur septimus Canon quarto debet præmitti. Nugæ, nugæ: in nullo enim trium Canonum quicquam de depositione decernitur; sed eam omnes supponunt. Hoc ceteris amplius habet Canon tertius, quod omnes omnino Episcoporum complectitur causas, in quibus qui causa cecidisset, de altero judicio appellando vellet cogitare: quas inter dubium non est primum eam locum tenere, in qua depositionis poena illata esset Episcopo. Id probe intellexit Gaudentius significari primis Canonis verbis: *Quod si aliquis adjudicatus fuerit Episcopus* IN ALIQUA CAUSSA: hoc est, in qualibet causa: unde postulavit, ut in depositionis causa, quæ una illarum & quidem major erat, id decerneretur (quod in aliis locum non habebat) ne dum appellationem suam apud Apostolicam Sedem prosequitur depositus Episcopus, alius ei superordinetur, donec an appellationi locus dandus, an priori standum judicio, decernat ex mandato Synodi Romanus Pontifex, resque demum tota novo judicio determinetur.

IX. Confirmato semel antiquo ac genuino Canonum istorum ordine, pro quo novum Joanne David non alio animo supposuit, tunc nonum Canonum interpretationem utcumque fulciret; confirmatam per se ruit ædificatio hæc, cujus dicto confectum quuntur.

Eeee 2

motum est fundamentum. Duo sunt autem, quæ inde consequi manifestum est. Unum, non genuinam esse interpretationem, quæ defendi non possit, nisi inverso Canonum ordine, contra omnium codicum excursorum & MSS. fidem; contra Latinorum Græcorumque scriptorum omnium, qui Canones istos vel ediderunt, vel interpretationibus ac suis commentariis illustrarunt, iudicium; contra antiquissimum Ecclesiæ Romanæ, cuius partes maxime aguntur, testimonium ex utroque codice erumpens.

Alterum inde consecutaneum est, mentem Concilii Sardicensis non tam ex contractioribus obscurioribusque Canonis tertii & quarti verbis, quam ex fusiori clariorique definitione septimi esse investigandam. Postiores enim cogitationes prioribus derogant, & ex posterioribus decretis priorum accipienda interpretatio est: nisi communibus juris legibus, communique ipsi sensui nuntium velis remittere. Si igitur, quod contendit David, minus tribuitur Pontifici Romano in tertio Canone, quam in septimo, minus etiam in septimo quam in quarto: cum septimus ultimo loco sit conditus, ex eo petenda est procul dubio priorum intelligentia, & ad hujus septimi sensum reducendus aliorum sensus. Nec temere quis, his consideratis, putaverit, Episcopos Orientales, qui Synodo intererant, animadvertentes verba hæc tertii Canonis, *det iudices*, quæ nihil de loco, formaque iudicii præscribunt, latissimum jus creare Pontifici, prævidentes fore aliquando, ut vi hujus decreti causæ Orientis in Occidentem traherentur, ac pro unius arbitrio Pontificis terminarentur, sese commoverunt, petieruntque ut certi limites ponerentur concessio privilegio, nec extra suas Provincias iudicarentur. Augebat suspicionem Orientalium, quod Gaudentius, quem unum ex Occidentalibus fuisse & nomen & loquela indicant, dum Canone quarto de addendis ad superiorem differit, sic interpretatus est verba Canonis, ut horum loco: *Si putat se bonam habere causam, ut iterum Concilium renovetur*; hæc alia supposuerit: *Si proclamaverit agendum sibi negotium in Urbe Roma*: & pro his: *Renovetur & det iudices*: ista: *Causam in iudicio Romani Episcopi determinari*: qua interpretatione mirum in modum ampliabatur superius decretum. Quamobrem reclamantibus Episcopis satisfactum puto per septimi Canonis conditionem, quo & tertius explicatus est ac temperatus, & suspicio ex affectata Gaudentii interpretatione nata, ab animis Orientalium obliterata est.

Confirmatur ex modo, quo tres isti Canones concepti sunt: tertius enim & septimus omnino Canonis & decreti formam habent. Hoc tertii clausula indicat: *Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet*. Septimi similiter initium auctoritatem præ se fert Synodi decernentis ore sui Præsidis Osi: *Osius Episcopus dixit: Placuit*. Quartus vero propositionem solummodo continet

Episcopi unius, Gaudentii scilicet, qui Synodo non præsidebat, & timide proponit ex proprio ingenio rem a Synodo examinandam: *Addendum, SI PLACET, huic sententia*: nec responsum est a Synodo: *Placet*. Adde, nihil ab eo directe propositum de iudicio renovando, vel iudicii forma; sed tantummodo de non superordinando Episcopo in locum appellantis: quod vel ex titulo utriusque codici inserto intelligitur, qui sic se habet in nostro veteri: *ut appellanti non superordinetur Episcopus*. Et apud Dionysium Exiguum: *ut nullus accusati sedem usurpet Episcopi*. Ex quibus manifestum est, non ex isto quarto Canone jus recipiendarum appellationum sibi vindicasse antiquiores Romanæ Ecclesiæ Proceres, qui codicis auctores fuerunt, sed solummodo ex tertio & septimo. Illius titulus in nostro talis est: *De appellatione ad Episcopum Romanum*: hujus vero talis: *De retractanda causa appellantis in Synodo provinciali*. Ac demum certum evadit uni septimo inhærendum, qui ad tertii & quarti explicationem conditus videtur: cum uterque, aliquot allocutionibus interpositis, ad examen est revocatus instantia Episcoporum.

Ad hunc igitur respexisse nostrum Leonem putaverim, atque ex eo per consequentiam Synodum in Occidente postulasse, ad quam & Orientales convolarent. Cum enim Canon facultatem faciat Episcopo Romano decernendi Synodum ex finitima & propinqua Provincia, in qua renovetur examen causæ Episcopi a sententia propriæ Provinciæ appellantis: si ab universali Orientalium Provinciarum Synodo appellaretur; sequitur ut universalem alteram in Occidente, ad quam & concurrant Orientales, postulare possit Romanus Pontifex: qualem revera postulavit Leo, ut ex superioribus constat.

Si porro ex quarto etiam Canone jus suum asseruisse Pontifices Romanos, & illum Leonem pariter ob oculos habuisse contenderis; nolim ego contentiose nimis contraire. At si appellationem in eo commemoratam ad solum velis spectare Pontificem, quod asserere videtur David, hoc & Sardicensium Præsulum & sancti Leonis menti contrarium existimamus. Sardicenses enim hoc unum ajunt: *Si Episcopus depositus proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma*, causam in iudicio Episcopi Romani esse determinandam. Quid sit vero iudicium Episcopi Romani, patet ex ipsis canonibus, de quibus agitur, ubi *iudicium renovari* & *Concilium renovari* pro uno & eodem accipiuntur. Et vero si iudicium pro sententia aceperetur, non fuisset dicendum in iudicio, sed tantum iudicio. Constat igitur Concilium Romani Episcopi hic intelligendum. At quale Concilium, investigandum nobis est.

Multiplex Concilium Romano subest Pontifici, sicut multiplicem in se uno habet administrationis ecclesiasticæ gradum. Est enim simul Urbis Episcopus, Romanæ Provinciæ Metropolitana, suburbicariarum Diceceson Pri-

X.  
An ex  
quarto  
Canone  
arguerit  
sanctus  
Leo.



mas, Occidentalis tractus Patriarcha, in tota denique Ecclesia caput & apex. Ut Episcopus, Synodum habet parœcialem, seu, ut nunc loquimur, diœcesanam; ut Metropolitana, provincialem; ut Primas, Synodum Diœceson plurimarum; ut Patriarcha, patriarchale totius Occidentis; ut in Ecclesia caput & primas, œcumenicum. Cum intra Parœciam seu Diœcesim propriam ad eum appellatur a sententia iudicis inferioris, 7 ad eum appellatur Synodum parœcialem, seu ad eum Cleri sui consilio septum; cum ex Provincia, ad provincialem; cum ex Diœcesibus suburbicariis, ad diœcesanam; cum ex tractu Occidentali, ad Occidentalem; cum ex aliis Ecclesiæ partibus, ad œcumenicam & universalem; nisi ex libera appellantium optione ac libello aliud significetur. Ad hanc, ni fallor, normam Sardicensis Canonis sensus eruendus est; ac eadem ratione de Flaviani appellatione iudicandum.

Et certe quisquis æquitatis leges ac humani ingenii indolem, sepositis omnibus præjudiciis, consuluerit, numquam adducetur ut credat Episcopum totius suæ Provinciæ sententia condemnatum, deinde in altera adhuc vicinæ Provinciæ Synodo, quod vult David, eidem sententiæ subiectum, idque auctoritate Pontificis Romani per Legatum e latere missum præsentis ac subscriptis, eidem uni Pontifici causam suam committere voluisse. Quam igitur satius est existimare litigantem eum Episcopum post tentatum Provinciæ suæ tribunal, Pontificisque opem exploratam, de majori Synodo appellanda cogitasse, qualis est vel Occidentalis, vel œcumenica; jusque illius Synodi appellandæ Episcopis concessum esse a Sardicensi Synodo: quæ Pontificem Romanum nominavit, ut illius caput ac primatem, cui nimirum debebat velut Synodi procuratori libellus appellationis tradi, & ex huius primatus jure, & ex necessitate, Synodo videlicet, cui daretur, nondum congregata.

Sed quid conjecturis agimus, qui Pontificem ipsum Leonem Canonis Sardicensis & appellationis Flaviani habemus interpretem? Cum enim ex subiecto epistolæ suæ Canone Sardicensi *generalem ex toto orbe Synodum intra Italiam*, id est Synodum Occidentalem, *ad quam conveniant Orientalium Provinciarum Episcopi post Flaviani appellationem* 8 *neccessario postulari* ac celebrari debere significet: cum præterea in eo Canone nihil aliud ea de re habeamus, quam *caus-*

*am Episcopi, qui proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma, in iudicio*, hoc est Concilio, *Episcopi Romani esse determinandam*: sequitur absque dubio iudicium seu Concilium istud Romani Episcopi aliud non esse, Leone ipso teste, quam œcumenicum ex toto orbe, seu generalem Synodum intra Italiam, ad quam utique Orientalium Provinciarum Episcopi conveniant. Ita honorabatur sancti Petri Apostoli memoria, cum post Orientalem Synodum, cui non interfuerat Romanus Pontifex, aliud iudicium adornari in Occidente permittebatur, cui ipse præesset, quod per ipsum prioris Synodi sententiam ad incudem revocaret, & cuius iudicium ex ore Pontificis prodiret: post quæ usurpari posset, quod Leo in epistola ad Theodorum scripsit in hunc modum: *Solis iustitiæ jubar densis per Orientem nebulis impeditum, pure ab Occidente resplenduit; ubi culmen suum in Apostolis & Doctoribus principaliter collocavit.*

Epist. 93.  
nunc 120.  
ad Theod.  
cap. 2.

Sententiæ nostræ clare succinunt litteræ 9 Valentiniæ & Augustarum, quas ex sancti Leonis suggestione dictatas, ad eum mentem & consilium scriptas esse non dubito. Porro postquam ille dixit quod *secundum solemnitatem Conciliorum* (Sardicense intelligit) *Constantinopolitanus Episcopus Romanum per libellos appellavit*: ut notum faceret non appellatum esse per Flavianum ad Romanum Episcopum solitarie sumtum, sed ad omnes potius Occidentis Episcopos sub Patriarcha suo congregandos, convenientibus utique Orientalium Provinciarum Episcopis, ut superius exposuimus; consequenter & ad Concilii Sardicensis mentem Leonisque interpretationem postulat, *ut prædictus Sacerdos* (Leo) *congregatis ex omni orbe etiam reliquis Sacerdotibus intra Italiam, omni præjudicio submoto, a principio omnem causam, quæ vertitur, sollicita probatione cognoscens, sententiam ferat, quam fides & ratio veræ Divinitatis exposulat. Eadem ratione Licinia Augusta postulat ut causa fidei & christianæ religionis, quæ mota est, in partibus Italiæ congregato Concilio ex integro perquiratur. Eodem denique sensu Concilium istud, quod congregatis ex omni orbe reliquis Sacerdotibus intra Italiam haberi vult Valentiniæ, quod & generalem ex toto orbe Synodum Leo nuncupat, Placidia Augusta vocat Concilium Apostolicæ Sedis, ad quod postulat, ut iudicium transmittatur: Synodi Nicænæ seu Sardicensis mentionem injiciens, ut ex ejus auctoritate cogen-*

9

## EDITORUM ADNOTATIONES.

7 Nullas appellationes ad Romanum Episcopum delatas, ad ipsum delatas vult Quenellus ob jurisdictionem ipsius propriam, sed semper ad Synodum vel parœcialem, vel provincialem, vel diœcesanam, vel Occidentalem, vel œcumenicam, nisi ex libera appellantium optione aliud significetur. Ut autem alia prætereamus de Romano Pontifice ut Episcopo urbis, vel ut Metropolitana &c. ejus ju-

risdictio ratione primatus, quæ in præsentis causa potissimum spectanda est, ita personam ipsius afficit, uti primatus ipse est personalis: ac propterea appellationes ad eum delatæ ratione primatus, ejusdem personalem jurisdictionem respiciunt. Vide Observat. in Dissert. v. part. 1. c. 7. & Observ. seqq. n. 10.

8 Confer Observat. n. 23.

9 Vide Observ. num. 4. 5. & 23.

XI.  
leo & Imperator  
Valentiniæ  
ianus explanationi  
ostre sub-  
scribunt.

8

dam necessario Synodum suadeat; & appellationem pariter Flaviani commemorans, cui iudicium, quod appellaverat, debebatur ex eisdem Synodi decreto. Appellationis porro Flaviani libellum distinctissime pronuntiat missum esse *ad Apostolicam Sedem, & ad omnes Episcopos harum partium*, hoc est Occidentalium. Ex quibus certissimum evadit Concilium Occidentalium omnium Episcoporum, esse Concilium Sedis Apostolicæ, ex quo convenientibus Orientalium partium Episcopis, fit œcumenicum ac generale; idem denique esse ad quod appellaverat Flavianus, cum ad Sedem Apostolicam provocavit.

Pag. 160. Videretur certe ab his, quæ diximus, non multum recedere David, cum scribit uno eodemque libello utrumque, Pontificem, & Concilium appellatum esse: Concilio quippe Pontificem inesse, & vicissim Pontifici Concilium; numquam ad unum appellari, quin & ad alterum provocetur, neminemque umquam credidisse Romanum Pontificem solum & absque Synodo sua de appellationibus ad sedem suam interjectis iudicare posse.

Pag. 161. XII. Sed ludit profecto illudique scriptor ille, cum quid doli verbis istis contineatur, statim aperiat sequentibus lineis: ubi ex tot Episcopis Occidentalibus & Orientalibus, quibus in Synodum coactis præsidet Pontifex, solum hunc iudicem causæ necessarium esse pronuntiat: alios porro Synodo interesse velut pro communi causâ sollicitos, & qui litigantes interventu suo apud iudicem sint adfuturi: non tamquam iudices ex quorum suffragio ac sententia lis terminanda sit.

Contradicit sibi auctor novellus. *Il n'est pas malaisé, inquit Joannes David, de discerner a qui Flavien envoi son appel, comme* Quod quam sacrosancto Episcoporum ordini injuriosum sit, quamque contumeliosum sacris œcumenicarum Synodorum conventibus, nemo rebus ecclesiasticis vel leviter tinctus non videt; nemo sacræ Hierarchiæ studiosus sine stomacho legit. Sed

& quam Leoni hoc ipso loco contrarium, qui Synodum generalem postulari debere asserit, non ex utilitate solum, sed ex necessitate, non ex indulgentia, sed ipso iure, non ex dispensatione arbitrioque Pontificis, sed ex sanctorum Patrum auctoritate Conciliorumque regulis; non denique ad pompam & splendorem, sed ut periclitanti fidei ejusque defensoribus oppressis succurreretur. *Quam autem, inquit, post appellationem interpositam hoc* NECESSARIO *postulatur, Canonum Nicææ habitorum decreta restantur &c.*

Rursus absurdum est omnino quod scribit auctor citatus, pag. 294. *magnam scilicet Synodum Calchedonensem* non aliam ob causam convocatam esse, quam ut de appellatione Flaviani cognosceretur. Si enim necessarii iudices non sunt alii Episcopi Synodo præsentibus, & solus Romanus Pontifex necessarius est causæ cognitor, summæ imprudentiæ (ne quid amplius dicam) reus erit sanctus Leo, qui cum lacrymis & gemitibus supplicat ut Sacerdotes ex toto orbe convocentur, Ecclesiis non sine gravi christianæ rei damno relictis: cum unus Pontifex propria possit auctoritate causam absolvere, propter quam solum Concilium congregatur. Denique quis mentem Davidis possit assequi? Aut quis potius non mireretur hominem sibi ipsum contraria scribentem: cum pluribus locis necessarium iudicet Episcopos in Synodum coalescere, ut appellatio ad Romanam Sedem delata discutatur, & negotium terminetur, nec canonicum esse iudicium, quod extra Synodum de appellante Episcopo fuerit prolatum: aliis vero in locis, immo toto fere libro in hoc unum nitatur, ut totum huiusmodi negotium ex Pontificis nutu & arbitrio pendere asserat; ceterosque Episcopos Synodi spectatores agere, ut causam, quæ communis est omnium, obsequiis suis solummodo ac precibus promoveant?

10

Pag. 328.

Pag. 298.

EDI-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

10 Cur S. Leo necessarium duxerit Concilium generale, exponemus in Observ. n. 14. & seqq.

## OBSERVATIONES

IN DISSERTATIONEM VIII. QUESNELLI,

de *Causa S. Flaviani Episcopi Constantinopolitani*.

I.



Uot coniectationes & sophismata Quesnellus congeffit & involvit in præmissa Dissertatione, ut S. Flaviani Constantinopolitani Episcopi appellationem, quæ celeberrima est, & Apostolicæ Sedis auctoritatem in ipsas Orientales Ecclesias earumque etiam majores Episcopos confirmat, eidem Sedi subduceret, & ad generale Concilium transferret? Ne Lectores morosius detineamus in singulis, quæ prolixiorum, nec omnino necessariam disputationem flagitent; rem totam ad certa capita redigentes, ejus præcipuas fallacias ac inanes conatus demonstrabimus.

2. Et primo quidem haud opus est laborare in ea quæstione, num verba, quæ in Ephesino latrocinio pronuntiavit Flavianus post sententiam inique prolatam, *recusatio* fuerit, ut indicat vis Græcæ vocis *παραιτουμαι* *recuso te*, an appellatio, ut vetus Latinus interpret reddidit, *appello a te*. Congruentius quidem *appellationi* locus fuit post sententiam, quam *recusationi*, quæ ex legum etiam antiquarum constitutionibus, ac ex ipsa judiciorum praxi ante sententiam proferenda est, cum vel judex est incompetens, vel judicii ordinem pervertens, ac præconcepto aliquo affectu laborans legitimus esse definit. Dioscorus vero jam ante sententiam tyrannum agens, Legatos Apostolicæ Sedis, ut oportebat, non observavit, Leonis epistolas, quæ ante omnia legendæ erant, legi noluit, & ante Flaviani sententiam Eutychem absolvit: unde recusari omni jure potuit. Qui autem judicem tam iniquum ante sententiam non recusavit; si servandæ fuissent consuetæ judiciorum formulæ, post sententiam non eum recusare, sed ab eo appellare debebat. Sed in latrociniali judicio, ubi omnia erant perturbata atque confusa, sicut requirendæ non sunt legales formulæ, ita nec in vocibus recusationis, vel appellationis est insistendum. Et licet recusatio post sententiam per se appellationem involvat ad alium judicem; cum tamen in brevissima formula, qua Flavianus est usus, nullus judex nominatus fuerit, ex hac unica formula, quæcumque sit, nihil pro Apostolica Sede elici potest. Aliunde igitur res expiscanda est.

Num formula post sententiam a Flaviano adhibita recusationis fuerit, an appellationis.

3. Id autem, ex quo explorata Flaviani ad Romanam Sedem appellatio colligitur, est ille libellus, quem is Legatis ejusdem Sedis post sententiam obtulit: in quo quidem appellationem fuisse expressam idem Quesnellus non inficiatur. At num. 2. Leonis nomen in hoc libello haud insertum contendit, idque ex ipsis S. Pontificis litteris conjicit, in quibus *numquam Sedem suam appellatam* tradit: *quod Pontifex Sedis suæ jurium studiosissimus numquam omisset, si ita fuisset*. Huic autem negativo argumento modicum fidens, addidit positivum, nimirum eundem Pontificem aliosque Sacerdotes Romanæ Synodi reipsa a Theodosio postulasse generale Concilium, quod post Flaviani appellationem *necessario* petatum idem Leo tradidit. *Cur* autem, inquit Quesnellus num. 4. *necessario postulata Synodus œcumenica, quando non œcumenica Synodus postulata sit?* Ut autem tota hæc res palam fiat, omnisque dubitatio profus eximatur, tria nobis constituenda sunt. I. S. Flavianum in latrocinio Ephesino depositum, appellationis libello Legatis tradito, ad Romanum Pontificem reipsa provocasse, & ad Romanam Synodum, non vero ad Concilium œcumenicum. II. S. Leonem hoc libello accepto, statim coacta Romana Synodo, Apostolicæ Sedis auctoritate judicium instituisse, quo omnia ejusdem latrocinii gesta irrita, & S. Flaviani depositionem omnino inanem & nullam esse decrevit.

Libellus appellationis ejusdem ad Sedem Apostolicam.

vit. III. alia tandem de caussa petiisse Concilium generale, quam quod Flavianus ejusmodi Concilium appellavit.

Appellavit ad Romanum Pontificem.

4. Flavianum ad Romanum Pontificem provocasse indubii testes fidem faciunt. Cur Quesnellus merum negativum ex Leonis silentio ingerens, non allegavit Liberatum, qui dum ea, quæ in hac caussa narrat, ex documentis abs se inspectis sumpsit, appellationem ad Apostolicam Sedem a Flaviano delatam pronuntiat in Breviario cap. 12. *Flavianus contra se prolata sententia, per ejus Legatos Sedem Apostolicam appellavit libello?* Cur hoc loco præterivit Valentiniani Imperatoris epistolam inter Leoninas 55. quæ cum ex Leonis relatione atque consilio ad Theodosium scripta fuerit, ut idem Quesnellus tradit n. 11. in ea non minus Valentiniani, quam ipsius Leonis testimonium agnoscere licet? Ibi autem expresse scribitur: *Constantinopolitanus Episcopus eum (Romanum Antistitem) per libellos appellavit.* Hoc quidem testimonium Quesnellus ne omnino dissimularet, retulit quidem paullo ante finem Dissertationis n. 11. sed ut ejus vim elideret, Valentinianum in iisdem litteris postulasse ait Concilium, in quo cum Occidentalibus Episcopis Orientales quoque convenirent, idest Concilium generale, perinde ac si ad generale Concilium Flaviani appellationem directam intellexerit. Licet vero idem Augustus ex Leonis consilio, quod postea explicabimus, Synodum œcumenicam postulaverit; non tamen Flavianum ad ejusmodi Synodum, sed ad summum Pontificem provocatæ adeo diferte tradidit, ut Petrus de Marca, qui Quesnello suspectus esse non potest, lib. 7. de Concord. c. 7. n. 2. scripserit: *Flavianum vero ad Leonem Papam provocasse tradito Legatis libello, manifeste probatur ex epistola Valentiniani: & paullo post: Libellum appellationis tradidit Legatis summi Pontificis, sic tamen ut ad SOLUM Pontificem Romanum provocaverit.*

Placidia addit: & ad omnes Episcopos harum partium.

Qui non sunt Episcopi totius orbis, nec Concilium œcumenicum indicant.

5. Idem testatur etiam Placidia Augusta epist. 56. ubi solummodo appellationem Flaviani non ad unum summum Pontificem *Sedis Apostolicæ* nomine designatum directam tradit, sed & ad omnes Episcopos harum partium. Episcopos vero harum partium Quesnellus n. 11. interpretatur *Occidentales*. Ita etiam testimonium Theodoriti, quo in epistola ad Renatum Concilium Romanum post suam depositionem in latrocinio Ephesino appellavit, de totius Occidentis Concilio intelligendum contendit Dissert. 10. num. 3. & hujus rei hanc rationem affert num. 2. qua Orientalium convocationem excludens, ad solius Occidentis Concilium eum provocasse palam præfert. *Quid restabat, inquit, Theodorito agendum, Orientalibus pene omnibus vel furentibus, vel oppressis, vel ne hiscere quidem audentibus, nisi ut ad Occidentales se se converteret, eorumque fidem ac religionem sollicitaret?* Si autem similiter explicandum esset testimonium Placidia, ipso Quesnello de *Occidentalibus* interpretante; non ergo ad œcumenicam, sed ad Occidentalem Synodum ad summum appellasset Flavianus: nec Quesnellus, nisi sibimetipsi parum cohærens, œcumenicum Concilium, ad quod ille provocaverit, ex illis verbis ingerere potest.

Nec sunt Episcopi totius Occidentis.

6. Sed falsum est in Placidia litteris *Episcopos harum partium* indicare Episcopos totius Occidentis. Ad hæc verba, quæ ex Leonis proculdubio mente scripta fuere, probe intelligenda conferent illa, quæ idem Pontifex inferuit epist. 44. ad Imperatorem Theodosium. *Omnes partium nostrarum Ecclesiæ, omnes mansuetudini vestræ cum gemitibus & lacrymis supplicant Sacerdotes.*

Sed Episcopi Synodi Romanæ.

S. Pontifex hæc scripsit Synodi Romanæ nomine, ut palam fit ex ipsa inscriptione ejusdem epistolæ: *Leo Episcopus & Sancta Synodus, quæ in Urbe Roma convenit.* Hanc Synodum, quam audito nuntio latrocinii Ephesini habuit, & cujus nomine hæc scripsit, non erat utique Synodus totius Occidentis, cui congregandæ longius tempus requisitum fuisset, mora que diuturnior, quam res postulabat. Synodus fuit Episcoporum, qui ex variis partibus aliis atque aliis de caussis Romam accesserant, vel ex finitimis etiam urbibus cito evocari potuerunt; ut in aliis plerisque urgentibus negotiis fieri solebat: (vix enim ex toto Occidente generales Synodi indictæ inveniuntur: ) & probabilius Synodus fuit eorum Episcoporum, qui anniversario diei ordinationis S. Leonis celebrando Kalendas Octobris frequentissimi convenerant, uti animadvertimus in Observationibus ad Dissert. I. Quesnelli not. 1. ad an. 449. Igitur dum S. Pontifex suæ Synodi petitionem expressit sub nomine *Ecclesiarum & Sacerdotum nostrarum*

*rum partium*, his proculdubio vocibus *nostrarum partium* illi tantum Episcopi intelligi queunt, qui ea in Synodo Romana præsentibus, una cum Leone, suo & suarum Ecclesiarum nomine Theodosium supplicabant. Similiter ergo & in Placidia litteris voces *ad omnes Episcopos harum partium* de Episcopis, qui ex more Romanæ Ecclesiæ in Romana Synodo congregari solebant, intelligendæ videntur, ut ne ad totius Occidentis Episcopos in distitis ac remotis provinciis dispersos extendendæ sint. Si quis nullo allato documento fecus iudicet, præter usitatum morem ac sensum ex arbitrio eas interpretari convincetur. Adde quod haud probabile est, Flavianum, qui hac appellatione promptum suæ calamitati remedium quærebat, id quæsisse quod longiores moras postulasset, ut scilicet ex toto Occidente Episcopi convocarentur. Quodsi credatur Flavianus non solum ad Apostolicam Sedem, verum etiam ad Episcopos Romanæ Synodi provocasse; id non alia de causa fecisse censendus est, nisi quia sciebat, Romanos Pontifices in gravissimis causis ejusmodi Synodos solere cogere, ut maturius & exactius negotium dijudicaretur. Hoc quidem consilio S. Leonem epistolis hac in re transmisissis non suum tantum, ut in aliis litteris, sed & Synodi nomen inscripsisse credibile est, ne præcipiti quodam impetu sine congruo examine negotium hoc transgressus videretur.

7. Notanda vero potissimum sunt verba, quibus S. Leo epist. 61. c. 1. suam & Synodi sententiam distinguit. *Quæ scripta nostra*, inquit, *non solum Apostolicæ Sedis auctoritate, sed etiam Sanctæ Synodi, quæ ad nos frequens convenerat, unanimitate directæ sunt.* Quesnellus hanc postillam affixit in margine: *Nota distinctionem & gradationem*; perinde ac si ab Apostolica Sede ad Sanctam Synodum quasi a minore ad majorem gradus fieret. At non ita est. Dum S. Pontifex Apostolicæ Sedi auctoritatem, suæ autem Synodo unanimi-  
tatem adscribit; palam innuit totam, vel potiorem auctoritatem in ejusmodi Synodis Apostolicæ Sedi esse deferendam: Synodum autem secum congregatam non nominari, nec vim habere nisi ob *unanimitatem*, qua plures ad causam cognoscendam ac dijudicandam convocati, omnes in eandem cum suo capite & cum Sede Apostolica sententiam transierunt. Quæ Synodi *unanimitas* etsi plurimum conferre soleat ad iudicii maturitatem declarandam & ad faciendam fidem; auctoritati tamen Apostolicæ Sedis nihil præjudicat: tum quia hæc per se se, etiam independentem a Synodo, jus suum ex primatu dimanans exercere potest, ac identidem exercet; tum quia si tota vis Synodi ex *unanimitate* pendet, efficax hujus auctoritas in Apostolicæ præsertim Sedis auctoritate ac iudicio consistit: unde pleræque Romanorum Pontificum epistolæ, licet in ejusmodi Synodis exarata, non tamen Synodi, sed solius Pontificis nomine atque auctoritate editæ sunt ex antiquissima Romanæ Ecclesiæ consuetudine, ut liquet ex \* epistola Synodi Romanæ ad Clericos & Monachos Orientales an. 485.

8. Id autem auctoritatis in Flaviani causa, quæ appellationem Orientalis Episcopi respicit, multo magis perspicuum est. Quæro enim ex Quesnello, num particulari Synodo Romanæ, si a Summo Pontifice separetur, jus tribuat cognoscendi causas appellationum, quæ ex Oriente deferuntur? Iudex appellationum profecto esse nequit, nisi qui superior est eo iudice, a cujus sententia appellatum fuit. Superior autem Orientalibus iudicibus, qui Flavianum condemnaverant, Romanus quidem Pontifex est ratione primatus, qui cum personalis prærogativa sit, ejus auctoritas a Synodo nequaquam pendet; & idcirco ad eum etiam solum ac separatim a Synodo appellare Flavianus potuit: ceteri vero Occidentis aut Romanæ Synodi Episcopi a Summo Pontifice sejuncti cum pari primatu ac jure non potiantur, Orientalibus superiores dici nequeunt; ac propterea Flavianus ad hos perinde separatos non potuit provocare. Quod si ad hos quoque provocavit, præmissa tamen appellatione ad Sedem Apostolicam, seu ad Summum Pontificem, ut Placidia testimonium præfert; cum hoc jus non ex prærogativa ipsorum propria, sed ex primatu Romani Pontificis, quorum illi *unanimitè* sententiam tulerunt, in eisdem aliqua ratione dimanet; solum vel præcipuum jus Romani Antistitis Flavianus respexisse credendus est, licet ex more iudiciorum Sedis Apostolicæ etiam ad Episcopos Romanæ Synodi, qui in gravioribus id genus causis a Pontifice advocari solebant, appellationem direxerit.

Cur Flavianus præter Sedem Apostolicam Episcopos Romanæ Synodi appellavit. Auctoritas harum Synodorum est præsertim in Summo Pontifice.

\* tom. 5. Concil. Ven. edit. col. 248. d. Eadem Rom. Pontificis auctoritas in appellatione Flaviani confirmatur.

Valentiniani testimonium idem jus pontificium statuit, ac in primatum refert.

9. Hinc sane laudatus Valentinianus totam appellationis rationem in primatum Sedis Apostolicæ, qui solius Romani Pontificis proprius & personalis est, retulit his verbis epist. 55. *Debemus ... dignitatem propriæ venerationis B. Apostolo Petro intemeratam & in nostris temporibus conservare; quatenus Beatissimus Romanæ civitatis Episcopus, cui PRINCIPATUM Sacerdotii super omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide & SACERDOTIBUS judicare .... Hujus enim rei gratia secundum solemnitatem, seu morem Conciliorum Constantinopolitanus Episcopus EUM per libellos appellavit.* Vides appellationis rationem in eo collocari, quia Summus Pontifex, principatus, seu primatus causa, habet potestatem de Sacerdotibus, ac proinde de Constantinopolitano etiam Episcopo judicare?

Quatenus primatum competat.

10. In hoc sane Apostolicæ Sedis, seu Romani Pontificis principatu seu primatu duæ potissimum distinguendæ sunt essentialis prærogativæ. Una quod idem primatus personalis est, ita uni personæ summi Pontificis alligatus, ut nulli alii communis sit: unde qui primatum ejusmodi dividerunt, seu communem fecerunt SS. Petro & Paulo, constituentibus duo Ecclesiæ capita, ac duos primates æquales, ab Ecclesia reprobati fuere. Id in dubium non vocabit ipse Quesnellus, quippe qui in opere inscripto *La discipline de l'Eglise* tom. 1. pag. 96. explicans illud Pauli II. Cor. c. 12. v. 11. *Nihil minus fui ab iis, qui sunt supra modum Apostoli,* ait: *En tout cela l'égalité ne regarde précisément que l'Apostolat, non la primauté de l'Apostolat:* quibus cum Petri primatum nemini ipsorum Apostolorum communem fateatur, personalem utique ipsius, ac proinde etiam successorum ejus fuisse, & esse, nec a quopiam pendere necessario cognoscit. Alia prærogativa est, primatum ejusmodi non meri ordinis & honoris principatum esse, sed præcipuæ jurisdictionis, ut ipsi etiam Gallicani scriptores cum catholica Ecclesia profitentur. Hic ergo primatus, seu principatus peculiaris juris supra Episcopos cum personalis sit, sicut Apostolicæ Sedis Concilio & Episcopis in eo congregatis communis dici nequit, sed est proprius solius summi Pontificis; sic jus illud appellationis Flaviani ad Sedem Apostolicam delatæ ejusdem primatus causa, ut Valentinianus & Placidia testantur, iisdem Concilio & Episcopis ita communis dici nequit, ut summo Pontifici per se se denegetur. Immo si Pontifici ex primatu competit, ita hoc jus quatenus primati competens ipsius est proprium, ut aliis Episcopis eodem primatu carentibus æque commune non sit; nec Synodi ac Episcoporum convocatione idem Pontifex indigeat ad acquirendum vel exercendum hoc jus, quod ipsius proprium a nemine pendet, sicut nec pendet primatus, ex quo jus illud derivat, ut pluribus constituimus in Observationibus ad Dissert. V. Quesnelli part. 1. c. 7. Hac forte de causa Valentinianus ad solum Romanum Episcopum appellationem a Flaviano interpositam prodidit, nec memorandos duxit *harum partium*, seu Romanæ Synodi *Episcopos*, etiam si in ipso libello appellationis nominati fuerint, ut ex Placidia testimonio colligere licet. Interim vero ex his, quæ hæcenus disseruimus, indubiis testibus demonstratum credimus, S. Flavianum provocasse ad S. Leonem, non vero ad Concilium totius Occidentis, nedum ad œcumenicum, ut Quesnellus contendit.

Leo reipsa judicium tulit.

Epist. 46.

11. Ipsum vero Leonis factum eandem rem apertius declarat. Accepto enim appellationis libello, quem Hilarus attulit, vel Synodum Episcoporum, qui evicinis civitatibus expedite acciri poterant, nec non eorum, qui Romæ variis de causis ex aliquot totius Occidentis partibus reperiebantur (unde *Occidentale Concilium* ab Hilario appellari potuit) statim coegit; vel, ut probabilius credimus, illud Concilium, quod ex iisdem fere Episcopis celebrando diei anniversario ordinationis suæ jam coactum habebat, tantæ rei causa aliquandiu produxit: ac in eo omnia latrociniæ Ephesini gesta præsertim in Flavianum rescidit. Id discimus ex epist. 46. ejusdem Hilari Diaconi ad Pulcheriam, ubi hæc leguntur. *Vestra itaque veneranda clementia cognoscat, a præfato Papa cum omni Occidentali Concilio reprobari omnia, quæ in Epheso contra canones per tumultus & odia secularia a Dioscuro Episcopo gesta sunt, & nulla ratione hæc in his partibus suscipi posse, quæ per potentiam prædicti non sine læsione fidei, & præjudicio sanctissimi viri innoxique (Flaviani) commissa sunt.* Hæc sane decretoriam sanctionem pro Flaviano a Leone in Romana Synodo edi-

editam significant. Idem confirmatur epistolis ipsius Leonis 44. 45. 50. & 51. ex eadem Synodo in Orientem missis, in quibus affirmat Flavianum in sua communione ac proinde in Constantinopolitana Sede persistere, & quæcumque Ephesi acta sunt, rata haberi non posse; insinuatque omnia in eo statu esse oportere, in quo fuerunt ante omne iudicium: quæ cum ex Synodo scripta fuerint, non uti privatus, sed uti Pontifex scripsit, ea utique Apostolicæ Sedis auctoritate, ad quam Flavianus provocaverat, additis etiam eorum Episcoporum Romanæ Synodi calculis, ad quos pariter eum appellationem interposuisse Galla Placidia prodidit. Hinc etiam in Concilio Calchedonenſi act. 10. cum lectio actorum Ephesi peteretur, Legati Sedis Apostolicæ se se opposuere, hanc rationem afferentes, quia *a beatissimo & apostolico Romanæ Urbis Episcopo omnia, quæ ibi gesta sunt, vana sunt habita.* Si Flavianus ad Synodum œcumenicam appellasset, & Leoni absque ejusmodi Synodo jus non fuisset decernendi in appellatione Flaviani; Ephesina acta privatim quidem judicare potuisset irrita, non autem id in Synodo definire & edicere, nec ex Synodo scribere: quod publicam & apostolicam auctoritatem ac iudicium declarat. In eadem pariter Synodo omnes, qui Ephesinis gestis assensum præbuerant, a communione Leonis separatos fuisse colligi videtur ex epist. 80. c. 2. quod sane apostolicam auctoritatem interpositam confirmat.

12. Quesnellus Dissert. 10. quodnam fuerit illud *Apostolicæ Sedis iudicium* a Leone memoratum epist. 120. c. 5. quo Theodoritus in eodem Ephesino latrocinio depositus, vindicatus fuit; contendit num. 4. situm fuisse in litteris, quibus conjicit Leonem epistolæ 52. ipsius Theodoriti *rescripsisse, nec standum esse iudicatis, nec expectandum ei esse aliud iudicium, ut Ecclesiam suam solito more gubernaret: quoniam quæ gesta erant Ephesi per unius hominis impudentiam ( lege impotentiam ) nulla catholica fidei ratio rata esse permittit.* Et post pauca, *Tale est*, subdit, *Sedis Apostolicæ iudicium, ut ego quidem reor.* Negat quidem fuisse sententiam, quæ partibus auditis pronuntiata fuerit; at iudicium & decretum auctoritatis apostolicæ negare non potuit. Quod si verum est in Theodoriti causa, in qua quid Leo re ipsa scripserit, ignoratur; id multo magis fatendum est in appellatione Flaviani, ob quam & Synodus Romæ coacta, & Ephesina gesta rescissa, & litteræ e Synodo editæ sunt, quibus Flavianus inique depositus, & pro vero Constantinopolitano Episcopo habendus decernitur. Hoc *Apostolicæ Sedis iudicium* quis neget? Habes igitur pro asserenda appellatione Flaviani ad summum Pontificem cœva testimonia omni exceptione majora; habes ipsum Leonis iudicium, quod non tam ex ejus epistolis, quam ex eodem Quesnello sive interpretante, sive confitente expressimus. Quis post hæc non inanissimum agnoscat ejusdem conatum, quo hanc appellationem a summo Pontifice ad generalem Synodum transferre studuit?

Idem ex Quesnello confirmatur.

13. Atqui, inquires, si appellatio Flaviani generale Concilium non requirebat, cur Leo epist. 44. a Theodosio petivit, *ut quia & nostri ( Legati ) fideliter reclamarunt, & eisdem libellum appellationis Flavianus Episcopus dedit, generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari?* Et cur paullo infra post appellationem interpositam hoc necessario postulari affirmavit? Hæc tota vel potior est Quesnelli ratio; quæ tamen ut probaret aliquid, certum habendum esset, Leonem non alia de causa postulasse, & dixisse *necessariam* Synodum generalem post appellationem Flaviani, nisi quia ejus appellatio non ad ipsum Leonem, aut ad Romanam Synodum, sed ad Concilium generale delata fuerit. Sed hæc ratio, quam Quesnellus quidem veluti unicam ac certam ingerit, falsa est. Flavianum enim ad Synodum œcumenicam non provocasse ex cœvis testibus vidimus, quorum interpretationem ipse Quesnellus suggestit. Vidimus etiam in iis Flaviani angustiis, in quibus expeditum remedium quærebatur, eum non debuisse generalem Synodum petere. Possumus addere, ipsum ex suis principiis non potuisse hanc Synodum necessariam putare. Id liquet ex iis, quæ ob eminentiam Eutychis appellationem ad Leonem scripsit epist. 26. *Causa enim, inquit, eget solummodo vestro solatio & defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere. Sic enim hæresis, quæ surrexit, & turbæ, quæ propter eam factæ sunt, facillime destruentur. Removebitur autem & Concilium, quod fieri divulgatur; quatenus*

Quesnellus objectio explosa.

Flavianus non appellavit ad Synodum œcumenicam.

nequaquam ubique sanctissimæ perturbentur Ecclesie. Qui in appellatione, quam Eutyches ementitus est, tantum Romanæ Sedis auctoritati tribuit, ut solam ejus sententiam requiri & sufficere, eaque remotum iri affirmarit generale Concilium, quod cogendum vulgabatur, uti amplius non necessarium, immo ex quo majores turbas excitandas timebat; quomodo secus judicare potuit in appellatione sua post pseudosynodum Ephesinam, in qua factiones & turbas prævaluisse experientia ipsa didicerat? Hæc vero omnia cum Leoni essent explorata ex ipso libello ac litteris Flaviani; non potuit ergo generalem Synodum ea de causa necessariam affirmare, quod hoc judicium Flavianus postulasset. Alia igitur necessitatis ratio exquirenda est.

Cur Leo  
possit suum  
judicium  
necessa-  
riam di-  
xerit Sy-  
nodum ge-  
neralem.

14. Si quis vero ipsas Leonis epistolas attente legerit, circumstantiasque ejus temporis diligentius considerarit; cur & quo sensu ille *necessarium* crediderit Concilium generale, perfacile intelliget. In nulla Leonis epistola indicari invenies necessarium fuisse Concilium generale, ut Ephesina acta legitime rescinderentur, ac Flavianus iisdem gestis perperam depositus restitueretur. Enim vero cum eadem prædatoria & iniqua gesta palam & evidenter nulla atque irrita essent, ut idem Quesnellus probat Dissert. 10. num. 4. superior ecclesiastica auctoritas necessaria esse non poterat, ut rescinderentur, atque ut in suam Sedem, a qua gestis irritis deponi non potuit, Flavianus restitueretur. Solum cum eadem gesta rata haberentur a suis auctoribus atque fautoribus, imperialique auctoritate firmata fuissent; ad tollendum errorem apud multos pervulgatum, necessaria haberi potuit aliqua superior auctoritas, quæ eorundem gestorum *nullitatem*, ut vocant, declararet. In id appellationem interposuit Flavianus ad eam Apostolicam Sedem, cujus auctoritatem alios Orientales implorasse noverrat: & S. Leo ejusdem Sedis auctoritate utens, ea gesta nulla & irrita esse declaravit in sua Synodo, ut Quesnellus ipse probavit Dissert. 10. n. 4. qui proinde pervidere debebat, in hac re Leonem non potuisse judicare *necessarium* Concilium generale necessitate ulla juris, cui idem Leo satisfecit in sua Synodo, cum ea gesta nulla esse palam edixit.

Necessitas  
facti, non  
juris, ex-  
plicatur.

15. Tota igitur necessitas, quam S. Pontifex animo obvolvere potuit, factum spectabat, non jus. Esto enim quod Ephesina gesta, ac Flaviani depositio ex ipso jure nulla per se se & irrita essent; esto quod hæc nullitas pontificiis ac synodicalis litteris fuisset declarata; obtinente tamen ea Eutychianorum vi ac præpotentia, cui Theodosius Imperator patrocinebatur, Flavianus per summum scelus depositus & expulsus, in suam Sedem redire non poterat. Quid referebat, eum restitutione juris non indigere, si sua Sede carebat, & exilii pœnas perpeti cogebatur? Adde cetera scandala ab eodem latrocinio Ephesino parta, quæ remedium præstolabantur. Sola pontificia ac Romanæ Synodi auctoritas & declaratio satis esse poterat ac debebat ex jure. At in ea impotentia & præjudiciis, quæ post idem latrocinium in Oriente obtinebant, prudentissimus Pontifex ad eos effectus, quos expetebat, eam solam auctoritatem atque declarationem non satis futuras prævidit. Quid enim ex suis solis epistolis etiam Romanæ Synodi nomine scriptis sperare poterat ab hominibus, qui imperiali favore protecti, Ephesi alias suas litteras suppresserant, & Legatis Apostolicis reclamantibus aures nequaquam præbuerant? Quid sperare poterat in Oriente, ubi ea violentia Theodosii favore dominabatur? Quis usitata juris remedia profutura speret, ubi non jus, sed vis prævalet? Imperatorem ab eo favore deducendum agnovit, ne violentis amplius patrocinebatur. Id autem haud facile obtentum iri pervidit, nisi Orientales Episcopi, quorum numero & auctoritate circumventus ac deceptus fuerat, in sanam mentem revocarentur: alias enim quidquid ipse cum sua Synodo scriberet, illis in præsentia obnitentibus nihil valeret. Ut autem Orientales saltem plerique sanarentur, nullum aptius remedium reperiri posse cognovit nisi generale Concilium, in quo illi cum Occidentalibus convenirent. In hoc enim plures docti & catholici Episcopi cum deceptis liberum tractatum habentes, eos facilius instruere, suadere, & ad sanum consilium revocare facile possent, uti postea in Concilio Calchedonenfi cum Illyricianis, & Palæstinis feliciter contigit. Vidit præterea hoc Concilium extra Orientem convocandum esse, ubi aliis Augustis imperantibus, omni violentiæ periculo submoto, factiosi homines nihil possent: sicque cuncta facilius



lius componerentur. Hac ergo necessitate non juris, sed facti generale Concilium in Italia petendum credidit post appellationem Flaviani, uti necessarium ad restitutionem ejus obtinendam, & ad rescanda ea scandala, quæ in memoratis circumstantiis aliud juris remedium non patiebantur. Cum porro Theodosium in hoc ipsum Concilium cogendum difficilem prævideret, trium Augustorum Valentiniani, Placidia, & Eudoxia auctoritatem apud eundem interponendam credidit, & ut efficacissimas ad eum litteras scriberent, obtinuit.

16. Hoc quidem consilium, quo non ob juridicam declarationem, sed ob remedium scandalorum œcumenica Synodus petebatur, idem Leo in ipsis ad Theodosium litteris manifeste explicavit. Sic enim epist. 44. c. 3. *Generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid ultra sit vel in fide dubium, vel in caritate divisum: convenientibus utique Orientalium Provinciarum Episcopis, quorum si qui superati minis atque injuriis, a veritatis tramite deviarunt, salutaribus remediis in integrum revocentur; ipsique, quorum est causa durior, si consiliis melioribus acquiescant, ab Ecclesie unitate non excidant.* Similiter in epist. 69. c. 2. *Concilium universale intra Italiam . . . . Clementia vestra concedat, ut in unum convenientibus omnibus his, qui aut ignorantia, aut terrore prolapsi sunt, correctionis remediis consulatur.* Concinit quod tradit epist. 54. ad eundem Imperatorem: *Si pietas vestra suggestioni & supplicationi nostræ dignetur annuere, ut intra Italiam haberi jubeatis episcopale Concilium, cito auxiliante Deo poterunt omnia scandala, quæ in perturbationibus totius Ecclesie sunt commota, rescari.* Confer etiam epist. 70. ad Pulcheriam in fine. Vides Concilii convocandi consilium? Non ergo cum generale Concilium Leo petiit veluti necessarium propter appellationem Flaviani, solam hujus depositionem, sed omnia latrocinii Ephesini scandala prospexit, non quod Concilii generalis sententiam Ephesinis actis rescindendis aut irritis declarandis ipso jure necessariam putaret, sed ut tot malis efficax remedium afferretur.

17. Idipsum etiam Quesnellus cognovit & confessus est in Theodoriti causa, de qua agens Dissert. 10. n. 4. *Intellexit, inquit, statim Pontifex post Ephesinum latrocinium opus esse Concilio eoque generali, ut ex ejus litteris ea de re ad Augustum scriptis clarum est.* Recitato autem testimonio superius descripto ex epist. 44. in quo nulla Theodoriti, aut aliorum, qui Ephesi depositi fuerant, facta mentione, œcumenicum Concilium petitur ob remedium scandalorum, subdit: *Verum pro restituendo Theodorito neque provincialem, neque generalem Synodum necessariam esse duxit (necessitate scilicet juris:) quoniam pro deposito habendus ille non erat, in quem non Concilium, sed latrocinium, non Episcopus, sed prædo improbus depositionis sententiam ferre conatus fuerat.* Si vero generalis Synodus pro restituendo Theodorito non fuit ipso jure necessaria; qua coherentia idem Quesnellus tradidit, eam a Leone necessariam fuisse habitam pro restituendo Flaviano, de cujus fide & innocentia expresse cognoverat, illudque in sua Synodo decretum tulerat, quo epist. 50. (ipso Quesnello ibidem observante) *monuit Constantinopolitanos, ne a Sacerdote suo, qui similem cum Theodorito exceperat depositionis sententiam, ullæ eos minæ, ulla formido divelleret? Quisquis, inquit S. Pontifex, incolumi atque superstite Flaviano Episcopo vestro sacerdotium ejus fuerit ausus invadere (hoc sane decretum est) numquam in communionem nostram habebitur, nec inter Episcopos poterit numerari.* Hoc decretorio Leonis judicio necessitati juris fatis consultum fuerat. Concilii ergo convocandi necessitas ad merum factum, seu ad perdifficiles facti circumstantias, ut scandala facilius rescarentur, referenda est. Hoc item sensu ob solum scandalorum remedium generalem Synodum ab Imperatore petiit etiam Innocentius I. in causa injustæ depositionis S. Joannis Chrysostomi, ut indicant ipsa ejusdem Pontificis verba in litteris ad Clerum & populum Constantinopolitanum, quæ Quesnellus recitavit num. 4. *Sed quodnam remedium, inquit, hisce rebus in præsentem afferemus? Necessaria erit synodalis cognitio: quam etiam multo jam antea congregandam diximus. Ea quippe sola est, quæ hujusmodi procellarum impetus retundere potest. Quam quidem donec consequamur, expedit medelam calamitatis hujus committere voluntati magni Dei ac Christi ejus Domini nostri.* Et postea: *Ac nos quidem multum delibera-*

Leonis testimonia de mera necessitate facti, ut remedium scandalis afferretur.

Quesnellus idem fatetur.

In causa S. Jo. Chrysostomi cogendi Concilii similis necessitas non juris, sed facti fuit.

beramus, quonam modo Synodus œcumenica congregari possit, per quam divina voluntate turbulenti isti motus consopiri possint. Similis vis dominabatur totumque Orientem turbaverat in Chrysofomi, ac in Flaviani causa; & par utrobique Concilii generalis necessitas, non juris, sed facti, ut effectus, qui manifesto jure expetebatur; & sola vi erat impeditus, facilius obtineretur.

18. In hoc tamen ipso generali Concilio Leonem ratione sui principatus, nec non delatæ etiam ad se appellationis potissimam auctoritatem habiturum jam indicavit Valentinianus, dum generalis Synodi petitionem ita exposuit epist. 55. ut prædictus Sacerdos (Leo) congregatis ex omni orbe etiam reliquis Sacerdotibus intra Italiam, omni præjudicio submoto, a principio omnem causam, quæ vertitur, sollicita probatione cognoscens, sententiam ferat: quasi potior ac fere tota sententiæ vis in eodem generali Concilio ab ipso Pontifice proficienda sit. Id autem non perinde accipiendum est, ac si solus Papa, non vero alii etiam Episcopi in Conciliis sint iudices; sed quia in hac præsertim causa ad summum Pontificem per appellationis libellum a Flaviano delata, eidemque per se se competente, ipsi potissimum iisdem nominibus tribuenda visa est sententia, quæ in generali quoque Concilio ab aliis unanimiter Episcopis eo præsidente ac dirigente ferretur. Neque absimiliter Placidia epist. 56. post indicatam appellationem Flaviani ad Apostolicam Sedem, & ad omnes Episcopos harum partium, rogat ut secundum formam & definitionem Apostolicæ Sedis, quam & nos tamquam præcellentem similiter veneramus, in statu Sacerdotii sui illaeso manente per omnia Flaviano (quia scilicet de eo jam Leo in sua Synodo satis decreverat) ad Concilium Apostolicæ Sedis iudicium transmittatur, in qua primus ille, qui celestes claves dignus fuit accipere, principatum Episcopatus ordinavit. Generale, quod petitur, Concilium non alia de causa Apostolicæ Sedis Concilium vocatur, nisi quia in eo summus Pontifex potiori auctoritate, quam ex suæ sedis principatu obtinet, universam causam componet ac dirimet. Nec alio sensu eadem Augusta epist. 58. ad Pulcheriam scripsit: Ad Apostolicam Sedem, in qua primus Apostolorum B. Petrus, qui etiam claves regnorum celestium suscipiens, principatum tenuit, Episcopatus (al. Episcoporum) causa remittatur: quia nimirum ad eum jure pertinet, qui Episcopatus principatu, nec meri ordinis, sed præcipuæ jurisdictionis principatu potitur. Vides num summo Pontifici primum tantummodo locum primamque sententiam in generali Synodo veteres tribuerint, ut ei Quænellus in præmissa Dissertatione asserere veritus non est, haud satis intelligens hac ratione pontificiam auctoritatem ad meri ordinis & honoris primatum redigi; quod a catholicis principiis alienissimum est. Sed hac de re plura dicere præsentis tractatus ratio non patitur.

19. Illud interim ex hæcenus disputatis colligere licet, in quam sententiam pontificiæ jurisdictioni nequaquam contrariam Leo scripserit post appellationem a Flaviano interpositam generalem Synodum necessario postulari. Tota nimirum ejusmodi necessitas non ex auctoritatis defectu in Pontifice, qui jam satis iudicium protulit, cum Ephesina gesta irrita declaravit; nec ex absoluta necessitate Concilii generalis in appellatione Flaviani; qui non ad generalem Synodum, sed ad ipsum Leonem appellationem direxit; sed ex difficilibus manavit ejus temporis circumstantiis, quæ pravorum malitia atque violentia alium efficacem remedii modum non ferebant. Hinc quidem totam necessitatem S. Leonem derivasse ex eo manifestum est, quod mutatis circumstantiis ob Imperatoris Theodosii mortem, cum jam novus Imperator Marcianus catholicos Episcopos jam in exilium pullos revocasset, eodemque catholicam fidem protegente multi lapsi ad remedia satisfactionis quotidie accederent, & dogmaticæ ad Flavianum epistolæ passim subscriberent; idem Pontifex etsi Concilium generale, quod laudatus Marcianus antiquæ Leonis petitioni obsequens se se indicturum significavit epist. 73. & 76. omnino recusare non posset; illud tamen differri posse contendit veluti non amplius perinde necessarium, ut sub Theodosio fuerat, instructionesque suis Legatis dedit, quibus interim sine convocatione generalis Synodi scandalis remedium afferretur. Confer epist. 82. & 83. Ita etiam Innocentius I. qui in Chrysofomi causa generale Concilium veluti necessarium expetierat, mortuo Imperatore qui contrariæ parti favebat turbasque

Confirmatur mera necessitas facti in Flaviani causa ex iis, quæ subsecuta sunt. Epist. 77. Epist. 82. cap. 2.

commoverat, circumstantiis mutatis nihil amplius de eo cogendo cogitavit; & sua sola auctoritate, cui novus Imperator plurimum deferebat, omnia composuit. At cum Marcianus studio pacis citius componendæ œcumenicam Synodum jam indixisset; S. Pontifex Leo non necessitate aliqua, quam superesse crederet, nec \* ut iudicium ferretur de appellatione Flaviani ac de latrocinio Ephesino, ac si res essent suo iudicio non plane definitæ, ei indicationi assensum præbuit; sed *ne devoto obviare videretur arbitrio, & ut quæcumque in querelam perturbationemque venerunt, ad unitatem pacis & fidei compressa omni dissensione revocarentur*: uti sane in Concilio Calchedonenſi prospere evenit. En idem Concilii scopus scandalorum remedium prospiciens, quem in aliis ad Theodosium litteris expressit. Vides quam probe omnia conspirent, ne ille sensus elici queat, quem Quesnellus suadere nisus est, idcirco generalem Synodum a Leone fuisse petitam, quod Flavianus non ad Leonem per se, sed ad generalem Synodum appellaverit?

\* Lege  
Adnot. 13.  
in ep. 82.  
Epist. 89.

20. Nunc de alio Quesnelli molimine agendum, quo Sardicenses canones a Leone allegatos, ut generalis Synodi necessitatem adstrueret, in eum sensum distorquet, perinde ac si ex eorumdem canonum mente in Flaviani causam generale Concilium congregandum fuerit. Id ex ipso Leone elicit, qui epist. 44. scribit: *Quam autem post appellationem interpositam hoc (generale Concilium in Italia) necessarie postuletur, canonum Nicææ habitorem decreta testantur.* Nicæorum canonum nomine, ut alibi vidimus, Sardicenses intelligit. Sic autem Quesnellus argumentatur. Si de appellatione ad solam Apostolicam Sedem Sardicenses canones agere S. Pontifex existimasset; non generale Concilium *necessarie* cogendum, sed ad suum tantum tribunal Flaviani appellationem defendendam collegisset. Cum vero non hoc, sed Synodi generalis necessitatem intulerit; ut hæc Leonis ratiocinatio legitima sit, dicendum est procul dubio, persuasum ipsi fuisse, Sardicenses canones, dum Episcopis tribuunt facultatem provocandi ad Sedem Apostolicam, seu ad Episcopum Romanum, id eo sensu tribuere, quo idem Romanus Episcopus non solitarie sumtus, sed cum sua Occidentali Synodo, ad quam, ut idem Leo postulavit, etiam Orientales accederent, de appellationis causa cognosceret.

Quesnelli  
objectio  
ex cano-  
nibus Sar-  
dicensibus.

21. Tota hæc Quesnelli argumentatio ea hypothese innititur, S. Leonem ex canonibus Sardicensibus generalis Synodi necessitatem collegisse, ut de Flaviani appellatione iudicium ferretur; & ad id probandum eos allegasse. Sed quam falsa sit hæc hypothesis, ex pluribus & manifestissimis ipsius testimoniis ostendimus, quibus palam factum est eum, qui jam antea in sua Romana Synodo de injusta Flaviani condemnatione sententiam tulerat, non huius iudicii ferendi causa ob appellationem ipsius Flaviani generale Concilium postulasse, sed ut restitutionis effectum, ac remedia iis scandalis quæretet, quæ in circumstantiis quas memoravimus, non nisi in universali Synodo sanari poterant. In omnibus quidem epistolis, in quibus S. Pontifex de hac Synodo agit, ne unum quidem verbum invenietur, in quo iudicium de appellatione Flaviani ejusmodi Concilio referretur.

Refellit-  
tur.

22. Quod si absque præiudiciis cum sensu canonum Sardicensium conferatur objectum testimonium ex epistola 44. Leonis mens & consilium a Quesnelli interpretatione alienum multo magis patebit. Certe canones Sardicenses, quidquid ille eos interpretando aut potius aliorum distorquendo laboret, appellationis jus, quod Romano Pontifici expresse asserunt, ad generalem Synodum non extendunt. Germanam & obviam trium canonum Sardicensium sententiam, qua totus Quesnelli nisus eliditur, exposuimus late in Observationibus ad Difert. V. ejusdem cap. 6. Horum canonum condendorum causa fuit negotium S. Athanasii, Marcelli, Asclepæ, aliorumque Episcoporum Orientalium, quos Eusebiani hæretici ita deposuerant, ut nulli novo iudicio, aut appellationi, qua illi ad Romanam Sedem confugerant, locum esse contenderent, eo quod sicut Orientales in Occidentalium iudiciis nihil juris sibi debent arrogare, ita nec Occidentales in iudiciis Orientalium. Hac ratione catholici & sanctissimi Episcopi, qui injusto iudicio in Oriente essent depositi, omni justo subsidio ac remedio expertes, suis sedibus perpetuo carere debuissent. Huic autem hæreticorum molimini orthodoxi Episcopi in Sardicensi Concilio remedium aliquod opponen-

Canones  
Sardicenses  
jus appella-  
tionis ad Ro-  
manum  
Pontificem ad-  
struunt.  
Id ex causa  
condendorum  
eorumdem  
canonum fir-  
matur.

ponendum putarunt, quo causæ ejusmodi appellatione interposita expedirentur. De causis itaque appellationis agebatur ad Apostolicam Sedem, & hoc quidem appellationis jus ita Sardicenses Patres laudatis canonibus attribuerunt Romano Pontifici, ut, ipso fatente Quesnello §. 7. *ad Julium tunc Romæ Episcopum litteræ decreta fuerint non alia de causa, quam ut Athanasii negotium ad se pertinere (Synodus) intelligeret vi istorum canonum.* Et post pauca: *Consilium Episcoporum orthodoxorum, qui illuc convenerant, istud in primis fuisse, ut causam S. Athanasii ejusque sociorum in Occidentem pertraherent: melius dixisset, ut Apostolicæ Sedi appellationis judicia a solis Eusebianis hæreticis impedita vindicarent, & hac ratione futuris temporibus cognoscendis ejusmodi causis legitimum tribunal præstituerent.* Hæc, inquam, fateri debuit, quia in ipsis canonibus memoratis Apostolicæ Sedis prærogativa in causis ejusmodi manifeste exprimitur, nullaque generalis Synodi convocandæ nedum necessitas, sed ne mentio quidem vel obscura indicatur.

Quesnel-  
liana eo-  
rum inter-  
pretatio  
expendi-  
tur.

23. Vide autem quam longo difficilique circuitu Quesnellus hanc necessitatem exinde nitatur inducere, & Romanæ Sedis jus ipsis canonibus assertum infringere. Cum jus aliquod peculiare summo Pontifici iisdem canonibus assertum negare non possit; id tantum juris illi tributum affirmat, ut in appellationis causa, non de judicio ipso a quo fuit appellatum, cognoscat ac sententiam pronuntiet, sed ut id unum decernat, num in eo casu appellationi locus esse debeat, nec ne. Huc usque jus pontificium circa appellationes Episcoporum in statuendo mero juris ordine collocatur; quod primatum non præcipuæ jurisdictionis, sed meri ordinis constitueret. Dein vero si appellationi locum patere Romanus Pontifex judicet, vi eorundem canonum Concilium ab eo indicendum credit, at non semper generale, sed vel ex Episcopis, *qui in finitima Provincia sunt*, iis quoque receptis, si quos admittendos judicaverit; vel si appellatio Romani Episcopi judicium petierit, de quo canone quarto agitur, Concilium ab eo cogendum putat pro judicium, a quibus provocatum fuerit, qualitate diversum; ita ut si appellatum sit a iudicibus alicujus Provinciæ intra diocæsim, cui Pontifex uti Primas præsideat, totius diocæsis Concilium convocandum sit; si ex tractu Occidentali appellatio proveniat, indicendum sit Concilium totius Occidentis; si autem ex Oriente, ut in casu Flaviani, appellatio interponatur, tunc Concilium œcumenicum necessarium sit. Ita in omni appellatione Episcopi Orientales ad Sedem Apostolicam, etiam si maxime justa, uti fuit Athanasii aliorumque catholicorum Episcoporum provocatio, seu per fugium, nihil concludere posset Romanus Pontifex, immo nec totum Occidentis Concilium, nisi totius Orbis Synodus cogeretur. Insanire quidem est, si hoc Sardicensibus Patribus in mentem venisse credatur. Quis tum appellationis remedium esset? Hæccine prudens & expedita pro innocentibus injusta condemnatione oppressis provisio, quam laudati Patres constituendam putarunt? Cum appellationes id genus identidem possint contingere, identidem generale Concilium congregandum esset, & frequenter Episcopi ex suis sedibus essent evocandi. Quis cogitationem, seu potius commentum tam incredibile sibi suadeat? Sanctum Leonem certe hoc non credidisse, ex judicio, quod statim pronuntiavit, manifestum est.

Leonis  
mens in  
allegando  
can. Sar-  
dic.

24. Ut autem detegatur quæ hujus mens fuerit, cum in epistola 44. ad Theodosium hos canones pro necessitate Synodi allegavit, observandum est hanc eorundem canonum allegationem inveniri tantum in litteris ad eum Imperatorem, qui pseudosynodo Ephesinæ patrocinium præstabat. Cum tam magno hujus conciliabuli patrono, qui novum judicium ægrius tulisset, mollius & suavius agendum erat, atque ut flecteretur facilius, auctoritas ipsi etiam venerabilis proponenda fuit. Nicænos autem canones Eutyctis quoque fautores maxima observantia prosequerentur; cumque pro Nicænis haberentur canones Sardicenses, unum ex his Leo in rem præsentem allegavit, atque epistolæ etiam subjecit. Canon autem subjectus epistolæ, ut vidimus in Admonitione præmissa epist. 43. fuit quartus Sardicensis, qui his verbis exprimitur: *Gaudentius Episcopus dixit: Addendum est, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitatis protulistis, ut cum aliquis depositus fuerit Episcopus eorum Episcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum sibi*

sibi negotium in urbe Roma; alter Episcopus in ejus cathedra post appellationem ejus, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio Romani Episcopi determinata. Palam est sermonem fieri de appellatione ad judicium Romani Pontificis. Duo autem hoc canone decernuntur. Primo, ut post appellationem nullus in locum ejus, qui videtur esse depositus, ordinetur, donec causa appellationis determinata fuerit. Secundo, ut ab ipso Romano Episcopo judicium feratur. Hac duo Leo a Theodosio postulavit. Primum, cum capite secundo laudatæ epistolæ petiit, *ut omnia in eo statu esse jubeatis, in quo fuerunt ante omne judicium* (latrocini Ephesini) *donec major ex toto orbe Sacerdotum numerus congregetur*. Secundum vero, cum capite tertio Concilium generale in Italia cogendum postulavit, in quo ipse Leo commodius interesset, ac de tota re sententiam ferret. Hoc enim S. Pontificis consilium etsi ipse aperte non explicavit in litteris ad Theodosium; satis tamen expositum fuit a Valentiniano in epist. 55. quam ejusdem Leonis hortatu, ac in ipsius proculdubio sententiam ad eundem Theodosium transmisit. Valentiniani verba licet paullo ante recitata hic repetimus. *Huic ergo (Leoni) postulanti .... annuere non negavi, quatenus ad tuam mansuetudinem meam petitionem ingererem, ut prædictus Sacerdos congregatis ex omni orbe etiam reliquis Sacerdotibus intra Italiam, omni præjudicio submoto, a principio omnem causam, quæ vertitur, sollicita probatione cognoscens sententiam ferat*. Viden? Non dixit, ut *congregatis ex omni orbe etiam reliquis Sacerdotibus OMNES*, sed ut *prædictus Sacerdos*, idest summus Pontifex, *sententiam ferat*; cui scilicet (ut paullo ante præmiserat) ob primatum competit *de fide & Sacerdotibus judicare*. Neque idcirco negare voluit hanc facultatem fuisse etiam Concilio generali, seu aliis Episcopis in generali Concilio coactis. Absit. Sed cum sermonem fecisset de appellatione Flaviani, quam *ad eum* (Leonem) directam tradidit; ipsi coherentem judiciumtribuendum credidit, uti appellationis vi ad eum pertinebat. Ita ergo cum S. Leo non solam Flaviani causam, sed alia quoque latrocini Ephesini scandala prospiciens, ex difficilibus circumstantiis Concilium generale uti necessarium a Theodosio postulavit, Valentiniano ipsius mentem explicante petiit judicium Romani Pontificis Flaviani appellatione quæsitum, ac post appellationem ejus necessarium, quo *hæc causa in judicio Episcopi Romani determinaretur*, ut Sardicensis canon præscribit. Non igitur S. Pontifex allegavit hunc canonem, ut probaret necessitatem Concilii generalis, quod per se, sicut non vi ejus appellationis, ita nec vi ejusdem canonis ulla ratione requirebatur; sed ut probaret se, dum propter appellationem Flaviani petit Synodum generalem intra Italiam, in qua summus Pontifex sententiam ferat, illud judicium petere, quod in casu appellationis ad Romanum Episcopum vi ejus canonis petendum fuerat. Hinc etiam Placidia Augusta in litteris ad eundem Theodosium, dum generale Concilium in Italia postulavit, ita se expressit, ut *in statu Sacerdotii illæso manente per omnia Flaviano*, qui appellaverat, *ad Concilium Apostolicæ Sedis judicium transmittatur*: quæ Sardicensi canoni quarto maxime congruunt. Repete nunc Leonis verba ex epist. 44. & eorum sensum intelliges. *Quam post appellationem Flaviani hoc* (judicium scilicet Romani Episcopi, quod ex difficultate circumstantiarum utiliter habendum erat) *necessarie postuletur, canonum Nicææ habitorem decreta* (de solius Romani Episcopi per appellationem invocati judicio loquentia) *testantur*. Idipsum in epist. 43. sic exprimitur: *Ut necessarium sit & ea servare, quæ Nicænus canon, & quæ constitutio totius orbis Episcoporum præcipit*. Quasi dicat: Peto uti necessarium Concilium generale, sed simul necesse est etiam servare Nicænum, seu Sardicensem canonem, qui in appellatione ad Apostolicam Sedem delata judicium Romani Pontificis efflagitat. Ita probe intelliguntur & conciliantur omnia, ut ne opus sit eas violentas ac distortas interpretationes recipere, quas Quésnellus inducere, & contra Leonis mentem aliunde exploratam de Apostolicæ Sedis jure in appellationibus, ejus verbis affigere studuit.

epist. 56.

25. Sed quid diutius lectores moramur in iis interpretationibus refellendis, quas homo pontificio juri infensus commentus est, ut appellationem Flaviani ad œcumenicam Synodum delatam ostenderet? Cum tota hæc quæstio versetur

Concluditur de Flaviani appellatione.

in decidendo, ad quemnam Flavianus vere appellarit; quid laboramus in intelligendis aut canonibus Sardicensibus, aut Leonis verbis, si ex testimonio non solum Liberati, verum etiam Valentiniani atque Placidiae, quibus ipse libellus appellationis perspectus fuit, ad Sedem Apostolicam, & latius ad Episcopos *harum partium*, idest Romanae Synodi, quae in gravioribus causis a Romanis Pontificibus cogi solebant, non vero ad generale Concilium eum provocasse liquet? Concilium generale non libello Flaviani, a quo hanc cogitationem alienissimam demonstravimus, sed Leonis consilio postulatum fuit, illudque is necessarium censuit non ad iudicium ferendum de latrocinio Ephesino, quod ipse statim post acceptum appellationis libellum in Romana Synodo ediderat, sed ob difficultatem circumstantiarum, quae alia magis obvia juris remedia nequaquam ferebant. Cumque hoc ipsum generalis Concilii remedium non ita facile ab Imperatore latrocinii Ephesini patrono esset obtinendum; ad facilius inclinandum ejus animum Nicænorum canonum auctoritatem interponendam credidit: qui cum non de generalis Synodi, sed de Romani Episcopi iudicio perspicue statuunt; eos Leo ad ipsius Synodi generalis necessitatem allegare non potuit nisi in eam rationem, quae ad Episcopi Romani iudicium redeat, ut paullo ante explicavimus. Quis igitur hæc, quae S. Pontifex pro cogenda œcumenica Synodo alio consilio scripsit, transferre queat ad appellationem Flaviani, quam non ad ejusmodi Synodum, sed ad Romanum Episcopum, & ad solos Episcopos Romanae Synodi directam, indubiis testibus certissimum est? Quis eam interpretationem canonum Sardicensium a Quesnello ingestam, & ad generale Concilium translata, quae non solum a sensu ipsorum canonum abest quam longissime, verum etiam ab appellatione ejusdem Flaviani; quis, inquam, approbare poterit?

*Excutitur Quesnelli sententia, qua Legatos Apostolicæ Sedis in Synodis generalibus Orientis legationem gessisse omnium Occidentalium contendit.*

Systema  
Quesnelli.

26. Causa appellationis Flaviani perorata, non omittendum est illud commentum, quo Quesnellus statuere nititur §. 5. *Legatos Sedis Apostolicæ non Romani solummodo Pontificis nomine Ephesinae Synodo secundæ interfuisse, nec alias interesse consuevisse œcumenicis Conciliis in Oriente congregatis, sed & omnium totius Occidentis Episcoporum vice, quorum procurationem gerebant, cum per se interesse iidem non poterant.* Res facti agitur, quae documentis statuenda fuerat. Generalis propositio est: *Nec alias interesse consuevisse œcumenicis Conciliis.* Vide autem, qua ille ratione se expediat. Hoc in systemate Legati Sedis Apostolicæ Episcoporum totius Occidentis vicem ac legationem gessisse traduntur. Cum vero ad legationem expressum delegantis mandatum seu procuratio requiratur; ut verum sit Legatos Apostolicæ Sedis omnium Occidentalium Episcoporum *procuracionem gessisse*, expressum omnium mandatum demonstrandum fuerat. Hoc autem mandatum duplici modo ab iisdem traditum Quesnellus affirmat, nunc in Romana Synodo ex toto Occidente evocata eo fine, ut omnes *deligerent Legatos absentium vicem impleturos*; nunc vero in Synodis singularum Provinciarum Occidentis, a quibus Legati mitterentur ad Synodum Romanam cum facultate deligendi Legatos, qui communi nomine ad œcumenicum Concilium accederent. Innuit etiam idem fuisse sive *per Legatos*, sive *per litteras* singularum Synodorum provincialium id mandaretur. Hæc vero perinde fuisse gesta quam facile est affirmare, tam difficile est documentis statuere.

Nulla e-  
xemplo  
probatum.

27. *Solemne erat*, inquit eodem §. 5. *Romano Episcopo, ut cum primum Synodus universalis indicta erat, omnes sui Patriarchatus Episcopos ea de re admoneret, cogeretque ipse Romæ Synodum, ad quam invitati Occidentales confluerent.* Si hoc erat *solemne*, aliquot exemplis probari poterit. Sed nec unum in tota antiquitate reperietur. Synodum quidem Episcoporum, qui Romæ reperiebantur, sive etiam e vicinioribus partibus in gravissimis causis convocare solebant Romani Pontifices; generalem vero ex toto Occidente ne semel quidem indixisse invenientur. Quod si singula antiqua generalia Concilia percurras; gratuita & falsa Quesnelli propositio multo magis patebit. Nicænae primæ Synodi gesta desiderantur: unde affirmari & probari nequit S. Silvestrum

Genera-  
lia Con-  
cilia usque  
ad Leonem  
expensa.  
Nicænum.

ejus

ejus causa Concilium Occidentale convocasse. Idem est de Synodo Sardicensi, quæ Nicænæ appendix habetur. Solum Legatos Sedis Apostolicæ utrique huic Concilio interfuisse certum est: qui cum solius Apostolicæ Sedis vicem gessisse tradantur, eis legationem totius Occidentis nullo testimonio tribuere, valde arbitrarium est: cum præsertim alii, qui aliis in Synodis suo & alieno nomine interfuerunt, non tam suum, quam alienum nomen in subscriptionibus exprimere consueverint. De Synodo Constantinopolitana prima nihil attinet dicere, cum Romanis diutius ignota fuerit: unde solos Nicænos canones & Nicænorum nomine Sardicenses Romana Ecclesia usque ad Leonis ætatem recepit. Solum cum eam Synodum posterius Romani Pontifices approbarunt, ex Orientali Synodo generalis evasit. Reliqua sunt duo Concilia œcumenica, Ephesinum I. & Calchedonense. Alterutrius causa omnium Occidentalium Synodum a Romano Pontifice convocatam fuisse nemo probabit. Immo nec convocandæ quidem tempus fuit.

Constantinopolitana I.

28. Ante Ephesinum Concilium Apostolicæ Sedis Legatus in Nestoriana causa a Cælestino Papa creatus fuit S. Cyrillus. Si in hanc delegationem cogenda fuisset Synodus totius Occidentis, nimium tempus expectandum fuisset. Enimvero eorum tantum Episcoporum, qui in magna Romanorum urbe comperti sunt, Synodum fuisse illam, in qua post multos tractatus epistola Cyrilli delegationem continens a Cælestino exarata fuit, ipse Cyrillus, ex relatione utique Possidonii, qui eandem epistolam Roma detulit, testatur. Hactenus vero etsi de Nestorio multa, nihil tamen agebatur de congreganda Synodo Ephesina. Hanc Nestorio procurante repente Theodosius indixit die 19. Novembris anni 430. Dies Synodo statuta fuerunt Nonæ Maji anni sequentis. Hujus indictionis notitia sero ad Cælestinum pervenit, adeo ut nequiverit Legatos destinare nisi VIII. Id. Maji, quo eidem Commonitorium traditum fuit: unde in ipso Commonitorio de transacta Synodo timebatur. In his ergo angustiis de Concilio ex toto Occidente cogendo ad Legatos eligendos stultum est cogitare. Cyrillus quidem in prima actione Ephesina solus legatione apostolica functus est, quam in totius Occidentis Synodo traditam non fuisse ostendimus.

Ephesinum.

Cyril. epist. ad Jo. Antioch. t. 3. Concil. Ven. edit. p. 930. a.

29. Ob Calchedonense Concilium nedum Episcopos ex toto Occidente ad Romanam Synodum evocare, sed ne viciniorum quidem litteras expectare licuit, ut mox videbimus. Immo cum hujus indictio Romæ solum innotuerit post diem 9. Junii anni 451. uti ostendimus not. 3. in epist. 89. Leoni vix tempus fuit eligendi & instruendi Legatos, quos celeriter ad Concilium direxit die 24. ejusdem mensis: ac propterea epist. 91. queritur: *Ipsa interjectorum dierum paucitas necessarios Sacerdotes nos evocare non sinit*. Vides ergo, quo evaserit illud Quesnelli, *Solemne erat cogere totius Occidentis Synodum, quæ numquam coacta fuit*.

Calchedonense.

30. Nec minus gratuitum est alterum de Synodis singularum provinciarum Occidentis, quæ vel Legatos, vel litteras ad Romanam Synodum mitterent cum facultate eligendi Legatos ad Concilium generale. Percurre iterum singula generalia Concilia, & nihil ejusmodi elicies. Unum quod proferre potuit Quesnellus de Gallicanis Episcopis pro sola Calchedonensi Synodo, contrarium potius ostendit. Scripsit ad eos S. Leo epist. 102. *Optassemus quidem fraternitatis vestræ litteras eo tempore quo promiseratis, accipere, ut profecturis ad Orientem fratribus nostris, quos ad sanctam Synodum vice nostra pro catholice fidei defensione direximus, etiam vestræ sententiæ professio jungeretur*. Igitur hæ quoque Gallicanorum litteræ defuere. Quomodo ergo ex singulari hoc exemplo, in quo ipsæ litteræ sero pervenerunt, consuetudo a Quesnello asserita colligi potest? Quid quod vera ratio, cur Leo has litteras a Gallicanis petierat, non ea fuit, quod indicia generali Synodo id usu receptum esset ad Legatos omnium Occidentalium nomine eligendos; sed quia sub Theodosio in ea circumstantiarum difficultate, quam antea explicavimus, S. Pontifex expedire putabat Gallicanorum aliorumque Occidentalium sententiam Eutychianorum erroribus repugnantem opponere. Simili de causa & Mediolanensium epistolas postulavit: quas tamen & isti licet viciniores serius rescribere. De Legatis vero omnium nomine ac mandato eligendis nihil illi, cum hæc epistolas petiit, in mentem venit. Si ergo nec Occidentalis Synodus Romæ coacta,

Testimonium de Gallicanis Episcopis quam male obiectum.

nec e Synodis provinciarum Occidentis Legati, vel epistolæ Romam missæ fuerunt, quibus omnium nomine Legati ad generale Concilium destinarentur; quomodo Legati a Romano Pontifice missi legationem omnium Occidentalium gerere poterant?

Aliud  
Quesnelli  
commen-  
tum.

31. Hanc responfionem ut declinaret Quesnellus, tertiam quamdam viam ingressus est, cum scripsit: *Cum tam arctius œcumenicæ Synodi terminus præfixus erat, ut nec aliarum diœceson suffragia expectare, vel ad eos ne litteras quidem mittere sineret; tunc coactò Concilio vel ex diœcesi Urbis, vel ex iis Episcopis, qui tum in Urbe morabantur, Legati mittebantur, qui totius Patriarchatus Occidentalis procurationem a Patriarcha ejusque diœcesana vel provinciali Synodo suscipiebant, gerebantque, & personam Occidentalium omnium in œcumenica sustinebant.* Cum hæc forma Synodi esset usitata, ut vidimus; non ergo duæ præmissæ formæ, quæ nullo exemplo antiquo probantur, veluti solennes prædicandæ erant. Subjicit exemplum Ephesinæ Synodi secundæ, in qua temporis angustia longiores moras non ferebat; & ait: *Rebus ita dispositis aliud nihil restabat, nisi ut Pontifex de Occidentalium suorum fide securus, eos (Legatos) dirigeret in Orientem, qui omnium causam agerent.* Igitur tota delegatio in præsumptione fundatur. Multum quidem hæc præsumptio valebat, ut affirmari posset a Pontifice ita omnes Occidentales sentire circa fidem, sicut ipse in sua Romana Synodo definierat; cum præsertim in ejusmodi Synodis passim interessent plures diversarum provinciarum Episcopi Romæ tunc immorantes, qui aliorum comprovincialium Episcoporum ac provinciarum doctrinam præstare poterant. De hac una doctrinæ concordia loquitur Leo in epistola ad Gallicanos. At cum de Legatis agitur, ad quos eligendos expressum mandatum necessarium est, præsumptio consensus absentium non sufficit. Si Legati solummodo *habent ejus auctoritatem a quo destinati sunt*, ut in Sardicensi Concilio traditur can. 7. quomodo Legati a sola Sede Apostolica, aut ad summum a Romana Synodo missi, eorum quoque Occidentalium, a quibus non erant destinati, auctoritatem & legationem sustinuisse dici queunt? Solus Quesnellus & qui ejus sophismatibus inconsulte fuerunt abrepti, id affirmare potuerunt.

Rejicitur.

Objeſtio  
ex Cyrillo  
soluta.  
Act. 3.

t. 3. Conc.  
Ven. edit.  
p. 1315.

32. Quod si S. Cyrillus in Ephesino Concilio Legatorum sententiam refusens dixit: *Deposuerunt enim (Nestorium) supplentes locum Sedis Apostolicæ totiusque Synodi sanctissimorum Deoque dilectissimorum Occidentalium Episcoporum;* & si ipsum Concilium Ephesinum in relatione ad Imperatorem ait: *Piissimus magnæ vestræ Romæ Archiepiscopus & universa Occidentalis Synodus per sanctissimos Episcopos, quos ad nos ipsa misit* &c. solos Episcopos Romanæ Synodi, & solam hanc Synodum Episcoporum, qui, ut ex eodem Cyrillo audivimus, *in magna Romanorum urbe comperti sunt* (quæ sane non fuit Synodus totius Occidentis) *Occidentalium Episcoporum, & Occidentalis Synodi* nomine intelligere potuerunt. Ceterum & Cyrillus in eadem allocutione, & Concilium in eadem relatione legationem Apostolicæ Sedis & Papæ Cælestini solummodo appellarunt, eo quod litteræ solius Cælestini nomine inscriptæ hujus solius delegationem ac procurationem præferrent. Neque subtilius in generalibus verbis *universi Occidentalis Synodi, totius Synodi Occidentalium Episcoporum* aliisque similibus insistendum est. Nam iidem Ephesini Patres in alia relatione ad eundem Imperatorem non solum dixerunt, Synodum Ephesinam *in consensu suo habere universum Occidentem, sed totam item Africam;* cum tamen ex Africa solus Befula Diaconus interfuisset, qui a totius Africa Synodo nec delegatus fuit, nec delegari potuit, uti fatetur ipse Capreolus Episcopus Carthaginensis in epistola ab eodem Diacono allata, & lecta act. 1. Idem etiam legitur in relatione a Quesnello laudata, cujus integer textus hic est: *Confessui (Ephesino) adest & Cælestinus sanctissimus piissimusque magnæ vestræ Romæ Archiepiscopus, & universa Occidentalis Synodus per sanctissimos Episcopos, quos ad nos ipsa misit, totaque Africa.* Vides ergo quam perperam Quesnellus ejusmodi formulas ingesserit, ut legationem Apostolicæ Sedis ad legationem totius Occidentis traduceret.

Ib. p. 1290.  
6.

Ib. p. 1074.

Argumen-  
tum ex  
Concilio  
VI. quam  
ineptum.

33. Quod porro veluti manifestum argumentum obtrudit ex Concilii VI. actis, ubi Episcopi Portuensis, Paternensis, & Regitanus locum tenere dicuntur Concilii antiquæ Romæ, ubi centum & viginti Episcopi convenerunt, valde miri-



mirificum est. Si enim ea acta expendantur, nec quicquam omittatur, non solum non obest hoc documentum, sed potius favet. Verum quidem est, tres Episcopos Joannem Portuensum, Abundantium Paternensem, & Joannem Regitanum in singulis actionibus, & in subscriptionibus dici *locum præsentantes venerabilis Synodi antiquæ Romæ centum & viginti quinque Deo amabilium Episcoporum*. At simul verum est, tres alios, nimirum duos Romanæ Ecclesiæ Presbyteros Theodorum & Georgium, ac Joannem Diaconum in iisdem actionibus & subscriptionibus appellari *locum præsentantes sanctissimi & beatissimi Papæ Agathonis*: ac præterea verum est, hos postremos, licet solo Presbyterii aut Diaconatus honore ornatos, constanter primum locum habere ante omnes etiam patriarchalium Sedium Patres, ob personam utique Romani Pontificis totius Ecclesiæ primatis, cujus vice fungebantur: illos vero licet Episcopos & a plena Occidentali Synodo missos a primis illis sejungi, & locum habere post præcipuarum Sedium Patres. Nonne hæc appellationis & loci distinctio manifestam Legatorum distinctionem adfiruit? nimirum & Legatos Papæ Agathonis haud fuisse Legatos totius Synodi Occidentalis, & Legatos hujus Synodi pro Legatis Papæ habitos non fuisse: alias omnes simul & nominati & subscripti invenirentur, & Episcopi Presbyteris & Diacono præcessissent. Quid ergo Quesnellus unam Legatorum Synodi Occidentalis mentionem ingerens, hoc testimonium eo loci attulit, ubi Legatos Papæ eisdem fuisse ac Occidentalis Synodi Legatos sibi probandum fumerat?

Ex toto  
contextu  
contra  
Quesn. ar-  
guitur.

34. Quod si quæras, cur in hoc uno Concilio VI. ejusmodi Legatorum Papæ ac Synodi distinctio occurrat; ex iisdem actis facile intelliges. Imperator enim in suis ad Donum Agathonis prædecessorem litteris hanc duplicem Legationem expresse postulaverat, alteram ipsius Pontificis mandato & nomine, alteram mandato & nomine Romani Concilii ex Occidente convocati. Hoc quidem duplex mandatum, uti ad duplicem legationem requiritur, idem Imperator palam indicat in aliis litteris ad Georgium Archiepiscopum Constantinopolitanum his verbis: *Agatho sanctus nuper ordinatus Papa in Apostolica Sede prædictæ antiquæ Romæ hujusmodi nostros pios suscipiens apices (post Doni mortem acceptos) destinavit in præsentem propriam ejus indutos personam Theodorum & Georgium Deo amabiles Presbyteros, & Joannem Deo amabilem Diaconum; ex persona vero totius ejus Concilii Joannem & Abundantium & Joannem venerabiles Episcopos ... porrigentes nobis etiam DUAS SUGGESTIONES, unam quidem ejusdem Agathonis Papæ, aliam vero Concilii ejus*. En igitur duplex Legatorum genus, & expressum mandatum ac procuratio duplex: unde etiam duæ epistolæ in eisdem actis recitantur, altera folius Pontificis, altera totius Synodi nomine inscripta. Ex his autem duo maximi momenti in rem præsentem consequuntur. Primum, Legatos, qui folius Pontificis vice & nomine Concilio interfunt, non fuisse habitos Legatos totius Synodi Romanæ & Occidentalis: alias opus non fuisset distinctam legationem petere ac destinare. Secundum, ad legationem totius Synodi distinctum mandatum & procurationem omnium Episcoporum ejusdem Synodi requisita fuisse, nec non mentionem expressam legationis Synodi, quæ quidem in actis sexti Concilii constanter notatur. Cum vero in aliis generalibus Conciliis nullum legatur Occidentalium aut Romanæ Synodi expressum mandatum; Legati autem folius Pontificis aut Apostolicæ Sedis nomine ac vice appellentur; hos totius Occidentis aut Romanæ Synodi Legatos venditare commentitium est.

Cur legatio duplex  
in Concil.  
VI. Papæ,  
& Romanæ  
Synodi.

PASCHASII QUESNELLI  
DISSERTATIO NONA,  
DE CAUSSA DOMNI  
ANTIOCHENI EPISCOPI,

ejusque damnatione; deque MAXIMI successoris ejus ordinatione: ubi epistolæ sancti LEONIS, Conciliique Calchedonensis Acta illustrantur, & Actio de DOMNO his Actis inserta, commentitia esse demonstratur.

*Ad epistolas Sancti Leonis LX. LXXVIII. & LXXX. nunc autem LXXX. CIV. & CVI.*

1.  
Cur Maximi ordinatio confirmata, nec reprobata Domni depositio.



Maximum Antiochenum Episcopum, qui substitutus est in locum Domni per Ephesini Latrocini proceres, confirmatum fuisse ab œcumenica Synodo mirantur plurimi, causamque operosius inve-

stigare conantur. Hanc unam fere omnes catholici scriptores, qui istam versarunt quæstionem, afferunt: ideo Maximum, etsi a suspectis hominibus electum, consecratum a Constantinopolitano Episcopo *contra canonicam regulam*, Dominoque adhuc in vivis agenti superordinatum; ideo tamen receptum esse a Synodo, quia a sancto Leone in Episcopatu confirmatus fuerat. Quamobrem autem inter multos Episcopos, qui a pseudosynodo Ephesina dejecti e suis sedibus per summum nefas fuerant, Dominus unus suæ restitutus non sit, omnibus aliis redintegratis, non minor difficultas est. Omnia enim Ephesini latrocini acta in irritum missa sunt ab Occidentalibus Episcopis, etiam ante Calchedonensem Synodum; sæpiusque contestatus est Leo Papa Imperatorem, ut omnia in eo statu esse juberet, in quo erant ante infaustam Synodum, donec omnia per œcumenicum Concilium reformarentur. Consequens erat ut depositio Domni, & Maximi ordinatio irritæ essent, suumque ille reciperet locum. Hoc tamen ideo prohibuisse Leonem ajunt: *Quoniam, inquit Baronius, causa cognita, eum juste damnatum esse intellexit.* Mentem suam clarius non explicat Eminentissimus Cardinalis, nec aperit in quo justior esset Domni depositio, quam aliorum. In Ephesina quidem Synodo ad sacrilega Dioscori consilia abripi se passus fuerat, subscripseratque Flaviani & Eusebii damnationi, restitutioni Eutychetis, impiisque decretis captivas manus dederat: sed ut erat illi cum

multis culpa hæc communis, debuerat etiam & communis esse indulgentia, qua cum ceteris actum est in Calchedonensi Synodo. Forsan inde ceteris culpabilior, quod recentiori culpæ antiquæ suspiciones accedebant. Cum enim Joannis Antiocheni nepos & successor fuisset, Nestorianæ labis non secus ac ille insimulatus fuerat. Præterea nec ea pollebat scientia ac animi constantia, quæ difficillimis illis temporibus necessariæ erant in tantæ urbis Episcopo.

Denique non abs re forsân quis dixerit, Domnum ipsum depositionis suæ manus ultro dedisse, solitaria vitæ deliciis illectum, quibus innutritus olim fuerat sub Euthymio abbate; quas cum refragante sancto Patre relinquere meditaretur, ut Joanni avunculo suo a fide catholica deficiente opem ferret, hæc ab eo verba futuri prænuntia audivit: *Si, inquit, his neglectis, Vita S. & tolerantia contemti cogitationibus tentabis Euthymii a laura discedere, obtinebis quidem administrationem, quam tuus habet avunculus; sed rillo Mo- eam tibi rursus auferent mali homines & nacho. prestigiatore, cum ab illis prius fueris seductus ignorantia.* Hæc refert Cyrillus Monachus de S. Euthymii rebus gestis differens: additque Domnum profectum Antiochiam: *Et cum illic, inquit, fuisset, omnia quæ ei prædicta fuerant, effectum sunt sortita. Illeque postea magna ductus pœnitentia, quod non obedisset, ad ipsum revertitur gravi dolore visceribus cruciatus & acerbe deplorans.* Ex istis verbis hoc confici videtur: Domnum pœnitentia ductum post ablatam administrationem (quod prædictum ei fuerat) Euthymium denuo convenisse, quodque vitæ reliquum fuit in secessu egisse, Maximo Antiochenæ Ecclesiæ Episcopatum, quem hic Eutyriachianorum favore adeptus erat, sponte relinquens propria. Eaque demum vera erit causa cur ad sedem suam regressus non fuerit.

Qui porro Leonis auctoritatem hoc egisse pu- II.  
An aucto-

Ep. 40.  
nunc 44.  
cap. 2.

Annal. Ba-  
ronii ad  
an. 451.  
Num. 128.

itate S. se putant, ut Maximus in Antiochena fede  
 Leonis Do- tam malis auspiciis collocatus remaneret,  
 ni depo- locumque cedere Domnus cogeretur, mani-  
 tio, & festum id esse ajunt ex actis Calchedonen-  
 sificatio- sis Concilii. Si quidem in Actione, quæ  
 confirmatio- De Domno Antiocheno inscribitur, disertis  
 verbis legitur confirmatum auctoritate Leo-  
 nis fuisse Maximum. Hanc actionem quoniam  
 discutere animus est ad ecclesiasticæ  
 historię veritatem indagandam, operæ præ-  
 tium est eam hic integram describere; nec  
 enim proluxa est, & de ea sub oculis posi-  
 ta facilius lector judicium suum interpo-  
 net.

## ACTIO DE DOMNO

Antiocheno.

Concilii Calchedonensis Parte II.  
 post Actionem X.

CONSULATU Domini Marciani perpetui  
 Augusti, & qui fuerit nuntiatus,  
 sexto Calendarum Novembrium, Calche-  
 done secundum præceptum divinißimi &  
 clementißimi Domini nostri Imperatoris,  
 convenientibus in sancta Ecclesia sancta  
 Martyris Euphemie: & magnificentißimo  
 & gloriolißimo Magistro militum  
 & exconsule ordinario, & Patricio Ana-  
 tolio, & magnificentißimo & gloriolißimo  
 sacrorum officiorum Magistro Vincomalo:  
 convenientibus etiam Paschasino & Lucentio  
 reverendißimis Episcopis, & Bonifacio reverendißimo  
 Presbytero, Vicariis sanctißimi Archiepiscopi Senioris  
 Romæ Leonis, & Anatolio reverendißimo  
 Archiepiscopo maximo nominis Constantinopolis,  
 & Maximo reverendißimo Archiepiscopo Antiochiæ  
 Syriæ, & Juvenale reverendißimo Episcopo  
 Jerosolymitano, & cetera sancta Synodo, quæ  
 ex sanctione divinißimi & clementißimi  
 Domini nostri Marciani Imperatoris in  
 Calchedonensi civitate congregata est,  
 quorum nomina infra sunt scripta: & residentibus  
 universis ante cancellos sancti altaris,  
 Maximus reverendißimus Episcopus Antiochiæ  
 dixit: Deprecor magnificentißimos & gloriolißimos  
 judices, & sanctam hanc & universalem Synodum,  
 ut humanitatem exercere in Dominum, qui fuit  
 Antiochiæ Episcopus, dignemini, & statuere ei  
 certos sumtus de Ecclesia quæ sub me est.  
 Paschasinus & Lucentius reverendißimi Episcopi,  
 & Bonifacius Presbyter, Vicarii Sedis Apostolicæ,  
 per Paschasinum reverendißimum Episcopum  
 dixerunt: Sanctus & beatißimus Papa, qui  
 Episcopatum sancti ac venerabilis Maximi Episcopi  
 Antiochenæ Ecclesiæ confirmavit, iusto satis  
 iudicio ejus meritum approbasse videtur:  
 si quidem memoratus reverendißimus Episcopus  
 Maximus suo arbitrio Domno voluerit esse  
 consultum, ut sumtus ei de sua Ecclesia  
 miserationis

intuitu, prout æstimaverit, largiatur: ut  
 contentus alimoniis quiescat in posterum.  
 Quæ confessio græce per Beronicianum  
 virum devotißimum, secretarium sacri  
 consistorii translata \* est. Anatolius \* Al.  
 reverendißimus Episcopus Constantino- dita.  
 politanus dixit: Laudo & ego condolentiam  
 \* beatissimi Episcopi Antiochiæ Maximi,  
 in quibus spontanea voluntate ipse \* Al.com-  
 tales precatórias \* obtulit, ut sumtus præ- \* Al. pre-  
 staret Domno, qui fuit Episcopus Eccle- ces.  
 siæ sanctæ, quæ sub eo est, præter hoc  
 prædicto nihil requirente.

Juvenalis Episcopus Jerosolymitanus dixit:  
 Amplector & ego consilium sancti Episcopi  
 Antiochiæ Maximi. Universa Synodus  
 vociferata est \*: Laudabiles merito sunt  
 benevolentie Archiepiscopi. \* Al. exclamavit.  
 Omnes cogitarum ejus laudamus. Hic  
 detur ejus existimationem humanus cogitatus  
 Pontificis. Magnificentißimi judices dixerunt:  
 Amplectente sancta Synodo arbitrium  
 Maximi viri religiosi Episcopi Antiochen-  
 sum, quod de Domno probavit, & nos \*  
 eidem consentimus, ejus arbitrio derelinquentes,  
 quæ sunt de Domno honorificentia. Et alia  
 manu: Edantur.

Huc usque Actio de Domno.

Hanc actionem minime commentitiam esse,  
 sed genuinam totis votis peroptarem. Sinceritas  
 Hoc enim si esset, jam præclarissimum Actionis  
 antiquissimumque præ manibus haberemus de Domno  
 testimonium summæ auctoritatis Pontificis Romani  
 tum in Synodos, cum in Orientales Episcopos,  
 majorum, inquam, ac primarum sedium Episcopos.  
 Enim vero quantæ potestatis est, ut penes Romanum  
 Episcopum Antiocheni, & consequenter Alexandrini  
 aliorumque Episcoporum consecratio fuerit aut  
 saltém confirmatio, ut ex hoc loco argumentantur  
 Cardinalis Bellarmus ejusque apologistæ  
 Jacobus Gretserus! Qualis prærogativa, ut cum  
 plures Episcopi ab infesta Synodo per vim  
 scelusque depositi essent, eorum damnatio ac  
 depositio rata esse juberetur, quam ratam esse  
 debere judicaret Romanus Episcopus; sola  
 alterius Episcopi in illius locum substitutio  
 haberet locum, quam idem ille confirmasset!  
 Quam evidenter denique hinc eluceret  
 suprema ejusdem in Synodos potestas, quæ  
 acta ex ea parte robur habeant, cui ille  
 robur adjecerit; ex illa cassa sint & irrita,  
 quam irritam ille esse voluerit. Verum ut  
 eruditi ac sapientis est Theologi veram  
 germanaque primariæ Sedis privilegia toto  
 animo atque ex solidis genuinisque probationibus  
 adversus novatores vindicare; ita parum  
 sinceri liberalisque animi sit eadem vel  
 ultra præscriptos limites ampliare, vel  
 incertis, caducis, falsisque adminiculis ac  
 fulcimentis sustentare. Nec enim mendacio  
 eget veritas, sed potius ex mendacii consortio  
 in falsitatis suspensionem veritas etiam  
 testatissima vocari consuevit.

Tale est, mea sententia, id omne quod  
 ex illa actione de Domno assertum est ab  
 ecclesiasticis scriptoribus, quibus ad alia  
 pro-

Bellarmin.  
 I. tom. I.  
 Controv.  
 III. de  
 Rom. Pontif. lib. II.  
 c. XII. Jacob. Gretserus  
 de fess. Bellarm. tom.  
 II. ad hunc locum.

1 properantibus vacuum non fuit de 1 illius  
 2 veritate accuratius inquirere. Mihi vero  
 rem curiosius exploranti certum est 2 Do-  
 minum Antiochenum jam tum fato functum  
 fuisse, cum Maximus Antiochenæ Ecclesiæ  
 Pontifex factus est; ac proinde falsam esse  
 ac commentitiam Actionem illam, quæ de  
 Domino inscribitur, sanctoque Concilio Cal-  
 chedonenfi putido mendacio affingitur: in  
 qua videlicet Maximus inducitur Domino  
 quasi post exauktionem suam superstite  
 alimenta de suæ Ecclesiæ redditibus ex Con-  
 cilio indulgentia impertiens. Atque ut hoc  
 constanter asseram, non levia & infirma vi-  
 deor mihi habere argumenta.

IV.  
 Latine  
 tantum est  
 edita.

3 Primum enim hæc una Actio inter omnes  
 alias Calchedonenfis Concilii Actiones la-  
 tine tantum edita reperitur, 3 græce au-  
 tem nuspiam apparuit: quod certe non le-  
 ve indicium est suppositionis a Latino im-  
 postore aliquo factæ. Si enim illa vere in  
 Concilio confecta fuisset, græce utique fuisset,  
 atque Græcis hujus Synodi actis inser-  
 ta cum aliis actionibus legeretur. Cur enim  
 hæc una a reliquarum actionum Græcarum  
 corpore distracta fuisset, plane non apparet.

V.  
 Ex unico  
 recenti &  
 infirmæ fi-  
 dei codice.

4 2. Ex 4 unico nobis codice prodit hu-  
 jusmodi actio, quem nulla auctoritas, an-  
 tiquitas nulla commendabat: cum & char-  
 taceus solummodo esset, & ab ignotis scho-  
 laribus Germanis duobus acceptus prædicer-  
 tur. Talis enim est epigraphæ, qua insi-  
 gnita reperitur in Crabbiana, Suriana, aliis-  
 que Conciliorum editionibus: *Actio de Do-  
 mino Antiocheno, quæ inventa est in Codice  
 Patrum Julia membranaceo, transcripta ex  
 Codice vetusto chartaceo, & dicitur ipsa  
 fuisse Proculi & Albini Germanorum Scho-  
 lasticorum.* Philippus quidem Labbeus in  
 novissima Conciliorum editione codicem  
 quemdam laudat actorum Calchedonenfis  
 Concilii a Rustico Ecclesiæ Romanæ Dia-  
 cono cum Græcis codicibus collatorum, an-  
 notatorum, distinctorum. In hoc vero co-  
 dice, qui dicitur esse D. Boherii Divio-  
 nensis, actio de Domino subjicitur actioni  
 sextæ cum hoc titulo: *Explicit VI, actio.*

*Incipit VII. De Domino Antiocheno quondam  
 Patriarcha translata ex Græco in Latinum.*  
 Sed Rustici fides hoc in negotio suspecta  
 est: cum enim schismaticus iste Diaconus a  
 Vigilio Papa anathemati subjectus, videret  
 exemplum Domni tamquam post mortem  
 damnati obrudi solere ab adversariis trium  
 Capitulorum damnationem expetentibus,  
 potuit homo hoc causæ suæ patrocinium ex  
 mendacio adsciscere, ut fabricata Actio-  
 ne de Domino quasi adhuc superstite, eum post  
 mortem non esse damnatum assereret, id-  
 que saltem Occidentalibus persuaderet. Quic-  
 quid porro sit de Rustici fide ac sincerita-  
 te, certum apparet mihi 5 solam Actio-  
 nem primam Calchedonenfis Concilii ab eo  
 esse recensitam: soli enim isti Actioni no-  
 men suum subjecit in hunc modum:

Ex Cod. MS. Bohieriano.

*Explicit prima cognitio Calchedonenfis Con-  
 cilio. Finisimus emen antes & conferentes  
 manuscri ta a pridie ante Kal. XCII. ( id  
 est Decembris ) feria IV. Ind. XIII. XV.  
 Kal. Aprilis: Rusticus per gratiam Dei Dia-  
 conus sanctæ Ecclesiæ Romanæ contuli, anno-  
 tavi, distinxit. Deo gratias.*

Ex editione Petri Crabbi Ord. Min.

*Finis primæ cognitionis Calchedonenfis  
 Concilii, quæ finita, emendata, & colla-  
 ta est anno Domini 417. ( emendatur in  
 margine aut 454. aut 457. in omnibus pes-  
 sime, inquit Labbeus ) feria IV. indictione  
 13. Kalend. Aprilis 12. Rusticus per gra-  
 tiam Dei Diaconus sanctæ Ecclesiæ Roma-  
 næ, contuli, annotavi, distinxit. Deo gratias.*

Eadem fere in editione Romana paucis  
 variantibus. Ex illis porro apparet nihil  
 certi statui posse ex hujusmodi annotationi-  
 bus, quæ sibi non coherent, ac insuper non  
 unius Rustici esse, sed plurium diverforum-  
 que annotatorum, illam Bohieriani codicis  
 monitionem. Rusticus enim relegit Calche-  
 donensem Synodum ad codicem, quem jam  
 emendaverant & contulerant superiores ipso  
 correctores: suamque pariter attestacionem  
 apposuit, ut illi suam. Sed hi actiones re-  
 liquas recensuerunt, ille ultra primam pro-  
 gres-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Veritatem sinceritatemque hujus actionis  
 in Observationibus subjiciendis defendemus,  
 Quesnellique nifus omnes ibidem retundentur.

2 Id falsum evinceretur ibidem n. 2.

3 Etsi hæc actio græce nuspiam apparuit;  
 eam tamen e Græco latine redditam in Ob-  
 servationibus demonstrabimus. Græcorum au-  
 tem codicum, qui ad nos pervenerunt, defe-  
 ctum in causis particularibus nihil probare  
 patebit ex not. 18. in Dissert. I. ad an. 451.  
 ubi particulares ejusmodi actiones in multis  
 codicibus Græcis generatim omiffas, in aliis  
 autem non paucis, qui particulares actiones  
 exhibent, omiffam actionem de Photio Tyri  
 manifestum fecimus. Quid igitur mirum, si  
 hæc actio de Domino præterita fuit?

4 Alium codicem nacli sumus, eumque ve-  
 tustissimum, ac diversæ originis; de cujus præ-  
 stantia agemus in Observat. num. 3. & seqq.

Quesnelli hallucinatio circa ipsum codicem,  
 quem hic nominat, ex eo pendet, quod epi-  
 graphen in vulgatis huic actioni præfixam edi-  
 torum esse crediderit, ac si hi in ea typis im-  
 primenda codice usi sint recenti transcripto  
 ex alio duorum Germanorum. At hæc epi-  
 graphes, quam in Observationibus ad MSS.  
 librorum fidem exactam proferemus, Rusticum  
 habet auctorem; ac proinde codices quoque  
 in ea memorati antiquissimi sunt. Vide Ob-  
 serv. num. 11. & 12.

5 Id falsum ostendemus in Observ. ad not.  
 2. Quesnelli in epist. 113. Distinctam eorum,  
 quæ lucubravit Rusticus, notitiam Quesnellus  
 habere non potuit, cum hæc scripsit: non-  
 dum enim prodierant Baluzii emendationes in  
 textum Rustici, quas qui legerit, sequentes  
 illius animadversiones inanes agnosceret.

gressus esse non videtur. Addo annos, quos annotatio prior designat, ad Rustici aetatem pertinere non posse; & priorem illam annotationem suspectam reddi ex hac voce *Manuscripta*: antequam enim excudendorum codicum artem hominibus largitus esset Deus opt. max. supervacaneum omnino erat *Manuscriptorum* ab editis discrimen, quod illic suggeritur. Præterea etsi demus Actiones omnes Calchedonenses a Rustico esse relectas & emendatas, clarum est actionem, de qua differimus, inventam ab eo non fuisse; quod vel unus codex Boherianus testatur. Nam in eo titulus actionis de Domino omnino singularis est: nulla relectionis ac emendationis fit mentio: Latinae ex Græco translationis mentio argumento est hoc ex Græco codice, quem confers Rusticus in manibus habebat, non esse desumptum. Denique Petrus Crabbe, Laurentius Surius, alique, qui in edendo Calchedonensi Concilio usi sunt codicibus a Rustico recensitis ac emendatis, cum ad actionem Domniam veniunt, de Rustico nullam mentionem habent; sed palam profitentur se illam ex unico codice Juliae membranaceo eruisse ac publicæ luci dedisse. Unde patet quam incerta ad nos via pervenerit, ejusque fidem omnem penes duos Germanos Scholasticos versari. Sed tædet me tricarum istarum: ad alia argumenta suppositionis pergamus.

VI. incerta Actionis fess. 3. Est ex incerta sede, quam hætenus a-na actionibus. Cum enim numero nullo con-signata esset, eum sortita esset locum, quem cuique placuit ei assignare. Post septimam enim actionem collocata reperitur in editionibus Crabbianis, Suriana, & Biniana Latina A. D. MDCVI. Romana Græco-Latina, aliaque postmodum editiones sedem ei figunt post decimam actionem. Nulli earum editionum procuratores ita constituti vel immutati ordinis vicem ratione aut auctoritate codicis comprobant: ut manifestum sit inter alias Synodi actiones 6 nunquam esse numeratam, sed longe post collecta illius acta superinductam esse & interjectam, quæ nimirum tam incertis sedibus jactata conspicitur.

6 VII. Justiniano ignota. 7 4. Constat actionem illam 7 Justiniano Imperatori ignotam fuisse, si quidem in prolixo scripto, qui inscribitur: *Confessio rectæ fidei Justiniani Imperatoris adversus tria Tom. II.*

*capitula & universo cætui Catholice & Apostolicæ Ecclesiæ directus legitur, hæc habet: Sancta Calchedonensis Synodus Domnum Antiochiæ factum Episcopum post mortem condemnavit, quod solum ausus est scribere oportere taceri duodecim capitula Cyrilli. Quomodo damnatus post mortem, si ei ex Concilii sententia alimenta de redditibus Ecclesiæ Antiochenæ ministrata sunt a Maximo? An Imperator ejusque administri, quorum opera in hoc negotio utebatur, existimandi sunt aliquid eorum ignorasse, quæ actis Calchedonensis Concilii continebantur; illius, inquam, Concilii, cujus unius gratia totam Ecclesiam commovebant?*

5. Non Imperator solum ejusque consultores, sed ipsa etiam universalis Synodus quinta eadem in sententia fuit, ut scribitur sub finem Collationis sextæ: *Calchedonensis, inquit, Synodus Domnum Antiochiæ Episcopum, eo quod scripsit debere taceri duodecim capitula sanctæ memoriæ Cyrilli, & post mortem condemnavit, cum confirmasset condemnationem ejus, & suscepisset Maximi ordinationem.* Si porro Dominus post mortem damnatus est a Calchedonensi Concilio (quod temere ac re inexplorata dictum esse a Patribus qui afferuerit, injuriosus plane sit erga sanctam Synodum, magisque ipse temeritatis reus:) igitur superstes non erat Dominus cum Synodus habita est, summæque ignorantia ac impudentia convincitur, quisquis hanc actionem consarcinavit ac supposuit. At, inquires, non magis credendum Concilio affirmanti Dominum post mortem esse damnatum, quam cum asserit eum a Calchedonensi Synodo damnationis excepisse sententiam. Nusquam porro hæc damnatio legitur inter hujus Concilii acta. Occurrunt objectioni ipsi Patres, cum in eo damnationem istam positam esse ostendunt, quod condemnationem ejus confirmarunt: confirmasse autem, cum Synodi Ephesinæ Acta quoad hanc partem non resciderunt: hæc vero non rescidisse circa illud, cum Maximi ordinationem in Domni locum propter hujus damnationem substituti irritam esse non jusserunt; sed potius approbarunt, ne minimam quidem querelam adversus illius ordinationem moventes. Ex his luce clarius est tempore Justiniani Imperatoris & quintæ Synodi universalis non lectam esse actionem illam inter acta Calchedonensis Concilii: alioqui quid erat facilius, quam

VIII. Quinta Synodus actionem illam ignoravit.

H h h h falsi

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Idem accidit actioni de Photio Tyri, quam tamen genuinam nemo negaverit. Vide *Observ.* n. 13. & notationem 18. in *Dissert.* I. ad an. 451.

7 Huic argumento negativo respondebimus in *Observ.* n. 14. Nihil enim mirum, si Justiniano, Patribus Concilii V. & Facundo ignota fuit hæc actio, quæ ita in eorum codicibus deerat, sicut in plerisque desiderabatur actio de Photio Tyri. Quod autem idem Justinianus & Patres laudatæ Synodi in recita-

tis locis tradunt, Calchedonensem Synodum condemnasse Dominum post mortem, nihil inovere debet. Nam præterquam quod alia quædam horum errata in rebus historicis manifesta sunt; hocque falsum convincitur ex nostra actione, quæ ipsis ignota fuit; profecto in ceteris actis nihil est, unde ea damnatio ac mors colligi potuerint. Solum enim in his legitur, Maximum a Concilio fuisse susceptum tamquam Episcopum, quia illum S. Leo in communionem receperat. Vid. act. 10.

falsi eos arguere, productis Synodi quartæ actis?

IX.  
Nec Facundo innotuit actio,

6. Cum Facundus Hermianensis in Africa Episcopus opusculum suum pro trium capitulorum defensione conscriberet; Justiniani Imperatoris professionem fidei diligentissimo examine discussit, omnibusque adversariorum argumentis satisfacere conatus est, quæ pro damnatione eorundem capitulorum adducta fuerant. At de damnatione Domni post mortem, ne verbum quidem ullum apud eundem legitur: quod tamen non omisit vir sagacissimus & ad causam, quam propugnabat, patrocinium intentissimus, si vel ex actis Calchedonensibus, vel aliunde compertum habuisset, Calchedonensi Concilio fuisse Domnum superstitem. Eo major vis hujus argumenti, quod nihil tunc temporis omnium manibus versabatur frequentius, quam Concilii Calchedonensis acta, de cuius potissimum auctoritate agebatur; quod de his actis instructissimi erant omnes sive Concilii, sive trium Capitulorum defensores, quos inter Facundus eminebat. Quod denique scribebat Constantinopoli, ubi accuratissima atque integerrima Calchedonensium actorum exemplaria fuisse non est ambiguum: ubi & illud Acœmetarum Monasterium situm erat, ad cuius codicem Rusticus Diaconus Synodi acta recensuisse dicitur: qui Rusticus in propria causa non secus ac Facundus prævaricatus esset, nisi ex hujusmodi actione adversariorum refutasset argumentum.

X.  
Facundus Domnum accenset magnis Doctoribus.

7. Idem Facundus lib. 2. cap. 1. Dominum annumerat sanctis Patribus & venerabilibus Ecclesiæ Christi Doctoribus, Joanni, inquam, Chrysostomo, & Gregorio Nazianzeno, ex quorum approbatione ac testimoniis Theodoro Mopsuesteno Episcopo patrocinium ac defensionem parare intendit: rem maxime horrendam putat, si vel eum, vel ejus scripta anathemate percutere quis præsumat. Libro etiam 8. cap. 5. & 7. Theodorum damnare metuit, ne Domno cum aliis sanctis Patribus injuriam faciat, quos Cyrillo præferendos putat. Eodem cap. 5. post recensitam cum laude Domni epistolam, de ipso ceteris Ecclesiæ luminaribus annumerato hæc habet: *Puto, clementissime Imperator, quod magni sceleris magnæque profanationis esset iudices istorum luminarium mundi pro Theodoro Mopsuestia calcare sententiam, & ad tenebras cæcitatæ Eutychia-*

*ne transire.* Denique, ut multa alia prætermittam brevitatis causa, in ultima fere hujus operis pagina Domnum venerabilem appellat, eumque ut primarium fidei adversus Eutychem defensorem prædicat. Quapropter fronte Facundus, qui ex singulari in Synodum Calchedonensem reverentia commendari amabat, tam præclaris Domnum ornasset encomiis, maximis Ecclesiæ ac mundi luminaribus parem fecisset, magni sceleris magnæque profanationis esse putasset ejus calcare sententiam, ejusdem pro Theodoro testimonium tanti ipse fecisset, tantique voluisset fieri ab adversariis, si a Calchedonensi Synodo damnationis excepisset sententiam, & ad eam conditionem dejectus esset, ut stipem a successore suo petere cogere?

Octavum inde nascitur mihi argumentum. Etsi enim Domnus impii Dioscori sententia exauctoratus, locum Maximo cedere coactus esset Calchedonensium Patrum judicio, pristinae suæ dignitati superstes factus; numquam tamen ad illud calamitatis profundum detruendi potuisse credam, ut 8 alimenta, nisi successoris sui arbitrio provisum esset, omnino ei deessent, tantæ nimirum sedis præfule, qui cum avunculi sui loco successisset, non poterat multis opibus, amicisque ac auctoritate plurima non polleere; ut ridiculum plane sit eum velut mendicum exhibere coram Synodo, sollicitumque de alimoniis, & præter has aliud nihil requirentem. Hoc certe potius elegisset, ut ad optimum Patrem suum Euthymium remearet, qui olim Spiritu sancto afflatus eum prædixerat & in locum avunculi successurum, & ab ejusdem sede per impiorum scelus & potentiam aliquando esse pulsandum.

9. Nonnulla sunt in hac actione, quæ fraudem aperiunt impostoris. Etsi enim quantum potuit imitatus est aliarum actionum stylum, in aliquibus tamen incautus hallucinatus est. Enumeratis enim præcipuis Synodi Antistitibus, hæc brevitatis causa subiungit: *9 Et cetera sancta Synodo, quæ ex sanctione divinissimi & clementissimi Domini nostri Marciani Imperatoris in Calchedonensi civitate congregata est, quorum nomina infra sunt posita.* Quam imperitus fuerit hujus actionis artifex, aliqua verba testantur. Vox enim *cetera* in singulari numero vix usurpatur. Deinde ad quid illud quorum refertur: cum nulla vox ejusdem nume-

XI.  
Non est probabile ad stipem accipiendam redactum esse Domnum.  
8

XII.  
Stylus falsitatem arguit: ut & aliena a Conciliorum more.  
9

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

8 Nil mirum, si Domnus ne gravis esset iis, apud quos Episcopatu relicto se se in eremum recepisse Cyrillus in Vita S. Euthymii tradit, ea alimenta obtinuit, quæ aliis Episcopis depositis in eadem Synodo assignata fuerunt, idque ex consuetudine jam recepta, uti Quesnellus num. 12. fatetur.

9 Quanta olim esset difficultas & imperitia interpretum Latinorum, ostendimus in præfatione ad epistolas S. Leonis num. 51. Defectus hic a Quesnello taxati in aliis antiquis versionibus similiter inveniuntur. Nonnulla etiam ab

amanuensium oscitantia proficisci potuerunt. Nomina autem Episcoporum, quæ infra scripta indicantur, & desunt, omitta scribendi fastidio veluti non necessaria, sicuti in actione de Juvenali quædam interlocutiones ab eodem nostro interprete prætermittæ fuerunt. In ipsis Græcis codicibus nonnullæ ejusmodi omissiones occurrunt, quæ ex diligentioribus versionibus antiquis, aut ex aliis Græcis MSS. deteguntur. Nihil ergo hinc ad suppositionem convincendam eruitur.

numeri vel generis præcesserit? Denique ubinam apparent nomina infra scripta, quæ describenda supponit? Omitto recensere barbarissimos quibus scatet tota actio, quales sunt isti: *Humanitatem exercere, suo arbitrio pro spontanea, ut inferius dicit, voluntate confessio, condolentiam, precatorias, cogitatum, honorificentia, benevolentie laudabiles* &c. Peccat etiam contra Synodi ordinem debitamque sanctis Patribus reverentiam, quando Maximum inducit ad iudices laicos preces suas dirigentem, posthabitis Episcopis Synodi principibus. Cum enim tunc temporis nec ferre possent Episcopi ut Ecclesiarum Oeconomi coram iudicibus laicis de bonorum ecclesiasticorum administratione rationem redderent, quemadmodum ex epistola 108. Leonis nostri manifestum est: quis credat eos primos omnium in Synodo ab Antiocheno Antistite compellendos fuisse, cum de portione ecclesiastici proventus deposito Episcopo largienda ageretur? *Deprecor, inquit ille, magnificentissimos & gloriosissimos iudices* &c. tum sui oblitus respondentes Legatos Sedis Apostolicæ introducit; cum contrario potius ordine res agi solet. Ad universam enim Synodum preces libelloseque supplices dirigi mos est in aliis actionibus, tum iudices a primariis Synodi Episcopis suffragium poscere. Ridiculum est etiam, ut pro decernendis Domno alimoniis actionem 10 peculiarem, solemnemque instituerent Patres consultationem: quasi vero patrimonium pauperum non essent opes Ecclesiæ, & inter pauperes præcipuus ac singulari privilegio dignus non haberetur Episcopus, cum per annos plurimos Ecclesiæ suæ summa cum laude præfuerat: ut opus Maximo fuerit veniam a Synodo obtinere, quo ei humanum esse ac misericordem liceret erga prædecessorem suum. Duo sunt exempla in eadem Synodo concessarum exautoratis Episcopis alimoniarum; sed res cum tanto apparatu ac splendore confecta non est, etsi longe majori egeret consultatione. Bassianus enim & Stephanus in Ecclesiam Ephesinam contra canones intrusi pelluntur ab Episcopatu, atque ex unius & alterius suffragio ab Ephesiorum Ecclesia nutrirı jubentur, quamvis Ecclesiam talibus hominibus pascendis gravari injustum videretur. Sabianum similiter, qui post depositionem Athanasii Perrhenorum Ecclesiæ a Concilio provinciali ordinatus erat Episcopus, si post

Tom. II.

examinatam Athanasii depositionem, cessurus est Episcopatu Perrhenorum, retenta dignitate episcopali, alimenta accipere vult Synodus, hocque decernit unico verbulo, *Pascatur*, non postulato ea de re singulorum suffragio, sed receptam consuetudinem sequens nec tam ut licentia daretur tribuendæ miserationis, quam ne miserationi deessent qui subrogabantur depositis Episcopi.

10. Quando Leo rescidit acta pseudo-synodi Ephesinæ ex omnium Occidentalium sententia, numquam de Domni depositione excipienda cogitavit; sed omnia omnino illic a Dioscuro perpetrata in irritum misit, eaque tamquam per unius hominis impudentiam contra iustitiam & canonum disciplinam gesta, nulla catholicæ fidei ratione rata esse posse pronuntiavit. Rogavit etiam Theodosium Augustum *ut omnia in eo statu manere iuberet, in quo fuerant ante omne iudicium, donec major ex toto orbe Sacerdotum numerus congregaretur*. Cur ergo effectum habuisse credatur lata in Domnum sententia? Non aliam certe 11 ob causam, quam quia e vivis excefferat Domnus antequam vel Maximus eligeretur, vel ordinaretur Episcopus.

11. Calchedonensis Concilii acta tota quantas sunt, nihil habent quod memoriam Domni Antiocheni vel minimum inficiat. Dum eum nominari contigit (quod sæpius factum est, integris etiam actis Conciliorum ab eo habitorum relatis) ne verbum quidem de confirmata vel illata damnationis in eum sententia. Actione 14. interrogatus a iudicibus Athanasius Perrhenensis cur tertio evocatus a sancto Antiocheno Concilio, non occurrit: *Quoniam*, respondet ille, *inimicus meus ERAT ipse qui iudicabat Antiochenus*. Vides ut de Domno quasi 12 jam defuncto loquatur, nec in mentem iudicum venisse in huius causæ discussione Domnum interpellare, ut de iudicio a se habito, lataque in Athanasium sententia rationem redderet. Quæ certe compendiosior via erat, quam ut ad octimestrem disquisitionem negotium totum ab Antiocheno Concilio discutendum remitteretur.

12. Si aliquamdiu prædatoris Synodo superstes fuisset Domnus, 13 numquam ita propriæ causæ propriique honoris oblitus esset, ut nec aliorum exemplum secutus veniam postularet pro culpa, nec de Dioscorigo perfidia querelas sive apud S. Leonem de-

H h h h 2 pone-

XIII.  
Ex rescissione Actorum Ephesinorum.

Epist. 47.  
nunc 51.

Epist. 40  
nunc 44.  
cap. 2.

11

XIV.  
Ex silentio Calchedonensis Synodi.

12

XV.  
Ex silentio ipsius Domni.

13

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

10 De Bassiano & Stephano Ephesinis, ac de Athanasio Perrhenorum Episcopo peculiare causæ in Concilio discussæ fuere, post quas stipendium ipsis mox constitutum, ut ne huius constituendi gratia actio distincta habenda esset. Cum autem nulla alia peculiaris causa de Domno, qui jam Episcopatum Maximo dimiserat, agenda esset nisi hæc, quæ stipendium ejus respiciebat; hinc de hac re distincte actum fuit.

11 Aliam causam assignabimus in Observ. n. 2.

12 Verba Athanasii ante descripta Domnum jam defunctum non significant. Interrogatus autem non fuit Domnus a iudicibus, quia Concilio non aderat.

13 Domnus post depositionem penitentia ductus, eremum cogitans, pro Episcopatu nihil laborabat; ac propterea nihil vel ab ipso, vel ab ejus amicis pro eo in suam sedem restituendo, vel vindicando actum fuit sive apud Leonem, sive in Concilio.

populeret, sive apud ejus Legatos, qui Constantinopolim pro reparanda Ephesina clade missi fuerant. Quod si non fecisset, atque communionem catholicorum Sacerdotum non requisivisset, merito negligentiae argueretur. Immo vero ad Calchedonensem Synodum sese contulisset, ut apud sacram Synodum de Dioscori violentia perfidiaque conquereretur: quod alii fecerunt, qui longe deterioris erant conditionis. Affuisse quidem Dominum tunc privatum asserit Cardinalis Baronius, non alio, opinor, argumento motus, quam quod id ex ista actione eruere sibi visus est, ubi ipse alimenta sibi postulans inducitur. Verum etsi disertis verbis praesens fuisse asseretur Dominus in hac actione, nihil affectum esset; cum hoc ipsum in controversiam vertatur, an fides scripto hujusmodi sit adhibenda. Ceterum aliunde non puto innotuisse Baronio Domni in Concilio praesentiam, cum de hac tam altum ubique silentium sit, ut hoc silentio potius invicte probari putem apud hominem omni praesudicio vacuum, nec praesentem, nec superstitem tunc fuisse Dominum Episcopum,

XVI.  
Ex amicorum ejus silentio.

13. Quis persuadeat sibi Dominum, qui tot annos Antiochenam rexerat Ecclesiam, ac proinde totam Orientis Dioecesim; qui Joannis avunculi ac praedecessoris sui amicos omnes sibi devinctos habebat; qui plurimos ipse consecrationis titulo filios pepererat; quem insuper & pietatis amor & zelus fidei commendaverant plurimum: hunc, inquam, quis credat ita omni praesidio destitutum, ita contemptui habitum ab omnibus fuisse atque derelictum, ut nemo pro ejus defensione in medium prodiret, nemo sollicitaret Synodum oecumenicam, nemo Antiochenum suum sibi Episcopum restitui clamaret, nemo respueret Maximum veluti viventis Episcopo superordinatum: praesertim cum hic contra jus & consuetudinem ecclesiasticam a Constantinopolitano Episcopo esset consecratus; ille contra fas omne ab impio Dioscoro esset depositus. Certe immane illud facinus, quo se apud Ephesum polluit Dioscorus, ita horruere Orientalis Dioecesis Episcopi, ut majoris dissensionis seminarium & origo fuerit inter partium illarum Dioeceses. Statim enim post solutam Ephesi pseudo-Synodum, reversisque ad sedes suas Episcopis, scissio facta est inter eos, inquit Liberatus cap. 12. *qualis antea numquam contigerat. Aegyptii quippe, Thraeces, & Palaestini Episcopi Dioscorum sequebantur; Orientales, Pontici, & Asiani sanctae memoria Flavianum.* Quis putet, his omnibus consideratis, neminem illorum patrocinium Domni fuisse suscepturum, si quidem superstes fuisset; cum propter eum probabile sit ortam esse ex parte tantam dissensionem? Noverant nimirum antiquam utriusque illius sedis, Alexandrinae, inquam, & Antioche-

Liberatus in Brev. cap. 12.

nae, aemulationem Dioscorum movisse, ut aemulum suum vi opprimeret, etiamsi in damnationem Flaviani, Eutychisque restitutionem abripi se intentatae mortis metu misere passus esset: nec verisimile est eos omni se erga Patriarcham suum studio tunc exuisse, quod semper vehementissimum haberunt Orientales. Quanta enim turbae, quanta seditiones pro uno Dioscoro homine impio ac sceleribus infami excitatae sunt sequenti anno! Licet quippe publice in Concilio oecumenico unanimi sexcentorum & amplius Episcoporum sententia damnatus esset atque depositus, vix tamen adduci potuerunt Alexandrini, ut alium in ejus locum eligerent, tametsi hoc etiam juberent imperiales sanctiones. *Super hoc enim, inquit Liberatus, multa dubitatio processit, volentibus neminem penitus ordinare, ne adulteri viderentur, Dioscoro quippe vivente.*

Cap. 13.

14. Plurimae Episcoporum causae ac depositiones in Synodo Calchedonensi accuratissime discussae sunt, etiam quae ad propriam Synodi hujus materiam non attinebant, etiam Episcoporum quorum causae jam in Conciliis ventilatae fuerant, nec parum cum Antiocheno Episcopo ponderis ac meriti erant. Si igitur tunc incolumis fuisset Dominus, dubium non est quin ejus causa ad incudem revocata esset, cum & eorum in primis gratia haberetur, qui lapsi erant in Ephesino conventu, nec aliud esset tribunal ad quod Antiochenus Episcopus trahi posset. Certe scriptum habemus a Leone ep. 110. (*nunc 139.*) ad Juvenalem Jerosolymorum Episcopum, quod *detestandum illud Ephesinae Synodi judicium, ita sancti Calchedonensis Concilii auctoritate (Christus) destruxit, ut NUL-LUM depravatorum a remedio correctionis arceret.* Si 14 nullum arcuit, profecto nec Dominum: ac proinde fictitium esse oportet scriptum omne, quod Leone contradicente testatur Antiochenum Episcopum a remedio correctionis fuisse depulsum.

XVII.  
Domni causa in Calchedonensi examinata esset.

14

15. Nulla ratio apparet cur cum Domino durius actum fuerit & inclementius, quam cum ceteris, qui ad damnandum Flavianum subscriptionibus suis coacti erant. Immo ceteris erat innocentior, dignusque qui praes omnibus indulgentiam acciperet: non solum enim primus omnium nascentem Eutycheis haesim olim confoderat, Flavianumque ipsum accenderat exemplo suo ad pugnam; sed & postquam militum circumstantium metu concussus damnationi Flaviani subscriptionis propriae consensum dedit, primus omnium poenitentia ductus respuit, quosque labentes secutus fuerat, iisdem resurgendi exemplo praevit. Immo eam ob causam detrimentum passus est dignitatis suae, quod consensionem extortam sponte retractavit. Hujus rei testem habemus Nicephorum, quem hanc historiae partem plurimi certe faciendam

XVIII.  
Cum Domino indulgentius actum esset. Facundus lib. 12. cap. ult.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

14 Nullus ex iis, qui correcti restitutionem petiere, a Calchedonensi repulsus fuit. Do-

mnus autem repulsus dici nequit, quia eremum secessurus restitutionem nec petiit, nec voluit.



dam ab aliis antiquioribus historicis accepisse par est credere, cui nullum erat illius comminiscendi operæ pretium. Sic igitur scribit: *Cum quibus, inquit, & Dominus Joannis in Ecclesia Antiochena successor, annotatione sua ea tum confirmavit. At idem potestati suæ redditus, quod illis cessisset, retractavit, Dioscoro & principibus ex aula imperiali viris resistens, & contra decreta, ut pote quæ adversus ecclesiasticas sanctiones facta essent, vociferans, Synodumque impiam appellans, & subscriptionem denique suam reddi sibi flagitans. Verum Synodus ea de causa huic quoque sacerdotalem ademittit dignitatem.* Aliam depositionis causam afferre videtur Liberatus, cum hæc scribit, cap.

XII. *Post omnes autem & Dominum Antiochenum (deposuit) remanentem ab Orthodoxorum depositione: quia particeps factus Dioscori in depositione Orthodoxorum & Eutychetis absolutione. Deposuit autem est dolo Dioscori sic. Postquam consensit in omnibus Dioscoro, datis in medio ejus epistolis, quas ad ipsum Dioscorum Antiochenus Dominus contra duodecim Cyrilli Capitula scripserat, eo quod essent obscura, damnavit egrotum & absentem illa die.* Duo isti auctores facile conciliantur, si dixeris primum veram rationem attulisse, cur de deponendo Domino cogitavit Dioscorus; alterum vero eam expoluisse, quam pessimæ proditio obtendebat: nemo enim crediderit ad id perpetrandum zelo fidei motum esse Dioscorum. Uque adeo autem a Nicephoro Liberatum non dissentire existimo, ut eandem ab utroque rationem allatam esse putem, quam in Liberato obscuravit scribarum aut typographorum oscitantium hallucinatio, nisi me fallit conjectura. Illius certe textus, quem modo descripsimus, vix ac ne vix quidem sensum congruum potest efficere. Quid enim sibi vult, quod Dioscorus *deposuit Dominum Antiochenum remanentem ab Orthodoxorum depositione, quia particeps factus Dioscori in depositione Orthodoxorum & Eutychetis absolutione?* Vides enim his verbis meram batologiam subesse, vixque dici posse quid sibi velit, *remanentem ab Orthodoxorum depositione*: pro quibus si hæc supposueris: *Deposuit Dominum Antiochenum ab Orthodoxorum depositione* 15 *resilientem, vel potius remanentem*: hæc enim vox & ab altera unius solum litterulæ transpositione distat, & eo sensu reperitur apud S. Augustinum pariter Africanum, lib. 2. de Bapt. cont. Donatistas: *Quos, inquit, ad pacem atque unitatem sanctæ Ecclesiæ remeare cupimus: & epist. 172. ad Crispinum: Nisi ad communionem vestram remeavissent.* Jam enim & optimus exurgit sensus, & eadem cum Nicephoro

sententia exprimitur: quæ proculdubio plurimum Domni minuit culpam, tam strenua videlicet tamque prompta revocatione dilutam; & actionem illam commentitiam plane arguit. Post hæc enim si supervixisset Dominus, eadem prorsus ac potius longe majori benignitate exceptus haberetur a Synodo, quam alii Episcopi lapsi; nec de portione illi fructuum ecclesiasticorum imperienda cogitatum esset, cum pristina fuisset dignitati suæ cum ceteris restituendus.

16. Ratio superiori affinis sumitur ex actione quarta Calchedonenis Concilii. Ibi iudices in quæstionem vocant utrum Juvenalis Jerosolymorum, Thalassius Cæsareæ Cappadociæ, Eusebius Anycræ, Eustathius Berythi, & Basilus Seleuciæ Isauriæ, qui omnes potestatem habuerant & principes fuerant conciliabuli, Flavianumque damnarent: utrum, inquam, secundum Canones alieni a dignitate Episcopatus fieri deberent, similemque cum Dioscoro damnationis accipere sententiam. Res ad Imperatorem deferretur; eam ille ad Concilii Patres remittit, qui omnes una voce Episcopis indulgendum clamaverunt. Cur similis de Domino non habita est quæstio a iudicibus? 16 Cur pari non exceptus indulgentia? Cur in Synodum non admittus, qui istis longe erat innocentior? quippe nec inter Synodi principes fuerat, nec cum Dioscoro conspiraverat, sed ad subscribendum sententiæ jam lætæ metu adductus, statim respuit. At antiqua scripta, inquires, adversus Cyrilli Capitula ipsamque adeo catholicam fidem edita, posteriori culpæ pondus addebant, auctoremque venia reddebant indignum. Hæc si valet ratio, non erat cur Theodorito parcere; sedesque ei sua restitueretur. Nam & ipse totius illius controversiæ princeps fuerat, acriter decertarat adversus Cyrilli anathematismos, & a Dioscoro propter hanc causam fuerat a sede sua dejectus. Alii quoque, ut arguebat pro Theodorito Facundus lib. 2. cap. 1. *quorum memoria communicamus, scripserunt adversus B. Cyrillum eundem: verumtamen in anathemate denominati non sunt.* Non erat igitur cur deterior esset Domni conditio, cujus eadem erat cum Theodorito causa; vel cur Juvenali ceterisque lapsis in gratiam receptis, ipse solus (si in vivis fuisset) impiæ depositionis sententiæ subiectus maneret.

17. Si Dominus ante Synodum œcumenicam & adhuc superstes fuisset, & cum hæreticis damnatus, cum Anatolius scripsit ad sanctum Leonem, interrogavitque de nominibus Dioscori, Juvenalis, & Eustathii, an ad sacrum altare recitari deberent, 17 de Domni pariter nomine interrogasset, & de eodem

XIX. Venia postulatur aliis Episcopis in Calchedonensi: cur non Domino?

16

XX. Non e diptychis erasus a S. Leone. 17 Epist. 60. nunc 80. S. Leon.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

15 Hæc emendatio, ipsaque, quam Nicephoro conformem hoc loco Quésnellus Liberato tribuit, a subsequenti ipsius Liberati ratione & contextu refellit.

16 Confer not. 14.

17 De folis principibus latrocini Ephesini,

qui adhuc Episcopatum tenebant, Leo scripserat. Vide epist. 95. c. 4. Inter principes autem latrocini non fuit Dominus; ac præterea in eremum se se recepturus, Episcopatum Maximo dimiserat.

eodem respondisset Leo, quod de aliorum nominibus. Altum utrobique de Domno silentium eum non modo vita functum arguit, sed etiam in pace ecclesiastica, & in Apostolicarum Sedium communione decessisse.

XX.  
Ex constitutionibus Theodosii & Marciani  
18

18. Constitutio Theodosii Imperatoris, qua pseudo-synodi acta confirmavit, postquam illius decreto Flavianum & Eusebium ab Episcopatu exclusos narrat, addit: *Sed & Domnum, 18 qui fuit Antiochenus Episcopus, & Theodoritum & alios &c.* Quo loquendi modo, *qui fuit*, quem pariter pro Theodorito, Eusebioque, utpote superstitionibus, etsi sede sua dejectis non usurpavit, indicare videtur Domnum diem tunc supremum obiisse. Confirmatur ex constitutione Marciani Augusti, qua Theodosii memoratum edictum infirmat, jubetque ut nihil obstitit 19 Theodorito & Eusebio religiosis Episcopis. Domni enim similiter mentio facienda erat, ut vel eadem pariter gratia gauderet, vel ab ea exciperetur. Sed admodum inutilis fuisset. Quippe cum Flaviano, qui martyrium pro fide obierat, non esset æquandus, ab ejus laudibus abstinuit: cum vero ad meliorem vitam jam migrasset, non erat de ejus restitutione laborandum, cujus causa morte finita erat. Hæc una ratio afferri potest: qui aliam adinvenit, pergratum faciet, si eam cum eruditis communicaverit.

19

XXII.  
Ex Gelasii silentio,  
20

19. Cum Gelasius Papa I. ad Episcopos Dardaniæ scriberet de damnatione Acacii, omnia quæcumque potest exempla corrogat, ut Apostolica Sedis auctoritatem supra Synodos evehat, plures enumerans Episcopos, quos a Synodo damnatos absolvit sedes Apostolica, alios etiam ab eadem damnatos, quos Synodus absolverat, addensque veniam concessisse innumeris qui prævaricati erant in pseudo-synodo Ephesina, dum hanc in irritum misit, Hic profecto 20 locus erat de Domno memoriam faciendi, deque Maximo ejus successore. Observasset proculdubio ex actis Ephesinis hoc unum integrum stetit, irritis aliis, ut Domni depositio, & Maximi electio permaneret, quoniam utramque confirmaverat sententia sua Pontifex.

Nihil tale venit in mentem Gelasio, quippe qui Domnum vita functum noverat, antequam successor ei subrogaretur Maximus.

20. Evagrius lib. 1. Histor. cap. x. de Episcopis a pseudo-synodo Ephesina depositis agens, hæc habet: *Abdicatur etiam ab aliis Theodoritus Episcopus Cyrensis, & Domnus quoque Ecclesiæ Antiochenæ Antistes: de quo quid postea factum sit, 21 non constat.* At vero si actio illa de Domno commentitia non esset, & Evagrii temporibus inter alias Concilii actiones lecta fuisset, constitisset Evagrio quid factum esset de Domno, post ejus damnationem; nimirum a damnationis sententia absolutum non fuisse, Maximum in ejus locum substitutum a Romano Pontifice esse confirmatum, Domnum alimenta a Concilio petiisse ac impetrasse, annitente Maximo, quibus contentum privatam deinceps vitam egisse. His cognitis, quid Evagrius amplius de Domno scire peroptasset?

XXIII.  
Quid de Domno factum post depositionem, nescit Evagrius.  
21

21. Liberatus Ecclesiæ Carthaginensis Diaconus, eorum quæ ad Calchedonensem Synodum spectant, curiosissimus indagator, in Breviario de causa Nestoriana & Eutychianna, ea quæ de Ephesina pseudo-synodo & Calchedonensi Concilio recitat, asserit se Alexandriæ de Græco in Latinum translata accepisse: nullam tamen mentionem facit actionis de Domno habitæ in Calchedonensi; licet accuratissime omnes tam sessiones quam actiones recensent, earumque Breviarium pro sui instituti ratione ex ordine digerat capite xiii. Subsequens vero caput xiv. ita exorditur: *Expleto ergo magno & venerabili Calchedonensi Concilio in duodecim secretariis & sedecim actionibus.* Suo igitur silentio actionem, de qua sermonem facimus, reprobat Liberatus: quæ si pro genuina habenda esset, jam non sedecim, sed septemdecim actiones erunt numerandæ. Ex quibus perspicuum est non modo Constanti-nopolitana Synodi Calchedonensis exemplaria, quibus Justinianus Imperator & quintæ Synodi Patres utebantur, actione illa caruisse, sed etiam Africana, Alexandrina, Roma-

XXIV.  
Liberatus filer de actione i Domni causa, a lias recensens.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

18 Idcirco *qui fuit Antiochenus Episcopus*, inquit Theodosius, quia Domnum depositum pro Episcopo non habuit. Sic etiam act. 3. Calchedonensi Dioscorus cum depositus fuit, *quondam Alexandrinus Episcopus* appellatur. De Theodoro et aliisque Episcopis quantumvis æque depositis Ephesi, ac Domnus depositus fuerat, si Theodosius eadem formula usus non est; id ex eo accidit, quia in laudato textu horum Episcopatum non nominavit.

19 Theodoretum & Eusebium mentionem fecit Marcianus, quia hi a Synodo Episcopatu fuerunt restituti. Domni autem non meminit, quia hic Episcopatum Maximo jam dimiserat.

20 Cum Gelasius collegerit eorum exempla, quos vel damnatos a Synodis absolvit Sedes Apostolica, vel absolutos ab iisdem

Apostolica Sedes condemnavit; aptum ipsi non erat exemplum Domni, quippe quem etsi damnatum a pseudo-synodo Ephesina, Sedes Apostolica non absolverat: nec idoneum pariter exemplum Maximi, quippe qui ab Apostolica Sede susceptus, non tamen a Synodo depositus fuerat.

21 Hæc solummodo probant Evagrio ignotam fuisse nostram actionem de Domno, sicut & sequentia ostendunt eam laruisse etiam Liberatum, quia scilicet in eorum codicibus non legebatur. Id autem nihil conferre ad suppositionem ejus adstruendam patebit ex Observat. n. 14. Non constituisse autem Evagrio homini Antiocheno, quid de Domno Antiochiæ Episcopo actum fuerit, incredibile non videbitur consideranti, eum secessisse in Palæstinæ eremum, quæ ab Antiochena Ecclesia plurimum abest, ibique solitariam vitam exegisse.

Romana &c. quæ in manibus habuerunt Gelasius Papa, Facundus, Liberatus, Evagrius, & Nicephorus: ac proinde meram puramque esse fabulam per impostorem mala arte confictam.

XXV. *Hemma Leonis titulo de reversis vel oblitis Episcopis.* 22. Uno adhuc dilemmate sic arguo. Leo pluribus in locis vult ut Episcopis apud Ephesum lapsis pacis ac communionis gratia tribuatur, si corrigantur, & quæ male sunt facta propria subscriptione damnaverint; pertinaces vero iusta severitate coerceantur. Vel igitur Dominus ex correctis fuit, vel ex pertinacibus. Si ex correctis, indulgentia proculdubio ei, sicut ceteris, concessa est: si ex pertinacibus & obduratis, jam ne illa quidem proventus ecclesiastici portione dignus erat, quam ei volunt ad successoris preces assignatam esse a Synodo ex istius actionis auctoritate.

22 Nodus iste solvi aliter non potest, quam si dixeris Dominum ad meliorem tunc vitam assumptum, nec de repetenda Antiochena sede, nec de necessariis vitæ mortali subsidiis cogitasse.

Sed quomodo, inquires, si vita functus, ad Euthymium Abbatem, ut initio dissertationis diximus, reversus est, postquam omnia, quæ ei prædicta fuerant, effectum essent sortita, inter quæ præcipua erat depositionis prædictio? Respondeo, tempus, quo reversus est Dominus ad Euthymium, notatum non esse ab ejus vitæ auctore, idque probabiliter contigisse statim atque in semet reversus, de spreto a se sancti Abbatis consilio cogitavit, ac pœnitentia motus est. Ac

præterea cum ab ejus depositione usque ad Synodum Calchedonensem duo anni fere effluxerint, & ad minus 23 unus annus ante Maximi ordinationem, nihil vetat Dominum suæ prævaricationis pœnitentem, de sua depositione afflictum, præditionemque patris sui animo revolventem, & quid in tanta rerum perturbatione factu opus esset ignarum, ad Euthymium confugisse, ut curarum suarum pondus apud eum deponeret, leniretque acerbiter doli, sanctissimi viri consiliis ac monitis recreatus. Post quæ accidere ei potuit ultimus dies ante Synodum Calchedonensem & ante Maximi ordinationem.

23. Argumentum erui posset ex illis actionis verbis: *Sanctus & beatissimus Papa Episcopatum sancti ac venerabilis Maximi Episcopi Antiochene Ecclesie confirmavit &c.* Primum enim 24 non est illius ætatis ut Romanus Episcopus hac unica voce *Papa* sine aliquo addito designetur: nec, si bene memini, locus ullus est in actis Calchedonenfibus, in quibus tories nominandus occurrit, ubi ad vocem *Papa* non addatur vel *urbis Romæ*, vel *Apostolicæ Sedis*, vel aliquid simile. Deinde quod de 25 confirmatione Maximi per Leonem dicitur, posteriorum temporum stylum redolet. Per id enim temporis nondum orbem Occidentalem pervaserat hæc disciplina, qua factum est postea ut ordinationum in Provinciis celebratarum confirmatio a Pontifice Romano posceretur, multoque magis ignota erat Ori-

23

XXVI. Ex aliquibus locis actionis falsitas deprehenditur.

24

25

#### EDITORUM AD NOTATIONES.

22 Hic nodus alia via facile solvitur, si nimirum recolatur quod superius diximus, Dominum licet correctum idcirco non fuisse restitutum in suam Sedem, quia pœnitentia ductus restitui noluit, sed in eremum secessit.

23 Dominus in latrocinio Ephesino depositus fuit mense Augusto anni 449. Maximum autem ordinatum fuisse aliquandiu ante mortem Theodosii, qui obiit mense Julio anni 450. probavimus not. 26. in Dissert. I. Quæsnelli ad annum 451. Nondum ergo unus annus effluxerat a depositione Domni ad Maximi ordinationem, quam quidem Domno adhuc vivente peractam ostendemus in Observationibus num. 2.

24 Aliquot hujus ævi exempla, inter quæ duo sunt ex ipsa Synodo Calchedonenfi act. 1. & 2. refert Baluzius in præfatione ad antiquam versionem ejusdem Synodi num. 48. Hæc Quæsnelli propositionem manifeste revincunt.

25. Cum communionis litteras ipsi Orientales præcipuarum sedium Episcopi a Romano Pontifice in ordinatione sua quærebant, confirmationis quædam species in iisdem inerat; quatenus se se catholicos & legitimos Episcopos iisdem litteris ostendebant. Id ex primatu Romanæ Sedis proprio originem ducit. Hæc enim illa Sedes est catholicæ communionis & unitatis centrum, cum qua propter *potentior*, ut Irenæus loquitur, ejus *principalitatem* seu primatum convenire necesse est omnes undique fideles ac præfer-

tim Episcopos, ut se se catholicos & catholicæ communionis Episcopos probent. Et si vero ab aliis quoque episcopalibus sedibus novus Episcopus has communionis epistolas quæreret, nullius tamen sedis litteris potentior hæc communionis & quasi confirmationis vis inerat nisi illis ejus cathedræ *principalis*, unde (ut S. Cyprianus loquitur epist. 55.) *unitas sacerdotalis exorta est*, & ex qua in omnes *venerandæ communionis JURA dimanant*, ut tradidit Synodus Aquilejensis anni 381. in epistola ad Imperatores apud P. Constantium inter Damasi epist. 12. n. 4. Hinc hujus præsertim Sedis litteræ a catholicis Episcopis ex antiquissima disciplina quæstæ: quam quidem viguisse Leonis tempore constat ex epist. 149. & 171. ubi non solum hujus disciplinæ consuetudo, verum etiam necessitas satis exprimitur, ut videre est ex not. 1. in ep. 149. & not. 6. in ep. 171. unde nihil mirum erit, si Anatolius hac de re sollicitus Clericos Romam misit curaturos ut S. Leo sibi communionis litteras aliquandiu suspensas citius traderet, sicque ordinationem suam confirmaret. Neque vero simplicis communionis epistola Maximus indigebat: sed cum ipsius ordinatio aliquot defectibus laboraret, S. Leo bono pacis ac dispensatione quadam illam recipiens, *præesse eum Antiochenfium* judicavit Ecclesiæ, ut Anatolius testatur act. 10. Concilii Calchedonenfis: de quo vide plura not. 26. in Dissert. I. Quæsnelli ad an. 451.

entalibus. Quod si confirmatum Maximum a Leone eam ob rem dixeris, quod eum communionis suæ participem fecerit, eo etiam sensu ab aliis Episcopis confirmatus esse dicendus est, qui eum a sua communione non removerunt, vel etiam ab ineunte ejus Episcopatu. Tamen non negaverim majoris semper ponderis fuisse Pontificis Romani communionem, quoniam & Sedem Apostolicam, primariam splendidissimamque regebat, & *potentiori*, ut loquitur Irenæus, *principalitate* cunctis eminebat, & *maiores diœceses* tenebat, quemadmodum scribunt Arelatensis I. Concilii Patres; quarum diœcesion Episcopi ei plerumque communione jungebantur, cui Romanus suam impertiisset.

XXVII.  
De Maximi Antiocheni Episcopi ordinatione.

Verum Maximi ordinationem, & quæ eam præcesserunt, accuratius paulo examinemus: video enim in præoccupatas opinionones confidentius itum esse a nonnullis. Hoc porro primum certum est, Domnum a pseudo-synodo Ephesina esse depositum: testes sunt Liberatus, Evagrius, Nicephorus, & alii locis superius citatis.

Certum est 2. eum *post omnes*, ut Liberatus diserte asserit, esse depositum, & ut habet tractatus seu breviculus historiae Eutyrianiarum præfixus epistolis sancti Leonis in editione Romana: *Post diem tertiam Synodi, qua dejectus est sancta memoria Flavianus, dejectus etiam Dominus Antiochenus, Dioscorus repente discessit, solutusque conventus est.* Domni causam a Flaviani & Eusebii causis separatam voluit de industria Dioscorus: ut in utriusque damnationem, antequam damnaretur ipse, subscriberet. Hac arte & *dolo* (quæ vox Liberati istud indigitat) duo obtinebat, quibus Domno omnis ad suam sedem repetendam aditus præcludebatur: hinc enim adversos habebat quotquot a Dioscori partibus stabant, & in ipsius Domni depositionem conspiraverant; inde vero infensus nactus erat catholicos omnes, qui sententiam in Flavianum & Eusebium a Dioscoro latam horrore habebant.

3. Certum est eum a Synodo absentem, immo & ægotantem damnatum esse; ita ut nullus datus sit semetipsum defendendi locus: illud enim asserit Liberatus expressis verbis, cap. 12.

4. Certum est Domnum injuste esse damnatum, non modo quia omnis judiciorum forma a Dioscoro judicante pessumdata est, omniaque per vim ac furorem acta; sed etiam quia nullum aliud ei crimen objectum

est, quam quod Cyrilli capitula, tamquam obscuriora, scriptis ad Dioscorum litteris silentio premenda dixisset. Si quid porro in eo peccatum fuerat a Domno, jamdiu illud omne 26 per pacem inter Episcopos redintegratum abolitum erat & oblivioni datum.

5. Ex his quæ supra diximus, probabilissimum, ac potius certum est, 27 non diu depositioni suæ superfuisset Domnum, nec usque ad Concilium Calchedonense, hoc est ad annum Domini ccccli. produxisse ætatem. Crediderim ego haud ægre ex eo morbo illum non convaluisse, quo afflicto decumbebat, teste Liberato, cum damnationis in eum sententia inflata est, tædioque confectum obiisse: quoniam tam inexpectata tempestate dejectus e secunda Orientalium partium sede, neminem vidit a quo præsidii aliquid sperare auderet, infensus sibi Dioscori sequacibus propter damnatum olim Eutyriani, offensis Catholicis propter approbatam Flaviani depositionem, quam brevi mors secuta est.

6. Si qua Nicephoro fides, si qua nostræ de obscuro Liberati loco conjecturæ probabilitas, Domni condemnatio ejus pœnitentiæ fructus fuit: siquidem illi subjectus est, propterea quod subscriptionis pœnitens suum sibi chirographum reddi vehementer postulavit, & in tanti sceleris auctores palam ac publice invehere veritus non est. Unde etiam forsitan conceptum ab eodem de vita privata usque ad mortem agenda consilium morte superveniente abruptum.

7. Denique ejus damnationem vel a Leone vel a Concilio œcumenico ad examen fuisse revocatam nusquam legimus. Tantummodo actione x. ubi ventilata est Iba Edesseni causa, cum judices proposuissent ut relegerentur quæ in Epheso de Iba Episcopo gesta erant, postquam Legati Leonis, Anatolius, aliique tres suam aperuissent sententiam, Stephanus Ephesi Episcopus dixit: *Et ego judico, ut quæ contra Canones in Ephesina Metropoli facta sunt, infringantur, exceptis his, quæ gesta sunt adversus Domnum Antiochensæ civitatis Episcopum, ob hoc quia ordinatio Dei amantissimi Episcopi Maximi facta pro eo canonice in Antiochena Metropoli, a sanctissimo Archiepiscopo Leone & hoc presente sancto & universali Concilio est suscepta.* Quod suffragium nescio an magni faciendum sit; cum 28 unicum sit, & ab eo profectum, quem actione sequenti exauctoratum legimus

26

27

Sup. n. 13.

XXVIII.  
Stephani  
Ephesini  
suffragium  
de Do-  
mno.

28

## EDITORUM ADNOTATIONES.

26 Si pax illa celebris hic intelligatur, qua inter S. Cyrillum Alexandrinum & Joannem Antiochenum constituta, omnia hinc inde gesta abolita fuerunt; hæc nihil juvare potuit Domnum, cum hujus epistola ad Dioscorum multo post id tempus scripta fuerit. Quæ autem alia pax inter Domnum & Dioscorum *jamdiu* inita proferri queat, ignoramus.

27 Domnum post depositionem exilio pulsum, non fuisse revocatum nisi sub Marciano

Augusto patebit ex Observationibus num. 2. Cum autem ille non solum in eremum redire cogitaverit, verum etiam eo reipsa reversus sit, ut Cyrilli Scythopolitani testimonium in Vita S. Euthymii præfert; ibi quoque extremam diem obiisse dicendus est, non vero ex eo morbo, quo decumbebat, cum damnationis in eum sententia inflata fuit.

28 Unicum non est, cum alia duo similia testimonia eadem actione præcedant, nimirum Lega-

mus propter scelera, per quæ sibi gradum ad Ephesinam sedem fecerat, ex quibus probabile est Stephanum ex odio ac malevolentia condemnationem Domni ratam esse voluisse: cui ita sentienti sicut nullus præverat, ita nec ullus ad stipulatus est. Quicquid sit, hoc de suo asseruit Stephanus, nec dixit excepta esse a sancto Leone gesta Ephesi adversus Domnum, cum alia omnia hujus infaultæ Synodi acta cum ceteris Occidentalibus rescidit: nec quicquam definitioni Calchedonenis Concilii insertum est, quod illius condemnationem ad mentem Stephani confirmaret; sed solus fuit in ea sententia: quod facit plurimum pro Domni absolute. Denique nihil in eadem Stephani sententia est, ex quo superstitem tunc fuisse Domnum asseras: immo hunc fato jam functum indicat; cum acta neget esse rescindenda ob eam solam rationem, quia confirmata erat Maximi ordinatio 29 *canonice facta*: canonice enim facta non fuisset, si Maximus Domno adhuc superstiti, nec canonice deposito superordinatus esset. Ad hoc unicum Stephani suffragium respexit quinta Synodus, cum exempla undequaque exquireret Episcoporum post mortem damnatorum, ut inde trium Capitulorum damnatio roboraretur, quorum exemplorum inopia cum laboraret, avidè arripuit Stephani verba, quasi fuissent a Synodo approbata: & cum etiam absolutum a Synodo œcumenica Domnum non legeret, sed Maximum potius confirmatum, confidenter asseruit Domnum post mortem damnatum: tamen statim se simulque Stephanum Ephesinum explicaverit, dum significavit totum illud ex sola confirmatione Maximi esse asseritum. Aliqua tamen macula, quod diffidendum non est, remansit aspersa Domni  
Tom. II.

memoria propter damnatos catholicos Antistites: quæ caussa fuit cur in purganda ejus memoria tardiores se Concilii Patres gesserint.

Jam vero in deligendo & ordinando ejus in locum successore quid factum sit, operæ pretium est discutere. Notanda in primis quatuor Legatorum Sedis Apostolicæ sententia in actione X. Calchedonenis Concilii, qua diserte asserunt ordinationem Maximi Antiocheni Episcopi in Domni locum subrogati Ephesinæ pseudo-synodi gestis non esse accensendam, eamque fuisse sancti Leonis mentem, cum ex una parte omnia quæ ibi gesta sunt, irrita esse judicavit, ex alia vero Maximum in suam communionem recepit. Verba Legatorum in Synodo hæc sunt occasione depositionis Ibæ a pseudo-synodo Ephesina, cujus acta relegi volebant iudices: *Paschasinus & Lucentius & Julianus reverendissimi Episcopi, & Bonifacius reverendissimus Presbyter, Vicarii Sedis Apostolicæ per Paschasinum dixerunt: Synodus proferri non potest, in qua illa nefaria delicta relecta sunt, & ob hoc ad lectionem videntur esse superflua ea, quæ ibi sunt acta. Si ergo & a beatissimo & apostolico Romano urbis Episcopo, omnia quæ ibi gesta sunt vana sunt habita, (claret quia & sanctissimus Episcopus Antiochenæ civitatis extra hæc est, quem post hæc beatissimus Episcopus in propria communione suscepit) necessarium est enim ut rursus eundem tranquillissimum & christianissimum Principem aleamus, quatenus illud Concilium sacra & propria lege neque nominari præcipiat. Fatendum est valde inemendata esse hæc verba tam in Græcis, quam in Latina versione, in qua r. abundant ista: quem post hæc beatissimus Episcopus in propria communione suscepit: quæ 30*

Iiii

desi-

XXIX. Quid factum in electione & ordinatione Maximi.

Loci aſtorum Calchedonenſium tentata emendatio

## EDITORUM ADNOTATIONES.

30

Legatorum & Anatolii; qui si Domni expressam mentionem non faciunt, cum tamen acta Ephesi excipiant in ea parte, quæ ad Maximum pertinet, cujus ordinationem a Leone approbatam affirmant; sola acta pseudo-ephesina contra Domnum intelligere possunt: de Maximo enim Ephesi nihil gestum fuit. Hinc quæ subinde Quæsnellus subjicit, ut Stephani testimonium infirmet ac suspectum reddat, inania cognoscuntur.

29 *Canonice factam* intelligere potuit Stephanus eo tantum nomine, quia post Domni cessionem ac dimissionem peracta fuit. Domnus scilicet post depositionem penitentia ductus eremum cogitans, Episcoporum de se judicio sponte acquievit, quod canonice ordinationi locum dedisse judicatum fuit. Eandem vero ordinationem Leo *contra instituta canonum* peractam tradidit, de quo confer not. 36.

30 In Græco textu vulgato, quem *originalem* Quæsnellus vocat, non solum desiderantur verba *quem post hæc beatissimus Episcopus in propria communione suscepit*, sed ista etiam *necessarium est enim*, quæ contextui necessaria, ad glossæ referri nequeunt. Alia quædam in vulgato Græco ejusdem Synodi manca depre-

henduntur, quæ ex Latina versione supplenda sunt. Quod porro hoc loco Quæsnellus contendit, sensum esse integrum absque illis Paschasini verbis, tam absurdum & falsum est, ut potius sine illis sensus sit imperfectus. Cum enim is dixisset pseudo-ephesina gesta a Leone irrita fuisse habita; addit, in his generalibus verbis non comprehendi ordinationem Maximi ex eo palam constare, quod *post hæc ipsum Leo in propria communione suscepit*. Integer profecto non fuisset sensus, si Paschasinus hanc rationem non attulisset, ut consideranti patebit. Adde quod sequentia nullam connexionem haberent sine his vocibus *necessarium est enim*, quæ licet etiam in Græco vulgato inveniantur, Quæsnellus tamen expungenda existimat. Non igitur necessaria est emendatio, qua ille postea alia ex arbitrio addens, alia detrahens, alia mutans mirifice laborat, ut bonum sensum sine illis verbis eliciat. Quod dein ingerit circa vocem *eundem*, hæc interpretis est, qui Græcam vocem τὸν αὐτὸν *eundem* reddidit, cum hoc loco melius reddenda fuerit *ipsum*. Ne quid vero ad plenissimam Quæsnelli confutationem desit, conferendos credidimus duos codices Græcos 164.

&amp; 555.

desiderantur in textu originali. Unde con-  
jicimus vice glossæ ad marginem ex  
sequentibus Anatolii verbis adscripta postmo-  
dum in textum irrepisse. 2. Superflua vi-  
detur vocula *enim*, quam ideo diverso ab  
aliis charactere notavimus, & quæ fortasse  
supposita est pro *etiam* a scriba ambigua vo-  
cis abbreviatione decepto: antiquissima enim  
Crabbi editio ita habet *em*, quod *etiam*  
non minus significare potest quam *enim*. 3.  
Non est ad quid vox *eundem* referatur, cum  
in superioribus de Principe mentio non oc-  
currat. 4. Nisi retineatur parenthesis, quam  
de nostro apposuimus, & vocula *enim* tol-  
latur; ita ut ex his quæ antecedunt paren-  
thesim, & his quæ subsequuntur, una ser-  
monis series exurgat, vix ulla connexio ac  
coheræntia inveniri potest in illa Legatorum  
sententia; nec apparet, cur hoc loco, ubi  
de Maximo quæstio mota non erat, hæc  
directe & ex professo probare videantur, ad  
Synodum Ephesinam non pertinere Maximi  
ordinationem; vel, ut aliis placet, a reje-  
ctione actorum illius Synodi esse excipien-  
dam: recepta autem interpunctione & emen-  
datione nostra, optime, ni fallor, omnia  
coherænt.

Tentabo & alia via hujus loci emenda-  
tionem in Græco textu, qui clarus erit,  
si particula *ὡς*, quæ post *δηλὸν ἐστὶ* legitur,  
anteponatur geminæ huic voculæ, & alte-  
ra particula *ἵνα* ut superflua rejiciatur. Sic  
ergo legendum putaverim: *Εἰ μὲν ὄν κ' ἂν  
ἀπὸ τῆ μακαριώτατου κ' ἀποστολικου ἐπισκόπου  
πῶς πόλεως Ῥώμης πάντες αἱ ἐκεί πεπραγμένα  
μαρτυρία ἐστὶ. ὡς δηλὸν ἐστὶ, κ' ὁ ἀγιώτατος ἐπι-  
σκοπος πῶς ἀνποχέων ἐκκλησίας ἔξω πύτων ἐστὶν.  
ἐπὶ τῆ αὐτῆ τῆ γαλιωπέτου κ' χριστιανικώτα-  
του Βασιλείως ἐπιτύχομεν. ὡς ἐκείνῳ τῷ  
σύνῳδον ἱερῶ ἰδίων ὁμῶ μῆτε ὀνομάζεσθαι προσπαί-  
τειν.* Quæ ita verto: *Si igitur & a beatif-  
simo Apostolicoque Episcopo urbis Romæ  
omnia, quæ ibi gesta sunt, vana sunt red-  
dita, ut manifestum est; & sanctissimus E-  
piscopus Antiochensæ Ecclesiæ extra hæc habe-  
tur; adeamus tranquillissimum & Christia-  
nissimum Principem, ut illud Concilium sua*

*sacra lege nec nominari præcipiat.* Nimirum,  
quæ his verbis in Latina editione inferun-  
tur, nec leguntur in Græco, pariter omit-  
tenda censemus; tametsi Petrus de Marca  
hæc retenta a veteri interprete credat juxta  
fidem antiquorum codicum: quod confir-  
mare nititur ex sequenti Anatolii interlo-  
cutione, in qua negotium Maximi a rescis-  
sione Gestorum Ephesinorum excipi vult  
propter communionem Maximo a Leone  
impertitam, Sed sibi ipsi sufficiunt Legati,  
ut intelligantur, & sive sententia illorum  
ab Anatolii suffragio discrepet, sive illi con-  
cinat, non probat tamen id a Legatis di-  
ctum, quod dictum non esse omnia origi-  
nalia actorum exemplaria significant; nec  
neccesse est ut eadem ab Anatolio & a Le-  
gatis Romanis proferantur, siquidem hi ali-  
quando inter se non conveniunt, ut vide-  
re est in sequenti actione Calchedonenſi xi.  
in negotio Bassiani & Stephani Ephesi Epi-  
scoporum, quorum alterutrum in ea sede  
retinendum esse censuit Julianus Coenſis,  
aliis utrumque removendum contententi-  
bus.

Inutile tamen prorsus non erit Anatolii  
interlocutionem propius inspicere: tota enim  
mihi videtur arte composita ab homine ver-  
futo & de sua ordinatione male securo.  
Ita se habet post Legatorum verba.

*Anatolius reverendissimus Archiepiscopus  
Constantinopolis novæ Romæ dixit: Hinc  
destructionem ea, quæ in Epheso nuper ge-  
sta sunt habuerunt, ex quo maxime post hæc  
optime sunt & Deo amabiliter emendata.  
Igitur definimus nihil horum valere, quæ in  
illa dicta Synodo sunt confecta; nisi illud  
circa sanctissimum Maximum magnæ Antio-  
chensæ civitatis Episcopum: quoniam & san-  
ctissimus Leo Romanus Archiepiscopus in com-  
munionem eum recipiens, præesse eum An-  
tiochensium judicavit Ecclesiæ: quam formam  
sequens & ipse approbavi & præsens omne  
sanctum Concilium.*

Duo erant in Legatorum sententia, quæ  
31 Anatolium angebant. Primum, quod di-  
xerant omnia Ephesini conciliabuli acta  
vana

Actione  
10. Cal-  
ched.  
Gr. αὐτόθεν  
ab eo tem-  
pore.  
XXX.  
Suffragium  
Anatolii  
discuti-  
tur.

31

## EDITORUM ADNOTATIONES.

& 555. bibliothecæ Venetæ S. Marci Calche-  
donensium Synodum continentes, ex quibus  
alia quædam in vulgato Græco textu defi-  
cientia suppleri posse jam observavimus in ad-  
monitione præmissa actioni antea ineditæ  
Calchedonenſi tom. i. col. 1489. num. 1. Ne-  
que spes nos fefellit. Invenimus enim utrum-  
que codicem præferre ea Græca verba, quæ  
respondent antiquæ versioni Latinæ, & in Græ-  
co vulgato desiderantur. Sic nimirum ibidem  
legitur: *Δηλὸν ἐστὶν, ὡς καὶ ὁ ἀγιώτατος ἐπι-  
σκοπος τῆς Ἀνποχέων ἐκκλησίας ἔξω πύτων ἐστὶν,  
\* ὃν πᾶσα μετὰ πάντα ὁ μακαριώτατος ἐπισκο-  
πος ἐν τῇ ἰδίᾳ κοινωγία ὑπεδέξατο. καὶ γὰρ ἀ-  
νανκαῖον ἐστὶν, \* ἵνα ἐπὶ (ita melius cod. 164.  
quam in altero, & in vulgato ἵνα ἐπὶ) τῶ αὐτῶ  
&c. Verba asteriscis inclusa ex MSS. Veneris  
suppleta sunt. Ex his autem apparet, dese-*

ctum ejus codicis Græci, quo Romani edito-  
res usi sunt, profectum fuisse a facili ama-  
nuensis saltu, quo ab altero verbo *ἐστὶν* ad ter-  
tium exscribendo transcurrit. Hinc porro to-  
tus Quesnelli nisus prorsus eliditur.

31 Hæc omnia mera sunt Quesnelli somnia.  
Cum enim Anatolii ordinatio a Leone fuisset  
approbata, nihil erat, ex quo sibi metuens,  
hac arte & vafricie, quæ illi tribuitur, utere-  
tur. Totum hoc Quesnelli commentum eo di-  
rectum noscitur, ut Constantinopolitani hujus  
Episcopi testimonium de Leonis auctoritate in  
cassandis pseudoephesinis gestis & in confir-  
manda ordinatione Maximi partim eripiat ac  
aliorum distrahat, partim vero in suspicio-  
nem adducat. Cassationem *omnium* actorum  
latrocinii Ephesini non Leoni, sed Calchedo-  
nenſi Concilio ab eo tributam interpretatur,  
cum

vana esse, nefaria, nec nominanda. Alterum est, quod Maximi Antiocheni negotium extra acta illa censendum esse contenderant. Utroque concuti videbat homo sagax ordinationis suæ fundamenta. Si enim omnia Synodi illius gesta sine exceptione irritanda erant, jam periculum subibat Anatolius dignitatis suæ, cujus auctores fuerant Synodi infauftæ principes. Si vero ab eisdem Concilii gestis feceretur ordinatio Maximi, tunc unicum illud exemplum, quo ordinationem suam etsi a prædonibus designatam, tueri poterat, sibi per Legatorum verba eripi cernebat, verebaturque ne illi eo consilio ita locuti essent, ut retractandæ postmodum ejus ordinationi, quemadmodum & de aliorum ordinationibus factum est, viam pararent. Hoc homo sagacissimus subodorabatur, subtiliterque declinare tentavit. Primum igitur, quia Legati omnia gesta illa velut nefaria atque in omnibus a sancto Leone reprobata, nec relegi, nec examinari volebant: sermonem suum inde orditur, ut dicat ab eo solum tempore gesta illa irrita fuisse, ex quo erant rite discussa & emendata, in prima videlicet actione Calchedonensi. Hinc consequi volebat, proprie non ex Leonis, sed ex Synodi decreto petendam esse gestorum Ephesinorum rescissionem: ac proinde si quid ex illis nondum examinatum erat, & emendatum a Synodo, qualis ejus erat ordinatio, non irritum esse censendum. Tum velut definiens pronuntiat, nihil horum valere, quæ apud Ephesum confecta erant: Maximi tamen negotium caute excipit, ut & suum pariter exciperet: πλὴν τὰ κατὰ τὴν μερίστην Ἀντιοχείαν ὀδωπάτη ἐπισκόπου Μαρξίου. Excepto sanctissimo Episcopo Maximo, qui præest magnæ Antiochiæ. Ne vero infensos haberet Legatos, quibus contradicebat, eam exceptionem ex iudicio Sedis Apostolicæ repetit ac firmat, cujus Episcopus Maximus in suam communionem recipiens sua approbatione honestarat, quo suam quoque rem agebat, cum & ipse in communionem a Leone receptus esset. Significat insuper Concilii œcumenici accessisse consensum, ut omnem huius negotii retractandi spem Legatis eriperet. Sed mira-

Tom. II.

re, si placet, hominis vafricem, qui cum in ordinando Maximo omnibus prævisset, eam sibi ordinationem contra canones vindicans, jactare audeat se Leonis exemplum secutum esse, nec Maximum approbasse nisi post cognitam Leonis ei communicantis approbationem. Ea est hominis sinceritas candorque animi;

Firma igitur certaue manet Legatorum S. Leonis sententia, asserentium inter Ephesina acta numerandam non esse Maximi ordinationem. Et revera etsi forsan deposito Domno decrevit illa Synodus alium eligendum, non est tamen ordinatus, nisi diu post solutam Synodum. Primum enim Anatolius ipse, a quo Maximus ordinatus est, consecratus non est Constantinopoli Episcopus, nisi post Flaviani mortem, ut ex Breviculo historiæ Eutychnianistarum epistolis S. Leonis in editione Romana præfixo discitur, & ex fragmento epistolæ Anatolii ad Leonem PP. quod inter vetera Ecclesiæ Græcæ monumenta nuper luci dedit vir doctissimus Joannes Cotelerius p. 66. In eo siquidem post mortem Flaviani narratam, ista legimus: *Tunc temporis Anatolius quidam Presbyter Alexandria apud Constantinopolim morabatur &c. Fit ergo iste Constantinopoli Episcopus. Successit igitur mortuo, non vero est viventi superpositus, quod nec Leo umquam objicere omisisset, si ita actum esset. Immo numquam a Leone fuisset receptus, quemadmodum scribebat ad Constantinopolitanos: Quisquis incolumi atque superstite Flaviano Episcopo vestro Sacerdotium ejus fuerit ausus invadere, numquam in communionem nostra habebitur, nec inter Episcopos poterit numerari.* Denique cum scribat ad Theodosium Augustum die 16. Julii anni sequentis, de ordinatione ejus, qui Constantinopolitanæ cepit Ecclesiæ; præfidere: satis ostendit 32 recenter fuisse ordinatum, id est, fere decimo mense a soluta Synodo Ephesina. Jam vero aliquod tempus fundandis Episcopatus ejus exordiis dandum fuit, 33 antequam Antiochiam se conferret, ubi electionem & consecrationem fieri oportebat secundum canones, sicut revera canonice factam esse Antiochiæ, docet Stephanus Ephesinus actione 10. Calchedonensi,

XXXI. Ordinatio Maximi diu post Ephesinum lætrocinium. acta.

Epist. 45. nunc 50. cap. 1.

Epist. 52. nunc 69. cap. 1. 32

33

Iiii 2

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

cum ejus verba nihil de Calchedonensi loquantur, nec omnia Ephesina gesta actione prima fuerint lecta & emendata, sed ea tantum quæ ad S. Flavianum, & ad Eutychem pertinent; e contra vero S. Leo omnia irrita declaraverit. Pro excipienda autem ordinatione Maximi, Leonis auctoritatem ob delinientos Legatos ab Anatolio idcirco productam sibi fingit, ut negotium suum ageret, perinde ac si ipse nondum approbatus fuisset a S. Pontifice, ac in eadem causa versaretur, in qua Maximus; cum tamen is vivo Domno & probabilius etiam Constantinopoli fuerit ordinatus, ipse autem post Flaviani mortem in sua sede. Quod tandem ait huic Leonis confirmationi circa ordinationem Maximi Concilii œcu-

menici accessisse consensum, ne id amplius retractari liceret, id consilii ex Anatolii verbis non colligitur. Quin cum tota Synodus, nullo hac super re examine habito, pontificii iudicii formam secuta tradatur, id solum elicitor, quanti apud œcumenicam Synodum æstimata fuerit Leonis apostolica auctoritas. Tota nimirum Synodus statim ab initio inter Episcopos recepit Maximum sine difficultate cujusquam, quia a Leone susceptus fuerat.

32 Anatolium ordinatum post S. Flaviani mortem exeunte anno 449. probavimus in Admonitione ad epist. 53. tom. I. col. 951.

33 Maximum nec Antiochiæ ordinatum, nec post Theodosii mortem, videtis not. 26. in Dissert. I. Quæsnelli ad an. 451.

34  
Epist. 80.  
nunc 106.  
ad Anatolium, c. 2.  
78. nunc  
104. c. 5.  
Ibidem.

nenfi. Illic Maximus, qui 34 Diaconum & Archimandritam agebat, in Antiochenum civitate canonice, si Stephano credendum, electus & ordinatus est: si vero Leoni fides, contra canonicam regulam, contra instituta canonum, sine ullo exemplo talem ordinationem celebrare Anatolius præsumsit: Quod, inquit Leo, amore reparandæ fidei, & pacis studio retractare cessavimus. Quod unum in Maximi ordinatione peccatum notavit Leo, alia proculdubio notaturus, si qua alia ejus ordinationem infirmassent, Quod enim Facundus scribit, Maximum Antiochenum & Juvenalem Jerosolymitanum vel dogmate, vel communionem Euty-chianorum pollutos ante fuisse, quoad Maximum, vel pura puta Nestorianorum, quod illic Facundus insinuat, calumnia fuit; vel Facundi ipsius mera suspicio, inde nata, quod Maximum & ab Euty-chianis ordinatum, & consequenter eorum saltem communionem infectum putavit. At ab Anatolio, ut testis est Leo, fuit ordinatus, quem numquam pro Euty-chiano habuit Romanus Pontifex, etsi fidei ab eo professionem exegit, quam necessariam reddebat antiqua Anatolii cum Dioscuro necessitudo, cujus videlicet apocrisarius fuerat.

Facundus  
lib. 5. c. 3.

XXXII. Jam ex dictis plura habemus ad historiam & disciplinam ecclesiasticam notitiam conducentia. 35 Primo videlicet eliminandam esse ab actis Chalcedonensibus actionem illam de Domino inscriptam; tamquam quæ spuria sit & omnino commentitia.

35

2. Ad S. Leonis judicium referendum non esse, quod Dominus sedi suæ post Ephesinum latrocinium non fuerit restitutus, sed ad ipsius Domini mortem, quæ restitutionem ejusdem prævenerat.

3. Maximi ordinationem Ephesinis actis ex mente Legatorum Sedis Apostolicæ non esse annumerandam.

4. Solum defectum, qui in ea reprehendendus fuit, hunc fuisse, quod Anatolius ultra proprios terminos excurrens eam sibi ordinationem vindicavit.

5. Leonem amore pacis istud dissimulasse; tamen probabile est Orientales eam ob rem non fuisse ordinationem 36 retractaturos. Etsi enim manifeste contra canones peccasset Anatolius, si aliquorum Diocesis Orientalis Episcoporum ordinationem sibi arrogasset, quos nimirum omnes Antiocheno Episcopo subiectos pronuntiaret Synodus Nicæna; cum tamen de Antiocheni ipsius Primatis ordinatione nihil in particulari præscripsisset; contra canones non videbatur esse, si admissis omnibus Provinciæ Episcopis, Constantinopolitano consecrationis honor ex omnium consensu deferretur: illi, inquam, qui ex decreto secundæ Synodi œcumenicæ supra omnes Sedes Orientales prærogativam obtinuerat.

36

Non diffiteor tamen istud ambitiose & contra consuetudinem ab Anatolio esse præsumtum; sed non sine exemplo, nec sine auctoritate canonum, quam suæ ambitioni obtenderet. Non aliter quippe ordinationem Thraciæ, Ponticæ, & Asiæ Dioceson ad se traxerant Anatolii prædecessores, quam se metropolitico ordinationibus immiscendo, non sua quidem sponte quoad speciem, sed invitati a provincialibus Episcopis, rogatique quasi ambitiosarum pensationum coercendarum gratia, seditionumque averteendarum, quas frequenter moveri continebat. Nec id etiam sine domesticis canonicis suffragio audebant. Constantinopolitana quippe Synodus canone 2. post constitutos Dioceseon terminos, ita eosdem a quolibet Episcopo transiliri prohibuit, ut tamen eos qui invitati a Provincialibus, Ecclesiarum se alienarum ordinationibus immiscuissent, pro canonum violatoribus haberi noluerit.

Non

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

34 Maximus Diaconus & Archimandrita Antiochenus, Nestorii adversarius, Ephesinæ tempore memoratus. Num vero hic idem ille sit, qui an. 450. consecratus fuit Antiochenus Episcopus, sola similitudo nominis haud certa probatio est.

35 Omnia hujus recapitulationis capita ex anterioribus notis cornuent.

36 Totum Chalcedonense Concilium Maximum sine ullo examine ac sine ulla cujusquam protestatione suscepisse inter Patres, quia S. Leo ejus ordinationem susceperat, certum est ex testimoniis insertis actioni 10. quæ in casum Quesnellus distorquere studuit. Num vero, si S. Pontifex illum in communionem non recepisset, ordinatio ejus, antequam inter Synodi Patres admitteretur, nihil difficultatis cuiquam Orientali Episcopo injecisset, ex quo retractanda videri posset, non ita certum est, ut Quesnellus præsumit. Is quidem ut eam aliqua ratione vindicaret, nec sine exemplo, nec absque auctoritate aliqua canonum peractam probare studet: quibus Leoni manifeste opponitur scribenti epist. 104. Anatolium sine ullo exemplo, & contra instituta canonum Ma-

ximi ordinationem præsumpsisse. Leoni autem magis quam Quesnello credendum est. Quæ enim exempla is profert, sunt Episcoporum Thraciæ, Ponti, & Asiæ, quæ Constantinopolitano Antistiti postea attributæ fuerunt; nullum autem exemplum asserre potuit Episcopi Antiocheni, de quo nunc agitur, a Constantinopolitano ordinati, aut alicujus Episcopi Antiochenæ diocesis, in cujus ordinationibus nullus CP. Episcopus se unquam immiscuit. Canones porro, qui excipiunt invitatos ab Episcopis provinciæ, ad excusandum Anatolium non conferunt, nisi ab Antiochenæ provinciæ Episcopis ad Maximum ordinandum invitatus probetur. Immo cum eum contra instituta canonum ordinasse Maximum Leo testetur, Episcopos provinciæ ipsum in circumstantiis canonum haud invitasse credibile est. Quod si hæc ordinatio Constantinopoli, non autem Antiochiæ habitæ verisimiliter judicetur, uti conjecimus not. 26. in Dissert. I. Quesnelli ad annum 451. nullus canon ad hanc ordinationis rationem ullo modo excusandam poterit inveniri.



*Non invitati, inquit, Episcopi ultra Diœcesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, vel quibuscumque disponendis ecclesiasticis causis. Quod dum decernerent hujus Synodi Patres, ob oculos habebant proculdubio canones apostolicos 13. & 33. nec non & Nicœnam definitionem. Testes habemus ipsos Concilii Episcopos, cujus ( si non subsequentiis conventus ) Synodicam ad Damasum aliosque Occidentis Episcopos descripsit Theodoritus libro 5. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 9. Hæc sunt ejus verba : De privata autem Ecclesiarum administratione antiquus, ut scitis, mos obtinuit, sanctorumque Nicœæ Patrum definitio, ut in singulis Provinciis Episcopi Provincie ET SI IPSI VELINT, CUM EIS FINITIMI ORDINATIONES SECUNDUM UTILITATEM peragant, Qua ex forma scitote tum reliquas apud nos Ecclesias administrari, tum ILLUSTRISSIMARUM ECCLESJARUM creatos fuisse SACERDOTES, Favent Antiocheni canones 13. & 22. quibus permittitur invitatis Episcopis a suis alienæ Provincie collegis, illius sese ordinationibus immiscere. His gradibus tendebant ad primatum Constantinopolitani Episcopi, Primum enim ex benigna canonum interpretatione invitari se curavere ad ordinationes Metropolitanarum. Tum quod ex gratia tantum concessum videbatur, in apertum jus transit. Denique canone ecclesiastico sancitum est, cum sese generalis Synodi obtulit occasio. Iisdem passibus progressus est Anatolius ad majora. Subactis enim minorum Diœceson Metropolitanis, de majoribus ordinandis incessit eum ambitio. Ac primum specie turbatarum, quæ tunc timendæ erant, comprimendarum, se se Antiocheni Episcopi ordinationi inseruit, seu ut canones sinebant, invitatus, seu missus ab Augusto, sperans id, quod occurrenti temporum difficultati datum erat, pro inviolabili aliquando consuetudine facile recipiendum : cui demum accederet canon ecclesiasticus, quo recepta consuetudo firmaretur, sancireturque in perpetuum.*

Hæc cum ita se habeant, Maximi ordinatione irritari eam ob causam non poterat :

quoniam volentibus & secundum canonum indulgentiam invitantibus Anatolium Orientalis Provincie vel Diœcesis Episcopis, facta non erat injuria. Et revera etsi Leo Anatoliorum sedium depressionem, usurpatam obiciat ordinationem Maximi ; neutri tamen ea de re negotium faceffere visus est, non amore tantum pacis, sed etiam propter canonum de invitatis Episcopis exceptionem, Præsensit etiam, ni fallor, Leo noster, nihil ab Anatolio actum esse hac in re contra Nicænos canones, sed tantummodo contra consuetudinem seu regulam ecclesiasticam : latum enim discrimen posuit inter utramque Anatolii usurpationem, alteram qua Antiochenum Episcopum ordinare præsumserat, alteram qua secundi honoris locum invadere tentavit : hanc contra Nicænos canones esse clamat, illam vero contra canonicam regulam. *Post consecrationem, inquit, Antiocheni Episcopi, quam tibi met CONTRA CANONICAM REGULAM vindicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam, ut SACRATISSIMAS NICÆNORUM CANONUM CONSTITUTIONES conareris infringere ; tamquam opportunum se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris privilegium Sedes Alexandrina perdiderit, & Antiochena Ecclesia proprietatem tertie dignitatis amiserit &c.* Notanda enim orationis auxesis in secundæ usurpationis narratione.

Quamobrem illam facile dissimulavit, hanc velut inauditam & tolerandam nunquam se passurum spondit : quoniam Nicænos canones totius mundi veneratione consecratos, aliisque omnibus singulari privilegio sacratiores infringebat pessumdabatque. Ex dictis sequitur non magis dispensatione vel confirmatione opus fuisse in ordinatione Maximi, quam olim opus fuit, cum Joannes Chrysostomus tot ordinationes ac depositiones etiam Episcoporum aggressus est perfecitque in Asiaticis Ecclesiis, quod & refert actio XII. Calchedonenfis Concilii, & confirmant quotquot res a Chrysostomo gestas profecuti sunt.

*Vide ob-  
servatio-  
nem 1. ad  
epist. 80.  
nunc 106.*

*Epist. 80.  
nunc 106.  
Anatol.  
cap. 2.*

E D I T O R U M

## O B S E R V A T I O N E S

I N D I S S E R T A T I O N E M I X . Q U E S N E L L I ,

de Caussa DOMNI Antiocheni.

Actio Cal-  
ch. de Do-  
mno a  
Quesnel-  
lo suppo-  
sitionis no-  
tata.



Unam consilio Quesnellus actionem Calchedonensem de Domno a Rustico Romanæ Ecclesiæ Diacono inventam & editam, de qua jure dubitari nequit, in certæ suppositionis opinionem adducere tam proluxa disputatione nisus sit, non vacat inquirere. Præfert ille num. 3.<sup>o</sup> *Hanc actionem minime commentitiam esse, sed genuinam, totis votis peroptare. Hoc enim si esset, iam præclarissimum antiquissimumque præ manibus haberemus testimonium*

*summæ auctoritatis Pontificis Romani tum in Synodos, tum in Orientales Episcopos, majorum, inquam, ac primarum Sedium Episcopos.* Dum hoc documentum apocryphum & supposititium esse probare studuit, si gravia & factis firma protulisset argumenta, condonandum esset. At ea quæ adduxit in medium, adeo sunt exilia & imbecilla, ut non solum Baluzius, qui Quesnellum in non paucis refellendum & impugnandum sibi sumpsit, verum etiam Tillemontius, qui ei in pluribus favet, eorum imbecillitatem fateri & demonstrare compulsus fuerit.

Defendi-  
tur.  
Maximus  
Antioch.  
Episc. vi-  
vente Do-  
mno ordi-  
natus.  
tom. 4.  
Concil.col.  
1587.1590.

2. Actio Calchedonensis a Rustico edita Domnum adhuc vivum præsumit. E contra Quesnellus eum ante Maximi ordinationem vita excessisse contendit. At Maximum vivente adhuc Domno ordinatum non ex hac una controversa actione colligitur, verum etiam ex indubio actionis x. testimonio, quo rescissis omnibus pseudosynodi Ephesinæ gestis Maximi Antiocheni exceptio facta fuit. Omnia siquidem pseudoephesina gesta rescindere idem fuit ac simul irritas facere & declarare omnes Episcoporum depositiones, quæ iisdem gestis sancitæ fuerant, eosdemque Episcopos suis sedibus restituere, ac subrogatos remove-  
re. Post hæc autem gesta rescissa non solus Maximus, qui Domno deposito fuerat suspectus, sed etiam Anatolius, qui Flaviano pariter deposito successit, ex Calchedonensis Concilii mente in suis sedibus remansere. Quid autem causæ fuit, cur unius Maximi, non vero Anatolii exceptionem Synodus fecit? Ratio ibidem pro Maximi exceptione allata hæc fuit, quia Leo Pontifex ejus ordinationem suscepit & confirmavit, dum illum in communionem recepit. Sed jam ante Concilium idem Pontifex etiam Anatolii ordinationem susceperat; nec tamen hæc de ipso ratio producta aut producenda visa est. Peculiaris ergo solius Maximi exceptio aliquid peculiare in eo præsumit quod in Anatolio non contigit. Cum Flavianus jamdiu esset mortuus, timeri non poterat ab Anatolio, ne rescissis pseudoephesinis gestis in suam sedem rediret. Cum vero Domnus adhuc viveret, ne ex eorumdem actorum rescissione aliquando vellet suam sedem repetere, Maximus metuere poterat: & idcirco peculiaris pro Maximo exceptio necessaria fuit. Cur autem Domnus, si in vivis erat, non ita suæ sedi restitutus fuerit in Synodo Calchedonensi, uti inter ceteros suæ sedi redditus fuit Ibas Edeffenus, licet Nonnus ei subrogatus viveret; ea de causâ accidisse videtur, quia Domnus in pseudosynodo cum aliis lapsus, post depositionem poenitentia ductus, ac in eremum se se recipiens, Episcopatum Maximo sponte dimisit; cui idem Maximus miseratione commotus pensionem, quæ ille contentus erat, ne monachis gravis esset, in Calchedonensi procuravit. Sed quæcumque fuerit hujus facti ratio, non propterea repudiandum & negandum est factum ipsum aliunde certum, nisi manifesta, quæ nondum apparuit, ratio contrarium evincat. Hoc autem Calchedonensis certissimæ actionis testimonium tantum est ad destruendam Quesnelli hypothese[m], ut quæcumque ab eo afferuntur, præ hoc testi-

testimonio nihil possint. Aliud argumentum fortassis evidentius adjicere placet, ex quo Maximum vivo adhuc Domino Episcopum ordinatum multo magis patebit. Certum est ex Cyrillo Scythopolitano in vita S. Euthymii, Domnum post depositionem in se reversum, ac pœnitentia ductum, quod eidem S. Euthymio non obedisset, ad eum rediisse ac in eremum se se recepisse. Hunc quidem statim post depositionem eo migrasse arbitratur Quesnellus. At cum omnes Episcopi in latrocinio Ephesino depositi hæresis nomine, ex more illorum temporum pulsi fuerint in exilium; simili pœna multatum etiam Domnum dubitare non licet. Porro exules Episcopi revocati non fuerunt nisi post Theodosii mortem, cum novus Imperator Marcianus eos redire jussit. Vivo igitur Theodosio Domnus sicut revocatus non fuit ab exilio, ita nec in eremum potuit proficisci. Maximum vero ordinatum fuisse ante obitum Theodosii probavimus not. 26. in Dissert. I. Quesnelli ad an. 451. Hæc ergo ordinatio contigit Domino adhuc vivente, antequam ab exilio revocatus, in solitudinem pergeret. Hoc argumentum ita nobis videtur evidens, ut pluribus laborare in refellendis singulis Quesnelli conjectatiunculis opus non sit, cum præsertim has in notis ipsi Dissertationi suo cujusque loco subjectis satis solverimus. Qui autem plura legere cupit, adeat Baluzium in præfatione ad antiquam versionem Synodi Calchedonenensis num. 92. & seqq. atque Tillemontium in Leonem not. 54. Ipse etiam Quesnellus imbecillitatem suam pernovisse videtur. Cum enim post Baluzium secundam editionem curans, ea fere omnia vindicare nisus sit, quæ impugnavit Baluzius; hoc tamen in capite, quod prolixius ab illo aggressum & impetum fuit, licet aliquid novi inseruerit ex Labbeo & Cotelario, nihil tamen Baluzii argumentis reposuit. Id non alia de causa contigisse credibile est, nisi quia quod probabiliter regeret non invenit.

Leo ep. 77.

t. 4. Conc. Ven. edit. col. 1971.

3. Hic autem addemus ex vetustissimo codice Vaticano 1322. tres Synodi Calchedonenensis actiones ad Maximum pertinentes, quarum duæ Domni etiam causam respiciunt, & una ignota omnino est: ex quibus germanitas controversæ actionis maxime confirmabitur. Licet has a Cardinali Casanata Baluzius ediderit; cum tamen ipsa ab eo acceperit in fine suæ editionis, nec potuerit easdem commode considerare & evolvere; quid contineant, satis animadversum non fuit, nec illam e tribus actionibus antea ineditam a quopiam detectam invenimus.

Eadem actio confirmatur ex rarissima collect. codicis Vat.

4. De codice, quem Romæ licuit expendere, in primis dicamus. Millenariam ætatem superat; cumque pertinuerit ad Ecclesiam Veronensem, ut liquet non solum ex tribus documentis Veronensibus in fine descriptis, verum etiam ex notatiuncula antiquissimi characteris *VERONA* in superiori margine paginæ 25. hic profecto codex vel fuit unus ex illis, quos Pacificus Archidiaconus Veronensis Ecclesiæ ineunte nono sæculo comparavit, vel inter eos erat, qui ante ipsum Pacificum ad nostram Ecclesiam spectabant. Continet autem Concilium Calchedonense ex editione Rustici, sed mutilum: incipit enim ab actione secunda. Accedit in fine relatio Concilii ad S. Leonem ex antiqua versione cum quampluribus Episcoporum subscriptionibus, quæ in nullo alio manuscripto inveniuntur. Præmittuntur autem initio (quod mutilum agnoscitur) paginæ quatuor & viginti scriptæ caractere diverso a caractere reliqui codicis, eoque minusculo, sed antiquo: in quibus quædam documenta ad Calchedonensem Synodum pertinentia leguntur. Hæc autem cum in rem nostram maxime conferant, accurate consideranda sunt. Indicem primo subjicimus, servata lectione etiam mendosa codicis.

Codicis notitia.

De peculiari collectione in eodem MS. præmissa.

5. Pagina igitur secunda (prima enim desideratur) sic habetur. \* *Exempla epistolæ sacræ secundæ, \* quem missæ sunt sanctæ Synodo, \* quem ad Nicæam convenit, de transeundo ad Calcedonam. \* Victor Valentinianus & Marcianus Augusti. Festinantes nos ad sanctam Synodum pervenire, publica res .... causa necessaria satis \* inquit. Sed \* his, quæ vestra sanctitas scribit, agnovimus, plures &c.* Est lectio diversa a vulgata tomo 4. Concil. Ven. edit. col. 843. hæcque nostra videtur ipsum originale Latinum: vulgata autem indicia præfert versionis ex Græco: hujusmodi enim sacræ, ut alibi diximus, Latino & Græco sermone edebantur. *Secundæ sacræ* mentio innuere videtur, prima pagina, quæ deest, descriptam fuisse primam eorundem Imperatorum sacram, qua

\* L. exemplar. \* L. quæ. \* L. Victores \* L. inbibuit \* L. ex his.

qua Synodus Nicææ indicta fuerat, cujusque originale Latinum exhibetur in collectione Quesnelliana cap. 25.

Tum eadem pagina tergo. *Imperatores Cæsares Valentinianus & Marcianus victores Augusti sanctæ Synodo, quæ apud Nicæam divino arbitrio & nostro decreto est congregata. Et quidem per sacras litteras nostras jam certum vestræ fecimus sanctitati ut ea quæ a sanctis Patribus nostris de venerabili atque orthodoxa fide constituta sunt, confirmentur, ne ulterius orthodoxi populi vario videantur errore decepti &c.* Est tertia sacra ad Patres adhuc Nicææ degentes missa, diversæ lectionis a vulgata tom. 4. col. 846. & uti videtur, ex originali Latino.

Dein pag. 3. *Ordo gestorum habitorum Calcedona presentibus Marciano & Pulcheria\* Augustorum, Paschasino 1 Lybitano provincia Sicilia, & Luculensi Ausculano, & Bonifacio Presbytero urbis Romæ Vicariis religiosissimi & beatissimi Romanæ sacrosanctæ Ecclesiæ Papæ Leonis, & ceteris Episcopis, qui etiam subscripserunt. Cum pervenisset piissimus & fidelissimus Imperator Marcianus &c.* Est ipsa fere tota actio VI. Calchedonensis, nimirum post brevioris introductionem, quæ etiam in Quesnelli collectione legitur cap. 25. allocutio Marciani ad Synodum ex originali Latino in eadem collectione recepta, acclamationes Patrum, & definitio fidei, cui duo distincta Symbola inserta sunt. Solum Episcoporum & aliorum presentium præmissus catalogus, ac subscriptiones, ac postrema pars ad canones faciendos pertinens prætermittuntur. Hæ autem acclamationes & definitio inedita hætenus & incondita interpretatione efferuntur.

Post hæc pag. 8. a tergo eadem definitio fidei repetitur ex alia versione cum hoc titulo: *Incipit quæ his presentibus Episcopis acta sunt in Calcedonensi Concilio.*

*Venerabilis totius mundi conventus, qui ex gratia Dei nostri &c.* Afferuntur hic, quæ Baluzius ex hoc codice edidit, & novissime recusa sunt tom. 4. Concil. Ven. edit. a col. 2063. usque ad 2065. Quo in loco duo observanda sunt. 1. Ex duobus symbolis unum Constantinopolitanum, seu unum Nicænum in Constantinopolitano auctum profertur, cui in fine additur anathematismus Nicænus contra Arianos. 2. Huic anathematismo subnectitur *confessio fidei catholicæ* subjecta epistolæ Damasi ad Paulinum, quæ sic incipit: *Post hoc Concilium Nicænum, quod in urbe Roma &c.* quam confessionem Nicæno quidem Symbolo & anathematismo nulla distinctione additam reperimus in duobus MSS. antiquis Vaticanis 1337. & 1338. ac Baluzius pariter nactus est in aliis codicibus Colbertinis a P. Constantio laudatis tom. 1. Epistolarum Roman. Pontif. pag. 510. not. 2. Romanis scilicet cum olim ignotum esset Constantinopolitanum Concilium, in quo contra Macedonianos Nicæno Symbolo quadam adjecta fuere pro statuenda divinitate Spiritus Sancti; hujus additionis loco iidem Romani laudato Symbolo Nicæno subjecisse videntur hanc confessionem fidei, qua apud ipsos eorundem Macedonianorum error ante ipsam Constantinopolitanam Synodum proscriptus fuerat. Cumque hæc confessio in Occidente obtineret, & omnibus nota esset; eadem post Nicæno-Constantinopolitanum Symbolum definitionis Calchedonensis versionem, quam primo factam credimus, inferenda visa est. Primo, inquam, factam credimus: nam S. Leo fidei definitionem latine utique redditam statim ab initio se expendisse & probasse innuit epist. 114. c. 1. cum tamen nondum legerat latinitate donata cetera Concilii gesta ac sextam actionem, cujus Breviarium, ut mox videbimus, a Juliano transmissum se nondum accepisse testatur epist. 113. c. 3. Alia quadam gesta, quorum in hisce litteris mentionem facit, ex Legatorum relatione, ac Græcis gestis confule perspectis cognoscere & judicare potuit: definitionem autem fidei probare (quod examen diligentissimum requirit) homo Græci sermonis vel ignarus, vel non satis peritus, sine Latina interpretatione non potuit. Post hanc igitur primam

1 L. Lilybetano ... & Lucentio, vel Lucensi Ausculano. Alii enim optimæ notæ codices Latini habent *Lucensis*, uti codd. Sirmondi in exemplari sententiæ ad Gallos missæ indicati not. 7. in epist. 103. & præstantissimus cod. Ratisp. citatus not. 11. in epist. 83. & Vindebon. collectionis V. not. 9. in epist. 93. Hinc suspicio est non levis, verum Legati nomen fuisse *Lucensis*, quod in actis Synodi græce redditum Λουκηνσιος, Latinus interpres *Lucentius* vertit, vel ut alii codd. a Baluzio consulti, *Lucensius*. Versio Priscæ pariter habet *Lucullensis*.

mam definitionis versionem præmissa fere integra sextæ actionis interpretatio subinde facta videtur, in qua idcirco eadem definitio fidei continetur ex alia versione Græco exemplo quoad substantiam magis congruente, licet valde incondita, & in nonnullis etiam particulis valde vitiosa, ut sunt illa omnia, quæ ante omnium actorum interpretationem a Græcæ Latinæque linguæ peritiori postea lucubratam, Leone vivente Latinitate donata fuerunt.

Sequitur Breviarium actionum tertiarum & sextarum. Sunt duæ præcipuæ actiones Concilii, ex quibus cetera aliis antecedentibus actionibus gesta satis intelliguntur. Breviarium tertiarum actionis, qua Dioscorus damnatus fuit, sic exorditur: *Incipit actus Synodi Calcedonensis, quæ congregata est III. Idus Octobris. Residentibus Episcopis superscriptis legitur* &c. uti videre est tom. 4. Concil. col. 2065. Breviarium vero actionis sextæ, qua definitio fidei edita est, incipit cum hoc titulo: *Item Calcedonenses octavo Kal. Novembris gesta hoc continent. Residet Imperator cum Episcopis* &c. uti laudato tom. 4. col. 2066. & 2067.

Tum pag. 13. additur versio trium actionum ad Maximum Antiochenum pertinentium: quarum prima agens de compositione inter eundem Maximum & Juvenalem Jerosolymitanum habita fuit VII. Kal. Novembris: altera habita VI. Kal. ejusdem mensis, Domni causam respicit: tertia vero etsi in codice nullo distinctionis titulo prænotetur, diversa tamen agnoscitur ex die diverso, die (forte pridie) Kal. Novembris: hæcque de Juvenali simul ac de Domino agens, ex solo hoc codice suppetit, sententiamque Quesnelli multo luculentius refellit: qua de re postea dicendum erit pluribus, postquam has tres actiones exhibuerimus.

Pag. 16. iterum profertur allocutio Marciani ad Synodum hoc titulo eidem præscripto: *Allocutio Imperatoris Marciani. Cum in sancta Calcedonensi Synodo convenissent præsentem Augusta Pulcheria dixit. Ubi primum* &c.

Pag. 17. *Incipit constitutio ad Synodum Calcedonensem. Imperator Marcianus. Tandem aliquando* &c. uti in collectione Quesnelliana cap. 26.

Eadem pagina. *Incipit alia constitutio divæ memoriæ Marciani in (L. pro) Synodo Calcedonensi. Imperator Marcianus Augustus Palladio Præfecto Prætorii. Venerabilem catholicæ orthodoxorum fidei* &c. quæ in supradicta Quesnelli collectione recitatur cap. 27.

Pag. 18. Epistola Leonis Papæ ad eandem Synodum, quæ in nostra editione est epist. 114.

Pag. 19. Alia ejusdem ad Anatolium, quæ nobis est epist. 87.

Pag. 20. Alia ad Imperatorem Marcianum. Nobis est epist. 89.

Eadem pagina. Alia ad Synodum Calchedonensem, quæ est epist. 93.

Pag. 21. Alia ad Marcianum, quæ in hac editione est epist. 94.

Tandem pag. 22. *Imperator Marcianus Augustus Palladio Præfecto Prætorii. Licet etiam sacratissima constitutione* &c. uti in Quesnelli collectione cap. 28.

6. Ut præstantiam hujus rarissimæ collectionis quisque perspiciat, animadvertendum est, in indicatis documentis ea ex Calchedonensibus gestis collecta fuisse, quæ primitus vivente Leone latine reddita fuerunt: cujusmodi est versio integræ fere actionis VI. & alia versio definitionis fidei: unde auctor collectionis Quesnellianæ, quæ anterior versione integra omnium actorum Calchedonensium, non nisi primas interpretationes recepit, caput vigesimum quintum ex his versionibus derivavit, ut superius monuimus. Ipsa quoque inconcinnitas & ruditas interpretandi primum fetum interpretis seu interpretum Græcæ linguæ minus peritorum satis declarat. Breviarium duarum actionum tertiarum & sextarum esse illud Breviarium, quod Julianus Coensis ad Leonem misit, satis probabiliter ostendemus in Observationibus ad not. 2. Quesnelli in epist. 113. Actio de compositione inter Maximum & Juvenalem versione exhibet diversam non solum ab interpretatione Rustici, quæ legitur tom. 4. Conc. col. 1515. verum etiam ab antiqua, quæ ibidem profertur col. 2035. eaque vetustior agnoscitur, & ut paullo post probabimus, ex originalibus gestis profecta, ac sane melioribus, quam quæ Rustico ac antiquo omnium actorum interpreti usui fuere. Ab eodem vero hujus versionis auctore ex iisdem sincerioribus Græcis gestis latine redditæ fuere duæ aliæ actiones, de quibus redibit sermo. Ipsum Latinum ori-

ginale exemplar allocutionis Marciani Imperatoris, quod in hac versione inter-  
tum, antiquo omnium actorum interpreti, & auctori etiam vetustioris versionis  
in Hispanica & Isidoriana collectionibus receptæ defuit ( hi enim eam ex Græ-  
co reddere coacti fuerunt ) acta Concilii primigenia & originalia nostro inter-  
preti præsto fuisse demonstrat, in quibus ea allocutio latine & græce pronun-  
tiata, utroque sermone descripta fuerat, ut ex Rustico didicimus. Leges tan-  
dem sex, & omnes originales Latinæ, ac Leonis epistolæ fere rarissimæ, omnes-  
que sinceræ collectorem ex optimo fonte ebibisse confirmant. Hæc vero omnia,  
si exacte perpendantur, quantam fidem concilient huic collectioni & actioni ipsi  
de Domino, quam Quæsnellus expungere nititur, nemo est qui non videat.

7. Nunc actiones tres ad Maximum Antiochenum pertinentes, quarum duæ  
Domnum respiciunt, proferamus, ut in laudato codice exhibentur cum hoc  
titulo.

*Exemplar gestorum de Græco in Latino ( sic ) translatum.*

Tres a-  
ctiones  
Calch. ex  
eo codice  
proferun-  
tur.

- 1  
2  
3  
4
- „ **C**onsulatu Domni nostri perpetui Augusti VII. Kal. Nov. Calchedone  
„ secundum præceptum divinissimi clementissimi Domini Marciani perpe-  
„ tui, convenientibus in sancta Ecclesia sanctæ martyris Eufemiæ I VVCC. &  
„ magistri militum Consule ordinario & patricio Anatholio & viro clarissimo  
„ & illustri præfesto Palladio & v. c. & illustri magistro officiorum Vincoma-  
„ lo, convenientibus etiam 2 & Paschasio & Lucullensio reverentissimis Epi-  
„ scopis, & Bonifacio viro religioso Presbytero Vicario Archiepiscopi senioris  
„ Romæ Leonis, & Anatholio venerabili Archiepiscopo splendidi nominis Con-  
„ stantinopolitanæ, & Maximo venerabili Episcopo Antiochiæ Syriæ, & Ju-  
„ venale venerabili Episcopo Hierosolymitano, & cetera sancta & œcumenica  
„ Synodo hodie quæ secundum sancta divalia divinissimi & clementissimi Do-  
„ mini in Calchedonense civitate congregata est, omnibus residentibus ante can-  
„ cellos sancti altaris, magnificentissimi & inlustres iudices dixerunt. Divus &  
„ clementissimus noster Dominus rogitus a Maximo & Juvenale sanctis Epi-  
„ scopis, præcepit nos inter eos audire de his quibus vertuntur capitulis; &  
„ convenientes memorati venerabiles viri certa ad invicem, nulla interveniente  
„ scriptura, statuerunt quæ nobis manifesta 3 constituerunt ( & videntur ex )  
„ consensu iuste esse statuta. Hæc itaque necessario arbitrati sumus & in con-  
„ spectu sanctæ Synodo singula instruere; ut & de vestro decreto & ex nostra  
„ sententia quæ placuerint roborentur.  
„ Maximus reverentissimus Episcopus Antiochiæ Syriæ dixit: Placuit mihi  
„ & reverentissimo Episcopo Juvenali, quos post multam altercationem ad con-  
„ cordiam & sedem Antiochiæ urbis, quæ est sancti Petri, habere duas Phœ-  
„ nices & Arabiam, sedem vero Hierosolymitanam habere tres Palæstinas; si  
„ tamen id venerabili patri nostro Archiepiscopo Romæ majoris Leoni placue-  
„ rit, qui cupit 4 ubi sanctorum patrum canones infringibiles permanere; &  
„ rogamus ex sententia vestræ magnificentiæ & sanctæ ( Synodi ) per scriptu-  
„ ram hæc roborari.  
„ Juvenalis venerabilis Episcopus Hierosolymitanus dixit: Eadem mihi pla-  
„ cuit ut sanctam quidem Christi Anastasim tres Palæstinas habere, sedem ve-  
„ ro Antiochiæ duas Phœnices & Arabiam. Rogo & ego ex sententia vestræ  
„ magnificentiæ & sanctæ Synodi hæc roborari.  
„ Paschasinus & Lucullensis venerabiles Episcopi & Bonifacius Presbyter Vi-  
„ carii Sedis Apostolicæ per Paschasinum venerabilem Episcopum dixerunt: Ea  
„ quæ concordantibus fratribus nostris Maximo V. R. Antiochenæ Ecclesiæ E-  
„ piscopo & sancto & venerabili Juvenali Hierosolymitano bono pacis pla-  
„ cuisse

1 Lege VC. magistro militum & exconsule ordinario &c. uti liquet ex act. I. & aliis, in quibus hic idem Anatolius nominatur. Hoc autem loco præterea notandum est, hæc & sequentia verba usque ad *reverentissimis Episcopis* deesse in codicibus Rustici: unde vel in hoc exactior est nostra interpretatio.

2 Leg. & Paschasino, & Lucensi, vel Lucentio. Paulo post pro vicario Leg. vicariis.

3 Leg. *constiterunt*: post quod verbum in codice sunt signa brevis lacunæ. Uncis inclusa suppleta ex aliis versionibus. Post pauca legendum *sanctæ Synodi*.

4 Sic codex. Vulg. *uti*: sed emendandum *ubique* contextus ostendit.

„ cuisse noscuntur, id est, ut Antiochena Ecclesia duas Phœnices & Arabiam  
 „ habeat, Hierosolymitana vero tres Palæstinas habeat, etiam nostræ humilita-  
 „ tis interlocutione firmentur, ut nulla in posterum super hoc negotio suprad-  
 „ ctis Ecclesiis controversia relinquatur.

„ Qua interlocutione græce interpretata per Veronicianum virum devotum  
 „ agentem in rebus & secretarium sacri consistorii, Anatholius venerabilis Ar-  
 „ chiefiscopus gloriosissimæ Constantinopolitanæ dixit: Quæ complacita sunt  
 „ inter beatissimum Episcopum Maximum Antiochiæ & venerabilem Episco-  
 „ pum Hierosolymitanum Juvenalem, & ex mea interlocutione firma mane-  
 „ bunt. Et sancta quidem Ecclesia Antiochenæ urbis duas Phœnices & Ara-  
 „ biam habeat, sancta vero Ecclesia Hierosolymitanorum tres Palæstinas ha-  
 „ beat, ut deinceps unaquæque Ecclesia adversus alteram propter hanc rem nul-  
 „ lam habeat altercationis querelam.

„ Omnes universi venerabiles Episcopi vociferati sunt, quorum nomina infra  
 „ scripta sunt. Et nos hæc ipsa dicimus, consentimus eis quæ a patribus di-  
 „ cta sunt.

„ Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Opus 5 & hic factum 5  
 „ & sanctæ Trinitatis & divini clementissimi nostri Imperatoris præpositionis, 6  
 „ ut ea quæ jurgantur ab eis 6 quæ altercari poterant uni consilio deciderent 6  
 „ voluntati quæ ad concordiam. Igitur Maximi sancti Episcopi Antiochenum  
 „ & Juvenalis sancti Episcopi Hierosolymitani factus consensus, sicuti singulo-  
 „ rum expositio firma ex nostra sententiâ stat, decreto sanctæ Synodi in per-  
 „ petuo tempore permanebit; id est, ut Maximus quidem sanctus Episcopus  
 „ sive sancta Antiochenum civitas duas Phœnices & Arabiam sub potestate sua  
 „ habeant; Juvenalis vero sanctus Episcopus Hierosolymitanus sive sancta Ec-  
 „ clesia quæ sub ipso est, tres Palæstinas sub potestate sua habeat: sopitis se-  
 „ cundum præceptum divi & clementissimi nostri Domini universis pragmaticis,  
 „ aliisve promeritis 7 partibus litteris divinis, & multæ in eis adscriptæ, hæc 7  
 „ scilicet ... causa sæcularia. *Et alia manu.* Edantur.

*Exemplum ex Græco in Latino.*

„ **C**onsulatu Domini Marciani perpetui Augusti & qui nuntiatus fuerit,  
 „ VI. Kal. Novembris, Calcedonæ, secundum præceptum divi clemen-  
 „ tissimi Domini nostri Marciani perpetui Augusti, convenientibus in sancta  
 „ Ecclesia sanctæ martyris Euphemie magnificentissimo & gloriosissimo magi-  
 „ stro militum Exconsule & patricio Anatholio, & magnificentissimo gloriosissi-  
 „ mo Præfecto sacri \* consistorii Palladio, & magnificentissimo & gloriosissi-  
 „ mo magistro sacrorum officiorum Vincomalo, convenientibus etiam & Pa-  
 „ schasino & Lucentio viris reverentissimis Episcopis, & Bonifacio viro reve-  
 „ rentissimo Presbytero 8 Vicario sancti Archiepiscopi senioris Romæ Leonis, 8  
 „ & Anatholio viro reverentissimo Archiepiscopo 9 magnissimi nominis Constan-  
 „ tinopolitani, & Maximo viro reverentissimo Episcopo Antiochiæ Syriæ, &  
 „ Juvenali viro reverentissimo Episcopo Hierosolymitano, & cetera sancta Sy-  
 „ nodo quæ ex sanctione divi & clementissimi Domini nostri in Calcedonen-  
 „ civitate congregata, quorum nomina suprascripta, residentibus universis ante  
 „ cancellos sancti altaris, Maximus vir reverentissimus Episcopus Antiochiæ di-  
 „ xit: Deprecor magnificentissimos & gloriosissimos iudices & sanctam hanc  
 „ universalem Synodum humanitatem exercere in \* Dominum, qui fuit An-  
 „ tiochiæ Episcopus, & statuere ei certos sumptus de Ecclesia quæ sub me est. \* Leg.  
 „ Paschasinus & Lucenius viri reverentissimi Episcopi & Bonifacius Presbyter Domnum.  
 „ Vicarii Sedis Apostolicæ per Paschasinum virum reverentissimum Episcopum  
 „ dixerunt: Sanctus ac beatissimus Papa, qui episcopatum sancti ac venerabilis  
 „ Tom. II. Kkkk 2 „ Maxi-

5 Leg. & hoc factum est sanctæ &c. ac dein *propositi*, seu *propositionis* pro *præpositionis*.

6 Locus valde corruptus. Legendum fortassis *qui altercari poterant, uno consilio deciderent voluntariisque concordia, vel quid simile.*

7 Leg. *a partibus litteris divinis & multa in eis adscripta, hac scilicet de causa. Et alia manu &c.*

8 Leg. *Vicariis* ex Rustico & contextu.

9 Sic etiam codices Rustici pro *maximi*.

„ Maximi Episcopi Antiochenæ Ecclesiæ confirmavit, justo satis iudicio ejus  
 „ meritum adprobasse videtur: siquidem memoratus vir reverentissimus Episco-  
 „ pus Maximus suo arbitrio Domno voluit esse consultum, ut sumptus ei de  
 „ sua Ecclesia miserationis intuitu prout æstimaverit largiatur, ut contentus ali-  
 „ moniis, quiescat in posterum.

10 „ Qua 10 confessione græce per Veronicianum virum devotum secretarium  
 „ sacri consistorii translata, Anatolius vir reverentissimus Episcopus Constanti-  
 „ nopolitanus dixit: Laudo & ego compassionem beatissimi Episcopi Antiochiæ  
 „ Maximi, in quibus spontanea voluntate ipse tales preces obtulit ut sumptus  
 „ præstaret Domno, qui fuit Episcopus Ecclesiæ sanctæ quæ sub eo est, præ-  
 „ ter hoc prædicto nihil requirente.

11 „ Juvenalis Episcopus Hierosolymitanus dixit: Amplector & ego consilium  
 „ sancti Episcopi Antiochiæ Maximi. Universa sancta Synodus vociferata est  
 „ 11 quorum nomina his. Decibiles merito benivolentiæ Archiepiscopi. Omnes  
 „ cogitatum ejus laudamus. Hæc decet ejus æstimationem. Humanus cogitatus  
 „ Pontificis. Magnificentissimi judices dixerunt: Amplectente sancta Synodo  
 „ arbitrium Maximi viri religiosi Episcopi Antiochenum, quod de Domno  
 „ probavit, & nos idem consentimus, 12 quæ sunt ejus arbitrii derelinquentes  
 „ de Domni honorificentia. *Et alia manu.* Edantur.

Alia a-  
 ctio Cal-  
 chedonen-  
 sis de Ju-  
 venali &  
 Domno.

12 „ Consulatu piissimi & amatoris Christi Flavii Marciani perpetui Augusti  
 „ & qui nuntiatus fuerit, 13 die Kal. Novembris, Calcedone metropoli Bi-  
 „ thyniæ provinciæ, sancta major & œcumenica Synodus quæ Dei gratia &  
 „ sanctione piissimorum Imperatorum virorum religiosorum congregata est, sta-  
 „ tuit ea quæ ejus sunt. Quidam quidem de instantia beatissimorum Episco-  
 „ porum operata est ut Maximo Antiochenum majoris civitatis, & Juvenali  
 „ Hierosolymensium gratia redderetur, justum etenim est ut memoria 14 ...  
 „ acitorum pax obtineat. Plurimis itaque ab utrisque dictis ... conspectu jus  
 „ sanctæ majoris Synodi magnificentissimorum & gloriosissimorum judicum sub  
 „ 15 præsentia convenit 15 utriusque, & ut duas quidem Phœnices & Arabiam su-  
 „ pra alias orientalis provinciæ sub sede Antiochenum Ecclesiæ agere & suf-  
 „ 16 ficere 16 eorum regentiæ, & nihil aliquando amplius querere; tres vero Pa-  
 „ læstinas sub sede esse Hierosolymæ Ecclesiæ & sufficere earum regentiæ &  
 „ nihil in posterum querere. Convenit etiam & omnia quæ hic acta sunt &  
 „ 17 pragmatica gesta & multa vel si quid aliud sive per Episcopos sive per Im-  
 „ peratores aut judices facta sunt, 17 utriusque partibus vacua esse omni-  
 „ 18 no. Hæc præfati beatissimi Episcopi non ex decreto judiciario, sed ex com-  
 „ 19 muni consensu complexi sunt, & 18 consenserunt accipiunt. Igitur tulimus  
 „ 20 19 eodem beatissimum Episcopum Maximum petentem humanitatem de Do-  
 „ mno qui fuit Episcopus Antiochiæ, 20 ut ei communicationem ut plebeo  
 „ præstari tantummodo, ut sumptus ex eadem, quæ sub eo est sancta Eccle-  
 „ sia, in eo statu durante in quo est, & nihil amplius requirente. Pariter &  
 „ nos decernimus, & decreto communi firmamus hæc quæ superscripta, & im-  
 „ moventia & firma sancimus.

„ Paf-

10 Legendum *interlocutione*. Rustici tamen codices *confessionis* nomen similiter præferunt.

11 Tres voces *quorum nomina his* nullum sensum afferentia ignorant Rustici codices. Post pauca legendum cum Rustico: *Hic decet ejus æstimationem humanus cogitatus Pontificis*.

12 Melior syntaxis apud Rusticum: *ejus arbitrio relinquentes quæ sunt de Domni honorificentia*.

13 Forte *pridie*.

14 Hic & deinceps, ubi puncta notantur, corrosus est codex. Forte *placitorum*; & dein *in conspectu hujus sanctæ majoris Synodi, ac magnificentissimorum &c.*

15 Forte *utrisque*, & postea *orientales provincias*.

16 Leg. *earum*.

17 Forte *utrisque*.

18 Supple *quæ*.

19 Leg. *eundem*, vel aliquid deest.

20 *Ut* abundat, vel scribendum *& ei*: ac similiter post pauca: *& sumptus pro ut sumptus*. Hoc autem loco animadvertenda sunt potissimum verba *ei ut communicationem ut plebeo* (idest *laico*) *præstari tantummodo*: ex quibus Domnum dimisso non tam Episcopatu, quam Episcopatus honore contentum fuisse laica communione, & uti laicum se se gessisse colligitur: quod plane concinit cum iis, quæ narrat Cyrillus Scythopolitanus in vita S. Euthymii apud Cotelierium tom. 2. *Monum. Eccl. Græc.* pag. 247. ubi eum in eremum se recepisse & monachi vitam cum ipso S. Euthymio egisse significat.



„ Paschasinus & Lucensis & Julianus Episcopi sancti & Bonifacius Presbyter  
 „ Vicarii beatissimi Papæ Leonis dixerunt : Beatissimus Papa caput universalis  
 „ Ecclesiæ, apostolicæ dignitatis honore conspicuus, Leo, privilegia Antioche-  
 „ næ Ecclesiæ reformari secundum veterum patrum statuta constituit. Ideoque  
 „ & nos Phœnicem primam vel secundam simulque Arabiam, quas nuper ami-  
 „ serat, revocari ad jus pristinum, sancta Synodo consentiente, decrevimus :  
 „ quia hoc præstantibus inlusterrimis præcellisque iudicibus pacis 21 studiis utrif- 21  
 „ que Episcopis placuit conventio, 22 provinciarum divisio quiete mitigaret. 22  
 „ Unde Hierosolymorum prædictus antistes tres Palæstinas, quas olim tenuit,  
 „ inconcussè possideat ; Antiochenus vero memoratas iustitia exigente 23 reci- 23  
 „ peret ; quatenus dissensione depulsa, sacerdotali concordia inviolata serven-  
 „ tur. Laudantes namque votum reverentissimi Antiochiæ urbis Maximi, quod  
 „ circa Dominum ejusdem quondam civitatis antistitem spontanea voluntate di-  
 „ gnanter ostendit, ut humanitatis solatia ab Ecclesia consequatur, nostra inter-  
 „ locutione firmamus, ita ut CCL. solidos annis singulis consequatur, nihilque am-  
 „ plius requirere audeat, sed in eo statu communionem tantum fruatur & requie.  
 „ Paschasinus Episcopus statui & subscripsi.  
 „ Lucensis Episcopus statui & subscripsi.  
 „ Et ceteri Episcopi infrascripti ita subscripserunt, qui supra scripti sunt.

8. Observandum est, has tres actiones in laudato codice insertas esse docu-  
 mentis Calchedonensibus ejus antiquissimæ versionis, quæ legitur in pervetusta  
 collectione Quesnelliana, & ante integram ejusdem Concilii interpretationem,  
 uti vocant, *antiquam* obtinebat : quamque Leone vivente statim post Conci-  
 lium elaboratam nihil ambigimus. Antequam enim integra illa gestorum Cal-  
 chedonensium versio fieret, quæ *antiqua* dicitur ; quædam præcipua documenta  
 Calchedonensia latine statim reddita fuerunt, quæ idcirco in vetustiores colle-  
 ctiones Latinas traducta inveniuntur. Vide quæ in hanc rem dicemus in Ob-  
 servationibus ad not. 3. Quesnelli in epist. 113. Ejusdem itaque temporis harum  
 etiam trium actionum versio esse videtur : unde harum versionem multo ante-  
 riorem Rustico & antiquo interprete paullo post videbimus. Tempus  
versionis  
harum a-  
ctionum.

9. Cum vero præcipua illa Calchedonensium gestorum capita & documenta,  
 quæ statim ab initio Latinitate donata fuerunt, generalia & maximi momenti  
 fuerint, ut ex laudata observatione patebit ; cur inter particulares causas, aliis  
 omnibus omissis, solæ tres actiones ad Maximum Antiochenum pertinentes Leo-  
 ne vivo Latinitate donatæ fuerint, si quis inquirat, dicemus suspicari nos, Græ-  
 cum earundem exemplum ad Leonem a Maximo fuisse transmissum, cum ad  
 ipsum in rem suam litteras & nuntios misit, easque hac occasione redditas fuis-  
 se latine. Ex epistola enim Leonis 119. ad eundem Maximum satis colligi-  
 tur, hunc de læsis Antiochenæ Sedis privilegiis apud Pontificem fuisse conque-  
 stum : huc enim proculdubio respicit S. Leo, cum ibidem scribit : *Unde cum  
 aliquid pro Antiochenæ Ecclesiæ privilegiis dilectio tua agendum esse credide-  
 rit, propriis litteris studeat explicare.* Id autem respicere eam compositionem,  
 qua Juvenali Jerosolymitano tres Palæstinas in Antiochenæ Sedis præjudicium  
 Maximus cesserat, satis indicant sequentia, quibus Juvenalis ausus S. Pontifex  
 reprobat, Legatorumque assensum contra Nicænos canones irritum declarat. So-  
 li enim cessione Palæstinarum, quæ Nicænis decretis adversabatur, Legati Pon-  
 tificis assensum præstiterant. Ei vero compositioni Maximus in Synodo Calche-  
 donensi assensus fuerat non absolute, sed, ut in nostro codice legitur, sub hac  
 conditione : *Si tamen id venerabili Patri nostro Archiepiscopo Romæ majoris  
 Leoni placuerit.* Placere autem hanc compositionem persuaserat Legatorum as-  
 sensus atque sententia promulgata actione ultima : unde tunc acquievit Maxi-  
 mus, & compositio probata fuit. At cum ille subinde in causa Anatolii co-  
 gnovisset, Leonem nolle quicquam valere, quod Nicænæ Synodi statutis oppo-  
 neretur ; in spem erectus, ne idem Pontifex probare vellet compositionem cum  
 Juve-

21 L. studio.

22 Hanc mendosam lectionem sic corrigi posse suspicamur : ut provinciarum divisio quietem  
 illigaret, vel quid simile.

23. L. recipiat.

Actio-  
nes de Maxi-  
mo, Juve-  
nali, &  
Domno ad  
Leonem  
missæ, &  
Latinitate  
donatæ.

Juvenali, quæ canoni Nicæno apertissime repugnabat, ipsius mentem explorare voluit per litteras, & in hanc potissimum rem Marianum Presbyterum & Olympium Diaconum misisse videtur cum laudatis Calchedonensis Synodi actionibus, quæ huc pertinebant, quibusque consensus abs se se ita sub conditione datus exprimitur, ut si Pontifex Legatorum sententiam irritam crederet, redintegrandis suæ Ecclesiæ privilegiis locus pateret. Hinc in allegata epistola S. Leo tunc ante, tunc post reprobatum Juvenalis principatum in tres Palæstinas, inane & irritum declarat quidquid contra Nicænos canones attentatum fuerit, idque etiam si missi abs se Legati consenserint. Neque dicas, S. Pontificem se se in epistola de Maximi causa haud satis instructum præferre, explicatioresque ab eodem litteras petere: quod non videtur potuisse contingere, si ipsas actiones accepisset. Etenim etiam si non accepisset hæc actiones, satis quoad causam instruendus fuerat a duobus Legatis Maximi, ut ne in hanc rem novæ a Maximo litteræ expectandæ essent. Dein cum duo in ea causa Antiochenæ sedi præjudicio fuissent, 1. quod compositio cum Juvenali, assentiente ipso Maximo, facta fuit in Synodo, 2. quod huic compositioni quantumvis Nicæno canoni contrariæ non solum non contradixerunt Leonis Legati, uti contradixerant canoni pro Constantinopolitana sede edito, sed ipsam quoque approbarunt; S. Pontifex utrumque se probe cognovisse palam facit. Primum quidem, cum scripsit cap. 4. facile dissolvi *quarumlibet consensionum pacta*, quæ Nicænis canonibus contrairent: alterum vero, cum pronuntiavit capite 5. æque irritum fore, si quid contra eosdem canones a suis Legatis probatum fuerit. Quid ergo, inquires, Leo a Maximo petiit? Cum is exploravit Pontificis mentem, simul indicasse videtur, tempus agendi aliquid in hac causa tunc non fuisse opportunum, cum omnia in Palæstina hæreticorum tumultibus essent perturbata, ipseque Juvenalis, qui Antiochenæ sedi præjudicium intulerat, e sua sede pulsus, decreto sibi jure non potiretur. Hinc S. Leo hæc in circumstantiis aptum tempus sibi a Maximo significandum expectans, scripsit sub finem capituli tertii: *Unde cum aliquid pro Antiochenæ Ecclesiæ privilegiis dilectio tua agendum esse crediderit, propriis litteris studeat explicare, ut nos consultationi tuæ absolute & congrue respondere possimus.* Notanda adverbium *absolute*, & *congrue*. Interim vero *generalem* suæ mentis regulam, quæ Maximi circumstantiis congrueret, non *absoluta*, sed conditionata locutione statim subjecit. *Nunc autem ad omnia GENERALITER PRONUNTIARE sufficiat, quod si quid a quoquam contra Nicænorum canonum statuta in quacumque Synodo vel tentatum est, vel ad tempus videtur extortum, nihil præjudicii potest in violabilibus inferre decretis; & facilius erit quarumlibet consensionum pacta dissolvi, quam prædictorum canonum regulas ex ulla parte corrumpi.* Et similiter cap. 5. *Si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam Synodum vice mea misi, præter id, quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis &c. Nam quod ab illorum (Nicænorum Patrum) regulis discordat, Apostolicæ Sedis numquam poterit obtinere consensum.* Cum hoc postremum de Legatorum assensu solam Maximi causam respiciat, Leonem de ea probe informatum agnoscimus. Nihil ergo impedit quo minus credamus, Maximum per suos Legatos ad eum instruendum misisse actiones ipsas Concilii, quas idcirco separatim jam ab initio latine redditas probabilissimum nobis videtur. In hanc quidem rem suffecisset, si duas solas actiones de Juvenali loquentes Maximus misisset. At cum in ultima trium actionum causæ Juvenalis & Domni simul jungantur, actionem pariter de Domno Maximus transmittendam putavit. Ita omnes hæ actiones græce scriptæ, ut a Leone intelligerentur, curantibus fortassis ipsis Maximi nuntiis latine redditæ fuerunt; ac propterea hæc versio ex Græco exemplo, quod idem Maximus quam accuratissimum atque authenticum direxit, facta, melior etiam, ut mox patebit, invenitur.

cap. 4.

Observ.  
in versio-  
nem actio-  
nis de Ju-  
venali.  
Melior est  
n. nostro  
MS.

10. Actio de Juvenali, quæ ex hac versione ac ex nostro codice suppetit, cum editis tum Græcis, tum Latinis quoad substantiam plane cohæret. Quædam vero discrimina notare plurimum interest. Paragraphus *Qua interlocutione græce interpretata* &c. in nostro codice postponitur interlocutioni Latinæ Paschafini, qui cum Latina lingua loqueretur, ejus interlocutio postmodum in Græcum sermonem vertebatur. Id autem melius in nostro codice, quam in Græco, ubi

co, ubi perperam ille paragraphus, & verba indicantia interlocutionem græce redditam subjiciuntur interlocutioni Juvenalis, qui Græca lingua usus, interpretatione Græca non indigebat. Id etiam melius quam in antiqua versione Latina, ubi idem paragraphus non solum post Juvenalis interlocutionem ponitur, verum etiam hæc interlocutio *latine interpretata* dicitur, ac si Græcæ Græcorum interlocutiones in Græca Synodo latine redderentur. Rusticus in versione hujus actionis notante Baluzio hunc paragraphum omisit, sive quod deesset in Græco codice, ex quo illam reddidit, sive quod eam extra locum positam, veluti corruptam & spuriam repudiavit. Noster itaque codex & nostra versio meliorem originem præferunt. Accuratiorem etiam fontem confirmant illa in fine ejusdem actionis: *Et alia manu, Edantur*: quæ in nostro codice & versione leguntur, in Græco autem textu vulgato, & in aliis Latinis antiqua & Rustici versionibus desiderantur: at similiter apposita fuerunt in fine actionis de Domino, quam etiam Rusticus edidit. Hi duo melioris & accuratioris originis characteres, qui in nostro codice deprehenduntur, fidem conciliare debent ei conditioni, qua Maximus tres Palæstinas Juvenali cessit, *si tamen id venerabili Patri nostro Archiepiscopo Romæ majoris Leoni placuerit, qui cupit sanctorum Patrum canones infringibiles permanere*. Formula quidem Romæ majoris e Græco fonte proficiscitur. Hujus autem conditionis rationem dedimus paullo ante. Quæ si non legitur nec in edito Græco textu, nec in duabus aliis Latinis versionibus, dum optimi codicis, & melioris originis argumenta habemus, nihil exinde movebitur quisquis consideret, alia ab aliis sive Notariis in ipsa Synodo, sive posterioribus amanuensibus fuisse prætermissa non solum in Latinis versionibus, sed etiam in originali Græco. Græcus textus, & Rustici versio in hac ipsa actione de Juvenali omittunt plura Episcoporum nomina, quæ leguntur tantum in antiqua versione. Num idcirco de repudiandis ejusmodi nominibus quispiam cogitavit? Paragraphum *Qua interlocutione græce interpretata* a Rustico omissum vidimus. Alia similia in aliis versionibus animadvertere licuit, quæ hic recensere non vacat. Notarii in Conciliis plures fuere, & quædam a nonnullis accuratius scribi potuerunt, quæ ab aliis negligerentur. Posteriores quoque amanuenses quædam potuerunt sive negligenter, sive studiose præterire. Quapropter ejusmodi defectus in aliquot vel paucioribus, vel pluribus codicibus argumento esse nequeunt, ut additamentis interpolati traducantur illi codices optimis notis distincti, dum quædam in aliis MSS. prætermissa, at satis congrua exhibent. Quod si hæc versio a Græco exemplo, quod Maximus ad Leonem miserit, originem ducit; notarium ejusdem Maximi in hoc capite excipiendo & describendo accuratiorem fuisse nihil est dubitandum. Desunt e contra in nostro codice octo interlocutiones, quæ post interlocutionem Anatolii in Græco & in aliis Latinis versionibus leguntur. Hæc autem uti non necessaria omitti potuerunt sive ab antiquo interprete, sive potius ab exscriptore & compilatore hujus collectionis, quem brevitati consuluisse vidimus.

II. Actio de Domino cum ea prorsus concinit, quam Rusticus e MS. exemplo Juliæ Patriciæ edidit. Solum in nostro codice verus ordo deprehenditur, cum hæc actio subdatur actioni de Juvenali pridie habitæ, in MS. autem Juliæ Patriciæ perperam præponeretur, ut ex notatione Rustici didicimus. Quesnellus num. 5. huic Rustici codici fidem detracturus, unicum, recentem, & infimæ fidei fuisse & a duobus ignotis scholaribus Germanis acceptum ingerit. Mala autem hujus codicis epigraphe ille usus est: quam emendatiorem ex Rustici MSS. sic Baluzius protulit. *Actio de Domino Antiocheno, quam inveni in codice patr. (idest patriciæ, non Patrum) Juliæ membranatio novo transcriptam e codice vetusto chartatio, quem dixit ipsa fuisse Proculi & Albini Germanorum scholasticorum*, idest fratrum causidicorum. Hic autem Juliæ codex, licet novus Rustici tempore, qui medio sexto sæculo scripsit, nunc recens appellari nequit; multo autem minus codex ille Proculi & Albini, qui jam tam *vetustus* censebatur. Etsi vero hi duo codices pro unico haberi queant, cum alter prodeat ex altero; quantæ tamen fidei esse debeat codex, qui medio sexto sæculo *vetustus*, paullo post Calchedonense exaratus fuerat, nemo non videt. Nunc autem alius Vaticanus codex accedit, idemque vetustissimus, qui eandem actionem ex Græco exemplo redditam præfert. Hinc alia Quesnelli ob-

t. 4. Con-  
cil. Ven.  
edit. col.  
1516.

Observ.  
in actio-  
nem de  
Domno.  
Quesnel-  
lus refel-  
litur.

jectio

jectio eliditur, qua hanc actionem a Rustico confictam suspicatur. Vaticanus enim codex in hac collectione Calchedonensi præmissa a Rustico non proficiscitur. Quod autem ille tertio opponit, Rusticum soli primæ actioni Calchedonensi studium operamque navasse, rejicietur a nobis fufius in Observationibus ad not. 2. ejusdem Quesnelli in epist. 113.

12. Si porro Juliae Patriciæ codex Græcus fuisset, & ex eo hanc actionem Rusticus Latina lingua donasset, uti Græcum fuit illud exemplar, ex quo tres descriptæ actiones traductæ fuerunt; non solum duos Latinos, sed duos etiam Græcos diversæ originis codices haberemus, qui hanc actionem genuinam confirmarent. Sed cum versio hujus actionis a Rustico edita similis videatur interpretationi nostri codicis, quam antiquissimam vidimus; nihil est ambigendum, quin exemplar Juliae Patriciæ, & Proculi atque Albini codex Latini fuerint. Rusticus quidem non tam Græcos, quam Latinos codices se adhibuisse aliquot in locis indicat. Hanc igitur actionem non reddidit ex Græco, ut hætenus creditum est, sed ex antiquiori versione transcripsit. Hinc codices Juliae, Proculi, & Albini hanc nostri codicis interpretationem continebant, quæ vel ex hoc vetustissima agnoscitur, & ex eo Græco exemplari deducta, quod nisi Maximus in rem suam ad S. Leonem transmisisset, hac actione de Domno careremus. Causa enim Domni, in qua de statuenda pensione agitur, adeo exigua visa est, ut Græci actorum Calchedonensium collectores eandem neglexerint, ut alia item omisere: ac propterea Latina eorundem actorum versio eam actionem non exhibet. Hinc ipsis etiam Græcis scriptoribus Justiniano, Evagrio &c. ac Liberato inter Latinos ignota fuit: quorum silentium nihil aliud probat, nisi hos adhibuisse solos codices actorum Calchedonensium, in quibus desideratur; nec incidisse in ullum exemplar nostro simile, aut simile codici Juliae, vel Albini & Proculi, ex quibus Rusticus & nos eandem accepimus.

Alia non observata actio de Domno ex cod. edita confirmat germanitatem anterioris actionis.

13. Actionem vero de Domno multo magis sinceram constituit alia actio, quæ ex solo Vaticano MS. prodiit. Pensionem enim, quam anterior actio Maximi arbitrio permiserat, ne quid deinceps controversiæ incideret, postulante fortassis ipso Maximo, Legati Leonis taxarunt. Dies, exordium, & subscriptiones distinctam actionem ostendunt. Nec mirum sit novam actionem Calchedonensem prodire: actiones enim de particularibus gestis ab aliis omisæ, ab aliis descriptæ fuerunt, ut placuit. Hinc prior actio de Domno inventa fuit a Rustico in solo codice Juliae Patriciæ. Græci MSS. libri duas actiones habent de Caroso & Dorotheo, ac de Photio Tyrio & Eufthatio Berytensi, quæ decrant in exemplaribus, quibus antiquus interpres, Rusticus, Liberatus, & Evagrius usi sunt. Confer not. 18. in Dissert. 1. Quesnelli ad an. 451. Taxatio pensionis pro Domno non absimilis est illi, quæ Bassiano & Stephano Ephesinis Episcopis ante duos dies act. 11. decreta fuerat. Neque moveat in hac actione Pontificis titulus *Caput universalis Ecclesiæ*: nam iidem Legati, qui hunc titulum illi dederunt, simili formula usi sunt act. 1. paullo post initium. De Leone enim ajunt: *Qui est caput omnium Ecclesiarum*: & non absimiliter act. 6. in subscriptionibus definitionis fidei: *Beatissimi atque apostolici viri universalis Ecclesiæ Papæ Urbis Romæ Leonis*. In sententia tribus pontificiis Legatis Julianus accensetur, ut in act. 9. sub initium, & in act. 10. ubi lectionem actorum pseudosynodi Ephesinæ interdixerunt. In hac autem sententia cum iidem Legati præmiserunt, Leonem *constituisse privilegia Antiochenæ Ecclesiæ reformari secundum veterum Patrum statuta*, ex Pontificis mente ac mandato juxta antiquos canones se decrevisse videri voluerunt. Hæc ad vindicandam & illustrandam novam hanc actionem, quæ aliam impetitam a Quesnello actionem de Domno fati superque confirmat, adjicienda fuere. Cum vero ex his præstantissimis Vaticani codicis documentis, quæ hætenus non fati cognita aut observata fuerunt, a laudata actione de Domno omnis suspicio amovetur; tum vero exinde, ut Quesnelli verbis concludamus, *jam præclarissimum antiquissimumque præ manibus habemus testimonium summæ auctoritatis Pontificis Romani tum in Synodos, cum in Orientales Episcopos, majorum, inquam, ac primarum sedium*.

Pontificia auctoritas ex hac actione quantum statuatur.

PASCHASII QUESNELLI  
DISSERTATIO DECIMA,  
DE CAUSSA THEODORITI

EPISCOPI CYRI

pseudo-ephesinæ Synodi sententia depositi, a S. LEONE Papa  
restituti, in Calchedonenſi Synodo purgati.

Ad epistolam Sancti LEONIS XCIII. (nunc CXX.) ad eundem  
THEODORITUM scriptam.

I.  
n & qua  
fuerit  
postoli-  
e Sedis  
dicium  
no Theo-  
oritus  
urgatus  
t.  
pist. 93.  
mc 120.  
l Theod.  
p. 5.  
I



*B*enedictus, inquit S. Leo,  
Deus noster, *cujus invin-  
cibilis veritas ab omni hæ-  
reseos macula mundum te,  
secundum Apostolicæ Sedis  
judicium, demonstravit.*  
Cui dignam retribues pro  
tot laboribus gratiam, si talem te, qualem  
probavimus, pro universalis Ecclesiæ defen-  
sione servaveris.

Quale fuerit illud *1* Apostolicæ Sedis ju-  
dicium, a multis quæsitum est hætenus,  
inque varias itum est sententias. Nonnulli  
aliquod vel in Synodo vel extra Synodum  
a S. Leone de restitutione Theodoriti de-  
cretum conditum fuisse autumant, postquam  
ad eum causam suam per libellum appella-  
tionis detulisset. Verum cum de hujusmo-  
di decreto ne apex quidem ullus appareat,  
sive in actis Calchedonenſibus, sive in aliis  
rerum tunc temporis gestarum monimen-  
tis, tam facile refellitur, quam profertur.  
Alii eadem synodali ac judiciali sententia  
Theodoritum restitutum ajunt, qua pseudo-  
synodus Ephesina in irritum missa fuerat:  
in illo videlicet Episcoporum conventu, quo-  
rum cinctus agmine Romanus Pontifex apud  
S. Petrum venisse in occursum Valentiniani  
Augusti Augustarumque legitur in episto-  
lis ea de re scriptis ad Theodosium Impe-  
ratorem de actorum hujus conciliabuli re-  
scissione. Apud me vero certum est de Theo-  
doriti causa nullam intercessisse sententiam,  
sive quæ a solo Leone, sive quæ a Synodo  
sit emissa; sed illud solummodo judicium a  
Leone commemorari, quod communionis  
litteris continebatur. Dum enim querelas  
Theodoriti ultro suscepit Pontifex, eidem-  
que suam communionem impertivit, con-  
sequens fuit ut eundem ab omni hæreseos  
macula mundum judicaverit; deputaveritque  
inter adversariorum calumnias, quicquid

Tom. II.

obtruserant, ut eum velut suspectum de  
fide a Synodo arcerent, vel etiam quasi de  
hæresi convictum deponerent in Synodo.  
Quod ut magis lectori persuadeatur, obejus  
oculos rem totam compendiose ponimus.

Theodoritus Episcopus Cyri sub Antio-  
cheno Patriarcha jam a multo tempore in-  
sensum habuerat Dioscorum Alexandrinum,  
tum propter singularem suam eruditionem  
vitæque sanctimoniam, quibus obscurari se  
Dioscorus homo laudis appetentissimus exi-  
stimabat, cum propter Anathematismos S.  
Cyrilli decessoris ejus olim a se impugnatos.  
Theodoritum ob eam causam hæreseos no-  
tare, appetere calumniis, omnibusque mo-  
dis lacessere jam tum aggressus est Alexan-  
drinus. Egit postea apud Theodosium Im-  
peratorem, ut Ephesinæ, quæ parabatur,  
Synodo interesse prohiberetur, veritus Eu-  
tychis hæresiarchæ patronus acerrimum hæ-  
reticorum impugnatores, qualem se num-  
quam non exhibuerat Theodoritus. Neque  
his contentus, cum omnia sibi in illa pseudo-  
synodo per vim nefasque arrogasset, Theo-  
doritum ab ordine episcopali dejecit, depo-  
sitionis sententiam in eum non secus ac in  
alios Episcopos catholicæ fidei propugnato-  
res intorquens.

Hoc ubi rescivit Theodoritus, doluit ipse  
vicem suam; quidque caperet consilii in  
tanta rerum perturbatione apud se cogitans,  
circumspiciensque omnes Orientalis Ecclesiæ  
Episcopos, aut etiam sæculi potestates, neminem  
invenit quem adire, vel cui suas  
querelas deferre posset. Chrysaphius enim,  
cujus consilio agebatur Imperator, Euty-  
chis patrocinium palam & publice susceperat.  
Augustus ipse hæreticorum arte delusus pseudo-  
synodi sententiam auctoritate sua tueba-  
tur. Dioscorus totius illius tempestatum au-  
ctor erat & artifex præcipuus. Domnus simi-  
lem cum Theodorito depositionis sententiam

LIII

exce-

EDITORUM ADNOTATIONES.

*1* Hoc Apostolicæ Sedis judicium quale fuerit, explicabimus in Observationibus num. 4. &  
seqq. ubi Quesnelli effugia disjiciuntur.

exceperat . Constantinopolitanus Episcopus per Eutychianorum scelus & immanitatem si nondum supremum diem obierat , at saltem fere enecatus ad Hypæpense exilium deportatus erat . Quid restabat Theodorito agendum , Orientalibus pene omnibus vel furentibus , vel oppressis , vel ne hiscere quidem audentibus ; nisi ut ad Occidentales sese converteret , eorumque fidem ac religionem sollicitaret ? Dedit igitur litteras ad Leonem tamquam Occidentalium Patriarcham , omnium Episcoporum caput , ac communem totius Ecclesiæ Patrem ; ejus 2 omniumque pariter Occidentis Episcoporum opem implorans . De appellatione enim nihil habet Liberatus , qui cap. 12. hæc solummodo scribit : *Theodoritus Episcopus Papæ suggestit quanta mala pertulerit ex insidiis Dioscori , rogans ut celerius tali causse subveniretur per alium Conventum Episcoporum .*

III.

Quid Theodoritus a Leone petit . *Εγω δε τῷ ἀποστολικῷ ὑμῶν θρόνῳ περιμένον τῷ ψήφῳ , καὶ ἰκετεύω , καὶ ἀπιθελῶ τῷ ὄντι ἄγίῳ τῆσθε ἐπαμύναϊ μοι τὸν ὁρθόν ὑμῶν καὶ δικαίον ἐπικλησάμενον κριτήριον , καὶ κλειῦσαι ὁραμαῖν πρὸς ὑμᾶς , καὶ ἐπιδείξει μὲ τῷ δόξασκαλίαν τοῖς ἀποστολικῶς ἰχρυσίν .*  
*Theod. ep. ad Leon. cap. 5.*  
*πρὸ δὲ πάντων μαθεῖν ἀντιβολῶν παρ' ὑμῶν εἰτε χροί με σέρξαι τῷ ἁδικῶν τῶντων καθαίρεσιν , εἴτε μη τῷ γὰρ ὑμετέρῳ πρῶσμένῳ*

*tem ;* inquit , *apostolica vestra sedis expecto sententiam : & supplico & obsecro vestram sanctitatem , ut mihi invocanti justum vestrum & rectum judicium opem ferat , & jubeat ad vos venire , & ostendere meam doctrinam vestigia apostolica sequentem .* Quibus verbis duo mihi postulare videntur Theodoritus . Primum quidem ex sancti Leonis sententia ac consilio tamquam prudentissimi piissimique præsulis doceri cupit , an judicio Dioscori ipsum stare fatius sit pro Ecclesiæ pace , quam aliarum Synodorum tribunal pulsare ; quod quidem novarum forte turbarum occasio esse poterat . Et hic quidem est primorum verborum sensus : *apostolicæ vestræ sedis expecto sententiam .* Quam interpretationem non ex nostro , sed ex ipsius Theodoriti natam ingenio verba sequentia comprobant . *Ante omnia autem ,* inquit , *injusta hac depositione me oporteat acquiescere , an non : vestram enim expecto sententiam . Et si judicatis me stare asseritis , stabo ; nec ulli deinceps homini molestiam exhibebo ; sed quod flecti non potest Dei & salvatoris nostri judicium expectabo .* Ex quibus dignosci potest quam sincere vel quam erudite illa Theodoriti verba interpretatus sit scriptor neperus de judiciis Episcoporum gallice differens pag. 318. Alterum quod sciscitatur Theodoritus , hoc est , ut si judicaret S. Leo standum non esse Dioscori sententiæ , aliud Concilium in Occidente apostolica auctoritate

haberetur , ad quod ipse convolare posset ab injusta sententia absolvendus . Is est superiorum descriptorum verborum sensus : *Obsecro vestram sanctitatem ut mihi invocanti justum vestrum & rectum judicium opem ferat & jubeat ad vos accurrere .* Quem sensum perspicue elicimus ex ipsius Theodoriti epistola eodem tempore ac eodem de negotio scripta ad Renatum Romanæ Ecclesiæ Presbyterum , qui Ephesum vice Leonis directus fuerat . *Hac igitur ,* inquit , *de caussa tuam oro sanctitatem , ut persuadeas sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo , ut apostolica utatur auctoritate , & præcipiat ad vestrum convolare 3 Concilium .* Et iterum in epistola ad Anatolium Patricium Constantinopolim missa : *Tuam ,* inquit , *magnificentiam oro , ut hanc gratiam a Triumphatore Imperatore obtineas , ut ad Occidentem accedam , & ab illis Deo dilectissimis & sanctissimis Episcopis judicet : & si vel minimum quidem fidei regulam transgressus esse ipse repertus fuero , in ipsum maris profundum projiciar .*

Sive autem Concilium istud , quod adire optat Theodoritus , ex solis Italici tractus Episcopis componi velit , quod non reor , sive ex omnibus Occidentalium partium præsulibus , quod probabilius est , perinde est mihi . Etsi enim illorum solummodo Episcoporum Concilium postulatum esse concefferim , quibus ex proximis Provinciis ad Romanum Pontificem concurrere solemne erat , ut juxta sanctorum Patrum decreta geminus , vel unus saltem per singulos annos Episcoporum haberetur Conventus , quemadmodum ex epistola S. Leonis 16. cap. 7. edocemur , non esset sententiæ nostræ adversum : quoniam manifestum est tale Concilium a Theodorito 4 non ex juris necessitate esse postulatum , sed ex ipsius litigantis arbitrio , cui liberum fuit juxta Ecclesiæ Africanæ morem & Carthaginensis Concilii decretum , judicium sibi deligere apud Occidentalium Episcoporum Synodum , ea lege ut quæcumque a delectis sponte propria judicibus emitteretur sententia , ei se se irretractabiliter submitteret . Ita enim in gratiam damnati Episcopi provisum fuit a Carthaginensibus Patribus anno Christi 407. ut legitur in codice Africanæ Ecclesiæ cap. 96. quod ne apud alias Ecclesias in usum vocaretur , nihil obstat . *Si fuerit ,* inquit Canon *provocatum , eligat qui provocaverit judices , & cum eo & ille contra quem provocaverit : ut ab ipsis deinceps nulli liceat provocare .*

*ἡφῶν , καὶ κλειῦσαι τοῖς κληρικοῖς ὑμῶν ἐπιμένον τῷ ψήφῳ , καὶ ἰκετεύω , καὶ ἀπιθελῶ τῷ ὄντι ἁγίῳ τῆσθε ἐπαμύναϊ μοι τὸν ὁρθόν ὑμῶν κριτήριον .*  
*Theod. epist. II; cap. 6.*  
*δαίτοι τῷ πτωχῷ ὑμετέραν ἀγωνισίην παρέκαλῶ , πεσοῖαι ἢ ἀγνητῶν καὶ δισιδύτων ἀκλειπίσκαρῶν τῷ ἀποστολικῷ κριτήριῳ ἔξοισι καὶ τῷ ὑμετέραν ἀναδραμαῖν κλειῦσαι ὁραμαῖν .*  
*Theod. II 6. ep. ad Renatum Presb. ἀντιβολῶ τῆν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν ταύτην ἀπὸ τῆσαι τῆσθε καλλίνικου κοροφῆν , ὡς ἐμετέραν κατελαβεῖν : παρὰ τοῖς ἐν ἐκείνῃ θεωρησάτοισι καὶ ἀγνητῶν ἐπισκόποις διακασοῦσαι .*  
*Idem epist. II 9. Anatolio Patricio.*  
 3  
 4

Ex

EDITORUM AD NOTATIONES.

2 Appellationem ad Leonem excludere nititur , omnesque Occidentales cum Leone comprehensus suadere studet : quæ duo a nobis refulentur in Observ. n. 1. & seqq.  
 3 Cur Theodoretus ad Leonem appellans , Concilium nominet , ibidem explicabimus n. 2. ubi etiam quod Concilium , intellexerit , constitutum invenies .  
 4 Cum hoc loco Theodoretis supplicationem ad meram liberi compromissi speciem revoca-

re Quesnellus nititur , pontificium jus in appellatione ejus conatur infringere ; cum tamen Theodoretis verba in Observationibus recitanda num. 2. prærogativam primatus aperite designent , cujus jus in appellationibus etiam Episcoporum Orientis luculenter statuimus in Observ. ad Dissert. V. cap. 5. 6. & 7. Idcirco autem Theodoretus petiit ne repelleretur , quia appellatio quantumvis ad legitimum judicem delata , si injusta judicaretur , repelli potest .

Ex spontaneo igitur delectu, non ex necessitate Romani Pontificis Synodum convenisse dicendus erit Theodoritus, si ad eam solam provocavit. Si enim ad hoc jure teneretur, ut quid verebatur ne preces suæ a Pontifice non admitterentur, nec suum effectum recursus fortiretur? Hoc enim plurimum deprecatur in sua epistola ad sanctum Leonem. *Supplicationem*, inquit, *meam quæso ne respiciatis: nec miseram meam canitiam despiciatis*. Cur Renati Presbyteri gratiam captat, ut ipso agente ac suadente ad Concilium Occidentis convolare ipsi permitteretur? Cur hortatur Romanæ Ecclesiæ Archidiaconum, ut S. Leonis zelum accendat? *Dignare*, inquit, *Deo dilectissime, zelum accendere sanctissimi in omnibus & beatissimi Archiepiscopi, ut etiam Orientis Ecclesiæ vestra fruantur protectione*. Quam denique ob causam se ipsius iudicio, qualemque esset, assensurum atque adhæsurum spondet? Talem enim sponsonem nemo est qui non rideat, si de iudice agatur quem adire & cui obtemperare necessitas fuerit: tunc enim, velit nolit is qui appellat, nec licet ei iudicium declinare, nec sententiæ obedientiam detrectare. Non incongrue autem talis sponso præmittitur, cum iudicium a delectis ipsius litigantis arbitrio iudicibus postulatur, ne isti iudicandi onus a se removerent. Quamquam autem hæc dicimus de Romana Synodo, probabilius tamen existimamus de universaliori Occidentis Concilio cogitasse Theodoritum: cum absolute ad Occidentem accedere, & ab Occidentis Episcopis iudicari exoptet.

Conjecturam hanc nostram mirum in modum confirmat epistola Theodoriti 117. quæ Florentio quidem Episcopo inscripta legitur, sed prorsus videtur § ad Episcopos Romanæ seu Occidentalis Synodi directâ. Necessaria enim est, quantum sapio, tituli emendatio, quæ clarissimi Garnerii opinio est, gravissimis indicijis fundata. „ Primum ( inquit ) quod Theodoritus ad plures scribat: utitur enim semper numero multitudinis, solitus singulares quoscumque, etiam summum Pontificem, & Augustam, Pulcheriam singulari nomine compellare. Quod autem interpret posuit *Sanctitatem tuam*, non consonat Græco, *ὑμετέραν ἀγιωσύνην*: quemadmodum nec quod dixit, *vir sanctissime*, græce enim legitur *ἀγιώτατοι*. 2. Quod plures illi ad quos scribitur, forent Occidentalium partium, opponit siquidem Orientalibus. 3. Quod plures illi quoque Occidentales fuerint Episcopi: præterquam quod enim id titulus indicat, demonstrat insuper vox *sanctitatis vestra* tertium adhibita. 4. Quod Episcopi isti non defecissent a fide, Orientis Ecclesiis communem calamitatem

Tom. II.

„ passis: atque ita inde spes erat restituentæ rei: *Dei gratia reliquit nobis semen sanctitatem vestram, ne fiamus sicut Sodoma* &c. 5. Quod tantæ illi forent auctoritatis, ut possent depellere Orientis Ecclesiarum calamitatem, exortam hæresim proscribere, eos qui Incarnationis doctrinam adulterare ausi sunt, aperte redarguere, illorum qui pietatis causa vexantur, patrocinium & defensionem suscipere, per injuriam pulsos non despicere, sed iusto subsidio injuriam reprime-re, ac veritatem præfraete impugnantes docere. 6. Quod ad eos mittantur Legati: iidem nimirum qui ad Leonem Papam tunc dirigebantur.

Hæc si vana non est viri eruditi conjectura, immo quia vix in dubium revocari potest, *Litem, quam, ut res sunt, invidiosam in dissertatione 1. cap. 9. putabat, nec audebat dirimere, ipse aperte dirimit in dissertatione 2. ad epistol. 117. Theodoriti. Quis enim post hæc negare possit totum Occidentis Concilium a Theodorito fuisse compellatum, cum talis appellationis testes habeat ipse Theodoriti ad Occidentale Concilium litteras, Legatosque illius causam acturos ad idem directos: quibus & aliæ epistolæ ad Renatum, & Anatolium, & Liberatus Diaconus suffragantur?*

Auctoritati addit idem Garnerius rationem, quam præstare ipsi incumbit: *Agebatur enim, inquit, una de majoribus causis: cujusmodi nulla disceptabatur ea ætate vel ab ipsis summis Pontificibus nisi in Episcoporum conventu. Fuisse vero causam hanc inter majores, vel ex eo maxime apertum est, quod de fide Episcopi nominatissimi, depositi a Synodo, in qua fuerant omnes totius orbis Patriarchæ ( Romanum excipe ) quæstio haberetur.*

Acceptis porro Theodoriti & aliorum litteris, auditaque Hilari relatione, quid Theodorito rescripserit sanctus Leo, ignoramus: quid egerit, inquirimus. Intellexit statim Pontifex post Ephesinum latrocinium 7 opus esse Concilio eoque generali, ut ex ejus litteris ea de re ad Augustum scriptis clarum est. *Generalem Synodum, inquit, jubetis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid ultra sit vel in fide dubium, vel in caritate divisum; convenientibus utique Orientalium Provinciarum Episcopis: quorum si qui superati minis atque injuriis a veritatis tramite deviarunt, salutaribus remediis in integrum revocentur*. Verum pro restituendo Theodorito neque provincialem, neque generalem Synodum necessariam esse duxit: quoniam pro deposito habendus ille non erat, in quem non Concilium, sed latrocinium; non Episcopus, sed prædo improbus

EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Hac de re confer Observ. num. 3.  
6 Id impugnatur in Observ. n. 2.  
7 Quo sensu & quibus in circumstantiis S.

Leo necessarium scripserit Concilium generale, fufe explicatum est in antecedentibus nostris Observationibus ad Dissert. 8. num. 14. & seqq.

ἡ διαπτύ-  
γητέ μὲν τὴν  
ἐτέραν πρὸς  
καλλῶ, μὴ  
τὴν ἀδ-  
ίαν μὲν πρὸς  
ἑαυτὴν πολλῶν  
ἐπὶ πολ-  
ύς ὕβρι-  
σιν κα-  
τάτος.  
Theod. ad  
Leon. c. 5.  
καὶ τὰ ἐξ ὧν  
εἶναι, δε-  
κτέον, ὅτι  
καὶ ἐξ ὧν  
ὅτι τὰ πά-  
ρα ἀγίω-  
σύνης ἡ  
ἐπιπέσει  
ἡ, ὅσα ἡ  
καὶ τῆς ἀ-  
κατολῆς ἐκ-  
λησίαι τὰς  
μετέρας  
πολυαῖας  
ἡδμερῆσι.  
Ep. 118.  
ad An-  
thidiac.  
Romæ.

Diff. 1. cap. 10.

IV. Quid Leo accepit Theodoriti litteris? 7

Ep. 40. nunc 44. cap. 10.

6

Ep. 52.  
Theodor.  
ad S. Leo-  
nem.

bus depositionis sententiam ferre conatus fuerat: in eum, inquam, quem nec in jus vocasset, nec presentem judicasset, nec quid de suscepta a Deo & Salvatore nostro humanitate sentiret, interrogasset. Quod ita apud omnes certum erat, ut quicquid in illo miserando Ephesi conventu factum erat, pro infecto ab omnibus passim catholicis habe-

S. Leon. ep. 47. nunc  
51. ad  
Faustum  
&c.

retur. Quoniam, inquit S. Leo, ea quæ in Epheso nuper contra justitiam vel canonum disciplinam per unius hominis impudentiam gesta sunt, nulla catholica fidei ratio rata esse permittit. Unde & monet Constantinopolitanos, ne a Sacerdote suo, qui similem cum Theodorito exceperat depositionis sententiam, ulla eos minæ, ulla formido divul-

Ep. 45.  
nunc 50.  
cap. 1.

lat. Quisquis enim, inquit, incolumi atque superstite Flaviano Episcopo vestro Sacerdotium ejus fuerit ausus invadere, nunquam in communionem nostram habebitur, nec inter Episcopos poterit numerari. Hoc ipsum est quod ab Imperatore Theodosio poscebat

Leo noster, cum rogabat eum ut omnia in eo statu esse juberet, in quo fuerant ante omne judicium, donec major ex toto orbe Sacerdotum numerus congregaretur. Cui postulationi annuit pro Theodosio Marcianus, cum in ejus mortui locum successus est: qui & majorem revera ex toto orbe Episcoporum Synodum congregavit, & eidem jussit interesse Theodoritum.

Ex dictis manifestum est Leonem nostrum 8 nullum habuisse judicium ad causam Theodoriti ventilandam; sed eidem communionem non interrupta fuisse conjunctum, ejusque litteris rescripsisse, nec standum esse judicatis, nec expectandum ei esse aliud judicium, ut Ecclesiam suam solito more gubernaret: quoniam quæ gesta erant Ephesi per unius hominis impudentiam, nulla catholica fidei ratio rata esse permittebat. Eo libentius autem sententiam adversus Theodoritum latam pro nulla habuit, quod de ejusdem fidei integritate novum ex Oriente testimonium ad ipsum fuit delatum. Ex litteris enim Anatolii Constantinopolitani Episcopi post Flaviani mortem ordinati resciverat Theodoritum Encyclicæ ad Flavianum eundem epistolæ ultro rescripsisse, nec Nestoriana Eutychnaque solum dogmata damnasse, sed ipsis etiam Nestorio & Eutychi anathema dixisse. Istud enim præstitum esse ab omnibus Episcopis, qui Antiocheno suberant, quorum unus erat Theodoritus, discimus ex epistola Leonis nostri ad Paschasinum Lilybætanum, quam nunc

Ep. 68.  
nunc 88.  
ad Pascha-  
tinopolitani Episcopi accepisse, quæ refert, sinum c. 3.

primum in lucem emittimus. Noveris etiam, inquit, proxime me epistolam Constantinopolitanis Episcopis accepisse, quæ refert,

Antiochenum Episcopum missis per Provincias suas tractoris, universosque Episcopos & epistola mea præbuisse consensum, & Nestorium ac Eutychem pari subscriptione damnasse. Ex hujusmodi subscriptione, vel etiam ex ea epistola, quam ad Leonem scripserat Theodoritus, intellexit Romanus Pontifex judicavitque ipsum ab omni hæresis macula immunem, nihilque hac ex parte obstare, quo minus suam ei communionem more solito impertiret; & ille suam Ecclesiam cum pace ecclesiastica retineret. Tale est Sedis Apostolica judicium, ut ego quidem reor, de quo in hac epistola quam commentamur, mentio facta est; quod quidem non demonstrat restitutam esse judiciali Pontificis sententia suam Theodorito sedem; sed amotam solum nonnullam erroris suspicionem, quæ ei forte vel ex adversariorum repetitis sæpe sæpius calumniis, vel ex antiquis cum Cyrillo concertationibus inhæserat.

Enimvero si eam ob rem restitutam a Sede Apostolica Theodoritum contendas, quia eum communionis suæ sinu complexus est; quidni 9 a ceteris quoque Episcopis restitutum eum pronunties: cum & Maximus Antiochenus ejus primas, & Anatolius Constantinopolitanus, & alii plurimi Antistites Orientalium partium, communionis cum eo nexum vel abruperint nunquam, vel mox religaverint. Quamquam Romani Pontificis votum ejusque communionis suffragium præ ceteris habitum esse quis velit diffiteri, ut pote primariæ omnium sedis Episcopi, viri insuper sanctissimi doctissimi que, & in hac præsertim causa catholicæ fidei strenui defensoris? Rem tamen totam ex Leonis facto finitum esse asserere non possumus, cum eam rursus ad incudem vocatam 10 a Patribus Calchedonensibus, notum sit cuilibet hujus Synodi Acta recensenti. Idque factum est ex ipsius sancti Leonis mente: cum enim post Ephesinam pseudo-Synodum hoc unum poposcisset S. Leo, ut omnibus a Dioscoro decretis supersederetur, & omnia in eodem statu essent in quo fuerant ante omne judicium, donec major ex toto orbe Sacerdotum numerus congregaretur: hoc proculdubio Pontificis erat consilium, ut majoris hujusmodi Episcoporum numeri judicio & examini omnia de novo quasi injudicata subicerentur, ubi primum congregatus esset. Nec est quod quis Theodoriti causam ab ista lege eximendam existimet, cum potius hæc præ ceteris una Synodi examen postularet. Alii enim plerique Episcopi, quos pseudo-Synodus Ephesina sedibus suis dejecerat, ante latrocinium

V.  
Theodoritus non  
discussus, sed  
communicatione  
solum donatus.

9

10

Epist. 40.  
nunc 44.  
cap. 2.

in

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

8 Immo peculiare judicium Leonem de Theodoro habuisse demonstrabimus in Observationibus subjiciendis a num. 4. usque ad n. 8.

9 Confer not. 25. in Dissertationem præcedentem, ubi peculiaris & potentior vis communionis traditæ a Sede Apostolica explicatur.

10 Quatenus Theodoretus causa iterum agitata fuerit in Synodo Calchedonensi sine præjudicio judicii de eo lati a S. Leone, exponemus in Observ. num. 9. & 10. ex quibus sequentia diluentur.



in suspicionem erroris non vnerant, ac propterea rescissis pseudo-Synodi actis, res illis sua integra erat: Theodoritus autem longe ante Ephesinum conventum suspectæ fidei notatus fuerat a catholicæ sententiæ propugnatoribus. Nestorio visus erat patrocinari, & ex erroris suspicione ansam arripuerat Imperator eum a Synodo removendi. Quare et si & a Leone in communionem receptus & ad Chalcedonense accersitus esset Imperatoris edicto, non hoc tamen uno diluebantur antiquæ suspensiones; sed futuro iudicio via parabatur, cui & ejus fides discutienda, & adversariorum accusationes examinandæ servabantur. Inde est quod iudicibus laicis introduci eundem in Synodum postulantibus juxta Imperatoris edictum, non pauci aliqui Episcopi, ut videtur nonnullis, sed longe plurimi, 11 Ægyptii videlicet, Palæstini, & Illyriciani clamaverunt: *Miseremini, fides perit: Istum Canones eiciunt. Hunc foras mittite: Magistrum Nestorii foras mittite . . . Synodus Orthodoxa Theodoritum non suscipit . . . Cyrillum iste anathematizavit.* Hos inter Episcopos Illyriciani ducenti habebant 12 Thessalonicensem Episcopum, qui cum vices Romani Episcopi gereret in Illyrico, ab ejus nutu pendebat: nec tamen Apostolicæ Sedis iudicium, quo Theodoritus ab omni hæresis macula mundus pronuntiatus fuerat, obstare credidit, quominus ille a Synodo tamquam de fide ex antiquo suspectus removeretur. Rursum vero instantibus iudicibus eum recipi, vix tandem acquieverunt dicti Episcopi, quasi ex indulgentia ac dispensatione; non prius tamen quam 13 Maximi Antiocheni Primatis sui testimonio nulla hæretici sensus peste infectus esse Theodoritus probaretur, & insuper pollicerentur iudices nullum ex præsentia illius præjudicium credendum esse, causamque integram futuro examini esse referendam: hisque impositis conditionibus tandem admissus est Theodoritus.

VI. Ad octavam Concilii actionem ubi perventum est, vocata fuit ad examen Theodoriti causa. Cumque vociferarentur Episcopi, ut ipse Nestorium anathematizaret, restitit aliquandiu, non quod impio hæresiarchæ faveret: jam enim, ut ex epistola 68. (nunc 88.) S. Leonis ad Paschasinum vidimus, ei dixerat anathema cum ceteris Orientalis Diocesis Episcopis, quorum unus erat, iidemque actione 1. Chalcedonensi, cum de illo tractaretur, idem sunt testati:

Nos, inquit, in pura charta subscripsimus: non quod diverticula quæreret, quibus ab anathematizando Nestorio posset abstinere: talia enim de tanto viro comminisci indignum est: sed partim quia moleste ferebat aliam sibi, quam aliis legem imponi, qui cum ceteris actione 4. professus fuerat Nicænum & Constantinopolitanum Symbolum; epistolam Leonis ad Flavianum, quæ Nestorio anathema dicebat, amplexus fuerat; fidemque suam solemnem subscriptione firmaverat: partim & maxime quia cum damnatus a Synodo Dioscori reclamasset, omnia rite & pro more Conciliorum ex ordine recenseri ac recognosci volebat; ne claudulariam ac velut furtivam absolutionem ex delicti conscientia quæsisse videretur. Ea causa est cur relege in primis postulavit tam preces Imperatori, quam libellos Legatis a se oblatos: *Si vobis, inquit, videtur, legantur coram vobis, ut sicut sapio cognoscatis.* Nec prius compendiosam illam professionem, *Anathema Nestorio &c.* quæ tot indecoris clamoribus flagitabatur, elici a se passus est, quam fidem suam a calumniis, quibus toties impetita fuerat, prolixiori assertionem vindicaret: qua publice enuntiata, *dixit Anathema Nestorio &c.* Sanctus quippe ille Episcopus de integritate fidei suæ probanda (quo antiquius nihil catholico Sacerdoti esse debet) magis erat sollicitus, quam ut vel Synodo interesse, vel Ecclesiæ dignitatis suæ restitui curaret. Vere, in Calchedon. act. 8. *quid non dico, nisi quomodo novi Deo placere prius persuadebo* (al. satisfacio) *vobis, quia neque de civitate curo, neque honore opus habeo, neque ob hoc veni; sed quia calumniam passus sum, veni persuadere me esse orthodoxum.* His ita peractis, & omni tunc demum non scrupulositate, sed dubitatione, ut iudices loquuntur, sublata, facta est Synodi sententia, quæ sancti Leonis iudicium communionem suam Theodorito impertientis approbans atque confirmans, suæ eum sedi restituit; hanc potissimum iudicii causam afferens: 14 *Quoniam, inquit, Nestorium, & Eutychen non solum scripto, sed & sub præsentia totius confessus ore proprio anathematizavit.*

Ex dictis intellige, erudite lector, quam VII. Concilio- rum au- thoritas defendi- tur. 15  
misere in ipso meridiano Sole cæcutiant, qui Episcoporum in Synodum œcumenicam coalescentium sacrosanctum auctoritatem deprimentes ac ludibrio habentes (multo magis autem extra Synodum) 15 meram illis pon-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

11 Hi omnes in prima actione Dioscori & Eutychis præjudiciis irretiti erant; ac proinde nihil mirum, si Theodoro, quem Dioscorus uti Nestorianum damnaverat, adversabantur.

12 Anastasius Thessalonicensis aberat, & solummodo per Legatum interfuit.

13 Adhuc post testimonium Maximi, & post iudicium pollicitationem illi reclamarunt. Solum iudicibus iterum ac tertio urgentibus in eadem actione prima acquiescendum fuit.

14 Cum de Theodoro actum fuerit in decima actione, ut iis satisfaceret, qui de ejus fide ambigebant, iis publica ejus protestatione convictis, hæc potissimum ratio istorum causa ingerenda fuit in ipsa sententia, quam Legati pronuntiarunt, ita tamen ut huic rationi præmiserint Leonis iudicium, sicut etiam istud universa Synodus in acclamationibus commendaverat. Confer Observat. num. 4.

15 Nemo catholicus inficiari potest, Episcopos in Conciliis præsertim œcumenicis una cum

pontificiorum mandatorum executionem ex suo officio competere contendunt, tum in hac, de qua agimus, causa, tum in aliis omnibus. Cum potius Apostolicæ Sedis hæc sit non infima laus, Synodorum œcumenicarum executricem esse. Tali enim prærogativa gloriatus est Gelasius Papa, eamque sedi suæ pro suo scilicet principatu asserere non erubuit epistola 13. *Confidimus*, inquit, *quod nullus jam veraciter Christianus ignoret uniuscujusque Synodi constitutum, quod universalis Ecclesiæ probavit assensus, non aliquam magis exequi sedem præ ceteris oportere: quæ & unamquamque Synodum sua auctoritate confirmat, & continua moderatione custodit, pro suo scilicet principatu &c.* Et infra: *Ponamus tamen*, inquit, *etiamsi nulla Synodus præcessisset, cujus Apostolica Sedes recte fieret executrix &c.* Et vero quod ad Theodoritum pertinet, manifestum est Calchedonensem Synodum illius 16 negotium non aliter pertractasse, quam si ad aliud jam tribunal non esset delatum. Hic enim licet communionis Romani Episcopi particeps factus; licet ejusdem, ut volunt, iudicio restitutus; licet Patriarchæ sui in Synodo præsentis munitus suffragio; licet imperatorio etiam edicto non Synodi modo confors effectus, sed & ad suam reductus Ecclesiam; (de eo enim maxime intelligendum est quod scribit sanctus Leo ad Pulcheriam: *Quod Sacerdotes*, inquit, *Catholicos, quide Ecclesiis suis injusta fuerunt ejecti sententia, ad Pulcher. reduxisti*) licet denique epistolæ sancti Leonis semel & iterum subscripsisset; hæreticus tamen proclamatus est a maxima Synodi parte, atque e Synodo tantum non ejectus (Romanis etiam Legatis tacentibus, nec pro Leonis iudicio, & sententia quam Synodo prævisse volunt, intercedentibus) vixque tandem purgatus est, suæque redditus Ecclesiæ, postquam & ejus fides ab ipsa Synodo iterato examine fuit discussa, & ipse hæreticos sub præsentia totius confessus ore proprio anathematizavit.

Porro sententiæ Synodi, cui præluserat iudicio suo Romanus Pontifex, suum etiam postea consensum adhibuit, tum aliis epistolis, cum ea maxime, quam ad ipsum Theodoritum dedit aliquanto post finitam Synodum: in qua plurimum gratulatur, quod ab invincibili veritate omnis hæreseos immunis demonstratus esset, quod Apostolicæ Sedis de ipso iudicium fuisset confirmatum, quod denique aliud nihil optan-

dum esset, quam ut talem se, qualem antea probaverat, ac tunc etiam Leo probabat, pro universalis Ecclesiæ defensione servaret. *Benedictus*, inquit, *Deus noster, cujus invincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundum te, secundum Apostolicæ Sedis iudicium, demonstravit: cui dignam retribues pro tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probavimus, & probamus, pro universalis Ecclesiæ defensione servaveris.*

Hæc dum relego, mirari satis non possum inventos nuper esse, qui scriberent, causam Theodoriti in Calchedonensi Synodo discussi, purgati, restituti, a sancto Leone non esse confirmatam, sicut nec alia ejusdem de privatis Episcoporum causis iudicia. De aliis inquirere non est hujus loci. De Theodorito, etsi abunde verba mox recitata demonstrant confirmatum esse a Leone synodale iudicium, quo ille fuerat absolutus, operæ tamen pretium est etiam his alia subjungere, quæ in eadem epistola sequuntur, manifestumque reddunt non ejus tantum personam ab impiorum insidiis, sed ejus etiam fidem ab adversariorum calumniis in Synodo esse vindicatam. *Nam quod Deus*, inquit, *omnium calumniosorum fallacias solvit, maximam beatissimi Petri curam pro cunctis nobis agnoscimus: qui postquam sedis sue iudicium in fidei definitione firmavit, NEC CIRCA CUJUSQUAM VESTRUM, qui nobiscum pro catholica fide laboratis, PERSONAM, QUICQUAM REPROBUM VIDERI PERMISIT: quia nec poterat Spiritu Sancto judicante quisquam ex eis non victor exire, QUORUM JAM VICERAT FIDES. Ex quibus Leonis verbis manifestum est hanc illius esse mentem: sententiam, quæ Theodoritum absolvit in Synodo, Spiritu Sancto per Episcopos congregatos judicante editam esse; accusationes quibus ipsius Episcopi fides petita fuerat, nihil aliud esse quam calumniosorum fallacias; de his tandem victorem eundem exiisse in octava Synodi actione, quia ejus vicerat fides in quarta; circa ipsum nihil reprobum ultra visum fuisse; illud omne quod a Synodo in Theodoriti negotio gestum est, ab Apostolica Sede approbatum esse & confirmatum; ac demum (quod ex præcedenti consequens est) præter fidei definitionem aliquid eorum, quæ Calchedone decreta sunt, a sancto Leone receptum esse ac vindicatum, quandoquidem maxima beatissimi Petri ea cura fuit pro Episcopis a Dio-*

Leon. ep. 93. nunc 120. ad Theodor. cap. 5.

VIII. Non solum personam Theodoriti, sed ejus etiam fidem a Leone esse approbatam.

Epist. 93. nunc 120. cap. 5.

#### EDITORUM AD NOTATIONES.

cum summo Pontifice, qui eis vel per se, vel per Legatos ut caput membræ præsidet (sunt formulæ ipsius Concilii Calchedonensis in relatione ad Leonem, nobis epist. 98. c. 1.) esse veros iudices atque legislatores, ac uti tales controversias definire, ferre sententias, leges condere, & ad executionem obligare. Editis deinde Concilii decretis iidem postea executores sunt, cum ea ad praxim deducunt, uti obligantur: & hac ratione ipsi Romani Pontifices se se executores professi sunt, ut ne tamen in rebus ad disciplinam pertinentibus potestas dispensandi aut mutandi aliquid,

cum expedire videatur, ipsis negari queat. In causa autem Theodoriti licet iudicium Apostolicæ Sedis, quod Concilio præcessit, illum restituerit restitutione juris; actualis tamen restitutio eidem Concilio reservata fuit, ut explicabimus in Observ. num. 10. ibidemque etiam ostendemus num. 9. quatenus sine ullo Sedis Apostolicæ præiudicio licuerit Synodo post iudicium Leonis ea de causa iterum cognoscere, ut dubitantibus satisfaceret, nihilque Leoni subreptum ex ipsa Theodoriti confessione atque anathemate in Nestorium pateret.

16 Vide Observ. n. 9. & 10.

Dioscuro damnatis, ut postquam sedis suæ iudicium in fidei definitione firmavit, nihil circa cujusquam eorum personam reprobam videri permetteret.

IX. Hæc adeo perspicua sunt, ut quicquid in contrarium opponatur, necesse sit infirmum esse ac nullius roboris. Adversus tamen ista Leonis verba ex aliis ejusdem verbis molem struunt adversarii. Sæpe sæpius, inquit, affirmat Pontifex sanctam Synodum ad extinguendam solum hæresim & ad confirmationem fidei catholica esse congregatam. In qua non solum, inquit, per fratres, qui vicem meam executi sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodaliū propriam vobiscum unisse sententiam, IN SOLA VIDE LICET FIDEI CAUSSA, quod sæpe dicendum est, propter quam generale Concilium placuit congregari. Ex quibus in hæc verba concludit: Si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam Synodum vice mea misi, præter id quod ad fidei causam pertinet, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis: quia ad hoc tantum a Sede Apostolica directi sunt, ut, excisis hæresibus, catholica essent fidei defensores. Quidquid enim præter speciales causas synodaliū Conciliorum ad examen episcopale desertur, potest aliquam dijudicandi habere rationem. Ex his similibusque Leonis verbis infert Pelagius Papa II. in epistola ad Episcopos Istriæ &c. quod ipse Leo gesta multiplicia causarum specialium reprobando, auctoritatem Synodi in sola fidei definitione constrinxit. Et postea: Quicquid ergo, inquit, præter fidem agitur, Leone docente ostenditur, quia nihil obstat, si ad iudicium revocetur. Quia, ut rursus ait, postquam beato Leone scribente jus retractandi & dijudicandi conceditur, etiam si qua esse poterat, eorum qui interfuerant, in privatis negotiis auctoritas vacuatur... Denique privatas causas, quæ illic post definitionem fidei actæ sunt, non solum minime confirmavit, sed & retractari, atque dijudicare permisit. Definitionem porro fidei in actione sexta terminatam esse, finitamque fidei causam probare conatur idem Pontifex, tum ex generali omnium Episcoporum subscriptione, quæ huic actioni, non aliis subjicitur; tum ex fide antiquorum codicum Græcorum, qui totam Synodum sex tantum actionibus circumscribunt, subjunctis ad sextam Canonibus, ceterisque omiſſis, quæ modo in Latinis habentur; tum hinc denique quod finita sexta actione, Episcopi dimitti se supplices ab Imperatore postularunt.

Hæc, meo iudicio, facile dissolvi possunt, si modo præjudicia removeantur. Unum est, opinor, ad quod tota difficultas devolvitur: una vocula, ex cujus intellectu tota lis pendere mihi videtur, videlicet *caussa fidei*, quam quia ad strictiorem, quam par erat, significatum coarctarunt alterius sententiæ patroni, a beati Leonis sensu longe abire coacti sunt; immo & Leonem Leoni collidere. Cum ergo quid per *causam fidei* intellexerit, semel affecti fuerimus, tum huic

controverſiæ lux affulgebit, Leo cum Leone redibit in gratiam, patensque erit concordie via, quæ præclusa multis hæctenus visa est.

Causa igitur fidei, cujus unius ventilandæ gratia Calchedonensem Synodum congregatam esse scribit S. Leo, nec sola fidei definitione continetur, nec ista sola contineri dicitur a sancto Leone; sed etiam earum causarum & scandalorum discussione, quæ occasione fidei, errorisque Eutychniani fidem oppugnantis nata erant, eorumque omnium retractatione, quæ apud Ephesum per Dioscorigenes furoremque fuerant perpetrata. Hæc est integra causa fidei, cui nimirum ita connexæ atque intertextæ erant personarum causæ, eorum, inquam, quorum fides vel suspecta, vel accusata, vel damnata, vel calumniose infamata erat, ut si Eutychnis perfidiam ac rebellionem, si Dioscorigenes improbas machinationes, & quæ consecuta est, exauctorationem; si Flaviani, Eusebii, Theodoriti, aliorumque orthodoxorum Episcoporum damnationem ac restitutionem, a fidei causa recideris, jam eadem magna sui parte trunca erit ac mutila. Aliud ergo simplex fidei definitio, aliud causa fidei, hoc saltem in negotio. Illa solius catholice veritatis assertionem continetur; hæc insuper & hæreticorum, qui fidem ejerant, damnationem, & catholicorum, qui ab hæreticis accusati, damnati, depositique sunt, absolutionem ac redintegrationem, omnimodam utrorumque discussionem complectitur. Quemadmodum enim non ea plena est erroris abdicatio, quæ cum impiis dogmatibus, eorum pariter auctores manifestos, confessosque vel convictos non damnat; ita integra non est hæc fidei defensio, quæ omnes catholice sentientes non suscipit; non plena assertio, quæ Episcopos catholicos in hæresis suspicionem, per improborum calumnias vocatos non vindicat; non integra victoria, si, ut de Theodorito agens Leo noster scribit, *quisquam ex eis non victor exiret, quorum jam vicerat fides*.

Hæc causæ fidei expositio, etsi satis ex se perspicua est, genuina esse magisque comprobabitur ex ipsius Leonis epistolis, quas partim ante Synodum scripsit, partim pro eadem recipienda ac confirmanda. Cum enim a Theodosio Augusto generalem Synodum enixius postularet, quid ab ea præstandum sperat? Hoc in primis: *Ut omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid ultra sit vel in fide dubium, vel in caritate divisum*. Ad hæc: *Ut Episcopi, qui superati minis atque injuriis a veritatis tramite deviant, salutaribus remediis in integrum revocentur*. Denique, *ut omnibus querelis & præjudiciis partis utriusque suspensis, diligentius universa, quæ offensionem generaverant, retractentur, & absque vulnere fidei, absque religionis injuria, in pacem Christi redeant, qui per impotentiam subscribere coacti sunt Sacerdotes, & soli auferantur errores*. Hæc omnia quis non videat magis attinere personas, quam ipsam fidei definitionem?

Epist. 93.  
nunc 120.  
cap. 5.

X.  
Expositio nostra de causa fidei ex ipso Leone probatur.

Epist. 40.  
nunc 44.  
cap. 3.  
Ibidem.

nem? De qua tantum abest, ut (quod adversarii contendunt) unice tractari in Synodo voverit, quin potius hoc ante omnia & enixis precibus obtinere ab Imperatore satagit, ut de fide penitus sileretur, nec quasi dubia iterum ad examen vocaretur. Unde

*Epist. 73. nunc 90. ad Marcianum Aug. cap. 2.* inquit, *per ipsum Dominum nostrum IESUM-CHRISTUM, qui regni vestri est auctor & rector, obtestor & obsecro clementiam vestram, ut in presenti Synodo fidem, quam Patres nostri ab Apostolis sibi traditam predicarunt, non patiamini quasi dubiam retractari... Rejēta penitus audacia disputandi contra fidem divinitus inspiratam, vana errantium infidelitas conquiescat.* Sed ex subjectis verbis adhuc clarius evadit, propter

*Epist. 72. nunc 93. ad Syn. Calch. cap. 2.* Episcoporum causam, cui fides immixta erat, magis coactam esse Synodum, quam propter ipsius fidei definitionem, cujus integritati nihil evelli, nihil licebat apponi. Sic igitur in epistola ad ipsam Synodum Calchedonensem scribit sanctus Leo: *Quia*

*Ibidem c. 3.* *vero non ignoramus per pravas emulationes multarum Ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosque Episcopos, qui hēresim non reciperent, sedibus suis pulsos & in exilia deportatos, atque in locum superstitem alios substitutos; his PRIMITUS vulneribus adhibeatur medicina justitię, nec quisquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis: cum si, ut cupimus, errorem omnes relinquunt, nemini quidem perire suus honor debeat, sed illis, qui pro fide laboraverunt, cum omni privilegio oporteat jus proprium reformari.* Jam intelligis, Lector erudite, causam fidei esse causam Episcoporum, qui pro fide laboraverunt: qui hēresim non recipientes, sedibus suis pulsos, & in exilia deportati sunt:

*Epist. 75. nunc 95. ad Pulcherianum, c. 2.* quosque ad infringendam catholicam fidem & ad execrabilem hēresim roborandam privilegio honoris exuerant. Horum unum esse

*Epist. 93. nunc 120. ad Theodoretum.* Theodoritum nemo inficias irerit, qui meminerit ipsum a sancto Leone eodem hoc elogio decorari, interque illos recenseri, qui pro fide catholica laboraverant, quique Spiritu sancto judicante victores exierant, quoniam ipsorum jam vicerat fides. Vides præterea ut, silentio de fide indicto, Episcoporum, qui Dioscori artibus & malitia oppressi fuerant, primitus vulneribus medicinam justitię velit Pontifex adhiberi a sacra Synodo; ut curari a sanctis Patribus ante omnia cupiat, ne suum cuiquam honorem perire contingat: ut denique universa, quę offensionem generaverant, irretractata fide, retractari exoptet. Tandem ut ad cumulum hoc addamus, cum œcumenicam Synodum congregari suppliciter ab Augusto postulare sanctus Leo, illius necessitatem arcessivit maxime ex appellationis libello per Flavianum dato, quam vel in irritum mitti, vel aliter quam in Synodo discuti, nefas esse probabat ex Canonibus

Sardicensibus sub Nicænorum nomine citatis. Quę omnia hujusmodi Episcoporum causas ostendunt saltem non minus ad illam Synodum pertinuisse, quam fidei discussionem. Quis enim vero negaverit illas causas Synodo proprias fuisse juxta Pontificis mentem, propter quas maxime & PRIMITUS illam esse congregandam asseruit, ut factum esse ex superioribus perspicuum est? Quis eam provinciam a Synodo alienam putet, qua remota omnino ab evocandis Episcopis abstineretur; qua urgente, urget pariter cogendę Synodi necessitas? Hanc autem necessitatem ex Flaviani appellatione oriri ultro agnovit sanctus Leo his verbis: *Quam autem post appellationem interpositam hoc necessario postuletur, Canonum Nicę habitorum decreta testantur, quę a totius mundi sunt Sacerdotibus constituta.* Ex appellatione autem aliorum, atque in primis Theodoriti, parem necessitatem exurgere necesse fuit, cum & ipse accusatus, damnatus ac depositus esset, ipse 17 Synodum appellasset, nec pro eo minus facerent laudari a Leone Canones, quam pro Flaviano, cum quo & communem habebat fidei causam, communes labores, communemque depositionis sententiam; & cujus res, utpote superstitis, magis urgebat.

Non aliter S. Leonem intellexit Gelasius Papa, quam se ipse Leo. Cum enim de his in Calchedone definitis loquitur, quę recipienda sunt, numquam ea quę communionem catholicam spectant, a definitione fidei sejungit. Sic epistola 1. ad Euphemium: *Proinde, inquit, si ea, quę in Synodo Calchedonensi pro fide & communione catholica lege apostolica definita sunt, vere certeque sectamini &c.* Quod ne quis a Gelasio incaute ac sine consilio scriptum dicat, verat frequens eorumdem verborum repetitum in eadem epistola, cum in aliis. In epist. 13. ad Episcopos Dardanię: *Ipsum, inquit, beatum Papam Leonem Sedis Apostolica Pręsulem, cujus Synodus Calchedonensis auctoritate firmata est, quicquid ultra quam ab eodem pro fide & communione catholica atque apostolica illic agendum, constaret esse delegatum, per occasionem congregationis illius, præter Nicęnos Canones nova videretur actione tentatum, competenti refutatione vacuasse.* En solam Anatolii pro Sede sua molitionem Canone 28. firmatam, rejicit Leo, teste Gelasio ejus successore, qui eadem ætate vixit. Idem in Tomo de Anathematis vinculo statim ab initio, ubi adversariorum Concilii Calchedonensis objectioni huic occurrit: *Quod si Synodus Calchedonensis admittitur, omnia constare debeant: respondet, indubitanter eam a tota Ecclesia admitti, iis solum exceptis, quę per incompetentem præsumptionem illic prolata sunt vel potius ventilata: quę Sedes Apostoli-*

Ep. 40.  
nunc 44  
cap. 3.

17

## EDITORUM ADNOTATIONES.

17 Confer not. 2. &amp; 3.

stolica gerenda nullatenus delegavit, mox a Vicariis Sedis Apostolica contradicla manifestum est; quæ Sedes Apostolica etiam petente Marciano Principe, nullatenus approbavit; quæ præsul Ecclesia Constantinopolitana tunc Anatolius nec se præsumsisse professus est, & in Apostolicæ Sedis Antistitis non negavit posita potestate: quæ ideo, sicut dictum est, Sedes Apostolica non recipit, quia quæ privilegiis universalis Ecclesiæ contraria probantur, nulla ratione sustinet. Nihil est hic, quod ad Anatolii cum Leone concertationem non pertineat, seu ad canonem 28. Concilii Calchedonensis, quem unum reprobatur ex his omnibus, quæ in ea Synodo decreta erant. De Episcoporum causis quæ sancita sunt, tantum abest ut rejiciat, ut potius ea approbet, velut quæ pro fide & communiione catholica lege apostolica definita sunt.

XI. Quæ Calchedone gesta, a Leone rescissa sunt.

Ad hæc quæ diximus, velut ad trutinam pensanda sunt, quæ postmodum scripsit Leo noster, cum de Synodi actis a se susceptis differens, ait: se tam per fratres suos, qui vicem ejus executi sunt, quam per approbationem gestorum synodalium, propriam cum Patribus Calchedonensibus unisse sententiam IN SOLA FIDEI CAUSSA, propter quam generale Concilium placuit congregari. Si enim propter solam fidei causam coacta est Synodus, eaque sola postmodum recepta sunt, quæ in fidei causa sunt definita; certissimum hinc evadit, ea omnia, quæ de Episcopis in Synodo discutiendis superius diximus, Theodoritique præsertim negotium, intra fidei causam contineri: quandoquidem & ea PRIMITUS tractari a Patribus voluit, & ipsum in Theodoriti maxime causa propriam cum Synodo constat unisse sententiam, in qua Dei invincibilis veritas Theodoritum ab omni hæreseos macula mundum, secundum Sedis Apostolicæ iudicium, demonstravit: & post Apostolicæ Sedis iudicium in fidei definitione firmatum; nec quicquam circa ipsum, qui pro catholica fide laborabat, reprobum videri permissum est. Erat igitur inter speciales causas synodalis Concilii Theodoriti aliorumque Episcoporum causa, & eam ob rem ad illius examen rite delata, totius Synodi sententia, Spiritu sancto judicante, finita est: ita ut in victoria veritatis auctores tantum violata fidei perirent, & sua integritas Ecclesiæ red-

Tom. II.

deretur. Ut, triumphante Christo, omnium quoque Sacerdotum una esset victoria, & coruscante lumine veritatis, sola erroris tenebra cum suis assertoribus pellerentur.

Si quid igitur eorum, quæ Synodus gefit ac definivit, a Leone rescissum est & reprobatum, non illud est procul dubio, quod vel ad damnationem hæreticorum, vel ad restitutionem orthodoxorum Episcoporum spectabat; hoc quippe fidei indivulse annexum erat: sed id solum quod contra Nicænos canones molitus esse dicebatur Anatolius ad Constantinopolitanæ sedis amplitudinem procurandam: istud, inquam, privilegium, cujus furtivæ definitioni Leonis Legati contradixerant, quodque aliarum majorum sedium antiqua privilegia convellebat. Legantur quotquot epistolæ ea de re scriptæ sunt a Leone post finitam Synodum: 18 nihil omnino aliud ab eo rejectum ac reprobatum deprehenditur, præter istum vigesimum octavum canonem, quo novitia regis civitatis privilegia constituebantur. Qui canon & a fidei causa omnino alienus erat, & furtive conditus, & Apostolicæ Sedis sententia, vel antequam conderetur, condemnatus. Cum enim Legati ab illa ad Synodum mitterentur, hoc expresse in mandatis habuerunt, ne hujusmodi quæstionem quoquomodo ventilari in Concilio sinerent. Si qui forte, inquit Pontifex, civitatum suarum splendore confisi aliquid sibi tentaverint usurpare, hoc qua dignum est constantia retundatis: quemadmodum ex charta legit Bonifacius Presbyter e Legatis unus actione XVI. Concilii. Inde contigit ut constantissime semper hujus canonis auctoribus & patronis restiterit sanctus Leo, nec unquam potuerit adduci precibus vel Imperatoris, vel 19 suorum etiam Legatorum, ut ea probaret, quæ sic contra sanctorum Patrum constitutiones astra esse existimabat.

Quod autem contendunt in sexta actione finitam esse Synodum, idque ex fide Græcorum codicum esse manifestum: respondendo, Græcam esse Græcorum illorum codicum fidem: 20 quotquot enim tam Græcæ quam Latinæ Concilii istius editiones modo omnium manibus versantur, sive excusæ, sive manu exarata, totam integramque Synodum sexdecim actionibus constantem repræsentant. Nec pauciores antiquitus actiones fuisse tempore Justiniani

M m m m

Im-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

18 Leo in epist. 119. ad Maximum, qui de subtractione trium Palæstinarum in suæ sedis præjudicium questus fuerat, scribens capite quinto: Si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam Synodum vice mea misi, præter id quod ad fidei causam pertinet, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis: hæc, inquam, scribens, rem aliquam se non approbare insinuat, quam Legati contra Nicænos canones gefisse; & approbasse perhibebantur, ut ex contextu dignoscitur. Porro canoni pro sede CP. edito Legati palam contradixere. Solum compositioni inter Maximum &

Juvenalem assensu sunt: & hanc unam S. Leo uti Nicænis canonibus contrariam ibidem sugillare videtur. Plura de hac re in Observ. n. 9. Non ergo nihil omnino aliud a Leone reprobatum præter canonem 28.

19 Legati a Leone missi obstiterunt. Solum Julianus, qui Legatis additus fuerat, pro Constantinopolitanæ sedis privilegio apud Pontificem intercessit: qui idcirco reprehenditur epist. 107.

20 Confer not. 18. in Dissert. I. Quæsnelli ad an. 451.

18

Act. 16.  
Conc. Calc.

19

XII.  
An in sexta sessione completa sit Synodus Calched.

20

Imperatoris & Vigili Pontificis Romani, persuasum habemus ex antiquis codicibus Monasterii Acœmetarum, ad quos Concilii acta accurate recognovit per illam ætatem Rusticus Ecclesiæ Romanæ Diaconus, quem trium Capitulorum disceptatio notissimum fecit, quemque adversariorum plurimi ut impostorem arguere non omisissent, si res se aliter habuisset. Inter antiquos codices hujusmodi insignis est ille Joannis Bohierii Divionensis Senatoris, quem Petrus Franciscus Chiffetius ad calcem Vigili Tapsensis laudavit, & cujus variantes lectiones in ultima Conciliorum editione exhibuerunt illius procuratores Philippus Labbeus & Gabriel Coffartius. Sed ex Romana etiam Ecclesia validum argumentum habemus, quo totidem actiones illi Synodo asserantur. Dionysius enim Exiguus Codici Canonum, quem suum fecit Ecclesia Romana, exeunte quinto sæculo, viginti septem Calchedonensis Concilii canones inseruit, quos tamen constat non esse nisi 21 in ultima omnium actione promulgatos; solumque omisit vigesimum octavum, quia solus conditus erat citra conscientiam consensumque Apostolicæ Sedis, reprobatusque fuerat a Leone tamquam Nicænæ Synodi decretis, totius mundi reverentia consecratis, omnimode contrarius. Antiquior Codex noster Dionysiano concinit.

21

Vide &  
Liberari  
Brevia-  
rium.

Cetera, quæ sententiæ nostræ opponi solent, non est cur nos diutius hic detineant, quippe quæ nullius fere sunt momenti vel roboris. Unum addam quod Theodoriti causæ suffragatur, scilicet cum de tribus Capitulis agitur, non eodem modo loquendum de Theodorito ac de ceteris: longe enim melior illius mihi videtur esse conditio, quam istorum, qui nec ab œcumenica Synodo, nec a Romano Pontifice, nec ab Augusto eam laudem ac commendationem meruere, quam & promeruit & consecutus est Theodoritus. Hunc enim nominatim Imperator & absolutum & laudatum a Synodo œcumenica fuisse pronuntiavit in edicto, quod in gratiam Flaviani post Concilium emisit. Et ipse Leo eximiam ad eum

dedit epistolam, cujus apex fere nullus est, qui fidem ejus susceptosque pro fide & Ecclesia labores non commendat, atque eum ab invincibili veritate & a Spiritu sancto omnino circa fidem suspicionis immunem factum non asserat: quod de ceteris numquam ab alterutro scriptum est. Leonis epistola inter ceteras obvia est. Edictum vero Valentiniani Imperatoris, quo infirmat & in irritum mittit constitutionem Theodosii, & approbat decretum Synodi in gratiam Flaviani, Eusebii & Theodoriti Episcoporum, ita se habet: *Aboleatur illa constitutio, quæ per obreptionem sceleratorum, post obitum sanctæ recordationis Flaviani adversus eum ipsum sancita cognoscitur: & in universum cessent, quæ originem ex injuria traxerunt; nec iniqua sententia quicquam vel Eusebio, vel THEODORITO religiosissimis Episcopis noceat, quos idem statutum continet: quia per constitutionem Episcopi condemnari nequeunt, quos ob fidei custodiam synodale decretum ornavit.* Hanc constitutionem exscribere malimus ex versione Joannis Leunclavii, quam interferevit suis Notis ad Novellas tum primum publicatas in calce libri ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ JURIS ROMANI Basileæ ed. A. D. 1575. quia Græcæ fidei magis respondet, quam ea, quæ inter acta Calchedonensia, parte 3. legitur; ubi hæc verba ἐπι τῇ φυλακῇ τῆ τῆς πίστεως, ob custodiam fidei, non satis expresse reddita sunt, sive per scribarum oscitantiam, sive ex consilio, nescio: hoc scio causam Theodoriti plurimum inde juvari; ut quæ causæ Flaviani Christi Martyris, & Eusebii eorum, qui Eutychianam hæresim expugnarunt, antesignani, per Imperatorem in fidei custodia indivulsa jungatur. Ex quo id etiam elicitur, Theodoritum non ob eam tantummodo rationem esse restitutum, quod a Dioscoro in pseudo-synodo vi prædatoria exautoratus fuerat; sed etiam quia ejus fides mire eluxerat, propter eam a Synodo œcumenica laudibus ornari meruerat, & in ejus custodia immotus numquam non fuerat atque inconcussus. Hæc protanti Præfulis defensione dicta sufficiant.

EDI-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

21 Id falsum ostendimus in memorata not. 18. ad Dissert. I.

## OBSERVATIONES

IN DISSERTATIONEM X. QUESNELLI,

de Caussa THEODORETI EPISCOPI CYRI.

I.



Ost principia in Observationibus ad præcedentes Dissertationes constituta facile erit expedire quæ ad Theodoretum caussam & appellationem pertinent. Hunc in latrocínio Ephesino depositum ad Leonem Pontificem appellasse negari non potest nisi ab eo, qui appellationes ad Romanam Sedem iniquo animo ferens, aperta de Theodoretum appellatione testimonia aliorum distorque-  
re nitatur. Manifesta sunt inter cetera hæc ipsius verba epist. 92. ad Leonem cap. 5. Oro atque obtestor sanctitatem tuam, ut mihi rectum ac justum tribunal vestrum *ἐπικαλούμενον* appellanti opem ferat, jubeatque ad vos venire, & doctrinam meam apostolicis vestigiis inherentem ostendere. Inique depositus in pseudosynodo Ephesina hæresis nomine, appellat ad Leonem, ejusque tribunali, se sistere appetit, ut de sua doctrina judicium feratur.

Theodoretum appellatio ad Leonem statuitur.

2 Quesnellus, ut hanc appellationem extrudat, abutitur vulgata Latina versione, qua pro appellanti redditum fuit invocanti; hunc locum ita exponit, ac si Theodoretus his verbis non veram appellationem apud Leonem interposuerit, sed merum ipsius judicium postularit, num appellationi sit locus. Sed Græcum verbum *ἐπικαλέομαι* pro appellare ad judicem superiorem frequenter acceptum aliis exemplis ostendimus not. 6. in eadem epistolam col. 947. Expectare quidem se affirmat Theodoretus Leonis sententiam, num appellationem susciperet. At ut suscipiat, orat & obtestatur, ac se paratum exhibet, si appellatio suscipiatur, ad judicium adeundum, & probandam suam fidem. Opem ejus, quam implorat, in eo sita est, ut suscepta appellatione, jubeat Romam accedere, ubi judicium de sua doctrina instituat. Hoc sensu scripsit etiam ad Renatum Romanæ Ecclesiæ Presbyterum epist. 116. Hac igitur de caussa tuam oro sanctitatem, ut persuadeas sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo, ut apostolica utatur auctoritate, & præcipiat ad vestrum convolare Concilium: in quo de sua caussa judicium feratur. Hoc loco Concilium non totius Occidentis, sed Romanum intelligit, quod in ejusmodi gravioribus caussis convocari solebat, ut in Observationibus ad Dissertationem VII. de Flaviani caussa animadvertimus num. 6. ita tamen ut in iisdem Synodis, & in his præsertim Orientalis Episcopi appellationibus jus & potior auctoritas Romano Episcopo primatus caussa competeret, ut ibidem probavimus num. 7. & seqq. Id manifestum fit ex laudata ad Renatum epist. 116. ubi statim post illa ad vestrum convolare Concilium hæc ratio additur, quæ solius Romanæ Sedis propria, pontificium primatum, ac primatus prærogativam indigitat. Habet enim sanctissima illa Sedes Ecclesiarum, quæ in toto sunt orbe, principatum multis nominibus: atque ante hæc omnia, quod ab hæretica labe immunis mansit, nec ullus contraria sentiens in ea sedit, apostolicam gratiam integram conservavit. Dein Theodoretus subdit: Quæ a vobis fuerint judicata, in iis, qualiacumque erunt, judicii vestri equitati confidentes acquiescimus, & rogamus ut judicium ex scriptis constituatis. Hæc verba a Quesnello prætermissa omnes ejus cavillationes retundunt. Hinc enim patet, non imploratum dumtaxat Leonis patrocinium, sed per appellationem quaesitum fuisse verum judicium. Cumque hujus judicii jus & ratio in principatum seu primatum pontificium referatur, ac in alias prærogativas Romanæ Sedis atque ipsius Pontificis peculiare, nec alii Episcopo Romanæ Synodi communes; jam evidens fit

Quesnelli explicatio rejecta.

Cur Theodoretus nominarit Concilium.

hanc Theodoretum appellacionem ad Romanum Pontificem per se se fuisse directam, nec Romanum Concilium fuisse nominatum nisi ea de causa, quam in Flaviani negotio explicavimus.

Cur scripserit ad alios Episcopos.

3. Hinc porro nihil mirum, si idem Theodoretus ad Episcopum Florentium, seu etiam ad alios Romanæ Synodi Antistites circularem epistolam dedit, ut P. Garnerius conjecit Dissert. II. in epist. 117. Nihil pariter movere debet, si epist. 119. ad Anatolium Patricium Constantinopolim missa eum rogavit, apud Imperatorem intercederet, ut sibi liceret *ad Occidentem accedere*, & *ab illis Deo dilectissimis & sanctissimis Episcopis judicari*. Romanæ Synodi Episcopos intelligit. His autem jus nullum erat in causa appellacionis Orientalis Episcopi nisi cum Romano Pontifice. Huic autem etiam sine aliis Episcopis ob primatum jus ejusmodi negari non potest. Recole Observ. in Dissert. V. part. 1. c. 7. & Observ. in Dissert. VIII. num. 10. Cum porro hoc jus pro eorum temporum consuetudine non soleret a Pontificibus exerceri nisi in Romana Synodo, in qua alii Occidentales urbariæ diocesis Episcopi, & qui etiam aliunde Romæ invenirentur, conveniebant; hinc Concilii & Episcoporum ejusmodi apud Theodoretum occurrit mentio, & ad hos etiam litteræ: quæ tamen pontificium personale jus nec restringunt, nec excludunt. Ex his autem cum certa fiat Theodoretum ad Leonem appellatio; certum pariter fit pontificium appellacionis jus hujus quoque Orientalis & doctissimi Episcopi exemplo maxime comprobari.

Jus pontificium confirmatur.

Leo quidem judicavit de Theodoretum causa.

4. Quid porro his Theodoretum litteris susceptis S. Pontifex egerit, nunc explicandum est. *Judicium Apostolicæ Sedis* Leo commemorat epist. 120. c. 5. *Benedictus Deus noster*, inquit, *cujus invincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundum te secundum Apostolicæ Sedis judicium demonstravit*. Hoc judicio eum suæ fedi restitutum tradiderunt iudices in Concilio Calchedonenfi act. 1. *Ingrediatur & reverendissimus Episcopus Theodoretus, ut sit particeps Synodi, quia & restituit ei Episcopatum sanctissimus Archiepiscopus Leo*. Cumque de eodem actum fuisset act. 8. in qua nonnulli de fide ipsius dubitationem injecerant; postquam is fidem suam probaturus anathema dixisset Nestorio, iudices rogarunt Patres sententiam pro Theodoretum, *ut Ecclesiam suam reciperet, sicut & sanctissimus Leo Archiepiscopus judicavit*. Quibus illi concinentes dixere: *Theodoretus dignus est sede ... Post Deum Leo judicavit*. De judicio itaque Leonis dubitari nequit: & hoc quidem judicium Leoni tributum a iudicibus & Patribus in Concilio Calchedonenfi, appellacionem quoque ad eundem directam confirmat.

t. 4. Concil. Ven. edit. col. 874.

Ibid. col.

Quesnelli effugium.

5. Quesnellus hocce Leonis judicium, quod non merum ordinem, sed substantiam attingit, extenuaturus contendit num. 4. S. Pontificem nullum habuisse examen, sententiam nullam de Theodoretum causa protulisse; sed cum irrita jam per se se essent pseudo-ephesina gesta, quibus is depositus fuerat, eidem uti Cyrensi actuali Episcopo communionem non interrupta fuisse conjunctum, *ejusque litteris rescripsisse, nec standum esse iudicatis, nec expectandum ei esse aliud iudicium, ut Ecclesiam suam solito more gubernaret*. In his autem apostolicæ communionis litteris *Apostolicæ Sedis judicium* late dictum collocandum Quesnellus existimat.

Ab ipso Tillemontio exploratum.

6. Hanc tamen sententiam ipse Tillemontius Quesnelli ceteroquin estimator & in plerisque etiam sectator refellendam putavit not. 12. in Theodoretum vitam. Probabile quidem censet, S. Leonem acceptis Theodoretum litteris ejusque nuntiis (si modo Romam potuerunt accedere) aliove documento ejus subscriptione signato, quo anathema expresse dicebat Nestorio, ac dogmaticam ipsius Pontificis ad Flavianum epistolam subscripserat, causam ejus satis claram deprehendisse, ut eum sine Romanæ Synodi convocatione judicaret ac declararet innocentem. Unicum Leonis præjudicium contra latrocinii Ephesini gesta ad ea, quæ hac de re tradita sunt, non videtur sufficere. *Judicii* enim vox, qua Leo & Concilium Calchedonenfe in recitatis verbis utuntur, & restitutio Episcopatus Leonis auctoritati tributa, aliquid peculiare de Theodoretum significant. Præjudicium generale de irritis pseudo-ephesinis gestis nihil præcipuum pro Theodoretum adstruunt magis, quam pro Sabiniano & Iba, qui iidem gestis æque depositi fuerant. Nihilo tamen minus cum de his duobus Episcopis restituendis in eodem



eodem Calchedonensi actum fuit; nec iudices, nec Patres, nec Legati Pontificis hos eo præiudicio a Leone restitutos, nec de iis Leonem iudicasse dixerunt. Cum ergo id de solo Theodoro pronuntiatum fuerit, ratio tantum habita non fuit ejus iudicii Leonis, quo memorata gesta irrita declaravit; sed peculiare & expressum de Theodoro iudicium Pontificis existisse dicendum est. Hactenus ex Tillemontio argumentati sumus.

7. Num S. Pontifex hac de causa coegerit Synodum, quæ saltem ex Romæ præsentibus Episcopis facile congregari poterat, nec affirmari, nec negari potest. Manifestæ quidem de ejus fide probationes multum examen non requirebant: nec ad verum & legitimum de appellatione ejus iudicium, cuius vim ab apostolica auctoritate ac primatu pendere jam ostendimus, Synodi convocatione opus erat. Ceterum appellationis hujus notitia cum idoneis de Theodoro fide documentis Romam serius videtur pervenisse, nimirum postea quam Paschasius & Bonifacius Legati ad Synodum jam indictam transmeaverant. Hinc post horum professionem Leonis iudicium de Theodoro latum fuit, eumque idcirco in communionem se se recepisse S. Pontifex ad eosdem Legatos scripsit: quod non oportuisset per litteras eidem significare, si ipsis nondum profectis & Romæ præsentibus hoc iudicium fecisset. Ita vero illi Legati act. 8. *Sanctissimum & venerabilem Episcopum Theodoretum sanctissimus & beatissimus universæ Ecclesiæ Episcopus urbis Romæ Leo dudum* (Græce *παλαι*, quod vel de tempore etiam proximo dictum apparet ex epist. 22. S. Flaviani) *in communionem suscepit ita, sicut litteræ ab eo ad nostram humilitatem directæ testantur.*

Tempus iudicii adstruitur.

tom. 4. Conc. col. 1526.

Vid. not. 17. in ep. 22. t. 1. col. 756.

Leonis iudicium iterum comprobatur.

8. Quanta cum cautione S. Pontifex eos in communionem reciperet, qui aliqua hæreseos suspicione laborabant, palam fit ex cautionibus, quas exegit, antequam Anatolio Constantinopolitano communionem concederet. Theodoretum Nestorio olim favisse, & S. Cyrilli anathematis impugnasse notissimum erat. Hoc nomine in Ephesino Concilio depositus fuit. Hinc ejus depositio non iniusta videri poterat, quamdiu Theodoretus fides certis documentis & legitimo iudicio explorata non fieret. S. Leo ne severior in eos, qui in Eutychianæ hæreseos suspensionem inciderant, mitior & facilius videretur erga illos, qui Nestorianismi notabantur, non poterat Theodoro communionem impertiri, nisi ejus fidem ac doctrinam ad examen revocans, eum non minus Nestorianæ quam Eutychianæ hæresi inimicum exploratis documentis agnosceret. Cum vero hæc documenta post Legatorum professionem Leoni tradita, rectam Theodoretus fidem satis per se manifestam facerent; Synodi autem generalis jam indicti tempus urgeret, ad quem Theodoretus quoque ex imperiali sanctione debebat accedere; eum Romam evocandum, uti petierat, S. Pontifex nequaquam credidit; sed ipsum innocentem & injuste depositum iudicans, uti verum Cyrensem Episcopum apostolica communionem donavit, Legatisque suis hac de re scribens, eundem & ab ipsis, & in Concilio pariter suscipiendum edixit. Hinc statim prima actione susceptus est, quia *restituit ei Episcopatum sanctissimus Archiepiscopus Leo*: quod ex laudatis litteris ad Legatos, vel ex aliis ad ipsum Theodoretum privatim antea communicatis innotescere potuit.

9. Quod si nihilominus de ipso actum est act. 8. id duplici, ut videtur, de causa factum fuit. Primo quia satisfaciendum erat iis, qui de ejus fide ambigebant, eidemque Nestorianismum impegerant. Nonne de ipsa dogmatica Leonis epistola 28. ad Flavianum in eadem Synodo actum fuit act. 2. & 4. ut instruerentur & ad sanam doctrinam adducerentur ii, qui dubitabant? Cui quidem bono si hoc examen sine ullo apostolicæ auctoritatis præiudicio licuit, ut Leo professus est in eadem epist. 120. ad Theodoretum cap. 1. in quam vide adnot. 14.; nullo pariter apostolicæ auctoritatis præiudicio licere potuit examen de Theodoretus fide, quo id unum spectatum fuit, ut iis satisfaceret, qui de ea ambigentes, aliquid forsitan Leoni subreptum putabant. Sicut autem quoad dogmaticam Leonis epistolam rectum ejus sensum edoctis qui ob Latinæ linguæ imperitiam eam minus recte intelligebant, *ad majorem Dei gloriam profecit finis examinis* (ut laudato loco S. Pontifex tradit,) *dum quæ fides prius docuerat per Leonem, hæc postea examinatio confirmavit*; ita novum examen de Theodoro in melius cessit, quippe quem in Synodo aperte anathematizantem

Cur in Synodo Calched. de Theodoro actum post Leonis iudicium. Prima ratio.

Nesto-

Nestorium simul & Eutychen, *invincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundum, secundum Apostolicæ Sedis judicium*, demonstravit: ac proinde ille suæ sedis restitutus fuit secundum Leonis judicium, cui nihil subreptum omnes noverunt. *Theodoretus dignus est sua sede .... Post Deum Leo judicavit*. Examen Concilii, quod ad unanimitatem judicii Patrum cum pontificio tendit, ut capiti membra cohæreant, quis reprobet? quis capiti injuriosum, & non potius obsequentissimum existimet? Quis porro hinc cum Quesnello somnietur, *Calchedonensem Synodum Theodoreti negotium non aliter pertractasse, quam si ad aliud jam tribunal non esset delatum?* Non ne ex dictis potius sequitur, tantam in eadem Synodo pontificii judicii habitam fuisse rationem, ut Theodoretus initio statim ob Leonis judicium fuerit receptus, dein vero actione de eo ad revincendos tantum ejus adversarios inducta, idem judicium synodalis sententiæ ratio & regula exstiterit?

Alia ratio.

10. Secunda vero causa, quam nos allaturos recepimus, Quesnellianum commentum multo magis evertet. Hæc generalis Synodus ab Imperatore indicta fuerat eo præsertim consilio, ut Episcopi in latrocinio Ephesino depositi, ac in exilium pulsi, *per approbationem Synodi atque sententiam omnium Episcoporum convenientium Episcopatum & Ecclesias proprias reciperent*: quemadmodum ad ipsum Leonem scripsit Pulcheria Augusta epist. 77. S. Pontifex benemerentissimorum Augustorum consilio annuens jam Legatos ad Synodum destinaverat, litterasque ad eandem Synodum dederat, in quibus eos Episcopos restituendos præscripserat. Lege epist. 93. c. 3. His igitur in circumstantiis, acceptis Theodoreti documentis, etsi Leo de ipsius causa ad Apostolicam Sedem per appellationem delata judicium ferens, eumque in communionem recipiens, ipsum, ut vidimus, sedi suæ restituerit restitutione juris; actualis tamen restitutio perficienda restabat, quæ cum Synodo jam commissa videri posset, ea secundum apostolicum judicium ab ipsis Leonis Legatis atque a cuncto Concilio decreta fuit. Vide actionem VIII. Quare Synodus Calchedonensis in hac de Theodoro actione Leonis judicium secuta, commissam sibi quodammodo actualem illius restitutionem decrevit. Quod si ex his Theodoreti negotium ab eadem Synodo non aliter quam ex Leonis judicio definitum fuit; perperam igitur Quesnellus hujus judicii nullam rationem a Concilio habitam præterre ausus est.

PASCHASII QUESNELLI  
DISSERTATIO UNDECIMA,  
DE SUPPOSITIONE  
EPISTOLÆ

ad Germaniarum, & Galliarum Episcopos, de Privilegio  
Chorepiscoporum, sive Presbyterorum,

Leonis Papæ I. nomine confictæ, quæ est in prioribus editionibus  
LXXXVIII.

I.  
pistola  
o aliis  
cepta,  
o aliis  
pudiata.



Pistolæ octuagesimæ octa-  
væ sancti Leonis, ut  
in omnibus hæctenus e-  
ditionibus habetur, sup-  
positionem demonstra-  
re, atque id operosius  
exequi, erit qui credat  
otiosi hominis negotium  
esse: cum eruditorum

maxima pars fetum hunc Leoni modo ab-  
judicet. Partium nihilominus mearum esse  
existimavi rem denuo ad examen vocare at-  
que discutere: tum ne cui temere videar  
epistolam illam ex genuinarum numero sus-  
tulisse: tum quia revera plures sunt, iique  
maximi nominis etiam hac ætate scripto-  
res, quibus visum non est epistolam hanc  
inter adulterina numerari debere. Tales sunt  
Franciscus Hallerius & Ludovicus Cellotius  
in suo uterque opere de Ecclesiastica Hierar-  
chia, Petrus Aurelius adversus Sirmondum  
scribens, Dionysius Petavius in notis ad  
S. Epiphanium, Petrus de Marca de Con-  
cordia Sacerdotii & Imperii lib. 2. cap. 13.  
& alii nonnulli. Eam e contrario ut spu-  
riam rejiciunt non modo ex heterodoxis Da-  
vid Blondellus in suo pseudo-Isidoro vapu-  
lante; sed & Joannes Morinus Oratorii  
Presbyter, & Jacobus Sirmondus S. J. uter-  
que toti orbi eruditione sua conspicuus.

Primum suppositionis *κρίτηριον* est quod  
hæc epistola in antiquissimis quibusque ma-  
nuscriptis codicibus non comparet, sed tan-  
tum in recentioribus quibusdam post Isido-  
rianæ collectionis tempora exaratis: quod  
argumento est ex hujus sinu assumtam esse:  
alioquin fieri vix ac ne vix quidem posset,  
ut tam celebris epistola, tanti Pontificis,

in re tam gravis momenti, ad omnes Ec-  
clesias Galliarum & Germaniarum scripta,  
tam consono codicum antiquorum silentio  
sepulta jacuisset: præsertim cum plura exem-  
plaria ab utriusque regionis illius Episcopis  
haud dubie descripta fuissent.

2. Nullus est scriptorum antiquorum,  
qui vel hujus epistolæ apicem referat: quod  
etsi de familiaribus, ut vocant, epistolis  
mirum non esset, prorsus tamen insolens  
de his, quas Decretales appellant, quibus  
multa disciplinæ ecclesiasticæ capita univer-  
sum Ecclesiæ statum ac regimen attinen-  
tia continentur. Nullus etiam seu cano-  
num, seu pontificiorum decretorum Colle-  
ctor suis eam collectionibus inseruit: eos  
dico, qui ante Isidorum Mercatorem, seu  
ante nonum sæculum floruerunt. 1 Hic enim  
inter Leonis epistolas eam, de qua agimus,  
edidit, vel fraudem ipse passus, vel aliis  
facturus. Apud eum tamen non talis repe-  
ritur qualis postmodum ab aliis edita est:  
quippe quam auctiorem exhibet 2 ingenti  
panno, qui in vulg. edit. insertus est 87.  
(nunc 12.) Leonis epistolæ, quæ est ad Afri-  
canos Mauritanæ Cæsariensis Episcopos:  
ex quibus ita sibi affutis, ut humano capi-  
ti cervix equina, monstrum quoddam epi-  
istolæ informe ac ridiculum exurgit.

3. Stylus a Leonino prorsus abhorret, ni-  
hilque habet quod nitori hujus vel minime  
affine sit. Ipsæ etiam epistolæ angustiae in-  
fantiam scriptoris arguunt. In re enim tan-  
ti momenti prolixiora scripta suisque omni-  
bus absoluta numeris misisset Leo noster,  
quem sua numquam facundia in hujusmodi  
negotiis deseruit.

4. Titulus ipse panni hujus suppositionem  
prodit.

Apud an-  
tiquos  
scriptores  
nulla  
mentio e-  
pistolæ.

1

2

Stylus a  
Leonino  
discrepat.

Titulus  
fraudem  
prodit.

EDITORUM ADNOTATIONES.

1 In puris Isidori codicibus, qualis est Vat.  
630. hæc epistola non invenitur: ac propterea  
Isidoro tribui nequit. Solum præter collectio-  
nes Leoninas XI. XX. XXI. XXII. XXIII. &  
XXIV. invenitur in *Additamentis* collectionis  
Isidorianæ exhibitis in MSS. collectionis XIII.  
ad quam pertinet codex Vat. 1340. Hanc col-  
lectionem XII. Merlinus edidit: Quesnellus  
vero, qui Isidorianæ editionis nomine Merli-

nianam significat, hanc epistolam Isidoro ad-  
scribens, *Additamenta* ab Isidoro non distinxit.

2 Hic pannus, qui complectitur extremam  
partem capitis noni, & tria reliqua capitula  
genuinæ Leonis epistolæ 12. ad Episcopos Mau-  
ros, subjectus est supposititiæ epistolæ de Cho-  
repiscopis in solis MSS. collectionis XII. in-  
ter *Additamenta* Isidoriana, quæ Isidoro tri-  
bui non debent.

Non est  
in anti-  
quis Codd.  
MSS.

prodit. Leo, inquit, *Romana Ecclesia & Apostolica Sedis Episcopus, universis Germaniarum & Galliarum Episcopis salutem*. At vero numquam se Leo, *Romana Ecclesia Episcopum*, sed *Roma*, vel *Romana Urbis*, vel *catholica Ecclesia Urbis Roma*: etsi aliter interpolatæ editiones præ se ferant. Numquam item se *Apostolica Sedis Episcopum* in ullis editionibus inscripsit. Numquam denique vel Germaniæ Episcopis scripsit, vel eos cum Gallicanis conjunxit: qui nexu ætatem Caroli Magni sapit, aut posteriorem. Utriusque enim nationis istius simul conjungendæ usus ante secundam Regum nostrorum Dynastiam numquam invaluit: cœpit autem tunc primum cum a Francorum Regibus administratum est Imperium.

Prima epistolæ verba Leone indignant.

5. Imperitiam impostoris & scripti novitatem arguunt prima ejus verba, quibus cum Synodum Romæ habitam describit, *Synodum appellat Episcoporum, sive ceterorum consecratorum, Christi que fidelium cœdunatum* . . . Primum enim quis laicam plebem tunc Romæ admissam credat in Concilium de ecclesiasticis rebus ordinandis discernendis que congregatum? Deinde cum *ceterorum consecratorum* nomine Presbyteros proculdubio intelligat ab Episcopis distinctos, latuit scriptorem Sacerdotis nomen Presbyteris tribui non solere nisi ab auctoribus Leone junioribus, illudque per prima Ecclesiæ sæcula Episcopis fuisse reservatum. Si quando autem concessum Presbyteris, numquam tamen sine hujusmodi additamento, *secundi ordinis, secundi loci, secundi gradus &c.* Denique scœdum hunc solecismum *Synodum adunatum* quis non videat numquam ab eo scriptore admissum, cui nativa fuerit Latina lingua? Illud enim in Typographorum oscitantiam refundere non sinunt antiqua omnia exemplaria seu MSS. seu edita Canisii, Merlini, Sicardi, Crabbi, Lovaniensæ ac etiam Romanum tom. 1. epistolarum pontificiarum: eadem quippe lætio hæc illis omnibus communis est.

Ex particularium Synodorum citatione rejicitur. V. Dissert. xii. de Codice antiquo Eccl. Romanae.

3

6. Numquam a Romanis Pontificibus Leoni vel æqualibus vel anterioribus alios canones citatos legimus præter Nicænos, vel Sardicenses pro Nicænis habitos. Innocentius I. expressis verbis ait alios recipiendos non esse, ut alibi notavimus: nec particularium Synodorum decreta, etsi aliqua illarum Synodorum 3 in codicem Romanum jam essent relatæ, ante Calchedonensem Synodum apud plerasque occidentalium partium Ecclesias in auctoritatem recepta sunt. Quamobrem recentiore Leone scriptore ostendit Neocæsariensium canonum quasi tota jam Ecclesia receptorum auctoritas addu-

cta: numquam enim S. Leoni alios canones a Nicænis laudare contigit.

7. Neocæsariensis Canon XIII. in hac epistola citatus, non ex antiqua versione, quæ Romæ tunc in usu erat, sumtus est, sed ex Dionysiana translatione, quam Leone longe posteriorem esse nemo nescit. Quod enim in ea legitur, *ad exemplum & formam septuaginta, Chorepiscopos esse institutos*, verba sunt Dionysii, cujus versio ex aliis etiam locis deprehenditur.

8. Ex Rhabani Mauri libro \*, quem de Chorepiscopis scripsit ad Drogonem Metensem Episcopum, patet nondum ejus tempore innotuisse epistolam Leonis nomine scriptam adversus Chorepiscopos. Numquam enim ille Chorepiscoporum causam defendendam suscepisset, si eorum condemnationem legisset a Sede Apostolica profectam, tantique Pontificis epistolam habuisset præ manibus: quæ certe virum tam eruditum atque in Germania, quo missa dicitur epistola, versantem non fugisset. Aut cum eam non posset dissimulare, saltem ad sensum commodum trahere & explicare conatus esset tanti momenti auctoritatem: sicut decretum Gelasii PP. I. nec non & Conciliorum Ancyrani atque Antiocheni canones explicare curavit, ne causæ, quam propugnabat, obesse viderentur. Denique, si omnium manibus versata tunc esset epistola, qua fronte hæc verba scripsisset: *Unde miror, inquit, quomodo isti, qui hanc contentionem movent, ordinem Chorepiscoporum tantum despiciant, ut pene eis nihil amplius dignitate Presbyterorum tribuant: cum hoc nec novorum, nec antiquorum, nec etiam ipsis Apostolorum dogmatibus consuetudinibusque conveniat; sed in sensu simul & dogmate dissentiat*. Quam facile erat Rhabanum falsi convincere ex S. Leonis epistola, si in rerum natura tunc extitisset, atque ostendere, non modo a Leone antiquissimo Urbis Præsule *pene nihil amplius dignitate Presbyterorum Chorepiscopis tribui*; sed nihil omnino amplius his quam illis dari: cum & eandem utrosque formam gestare, eisdemque esse Chorepiscopos ac Presbyteros ex canonibus Neocæsariensibus, aliorumque Patrum decretis asserat auctor epistolæ, Leonis nomine personatus.

9. Epistola illa nihil aliud est, quam Canon septimus Concilii Hispalensis II. verbum e verbo translatus, uti jam monuerunt Blondellus & Morinus. Cui canoni, ut epistolæ imaginem indueret, præfixit impostor exordium insulsum prorsus & inconditum, non modo Leone, tam eloquente scilicet Pontifice, sed & quovis cordato viro indignum. Et ne quicquam pigmentorum suo-

Ex usu Dionysiana canonum versionis.

Ex Rhabani silentio. \* Prodiit nuper ex MSS. Codd. Regis Christi. opera See. ph. Baluzii post. lib. i. Petri Marci de Concord. Sacerd. Imp.

Nihil est aliud, nisi can. 7. Hispalensis 2. Concilii.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Codicem canonum intelligit, quem tomo III. edemus, & Romanam collectionem non esse probabimus. Similiter num. 7. sequenti cum *antiquam versionem canonis Neo-*

cæsariensis nominat, ejusdem codicis & collectionis versionem indicat, quam cum Romanam collectionem credat, *Rome tunc in usu fuisse* pronuntiat.

rum fabulæ deesset, subjunxerat confarcinator ille ad calcem 4 pannum nescio quem, qui nunc etiamnum legitur huic fragmento annexus in Merliniana Isidori collectione: at peiori errore a recentiorum editionum operum S. Leonis procuratoribus in epistolam ejusdem ad Africanos Episcopos (olim octuagesimam septimam) rejectus est. Verum cum sibi plerumque vix sufficiat fraus una, nisi alterius consortio adjuvetur, 5 ex corruptela canonis quæsitus est imposturæ color in epistola confingenda: cum enim de folis Presbyteris egerint Patres Hispalenses, additum est ter in canone: *vel Chorepiscopis*: quod & antiquis ac genuinis exemplaribus, ex quibus Garsias Loaysa Hispalense istud Concilium edidit, & ipsi canonis sensui contrarium est. De Chorepiscopis quippe ne cogitabant quidem Synodi Patres; sed de Presbyteris folis decernebant adversus Agapium Cordubensem quondam Episcopum, qui ad Synodum delatus est, eo quod frequenter Presbyteros delegasset, qui munia episcopalia, ordinationes videlicet, confirmationem, consecrationemque Basilicarum obirent: quæ omnia solos attinere Episcopos manifestum erat. Harum querelarum occasione renovat Synodus antiqua canonum statuta, quibus prohibentur Presbyteri ne ulla episcopalis juris ministeria usurpare audeant: at de Chorepiscopis quoniam lis mota non erat, de his ne apex quidem habetur. Denique alterum adhuc interpolationis caput continent hæc postrema canonis verba: *Quæ omnia eis a Sede Apostolica prohibita esse noscuntur*: quæ subdititia esse, Loaysana prodit editio. Adjecta porro sunt vel ex marginali studiosi alicujus annotatione commentitium epistolæ fragmentum cum canone conferentis, vel eo etiam consilio, ut ex canonis interpolati auctoritate suffragium epistolæ conciliaretur. Et epistolam & canonem lectoris oculis subijcimus; ut alterum alteri ipse componens, alieno exutus præjudicio iudicium ferat.

Tom. II.

## EDITORUM AD NOTATIONES.

4 Confer not. 2.

5 Hic canon Synodi Hispalensis II. duplici ratione vulgatus est, prius a Merlino ex manuscripto collectionis XII. quæ non paucas arbitrarias emendationes & additiones aliquot in documentis recepit; dein a Loaysa ex puris codicibus collectionis Hispanicæ, qui eas emendationes & additiones ignorant. Lectiones, quas Quæsnellus canonis margini affixit, prioris editionis sunt, jureque additamentis vel emendationibus a sincero canone alienis

## EPISTOLA

LXXXVIII.

De Privilegio Chorepiscoporum sive Presbyterorum.

*Leo Romanæ Ecclesiæ & Apostolicæ Sedis Episcopus universis Germaniarum & Galliarum regionum Episcopis salutem.*

„ CUM in Dei nomine in Romana Ecclesia Synodum Episcoporum, sive ceterorum sacerdotum Christianique fidelium 6 coadunatum habuiffemus, & de ordinationibus illicitis, super quibus crebrior ad nos illarum partium cõmeantium sermo pervenerat, atque de aliis necessariis ecclesiasticis negotiis tractantes, sacrosque canones relegentes, solerter egiffemus, 7 a multis lacrymabili vultu relatum est nobis, quod quidam Germaniarum ac Galliarum urbium Episcopi frequenter Chorepiscopos, qui juxta canones 8 Neocæsarienses, sive secundum aliorum decreta Patrum iidem sunt, qui & Presbyteri, vel Presbyteros destinarent qui absente Pontifice altaria erigerent, Basilicasque consecrarent. Quod quidem non est mirum, id præcepisse viros ecclesiasticæ disciplinæ ignaros, quod est contrarium, & statim a sæculari militia in

## CONCILII

Hispalensis secundi, tempore Sisebuti Regis anno Christi DC. XIX. celebrati,

## CANON VII.

Ex editione Garsias Loaysæ.

„ SEPTIMO examine ne relatum est nobis venerandissimum quondam Agapium Cordubensis urbis Episcopum, frequenter Presbyteros \* destinasse, qui absente Pontifice altaria erigerent, Basilicas consecrarent. Quod quidem non est mirum, id præcepisse virum ecclesiasticis disciplinis ignarum, & statim a sæculari militia in sacerdotale ministerium delegatum. Ergo ne ultra tantis a nobis licentia usurpetur, sacer-

Cap. 13. Damasi in ep. ad Numidiæ Episcopos.

\* Recens & depravata editio habet, Chorepiscopos vel Presbyteros, qui tamen juxta canones unum sunt.

tribuendæ. Ex hoc eodem canone Hispalensis aliquot sententiæ insertæ fuerunt etiam in pseudo-epistola Damasi ad Episcopos Numidiæ de Chorepiscopis, quæ apud Isidorum legitur, & a Quæsnello in margine ipsius canonis citatur.

6 Vulgati cum quibusdam codd. *coadunatum*. Ex MS. S. Crucis in Jerusalem signatum. 237. emendavimus.

7 Idem cod. S. Crucis a quibusdam.

8 Al. in duobus MSS. *Cæsarienses*.

„ sacerdotale ministeriã  
 „ delegatos, atque pro-  
 „ motos. Ergo ne ultra  
 „ talis a vobis licentia  
 „ usurpetur, communi  
 „ sententia statuendum  
 „ oportuit, scientes,  
 „ quia sicut Chorepisco-  
 „ po, vel Presbytero il-  
 „ licita consecratio est  
 „ altaris, ita & con-  
 „ stitutio. In divinis e-  
 „ nim litteris, præci-  
 „ piente Domino, solus  
 „ Moses in tabernacu-  
 „ lo Dei crexit altare,  
 „ solus ipse unxit, qui  
 „ utique summus Saer-  
 „ dos Dei erat, sicut  
 „ scriptum est de eo:  
 „ *Moses & Aaron in*  
 „ *Sacerdotibus ejus*. I-  
 „ deoque id quod tanta  
 „ facere principibus Sa-  
 „ cerdotum iustum est,  
 „ quorum typum Mo-  
 „ ses & Aaron tenuerunt,  
 „ omnino decretã  
 „ est ut Chorepiscopi vel  
 „ Presbyteri, qui filiorũ  
 „ Aaron gestant figurã,  
 „ arripere non præsu-  
 „ mant. Nam quam vis  
 „ cum Episcopis pluri-  
 „ ma illis ministeriora  
 „ communis sit dispen-  
 „ satio, quãdam tamen  
 „ auctoritate veteris le-  
 „ gis, quãdam novã et-  
 „ iam ecclesiasticis regu-  
 „ lis sibi prohibita  
 „ noverint, sicut Pres-  
 „ byterorum & Diaconorum,  
 „ aut virginũ  
 „ consecratio, sicut  
 „ constitutio altaris, ac  
 „ benedictio, vel un-  
 „ ctio. Siquidem nec e-  
 „ rigere eis altaria, nec  
 „ Ecclesias vel altaria  
 „ 10 consecrare licet,  
 „ nec per impositionem  
 „ manuum fidelibus ba-  
 „ ptizandis, vel con-  
 „ versis ex hæresi Para-  
 „ cletum Spiritum San-  
 „ ctum tradere, nec  
 „ Chrisma conficere,  
 „ nec Chrismate bap-  
 „ tizatorum frontes signa-  
 „ re, nec publice qui-  
 „ dem in Missa quem-

„ communi senten-  
 „ tia statuendum o-  
 „ portuit: scientes,  
 „ quia sicut Presby-  
 „ tero \* illicita con-  
 „ secratio est alta-  
 „ ris, ita & consti-  
 „ tutio. In divinis  
 „ enim litteris præ-  
 „ cipientem Domino,  
 „ solus Moyses in  
 „ Tabernaculo Dei  
 „ crexit altare, so-  
 „ lus ipse unxit: u-  
 „ tique quia sum-  
 „ mus Sacerdos Dei  
 „ erat; sicut scri-  
 „ ptum est: *Moy-  
 „ ses & Aaron in*  
 „ *Sacerdotibus ejus*.  
 „ Ideoque id quod  
 „ tantum facere prin-  
 „ cipibus Sacerdotum  
 „ iustum est, quorum  
 „ typum Moyses &  
 „ Aaron tenuerunt,  
 „ Presbyteri, qui  
 „ filiorum Aaron ge-  
 „ stant figuram, ar-  
 „ ripere non præ-  
 „ sumant. Nam quam-  
 „ vis cum Episco-  
 „ pis plurima il-  
 „ lis ministeriorum  
 „ communis sit dis-  
 „ pensatio \*, quã-  
 „ dam novellis &  
 „ ecclesiasticis regu-  
 „ lis sibi prohibita  
 „ noverint; sicut  
 „ Presbyterorum &  
 „ Diaconorum ac  
 „ virginum conse-  
 „ cratio; sicut al-  
 „ taris constitutio,  
 „ benedictio, vel un-  
 „ ctio. Si quidem  
 „ nec licere eis Ec-  
 „ clesiam vel altaria  
 „ consecrare, nec  
 „ per impositionem  
 „ manus fidelibus  
 „ baptizatis, vel con-  
 „ versis ex hæresi Pa-  
 „ ractetum Spiritum  
 „ tradere, chrisma  
 „ conficere, nec chris-  
 „ mate baptizatorum  
 „ frontem signare;  
 „ sed nec publice  
 „ quidem in Missa  
 „ quemquam pœni-

„ quam pœnitentem  
 „ reconciliare, nec for-  
 „ matas cuilibet episto-  
 „ las mittere. Hęc e-  
 „ nim omnia illicita  
 „ sunt Chorepiscopis,  
 „ qui ad exemplum &  
 „ formã septuaginta di-  
 „ scipulorum esse no-  
 „ scuntur, vel Presby-  
 „ teris, qui eandem ge-  
 „ stant 11 figurã: quo-  
 „ niam quamquã con-  
 „ secrationem habeant,  
 „ pontificatus tamen a-  
 „ picem non habent.  
 „ Quæ omnia solis de-  
 „ beri summis Pontifi-  
 „ cibus auctoritate ca-  
 „ nonum præcipitur,  
 „ ut per hoc & discre-  
 „ tio graduum, & di-  
 „ gnitatis fastigium  
 „ summi Pontificis demon-  
 „ stretur. Sed neque co-  
 „ ram Episcopo licet  
 „ Presbyteris in bap-  
 „ tiserium introire, nec  
 „ præsentem Antistitem in-  
 „ fantem tingere, aut  
 „ signare, nec pœniten-  
 „ tem sine præceptione  
 „ Episcopi sui reconci-  
 „ liare, nec eo præsen-  
 „ te, nisi illo iubente,  
 „ Sacramentum Cor-  
 „ poris & Sanguinis  
 „ Christi conficere, nec  
 „ eo coram posito po-  
 „ pulum docere, vel be-  
 „ nedicere, aut salutare,  
 „ nec plebem utique  
 „ exhortari. “

„ tentium reconci-  
 „ liare, nec forma-  
 „ tas cuilibet episto-  
 „ las mittere. Hęc  
 „ enim omnia illicita  
 „ esse Presbyteris,  
 „ \* quia pontifica-  
 „ tus apicem non ha-  
 „ bent, atque solis  
 „ deberi Episcopis,  
 „ auctoritate canoni-  
 „ præcipitur: ut per  
 „ hoc & discretio  
 „ graduum, & di-  
 „ gnitatis fastigium  
 „ summi Pontificis  
 „ demonstratur. Sed  
 „ neque coram Epi-  
 „ scopo licere Pres-  
 „ byteris in bap-  
 „ tiserium introire;  
 „ nec præsentem An-  
 „ tistitem infantem  
 „ tingere aut signa-  
 „ re; nec pœniten-  
 „ tes sine præcepto  
 „ Episcopi sui recon-  
 „ ciliare; nec eo  
 „ præsentem Sacramen-  
 „ tum Corporis &  
 „ Sanguinis Christi  
 „ conficere; nec eo  
 „ coram posito po-  
 „ pulum docere, vel  
 „ benedicere, aut  
 „ salutare, nec ple-  
 „ bem utique ex-  
 „ hortari \*,

Ovum ovo similis non est, quam epi-  
 stola hæc canoni Hispalensi, si in Agapii  
 locum Germaniarum & Galliarum Episco-  
 pos substituas, ac exordium excipias, quod  
 ex epistola 4. vel 9. seu vera seu fictitia  
 Agapeti PP. II. ad Germaniarum & Gal-  
 liarum itidem Episcopos decerptum; vel po-  
 tius quod utriusque artifex partim ex epi-  
 stola S. Leonis ad Africanos transcripsit,  
 partim de suo adjecit.

10. Argumentum erit suppositionis, quod Gallia-  
 non solum in Chorepiscopos detorquet Syn-  
 nodi verba, quæ solos Presbyteros coerce-  
 bat, sed & plurimis Germaniarum & Gal-  
 liarum Episcopis impingit, quod de uno  
 Cordubensi Agapio scriptum erat a Conci-  
 lio Patribus: nimirum illos fuisse viros ec-  
 clesiasticæ disciplinæ ignaros, & a sæculari mili-

\* al. e  
add. ve  
chorepi-  
scopis.

11

\* al. ed  
add. Qu  
omnia e  
a Sede  
Apostoli-  
ca prohi-  
bita es-  
se noscun-  
tur.

#### EDITORUM AD NOTATIONES.

9 MS. S. Crucis sicut est Presbyterorum &  
Diaconorum ac virginum consecratio.

10 Idem cod. consecrate permittimus.

11 Editi formam. Duorum nostrorum exem-  
plarium collect. XI. & XX. lectionem præ-  
tulimus.

militia in sacerdotale ministerium statim translatos: quasi vero hoc facile fidem apud quemquam inveniatur de tot Episcopis, quod uni vel alteri forte contigit; nec hoc Gallicanarum Ecclesiarum statui repugnet, quæ Leonis tempore severiori etiam disciplina utebantur, quam Romana Ecclesia.

11. Si hæc epistola germanum est Leonis opus, qui factum ut in plurimis Synodis, quæ ab Episcopis Galliarum & Germaniarum adversus Chorepiscopos celebratæ sunt, tanti Pontificis auctoritas in medium non sit adducta? Cur de eadem silent Pontifices in suis decretis, & Imperatores in suis capitularibus, in quibus frequenter Chorepiscoporum mentio occurrit: ut in Parisiensi VI. & Meldensi Synodis, in capitularibus Caroli Magni & Ludovici Pii Imp. & in epistola Nicolai PP. I. ad Rodolphum Bituricensem Archiepiscopum. Adulterinam profecto epistolam clamat tam consonum horum omnium silentium: quos nec latuisse illa potuit, nec ignorasse quisquam crediderit quantum roboris definitionibus suis adjecturi essent ex tanti tamque antiqui Pontificis auctoritate.

12. Sunt aliqua in ea epistola, quæ cum Ecclesiæ Romanæ consuetudine conciliari non possunt. Cum enim decernit Presbyteris non licere Episcopo coram posito populum docere vel benedicere aut salutare, nec plebem utique exhortari, supponit ea omnia, saltem absente Episcopo, concessa fuisse Presbyteris. At certum est decurrente quinto sæculo neminem in Ecclesia Romana præter Episcopum Romanum doctoris ac concionatoris munus obiisse, atque in occidentalibus partibus episcopali dignitati istud muneris esse reservatum, etiam in Galliis nostris: cum anno subsequenti sæculi vigesimo nono cœperit hoc Presbyteris pro Ecclesiæ bono indulgeri auctoritate Valsensis Concilii seu II. seu III. Quid sit etiam illud *populum benedicere* hoc loco, vix explicari possit.

Verum quid præ ceteris sibi volunt ista: *Sed neque coram Episcopo licet Presbyteris in baptisterium introire, nec præsentem Antistitem infantem tingere, aut signare.*

Quod prima enim verba illa attinet; an non potius coram Episcopo & cum Episcopo jubebantur Presbyteri in baptisterium introire, & ex officio baptizanti Episcopo adesse? Suspiciantur quidem aliqui *coram* hoc loco poni pro *ante*: ita ut verba epistolæ reducenda sint ad sensum hujus canonis 53. apud Martinum Braccarensem: *Non liceat Presbytero prius Episcopo introire in Baptisterium; sed cum Episcopo: nisi forte aut absens fuerit, aut ægrotus.* Bene id quidem: & recte canonis & consuetudini Hispanicæ Ecclesiæ ex alio ejusdem Ecclesiæ canone

Tom. II.

& ritu lux petitur. Sed nihil tale de Ecclesia Romana usquam legitur. Et multo minus crediderim disertissimum Pontificem Leonem, Romæ scribentem, Romanæque linguæ callentissimum, tam barbare esse abusum voce *coram*, ut eam traxerit ad sensum profus alienum, & a nullo unquam auctore usurpatum. Quod enim ea usi sint Hispani ex Barbarorum societate & commercio multis tunc linguæ vitiiis infecti circa annum 619. quo Concilium II. Hispalense celebratum creditur, nemini erit mirabile; de Romanis nemini credibile. Quamobrem qui Damaso Papæ epistolam aliam supposuit de eadem Chorepiscoporum materia, hanc canonis Hispalensis vocem *coram* mutavit in vocem *ante*: ne quid a Romano usu vel ritu alienum Romano Pontifici attingere videretur.

Jam quod auctor epistolæ scribit: *Non licere Presbyteris 12 præsentem Antistitem infantem tingere aut signare*: quomodo intelligi possit, nescire me profiteor. Quod enim præsentem Episcopo fieri prohibetur, subintelligitur licitum esse, absente, vel annuente Episcopo. At abhorrebat hoc maxime ab usu Ecclesiæ Romanæ, ut Presbyteris potestas fieret signandi baptizatos: quod vel ex uno Innocentii Papæ loco perspicuum est. Nam *Presbyteris*, inquit, *seu extra Episcopum, seu præsentem Episcopo baptizent, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradunt Spiritum sanctum.* Immo hoc ipsum Presbyteris superius prohibet epistola: *Nec eis licet ... chrismate baptizatorum frontes signare.* Quoniam tamen eadem illa verba, quæ in epistola notamus, sunt Concilii Hispalensis etiam in emendationibus codicibus, explicanda sunt ut genuina. Quæ ut conciliari possint cum superioribus, videntur mihi intelligenda de publica & solemniori collatione baptismatis & Spiritus sancti, quæ quotannis in festo Paschæ & Pentecostes celebrabatur, quamque vetat canon præsumi a Presbyteris, vel eis ab Episcopo committi coram se præsentem celebranda.

Opponit Petrus de Marca: *Ultima clausula canonis EX AUCTORITATE APOSTOLICA SE ILLA DEFINIVISSE testatur Synodus, Leonis rescriptum significando.* Non ita legitur in canone; sed (quod etiam Marcæ magis favet) hoc modo: *Quæ omnia eis a Sede Apostolica prohibita esse noscuntur.* Utrovis porro modo legatur: primo de Leone magis non intelligitur, quam de alio Pontifice. Deinde subdititia esse hæc verba superius jam ostendimus ex germana Garfæ Loaysæ editione, canonice ipsi adjecta esse ut pseudo-epistolæ auctoritas arcesceretur. De-

N n n n 2 nique

#### EDITORUM AD NOTATIONES.

12 Hac de re vide plura, si placet, apud P. Constantium not. c. in epist. 25. Innocentii

I. ad Decentium tom. 1. epist. Rom. Pontif. col. 808.

nique Leonis nomen proculdubio prætermis-  
sum non esset, siquidem res, de qua mota  
controverfia, tam expresso ipse ac solempni  
decreto definiisset.

Major forsan difficultas oritur ex Leonis  
PP. III. ac Synodorum Gallicanarum, nec  
non & Capitulorum auctoritate quæ Leonis  
epistolam vel citasse vel indicasse viden-  
tur, dum Chorepiscoporum causam versa-  
runt.

Leo 3. ex-  
plicatur.

Leonis III. ad Galliæ Episcopos responsum  
habetur in Capitularibus Caroli Magni &  
Ludovici Pii lib. 7. cap. 187. ubi rescrip-  
tise legitur Pontifex, *sapissime a prædecesso-  
ribus suis & a multis sanctis Episcopis at-  
que synodalibus sanctionibus Chorepiscopos  
esse prohibitos atque damnatos; & ideo non  
esse necesse ventilare, sed definita tenere.*  
Eisdem reprimit capit. 328. & 329. ejus-  
dem libri, & libri 6. cap. 119. Verum dum  
prædecessorum suorum, Leonisque I. decre-  
ta commemoravit Leo III. nequaquam episto-  
lam, quam excutimus, præ oculis habuit:  
omnes enim ordinationes vel consecrationes  
a Chorepiscopis tentatas eam ob causam in  
irritum mittit, alleritque nihil, *quod de e-  
piscopali ministerio præsumere, esse per-  
actum; sed quicquid ex his ab eis illicite erat  
præsumtum, omnia a canonice ordinatis Epi-  
scopis debere rite peragi, & in meliorem sta-  
tum reformari ... quoniam quod non habuit  
quis eorum, dare non potuit. Nam Episcopi  
non erant: quia nec ad quamdam civitatis  
episcopalem sedem titulati erant, nec cano-  
nice a tribus Episcopis ordinati.* Geminam  
porro propositionem gemina Leonis nostri  
auctoritate confirmat ex ejus epistola ad Ru-  
sticum Narbonensem scripta, codicique Dio-  
nyisiano inserta. Hanc quidem: Chorepisco-  
pos non esse Episcopos, quia canonice non  
ordinati: ex his capituli 1. verbis: *Unde,*  
*inquit, cum sæpe questio de male accepto ho-  
nore nascatur, quis ambigat nequaquam esse  
tribuendum, quod non docetur fuisse colla-  
tum?* Alteram vero, quæ ex ista sequitur:  
omnia ab Episcopis canonice ordinatis de-  
bere rite peragi, ex capite 15. (nobis 14.)  
asserit, ubi hoc habetur: *Quia quod non  
ostenditur gestum, ratio non sinit ut videatur  
iteratum.* Hæc sunt, quæ Leonis tertii ocu-  
lis observabantur.

Parisiense Concilium VI. nec Meldense,  
nec Metense quicquam habent, quod noti-  
tiam hujus epistolæ vel minimum indicet.  
Neminem citat e Pontificibus Parisiense,  
quod in Capitul. lib. 5. cap. 168. transcrip-  
tum est. Meldense citat Innocentium,  
tamquam asserentem solis Episcopis inesse  
facultatem dandi Spiritum sanctum. Me-  
tense hæc habet cap. 5. *Et ut Basilica a*

*Chorepiscopis consecrata, ab Episcopis conse-  
crentur, roboratum est: quia juxta decreta  
Damasi Papæ, Innocentii, & Leonis vacuum  
est atque inane, quicquid in summi Sacer-  
dotii Chorepiscopi egerunt ministerio. Et quod  
ipsi iidem sint, qui & Presbyteri, sufficien-  
ter invenitur.* Ubi si attentius consideretur  
ad quid trium illorum Pontificum decreta  
laudet, intelligetur hoc uno afferri animo,  
ut irritum censeatur, si quid episcopalis  
muneris non ab Episcopis canonice conse-  
cratis tentatum fuisset: quod confirmat au-  
thoritate Leonis, non secus ac in Capitu-  
larium lib. 7. cap. 328. & Innocentii, qui ni-  
hil prorsus de Chorepiscopis habet; & Da-  
masi, cujus epistolam adulterinam censent  
eruditi.

Ex quibus manifestum est, id omne quod  
citatis locis habetur de Chorepiscopis, ni-  
hil ponderis addere epistolæ Leoni suppositæ.  
Verum etsi ab aliquot octavi vel noni  
sæculi Synodis citata revera esset ut a Leo-  
ne scripta, mirum non esset sanctissimos  
Patres instaurandæ disciplinæ, non discer-  
nendis supposititiis fetibus a genuinis, in-  
tentos, falso titulo in errorem esse indu-  
ctos: quod & Aquisgranensi Concilio, &  
aliis nonnullis contigit, cum libros de Vita  
Contemplativa Prospero adjudicarunt, quos  
Juliani Pomerii esse hodie constat. Immo  
& apocrypha scripta citata invenimus a fa-  
cris Episcoporum Synodis, quæ tamen in-  
ter sinceros fetus numerare religio esset.

Antequam ab ista disquisitione manum  
referam, monebo mediam quamdam posse  
iniri viam inter utramque hanc opinionem;  
si nimirum dicatur nec Leonis I. epistolam  
esse, nec impostoris; 13 sed potius Leonis  
III. Hujus enim tempore gravissimæ adver-  
sus Chorepiscopos querelæ motæ sunt in Gal-  
lia & Germania, deque potestatis illorum  
limitibus acriter disputatum est. Quamobrem  
nutantibus hinc inde sententiis, rem ad Leo-  
nem III. tunc Romanum Pontificem referri  
placuit Episcopis. Ejus responsi summam su-  
perius ex Capitularibus retulimus; sed ipsæ  
ejus epistolæ de hoc negotio scriptæ ad nos  
usque non pervenerunt, quas tamen pluri-  
mas fuisse dubitandum non est: cum res &  
maximi esset momenti, & Ecclesias Galliæ  
Germaniæque inter se diu colliserit. Non  
absurde igitur quis possit existimare Leonis  
tertii esse hanc epistolam, vel epistolæ frag-  
mentum. Conjecturæ fidem astruere viden-  
tur Ecclesiarum Galliæ & Germaniæ artus  
per illam tempestatem nexus, utriusque  
regionis Legatio ad Leonem decreta, utrius-  
que in Synodum conventus Ratisbonæ aliis-  
que in locis ea de re habiti; in quibus Leo-  
nis decretum promulgatum est, atque syno-  
dali

Quid de  
tate epi-  
stolæ possit  
conjici.

13

#### EDITORUM AD NOTATIONES.

13 Id nobis persuaderi nequit, cum a Pon-  
tificum Romanorum more alienum sit ex aliis  
documentis verba serviliter exscribere, & epi-  
stolas ita confarcinare, ut idoneo sine careant.  
Num si Leo III. voluisset decretum de Cho-

repiscopis condere, canonis Hispalensis verbis  
ita indigebat, ut quæ ibidem de presbyteris  
decernuntur, Chorepiscopis accommodaret solo  
brevis exordio præfixo, iisdemque sine ulla epi-  
stolæ clausula decretum ederet?



dali sanctione roboratum; Imperatorum denique de his cura ac sollicitudo, non semel, aut bis vel ter, sed sæpissime ut ait Capit. lib. 7. cap. 187. Denique cum ante Leonis hujus III. tempora ignota sit hæc epistola omnibus ecclesiasticis scriptoribus aut collectoribus Canonum ac Decretalium, argumento est vel hujus esse, vel huic potius esse affictam, quam Leonis I.

Leviculam difficultatem si quis moverit ex Gratiani decreto, ubi Leonis I. nomen præfixum legitur decerpto ex hac epistola decreto distinct. LXVIII. C. *Quamvis Chorepiscopis*: norunt omnes quam crassæ naris jure merito habeatur Gratianus in discernendis legitimis scriptis auctorum a spuriis. At tamen Gratiano imputanda non est Leonis primi inserta decretis mentio; sed novellis correctoribus, qui errorem hunc cum aliis innumeris ex epistolarum pontificiarum interpolatis editionibus hauserunt. Antiquiores enim Decreti editiones, Parisiensis an. 1531. Lugdunensis Hugonis a Porta an. 1548. & aliquot aliæ hæc tantummodo habent: *De his ita scribit Leo Episcopus omnibus Episcopis*.

Sed & Clarissimus Baluzius in Notis ad Gratianum observavit ad Dist. 64. cap. 3. *De abjectione*, Leoni primo in antiquis editionibus Decreti non tribui epistolam istam. In Regio, inquit, Gratiani lib. titulus istius capitis hic est: *De his ita scribit Leo omnibus Episcopis*. Sangermanensis addit: *& Presbyteris*. Antiquior Victorinus: *De his*

*autem scribit Leo Episcopus omnibus Episcopis*. Recentior: *De his ita scribit beatus Leo Episcopus omnibus Episcopis & Presbyteris*. Antiqua editio Moguntina: *De his ita scribit Leo Episcopus omnibus Episcopis & Presbyteris*. Hæc, & *Presbyteris*, non exstant in veteri editione Veneta, neque in editionibus Democharis & Contii. Cetera similia sunt. Romana autem sic habet: *De his ita scribit Leo I. ad Episcopos Germaniæ & Galliæ epist. 86. alias 88*. Verba sunt Correctorum, non Gratiani, licet in contextu posita sint. In vetustissimo Codice MS. Bibliothecæ Regiæ, in quo Collectio Dionysii Exigui continetur, posita est ante collectionem istam hæc epistola Leonis cum ista inscriptione: *Epistola Leonis Papæ de privilegio Chorepiscoporum sive Presbyterorum ad universos Germaniæ & Europæ atque Galliæ Ecclesiarum Episcopos*. Huc usque Steph. Baluzius. Addo ego eadem, quæ antiqua illa Moguntina editio, habere Parisiensem anni 1531. & Lugdunensem Hug. a Porta 1548.

Nihil igitur obstat quominus Leoni tertio setum hunc, qualiscumque est, adscribamus. Quæ conjectura si minus arripet, propter nimiam similitudinem, quam habet epistola cum Canone Hispalenti, ex qua plagiarii magis opus videtur, quam Pontificis Romani, prioribus argumentis inhærentes; hoc unum, quod instituto consilio satis est, asserimus, epistolam nec Leonis nostri esse, nec ei nisi putide admodum potuisse affingi.



PASCHASII QUESNELLI  
VARIÆ LLECTIONES, NOTÆ,  
ET OBSERVATIONES  
IN EPISTOLAS  
S. LEONIS MAGNI  
PAPÆ PRIMI,

*ad calculos in subjectis adnotationibus revocatæ.*

Tom. I.  
Col. 591.

AD EPISTOLAM I.

APUD QUESNELLUM VI.

*Episcopo Aquilejensi.*

I. **Q**UO I tempore & ad quem data fuerit hæc epistola, nulla ratione, quæ certa sit, manifestum est. Conjecturis igitur nobis est agendum. Et tempus quidem quod attinet, ad nullum aliud potius referenda mihi videtur, quam ad 444. Nam cum testetur auctor libri *de Promissionibus & Prædictionibus dimidii temporis*, inter Prosperi Opera cap. 6. eodem tempore, quo Manichæos subvertebat S. Leo apud Campaniam, Pelagianos quoque & maxime Julianum ibidem ab illo fuisse contritos; Manichæos autem subverfos a Leone fuisse eodem illo anno constet ex ejus epistola 8. ad Episcopos Italiæ; vix dubium relinquitur, quin ad eam Pelagianorum cladem pertineat hæc epistola, ac proinde anno 444. scripta sit. Etsi enim jam ab anno 439. Pelagiani communionem Ecclesiæ subripere simulata erroris sui ejuratione tentarint, jam tamen aliquot annos in Episcopatu egisse Leonem oportet, cum hæc scripsit, siquidem testatur nonnulla disciplina ecclesiasticæ capita, sæpe a se fuisse decreta. Nec serius emissam esse crediderim epistolam, in qua significat non ita pridem detectam quadam ex parte esse Pelagianorum hypocrisis: *Nunc saltem*, inquit cap. 2. *posteaquam hypocrisis eorum ex quadam parte detegitur*. Jam enim ab anno 439. ut testatur Prosper, detegi cœperat a Leone hæreticorum istorum simulatio.

Quod si verum est editam fuisse hanc epistolam anno 444. certum est pariter eam ad Nicetam scriptam non esse, ejusque nomen fuisse per errorem huic epistolæ affixum ab

imperito scriba, aliam Leonis epistolam ad Nicetam ob oculos habente. Enimvero ex epistola 129. (nunc 159.) a Leone nostro ad Nicetam scripta ann. 458. & epist. 14. (nunc 18.) ejusdem ad Januarium Aquilejensem quoque Episcopum, manifestum est an. 447. quo hæc ultima data est, Nicetam nondum ad urbis illius Episcopatum evectum fuisse. Nec hujus epistolæ, vel consularis, quam habet, notæ fides vacillat; cum & Dionysius Exiguus, qui scripsit paullo post Leonis obitum, & Cresconius, & antiqui Codd. MSS. eam ita notatam nobis repræsentent. E contra vero Nicetæ nomen in hac epistola, quam nunc tractamus, non exhibent antiqui codices aliquot excusi, ut Crabbi, Sicardi, Isidori, Colonienfis an. 1551. omnesque quotquot vidimus MSS. Barb. duo, Thuanei tres, Cantabrig. Cisterciens. & Trecopithæan. Autissiodorensis sancti Mariani, Herorallianus Isidori &c. qui habent tantum: *Ad Aquilejensem Episcopum*: exceptis Cisterciensi, & Isidoriano. In illo enim ita legitur: *Ad Metropolitanum Episcopum Provincia Venetiæ*: quod ad marginem priorum editionum adjectum reperitur; quasi alter esset titulus epistolæ encyclicæ a pari scriptæ; cum idem esset Aquilejensis Episcopus & Venetiæ Metropolitanus, qui in epistola sequenti hujus nomine dignitatis designatur: unde & nostræ opinioni suffragantur, quotquot excusi vel MSS. codices hunc eundem titulum præ se ferunt. In editione Conciliorum Merlini seu Collectionis Isidorianæ, & in ejusdem codice MS. hæc pro titulo leguntur: *Item ejusdem ad eundem*, scilicet Altinum Episcopum: qui titulus genuinus esse non potest; cum ad ejusdem Altini Episcopi relationem scriptam dicat Leo epistolam.

Ex dictis corrigendus nobis venit auctor Italiæ Sacræ, ubi de Aquilejensibus Episcopis

EDITORUM ADNOTATIONES.

I Quoad tempus & nomen Episcopi Aquilejensis, cui hæc epistola data fuit, videtis

Admonitionem eidem præmissam tom. I. §. V. col. 581. & seqq.

pis scribit, ipsaque Aquilejensis historia emendanda. Primum enim cum ille asserit Januarium successisse Nicetæ, cum, inquam, ad quem Leo scribit anno 447. quam manifeste hallucinatur, cum potius dicere debuerit Nicetam Januario fuisse subrogatum. Erroris pariter convincitur Aquilejensis historia, eamque secuti Baronius, Ughellus, & alii, cum ab iis Nicetas immediate post Chromatium numeratur. Chromatius enim, a quo Rufinus *signaculum fidei consecutum se* profitetur, ante an. 400. Episcopus fuit: proindeque inter hunc & Nicetam medius fuit, saltem unus Januarius. Immo Augustinum & Adelphum Aquilejenses pariter Episcopos inter Chromatium & Januarium collocat Palladius rerum Aquilejensium scriptor, teste H. de Noris Hist. Pelag. lib. 2. c. 12. Tertio, si conjectura nostra de epocha hujus epistolæ vana non est, non ad Nicetam, sed potius vel ad Januarium vel ad Adelphum datam esse necesse est. Januario inscriptam eam putat H. de Noris, & quidem missam anno 447. quo alia data legitur a Leone ad eundem Januarium. Facile assentior quo ad Januarii personam: jam enim anno 444. sedisse eum in Cathedra Aquilejensi, innuere videntur prima verba epistolæ anno 447. datæ: *Vigorem fidei*

*tua, quam OLIM noveramus:* quæ indicant eum jam ab aliquot annis Ecclesiam Aquilejensem rexisse, & aliquod habuisse litterarum cum Leone commercium. Nec temerarie forsitan suspiceris Leonem tunc in mente habuisse negotium illud circa Pelagianos, ex quo nata est Leoni occasio ad Aquilejensem Episcopum scribendi, vigoremque fidei ejus explorandi. Quæ conjectura nostram de anno datæ epistolæ opinionem confirmat, probatque potius circa ann. 444. scriptam esse, quam ann. 447. ut autumat Norisius. Probationem opinioni suæ arceffit ex similitudine epistolæ 14. (nunc 18.) ad Januarium cum epistola ad Septimum Altinum, & alteram alterius exemplum esse, & ad utrumque Episcopum a pari eodem tempore scriptam. Sed ex utriusque discrimine, quod in notis ad sequentem epistolam statuemus, conjecturæ huic robur omne detrahetur.

2. DAMNENT SUPERBI ERRORIS AUCTORES: 2 auditos scilicet, discussos, damnatos, tam in Conciliis Africanis & Orientalibus, quam in Romano judicio, & 3 in Ephesina Synodo œcumenica, errorisque sui damnatum sensum palam confitentes, propugnantes, disseminantes.

3. DECRETA SYNODALIA. Africanæ in pri-

Col. 591.  
lin. 2.

2  
3

Ibid.  
linea 6.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

Aliquando etiam non auditus lamnari potest.

2 Satis fuit Pelagium, qui errores libris inspererat, judicium non adire, ut jure damnaretur ab Innocentio I., unde *auditus & discussus* dici nequit. Immo cum errores ejus ex suis libris conflarent, idem Pontifex eum haud arcessendum credidit ad judicium: quia, *si confidit*, inquit in epistola ad Aurelium & quatuor alios Episcopos Africæ, *novitque non nostra dignum esse damnatione quod dicat, aut jam hoc totum se refutasse, quod dixerat; non a nobis accersivi, sed ipse potius debet festinare, ut possit absolvi. Nam si adhuc taliter sentit, quando se nostro judicio quibusvis accitis litteris, cum sciat damnandum se esse, committet?* Idem Pelagius etsi Zosimo Innocentii successori fucum fecerit ea epistola ac fidei professione, quibus suos errores occultare studuit; postea tamen ab eodem Pontifice ejus errores edocto, licet absens, damnatus fuit: & similiter Cælestius, qui eundem Pontificem *auditus* fefellerat, ab ipso anathemate percussus fuit, cum vocatus ad judicium, se se subduxit. Pelagii quidem professio fidei ita errores tegebat, ut catholicus videri potuerit; eidemque Augustino fucum fecisset, nisi eam ex erroribus ipsius aliunde cognitis ambigam & dolosam diligentiori examine detexisset. Vide librum de peccato originali num. 20. Hinc licet Pelagius hujusmodi professione *erroris sui damnatum sensum palam confiteri, propugnare, ac disseminare* dici non posset; non potuit tamen Zosimi damnationem evitare, nec impedire quin idem Pontifex ejus condemnationem ab aliis per subscriptiones tractoriis litteris exigeret. Qui in ipsa Aquilejensi provincia Zosimi Tractoriæ eo nomine noluerunt subscribere, ne *absentes, & inauditos* damnarent, soli hæretici fuerunt eadem labe infecti, & hæc de causa damnati, ut videbimus in ad-

notatione sequenti. Confer libellum fidei in Append. tom. 10. Operum S. Augustini p. 113. B. C. D. quem ad Aquilejensem provinciam pertinere vidimus in Admonit. ad ep. 1. n. 26. tom. 1. pag. 587.

3 Cum S. Leo a Pelagianis, qui ad Ecclesiam redirent, apertas professiones exigi voluit, quibus & errores, & errorum auctores expresse & sine ullo fucum damnarent; allegans *decreta synodalia, quæ ad excisionem hujus hæreticos Apostolicæ Sedis confirmavit auctoritas*, decreta respexit Synodorum Africæ, quæ cum Zosimus confirmavit per celebrem Tractoriam toto orbe vulgatam, hæc quidem hæresis in universa Ecclesia excisa fuit: unde Prosper in Chronico ad an. 418. *Concilio*, inquit, *apud Carthaginem habito ducentorum quatuordecim Episcoporum, ad Papam Zosimum SYNODALIA DECRETA perlata: quibus probatis per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.* Leo eodem sensu, quo Prosper cœvus & sibi intimus, locutus est. Quid ergo Quesnellus hic Ephesinam Synodum ingerit, de qua S. Pontifex hac in re ne cogitavit quidem? Num indicare voluit, a nemine posse exigi ut vel errores, vel errorum auctores damnentur, nisi postquam generalis Concilii judicium accesserit? Nonne ante Ephesinum Concilium universa Ecclesia subscripsit Zosimi Tractoriæ, qua Pelagiani errores eorumque auctores anathemate plectebantur? Nonne hæ subscriptiones fuerunt ante eandem Synodum præceptæ; & Julianus ceterique complices ejus subscribere detrectantes, non solum imperialibus legibus, sed & sacerdotalibus statutis depositi atque exauctorati ex omni Italia deturbati sunt, ut Marinus Mercator in Commentario tradit?

primis Ecclesie Milevi & Carthagine pluries congregata. Quae decreta primum a Pontificibus Romanis Innocentio, Zosimo, Bonifacio & Caestino approbata sunt; deinde ab œcumenica Synodo Ephesina 4 ir retractabili decreto firmata, una cum gestis a Caestino Papa in eorundem hæreticorum damnationem. Sic enim scribunt Patres in epistola synodali ad Caestinum: *Ceterum ubi lecti sunt in sancta Synodo commentarii de depositione impiorum Pelagianorum Caestii, Pelagii, Juliani, Perfidii, Flori, Marcellini, Orontii, & reliquorum eadem cum illis sentientium, judicavimus & nos solida & firma permanere debere, quae a pietate tua sunt decreta, sumusque omnes ejusdem sententiae.* Vide etiam canones 1. & 4. ejusdem Synodi.

Ibid.  
lin. 14.

4. UT IN QUACUMQUE PARTICULA DOGMATIS EXSECRANDI, QUAM A DAMNANDORUM (dogmatum) SOLIDITATE DISCREVERINT, Ita emendavimus hunc locum ex MSS. codd. Barb. duob. Trecopithœano, Thuaneis & Cantabr. & editione Nicolini, licet non omni mendo carerent posteriores codices. Sic antea lectum in editis: *Ut in quacumque particula dogmatis exsecrandi, qua se a damnatorum societate discreverint, &c.* Quo sensu? Nescio: quomodo enim quis se a damnatorum societate discernat per execrandum dogma? Porro. dubium non est quin Semipelagianos hoc loco indicet S. Leo, quos iisdem ferme verbis depingit Auctor epistolae ad Demetriadem cap. 11. ubi illos pariter Pelagianorum furculos esse docet, eorundemque consilia callida, simulatam confessionem, unicam dogmatis Pelagiani portionem, quae totum illius virus tegat, ab illis servatam commemorat.

C.leadem  
c.3. lin. 1.

5. AD SUBREPENDI FACILITATEM. Ita Barb. 2. Trecopith. & Thuaneus Cod. ed. Rom. 1591. & Nicolini, cum in vulg. ed. *ad tantam facilitatem habeatur, & in tribus MSS. ad subrepentem facilitatem: quod & in editis aliquot legitur.*

Col. 592.  
lin. 6.

OMNIS ITAQUE BONORUM OPERUM DONATIO, DIVINA PRÆPARATIO EST: QUIA NON PRIUS QUISQUAM JUSTIFICATUR VIRTUTE, QUAM GRATIA, QUÆ UNICUIQUE &c. Hanc hujus loci lectionem, quam nobis exhibent edit. Rom. ad marg. & MSS. Cod. Barb. duo Cantabrig. Trecopith. & Thuanei tres, alteri prætulimus, quæ in vulg. edit. Isidoriana & MS. Viêt. sic se habet: *Omnis itaque bonorum operum devotio, divina præparatio est: nec propria quisquam justificatur virtute, quoniam gratia unicuique &c.* prætulimus, inquam, quia verbis Apostoli, ex quibus argumentatur S. Leo, magis congruit. Edit. Canisii & Paris. an. 1568. habent ad marg. *divina operatio*

*est: quamcumque lectionem elegeris, nihil catholice doctrinae interest, quam omnes continent; sed ea præfertim quam retinui- mus, quamque S. Fulgentius lib. de Fide ad Petrum c. 35. iisdem verbis exprimit, ut fide firmissima tenendam. Prædestinatio enim illa, inquit, gratuita donationis est præparatio qua nos Apostolus, ait, prædestinatos in adoptionem filiorum Dei per Jesum Christum in ipsum. Augustinum sequebatur Fulgentius: hæc enim ille L. de Præd. Sanct. c. 20. Prædestinatio est gratia præparatio; gratia vero jam ipsa donatio.* Eph. 1.

7. SALVARE QUOD PERIERAT. Post hæc verba in omnibus editionibus, quas quidem vidi, in MS. cod. Viêt. & altero insertus est pannus ex pluribus locis Enchiridii sancti Augustini confusus, capp. scilicet 45. 46. & 47. excepta prima panni particula, cujus fontem nondum retere potui. Quoniam vero in MSS. pluribus, & longe melioris notæ codicibus pannum istum non invenimus, in tribus scilicet Thuaneis, Barb. duob. Cantabrig. ac Trecopithœano, expungendum putavimus a contextu epistolæ. Ne quis tamen illurum subreptum sibi possit conqueri, eundem hic repræsentamus. Sic igitur se habet.

Ibidem  
lin. 17.

„ Ideo etiam parvulos dicunt, si sine bap-  
„ ptismo hinc de sæculo exierint, non pos-  
„ se damnari, neque reos in peccato Adæ  
„ teneri, sed ad regnum Dei, vel ad vitam  
„ æternam, sine ulla cunctatione venire,  
„ cum Apostolus dicat: *Per unum hominem Rom. 5.1*  
„ peccatum intravit in mundum, & per pec-  
„ catum mors, & ita in omnes homines per-  
„ transit: propter quod & ipsi parvuli ba-  
„ ptizantur.

„ Quamvis in illo uno possint intelligi S. Aug.  
„ plura peccata, si unum ipsum in sua quasi Ench.  
„ membra singula dividatur. Nam & su- cap. 45.  
„ perbia est illic, quia in sua homo potius  
„ esse quam in Dei potestate dilexit: &  
„ sacrilegium, quia Deo non credidit: &  
„ homicidium, quia se præcipitavit in mor-  
„ tem: & fornicatio spiritualis, quia inte-  
„ gritas mentis humanæ serpentina suasionem  
„ corrupta est: & furtum, quia prohibitus  
„ usurpatus est cibus: & avaritia, quia plus  
„ quam sufficere illi debuit, appetivit: &  
„ si quid aliud in hoc uno admissio diligen-  
„ ti consideratione poterit inveniri.

„ Parentum quoque peccatis parvulos ob- Ibidem  
„ ligari, non solum primorum hominum, cap. 46.  
„ sed etiam suorum, de quibus ipsi nati sunt,  
„ non improbabiler dicitur. Illa quippe  
„ sententia, *Reddam peccata patrum in fi- Exod. 20.5*  
„ lios, tenet eos utique, antequam per re-  
„ generationem ad testamentum novum in-  
„ cipient pertinere: quod testamentum pro-  
„ phetabatur, cum dicebatur per Ezechie-  
„ lem

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Quod *irretractabile* solum appellat œcumenicæ Ephesinæ Synodi decretum, ac si judicium Sedis Apostolicæ, nisi a generali Synodo

firmantur, retractari queant, fusius refellimus Adnotat. 2. in epist. 120. tom. 1. col. 1219.

zech. 18. „ lem, non accepturos filios peccata patrum  
 & 20. „ suorum, nec ulterius futuram in Israel  
 crem. 31. „ parabolam illam: *Patres manducaverunt*  
 „ *uvam acerbam, & dentes filiorum obstu-*  
 „ *pefcunt.* Ideo enim quisque renascitur,  
 „ ut solvatur in eo quicquid peccati est,  
 „ cum quo nascitur. Nam peccata, quæ  
 „ male agendo postea committuntur, pos-  
 „ sunt & pœnitendo sanari, sicut etiam  
 „ post baptismum fieri videmus. Ac per hoc  
 „ non ob aliud est instituta regeneratio,  
 „ nisi quia vitiosa est generatio, usque adeo  
 „ ut etiam de legitimo matrimonio pro-  
 „ creatus dicat: *In iniquitatibus conceptus*  
 „ *sum, & in peccatis mater mea in utero*  
 „ *me aluit.* Neque hic dixit, *In iniquita-*  
 „ *te, vel in peccato, cum hoc recte dici*  
 „ *posset, sed iniquitates & peccata dicere*  
 „ *maluit: quia & in illo uno, quod in omnes*  
 „ *homines pertransivit, quodque tam ma-*  
 „ *gnum est, ut eo mutaretur & converte-*  
 „ *retur in necessitatem mortis humana na-*  
 „ *tura (sicut supra differui) reperiuntur*  
 „ *plura peccata, & alia parentum, quæ licet*  
 „ *non ita possunt mutare naturam, reatu*  
 „ *tamen obligant filios, nisi gratuita*  
 „ *gratia & misericordia divina subveniat.*  
 „ *A parvulo enim recens nato, usque*  
 „ *ad decrepitem senem, quamlibet corporis*  
 „ *ætatem gerant, sicut nullus prohibendus*  
 „ *est a baptismo, ita nullus est, qui non*  
 „ *peccato moriatur in baptismo. Sed par-*  
 „ *vuli tantum originali, majores autem et-*  
 „ *iam his omnibus moriuntur peccatis,*  
 „ *quæcumque male vivendo addiderunt ad*  
 „ *illud quod nascendo traxerunt.*  
 „ 8. A NOBIS SÆPE DECRETUM EST. Vide  
 „ Notam nostram ad cap. 8. epistolæ 12. (nunc  
 „ 14.) & cap. 9. ejusdem. Consule etiam, si  
 „ lubet, Conc. Antioch. Can. 3. & ceteros  
 „ Canones a Cresconio abunde relatos. Colle-  
 „ ctionis suæ Tit. 17.

## AD EPISTOLAM II.

APUD QUESNELLUM VII.

Septimio Altinensi Episcopo.

Quid de huius epistolæ *avδερτια* pronun-  
 tiarem, diu anceps fui: neque tum  
 adhuc quo inclinarem certus eram,  
 cum typis mandata est in prima nostra edi-  
 tione. 1. Suppositionem tamen statim depre-  
 hendimus, & in Notis jam tunc exposuimus.  
 At loco tamen movendam epistolam non  
 censuimus, ne ceterarum ordo numerusque  
 jam fixi, non sine Lectoris incommodo im-  
 mutarentur. Ad suppositionis argumenta  
 jam venio.

Ac primo quidem ita 2 similis est alteri  
 Tom. II.

Leonis nostri epistolæ ad Januarium Aquile-  
 jensem scriptæ (quæ alias 3. nunc 14. \* nu-  
 meratur) ut alterutram ad alterius exem-  
 plum transcriptam esse dubitari non possit.  
 Non certe ab ipso Leone: quis enim vero  
 crediderit facundissimi, fecundissimique ser-  
 monis Pontificem ad hanc verborum penu-  
 riam redactum, ut epistolam ad unum olim  
 scriptam Episcopum, ad alium mittendam  
 integram describeret, præsertim vero cum  
 uterque intra eandem provinciam Episcopa-  
 tum gereret? Eam porro, quæ est ad Janua-  
 rium, genuinum esse Leonis opus, non est  
 ambiguum: cum ab antiquissimo Collectore  
 Dionysio Exiguo inter germanas Leonis epi-  
 stolas descripta fuerit, & postea a Cresconio  
 Africano Episcopo; & insuper inventa sit  
 a nobis in MSS. codicibus Thuan. duobus,  
 Pithœano, Victorino & aliis. Antiqua et-  
 iam Ecclesiæ Aquilejensis monumenta testan-  
 tur, auctore Ughello in Italia sacra, ad Ja-  
 nuarium Aquilejensem scriptam fuisse a san-  
 cto Leone epistolam. *rebelius* igitur notanda  
 est altera, etsi in aliquibus MSS. extet; sed  
 ex Isidoriana collectione transcripta.

2. Hæc verba epistolæ ad Septimum in-  
 ferta: 3 *Ad metropolitanum Episcopum pro-*  
*vinciæ Venetiæ scripta direximus:* fraudem  
 impostoris arguunt. Numquam enim, ni  
 fallor, ante divisionem Metropoleos Aquile-  
 jensis, *Metropolitanum provinciæ Venetiæ*  
 legimus apud scriptores ecclesiasticos, sed  
 potius *Istriae Metropolitanum & Episcopos*,  
 sæpe sæpius scriptum habemus. Plerumque  
 in civilibus Venetiæ & Istriae nomina jun-  
 guntur; in ecclesiasticis non memini Venetiæ  
 provinciæ mentionem solitarie haberi:  
 nec Venetiæ Metropolitanum dictum esse  
 putem ante constitutam Venetiis episco-  
 palem sedem. Hinc Pelagii Papæ epistolæ  
 tres inscribuntur *Elie Aquilejensi Episcopo*  
*& universis Istriae Episcopis:* quo nomine  
 proculdubio omnes Istriae & Venetiæ Epi-  
 scopos significat. Gregorius quoque Magnus  
 scribit *Petro & Prudentio Episcopis de I-*  
*stria:* item, *ad Firminum Episcopum Istriae.*  
 Idem Pontifex *Istricorum schisma* appellat,  
*Istricos Episcopos, & Istriae partes* de eadem  
 causa lib. 7. epist. 94. 95. 96. 97. 98. &  
 99. licet certum sit Venetiæ quoque Epi-  
 scopos in eodem schismate tum versatos esse.  
 Mauritius etiam Imperator ad Grego-  
 rium M. scribens, vocat Episcopos *Istriae*  
*seu Venetiarum:* ex quo patet sub Istriae no-  
 mine Venetiam quoque comprehendi. In  
 Synodo Romana subscribit *Agatho Episcopus*  
*sanctæ Ecclesiæ Aquilejensis provinciæ Istriae,*  
 litteris ad Imperatores scriptis recitatisque  
 act. 4. Concilii sexti: subscribunt eidem  
 epistolæ Episcopi Patavinus, Altinas, ali-  
 que, qui sine controversia ex Venetiæ provin-

Oooo

vin-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Hanc epistolam a suppositionis nota erui-  
 mus in Admonitione eidem præmissa num. 10.  
 13. 14. & 19.

2 Istam objectionem ibidem refellimus num.

19. & 20.

3 Responsum in eadem Admonitione inven-  
 nies num. 13.

\* in hac  
 editione  
 est ep. 18.

vincia erant, consequenter hoc loco sub Istriæ nomine intelligendâ.

Recentioris igitur styli est nomenclatio illa Metropolitanæ provinciæ Venetiæ: quæ forte post institutam Venetiarum Metropolim ecclesiasticam adinventâ est. Forte etiam eo consilio hic conficta, ut ex antiquo monumento illi constituendæ color quæretur: quod certe ante nonum sæculum factum esse non existimabit, qui cum Sabellico primum Episcopum Venetiis datum anno 772. asseruerit.

4 3. Hæc verba epistolæ inserta: 4 *Quibus ad status sui periculum cognosceret pertinere &c.* nec ætatem, nec stylum sancti Leonis redolent. Hujusmodi enim minis non crediderim eum uti vel consuevisse vel voluisse in Metropolitanos Episcopos, multo minus erga Aquilejensem, qui ad Synodum Romanam tunc non pertinebat, nec a Pontifice Romano ordinabatur, sed a Mediolanensi. In epistola quidem superiori ad Aquilejensem Episcopum, minitatur se *vehementius commovendum*, si pro canonum custodia & fidei integritate negligentius se haberent Episcopi; sed neque ad unum Metropolitanum spectant minæ hujusmodi, nec eum e sua sede dejiciendum minitatur. Quamobrem in ep. 14. (*nunc* 18.) genuina, unde hæc verba subrepta sunt, Aquilejensem Episcopum, non de status, sed de animæ periculo monet Pontifex: *Insinuantes*, inquit, *ad animæ periculum pertinere*.

4. Licet Photius Bibliothecæ lib. 1. Cod. 54. epistolæ Septimii ad Leonem PP. meminerit, silet tamen de Leonis ad Septimum rescripto. Hæc sunt ejus verba: EXEMPLAR, inquit, ACTORUM AB OCCIDENTIS EPISCOPIS ADVERSUS NESTORIANA DOGMATA ( hoc etiam nomine Pelagiana intelligit ) ubi hæc habentur. *Cum temporis deinde progressu secta hujus homines per hæresis suæ abjuratorem Ecclesiæ restituti essent; iterum malum ab ipsis principium sumpsit: ut Septimo Episcopo renascens eadem lues, antequam longius serperet, fuerit reprimenda, datis ad Leonem Romæ tunc Sedem Apostolicam tenentem litteris: qui Leo ferventi zelo contra impios depugnavit.* Si tunc responsum sancti Leonis ad Septimum exstitisset, cum scribebat Photius, vel potius cum acta illa a Photio recensita eoque antiquiora descripta sunt, 5 non omiſsa fuisset illius memoria. Et certe nulla necessitas fuit ut peculiarem ad eum faceret epistolam, qui ex epistola ad Aquilejensem scripta de Leonis consilio certior fieri poterat.

5 Suppositionis argumento est, quod

6 utraque epistola diversis temporibus & 6 contra diversos hæreticos ( ut probabimus ) emissa, eadem tamen contineat, quæ difficile est in diversis negotiis simul contigisse: ut quod Leo accepit litteras ab Episcopo reviviscentis hæreseos indices, quod ab Episcopo in quo fides vigeret, quod eum vigorem jam olim cognitum Leo habuerit, quod diversi illi hæretici sine professione legitimæ satisfactionis recepti sint in Ecclesiæ communionem; quod eorum Clerici proprias reliquerint Ecclesias, & ad loca sibi non deputata transferint: hæc & alia ejusmodi ita quasi ex conducto simul contigisse in diversis occasionebus diversisque erroribus, ut una utrisque epistola mitti potuerit, vix ac ne vix fidem inveniet.

Quod porro vir eruditus Henricus de Noris binas epistolas ejusdem exempli esse putat, quas de eodem Pelagianorum negotio eodem tempore miserit ad Januarium Aquilejensem & ad Septimum Altinensem, pace viri optimi dixerim, verum esse non potest. Si enim essent unius epistolæ exempla, non recisa essent ex altera nonnullæ voces, quæ necessariæ viderentur, quales sunt istæ *de Pelagianorum & Cælestianorum consortio*. Deinde de redeuntibus ab hæresi Clericis aliqua decernuntur in epistola ad Januarium, quæ in altera non apparent: ne videlicet ad superiorem ordinem promoveantur, sed in eo, quem adepti sunt, perseverare sinantur; si tamen iterata tinctioe non fuerint maculati. Multa etiam alia omittuntur in epistola ad Septimum, quæ ex encyclica epistola sublata non fuissent.

Sed quod observatione dignissimum est, li-temque dirimit, de diversis distinctisque prorsus hæreticis sermo est in epistola utraque. De Pelagianis & Cælestianis tota est epistola ad Septimum: de iisdem altum in alia silentium; sed potius de Donatistis. Hoc clarissime innuit conditionalis hæc clausula: *Si tamen iterata tinctioe non fuerint maculati*: numquam enim Pelagiani rebaptizasse dicti sunt: immo vero cum peccati originalis contagium non agnoscerent, baptismum vel semel recipere non valde necessarium arbitrabantur. A Donatistis vero certum est rebaptizatum esse. Certum etiam eisdem ad catholicam reversos suo ordine potiri esse permisos. Certum denique, si qui ab iis rebaptizati essent, ad Clerum admissos non fuisse. Nihil igitur in ea epistola 14. (*nunc* 18.) quod in Donatistas non quadret: qui adhuc designantur voce *schismaticorum* huic inserta: a schismate enim ad

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Lege num. 14. ejusdem Admonitionis.

5 Hoc negativum argumentum ex silentio Photii, vel potius actorum quæ Photius recensuit, contra argumenta positiva, quæ pro vindicanda hac Leonis epistola in laudata Admonitione attulimus, nihil evincere potest. Immo cum eadem acta ac ex iis Photius cer-

tam faciant Septimi Episcopi epistolam ad S. Leonem, quis hunc ei rescripsisse in dubium vocet?

6 Ad eosdem Pelagianos utramque epistolam, diverso licet anno scriptam, pertinere probavimus adnot. 5. & 6. in epist. 18.

ad hæresim deflexerant, & contra unitatem Ecclesiæ pugnabant ex professo.

Cum hæc ita sint, notitia episcopalis Sedis Septimii æque obscura manet, ac si numquam hæc epistola innotuisset. Impositor enim, qui epistolæ artifex fuit, Septimio eam Sedem attribuit, quæ in mentem venit, ac prout fraudis suæ consilio melius conducere putavit. Revera nihil ab Ughello de Altinensi hujus nominis Episcopo in antiquis monumentis inventum, quandoquidem de eo nihil in Italia sacra legitur.

### AD EPISTOLAM III.

*Paschasini Lilybei Episcopi ad S. Leonem, de Paschate.*

#### APUD QUESNELLUM POST EPISTOLAM II.

**H**anc epistolam in anterioribus editionibus truncam & mutilam, modo integram & emendatam damus ex Mariano Scoto & ex Petavii & Bucherii Operibus, *De doctrina temporum*: in quibus ille nonnulla castigavit ad MSS. codd. Jac. Sirmondi, hic totam descripsit multis auctiorem ac elimatiorem ex MSS. aliis codicibus. Hujus mentionem faciunt Ado Vienneſis in Chronico, & venerabilis Bedæ lib. de Temporibus. Eamdem Marianus Scotus non laudat modo, sed & refert integram in Chronico lib. 2. ad an. 445. ubi eam male in duas fecit epistolas. Eamdem quoque epistolæ clausulam, quam addidit Bucherius, habet Marianus. Ante illos omnes Dionysius Exiguus in epistola de Ratione Paschæ ad Bonifacium Primicerium Notariorum & Bonum Secundicerium, quam Bucherius & Petavius in lucem ediderunt. *Quoniam*, inquit, *Sanctitas vestra, orta rei hujus questione, de Archivo Romanæ Ecclesiæ Paschasini venerabilis Episcopi scripta, quem constat pro persona beatissimi Papæ Leonis sancto Calchedonensi præsedisse Concilio, ad eundem Papam per idem tempus directâ nunc protulit, quæ sanctis Patribus evidenti ratione consentiunt, huic præſenti indidimus operi: ut hujus etiam viri testimonio niteremur, qui manifeste miraculo venerabilium Pontificum paschalia decreta confirmat.* Ubi quod tanta cura in Archivo Sedis Apostolicæ servata sit, manifestum facit plurimi semper fecisse Romanos Pontifices aliorum Episcoporum rescripta. Eamdem autem esse hanc, quam habemus in manibus, epistolam, & miraculi mentio demonstrat, & annorum in communes & embolismales divisio, quorum explicationi unice incumbit Dionysius in hac sua epistola, quam vice Commentarii adhibis Lector, si voles, apud Bucherium pag. 489.

Scrupulum tamen alicui forsan injicient hæc epistolæ verba: *per idem tempus*, scilicet Concilii Calchedonensis, persuadebuntque, Dionysio magis sermonem esse de scri-

Tom. II.

ptis missis ad sanctum Leonem de controversia paschali anni 455. quam anni 444. Constat enim eo ipso anno, quo Synodus convocabatur, scripsisse Leonem nostrum ad Paschasinum de Paschate, ab eoque expectasse responsum: illam publici nunc juris facimus, istud nondum e tenebris crutum est, si tamen umquam datum. Sed, ut jam diximus, & miraculi & embolismorum communiumque annorum explicatio evincunt, non de alia, quam de hac ipsa Dionysium intelligendum esse: quam ad anni 455. difficultatem pertinere qui Dionysium existimasse crediderit, injuriam profecto fecerit viro erudito totiusque hujusmodi disciplinæ peritissimo, ac Paschasini epistolam ex professo commentanti. Benigne igitur interpretamur hæc verba *per idem tempus*. Etsi enim integri octennii sit intervallum ab anno 443. quo data est Paschasini epistola, ad Concilium Calchedonense; non est tamen insolens loquendi modus homini post centum fere annos ista scribenti, & S. Leonis tempora hoc loquendi modo indicanti.

Emendandi igitur Annales ecclesiastici, qui inter utramque de Paschate controversiam non discernentes, hanc epistolam ad posteriorem referunt: quod ex ipsis Paschasini verbis refellitur. Scribit enim annum, de cujus Paschate contentio nata erat, fuisse sexagesimum tertium supputationis Romanæ, quæ a Consulatu Antonii & Syagrii cœpit. Horum porro Consulatus incurrit in annum Christi 382. a quo si tres & sexaginta numerentur, calculus desinet in annum 444. Ex quo priores hujus epistolæ editiones corrigendæ, & pro *sexagesimus quartus*, legendum *sexagesimus tertius*, uti emendarunt Petavius ex Sirmondiano codice, & Bucherius ex suo, & in suis quoque Marianus Scotus legerat. Ex quo corrigas eundem Marianum, qui post hæc verba, *A Consulatu Antonii & Syagrii*, addit, *anno quarto Gratiani*. Legendum enim Theodosii, cujus revera quartus annus erat, Gratiani vero decimus sextus; vel illud omnino expungendum.

Præterea dicit Paschasinus VII. Kalend. Aprilis hujus anni Dominicam fuisse diem & Lunam 21. & iterum IV. Kalend. Majas Dominicam diem & Lunam 19. quod alteri anno, quam 444. quadrare non potest. Addit etiam Ogdoadem, quæ Coss. Aetio & Sigesvulto cœperat, illo ipso anno terminatam, de quo quæsitum fuerat. Anno Christi 437. quo Consulatum isti gesserunt, Cyclus fuit Lunæ 1. atque adeo Ogdoadis initium, cujus ultimus annus incidit in annum 444. Theodosio XVIIII. & Albino Coss. Hæc ex Petavio delibavimus.

Baronius errandi occasionem forsitam ex Jordane sumsit, qui pariter circa utriusque Paschatis negotium hallucinatus est in Annalibus, cum ait de anni 444. Paschate ad Leonem Papam scripsisse Proterium & Paschasinum. De Paschasino quidem verum est; at de Proterio falsissimum: qui anno solum 452. ordinatus Alexandrinorum Epi-

Baron. ad  
an. 453.  
num. 34.

scopus. Cyrillum dicere debuit Jordanis: qui Cyrillus anno eodem, mense Junio obiit, & ante scripserat ad Leonem litteras de Paschate, quas Paschasinus ipse commemorat. Baronio & Jordani etsi errasse commune est, unius tamen error alteri contrarius est: cum enim epistolarum Paschasini & Proterii altera ad annum 444. altera ad ann. 455. pertineat, utriusque epistolam priori anno adscripsit Jordanis, utramque posteriori Baronius attribuit.

Baron. ad  
ann. 454.  
num. 22.

Ex quo errore in alium ruit idem auctor, dum Siciliae populationem, quam Paschasinus in sua epistola recenset, ad annum 454. revocat: arguitque Adonem Viennensem, quasi captivitati Carthaginensi male jungat Siciliae cladem his verbis: *Wandalis Carthagine capta, Siciliam quoque deleverunt: cujus captivitatis Paschasinus Lilybetanus Antistes in epistola, quam de ratione Paschatis Papae Leoni scripsit, meminit.* Hæc optime; & Prospero concinunt, qui in auctiori Chronico sub Consulatu Valentiniani Aug. V. & Anatolii, hoc est an. Chr. 440. Siciliae a Genserico graviter afflictam narrat: cum superiori anno Carthaginem dolo pacis captam dixisset. Recte igitur Ado alteram alteri connexuit: nec Baronius Siciliae cladem, de qua Paschasinus, ad an. 454. referre potuit, nisi tredecim aut quatuordecim annorum metachronismo.

Prima porro emendavimus addidimusque in hac epistola, partim ex MSS. codd. partim ex Petavii Bucheriique editionibus, apud quos doctrinam temporum accurate edifferentes, illustratam Paschasini epistolam reperies.

Miraculum quod idem narrat, de baptisterio aqua divinitus immissa repleti ac vacuari solito, qui aliis non absimilibus confirmari voluerit, adeat Pratum (spirituale (cujus Sophronius auctor prædicatur) cap. 214. & 215. & Gregorium Turonensem, de gloria Mart. lib. 1. cap. 24.

<sup>1</sup> Hebræorum seu legalem supputationem, de qua Lilybetanus Episcopus mentionem facit, & cujus ignorantia Romanos in errorem dicit inductos, si quem videre curiositas incescit, apud Bucherium inveniet, ejusque insuper locupletem de hujusmodi Judæorum Cyclo disquisitionem. Illum sine castigatione ulla primis Christianis usui fuisse, saltem usque ad annum Christi 222. idem probat cap. 6. Commentarii in Victorii Aquitani Canonem Paschalem, circa quem annum ab Hyppolito Portaensi Episcopo prolatus est, non felici successu, Canon Paschalis. Qui cum Judaico deterior facile deprehensus esset, ea causa fuit, ut legalis de novo interpolatus in usum redu-

ctus fuerit 2 circa annum Christi vulgarem 382. isque Cyclo est, qui a Paschasino ROMANA SUPPUTATIO appellatur, de qua etiam & Prosper Aquitanus in prolixiore Chronico ad annum mundi Eusebianaum 5583. Christi 382. & Leo noster: quo vivente perseverabat illius usus in Romana & in tota etiam Occidentali Ecclesia. De hujusmodi Cyclo, qui 84. annorum erat, vide eundem Bucherium in Tractatu de Paschali Judæorum Cyclo cap. 9. & toto passim opere.

Leon. c  
pist. 10  
nunc 13  
& 105.  
nunc 13

## A D EPISTOLAM IV. Col. 61

### APUD QUESNELLUM III.

*Episcopis per Campaniam, Picenum, Tusciam & universas Provincias constitutis.*

<sup>1</sup> **P**ER DISSIMILATIONEM COMPAGO NON CONGRUAT. Ita corrigendum putavimus ex editione epistolarum S. Leonis, quæ prodiit Parisiis ann. 1568. cum operibus S. Clementis Romani & aliorum Pontificum Romanorum epistolis, quæ ad Victorinorum codicum fidem emendatæ dicuntur. Ita etiam habent Conciliorum editiones Petri Crabbe, Nicolini, Merliniana Isidori, in textu; & aliquæ recentiores ad marginem. Omnes porro Codices MSS. hujus epistolæ, quibus usi sumus, Thuanei sex, Victorinus, Corbejenfis, Bellovacus, Trecothæanus, Cantabrigensis, Herovallianus Isidori, collectiones Dionysii, Cresconii & aliorum constanter habent *dissimulationem*. Romana editio ad marg. *dissimilitudinem*, ex conjectura, ut opinor.

Ibid. li  
13.

<sup>2</sup> QUI AUT ORIGINI, AUT ALICUI CONDITIONI OBLIGATI SUNT. <sup>1</sup> Sic legendum exhibent MSS. Thuan. duo, Corb. & Trecoth. quod constructioni magis congruit & sensui. quam alia hæc lectio, ORIGINALI, quæ Dionysii & Cresconii est, & editorum passim exemplarium. Gratianus distinct. 54. cap. 21. *Admittuntur passim: ita legit: Sed etiam ab aliis originariis, vel qui alicui conditioni obligati sunt: quod a jure civili mutuatus esse videtur Collector.* Dicebatur porro *Origini obligatus, seu Colonus Originarius*, qui Coloni conditionalis filius erat: ex eo quod originaliter conditioni Coloniæ erat subiectus. Colonus autem conditionalis, seu, ut Leo, conditioni obligatus, is erat, qui ex conditione sua prædia seu agros colendos accipiebat a suo domino: quod & ipse dum viveret, & ejus post ipsum filii præstare tenebantur. Potest & S. Leo intelligi de servis cuivis conditioni adscriptis: de quibus Tertullianus lib. de Idololatria cap.

Col. ead  
Cap. 1.  
I

12. va-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

<sup>1</sup> Confer adnot. 10. in epist. 3.

<sup>2</sup> Hic Latinorum Cyclo annorum LXXXIV. ante annum 382. erat in usu, uti ex antiquis Fastis Consularibus probavit noster Card. No-

rifus Dissert. I.

<sup>1</sup> Aliam lectionem ex præstantioribus MSS. inductam constituimus adnot. 16. in hanc epistolam.



12. varias persequens caussationes eorum Christianorum, qui vitandi gratia iis vacabant artibus, quæ idololatriæ inserviebant, hæc habet: *Sed conditionalis eram*, inquit artifex. *Nemo*, reponit Tertullianus, *duobus dominis servire potest* &c. Porro si conditionarii iidem sunt, qui & adscriptitii, quod Juris peritis reservamus diligentius excutiendum, dicendum est, eos, quos ordinari vetant S. Leo hic, & Gelasius Papa epist. 9. ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam constitutos, postmodum *in ipsis possessionibus Clericos etiam præter voluntatem Dominorum fieri permisisse* Justinianum Imperatorem relatum a Gratiano dist. 54. cap. 20. *Ita tamen, ut Clerici facti impositam sibi agriculturam implerent*. Observandum insuper hanc sancti Leonis legem de Servis a Clero removendis primam omnium ecclesiasticarum constitutionum esse, nisi me fallit memoria, sed tamen ad apostolicæ constitutionis instar esse conditam. Vide de iisdem Concilium Aurelianense 1. cap. 8.

pl. ead. 3. QUALIS VERO CUM UNICUIQUE CON-  
STITERIT NATALIUM HONESTAS ET MORUM,  
cap. 2. ESSE DEBEAT SACRI ALTARIS MINISTERIO  
SOCIANDUS &c. Locus in prioribus editionibus adeo mendosus, ut a nemine intellectum putem. Ita legebatur: *Qualis vero unicuique natalium honestas & morum esse debeat, qui sacri Altaris ministerio est sociandus, & Apostolo nos docente, & divina præceptione didicimus & Canonum regulis*.

Ex duarum vocularum omissione, cum constiterit, & prava interpunctione, sensus & a Leonis mente alienus, & omnino falsus exurgit: nimirum de servis non ordinandis, deque natalium honestate ad Clericatum necessaria edictum esse divino, apostolico, canonicoque præcepto, quod nec usquam; ni fallor, invenias, nec intendit auctor noster; sed solum docere, qualem præterea velint esse Scripturæ & Canones virum ecclesiasticum, de cuius natalibus morumque honestate jam constat. MSS. Bellovacensis Ecclesiæ Codex sic habet, ut restituimus, Cresconius & Isidorus excusis (non item MS.) si commatum vitia excipias ad quos plerique alii codices MSS. accedunt.

pl. ead. 4. VIDUARUM MARITOS. Canonem Apostolicum 18. non commemorat, quod argumento est, nondum tunc eos Canones ple-

ne auctoratos fuisse. Non meminit quoque epistolæ Siricii ad Himerium Tarrac. cap. 8. nec epist. Innocentii ad Victorium, ad Felicem Nucernianum, ad Episcopos Macedoniæ &c. nec Cælestini ad Episcopos Provinciarum Viennen. & Narbonens. ubi viduæ maritos & digamos a Clero arcent. Sed eosdem in fine epistolæ indicat. Hujus constitutionis rationem vide supra in epist. 1. (nunc 12.) cap. 3. & apud Innocentium III. epist. ad Mctensem Episcopum. Haud pœnitebit libellum quoque Gallicum D. Lefchasserii de Digamis legisse, tametsi a communi sententia recedat.

5. NEC SIBI POTERUNT VINDICARE. Editi codices habent *pro arbitrio vindicare*: ex recentiori procul dubio consuetudine adjectum, qua plerumque non *pro arbitrio* digami, sed tamen cum dispensatione ac venia Pontificis Clero se addicunt. At aurea illa ætate nulli ministerium ecclesiasticum vel capeffere licuit, vel servare, qui si transisset prius ad nuptias, non esset *unus unius*, vel cujus uxor non *unica unici*, ut loquitur Innocentius III. Quod ita religiose observari voluit S. Leo, ut nec in summa ministrorum ecclesiasticorum penuria, qua Mauritanæ Cæsariensis Ecclesiæ laborabant, bigamos ordinatos gradu suo gaudere passus sit, ut ex epist. 1. (nunc 12.) manifestum est. Immo duodecimo jam exeunte sæculo Lucius III. Pontifex Romanus dispensari posse non censuit cum bigamo ordinato, ut in presbyterali gradu permaneret: si quidem germana est ejusdem epistola, quæ refertur C. *super eo, de bigamis*. Recte igitur verba illa in omnibus codicibus MSS. omituntur, necnon & apud Dionysium Exig. & Cresconium. Leguntur in excusa Isidori collectione; non tamen in ejusdem MS. codice Herovalliano, aliisque.

6. HUIUS DISCUSSIONIS CURAM NOBIS  
SPECIALITER 2 VINDICANTES. Nec mirum; cum Ecclesiæ, ad quas imprimis scribebat, ad Romanam Synodum pertinerent, utpote quæ ex urbicariis provinciis essent. Hæc porro decreta non a solo Leone, sed a Synodo etiam Romana profecta crediderim, ex qua & cujus decreto tres Episcopi Innocentius, Legitimus, & Segetius directi, qui Leonis Episcopi litteras perferrent. Tempus Synodi & litterarum congruit: sexto enim  
Ibidem. 2  
\* Idus

## EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Si reservationem discussionis, ubi aliqua dubitatio incideret, S. Leo non solum ad suburbicarias, sed ad *universas* etiam provincias his litteris extendisset; nihil esset mirum, cum Romanus Pontifex pro ea potestate, qua toti Ecclesiæ omnibusque provinciis ex primatu præsidet, non modo suburbicariis, sed aliarum quoque provinciarum Episcopis præcipere possit, ut alia multa Leo præcepit Gallis, Hispanis, Afris &c. nisi forte reservationem discussionis ejusmodi in quæstionibus facti ad remotiora loca extendere ob nonnulla incommoda & difficultates non expedire credatur. Non improbabilis tamen est conjectura P. Coustan-

tii in præfat. ad tom. 1. epist. Roman. Pontif. n. 47. hanc epistolam Leonis primo directam fuisse ad solos Episcopos *per Campaniam, Picenum, & Tusciam*, ad quas provincias pertinere videntur verba c. 2. *Hæc ergo ad provincias vestras per Innocentium, Legitimum, & Segetium fratres & Coepiscopos nostros scripta direximus*: sed aliis subinde aliarum provinciarum Episcopis communicatam fuisse, ut aliis Romanorum Pontificum decretalibus ad certas provincias missis contigit, & hac ratione communem epistolam evasisse, atque ideo in ejus inscriptione adjectas fuisse voces, & *universas provincias*: quod aliis exemplis confirmat.

\* *Corregi* \* Idus Octobris hæc datæ sunt, & ex epistola 16. constat ad III. Kalendas Octobris Synodum Romæ solitam esse convenire.

Col. 615. 7. USURARIAM EXERCERE PECUNIAM.  
Cap. 3. 3. Ante Leoniam hanc sententiam, vix ecclesiasticam legem invenias, quæ laicis usura interdicit; si canonem xx. Eliberitani Concilii excipias, quod tamen nec lucrum

*S. Aug. epistol. 54. sub finem.* senore contractum reddi jubet, nec usuræ reos ulla pœna afficit, sed tantum deinceps exerceri prohibet. Non quod primis sæculis approbarit Ecclesia improbum usuræ quantum; abst: sed quia usuras etiam ipse leges & iudices reddi jubent, inquit Augustinus. Tunc temporis non audebant Episcopi palam & publice damnare, quod sæculi leges & Principes auctoritate sua sanciebant: & eamobrem circumspecte loquuntur. Audet tamen Augustinus Macedonium Cæsareum iudicem alloquens in epistola citata ita scribere: *Hæc & huiusmodi*, inquit, *male utique possidentur, & vellem ut restituerentur; sed non est quo iudice repetantur.* Ita S. Leo hoc non solum in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed in laicos cadere, qui Christiani se dici cupiunt, condolet. Sed neque hic, quamvis majori utens fiducia, usurarios laicos condemnat, neque ulli fere ante ipsum, pœnam ullam laicis infligere ausi sunt: solos Clericos, ut suæ jurisdictioni magis subjectos, pœna indicta detertere a turpi huiusmodi lucro aggressi sunt sancti Patres Arelatensis Concilii I. Can. 12. Nicæni Can. 17. Laodiceni Can. 4. Carthaginensis I. sub Aurelio Can. 5. Leo, Gelastus, & alii. *Primus Imperatorum Leo*, inquit Grotius in sextum Caput S. Lucæ, *ut idem Hermenopolus notat, existimans omne fenus Christiano interdictum, lege id ipsum communi sanxit; cum ante ipsa Ecclesiæ solerent pecunias sumere sub trientalibus usuris.*

Col. 616. 8. OMNIA DECRETALIA CONSTITUTA,  
Cap. 5. TAM BEATÆ RECORDATIONIS INNOCENTII,  
QUAM OMNIUM DECESSORUM NOSTRORUM;  
QUÆ DE ECCLESIASTICIS ORDINIBUS ET CANONUM 4 PROMULGATA SUNT DISCIPLINIS,

Ita scribitur in Thuaneis codicibus MSS. quinque, in Herovalliano Isidori, in Bellouacensi, Corbejensi, Victorino & Cantabrig. apud Dionysium Exig. Nicolaum I. PP. utrumque Hincmarum Remensem & Laudunensem & in edit. Canisii ad marginem, Nicolini &c. Aliquæ edit. pro *Ordinibus leg. Ordinationibus*, & pro *promulgata leg. ordinata*. Prior lectio proculdubio præferenda Codicem Decretalium Constitutorum a Pontificibus Romanis promulgatorum indicare mihi videntur verba ista, ut fusius annotavimus in Dissertatione de Codice Romano. Hæc eadem Hincmarus Laudunensis Episcopus inseruit collectioni ex antiquis Pontificum Romanorum epistolis ad Hincmarum Remensem missæ, ut probaret iisdem epistolis neminem obedientiam sine temeritatis nota detrectare posse. His dum respondet Hincmarus Remensis in Opusculo Capitulum 55. pluribus prosequitur verba illa Capitulo 10. & sequentibus, fusius etiam de vocis etymo putat, quasi *promo vulgo*, sive *primum in vulgus edo*. Unde, inquit, Paulus in Glossis suis dicit hoc modo: *Promulgari leges dicuntur, cum in vulgus eduntur*, . . . Isidorus quoque, ut ipse dicit, auctore Tullio, exposuit dicens: *Promulgatum, est foras prolatum; ut lex dicitur promulgata: promulgatum autem ad omnium notitiam & totius vulgi intimatum.*

Postea quid voluerit his verbis Leo, discutit Hincmarus. *Primum*, inquit, *nobis sciendum est, aliud esse promulgare sacros Ordines & Canonum disciplinas, aliud promulgare de sacris Ordinibus & Canonum disciplinis; sicut aliud est promulgare leges, & aliud promulgare de legibus. Promulgare autem leges, est leges condere; promulgare vero de legibus, est de illis iudicia sumere, & secundum illas iudicare, earumque observationem & iudicia omnibus intimare.* Sic sacros Ordines promulgare, est a Domino constituere Episcopos, Presbyteros &c. eorum ministerio, qui a Domino ad hoc constituti sunt, *Domi-*

*Hincmarus Opus 33. c. 1*

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Hic nonnulla animadversione digna sunt. Præter Illiberitanam Synodum usuras in laicis reprehendit etiam Concilium Carthaginense sub Grato can. 13. & Basilium in epistola I. canonica ad Amphilochoium can. 14. *injustum lucrum* etiam in laicis appellat. Quod si canones non ita multi hac in re suppetunt; certum tamen est Ecclesiæ Patres in concionibus & catechesibus contra idem vitium antiquissimis quoque temporibus disseruisse: iidemque cum ejus injustitiam notarunt (ut inter ceteros legimus apud Clementem Alexandrinum lib. 2. Stromatum c. 18. Lactantium lib. 6. Instit. c. 18. S. Hilarium in psal. 14. n. 15. S. Gregorium Nyssenum hom. 4. in Ezechielem, S. Ambrosium de bono mortis num. 57. & alios) restitutionis debitum satis docuere. Quis enim nescit restituendum, quod fuit injuste perceptum? Hinc porro falsum est,

Episcopos istorum temporum non ausos fuisse palam & publice damnare hoc scelus, quod Scriptura manifeste condemnat: eadem semper traditio & doctrina viguit. Quod si non ita multa ac expressiora eorum temporum testimonia suppetunt, id non ex doctrinæ, sed ex librorum, vel occasionum, quæ hanc scriptionem postularent, defectu evenit; ut alia non pauca iisdem de causis desunt testimonia in aliis certissimis doctrinæ capitibus, quæ nihilominus prioribus quoque sæculis tradita fuisse nihil ambigimus.

4 Duo in sequentem Quæsnelli notam observanda sunt. Primum quod ait, idcirco *promulgata* tradi decretalia constituta prædecessorum Pontificum Leonis, quia Codici canonum, quem Romanæ Ecclesiæ codicem publice editum putat, inserta leguntur, falsæ hypothese innititur, cuius falsitatem ostendemus in Observationibus

Domino quod suum est exequente. De sacris autem Ordinibus promulgare est, qui & quot sint & quales ac qualiter, & a quibus vel quando sint ordinandi, & quomodo ac quantum in singulis gradibus debeant ministrare &c.... Similiter, subjungit Hincmarus post pauca, aliud est sacros Canones promulgare, & aliud est de sacrorum Canonum disciplinis constituta decretalia promulgare. Qui namque sint Canones, de quorum disciplinis promulgata adeo conservari a S. Leone Papa jubentur, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari, memoratus ab eo beatus Innocentius in disciplina ex eisdem sacris Canonibus decreta ad Vitricium Rotomagensis Episcopum patenter ostendit: „ Si quæ, inquit, causæ vel contentiones inter Clericos tam superioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, ut secundum Synodum Nicænam congregatis ejusdem Provinciæ Episcopis, jurgium terminetur, “ & reliqua.

Denique longe pluribus sanctorum Patrum Pontificumque testimoniis in medium adductis, ex his concludit Hincmarus, Leonem nihil nisi sacrorum Canonum observationem præcipere; immo præcipuorum Leonis prædecessorum successorumque auctoritate ostendit, nullum robur obtinere decretalia constituta, quæ contra Canonum disciplinam fuerint promulgata; Leone ita scribente: *Si quid usquam aliter, quam illi (Nicæni Patres) statuerunt, præsumitur, sine cunctatione cassatur.* Et alibi: *Omni penitus auctoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diversum.* Hæc ex prolixiore Hincmari tractatione delibata & Leonis mentem aperiunt, & Hincmari circa decretalia Pontificum decreta.

Joep. 80.  
anc 106.  
p. 4.  
id. c. 27.

## AD EPISTOLAM V.

Metropolitanis per Illyricum Episcopis.

Hanc pariter epistolam cum superiore (nunc sequenti) publici juris fecit Holstenius. Cui manum medicam necesse fuit alicubi adhibere: in quo ne propriis conjecturis plus æquo indulgisse videamur, emendationum hic reddenda ratio.

1. FIDEI SUE REMUNERATIONE. Apud Col. 617. Holstenium legebatur *sui*: quod in constructione textus sensum vix aliquem habere potest.

2. IN FUNDAMENTI IPSIUS SOLIDITATE. Ibidem. Suspicio legendum *istius*, nempe fidei; cuius ante mentionem fecit: ita enim in alibi idem Pontifex interpretatur petram illam, super quam Christus Ecclesiam suam ædificavit, ut epist. 92. (nunc 119.) ad Maximum Antiochenum cap. 2. epist. 132. (nunc 162.) cap. 1. epist. 10. cap. 1. & serm. 3. (nunc 4.) in annivers. assumptionis suæ cap. 2. In quo a ceterorum Patrum traditione non recessit, qui verba Christi ex cap. 16. S. Matthæi, quæ explicat S. Leo, eodem ut plurimum modo interpretantur. Consule, si placet, Joannis Launoy Theologi Parisiensis epistolas, parte 2. epist. ad Adr. Valantium, & parte 4. epist. 1. ubi abunde SS. Patrum de hac re testimonia congerit.

3. ACCEPERINT. Holstenius legit, *Accipiant*; sed tum ex sequentibus verbis, tum ex superiori epistola, in qua eadem fere in hunc modum leguntur: *Ut unius uxoris vir sit, & hanc virginem, ut auctoritas divine legis cavet, acceperit*: inde constat, inquam, ita corrigi debuisse. Sensus enim, quem præ se fert

## EDITORUM AD NOTATIONES.

ad Dissert. 12. Quesnelli de Codice canonum Romane Ecclesie, quæ tom. 3. inferetur. Promulgata autem eatenus dicta sunt, quia ad Episcopos per provincias missa, publice prodierunt; & licet non pauca constituta ad certas tantum provincias directa fuerint, exinde tamen communicata fuerunt eorum exemplaria aliis atque aliis provinciis vicinioribus, ita ut universim innotuerint; quemadmodum probe statuit P. Constantius in præfatione ad t. 1. epist. Roman. Pontif. n. 47. Alterum est quod obtrudit quasi ex Leonis atque Hincmari sententia, nullum robur obtinere decretalia constituta, quæ contra canonum disciplinam fuerint promulgata. At in laudatis S. Leonis locis de Romanorum Pontificum decretalibus sermo non est, sed de canone Calchedonensi pro statuenda prærogativa Constantinopolitanæ sedis edito, qui cum adversaretur canonibus Nicænis, eum S. Pontifex noluit confirmare, sed potius cassum & irritum declaravit. Hincmarus quoque nihil pronuntiat de decretalibus pontificiis. Solum urget testimonia, quibus Leo & alii Pontifices custodiam sacrorum canonum præcipientes, eos crimine notarunt, qui ab eorum observantia temere discederent. Inter plura autem testimonia Leonis verba recitat, quibus indicatum Calchedonense decretum respi-

ciens, quicquid Nicænis constitutis repugnat, nihil auctoritatis habere voluit. Quod si idem Hincmarus Innocentii decretum de causis vel contentionibus Clericorum in provincia terminandis laudavit, reservationem tamen majorum causarum ab eodem Pontifice confirmatam statim subiecit inquit: *Et ibi post aliquanta: Si quæ autem majores causæ in medio fuerint devolutæ, ad Sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit (scilicet Sardicenis) & vetus consuetudo exigit, post judicium episcopale referantur.* Cur priorem tantum Hincmari partem Quesnellus descripsit? Nec Leo igitur, nec Hincmarus ullibi indicant nullum robur obtinere decretalia constituta, quæ contra canonum disciplinam fuerint promulgata. Hac in sententia numquam mutari posset disciplina, quam canones semel statuisent: nec ulla cujusque auctoritate ferri possent decreta, quæ pro varietate temporum atque circumstantiarum aliter constituerent. Confer quæ in hanc rem animadvertimus in Observ. ad Serm. 4. S. Leonis tom. 1. col. 465., ubi alium Quesnelli locum excussimus.

1 Quo sensu S. Leo petram super quam Ecclesia edificata est, explicaverit de fide, non excluso Petro, nec Apostolicæ Sedis auctoritate ullatenus imminuta, fusius ostendimus in Observat. ad Serm. 2. tom. 1. col. 461.

fe fert necessario mendosa illa lectio, auctoritate antiquorum canonum, ecclesiasticæque numquam interruptæ consuetudinis profcribitur, cujus discutiendæ locus opportunior infra occurret.

4. IPSUM VERO SECUNDUM DEFINITA CANONUM, &c. Totus hic locus subobscurus est. Hoc tamen videtur asserere: 2 jus illud relationis, quod Sedi Apostolicæ compete-  
 2 bat, sanctorum Conciliorum auctoritate pro reverentia Principis Apostolorum illi esse collatum. Quod discrete Innocentius asserit epist. ad Victricium Rotomagensem cap. 3. qui jus illud ex veteri quoque consuetudine repetit. *Si quæ autem causæ, inquit, vel contentiones inter Clericos tam superioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, ut secundum Synodum Nicænam congregatis ejusdem Provinciæ Episcopis iurgium terminetur, nec alicui liceat (sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui debet in omnibus causis reverentia custodiri) relictis his Sacerdotibus, qui in eadem Provincia Dei Ecclesiam nutu divino gubernant, ad alias convolare Provincias. Si vero majores causæ in medio fuerint devolute, ad Sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit, & vetus consuetudo exigit, post judicium episcopale referantur.* Gelasius item Papa Commonitorio ad Faustum: *Ipsi sunt, inquit, Canones qui appellationes totius Ecclesiæ ad hujus Sedis examen deferri voluerunt.* Quin eandem Synodum, eosdemque Canones, Gelasius, Leo, & Innocentius Pontifices Romani in mente habuerint, dubitari vix posse existimo. Sed 3 quinam Canones illi fuerint, disceptatur ab eruditis. Totus ille Papæ Innocentii textus mox transcriptus ad Nicænos referendus videtur illustrissimo Petro de Marca lib. 1. Concordiæ Sacer. & Imp. cap. 10. Aliter olim intellexit Hincmarus Remensis epist. 9. cap. 12. & duo priora capita ad Synodum Nicænam pertinere, postremum vero ad Sardicensem existimavit. Diversam ab utroque sententiam inire me cogunt rationes inferius exponendæ, & totum illud Sardicensi Concilio tribuere, cujus Canones sub Nicænæ Synodi nomine prætis illis temporibus a Romanis Episcopis laudatos fuisse, testes sunt Innocentius ipse, Zosimus, & nolter Leo epist. 40. (nunc 44.) In quem errorem qua ratione incidierint, Codex Romanus, quo publicum beamus, manifestum facit. Non, inquam, Nicænos, sed sub Nicæni Concilii nomine Sardicenses adducere mihi videtur Innocen-

tius I. quia agit de Clericis tam superioris, quam inferioris ordinis inter se litigantibus, de quibus Synodus Nicæna sermonem non habet Can. 5. quem ab Innocentio notatum putant; sed tantum de iis, qui a proprio Episcopo sunt excommunicati, sive sint ex laico ordine, sive ex Clero: quod iad Clericos superioris ordinis, qui depositioni, non excommunicationi, subiacebant, minime pertinet; nec cum iurgiis eorundem inter se, de quibus loquitur Innocentius, ullatenus convenit. Conveniunt vero quam maxime ejusdem Pontificis verba cum Canone 3. Sardicensi, cujus hic titulus apud Dionysium Exiguum: *Ut inter discordes Episcopos comprovinciales Antistites audiant: quod si damnatus appellaverit Romanum Pontificem, id observandum quod ipse censuerit.* Deinde de his, qui relictis Provinciæ suæ Sacerdotibus ad alias judicandi convolant, ne verbum quidem in Nicæno; in Sardicensi autem plura reperiuntur. Denique de relatione ad Apostolicam Sedem post episcopale judicium faciendâ in causis majoribus, prorsus tacent Nicæni Patres; ex professo autem Sardicenses agunt Can. 3. 4. & 7. Quare argumentum illustrissimi Petri de Marca assumens, sententiam oppositam sic confirmo. De eadem Synodo hic intelligendus est Innocentii textus quantumcumque est; at in posteriori loco Sardicensis intelligenda, non Nicæna: in prioribus ergo pariter ad Sardicenses animum advertebat Innocentius.

#### A D E P I S T O L A M V I .

A P U D Q U E S N E L L U M I V .

*Anastasio Episcopo Thessalonicensi .*

**H**anc epistolam acceptam referimus doctissimo viro, deque ecclesiastica antiquitate bene merito Lucæ Holstenio Vaticanæ & Basilicæ Canonico & Bibliothecæ Præfecto. Eam in Collectione Romana inter acta Synodi Romanæ sub Bonifacio Papæ II. habitæ insertam publicavit Romæ an. 1662. editionem ab illo cœptam procurante post ejus obitum Eminentissimo doctissimoque Cardinale Francisco Barberino. Ejusdem fragmenta anno 1648. jam emiserat in lucem in Opere de Eccles. Orient. & Occid. consensione, in addendis p. 1368. Leo Allatius; sed plurimis mendis scatentia.

Col. 619

CUM

#### E D I T O R U M A D N O T A T I O N E S .

2 Etsi relationis jus, præsertim in majoribus causis, quod Sedi Apostolicæ competit, in sacris canonibus asseratur; ex altiori tamen primatus jure, quod divinam originem agnoscit, provenit. Hinc ante omnes canones, qui de hac relatione decernerent, aliquot ejusmodi relationes ad Romanos Pontifices delatæ inveniuntur inter ea pauca documenta, quæ ex prioribus sæculis supersunt. Appellationum quidem jus in causis majoribus ex primatu

divini juris proficisci ostendimus in Observationibus ad Dissert. V. Quesnelli part. 1. c. 7.

3 Cum in canonibus Sardicensibus de causis Clericorum inferioris ordinis nihil constituitur, nisi canone 16. ubi finitimos Episcopos interpellare permittitur; probabilior est Hincmari sententia, quam P. Constantius propugnat in Innocentii epist. 1. tom. 1. Epist. Rom. Pontif. pag. 749. not. a.

ol. 620. ap. 2. 1 CUM NOSTRA VICE, &c. Ne erudite jam tractata retractemus, consule clarissimum virum Stephanum Baluzium in Appendice libri 5. illustriss. Petri de Marca de Concord. Sacerdot. & Imperii, cap. 22. ubi ex hac epistola & aliis arguit Vicariatum Theffalonicensem huic Ecclesiæ fuisse tributum, nec personale tantum privilegium fuisse. Vide etiam, si lubet, Franciscum Florentem Tract. 6. ad tit. de Electione & Electi potestate, Petrum Franciscum Chiffletium in Notis ad Vigilium Tapsensem; ubi contra Lucæ Holstenii sententiam disputat.

ol. & ap. iisd. 2. PROPTER CUSTODIAM REGULARUM. Sicut partes hæc sunt potissimæ Romani Pontificis tamquam in Ecclesia universa capitis, divinæ legis esse vindicem, propugnatorem Traditionis, Canonum custodem, paternarumque constitutionum executorem assiduum; ita his, quos per varias partes orbis christiani vice sua delegat, hæc maxime & unice cura incumbit, Regularum seu Canonum custodiæ invigilare, & in speculis esse: *Ne quid illicitum*, ut Leo loquitur epistola sequenti (*nunc antecedenti*) a quoquam *presumatur* adversus Canones. Qui si ubique & ab omnibus rite serventur, jam pene otiosa est delegata Vicariorum in aliis Ecclesiis potestas. De propria quid sentiret sanctissimus Papa Gregorius I. aperit ipse lib. 7. epist. 65. ad Joannem Syracusanum Episcopum.

bidem. 3. CERTA TUM PRIMUM RATIONE COMMISSIT. Quo sensu Vicariatus Theffalonicensis initia sua Siricio debeat (quæ Damaso tribuuntur ab Innocentio I. Nicolao I. & Joanne III. Romanis Pontificibus, quod & manifestum est ex epistola Damasi ad Acholium Theffalonicensem ab Holstenio edita in Romana Collectione) vide in Appendice lib. 5. Petri de Marca cap. 23. ubi supra laudatus Baluzius primum hujus dignitatis velut crepusculum, quod sub Damaso cæpit illucescere, a majoribus ejusdem incrementis *certa quadam ratione* a Siricio pri-  
Tom. II.

num firmatis, recte distinguit; ut facile sit utramque opinionem conciliare.

4. SICUT ENIM PECCATA ET QUÆ, &c. Col. 621. Has duas voces, *sicut enim*, supplevimus; Cap. 3. & *abolerentur* pro *abolebuntur* reposuimus ex conjectura, non temeraria, ut puto, sed quam complendi sensus necessitas confirmat. Ceterum hæc verba de bigamia etiam post baptismum remanente a Leone transcripta videntur ex cap. 3. epist. Innocentii I. Rufo, Eusebio, &c. Episcopis Macedoniæ, circa cujus tempora contrariam sententiam tenebat Hieronymus scribens ad Oceanum epist. 83. quem S. Augustinus tacito nomine reprehendere videtur lib. 1. de bono conjugali cap. 18. ubi veram opinionem tueri: opinionem dico, quia nullum ea de re Canonem seu Constitutum videtur ob oculos habuisse.

5. QUISQUIS VERO A METROPOLITANIS EPISCOPUS, &c. Ita corrigendum censuimus Holstenii exemplar \* Vaticanum, quod habet, si tamen habet: *Quisquis vero de Metropolitanis Episcopis*: quod manifeste contra mentem Leonis est. Non enim hic agit de Ordinatione Metropolitanorum, quam post aliquot lineas attingit; sed de provincialibus tantum, qui inconsulto Vicario Illyrici a Metropolitanis ordinabantur Episcopis: quod & ex epistola subsequente (*nunc precedente*) comprobatur cap. 5. & ex 12. (*nunc 14.*) ad eundem Anastasium cap. 6. Latum revera inter utramque Ordinationem discrimen ponit: omnes enim Metropolitanos non modo consulto Vicario Illyrici, sed ab ipso consecrari vult: alios provinciales Episcopos, non a Vicario, sed a propriis Metropolitanis, qui de Ordinatione ad Vicarium Illyrici referant, ordinari præcipit. Contra istos pœnam non edicit, quoniam metuebat ne minis offensi Metropolitanis Vicariatus a se 3 jugum abjicere tentarent, quod ab illis agre susceptum ipsæ Leonis litteræ indicant: at Episcopis, inconsulto Theffalonicensi ordinatis, denuntiat  
Pppp nullam

Ibidem  
Cap. 4.  
\* Leg:  
Barberinum.

3

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Immo vero personale privilegium fuisse, quod morte cujusque Pontificis exspiraret, hinc colligi posse videtur: quia Anastasius licet a Xysto antea creatus Apostolicæ Sedis in Illyrico Vicarius, ejusdem tamen prærogativæ confirmationem a Leone petiit; & S. Pontifex ipsi annuens, idem privilegium ita concessit, ut encyclicam ea de re ad omnes Illyrici Metropolitanos transmisit: quæ novæ delegationis notitiam necessariam præsumunt.

2 Non satis fuit Quesnello *maxime*; restringendam adhuc duxit Vicariorum Apostolicorum auctoritatem & unice, si præter id quod ad custodiam canonum pertinet, nihil aliud Vicariis Apostolicis tribui facultatis possit. At cum Romanus Pontifex præter custodiam canonum, pro suo divini juris primatu multa alia potest in tota Ecclesia; tum alia potest quibusdam vice sua in provinciis committere, prout ex circumstantiarum ac tem-

porum varietate crediderit expedire. Ita vel antiquis temporibus quædam demandata leguntur Episcopo Theffalonicensi, aliisve in aliis provinciis, quæ ad custodiam canonum necessaria non erant. Num huic fini opus erat Theffalonicensi reservare Metropolitanarum ordinationes? Num caussarum episcopialium cognitionem & definitionem ipsi tribuere? Num Synodis cogendis ejus consensum, aut præsentiam requirere? Num formatarum jus eidem vindicare? quæ tamen in litteris Cælestini, Xysti, ac Leonis Episcopis Theffalonicensibus tribuuntur.

3 Jugum ne appellari potest Vicariatus Apostolicus, quo Romani Pontifices jam inde a Damaso vel Siricio pro suo, quod postea vocarunt patriarchalem, in totum Occidentem jure, ob disciplinæ canonumque custodiam in Illyrico instituerunt?

nullam ab eo status sui habituros esse firmitatem.

Col. 622. 6. VOCEM APPELLATIONIS. Ratio excep-  
 Cap. 5. tionis est, 4 quod Illyricianæ Provinciæ,  
 4 ut Occidentalium partium quædam portio,  
 ad Romanum Pontificem jure peculiari per-  
 tinebant. Ceterum quod hic de appellatio-  
 nibus scribit S. Leo, id ex Sardicenisibus Ca-  
 nonibus asserit, ut veteris instituti & reve-  
 rentiæ Sedis Apostolicæ mentio testatur:  
 qui Canones Orientalibus ignoti erant tunc  
 temporis.

Col. ead. 7. CIRCA QUOS PAR CONSECRATIO FIERI  
 Cap. 6. DEBET. Procul abest, ut sententiæ, quæ S.  
 Hieronymo tribuitur, obsecundet Leo nos-  
 ter, dum parem consecrationem Presbytero,  
 immo & Diacono cum Episcopo tri-  
 buit. In multis quidem tres hi gradus con-  
 veniunt. servata tamen ubique Episcopis &  
 Presbyteris dignitatis suæ prærogativa. Id  
 porro, in quo paritatem suggerit S. Leo in-  
 ter triplicis illius Ordinis viros, proculdu-  
 bio impositio manuum est, qua tam Dia-  
 cono quam Sacerdotes consecrantur. Unde  
 quod ait auctor Commentariorum in epis-  
 tolas Pauli, qui Damaso Papæ æqualis fuit,  
 & Ambrosius dicitur: *Episcopi & Presby-  
 teri una Ordinatio est*: idem & de Diacono  
 potest asseri. Qua de causa non dubita-  
 vit Optatus lib. 1. Diaconos Sacerdotii no-  
 mine ornare, cum lapsos in persecutione  
 recensens: *Quid, inquit, commemorem lai-  
 cos, qui tunc in Ecclesia nulla fuerant di-  
 gnitate suffulti? Quid Ministros plurimos?  
 Quid Diaconos in tertio? Quid Presbyteros  
 in secundo Sacerdotio constitutos? ipsi apices  
 & principes omnium, aliqui Episcopi, &c.*  
 Immo & Subdiaconum Epiphanius Sacer-  
 dotem esse aliquo sensu insinuat, cum lib.  
 3. advers. hæreses in exposit. fidei num. 21.  
 ait Subdiaconum, sicut & alios superiorum  
 Ordinum Clericos, ab uxoribus se abstinere,  
 non vero Lectorem: *Quippe Lector, in-  
 quit, non Sacerdos est, καὶ γὰρ οὐκ ἐστὶν ἱερεὺς  
 ὁ ἀναγνώστης* Nam Presbyteri, inquit In-  
 nocentius PP. epist. ad Decentium Eugu. *li-  
 cet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen api-  
 cem non habent*. Hinc porro aliter de Sa-  
 cerdotio differere cogimur, quam solet a  
 plerisque differi, qui Presbyteratum primum  
 sub oculis habentes, Episcopatum aliud ni-  
 hil, quam Presbyteratus extensionem &  
 ampliationem quamdam existimant: cum po-  
 tius primo conspectu intueendus sit Episco-  
 patus, tamquam Sacerdotii apex summus,  
 plenitudo, ac perfecta, ut ita dicam, tota-  
 litas; a Pontificatu vero ceteri gradus vel-

Hilario  
 Diacono  
 tribuitur  
 commen-  
 tarius iste.  
 Cap. 3.  
 in ep. 1.  
 ad Ti-  
 moth.

uti portiones quædam delibantur, ac certis  
 quibusdam officiis & ministeriis pro Eccle-  
 siæ necessitate circumscribuntur. Nam in  
 Episcopo, inquit Commentator Anonymus  
 jam laudatus, omnes Ordines sunt: quia pri-  
 mus Sacerdos est, hoc est, Princeps est Sa-  
 cerdotum, & Propheta, & Evangelista, &  
 cetera adimplenda officia Ecclesiæ in ministe-  
 rio fidelium; tamen postquam omnibus locis  
 Ecclesiæ sunt constituta, & officia ordinata,  
 aliter composita res est, quam cœperat. In-  
 telligit autem auctor ille per Evangelistam,  
 Diaconum; & per cetera Officia, Lectores  
 & Exorcistas. His bene intellectis, intelli-  
 get quisque pariter quid sibi velit sanctus  
 Pontifex, cum hic asserit Presbyteros &  
 Diaconos dignitatem officii sacerdotalis acci-  
 pere, (quamquam non Sacerdotium, sed of-  
 ficium sacerdotale, dicit) & quantopere dis-  
 crepet saltem in loquendi modo a Canone  
 qui dicitur esse Concilii Carthaginensis IV.  
 negatque Diaconos Sacerdotii vim & con-  
 secrationem consequi: *Diaconus cum ordina-  
 tur, solus Episcopus, qui eum benedicit,  
 manum super caput ejus ponit: quia non  
 ad Sacerdotium, sed ad ministerium conse-  
 cratur*.

8. CONTRA CANONES ET TRADITIONEM Ibidem.  
 PATRUM. De Traditione apostolica, cujus  
 oblitus vel nescius Anatolius Episcopus CP.  
 Aetium in Presbyterum sexta Sabbati ordi-  
 narat, meminit sanctus Leo epist. 84. (nunc  
 III.) cap. 2. Eandem allegat in ep. 11.  
 (nunc 9.) ad Dioscorum; sed in neutra  
 Canones commemorat; nec revera ullos ha-  
 bemus ante ejus tempora, quibus scilicet  
 ejusmodi Ordinationes qualibet die celebra-  
 ri prohibeantur: forte quia nullus contra  
 Traditionem & consuetudinem abiens, con-  
 dendo Canoni occasionem dederat. Per Ca-  
 nones igitur nihil aliud Leonem velle arbi-  
 tror, quam Regulam ecclesiasticam solo  
 usu & Traditione ecclesiastica firmatam,  
 quomodo sæpe sæpius usurpare videtur.

AD EPISTOLAM VII. Col. 623

APUD QUESNELLUM VIII.

*Episcopis per Italiam constitutis.*

Septem Codd. MSS. ad quos relegimus  
 hanc epistolam, inter se non conveniunt  
 de titulo. Corb. & Thuan. 1. sic habent:  
*Universis Episcopis per diversas provincias  
 constitutis. Bellovac. universis Ecclesiis per  
 Italia provincias constitutis. Thuanus unus,  
 uni-*

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Si Illyricianarum provinciarum appella-  
 tiones ad Romanum Pontificem jure peculiari  
 pertinebant, nimirum uti Patriarchæ Occiden-  
 tis, quia erant Occidentalium partium quædam  
 portio; ad ipsam altiori jure spectabant ex to-  
 ta Ecclesia, quia tota Ecclesia eidem uti pri-  
 mati a Christo subjecta fuit: unde canones

Sardicenses non de solis Occidentalium, sed &  
 de Orientalium appellationibus ad Romanam  
 Sedem statuerunt: quos quidem canones Ori-  
 entalibus fuisse tunc tempore ignotos, quem-  
 admodum hic Quesnellus repetit, falsum pro-  
 bavimus in Observat. ad Dissertat. V. part. 1.  
 cap. 6. num. 16.

*universis Episcopis per Siciliam constitutis*. Thuan. tres Dionys. Exig. & Isidorus *universis Episcopis per Italiae provincias*. Edit. vulg. *per Italiam*. Qui sciunt magnas sæpe difficultates ex hujusmodi titulis vel emergere vel dissolvi, non mirabuntur ista a nobis adeo scrupulose annotata.

Ex hujus maxime epistolæ verbis conflata sunt commentitiæ litteræ Anastasii Papæ I. ad omnes Germaniæ, & Burgundiæ Episcopos; finis etiam epistolæ Lucii Papæ ad Gallos & Hispanos, & Rescripti Marci Papæ ad Athanasium de Canonibus Nicænis, ex hujus pariter sine coalescit.

Col. 628.

## A D E P I S T O L A M IX.

APUD QUESNELLUM XI.

*Dioscuro Episcopo Alexandrino.*

1. **H**Æc epistola extra suum hætenus locum vaga, hic reponenda mihi videtur. Certum est enim ex ipsiusmet initio scriptam fuisse a S. Leone ad Dioscorum, cum hic Alexandrinæ Ecclesiæ præesse inciperet: *Tua*, inquit, *firmius fundare desideramus initia*: quorum initiorum seu ordinationis nuntius Possidonius Presbyter adhuc tunc Romæ versabatur. Constat autem ad hanc sedem evectum esse anno 444. tum quia hujus anni mense vel Februarii secundum Latinos, vel Junio secundum Græcos decessit ex hac vita illius prædecessor Cyrillus; tum quia Dioscorus depositus est ab Episcopatu septimo ordinationis suæ anno, ut testatur Liberatus Diaconus cap. 13. hoc autem mense Octobri an. D. 451. contigit, ac proinde ejus ordinationis cadit in annum 444. Non potuit vero eodem anno scribi epistola, quo creatus est Dioscorus; cum ad tantæ sedis Episcopi electionem & consecrationem plures menses necessarii fuerint, nec nisi post alios plures Possidonius ordinationis nuntius mitti potuerit ad Romanum Pontificem, & ab eodem litteras ad Dioscorum accipere perferendas, unde nec citius, nec tardius scripta est quam Kalendis Julii anni 445. Quis porro fuerit Dioscorus tota clamata ecclesiastica sæculi quinti historia, testanturque ejus nomine ad hanc usque diem dicti hæretici. Ejus electioni suffragata erant *spiritualis vel specialis gratia merita*, ut eodem Præfationis loco habet Leo noster: *Velox siquidem fama*, ut loquitur Theodoretus ad ipsum Dioscorum scribens, *quaquaversum discurrens omnium aures gloria ejus repleverat*; *maxi-*  
*Tom. II.*

Epist. 60.  
Theodor.

*me autem omnes predicabant ejus animi modestiam*. Quantopere utrumque fama fefellerit, quartus post annus in latrocinio Ephesino edocuit.

2. EXORDIA DELIGANTUR. Post ista verba, nescio quo pacto, hæc alia irrepererunt in omnia excusa exemplaria: *Hoc est sub lege divini officii substituantur*: quæ nos expungenda censuimus, tum quia desiderantur in MSS. Cod. Grim. Vict. Cantabr. & Thuanæo, immo & apud Gratianum, & Isidorum tam excusum, quam MS. tum propterea quod sensum omnem hujus loci subvertunt. Agitur enim de delectu diei & horæ conferendæ benedictionis sacerdotalis & leviticæ, pro qua *ejus noctis, quæ in prima Sabbati lucefcit, exordia deligi* præcipit S. Leo: non autem de delectu ministrorum consecrandorum, ut imperitus ille glossator intellexit: cui forsitan imposuere Codices MSS. similes Thuanæo & Cantabrig. in quibus legitur: *Exordiis consecrandi deligantur*.

Col. 629.  
Cap. 1.

3. Ex his porro & adjacentibus verbis nascitur apud nonnullos duplex difficultas: una, an quodlibet Sabbatum, vel quælibet Dominica per annum occurrens designetur a S. Leone tamquam ordinationi sacerdotali & leviticæ constituta; an vero solum Sabbatum sanctum & anniversaria Dominicæ Resurrectionis solemnitas? Altera difficultas est, utrum nox Sabbatum consequens ad hanc consecrationem delecta fuerit, ut pars Sabbati antecedentis, an ut pars instantis Dominicæ? Uterque nodus facile solvitur, si paullo attentius Leonis verba considerentur, & redeant in mentem temporis illius mores & disciplina. Tantum enim abest ut Sabbato solum sancto ministrorum Ecclesiæ consecratio fieret, ut potius i numquam illa die facta mihi fuisse videatur, non Leonis tantummodo, sed plurimorum etiam successorum ejus temporibus: unde titulus huic epistolæ hætenus præfixus merito a nobis expungendus fuit, qui ordinationem sacerdotalem Sabbato sancto celebrandam asserbat. Ut autem hoc fieri non potuisse credam, facit solemnitas baptismi, cui conferendo paschalis dies consecratus erat; ita ut dies sanctam hanc solemnitatem antecedentes toti infunderentur scrutiniis, exorcismis, catechismis, aliisque conferendo baptismi præviis cæremoniis: & ipsa Octava Paschæ, Octava Neophytorum appellaretur. Hinc est quod Gelasius I. PP. qui ordinationes certis temporibus fieri præcipit, scribens Episcopis per Lucaniam & Brutios constitutis, de Sabbato sancto mentionem non facit, quamvis de quatuor solitis anni tem-

Ibidem.

Pppp 2 por-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Si de die paschali, qui a vigilia Sabbati sancti initium sumit, hæc intelligantur; vera fortassis sunt de Romana & aliis plerisque etiam Ecclesiis, non autem de omnibus. Certe enim in Veronensi Ecclesia S. Zenonis ævo ministrorum promotiones peragebantur die Paschatis, seu in pervigilio Paschæ, idest Sab-

bato sancto, ut ex tractatu ejus 50. libri secundi perspicue (ut nobis quidem videtur) colligere licet, uti monuimus Adnotatione 4. in eundem sermonem pag. 261. quod testimonium antea non observatum ad antiquam originem sacrarum ordinationum in Sabbato sancto demonstrandam mirifice confert.

poribus exacte meminerit. *Ordinationes*, inquit, *Presbyterorum & Diaconorum*, nisi certis temporibus & diebus exerceri non debent, id est quarti mensis jejunio, septimi & decimi, sed etiam quadragesimalis initii, ac medianæ hebdomadæ & Sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas. De Sabbato sancto itidem silent, dum alios dies prædictos numerant, Synodus Romana sub Zacharia PP. an. Dom. 743. C. 2. Lemovicensis sub Benedicto an. 1034. Claromontana sub Urbano II. an. 1095. IX. &c. Quamvis autem hoc non constaret, ut certe constat, manifestum tamen esset nihil de Sabbato sancto haberi in hoc Leonis loco, quod ad Ordinationem spectet. Cum enim inquirat ad quam diem noctis Sabbatum excipientis initia pertineant, concludit ad diem Resurrectionis, id est, ad diem dominicam pertinere, atque id evincit adducto Sabbati sancti exemplo, cujus noctis initia ex solemnitate Officii Ecclesiastici & Baptismi collatione, certum est ad diem dominicam pertinere. Hoc semel constituto, restat examinandum, an certi aliqui dies dominici Ordinationi deputarentur; an vero quemlibet ad id eligere permitteretur? Quod postremum apud me certissimum est. 1. Quia nullum in particulari designat Leo noster, nullumque proinde excludit, uti nec ante ipsum factum fuisse deprehendimus. 2. Ex hodierna etiam consuetudine cognoscimus dominicum quemlibet diem ex auctoritate consuetudinis antiquæ, Traditionis Apostolicæ, & sacrarum Scripturarum, ex quibus arguit S. Leo, ad Episcoporum consecrationem assumptam fuisse. Si autem Episcoporum, proculdubio & Presbyterorum ac Diaconorum: nullum enim discrimen, quo ad diem Ordinationis, inter utrosque ponit sanctus Leo in præsentis epistola. 3. Mos iste vigeat aureis illis temporibus, ut quo citius fieri poterat, Ecclesiæ Pastore suo viduatæ per alterius Pontificis electionem subveniretur; sicut vidimus etiam Calchedonensi decreto cautum fuisse.

Alteri demum quæstioni satisfiet sine ullo negotio: satis enim ex hac sola epistola perspicuum est noctem illam, quæ celebrandis Ordinationibus eligebatur, ad Dominicam pertinuisse. Primum enim sanctus Leo expresse asserit satagendum esse Dioscoro, ut his, qui consecrandi sunt, numquam benedictio nisi in die Resurrectionis dominicæ tribuatur, cui a vespera Sabbati initium constat ascribi. Deinde dum recenset illustriora mysteria quæ die dominica contigerunt ex divina ordinatione, satis innuit, & per diem dominicæ Resurrectionis eam intelligi debere, quam nunc Dominicam absolute vocitamus: nec Sabbatum, sed ipsam Dominicam ex Apostolorum instituto consecratio-

Vide Dis-  
sert. 6. de  
jejunio  
Sabbati.

ni Sacerdotum fuisse dedicatam. Denique, ut alia multa missa faciamus, illud indicat Urbanus secundus in Concilio Claromontano citato, cum præcipiens ut Ordines Sabbato quatuor temporum celebrarentur, addit: *Et tunc protrahatur jejunium usque ad vesperas, & si fieri potest usque ad crastinum, ut magis appareat in die dominico Ordines fieri.* Nihil enim magis evincit hanc sacratissimam diem Ordinibus conferendis destinatam fuisse: quam quod ne tunc quidem ejus consuetudinis memoriam penitus aboleri voluerunt sancti Pontifices, cum rationes magni, ut credere par est, momenti ad illam mutandam eos impulere. Cujus mutationis varii per succedentes sibi ætates fuisse gradus. Primum enim extra dubitationem omnem esse videtur hanc cæremoniam ipso die dominico inter sacras Synaxes celebratam fuisse ab Apostolis, & apostolicorum temporum Episcopis: idque hora diei tertia, quæ sacris mysteriis agendis semper assignata fuit.

Postmodum ingruente persecutione Gentilium, cum iidem cætus antelucanis horis agi cæperunt a Christianis, ut videlicet diurnam hostium fidei diligentiam eluderent, eadem quoque hora Ordinationes celebratas fuisse verisimillimum est. Quod postea etiam reddita Ecclesiæ pace continuatum: unde inductæ Sabbati Vigiliæ, de quibus Leo noster: tum ne consuetudinis sanguine Martyrum veluti consecratæ memoria aboleretur: tum ut Resurrectionis dominicæ, quæ summo mane contigit, honor eadem hora exhiberetur: tum denique ne Sabbati jejunium ad ulteriorem Dominicæ partem continuatam tam consecratam Episcopum, quam consecratos nimum fatigaret. Quæ ratio, opinor, in causa fuit, ut sensim a mane dominico ad initia noctis; deinde a noctis exordio ad antecedentis Sabbati Vesperam, ut ex Gelasio supra citato patet: post a Vespera ad meridiem: denique a meridie ad matutinas horas, ut fit hodie, Ordinatio retrogrediens, tandem revocata sit.

Quod autem quidam ajunt ob eam rationem circa noctis initia celebratas esse Ordinationes, ne Officium Dominicæ per occurrentem hujus consecrationis solemnitatem impediretur, verum esse non existimo: quemadmodum enim in ipso Resurrectionis die, immo & per totam Octavam Paschæ totum Officium Ecclesiæ Neophytos attinebat; ita nullum erat aliud Dominicæ Officium, nulla sacrificii oblatio in die Ordinationis, quam quæ ipsius gratia celebrabatur. Quod ita verum est, ut cum ad diem Sabbati revocata est Ordinationis solemnitas, in eundem quoque diem translatum sit 2 Missæ Officium, & Dominica sequens proprio ca-

2

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Cum omnes codices Sacramentarii Gregoriani exhibeant orationes proprias ad Missam Sabbati ordinationis, & proprias item Domi-

nica, quæ ordinationis Sabbatum subsequitur; verum esse nequit, ob traductas ordinationes in diem Sabbati pro die dominico, totum quoque



ruerit : unde & Dominicæ vacantes , ad hunc usque diem appellatæ sunt illæ , quæ Sabbathum Ordinationis subsequuntur , quæ hodie quidem Officio suo gaudent , sed ex præcedentium dierum Officiis composito , Vide Micrologum Capite 29.

Col. 631.  
Cap. 2.

4. UT QUOTIES BASILICAM, IN QUA AGITUR, PRÆSENTIA NOVÆ PLEBIS IMPLEVERIT, TOTIES SACRIFICIUM SUBSEQUENS OFFERATUR, &c. Plurima disciplinæ antiquæ capita notanda hic tibi veniunt tam in his verbis, quam in aliis annexis.

Primo enim docemur hanc tunc temporis Romanæ Ecclesiæ consuetudinem fuisse, ut quoties populi numerosioris concursus exigeret, Sacrificii oblatio iteraretur. Hoc enim ab Alexandrinis observari similiter postulat : *Ut, inquit Leo, in omnibus observantia nostra concordet.* Quod in Africanis Provinciis eadem Leonis nostri ætate pro minoris etiam momenti causis factitatum esse legimus libr. de prom. & præd. dimidii temporis cap. 6. nimirum cum peracto matutino Sacrificio puella quædam de potestate dæmonii eruta esset, *Oblatio RURSUM gratiarum actionis pro ea fit, Sacrificiique percipiens certam partem puella, prisco est redita usui.* Immo ex Concilio Carthaginensi anni 397. can. 8. qui Codicis Africani 41. liquet iteratam fuisse Missæ celebrationem, oblatumque etiam pomeridiano tem-

pore Sacrificium pro mortuis : *Si aliquorum, inquit, pomeridiano tempore defunctorum, sive E iscoporum, sive ceterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt jam pransi inveniuntur.* Igitur si jejuni inveniuntur nihil prohibet, quin etiam pomeridiano tempore celebraretur, etiam si matutinis horis jam celebratum esset.

Secundo S. Leo Sacrificii iteratam oblationem non novellæ consuetudinis esse ait in Romana Ecclesia, sed antiquæ institutionis, quæ ex forma paterna traditionis infederat.

Tertium inde consequitur : scilicet non canone, non lege aliqua ecclesiastica, sed sola consuetudine istud inventum in Ecclesia Romanam, sive etiam in Africanam : ubi ex arbitrio Pontificis repetitionem Sacrificii, e vestigio ac pro re nata decerni videmus.

Quarto licentiam istam non extendit Leo ad quamlibet dominicam diem, ( quæ 3 sola mysteriis celebrandis Romæ deputabatur ) sed ad solemniorum festivitatem tantummodo, hocque solo casu ac conditione, cum populus solito numerosior concurreret ad Basilicam,

Quinto non semel tantum & iterum offerri potuisse, sed *toties quoties Basilicam in qua agitur, præsentia novæ plebis impleverit.*

Inde natam puto consuetudinem bis, vel ter celebrandi in aliquot solemnitatibus, puta

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

que Officium Missæ translatum fuisse in Sabbathum, Dominicam vero Missæ Officio fuisse expertem. Quis credat hos dominicos dies divino cultui æque ac ceteros semper in Ecclesia addictos sacrificio caruisse? Quod si hæ Dominicæ vacare in iisdem Sacramentariis traduntur, id aliter quam de sacrificio intelligendum est. In MS. Gregoriano Sacramentario Ottoboniano apud Muratorium, quod omnium antiquissimum est, cum omnibus diebus dominicis indicentur antiphonæ, responsoria, offertorium, & communio, quæ a choro canebantur; solum in quatuor Dominicis subsequentibus Sabbata quatuor temporum ordinationibus jam deputata hæc omnia omituntur. Id autem indicio esse videtur, in his quatuor Dominicis non Missam, nec totum Officium Missæ, sed solum officium laboriosius cantus antiphonarum, responsoriorum &c. fuisse omissum ea forte de causa, ut ministris labore & prolixiori cantu sacrarum ordinationum laxatis parceretur: & hoc sensu hæ Dominicæ dicebantur *vacare*, nimirum officio cantus; ac propterea quæ incidebant in Adventum, & Quadragesimam, cum stationes debuissent recipere, statione etiam ac processione vacabant. Quod si harum quoque Dominicarum antiphonæ, responsoria &c. notantur in Antiphonario Gregoriano, quod Card. Thomasius vulgavit; id posteriori accessioni tribuendum videtur, cum codex Ottobonianus a Muratorio editus, qui antiquior est, in his solis Dominicis nihil ejusmodi indicet. Hinc etiam tria MSS. a Monachis Maurinis laudata tom. 3. S. Gregorii pag. 672. not. h. Dominica secunda Quadragesimæ Officio carent, & solas orationes ad Missam pertinentes præferunt: ibi

que iidem editores notarunt: *Forte hac Dominica Missa quidem celebrabatur, sed ob nimium Sabbati præcedentis laborem nihil canebatur.* Fortassis vero ipse Quesnellus pro cantu antiphonarum, responsoriorum &c. *Missæ officium* accepit.

3 Nonnulla in sequentibus nobis incerta aut difficilia sunt. Quod hic affirmat Quesnellus, *solam diem dominicam Mysteriis celebrandis Romæ deputatam, concedi potest, si eo sensu affirmat, quod aliis ferialibus diebus nullo peculiari festo celebratis, nulla certa & solemnibus Missa esset præscripta.* At si id eo sensu affirmat, ac si aliis diebus Missæ sacrificium non offerretur; quo id fundamento fulciatur, ignoramus. Si enim hoc collegit ex Sacramentariis Gelasiano, & Gregoriano, ubi solis Dominicis, non autem ferialibus diebus, præter Quadragesimæ tempus, Missæ assignantur; nonne in antiquiori Sacramentario, quod Leoni attributum hoc tomo edidimus, nullæ Missæ propriæ leguntur ipsarum Dominicarum post Pascha ac Pentecosten, in quibus tamen sacrificium celebratum fuisse nemo ambiget? Sic ut autem hoc tempore, diebus dominicis propria Missa carentibus, celebrantis arbitrio Missæ e communibus sumebantur, ut in Præfatione ad idem Sacramentarium animadvertimus; ita post assignatas Missas cuique diei dominico, qui ferialibus diebus celebrabant sacrificium, Missas vel ex Dominica præcedenti, vel ex communibus repetebant: nec in Romana Ecclesia & Clero extinctus plane credendus est antiquus fervor, qui Hieronymi ac Augustini ævo in ea vigeat, ut scilicet plures quotidie communicarent; ac idcirco Deo quotidie sacrificium offerebatur.

puta 4 in Nativitate Domini, in Paschate, in Nativitate S. Joannis, in Natali Apostolorum, &c. ita ut non modo in eadem Basilica, eodemque Altari, sed & ab eodem Sacerdote Sacrificii repeteretur oblatio. De Paschate tamen dubitaverim antiquitus usurpatum, tum quia testem veterem non habeo, tum quia solemnis baptismi collatio, prolixæque circa baptizandos ac baptizatos cæremoniæ Missarum repetitioni obstabant.

Antiquæ tamen consuetudinis saltem Anglicanæ vestigium esse potest, quod a Stephano Laugton Archiepiscopo Cantuariensi statuitur in Concilio Oxoniensi anni 1222. can. 6. *Ad hæc duximus statuendum, districtius inhibentes, ne Sacerdos quispiam Missarum solemnia celebret bis in die, extra diem Natalis Domini, & Resurrectionis Domini.* Idem legitur in Constitutionibus Anglicanis tom. 2. Coll. Angl. circiter an. 1237. *vel in exequiis mortuorum, videlicet cum corpus alicujus eodem die fuerit tumulandum.* (In Collectione Conciliorum legitur in Ecclesia, quod merito in Provinciali Cantuariensi non legitur.) *Et tunc prima Missa de die, posterior vero pro defuncto celebretur.* Ita refert in Provinciali Anglicano Guillelmus Lindevvode, qui & alias causas repetendi eadem die ab eodem Sacerdote Sacrificii enumerat, hisque versibus exhibet:

*Una dies Missam tantum exposulat unam:*

*Excipitur defunctus certe cum peregrino, Infirmus, commens, Domini Natalis, & hospes,*

*Et mulier nubens, cum tempus labitur illi.*

Sexto sequitur non matutinis tantum horis celebrata esse sacra Mysteria, etiam in Festis solemnioribus, sed etiam vespertinis. Cum enim hora fere tertia, seu ut nostro more loquamur, hora nona matutina Sacrificium celebrari solitum esset, prolixioresque essent ritus precesque Sacrificio immixta; multoties peragi nequibant Mysteria matutino tempore, sed ad vespertinum usque protrahi spatium, necesse erat. Ad quod forte referenda mentio Missarum vespertinarum, quæ habetur in Concil. Agath. can. 30. & in Aurelianens. 3. can. 29. tametsi de jejuniorum diebus intelligi possit. Nisi ex necessitate pluries offerendi mutata fuerit hora: quod non improbabile videtur: & confirmari videtur his Leonis verbis: *Si unus tantum Missæ more servato, Sacrificium offerre non possint, nisi qui* PRIMA

DIET PARTE conveniunt. Ubi vix prima illa diei pars de hora tertia seu nona hodierna intelligi potest. Quod cum repugnare videatur consuetudini, quam modo commemoravimus, hora nona celebrandi, hoc modo conciliari posse mihi videtur, si dixerimus promiscuis Dominicis hora tertia seu nona celebratum esse: in solemnioribus vero festivitibus, de quibus hic Leoni sermo est, prima diei parte, hoc est summo mane peractum esse Missæ Sacrificium. Ratio discriminis hæc est, quod vigiliis nocturnis gaudebant istæ solemnitates, quibus peractis convenientissimum erat, ut populus jejunio ac vigilia fatigatus ad proprias domos, nec nisi post celebrata sumtaque Mysteria, dimitteretur. Ita fiebat ut aliis fidelium turmis Basilicam de novo implentibus, repetendæ oblationi sufficiens tempus haberetur. Hæc ipsa epistola testatur sæpe nonam horam præventam esse Sacrificio, cum scilicet mane ipso dominico die, a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, consecrationis sacerdotalis benedictio conferebatur, haud dubie inter sacræ oblationis Mysteria.

7. Cognoscimus hinc sufficientem sancto Leoni causam fuisse repetendi Sacrificii, populi devotionem, quam votis suis ac expectatione non privari, plenum pietatis atque rationis esse existimavit.

8. Notanda hæc loquendi ratio: *In qua agitur, qua sacrificium Missæ significatur: Agere enim & sacrificare idem sunt, unde & Actio dicitur ipsa consecratio in Canone: infra Actionem; & Agenda sæpe usurpatur pro Missa.* Conc. Carthag. 2. dictum, *Lectionarium Hieronymi nomen præferens, Regula S. Benedicti, Bedæ, & Capitularia Caroli Magni.* Plura videbis lib. 1. Cap. 3. *Rerum Liturgicarum Eminentissimi doctissimi que Cardinalis Bonæ, heu! nuper Ecclesiæ militanti præmatura morte erepti, non sine acerbissimo bonorum eruditorumque omnium dolore. Sed & priorem lege hujus epistolæ synopsis, cui etsi aliam subrogaverimus, quia & falsa, & barbara continebat, non erit tamen incongruum eam hic exscribere. Sic se habet.*

*De Ordinatione Presbyteri aut Diaconi, ut Sabbato sancto celebretur, id est, die dominico I. De festivitibus, ut si una AGENDA, id est, Missæ celebratio populis non suffecerit, nulla sit dubitatio iterari Sacrificium. II.*

9. Intelligimus, consuetudinem, quam in Romana & Africana Ecclesiis usurpari vidimus, in Alexandrina non viguisse tunc tem-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Consuetudo celebrandi ter in Nativitate Domini ex eo potius orta videtur, quod in tribus distinctis Romanis Basilicis distinctis horis hac die tres Stationes ac Missæ celebrarentur, primum in S. Maria Majori, dein in S. Anastasia, tandem in S. Petro, ut ex Sacramentario & Antiphonario Gregoriano col-

ligere licet. Idem forte aliis solemnitatibus accidit, quæ diversas Missas eodem die horis diversis celebratas recipiebant: ut olim die Natali SS. Apostolorum Petri & Pauli duæ Missæ canebantur in duabus eorundem Ecclesiis, altera in S. Petri, in S. Pauli altera.

temporis. An post Leonis admonitionem recepta sit, mihi non liquet. Antiquum in illa ritum, Romano posthabito, observatum esse, persuadet quod de recentioribus Græcis, Syris, aliisque Orientalibus viri docti referunt. *Maronitæ Syri*, inquit Morinus, *consuetudines Græcorum ut plerumque sequuntur ... semel tantum singulis diebus Missam in Ecclesia celebrant; nec sine urgente necessitate & Episcopi licentia bis in die super uno & eodem Altari sacrificant.* Hoc, puto, Morinus ex epistola Abrahami Echellenis Maronitæ, quam ad eum Roma scripsit anno 1654. Hunc eundem morem inviolatum ad nos usque conservasse Orientales omnes, Græcos, Moscovitas, Æthiopes, alibi etiam asserit idem Morinus: atque adeo unicum in eorum Ecclesiis Altare esse collocatum.

10. Animadvertite *offerendi* verbum etiam laicis attributum, quod sexcentis exemplis probare in promptu esset. Et revera ab universa Ecclesia Sacrificium Deo offertur, etsi ab uno solum Sacerdote consecratur. Hinc in sacra Liturgia: *Orate, Fratres, ut meum ac vestrum Sacrificium: & , Omnium circumstantium qui tibi offerunt &c.*

11. Ex his verbis: *Quam recipere Basilica simul una non possit*: videor mihi colligere 5 unicam fuisse illic Basilicam in qua offerretur. De Basilicis nihil hoc loco annotamus: quia de hujusmodi Basilicarum Orientalium forma ac capacitate plura & exquisitè docta habebit aliquando Lector eruditus in amplissimo Tractatu de Basilicis auctore Joanne Morino Oratorii Gallicani Presbytero, quem cum ejusdem materiæ epistola ad Allatum ab eodem scripta in lucem publicam edemus propediem.

5. FAMILIARITER ADMONEMUS. Tria epistolarum genera distinguere mihi Leo noster

videtur. Primum est earum, quas Synodicas dicimus, e Synodo nimirum & Synodi nomine scriptas; tales sunt epistolæ 40. 41. 45. 47. ( *nunc* 44. 45. 50. 51. ) & aliæ, quarum hæc inscriptio: *Leo & sancta Synodus &c.* Sunt aliæ 6 decretales, quas & Constituta decretalia appellat, quæ nimirum de disciplinæ ecclesiasticæ capitibus ad eas Ecclesias vel Provincias ab eo dabantur, quas metropolitana vel exarchica auctoritate regebat Urbis Episcopus, & ad quarum executionem delegabat aliquos ex iisdem Provinciis Episcopos; tales sunt epistolæ, secunda, tertia, octava, ( *nunc* 167. 4. 7. ) & aliæ plurimæ. Tertii generis epistolæ familiares dicuntur, quæ ad aliarum Dioceseon Episcopos scriptæ erant, vel de disciplinæ ecclesiasticæ observantia, vel de rebus ecclesiasticis occurrentibus, aut episcopalis necessitudinis significandæ gratia. Talis esse mihi videtur hæc ad Dioscorum epistola, qua *studiose & FAMILIARITER* eum admonet, quamque *paternam & fraternam collationem* dicit in præfatione. Ita familiaritatem Turribii Asturicensis epistolam discernere videtur a communitorio, tam in præfatione, quam in capit. 17. Denique Innocentii Papæ I. epistola una ad quinque Africanos Episcopos familiaris dicitur in Codice Canonum Ecclesiæ Romanæ, & alibi, ut discernatur ab aliis, quibus ad Synodicas Africanorum Antistitum ex Synodo pariter rescribentur.

6. POSSIDONIO PRESBYTERO. Episcopus Col. 632. Ordinationis nuntios nonnumquam videmus missos a primariis illis sedibus, cum nimirum eorum aliqui Romanam profectioem ambibant: aliquando Presbyteri vel minorum etiam Ordinum Clerici directi sunt cum litteris: nonnumquam utrumque omisum, ut de Basilio Antiocheno queritur Leo noster

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Ex verbis *ea fidelium multitudo convenit, quam recipere Basilica simul una non possit*, sequitur quidem hic sermonem esse de una Basilica, in qua magna aliqua festivitas maximo populi concursu celebraretur; non vero sequitur unicam Alexandriæ fuisse Basilicam, in qua offerretur. Sic licet Romæ in unica Ecclesia festum magna cum frequentia ageretur; non tamen ibidem tantum eodem die peragebatur sacrificium. Id palam fit ex epist. 25. Innocentii I. ad Decentium c. 5. ubi fermentum ad Presbyteros titularum Urbis ab se missum tradit quavis die dominica, *quia die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt.* Hi ergo Presbyteri, seu Parochi cum sua cujusque plebe diebus dominicis sacrificium peragebant in suis titulis, & ad hos mittebatur portio sacrificii a Pontifice oblata in Ecclesia Lateranensi, *ut se*, inquit, *a nostra communione maxime illa die non judicent separatos.* Sicut ergo Romæ, ita etiam Alexandriæ in singulis titulis unicum sacrificium agebatur; & solum si ad aliquod festum alicubi celebrandum ea multitudo concurreret, quam Basilica recipere simul non posset, ibi-

dem sacrificium iterare licebat.

6. *Decretales* hic Quesnellus appellat Romani Pontificis epistolas datas *Ecclesiis vel Provinciis, quas metropolitana vel exarchica auctoritate regebat.* Quæ autem ad aliarum Dioceseon ( idest Orientalium ) mittebantur; non *decretales*, sed *familiares* epistolas vocat. Quid isthæ distinctio, vocationque interpretatio est? Esto *familiaris* epistola dici queat hæc ad Dioscorum scripta, quatenus non solemniter exarata in Synodo, nec ad Synodum missa; cum tamen contineat disciplinæ regulas, & præcepta, quæ indicantur verbo *volumus* cap. 1. & 2. jure *decretalis* habenda est; quæ si in Oriente familiariter vim non obtinebat ex auctoritate metropolitana vel exarchica seu patriarchali; ex primatu tamen in totam Ecclesiam vim habuisse negari nequit nisi ab eo, qui primatum divini juris Apostolicæ Petri Sedi cum heterodoxis neget. Formulæ *familiariter admonemus*, *paterna & fraterna collatio* moderationem & suavitatem Leonis commendant; auctoritati autem, quæ repetito verbo *volumus* satis indicatur, nihilum detrahunt.

Epistola Pontificis etiam si familiariter scripta in Orientem, decretalis jure habenda.

noster epist. 118. ( *nunc* 149. ) Porro Possidonius Presbyter idem est, opinor, ac Dionysius ille, qui Romam olim missus est a Cyrillo Dioscori prædecessore ad Cælestinum Papam a. 430. nascente tum Nestoriana hæresi: quam ob causam multoties Romam missum dicit Leo.

Ibidem.

7. APOSTOLICÆ AUCTORITATIS. Ita MSS. Codd. Grim. & Victor. necnon edit. P. Canisii, Nicolini, Crabbi, Surii, Sichardi, Merliniana Isidori, &c. Hoc etiam modo legit Baronius: ut merito corrigi debeant Romana editio, & aliæ, quæ habent: *Apostolica Sedis auctoritatis*, & postrema Conciliorum editio, quæ hanc subdititiam lectionem in textu habet, & aliam hanc margini inscribit, *Apostolica Sedis auctoritas tenet*. Non enim ad Apostolicæ Sedis auctoritatem attinent hæc verba, sed ad traditionem apostolicam, seu ad *Consuetudinem Romanæ Ecclesiæ ex forma paternæ traditionis derivatam*, ut paucis ante lineis loquitur, seu ut cap. 1. *ad auctoritatem consuetudinis quam ex apostolica*, inquit, *novimus venire doctrina*: quam eodem loco *apostolica instituta* appellat.

\*Col. 632.

## \* A D E P I S T O L A M X.

*Episcopis Gallicanis Viennensis provincie.*

1. **M**Irari subit hanc tam celebrem tantique momenti epistolam, quam exscribere ac posteritati tradere multorum intererat, vix in aliquot MSS. codd. a nobis esse repertam. Jacet in MS. Corbejensi Bibliothecæ sancti Germani a Pratis non spernendæ antiquitatis, & in altero Thuanæo, sed qui Corbejensi ita similis est, ut ex eo transcriptum eum existimem. Habe-

tur etiam in Victorino omnium epistolarum & sermonum sancti Leonis codice non admodum antiquo, vix in aliis MSS. codicibus apparet. Habetur in Isidoriana collectione. Apud Yvonem & Gratianum existat ejusdem memoria: hic enim *Dist. 19. C. Ita Dominus*, hujus epistolæ primum caput fere totum describit; ille vero parte quinta cap. 6. Hanc vere Leonis esse, & stylus & tota epistolæ series arguunt.

2. **PER VIENNENSEM**, &c. In veteri scheda, inquit Jacobus Sirmondus, hæc epistola Leonis non ad Viennensis tantum provincie, sed etiam ad Maximæ Sequanorum Episcopos missa inscribitur, hoc modo: *1 Dilectissimis universis Episcopis per provincias Maximam Sequanorum & Viennensium constitutis Leo*. Quæ res & probabilem de loco Synodi (nimirum Vefontione) conjecturam facit, & Celidonium Vefontionis, quæ Maximæ Sequanorum est Metropolis, Episcopum fuisse confirmat. Hæc Sirmondus, de quibus quid sentiendum nobis videatur, jam dictum est in Dissert. V. Hoc solum dico, illam incertæ antiquitatis ac fidei schedam omnium codicum seu MSS. seu excusorum testimonio præponderare non posse: nihil enim tale exhibent quotquot videre nobis contigit: & insuper ab his confictum esse titulum, qui Celidonio sedem Vefontione posuere: quod omni probabilitate carere ostendimus.

Col. 63.

I

3. **PRINCIPALITER COLLOCARIT**, & *ab ipso quasi quodam capite dona sua velit in omne corpus manare*. Ita Corb. & Thuan. cod. pro quo prius legebatur: *Collocaret, ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in omne corpus diffunderet*. Erit forsitan, qui has voces, *2 principaliter collocavit*, sic interpretabitur, ut ex illis apostolicam

Ibidem.

2

## EDITORUM ADNOTATIONES.

\* Cum epistolam apud Quesnellum IX. ad Episcopos Gallicanos Viennensis provincie rejecerimus in Appendicem epistolarum tom. 1. col. 1469. ; notam fusioem Quesnelli in Admonitione ei præfixa inseruimus col. 1465.

1 Vide adnot. 2. in hanc epistolam, ac præfertim Observationes in Dissert. V. Quesnelli part. 1. c. 2. n. 4. ubi istam inscriptionem vindicavimus.

2 Quo sensu S. Leo cap. 1. usus sit adverbio *principaliter* ex contextu ita perspicuum fit, ut explicatio Quesnelli potius involvat quod clarum est, quam obscurum declarat. Loquitur S. Pontifex de prædicatione Evangelii in universo mundo, quam Christus Apostolis commisit, sicut scriptum est: *In omnem terram exiit sonus eorum*, & *in fines orbis terræ verba eorum*. Hoc autem officium ita a Christo omnibus Apostolis commissum affirmat, ut in *Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocavit*: & *ab ipso quasi quodam capite, dona sua velit in corpus omne manare: ut exortem se mysterii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere*. Verba, quibus Petrus *Apostolorum omnium*

*summus* dicitur, primatum ejus inter Apostolos declarant: hujus autem primatus vim atque rationem sequentia explicant. Ipsum scilicet prædicationis munus, etsi omnibus Apostolis commissum, ratione tamen primatus *principaliter* collocatum affirmat in Petro tantquam in capite, a quo sua dona in omnes dimanent, idque ita *ut exortem se mysterii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere*. Porro *soliditas Petri* de Petri prædicatione, seu de fide, quam Petrus prædicavit, ex Leonis mente accipienda est, ut patebit ex Observationibus ad Sermonem 3. num. 2. ibidemque num. 3. ostendimus eandem soliditatem fidei, quam S. Pontifex affirmavit in Petro, eodem docente fuisse transmissam in omnes successores S. Petri, & æque solidam in Romana Ecclesia permanere. Recedet ergo a soliditate Petri, qui a doctrina fidei Petri & Romanorum Pontificum, quæ in Petro solidata fuit a Christo, eademque soliditate ad Romanos Pontifices transiit, recedere voluerit. Cum porro Leo affirmat eum, qui a soliditate Petri recedit, exortem esse mysterii divini: necessitatem indicat conveniendi cum fide

tom. 1.  
col. 461.

licam sacerdotalemque dignitatem in Petro ejusque successoribus plenam perfectamque cogitet, in ceteris vero Apostolis eorumque successoribus Episcopis, eandem non æqualem, sed quasi diminutam somniabit. Verum numquidnam reliqui sancti & beati Apostoli, inquit Gelasius PP. non erant simili virtute succincti? Quis hoc audeat affirmare? Sed ut capite constituto schismatis tolleretur occasio, & una monstravetur compago corporis Christi ... Duodecim certe fuerunt Apostoli, paribus meritis parique dignitate suffulti; cumque omnes æqualiter spiritali luce fulgerent, unum tamen Principem esse ex illis voluit Christus. Quid igitur est principaliter? Non idem quod magis complete, magisque perfecte, sed primum quidem hoc potest significare quod habet Gelasius PP. Petrum videlicet inter ceteros Apostolos paribus meritis parique dignitate suffultos, & æqualiter spiritali luce fulgentes, Principem esse constitutum. Quis enim hoc neget nisi antiquitatis ignarus, vel unitatis infensus? Deinde principaliter idem etiam potest esse ac originaliter, ut ita loquar, & in ipsa apostolicæ pontificalisque dignitatis institutione atque principio. Quo sensu idem sanctus Leo epist. 93. (nunc 120.) ad Theodorum ait: Solem justitiæ in Occidente culmen suum in Apostolis & Doctoribus PRINCIPALITER collocasse; & in epist. 12. (nunc 14.) ad Anastasium Thessal. cap. 1. se curam universis Ecclesiis PRINCIPALITER ex divina institutione debere, & ferm. 83. (nunc 85.) de S. Laur. animi fortitudo de Christi principaliter amore concepta. Et in epistola ad Demetriadem, quam illi modo asserimus, ait, Naturam nostram in Adam PRINCIPALITER esse institutam, hoc est, in ipso creationis principio. Ad eundem sensum revocandus est Cyprianus cum epist. 54. Ecclesiam Romanam principalem nuncupat, idest, ut statim explicat, unde unitas sacerdotalis exorta: & Tom. II.

Irenæus cum lib. 3. cap. 3. scribit: Ad Romanam Ecclesiam propter potentiorum principalem, necesse est omnem convenire Ecclesiam: quia videlicet inter Ecclesias Apostolicas, matrices, & originales fidei, ut Tertullianus loquitur, a quibus traducem De Præscript. adv. hæret. c. 20. fidei, & semina doctrinæ ceteræ exinde Ecclesiæ mutuata sunt, & quotidie mutantur ut Ecclesiæ fiant. Romana potentior, fecundior, inter Occidentales antiquior, & propter Principis Apostolorum, a quo unitatis origo incipit, auctoritatem ac prærogativam, omnium Ecclesiarum caput. Atque ut is principalitatis sensus apud Irenæum esse credatur, licet aliquibus non arideat, facit tum loci ipsius contextus, tum alter libri 4. cap. 75. ubi hæc habet de rebus omnium, quæ a Deo trahitur, origine. Et sic, inquit, principalitatem quidem habebit in omnibus Deus: quoniam, & solus infectus, & prior omnium, & omnibus, ut sint, ipse est causa. Eadem est principalitatis acceptio apud Tertullian. lib. de Præscript. hæret. cap. 31. cum ait: Sed ab excessu revertar ad principalitatem veritati, & posteritatem mendacitati deputantiam. Eodem sensu Facundus Hermianensis l. 9. sub finem, asserit, quod antiqui Doctores Ecclesiæ dixerunt, quoniam Deus Verbum sit principaliter, & secundum essentiam unigenitus Filius Dei; homo vero assumptus ex unitate personæ ejus accepit, ut unigenitus filius semper esset ac diceretur. Denique alius non est verborum Leonis sensus, quam qui istorum Innocentii Papæ I. epist. ad Victricium Rotomag. Incipiam, inquit, adjuvante sancto Apostolo Petro, per quem & Apostolatus, & Episcopatus in Christo cepit exordium. Nec tamen animus est quicquam hoc loco Pontificis Romani auctoritati detrahere, qui proculdubio principalem Cathedram tenet, ac ratione primatus apostolici singulos Christiani Orbis Episcopos splendore, auctoritate ac jurisdictione longe antecellit.

Qqqq

4. IN

## EDITORUM ADNOTATIONES.

fide & doctrina Petri ac successorum ejus. Hoc sensu prædicatio fidei omnibus licet Apostolis commissa, Petro principaliter credita est: quia soli Petro ita est credita, ut eadem soliditas fidei ad successores ejus transiens, omnibus catholicis conveniendi necessitatem imponat: quod nulli aliarum etiam apostolicarum sedium Episcopo contigit. Quare de nulla alia sede vel Ecclesia, sed de sola Romana scripsit S. Irenæus ab ipso Quesnello paullo ante laudatus: Ad Romanam Ecclesiam propter potentiorum principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam. Id intelligere non potuit de ritibus & disciplina, quæ in Ecclesiis diversis (eo potissimum tempore) diversa esse poterat. De sola doctrina fidei accipiendum, quæ cum in omnibus Ecclesiis una esse debet; tum cum doctrina fidei Romanorum Pontificum successorum Petri, in quos eadem Petri ac fidei ejus soliditas transivit, convenire omnes catholici debent, ne si qui recedant ab hac soliditate Petri, mysterii divini exortes sint. Id

propter potentiorum principalitatem, idest primatus causa, Romanæ Ecclesiæ tribuit S. Irenæus, eo quod inter multas primatus prærogativas hæc præcipua & principalis sit; cum primatus a Christo eo consilio fuerit institutus, ut in Petro ac successoribus ejus non solum ostenderet, verum etiam formaret, & custodiret totius Ecclesiæ unitatem, ac potissimum unitatem prædicationis & fidei, de qua in Observatione sequenti redibit sermo. Hæc obvia Leonini textus explicatio est, quæ non tam cum aliis ejusdem Pontificis testimoniis, quam cum aliis aliorum Patrum cohæret, pontificique primatus præcipuam vim ac facultatem declarat. Qui aliorum Leonis verba distorquere student, verendum est, ne eundem præcipuæ jurisdictionis primatum, quem verbis farentur, ita extenuent, ut non minus a Leonis mente discedant, quam eum tantum primatum videantur re ipsa adstruere, qui a mero primatu ordinis nihilum aut modicum differat.

Ibidem.

3

4. IN CONSORTIUM INDIVIDUÆ UNITATIS ASSUMTUM. 3 Vuhittakerus, teste Andrea Riveto Critici sacri lib. 4. cap. 22. legit *individua Trinitatis*. Unde istud hauserit, nescio: hoc scio, nihil his verbis inesse, quod stomachum illi movere debuerit, ut hæc canino dente carperet, quasi elatiorem animum spirantia. Quasi vero elationis ambitionisque reum ipsum sanctum Petrum quis dixerit, qui se Christianosque omnes *divinae consortes factos nature* prædicat. Miror etiam Isaacum Casaubonum liberalioris ingenii virum scripsisse, *magnam hæc verba desiderare æqui lectoris ἀνεξιχνίασιν*. Nam si verba spectentur, inquit, videtur præclusa omnis sanæ interpretationis via. Quid enim est, assumi in consortium individua unitatis, nisi transcribi in numerum personarum sacrosanctæ & ὑπερσίου Trinitatis? Sed huiusmodi sententiæ adeo manifeste impia & blasphemæ, vel venisse unquam sancto viro in mentem, credat per me qui volet, ego numquam in animum inducam, ut vel de eo suspicer. Tum verba sancti Leonis interpretatur de conjunctione Petri Pastoris Ecclesie cum Christo, non quatenus una est e tribus sacrosanctæ Trinitatis personis; sed quatenus etiam in se, licet diverso modo, est Ecclesie Pastor. Hæc quidem vere, quamquam timide nimis, dicta sunt a Casaubono. Sed aliquanto explicatius proponenda sunt. Hæc est sancti Leonis mens atque consilium. Christus Dominus, inquit, Dei cultum, qui antea intra Judæam concludebatur, per omnes gentes voluit diffundi: hoc

Casaub.  
Exerc. 15.  
ad Annal.  
Eccles. Ba-  
ronii.

per Apostolorum prædicationem, quorum sonus in omnem terram exiret, ad effectum perducendum esse statuit. Sed quoniam omnia Dei omnipotentis opera ab unitate ducunt exordium, & ad unitatem tendunt; sic omnibus Apostolis Evangelii prædicandi commune officium esse voluit, ut unum inter omnes deligeret, cui uni præ omnibus & pro omnibus illud commendaret, in quo omnes illud acciperent, ad quem omnes velut ad communis dignitatis exordium concurrerent: id est, ut ipse Leo ferm. 3. (nunc 4.) in Assumpt. uni commendatur quod omnibus intimetur: & Petro hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesie Rectoribus Petri forma præponitur; vel, ut sanctus Cyprianus, ut unitatem manifestaret, Lib. de unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit ... Exordium ab Ecclesie unitate proficiscitur, ut Ecclesia una monstretur. Hoc est Sacramentum unitatis, ut ibidem loquitur sanctus Cyprianus, cujus principium & origo, exemplar & finis, suprema & individua Trinitatis unitas est, quam illa imitatur, atque participat, ut de christiana unitate Patrem Christum alloquens testatur: Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: ut sint unum, sicut & nos unum sumus. In hoc ergo unitatis Sacramento Episcopus est in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo. Et rursus tunc cum Christus Petrum instituit, omnes Apostoli, atque Episcopi, & Ecclesia ipsa erant in Petro. Petrus denique cum omnibus erat in Christo, ita

Lib. de  
unitate  
Ecclesie

Joan. c. 1

## EDITORUM ADNOTATIONES.

Unitas cum fide Petri & Romanorum Pontificum necessaria.

3 Quid multa hic congeruntur ad explicandum testimonium, quod planissimum est? S. Pontifex, ut rationem afferret ejus sententiæ, qua affirmavit eum exortem mysterii divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere, subdit: Hunc enim in consortium individua unitatis assumtum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: ut æterni templi ædificatio, mirabili munere gratiæ Dei, in Petri soliditate consisteret; hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portæ contra illam inferi prævalerent. Nonne hic manifestum est individua unitatis consortium eo referri, quod sicut Christus ob unitatem Ecclesie petra est & fundamentum, cui tota debet adhærere Ecclesia; ita ejusdem unitatis bono in huius prærogatiæ consortium Petrus assumtus fuit a Christo, cum ipsum sui loco constituit petram Ecclesie, & petram ita solidam, cui portæ inferi non prævalerent? Hinc similiter dixit ferm. 4. c. 2. Cum ego sim inviolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio utraque unum; ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalerunt adversus eam. Super hanc, inquit, fortitudinem æternum extruam templum; & Ecclesie

mea celo inferenda sublimitas, in huius fidei firmitate consurget. Quæ cum recitatis presentis epistolæ verbis mirifice concinunt, palamque faciunt, S. Petrum, petram Ecclesie constitutum, ea soliditate ac firmitate fidei donatum fuisse a Christo, ut in ea Ecclesia corroborata consisteret, quod non nisi per unitatem fidei cum Petro fieri potest: unde laudato sermone 4. c. 3. postquam scripsit: Specialis a Domino Petri cura suscipitur, & pro fide Petri proprie supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens Principis victa non fuerit: sic concludit: In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & divine gratiæ ita ordinatur auxilium, ut firmitas, quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur. Cum igitur S. Petrus eatenus in individua unitatis consortium assumtus fuerit a Christo, quatenus ad formandam & custodiendam Ecclesie unitatem in consortium assumtus non minus nominis, quam soliditatis ejus petra, quæ Christus est, constitutus fuit petra & fundamentum Ecclesie; nihil mirum, si eum S. Pontifex expertem dixit mysterii celestis, seu extra unitatem Ecclesie, quicumque ausus fuerit non tam a Christi, quam a Petri soliditate recedere. Quod autem de Petro hic docet, æque de successoribus ejus intelligendum est; cum ob idem consilium eadem fidei soliditas ad ipsos transierit, ut Observatione antecedenti ostendimus.

sto, ita in consortio individua unitatis assumptus, ut id quod ipse erat, Petrum voluerit nominari dicendo: Tu es Petrus &c. id est, quemadmodum ipse sanctus Leo explicat sermone citato: Cum ego inviolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio utraque unum, ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere; tamen tu quoque Petra es, quia mea virtute solidaris: ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi meam participatione communia &c. Unitas igitur & omnium Pastorum inter se, & ipsorum cum Ecclesia, individua unitatem imitatur tum Christi Domini cum suo corpore, tum ejusdem aliarumque personarum Trinitatis ad invicem. Ad Trinitatis instar, inquit Symmachus Papa, cujus una est atque individua potestas, unum est per diversos Antistites sacerdotium. Nisi heterodoxi oculos fascino impeditos haberent, viderent facile, nihil verbis Leonis contineri, in quo non Cyprianum, non Petrum Apostolum, non ipsum Christum præeuntem secutus fuerit; nec illum hoc loco reprehensione digniorem esse, quam cum serm. 3. (nunc 4.) in Assumt. sua cap. 2. dixit: Magnum & mirabile huic viro (Petro) consortium potentie suæ tribuit divina dignatio &c.

Symmach. p. 1. ad Eonium trelat.

5. SALUBRITER CUSTODITUM. Codices omnes MSS. Corb. Thuan. Victor. quibus solis uti licuit, ita legendum exhibent; non vero, ut alias, salubriter constitutum: quæ Tom. II.

col. 634. ap. 2.

duo lato discrimine differunt. Illud enim 4 solam indicat consuetudinem, hoc vero vel divinam vel ecclesiasticam legem significat, quam Leo in mente habuisse hoc loco non existimaverim.

6. ORDINATIONES SIBI OMNIUM PER GALLIAS ECCLESiarUM VINDICANS. Si usitatiorum vocum acceptionem spectes, nihil prius menti occurrit, quam ut ex his verbis existimes sanctum Hilarium Arelatensem omnium Gallicanorum Episcoporum consecrationem sibi asserere voluisse. Aliter tamen intelligenda esse Leonis verba probavimus in Dissertationis Apologeticæ pro sancto Hilario parte 3. cap. 1. ubi non de consecratione Antistitum, sed de administratione, seu exarchica, seu metropolitana Ecclesiarum interpretamur: nec per omnes Gallias, sed per eas provincias Galliarum, quæ antiquam Narbonensem olim constaverant.

Col. 635.

5

7. CUI CUM PRÆ CETERIS SOLVENDI ET LIGANDI TRADITA SIT POTESTAS; PASCENDARUM TAMEN OVium CURA SPECIALIUS MANDATA EST. Nemo nisi emotæ mentis aut hæreticæ perverciæ sancti Petri, successorumque ejus primatui detrudere velit, quem cum ipso Leone præ ceteris ordinatum credimus. Hoc tamen loco præ ceteris legendum esse non puto; sed potius pro ceteris. Particula adversativa tamen, ut docent Grammatici, aliam particulam adversativam, vel membrum oppositum supponit in Qqqq 2 eadem

Ibidem.

6

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Licet verba salubriter custoditum de appellationibus ad Sedem Apostolicam adhibita per se consuetudinem indicent; cum tamen hæc consuetudo & sacris canonibus & divino jure fulciatur, uti late probavimus in Observationibus ad Dissert. V. Quesnelli part. 1. c. 6. & 7., ecclesiasticum quoque & divinum quoddam jus Leonem in mente habere potuisse negari nequit. Sardicenses quidem canones Nicænorum nomine pro appellationum jure alibi S. Pontifex allegavit, & divinum quoddam jus etiam cogitasse videtur, cum S. Hilarium obfistentem appellationi Celidonii nullis institutionis dominicæ regulis contineri; & potestatem ligandi ac solvendi Petro præ ceteris attributam a Christo aliqua ratione impetere conquestus est. Vide cap. 1. & 2. epistolæ 10. tom. 1. col. 633. & 634.

5 Cum S. Leo in S. Hilario reprehendit, quod ordinationes sibi omnium per Gallias Ecclesiarum vindicaret; voces omnium Ecclesiarum late accepit, eo quod ille in alienas provincias se se extenderat. Ordinationem enim Episcopi in locum Projecti in provincia aliena fuisse peractam, & depositionem Celidonii extra ipsam Narbonensem solidam ad Maximam Sequanorum pertinuisse, fuse constituimus in Observationibus ad Diss. V. Quesnelli part. 1. & 2.

6 Omnia non tam Quesnelli, quam nostra & Sirmondi MSS. exemplaria habent præ ceteris. Nullis autem codicibus suffragantibus quis de emendatione pro ceteris cogitet? Quid quod emendatione opus non est? Si enim animadvertas, quo utrumque membrum referatur, cognita vi comparativi specialius secundo mem-

bro inserti, absque ulla correctione optimum sensum elicies. Sic autem hic locus intelligendus. Licet S. Petro præ ceteris specialiter tradita fuerit a Christo ligandi atque solvendi facultas, cum ipsi ante passionem suam semel dixit: Tibi dabo claves regni cælorum: Quodcumque ligaveris &c. specialius tamen pascendarum ovium cura eidem commissa fuit, cum post passionem non semel (ut in tradenda facultate clavium,) sed ter, triplici interrogatione ac responsione interiecta, eidem mandavit: Pasce oves meas, pasce agnos meos, pasce oves meas. Quod si aliquo codice aliquando invento pro ceteris corrigendum credatur; certe tamen potestas ligandi & solvendi S. Petro non solum pro ceteris, sed præ ceteris etiam tradita fuit; quatenus eidem ratione primatus potestas data est in ipsos Apostolos, & in omnes Episcopos Apostolorum successores, quibus eum primatus jure præfuisse nemo catholicus inficiari potest. Transivit quidem in alios Apostolos, ac in Episcopos vis potestatis ligandi atque solvendi; sed cum primatus in neminem alium nisi in Romanos Pontifices Petri successores transierit, nemini alii, nisi his, ea potestas obvenit, quæ primatus propria in totam Ecclesiam, ac in omnes Episcopos extenditur. Adde quod cum ea potestas, Leone aliisque Patribus docentibus, in ceteros transierit per Petrum; potestati ac jurisdictioni Petri & successorum ejus subest ipsa aliorum Episcoporum potestas, ita ut, quod Leo tradit serm. 4. c. 2. omnes proprie regas Petrus, & successores Petri similiter regant ac moderentur.

Quatenus potestas ligandi & solvendi S. Petro præ ceteris tradita fuerit.

eadem periodo, ut cum ferm. 1. ( *nunc 2.* ) Leo noster: *Et si necessarium est trepidare de merito, religiosum est tamen gaudere de dono.* Et ferm. 3. ( *nunc 4.* ) cap. 1. *Quod cum omnibus commune sit factum, religiosum tamen est quasi de proprio honore gaudere:* & cap. 2. *Cum de consortio istius muneris magna nobis materia sit communium gaudiorum; verior tamen &c. ubi & particula cum adverbative pro licet, non secus atque hic sumitur.* At unum ejus periodi, quam discutimus, membrum alteri nullatenus adversatur; præ ceteris enim traditam esse Petro ligandi solvendi que potestatem, & de curandis ovibus specialius mandatum ei esse quam ceteris, sensu inter se non differunt; aliquatenus autem opponuntur, quod Petrus specialem ovium curam acceperit, & tamen non sibi soli, sed etiam pro aliis potestatem acceperit. Hoc igitur modo corrigendum, salvo eruditorum judicio, putarem: *Cui cum pro ceteris solvendi & ligandi tradita sit potestas; pascendarum tamen ovium cura specialius mandata est.* Conjectura ex ipso Leone confirmatur, qui passim docet, quod cum Petro dictum est, *Tibi dabo claves, & Quaecumque ligaveris &c. transiit etiam in alios Apostolos jus potestatis istius, & ad omnes Ecclesie Principes decreti hujus constitutio commearit, ita ut quod uni commendatur, omnibus intimetur.* Penuria MSS. codd. hujus epistolæ, non sinit ullorum auctoritate firmare nostram conjecturam, quam aliorum judicio relinquimus.

S. Leo  
ferm. 111.  
nunc 4.  
cap. 3.

Eadem  
col. cap. 3.  
7

8. QUOD TAMQUAM VIDUÆ MARITUS SACERDOTIUM TENERE NON POSSET: QUOD NOS QUIDEM SERVANTES 7 LEGALIA CONSTITUTA SOLLICITUS VOLUIMUS CUSTODIRI &c. Bigamos a Sacerdotio excludi, & Canones ubique clamitant, & pronuntiat per Apostolum Paullum Spiritus sanctus. Unde dubitandi locus non fuit, ut qui duas uxores vel haberet, vel habuisset, ad ecclesiasticum gradum ei aditus omnis præcluderetur. At ut eidem poenæ subicerentur, qui unicam uxorem, sed viduam & non virginem habuissent, neque edicit Apostolus, neque Canones ante Leonem nostrum sanciant. Unum Valentini I. Concilii Canonem I. excipio, qui *de digamis aut internuptarum maritis ordinari Clericum non posse* statuit; nihil tamen de eorum statu, qui prius ordinati sunt, revolvi decernens. Est quidem & Canon 17; Apostolicus, qui expressis verbis viduarum ejectarumque maritos arcet a Clero. Sed neutrum eorum Leonem in mente habuisse existimo: cum nec aliarum Ecclesiarum Canones, nisi forte Africanos, quos approbando suos fecerat, usurpare tunc soleret Ecclesia Romana: nec tum Aposto-

lici Canones ab ea recepti essent; inter Apocrypha enim relegantur a Gelasio Papa: nec paullo post a Dionysio Exiguo Collectioni Canonum præfixi sunt, nisi cum hujus admonitionis cautela: *Quibus quia plurimi consensum non præbuere facilem, hoc ipsum vestram nolimus ignorare sanctitatem.* Istud nihilominus non statuisset sanctus Leo, nisi quod a prædecessoribus suis Cælestino, Zosimo, Innocentio, & Siricio præceptum, observatumque legebat, a traditione apostolica descendere persuasum habuisset. Et sane quemadmodum ipsi Apostolici Canones ex consuetudinibus regulisque ab Apostolis virisque apostolicis velut per manum traditis & acceptis conflati fuerant ab Orientalibus; ita certum est, complures regulas ecclesiasticas in Romana Ecclesia viguisse primis temporibus, non aliunde acceptas quam ex consuetudine antiqua & ex traditione sanctorum Apostolorum Petri & Pauli: has porro cum aliquibus Canonibus Apostolicis convenire quis miretur? cum una esset omnium Apostolorum fides, una plerumque disciplina ex unius Magistri schola descendens. Hinc factum est, ut *quedam Constituta Pontificum ex ipsis Canonibus assumpta esse vi eantur*, ut loquitur Dionysius Exiguus in præfatione Canonum, cum potius ex communi traditionis fonte tam Constituta fluere, quam Canones Apostolici. Quamquam non gravate fatebor innuere aliquomodo Leonem se ad Canonem Apostolicum hoc loco respexisse: etsi enim pluribus in locis solius Apostoli auctoritatem proferat, ut bigamos removeat ab ordine ecclesiastico, solumque legis præceptum, quo pariter viduarum ac internuptarum maritos in Clerum admitti vetet, ut in ep. 3. ( *nunc 4.* ) ad Episcopos Campaniæ &c. in hac ipsa ad Viennenses, & 12. ( *nunc 14.* ) ad Anastasium Thessalon. tamen in epistola 5. ( *nunc 5.* ) ad Episcopos Illyricanos videtur aliquorum Canonum meminisse, quos Ecclesiasticos vocat. *Volumus, inquit, tales fieri Domino Sacerdotes, quibus cuncta convenient, que sunt Ecclesiasticis Canonibus definita, ut Episcopi, Presbyteri, atque Diaconi, unius uxoris viri sint, secundum Beati Apostoli sententiam; & hanc secundum legis præcepta virginem acceperint, non viduam, non repudiatam, sicut legis scriptura testatur.* Ubi nihilominus notandum, & ad prius solummodo membrum Canones illos ecclesiasticos referri posse, & si quidem Apostolicos respexerit Leo, Apostolicos tamen ab eo non esse nuncupatos: ne dubiis & nondum receptis Canonibus auctoritas inde accederet. In ep. 1. ( *nunc 12.* ) ad Africanos innuit auctor noster hanc de bigamia uxorum Sacerdotum regulam velut

Epist. 1.  
nunc 12.  
ad Africanos  
Episc. c. 3.  
exten-

EDITORUM ADNOTATIONES.

7 *Legalium constitutorum* nomine Leo intelligit, non Canones, sed, ut ait epist. 5. ad Episcopos Illyrici, *legis præcepta*, nimirum legem Levitici c. 21. v. 14. quam Ezechiel re-

petit c. 44. v. 22. Hæc eadem legalia præcepta Siricius antea inseruerat epistolæ 1. ad Hymerium c. 7. Leviticum ipse Leo allegat epist. 4. c. 2.



extensionem esse & explicationem apostolici præcepti, quod semper ita fuerit in Ecclesia intellectum: *Dicente Apostolo, unius uxoris virum, tam sacra habita est ista præceptio, ut etiam de muliere Sacerdotis eligendi eadem intelligeretur servanda conditio &c.*

Col. 638. 9. ET ARMATI PRÆSIDII PRÆSUMPTIONE  
Cap. 6. SUFFULTO &c. Totum hunc locum MSS. codicum ope restituumus, qui antea perturbatus erat & mancus, in hunc modum: *Et armatis præsumptione suffultum ad inv. P. tum sam. Eccl. quæ proprios amiserint. Traduntur ordinandi ad hoc officium, his quibus præficiendi sunt 8 civitatibus ignoti.*

8  
Col. 639. 10. QUI PRÆFUTURUS EST OMNIBUS, AB  
OMNIBUS ELIGATUR. Familiare istud ac multoties a SS. Patribus decantatum: in quo ad vulgare effatum, quod in Pliniano Trajani Panegyrico legitur, eos alluisse puto. *Imperaturus omnibus, inquit ille, eligi debet ex omnibus.*

Col. 641. 11. LEONTIUM. 9 Forojuliensem in se-  
Cap. 8. cunda Narbonensi Episcopum fuisse valde  
9 probabile est. Celeberrimum, inquam, Leontium, quem laudat ipse Hilarius Arelaten-  
sis in Vita S. Honorati decessoris sui, qui Lirinensem insulam petiit: *Præter secreti opportunitatem sancti ac beatissimi in Christo viri Leontii Episcopi oblectatus vicinia & caritate constrictus.* Ad eundem Bonifacius & Cælestinus Pontifices Romani scribunt. Collationes suas Joannes Cassianus consecrat. Plura qui volet, adeat Galliam Christ. Caveat tamen ne illum cum alio Leontio

confundat, cui Apoll. Sidonius scribit lib. 6. epist. 3. quem & togatorum illic perorantium, & advocacionis consultæ, & privilegii loci mentio Arelatensem Episcopum innuit. Ex hujus præterea initio docemur Sidonium, cum scribebat, jam tum episcopali infula insignitum fuisse, ac proinde epistolam scriptam non esse ante annum 472. quo in locum Eparchii Arvernensis Episcopi defuncti successit est. Leontium autem Forojuliensem constat, & ipsi clarissimi Galliarum Christianarum auctores fatentur, obiisse ante annum 455. quo Theodorus ejus successor cum Fausto Lirinensi Abbate de jurisdictione decertabat: immo ante annum 452. Hoc enim anno scripsit ad Theodorum Leo noster epistolam 83. (*nunc 108.*) quod nec Gall. Chr. auctores satis attendunt, nec Joannes Savaro, nec Eminentiſſ. Baronius, quippe qui inter utrumque non discernunt.

Jam vero quod Leontium Forojuliensem præ ceteris elegerit S. Leo, cui honorem Primatus in quinque Provincias deferret, non sine consilio ac summa prudentia actum est. Noverat Gallicanorum Episcoporum ingenium ac mores, quos ægre eo adducendos prævidebat, ut novæ disciplinæ manus darent, antiquæ nimirum tenaces. Eam ob causam novitatis odium & invidiam abs se deprecatur (*Non nova instituentes, sed vetera renovantes*) nihil nisi *communicato cum ipsis labore* faciendum spondet, de Sedis Apostolicæ gratia semper Gallis impensa memoriam refricat, rem illorum potius agi, quam

Cap. 2.  
& 9.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

8 Insuperimus *civitatibus*, ut erat in antea vulgatis. Ita etiam Sirmondus ex suis MSS.

Leontius a Leone nominatus ep. 10. non erat Episcopus Forojulienſis.  
9 Leontius Forojulienſis jam obierat circa an. 432. Faustus enim Rejenſis de laudibus S. Maximi Episcopi sui prædeceſſoris narrat, hunc, antequam ad Rejenſem Episcopatum promoveretur, expetitum fuisse Episcopum *maxime a proxima eremi (Lirinensis) civitate, quæ territorii ac finium suorum incolam velut proprium amplectebatur indigenam.* Urbs autem Lirino proximior, cujus territorium & fines ipsam insulam tunc continebant, erat Forum-julium: ac proinde ad Episcopatum Forojulienſem S. Maximus expeditus fuit, antequam ad Rejenſem cathedram ascenderet. Cum vero is hanc cathedram obtinuerit an. 433. jam ante hunc annum Leontius Forojulienſis exceſſerat, ut ad sedem ejus morte vacantem S. Maximus expeteretur. Quo Episcopatum Forojulienſem aufugiente, Theodorus ante eundem S. Maximum jam Episcopum Rejenſem subscriptus in Conciliis Rejenſi anni 439. & Arauſicano anni 442. Forojulienſis Episcopus, loco S. Maximi, Leontio successit jure creditur: sic enim Forojulienſibus consecratus Episcopus ipſo an. 432., quo Leontius obiit, S. Maximo, qui postea Rejenſem Episcopatum suscepit, Sacerdotii antiquitate satis præſtabat, ut ante eundem Maximum Synodis subscriberet. Alius itaque Leontius, cujus episcopalis sedes ignota est, a Leone hac in epistola indicatur. Eum porro tantummodo pri-

matus honorem ita Leontio deferendum S. Pontifex concupivit, ut ipsius consensus requireretur, si ex aliis provinciis Synodus indicenda esset. Id autem jus cum ablatum fuisset S. Hilario, Leontio ob antiquitatem tribuendum putavit. Cum vero novum id esset, & displicere posset Metropolitani, ut simplex Episcopus ipsis hac in re præferretur; noluit id absolute præcipere, ut cetera; sed assensum conditioni subiectum proposuit: *Si vobis placeat.* Verba *non nova instituentes, sed vetera renovantes* cap. 2. descripta, hoc novum institutum non respiciunt, sicut nec illa ejusdem capituli *communicato vobiscum labore*: ut ex contextu ipſo patebit. Num vero huic Leonis desiderio Episcopi Gallicani assensu fuerint nec ne, ob monumentorum inopiam later. Illud autem certum est, ipsos in reliquis, quæ a Leone præcepta & constituta fuerunt, non repugnasse, uti probavimus in Observat. ad Disert. V. part. 3. c. 2. unde falsum agnoscutur, quod paullo ante finem Quesnellus ingerit: *Moribus antiquis stetit Gallia, manseruntque semper penes Arelatensem Ecclesiam & jus convocandæ majoris Synodi, & aliæ primatus prærogativæ.* Neque enim ipsum jus convocandarum Synodorum ex aliis provinciis, quod Hilarius absolute privatus fuerat, eo vivente apud Arelatensem Ecclesiam mansit, sicut nec manserunt aliæ prærogativæ juris metropolitici, ut ibidem ostendimus.

quam suam, protestatur, consensum denique eorum enixe precatur: *Si placet*: quem facilius dandum speravit, si Leontium jam ætate, Sacerdotio, ac morum probitate facile Primatem, honoris etiam ac potestatis primatu ornaret. Honorandam semper antiquitatem quod suggerit, spem dabat ple-risque Galliarum Episcopis ad hanc dignitatem aliquando veniendi, si Primatus non amplius Sedis excellentiæ, sed Sacerdotii antiquitati annexus esset. Denique Africanæ Ecclesiæ exemplum, cujus disciplinam æmulabatur Gallicana, faciliorem rei exitum promittebat: in illa quippe, ut norunt omnes, honor Primatus, non Sedis splendorem, sed Pontificatus antiquitatem sequebatur, si Carthaginensem Sedem excipias. Aliter se se res habuit. Moribus antiquis stetit Gallia, manseruntque semper penes Arelatensem Ecclesiam & jus convocandæ majoris Synodi, & aliæ Primatus prærogativæ. Hoc sane magis ecclesiasticæ rei congruebat, ut penes certam aliquam Sedem resideret huiusmodi potestas, cui ferendæ par Episcopus eligeretur, quam ut per unamquamque civitatem pro consecrationis vetustate erraret: cum enim non nisi senibus ac decrepitis obveniret, quibus non minus vigor mentis fatiscere consuevit, quam vires corporis, iners plerumque & otiosa mansisset huiusmodi potestas, aliarumque potestatum conatibus facilius patuisset. Sensit hoc diu post Leonem Gregorius PP. I. qui lib. 1. epist. 72. ad Gennadium Exarchum Africa scribens hortatur: *Ut Concilium Catholicorum Episcoporum admoneri præcipiat, ut Primatem non ex ordine loci, postpositis vitæ meritis faciat: quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Ipse vero Primas non passim, sicut moris est, per villas; sed in una iuxta eorum electionem civitate permaneat: quatenus adeptæ dignitatis meliori ingenio resistendi Donatistis possibilitas disponatur.*

## AD EPISTOLAM XII.

## APUD QUESNELLUM I.

*Episcopis Africanis Mauritanie Casariensis.*

Tom. I.  
Col. 657.

I

**A**NTEQUAM de hujus epistolæ ætate, interpolationibus, & emendatione differamus, operæ pretium est, integram eam Lectoris oculis subicere, qualem omnes a centum & amplius annis editiones una excepta repræsentant: ut & Notæ, Observationesque nostræ facilius intelligantur, nec aliquid ex ea sibi surreptum quisquam possit conqueri. Primam tamen partem, seu

caput 1. brevitatis causa omittimus: quoniam de eo omnes excusi manuque exarati codices conveniunt, variis lectionibus exceptis, quas in margine ipsius epistolæ videre est.

## EPISTOLA LXXXVII.

*LEO Episcopus universis Episcopis per Casariensem Mauritaniam in Africa constitutis, in Domino salutem.*

## CAPUT PRIMUM.

**C**UM de Ordinationibus Sacerdotum quædam apud vos illicite usurpata crebrior ad nos commeantium sermo perferret, & cetera, ut habentur Tom. I. pag. 195. (nunc 657.) usque ad caput 6. nostræ Edit. pag. 197. (nunc 665.) exclusive.

## CAPUT II.

\* **C**UM itaque de omnibus fere, quæ fratris nostri Potentii relatio continebat, plenissime dilectionem vestram per David fratrem & Coepiscopum nostrum, qui & Sacerdotii merito nobis est probatus & moribus, videatis instructam; superest, Fratres, ut concordia obedientia a salubres suscipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis & apostolicis constitutionibus pareatis; & in nullo patiamini providentiissima Canonum decreta violari. Quæ enim nunc certarum remisimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis: ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, justa post hæc ultione plectamus. \* In eos specialius & propensius commovendi, qui in Episcopis ordinandis sanctorum Patrum statuta neglexerint, & quos refutare debuerant, consecraverint. Unde si qui Episcopi talem consecraverint Sacerdotem, qualem esse non liceat, etiam si aliquo modo damnum proprii honoris evaserint, Ordinationis tamen jus ulterius non

\* Hæc utique ad simile Afriscum genuinam claudunt epistolam.

a Corrige concorditer.

I. quest. 1.  
& 15. q. 2.  
Si qui.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

I Vide nostram Admonitionem huic epistolæ præfixam tom. I. col. 645. ubi & probabilis ipsius epistolæ tempus statuimus, & varias difficultates hic a Quesnello productas solventes, sive concilians, hanc epistolam duo-

bus exemplis editam ostendimus, quorum alterum est decurtatum, alterum integrum: eamque partem, quam ille hoc loco supposititiam probare nititur, luculenter vindicavimus.

distinct.  
o. Illud  
ne.

non habebunt, nec umquam ei Sacramento intererunt, quod neglecto divino iudicio immerito præstiterunt. Illud sane, quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus Canonum statuta servari: ut non in quibuslibet locis, neque in quibuslibet castellis, & ubi ante non fuerunt, Episcopi consecrentur: cum ubi minores sunt plebes, minoresque conventus, Presbyterorum cura sufficiat: episcopalia autem gubernacula non nisi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus oporteat præsidere: ne, quod sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta vetuerant, viculis, & possessionibus, vel obscuris & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium; & honor cui debent excellentiora committi, ipsa sui numerositate vilescat. Quod nunc in sua Diocæsi Restitutus Episcopus factum esse caussatus est, & rationabiliter postulavit, ut si Episcopi eorum locorum, in quibus non debuerant ordinari, humana conditione decesserint, loca ipsa ad jus ejus Antistitis redigantur, cujus fuerant ante priora. Et inutile est ut sacerdotalis dignitas inconsiderata ordinantis facilitate superflua multiplicatione minuatur.

De his autem, quæ in sacro virginitatis proposito constitutæ barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudoris non animo, sed corpore perdididerunt, ea nobis servanda videtur moderatio, ut neque in viduarum deiciantur gradum, neque in sacrarum & perseverantium Virginum numero censeantur. Quibus, si in omnibus virginalibus perseverant, & castimoniæ soliditatem mente custodiunt, Sacramentorum non est neganda communio: quia injustum est, eas in eo vel argui, vel notari, quod non voluntas amisit, sed vis hostilis eripuit. Causam quoque Lupicini Episcopi illic jubemus audiri: cui multum & sæpius postulanti communionem hac ratione reddidimus: quoniam cum ad nostrum iudicium provocasset, immerito eum,

pendente negotio, a communione videbamus fuisse suspensum. Adjectum etiam illud est, quod huic temere superordinatus esse cognoscitur, qui non debuit ordinari, antequam Lupicinus in præsentem positus, aut confutatus, aut certe confessus, justæ posset subjacere sententiæ: ut vacantem locum, quem admodum disciplina ecclesiastica exigit, is qui consecratur, exciperet.

*Sequuntur deinceps in vulgatis Editionibus Capite 3. 4. & 5. (quæ in nostra sunt cap. 6. 7. & 8.) Quintum vero illud Caput totamque epistolam claudunt hæc verba.*

Si vero aliæ emerferint causæ, quæ ad statum Ecclesiarum, & ad concordiam pertineant Sacerdotum, illic sub timore Domini volumus ventilentur, & de componendis atque compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur, ut ea, quæ juxta ecclesiasticum morem juste & rationabiliter fuerint definita, nostra quoque sententia roborentur. Data quarto Idus Augusti. *Hætenus epistola.*

**D**utissime torfit me, fateor, hæc epistola: cum enim tum 2 excusi codices, tum MSS. variis eam vel partibus diminutam, vel assumentis amplificatam representarent, in quam partem inclinari me linerem in tanta perturbatione vix tandem aliquando perspicere potui. Hoc unum primo fere intuitu certum fuit, non talem nobis in postremis exemplaribus editis exhiberi, qualem eam emisit in lucem S. Leo: sed qua ratione restitui posset pristinae integritati, non statim intellexi. Videbam enim una ex parte Collectioni Dionysii Exigui, qui Decretales, ut vocant, epistolas Romanorum Pontificum suo Canonum Codici attextuit circa quinquagesimum post mortem Leonis nostri annum, hanc ejus epistolam ad Mauros Cæsarienses fuisse insertam: cui Collectori defuisse authenticos codices suspicari, in ipsa videlicet urbe Roma scribenti, & omnia Apostolicæ Sedis scrinia excutienti, vel recentiora eidem anteferre exemplaria, summæ videbatur esse temeritatis. Porro Dionysii Collectio primum & secundum caput hujus epistolæ habet eo modo, quo in recentioribus Editionibus leguntur; sed alia aliqua desiderat, scilicet tertium, quartum, & quinti partem dimidiam, quæ

2

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Distinguendi sunt excusi codices a manuscriptis. Tres quidem formæ hujus epistolæ tum in manuscriptis, tum in excusis libris prostant. At forma tertia Leoninis editionibus olim inserta, licet ad tertiam codicum formam accedat, reipsa tamen diversa est, nul-

loque MS. exemplo fulcitur. De his exactius in laudata Admonitione nostra n. 2. 3. & 4. tom. 1. col. 646. & 647. Nobis porro contigit quartam formam invenire, quæ duas formas in antiquioribus MSS. descriptas concilians, integram epistolam aptissime præfert.

quæ sunt de Donato, Maximo, Aggare, Tyberiano, & de Virginibus sacris opprefione barbarica violatis. Quo inspecto nemo est, qui continuo hæc, ut adjectitia, procul amandanda non pronuntiet, illa vero omnia genuina non existimet & germana: præsertim cum Dionysio suffragentur nonnulli manuscripti codices, quorum duo Thuanei eadem desiderant, quæ Dionysius; alii duo item Thuanei cum Cantabrigensi uno habent quidem, sed extra epistolæ contextum, & post finem clausulamque ipsius, instar appendiculæ.

Sed altera ex parte sex alii longe melioris ætatis & notæ MSS. Thuaneus, Treco-pithæanus, Victorinus, Herovallianus, & Barber. duo 77. & 2888. ea quæ defunt in codicibus supra citatis, continent, scilicet 9. & 4. caput cum parte quinti dimidia; non habent autem secundum illud Caput (exceptis novem primis lineis) nec finem quinti. Et inter codices excusos his MSS. fuccinit Editio Parisiensis Conciliorum, quæ anno 1524. in-folio, & anno 1535. in-octavo prodiit procurante Jacobo Merlino, Doctore Theologo: quorum actis epistolæ Leonis insertæ reperiuntur, & eodem modo habetur hæc ad Mauros epistola, quo jacet in sex laudatis MSS. codicibus: quibus accedunt alii duo, unus Regniacensis Monasterii Ordinis Cisterciensis prope Autissiodorum, alter S. Mariani Autissiodorensis Ordinis Præmonstratensis: in his enim eadem habentur quæ in sex superioribus.

Demum quæ utraque hac notata Editione conflata est tertia, quæ nunc omnium versatur manibus, & sola meruit prælis sæpe sæpius repetitis hæcenus a plerisque pro genuina recipi. Hanc tamen interpolatam fuisse certum habeo, tum propterea quod nulli manu exarati codices eam nobis hoc modo repræsentant, tum ex iis quæ jam jam de aliis duabus dicturi sumus, quarum alteram, altera posthabita, eligendam esse, mihi omnino persuasum.

Licet vero utrobique valida videantur certare argumenta, eorum tamen codicum auctoritati cedere coacti sumus, qui Caput secundum omittunt, servantque tertium, quartum, & quinti partem, ab aliis \* reprobata.

1. Quia 3 codices MSS. qui posteriori parti favent, numero & antiquitate eos antecellunt, quibus prior pars fulcitur, E Thuaneis enim quatuor, qui Dionysianæ

lectioni consentiunt, duo sunt recentiori manu exarati, nec nisi extra epistolæ contextum habent, quæ rejicimus: alii duo sunt ipsa Dionysii Collectio, ac proinde majorem codicibus excusis auctoritatem non habent; Cantabrigensem denique quem habere præsentem non potui, in locis longe plurimis depravatam esse, excerptæ lectiones variæ demonstrant, quas ad nos Oxonio transmisit vir clarissimus Eduardus Bernardus. Quid ad Dionysii auctoritatem sit reponendum, inferius dicemus. E contra vero optimæ notæ sunt alii codices Barberini duo, Victorinus, Treco-pithæanus, Herovallianus, & in primis Thuaneus, qui subjectas habet codici Romano Leonis epistolæ, quarum indicem excudi curavimus: cujus collectionis epistolarum antiquitatem commendat plurimum ejus cum Codice Canonum nexus, diligentiam vero scribæ aliorumque antiquorum codicum consensum indicat vox *contuli*, quæ in calce epistolæ hujus & aliquot aliarum legitur.

2. Cum capita illa, tertium, quartum, & quinti dimidium optime cohæreant initio hujus epistolæ usque ad secundum asteriscum capitis 2. supra descripti, par est credere omnia illa ad eandem epistolam pertinere, antiquis id MSS. codicibus attestatione sua confirmantibus. In ipso siquidem exordio apparet de Provincia Cæsariensi Africana agere Leonem nostrum: cui pariter Provincia conveniunt tria posteriora capita, in quibus de Novatianorum & Donatistarum aliquot Episcoporum conversione vel ordinatione disseritur, & de barbarica opprefione, quæ omnia prorsus statui Africanæ regionis competunt, qualis erat per eam, qua scribit Leo, tempestatem, quam impatam fuisse asserit.

3. E contra vero totum illud, quod post secundum asteriscum capitis 2. ad finem usque ejusdem capitis extenditur, omnino alienum esse intelligitur tum ab eo statu in quo Africana tunc Ecclesia versabatur, tum a S. Leonis stylo, tum denique ab Africanorum Episcoporum moribus & consuetudine. 4. Quam enim supervacaneum erat nostro Pontifici prohibere, ne in Africana regione in quibuslibet locis, neque in quibuslibet castellis, & ubi ante non fuerant, Episcopi consecrarentur; sed majoribus tantum populis, & frequentioribus civitatibus? Quænam erat Leoni causa timendi, ne per id temporis episcopale fastigium ipsa sui numero-

\* Verius  
omissa.

3

4

#### EDITORUM AD NOTATIONES.

3 Hi codices id tantum probant, ea quæ in hac epistolæ decurtatæ forma continentur, Leonis esse, & primam hujus epistolæ formam exhibere; non autem supposititiam probant eam partem, quam alii optimæ notæ codices vindicant, quamque ad aliam integram ejusdem epistolæ editionem pertinere in memorata Admonitione ostendimus.

4 Hæc, quibus probare studet, alienum fuisse a statu, in quo Africana tunc Ecclesia versabatur, interdiceret ne in quibuslibet castel-

lis, ubi antea non fuerint, Episcopi consecrarentur, falsa hypothese nituntur. Neque enim tota Africa barbaris tum suberat. Mauritania, ad quam hæc epistola pertinet, usque ad an. 455. Romanis paruit: idemque Quesnellus inferius agens de ejusdem epistolæ tempore, hanc scriptam statuit, antequam in barbarorum ditionem hæc provincia veniret. Argumentum ex Victore Vitenfi illud tempus respicit, quo Mauritania a barbaris erat occupata; ac propterea ad rem præsentem nihil confert.

merofitate vilesceret apud Africanos, & superflua multiplicatione ex ordinandi facilitate minueretur? Quis existimet hæc, & alia hujusmodi in aliquibus regionis illius Ecclesiis attentata, ut Restitutus quidam Episcopus conquestus esse dicitur: cum per ea tempora, Vvandalis totam Africam occupantibus, Ecclesias omnes Barbarorum exercitus depopularetur, vixque Episcopi aliqui superessent in insignioribus civitatibus, nec in decedentium locum alii nisi furtim & clanculum subrogari possent? Tantum abest ut obscuris viculis & solitariis municipiis Episcopos deputare cuiquam in mentem venire posset. Immo vero tanta Leonis ætate Ecclesiasticorum, Ministrorum, Sacerdotumve penuria laborabant Africanæ Ecclesiæ, ut cum Vvandalorum plures captivi Regi cuidam Maurorum in eremi parte manenti in munus traditi essent, & ingentem populorum multitudinem ad notitiam Domini JESU-CHRISTI adduxissent, testis sit Victor Vitenfis lib. 1. de persecutione Africana, Legatos Romam per itinera distenta deserti missos fuisse rogatos Pontificem, ut Presbyterum ac Ministros credenti populo destinaret: quod cum gaudio expletum esse ibidem testatum habetur. Quis vero credat tanto labore, tanto temporis & animarum etiam dispendio decretam fuisse legationem ad Pontificem Romanum, nisi ita exhaustæ essent Ministris Ecclesiasticis omnes vicinæ Provinciæ, ut ad transmarinas confugere cogerentur?

4. Cum in ea parte epistolæ legimus: *Quod nunc in sua 5 Diœcesi Restitutus Episcopus factum esse caussatus est* &c. facile illius auctor alius esse a S. Leone convincitur: apud quem certum est numquam vocem illam *Diœcesis* inveniri, immo vix illis temporibus usu probatam a Romanis, vel Orientalium partium Episcopis, pro Parochia provinciali alicui Episcopo subjecta. Scio esse hoc Africanis familiare: scio & Gallicanis esse post Leonis tempora; sed ab Italis numquam memini me usurpatum legere. Unicus est, ni fallor, Innocentii I. locus in epistola ad Florentium Tiburtinum Episcopum: ubi habet, *Parochiam ad suam Diœcesim pertinentem*; sed videtur hoc loco Tom. II.

vox *Diœcesis* sumi pro administratione, quæ propria vocis hujus potestas est, quo sensu universim usurpari potuit ab Exarchis, Metropolitanis, & quibusvis aliis Antistitibus: si hanc vocem *administrationem* alteri substitueris, nihil sequetur incommodi in Innocentii sermone; ut si dixerit: *Parochiam ad suam administrationem pertinentem*. In ea vero epistolæ hujus quam discutimus parte, ita sumitur pro locis ipsis ditioni Restituti illius Episcopi subjectis, ut nullatenus ejus loco *administrationis* vox subrogari queat, nisi obscure & barbare loqui velis, hoc pacto: *Quod nunc in sua administratione Restitutus Episcopus factum esse caussatus est* &c.

5. Quod 6 de Lupicini caussa ibidem legitur, quam perturbatis persecutionis Africanæ temporibus, quam illius Ecclesiæ moribus & disciplinæ contrarium est! Norunt enim omnes quantopere abhorrebant Africani ab appellationibus transmarinis, qui in Concilio Carthaginensi, quod sextum vocant; & in epistola posterioris etiam Concilii ad Cælestinum Papam, ignotæ sibi huic disciplinæ subicere se recusarunt: cujus negotii recens adhuc erat memoria, triginta vix ab illa annis elapsis. Quid quod tunc temporis ita omnes illas Provincias bellorum tumultus, aut persecutionis æstus vastabat, ut nullus vel instruendo episcopali judicio, vel Synodo congregandæ locus esse posset: cum tamen Lupicini causam illic jubeat audiri auctor epistolæ. Adde hunc Leonem nostrum non esse vel ex eo persuasum me habere, quod vir sagacissimus vel ad se causam traxisset Episcopi Romanum tribunal appellantis, vel saltem aliquem e suis delegasset, qui interesset judicio, & ex ejus auctoritate totum negotium cum aliis discuteret: nec contentus esset scribere, ut illic caussa audiretur: nulla vel loci, vel judicis, vel Legati facta mentione.

6. Genuinam non esse editionem hujus epistolæ, quam Collectio Dionysiana exhibet, germanam vero esse quam habent & Conciliorum editio Merliniana & sex citati Codices MSS. qui capitibus tertio & quarto cum quinti parte reservatis, secundum pene totum excindunt, inde conjicio. 7 R r r r Ini-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

*Diœcesis* non solum ab Afris, ad quos Leo scribebat, verum etiam ab Italis & Romanis usurpatum videre est apud Hilarem Leonis successorem, uti pariter apud Gelasium, Vigilium, & alios. Innocentium quoque non pro *administratione*, sed pro *parochia provinciali* eandem vocem sumere contra Quesnellum probat Constantius in ipsam Innocentii epistolam not. L. pag. 914.

6 Tribus hanc Lupicini appellationem eludere Quesnellus studet; at imbecilla omnia & inania. Quoad primum, persecutionem ac tumultus barbarorum, qui Africam divexabant, a Mauritania exclusimus adnot. 4. Alterum de consuetudine & legibus Africanis appellationes transmarinas adversantibus, Clericos inferioris

ordinis, non vero Episcopos respicit, uti fufe probavimus in Observat. ad Dissert. V. Quesnelli c. 5. n. 12. & c. 6. n. 20. & seqq. Tertium sanctissimo Pontifici injuriosum est, cum eum sagacissimum & sollicitum in captandis occasionibus exercendi sui juris traducit. Poterat ad se hanc causam evocare, poterat aliquem in Africam mittere, vel certos judices delegare, ut ipsa Sardicensis Synodus statuerat: at ad id, quod poterat, non cogebarur; fatiusque esse duxit hanc causam provincialibus Episcopis committere, in quo ejus potius moderatio a summo jure exigendo aliena cognoscitur.

7 Huic objectioni satisfacimus in Admonitione num. 14. ubi ex duobus hujus epistolæ pag. 655. exem-

licita parochia provincialis.

Lupicini Episcopi Afris appellatio ad Rom. Pont. vindicatur.

Initium capituli 2. tale est, ut potius finem & clausulam epistolæ esse appareat, sicut vera est in aliis melioris notæ codicibus. Claudenti enim similis auctor epistolæ testatur se omnibus, quæ Potentii relatio continebat, satisfecisse ( illud enim fere, quod in vulgatis legitur, adjectitium esse comprobant MSS. codices, credendumque ab iis insertum fuisse, qui epistolæ ordinem mutare & alienis fragmentis amplificare moliti sunt ) tum id unum superesse ait, ut concorditer ejus Monitis & Apostolicis Constitutionibus obtemperarent; cum tamen statim sequantur maximi momenti Decreta, de Episcopis illicite ordinatis vel ordinantibus, de iisdem minoribus viculis non præficiendis, de Restituti querelis, de Virginibus barbarica oppressione violatis, de Lupicini causa & appellatione ad Sedem Apostolicam, & de altero in ejus locum superordinato. Ex quibus perspicuum est priora capituli verba nullo modo posterioribus coherere, & extra nativum suum locum esse posita. Præterea nonnulla importuna repetitione regeruntur in illa epistolæ parte, quæ jam iterum & tertio in priori capite scripta fuerant, puta de indulgentia, quæ usum se esse protestatur, & de majori pœna qua posthac in sacrorum Canonum contemtores animadversurum se minitatur. Quin & de Virginibus barbarica violentia oppressis quid faciendum sit duobus distinctis epistolæ locis statuit, nec uno modo. Capite enim 8. nostræ editionis hoc decernit, vel potius hoc dat consilium: *Laudabiliores erunt, si se incontaminatis non audeant comparare Virginibus.* In parte vero illa quam rejicimus, quasi nihil de Virginibus illis antea scripserat, quid sentiat, statuit: *Ut neque in viduarum dejiciantur gradum, nec in sacrarum & perseverantium Virginum numero consueantur.* Tum eisdem nisi probatis communionem dandam non esse decernit. Hæc certe, si Leonis sunt, non ejusdem esse epistolæ oculatus quisque facile perspicit.

7. Hujus partis stylus a Leonis stylo ab-

horre mihi videtur. Vix enim mihi persuadeo hæc a disertissimo nostro Præsule fuisse usurpanda: 8 *specialius & propensius commoveri, damnum proprii honoris evadere, episcopalia gubernacula præsidere, pendente negotio, &c.* quod ultimum non nisi recentioribus Pontificibus vel Canonistis familiare fuisse mihi videtur.

8. Magni momenti est hoc in negotio Isidorianæ Collectionis suffragium: tum propter antiquitatem, nongentis enim fere annis antiquior videtur: tum propter MSS. ejusdem codicum consensum: tum denique quia Riculfus Moguntinus Episcopus, a quo publicatam eam Collectionem ajunt, ac forte interpolatam, sive quis alius antiquorum Romæ Pontificum epistolas illas confarcinavit, Collectionique isti inseruit, alienissimus erat a minuenda ista epistolæ parte, in qua Romanæ Sedis auctoritas per appellationem Lupicini Africani Episcopi elucebat mirum in modum; cum e contra tot epistolas non alio consilio supposuerit, aut interpolaverit, quam ut Romanæ Sedis auctoritatem fulciret, ampliaretque. 9 Talem igitur invenit epistolam in antiquis, quibus usus est codicibus, qualem eam in sua collectione exhibuit.

9. Multum elevatur auctoritas mancriptorum codicum, qui Dionysianæ Collectioni concinunt, ex eo quod in omnibus aliis locis secum invicem & cum illa conveniunt; ut prorsus appareat unum ex altero transcriptum fuisse, & proinde unici testis instar esse debere. Titulus hic omnibus communis est: *In causa Lupicini Episcopi*, qui & ipse totum illud caput secundum vel suppositionis merito suspectum mihi reddit, vel aliunde huc translatum fuisse significat. Cum enim prolixissima sit hæc epistola, & longe gravioris momenti decreta complectatur, quæ effusioris tituli & plurium capitulorum materies esse debuerant, dum soli huic capitulo auctor intentus, ubi de Lupicini nescio cujus appellatione ad Sedem Apostolicam sit mentio, cetera prætermittit, 10 suspicandi locum meri-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

exemplis omnia conciliantur. Quesnellus licet solam editionem seu formam decurtatam genuinam propugnet; sapius tamen exclusis lectionibus hujus primæ editionis ac formæ, alias substituit ex editione seu forma secunda & Hadrianea, quam interpolatam existimat. Nos utrasque distincte edidimus cum propriis cujusque formæ lectionibus; & ex harum collatione patebit, quæ primis curis Leo scripsit: quæ item curis secundis mutavit vel adjecit: & quæ Quesnellus potius confudit, atque pervertit.

8 Cum totus hujus capituli contextus optimis & antiquissimis codicibus probatus syntaxim Leoninam exhibeat; morosioris & cavillantis est hominis paucas quasdam voces excerpere, quæ cum lectores nullo præjudicio impeditos nihil offendent, tum vero aliis certis Leonis

testimoniis, si opus esset, vindicari possent.

9 Isidorianæ collectionis auctor, qui non consilio Romanæ auctoritatis fulciendæ, vel ampliandæ, sed potius ea mente tot decretales finxit, ut Episcopos a Metropolitanarum & Conciliorum provincialium auctoritate, quantum fieri poterat, subduceret, idcirco hanc epistolam decurtatam dedit, quia in epistolis Leoninis Hispanicam collectionem excerpserat, quæ eandem epistolam hac decurtata forma præfert: unde nil mirum, si eam integram aut cum forma Hadrianeæ collectionis, qua in Leoninis epistolis describendis usus non est, nequaquam exhibuit.

10 Titulus & lectiones in his codicibus similes, at diversæ ab editione decurtata, id quidem evincunt, hanc secundam Hadrianeam editionem diversam esse ab editione decurta-

ta, non

merito præbet depravatam & interpolatam de industria fuisse epistolam hanc ab aliquo transmarinis hujusmodi appellationibus patrociniū inde arcessere volente. Omitto recensere decem fere loca, in quibus recentiores illi Thuanei Codices MSS. & Dionysiana editio in vitiosa & corrupta lectione consentiunt. Unum & alterum referre sufficiet, ex quo de aliis judicetur. Hæc habet in omnibus editis exemplis & in MSS. Barber. Thuan. Victorino, Herovall. & Trepopith. caput 1. (nobis 4.) epistolæ: *Quorum omnis ætas a puerilibus exordiis usque ad provectiores annos per disciplina ecclesiasticæ stipendia cucurrisset; ut unicuique testimonium prior vita præberet: nec posset de ejus provectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro castis moribus, pro actibus strenuis celsioris loci præmium deberetur.* Nihil hic omnino quod Leonis stylum, disciplinam, ingeniumque non spiret: pro quibus hæc solummodo leguntur, tam apud Dionysium, quam in duobus MSS. eidem consentientibus: *Qui multo tempore per singulos officiorum gradus provecti, experimentum sui probabile præbissent: ut unicuique testimonium vitæ suæ actuum suorum ratio perhiberet.* Et sub finem ejusdem cap. 1. (nobis 5.) ita in editis & melioris notæ MSS. *Non præjudicantes Apostolicæ Sedis statutis, nec prædecessorum nostrorum, nostrisque decretis, quibus salubriter statutum est, ne &c.* apud Dionys. & in duobus illis MSS. *Non præjud. Apost. Sed. stat. nec beatorum Patrum regulas resolventes, quibus salubriter constitutum est, ne &c.* Quis porro non videat priorem præsertim hunc locum a novellis hominibus truncatum, & ad recentioris disciplinæ usum esse accommodatum, tamque evidentem corruptelam MSS. illis codicibus & Editioni pseudo-Dionysianæ omnem omnino detrudere auctoritatem?

II Pseudo-Dionysianam dico: quoniam et si nihil fere sit inter hujusmodi scripta Dionysiana Collectione antiquius, nullaque auctoritas hujus auctoritati præponenda videatur; nihilominus existimo posthabendam esse hoc in negotio collectionis illius fidem, quia hac integra epistola amplificatam illam Tom. II.

esse auctioremque factam asserere non dubito, idque non levibus argumentis.

1. Ex titulis Decretorum, qui simul omnes Collectioni toti Dionysianæ præfiguntur. Leonis quidem decreta quadraginta novem numerantur indicanturque: verum patet illum quadragesimum nonum & ultimum aliena & recentiori manu ceteris fuisse annexum: a quibus in hoc discrepat, quod illi solum Canonis materiem designant; hic vero Leonis nomen in fronte habet, hoc modo: *Leo Episcopis Mauris de conservatione & disciplina Canonum, ne indebito & inordinate ad Clericatum aliquis præsumat accedere: quod nec in Leonis, nec in aliorum Pontificum decretorum titulis factum a Dionysio fuisse invenimus: & eo magis inutile erat in hoc postremo capitulo seu decreto apponere, quam in prioribus, quod jam quadraginta & octo ejusdem Pontificis tituli præcessissent, qui auctorem satis superque indicabant.*

2. Decretorum 48. Leonis, aliorumque item Pontificum tituli, in fronte totius hujus Collectionis in unum collecti, omnimode concinunt titulis, qui singulis decretis præfiguntur in corpore Dionysiani Codicis; unicus vero hujus epistolæ titulus, qui in indice, diversus est ab eo qui epistolæ præmittitur. Sic enim legitur in fronte epistolæ: *In causa Lupicini Episcopi: Leo universis Episcopis per Casariensem Mauritaniam constitutis:* qui titulus ab altero, quem supra descripsimus, prorsus discrepat: unde manifestum est non a Dionysio compositum, sed ab alio esse confictum.

3. Si a Dionysio suæ Collectioni inserta fuisset hæc epistola, non eam nobis sub unico titulo repræsentasset, sed in plures diffecisset partes, suum cuique titulum affigeret, quemadmodum in aliis omnibus epistolis ab eo præstitum fuisse videmus, quamvis illæ longe ista breviores essent. Hæc enim nullis distincta titulis quinque integras columnas occupat in Justelliana editione; epistola vero ad Nicetam Aquilejensem, quæ immediate præmittitur (ut de aliis sileam) cum tres columnas non impleat, in octo tamen partes distributa cum prolixioribus titulis invenitur.

Rrrr 2 4. Dio-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

ta, non vero depravatam aut interpolatam probant. Ipfas autem variantes non ab exscriptore aut interpolatore prodire, sed ipsum Leonem præferre auctorem, qui primis curis decurtatam formam lucubravit, deinde vero ob quasdam novas circumstantias quædam adjiciens, nonnulla loca mutavit, ex nostra Admonitione n. 15. ac ex adnotationibus palam fiet. Mirificum porro est, Quænellum quasdam lectiones adoptasse ex ea editione, quam vitiosam & corruptam traducit. Ea vero duo loca, quæ uti vitiata exempli causa proponit, in adnotat. 27. ac 39. luculenter vindicavimus, & secundo loco prioris formæ lectionem a Leone ipso in melius mutatam ac emendatam ostendimus.

II Jure hanc epistolam abjudicat a colle-

ctione Dionysii, quia Dionysius Exiguus ipsam Leonis nec decurtatam nec integram suæ collectioni epist. 12. inseruit. Præter rationes a Quænello allatas, ad Africanos ab- ad Afri-  
duas hic adicere possumus. Prima ex colle- canos ab-  
ctione Hispanica, cujus auctor cum accurate fuit a  
descripserit quascumque pontificias epistolas in collectio-  
Dionysiana invenit, adeo ut etiam ipsius ti- ne Dion-  
tulos usurpaverit, hanc quoque epistolam ex nyfii Exi-  
ea sumisset, si nactus fuisset apud ipsum gui.  
Dionysium. Quam vero decurtatam cum aliis titulis dedit, ex aliis collectionibus, ut alia multa, derivavit. Secunda ex codice Vat. 5845., qui cum purum Dionysium exhibet, hanc epistolam non habet in Dionysiana collectione, sed in Additamentis, quæ postea accessere. Vide Admonitionem num. 11. tom. I. col. 651.

4. Dionysius Abbas Romanus & Romæ scribens non omisisset ea in titulis annotare, quæ Romani Pontificis auctoritati & amplitudini plurimum conferre videbantur: qualis est appellatio Lupicini Africani, ut vult epistolæ fragmentum, Episcopi: quod exemplum ex Africana Ecclesia singulare omnino est Leonis temporibus.

5. Sed nullius sint ponderis momenta hæc, quæ jam expendimus: palmare enim argumentum, & quod sexcentorum instar est, nobis suppeditant Cresconii Episcopi Africani opuscula 12 duo, quæ supersunt, alterum quod *Breviarium Canonicum* nuncupatur, capitula vel potius indicem continens Capitulorum tam Canonum synodaliū, quam Decretorum pontificiorum, quæ Dionysiana Collectio complectitur; alterum vero *Collectio seu Liber Canonum* dicitur, in quo integros Conciliorum Canones & Pontificum Decreta eo ordine, quo in Breviario allegantur, descripsit: non ordinem scilicet Conciliorum & Canonum sequens, sed materiæ folius habens rationem. Porro quod ad rem nostram facit, Cresconius Dionysii Exigui Collectionem per omnia (si appositos ad Africanos Canones numeros excipias) seclatus est, eosdem Canones, eadem Decreta, ex ejusdem editione, iisdem verbis & numeris exhibet, ut evidens sit Episcopum hunc Africanum Dionysii Collectionem secundum materiæ ordinem digerendam suscepisse: quod & eruditi quique Codicum Canonicorum collectores ac studiosi ultro fatentur.

Quantacumque vero diligentia evolveris lustraverisque Cresconii Breviarium & Collectionem, ne verbum quidem ex hac Leonis ad Mauros Cæsarienses epistola excerptum invenies: quam nefas est credere a Cresconio fuisse prætermittendam, si sub finem septimi, quo vivebat, sæculi, eam in Dionysiana Collectione invenisset. Leonis enim auctoritas, rerum quæ in epistola tractantur utilitas & momentum, ipsum etiam erga suos Africanos studium, rescripto illi majorem commendationem apud Cresconium conciliaissent. Igitur Dionysiana epistolarum pontificiarum Collectio, qua ætate vivebat scribebatque Cresconius, nec epistolam Leonis ad Africanos complectebatur, nec Hilari, Simplicii, Felicis, Symmachi, Hormisdæ Decreta: vivebat autem Cresconius, ut ex Baronio colligunt Bibliothecæ

Juris Canonici antiqui clarissimi Editores, circa finem septimi sæculi, seu circa annum 690. Quamobrem pro certo habeo, non fuisse hanc epistolam a Dionysio ipso suæ Collectioni appositam, sed ab alio superadditam: & fortasse ab eodem illo incerto auctore, qui eandem Collectionem auxit epistolis Romanorum Pontificum Hilari, Simplicii, Felicis, Symmachi, Hormisdæ, & Gregorii junioris: cumque hic ultimus adhuc esset in vivis trigesimo octavi sæculi anno, & Decreta ipsius in Concilio Romano circa annum Christi 720. condita ad calcem hujus Additionis legantur, 13 circa eadem quoque tempora additam esse Leonis epistolam de qua agimus, suspicari licet.

Suspicionem de tempore hujus additionis auget consensus omnium, quos quidem vidi, Codicum MSS. Collectionis Dionysianæ antiquissimorum, & qui Carolo Magno Imperatori æquales aut suppare videantur. Eam enim epistolam omnes repræsentant: ut indubitatum appareat illud quoque exemplar, quod Adrianus Papa I. Carolo Imperatori dono dedit, & ex quo omnia forte apographa, quæ in Gallicanis nunc Bibliothecis asservantur, descripta sunt, eandem pariter epistolam esse complexum: ac præinde illam antequam Roma in Gallias asportaretur, truncatam, interpolatam, & Dionysiano Codici insertam fuisse intra Gregorii junioris & Adriani I. tempora, seu intra annos fere sexaginta. Hujusmodi Codices plures videri possunt in Bibliotheca Regia, duo in Thuanea, totidem in Segueriana, unus præclarissimus in celeberrimo sancti Germani Parisiensis Monasterio, quibus adde venerandæ antiquitatis Codicem e Monasterio sancti Galli, quem eruditi Baluzii beneficio vidimus. Eandem interpolationis antiquitatem probat Hincmari Remensis Opusculum 55. capitulorum adversus Hincmarum Laudunensem cap. 5. ubi ex epistola ad Mauros referuntur & causa Lupicini, & (quæ in Dionysiana appendice non leguntur) Causæ Donati Salicinis, Maximi, Aggari, & Tyberiani Episcoporum.

Porro mirum videri non debet epistolam hanc post tot annorum a Dionysio intervallum depravatam fuisse: cum ipse Leo eam, quam ad Flavianum scripsit, etiam se adhuc superstiti 14 corruptam fuisse, sæpius sit con-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

Cresconii Breviarium & Collectio canonum 12 Non duo, sed unum & idem opus sunt Cresconii *Breviarium* & *Collectio canonum*. Breviarium enim nihil aliud est nisi index, seu tabula canonum collectioni præmissa; quod cum apud Justellum editum sit seorsim a *Collectio* canonum, duorum opusculorum opinionem peperit. Sed hac de re plura tom. 3. in tractatu de antiquis collectionibus & collectoribus canonum.

13 Si in manuscripto Dionysiano, quo Cresconius usus est, hæc epistola non legebatur, & idcirco a Dionysio suæ Collectioni inserta non fuit; non tamen hinc sequitur, hanc Dio-

nysio fuisse additam post ætatem Cresconii: primum enim additamentum alicui Dionysiano exemplari olim accessisse videtur paullo post Symmachi mortem. Lege Admonitionem n. 11. tom. 1. pag. 653.

14 Leo quidem aliquando corruptam credit suæ epistolæ Græcam versionem, quod tamen falsum ipse postea detexit, & nos susus ostendimus Adnot. 3. ad an. 454. Depravationem vero hujus epistolæ ad Episcopos Mauritanix nondum Quæfnellus probavit, adeo ut ea, quæ mox subdit explicaturus rationem, qua hæc depravatio inducta fuerit, inanissima divi-



questus. Qua autem ratione ea corruptio contigerit, etsi divinare velle otiosi hominis esse videtur; dicam tamen, quod in mentem venit. Pars illa epistolæ, quæ caput 2. constat, inventa est ab aliquo studioso, Leonis nomine decorata: quam cum in suum Codicem vellet referre, eam vel ad marginem, vel ad calcem epistolæ Leonis I. ad Mauros apposuit, sive propter materiæ, sive propter nominis affinitatem: & revera adhuc habetur ad calcem epistolæ in aliquibus MSS. Codicibus, quos servat Thuanea Bibliotheca. Sciunt porro viri eruditi quantis erroribus locum dederit nominum similitudo, quæ effecit etiam, ut Leonis Bituricensis Episcopi epistola Leoni Papæ adscripta sit ad nostram usque ætatem. Sciunt qui antiquis manu exaratis codicibus versandis assueverunt, quam multi huiusmodi reperiantur, in quibus antiquitatis ecclesiasticæ omnis generis monumenta promiscue collecta sunt, nullo servato nisi materiæ qualicumque ordine. Multa porro inter epistolam genuinam & fragmentum illud conveniunt. Utrobique enim agitur de Ordinationibus illicitis, utrobique de Virginibus barbarica oppressione corruptis consultus Pontifex respondet. Facile autem fuit ut e latere vel e calce epistolæ in ipsam epistolam imperiti scribæ vitio irreperit. Certe ut credam pannum istum ex aliqua Collectione Canonum & Decretalium sumtum esse, fere persuadet 15 Gratiani Collectio, cujus Decreto quædam ex hoc capite 2. inserta leguntur non tamquam ex epistola ad Mauros decerpta, neque inscripta Leonis primi nomine, sed simpliciter & absolute Leoni attributa, hoc modo: *Item Leo Episcopus*, vel, *Item Leo*, cum alia, quæ ex Capitibus 1. 3. 4. & 5. ibidem adducuntur, ex epistola ad Mauros desumpta esse dicantur. Quod discrimen non ex posterioribus quidem Gratiani editionibus deprehenditur, in quibus plura a Romanis Correctoribus male correctæ sunt; sed tum ex MSS. Codicum editione, quæ Parisiis anno 1531. Theodorico quodam Minimitano procurante prodit, & editione Lugdun. Hug. a Porta an.

1548. quas videtis 1. q. 1. cap. 44. & 15. qu. 11. cap. 24. *Si qui Episcopi talem: & Dist. 80. Illud sane quod ad. cap. 4. & 32. q. 5.* Legimus etiam in Additione quarta Capitulum Caroli Magni & Ludovici Pii Imperatorum partem huius panni, sed, quæ est huiusmodi interpolatorum vasitutes, plurimis adhuc 16 additamentis intertextam. Titulus ita se habet: *In causa Lupicini Episcopi ex epistola Leonis Papæ Africanis Episcopis directæ.* Sequitur deinde capitulum: *Causam Lupicini Episcopi, QUIA SIC NOBIS PLACUIT, illic iubemus audiri, & cetera, ut apud Dionysium, usque ad hæc ultima verba: Nostra quoque sententia roborentur: quæ hic ultima non sunt, ut in Dionysii Codice, hæc quippe alia sequuntur: Ex his enim possumus cognoscere qualiter de ceteris agatur, qualiter nos nihil contra statuta majorum egisse peniteat. Data 4. Id. Aug.*

Ex quibus intelligis, Lector, quam intemperans fuerit interpolandi libido, quamque impune in hanc epistolam, quam discutimus, grassata sit.

17 Primum enim consilium fuit, augendam esse hac ad Africanos epistola Dionysianam Collectionem, ut delata in Africam Pontificis Romani Decreta, majorem ex Codice auctoritatem sumerent; nec aliter recipi posset, sive a Gallicanis, sive ab aliis Ecclesiis Dionysiana Collectio, quin simul Romanam circa appellationes aliaque huiusmodi disciplinæ capita potestatem amplecterentur. Sed quia parum erat mandata Pontificis illuc transmissa esse, nisi obediendi necessitas, & exemplum appareret; hæc ob eam causam verba supposuerunt initio cap. 2. *Superest, Fratres, ut CONCORDI OBEDIENTIA salubres suscipiatis hortatus, &c.* quorum loco MSS. Codices habent solummodo *concorditer*. Quid postea? Manebat adhuc alta mente positum Concilii Africani responsum ad Zosimum, Bonifacium, Cælestinumque Leonis prædecessores, quo ex Africa ad Romanum Pontificem causas ecclesiasticas per libellum appellationis deferri non posse invicte contenderunt: opus itaque fuit ut appellatio alicujus Episcopi Afri-

16

Varii gradus interpolationis in hac epistola.

17

1. Grad.

2. Grad.

3. Grad.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

divinationi tribuenda sint, ac ex nostris argumentis, quibus hanc partem genuinam constituimus, satis superque disjiciantur.

15 Gratianus in allegandis antiquis canonibus & epistolis Romanorum Pontificum usus est duabus Collectionibus Hadriana & Isidoriana, vel certe iis paullo ante suam ætatem scriptis Collectionibus, quæ ex iisdem duobus fontibus ebiberunt. Quod si hanc epistolam laudans, omittit titulum *ad Mauros*, nihil mirum, cum idipsum in allegandis aliis certissimis quoque epistolis eidem acciderit.

16 Hæc quæ assuta sunt in Capitularibus, aliena esse additamenta evincitur: quippe quæ in nullis omnino huius epistolæ codicibus leguntur. Hinc autem non sequitur, additamento pariter esse deputandam eam partem, quæ pluribus & antiquissimis manuscriptoris fulcitur.

17 Cum hi omnes corruptionis gradus hypothese nitantur, quæ probata non fuit, immo ex nostris rationibus falsa est; mera commenta & somnia esse apertissime liquet. Enimvero gradus secundus, quo inter assumenta atque interpolationes referuntur voces *concordi obedientia* pro *concorditer*, adeo commentitius est, ut omnes Hadrianei codices, quibus interpolatio imponitur, habeant *concorditer*, & codices editionis decurtatæ, quæ ab ipso Quenello sincera habetur, præferant *concordi obedientia*. Vide Adnot. 48. in epistolam integram, & 42. in decurtatam. Molestia Quenello est Romanæ Sedis auctoritas præsertim in appellationibus, quæ hoc capite confirmatur: & idcirco plerique gradus ad hanc auctoritatem elevandam interpolationis nomine diriguntur.

Tom. 1.  
col. 666.  
Ibi. col.  
676.

Africani ad sanctum Leonem, Africanos illos Episcopos facti sui pœnitentes appellationumque juri succumbentes exhiberet. Hinc astutus de Lupicini causa & appellatione pannus, cui & alia quoque annexa Decreta de illicitis Ordinationibus, deque aliis negotiis; ut & consilium magis tegeretur, & supremum fuisse Romani Pontificis in Ecclesiam Africanam dominium innueretur.

4. Grad. Nec istud satis fuit. Ut enim plenum jus Pontificis in omnibus causis Africanæ Ecclesiæ clarius emicaret, placuit ut quæcumque emerissent ad statum ecclesiasticum & ad concordiam Sacerdotum pertinentes, de his omnibus componendis atque compositis plena ad Romanum Episcopum relatio mitteretur, ut ex illius vel infirmarentur, vel *rebovarentur sententia*. Ipsa sunt verba clausulæ superadditæ.

5. Grad. Sed nec hic quievit interpolatorum audacia. Hi enim certum haberi voluerunt post interpositam appellationem, causam non modo in ea Africæ Provincia, in qua nata esset, terminari posse per iudices in partibus, ut ajunt, a Pontifice datos; sed ad Romanum etiam Tribunal transferendam esse: & si aliter aliquando fieri contingeret, id ex indulgentia & voluntate Pontificis concessum. Eo consilio posteriores corruptæ jam epistolæ vitiatores, his verbis, *Causam Lupicini illic jubemus audiri*, alia isthæc inseruerunt: **QUIA SIC NOBIS PLACUIT**: quasi omnium rationum omniumque Canonum instar deberet esse voluntas Pontificis: quod a mente Pontificis ipsius alienissimum puto.

6. Grad. Denique omnem Romanorum Episcoporum agendi rationem solis prædecessorum statutis innixam videri vult ultimum additamentum, quod in Additione quarta Capitulum Caroli Magni & Ludovici pii legitur, habeturque superius descriptum.

Abstinet autem, ut hujusmodi corruptelarum vel artifices vel participes fuisse putem sanctissimos primariæ Sedis Episcopos. Nihil tale ab iis tentatum esse & persuademur, & adversus novatores, qui hujusmodi occasiones avide captant, ut Sedem Apostolicam diris proscindant conviciis, toto animo profitemur. Istud omne palponum opus est, & *hominum mente corruptorum, qui veritate privati sunt, existimantium questum esse & pietatem*, & traditionem apostolicam, & quicquid sanctius habet Christiana Religio.

Unum adhuc est de quo Lectorem monitum velim; videlicet pannum istum integrum, quem ex hac epistola eliminavimus, in Merliniana epistolarum S. Leonis editione reperiri, non huic insertum, sed illigatum fictitiæ epistolæ ad Episcopos Galliæ & Germaniæ de Corepiscopis: dignum scilicet

patella operculum. Quo pacto, quove id consilio factum, inquirat, qui hujusmodi quisquiliis delectatur.

Hoc certe ostendit manifeste pannum istum lacerum variis olim sedibus jactatum, nunc uni epistolæ, nunc alteri illigatum fuisse: donec tandem placuit impostori sedem illi in epistola ad Africanos figere.

Hæc omnia si accurate legisset ac perpenderit clarissimus Baluzius, de suppositione panni non dubitasset; nec dissimulasset invicta argumenta quæ ex MSS. Codicibus & ex Cresconii Breviario & Collectione protulimus adversus interpolatorem Dionysii Exigui, & epistolæ Leoninæ, præter alia interpolationis indicia quæ ex situ, titulis, & ipso conspectu epistolæ, ut jacent apud Collectorem, eruuntur. Cetera, quæ hanc in rem adnotat ad 4. Additionem Capitulum p. 1249. infirma sunt nec responsione indigent.

Ex hujus epistolæ restitutione, interpolationisque posteriorum editionum notitia, 18 ruunt observationes omnes, quas illi superstruxerat Joannes David. Ex hujus enim jam resectis pannis assererat 1. Sardicenses Canones a S. Leone plurimi factos fuisse: quod & si nemo inficias ierit, quam infirmo tamen id fundamento a Davide asseratur, modo perspicuum est. 2. Ex eorum pluribus confectam esse ait magnam epistolæ hujus partem. 3. Canonem præsertim tertium, quo appellationes Episcopo Romano vindicantur, ab eodem esse allegatum in causa Lupicini. 4. Canonis 4. auctoritate prohibitum, ne appellanti Romanam Sedem Episcopo alter superordinetur. 5. Sexti pariter, qui Episcopos in villis ordinari prohibet, mentionem esse factam. 6. Observari quam maxime cupit hanc epistolam ad Africanos missam, atque ex Sardicensibus Canonibus contextam, argumentum esse validissimum, totam illam camarinam in Carthaginensi Concilio VI. adversus appellationes motam, tandem in Apostolicæ Sedis emolumentum quievisse: siquidem vidimus, inquit, Cælestini successorem eodem jure potitum, de quo tunc contentio erat, non modo Legatos in Africam misisse, sed & Canones Sardicenses, quorum occasione lis mota erat Africanis tamquam receptas ab eis disciplinæ regulas ob oculos posuisse. 7. Penes Pontificem unum fuisse de appellantium Episcoporum Africæ causis judicare. 8. Penes eundem unum fuisse Episcopos etiam Africanos, prout conducere judicasset, communioni ecclesiasticæ restituere, a qua provinciali decreto fuerant abstenti. Hæc & alia hujusmodi cum adstruit scriptor ille ex epistolæ hujus fragmento, jam ex superioribus observationibus discere potest, quam caduco & ruinoso fundamento opinionem suam substruere tentaverit.

1. Quod

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

18 Immo vero ex vindicatione hujus capituli, quod solis inanibus conjecturis Quæsnellus impetere & interpolationis accusare stu-

duit, satis firma noscuntur, quæ Joannes David eidem superstruxit.

Quo an-  
no data  
it episto-  
a ad A-  
fricanos.

19

1. Quod attinet autem 19 ad annum, quo scripta fuit hæc epistola, nihil certi habemus. Eam anno Dom. 456. assignant Eminentiſſ. Cardin. Baronius in Annalibus, & Blondellus in Apologia pro sententia S. Hieronymi de Presbyteris: ille occasione legationis ad Romanum Pontificem missæ a captivis Catholicis pro institutione novellæ Ecclesiæ, quæ in cujusdam Maurorum Regis ditone enascebatur; hic vero Baronii ductum in re obscura incaute secutus. Hoc tamen mihi persuadere non possum. Primum enim anno superiori, Christi scilicet 455. constat captam fuisse a Vvandalis Romanam urbem: cujus clades & direptio, ita Leonem nostrum Pastorem optimum occupavit, ut de longinquarum Ecclesiarum cura & sollicitudine nonnihil intermittere coactus fuerit, quæ causa est cur nullam habemus ab eo scriptam epistolam a quinto Idus Maji anni 455. ad quintum Idus Junii anni 457. ita ut per biennium integrum litterarum commercium interruptum fuisse videatur. Totus quippe erat sanctus Leo post cladem Vvandalicam, ut liber de Romanis Pontificibus testatur, in renovandis sacris ministeriis, totus in reparanda urbis ruina, refarciendisq; damnis, quæ Barbarorum exercitus civitati intulerat.

Præterea nec statim post istam cladem, nec sequentibus etiam annis quicquam potuisse Leonem nostrum circa Africanas Ecclesias statuere & ordinare, satis perspicuum esse mihi videtur ex Victoris Vitenſis narratione. Nempe lib. 1. de Africana persecutione commemorat Geſericum, ut primum Carthagenſi urbe potitus est, *singulas quasque Africanas Provincias disposuisse, sibi que reservatis Bizacena, Abaritana, Getulia, & parte Numidia, exercitui funiculo, ut ait, hereditatis diviſiſſe Zeugitanam vel Proconſularem: Valentiniano adhuc Imperatore reliquas licet jam exterminatas Provincias deſerente. Post cujus mortem, quæ illi anno 455. ferro illata est, totius Africæ ambitum obtinuit. Ex quibus patet nihil fere amplius commercii inter A-*

fricanas Ecclesias & Leonem intercedere potuisse post mortem Valentiniani, Vvandalis universam Africam occupantibus & vastantibus: nec ullam ibi judiciorum formam, ullum consecrationum sacerdotium ordinem constitui potuisse: ut neceſſe sit hujus epistolæ epocham intra illos quindecim annos statuere, qui ab Episcopatus sancti Leonis exordiis ad mortem usque Valentiniani interfluunt, hoc est ab anno 440. ad 455. inchoatum. Et quidem ex ipſo Leone, qui tempus illud solummodo impacatum appellat, apparet tunc temporis scriptam fuisse epistolam cum adhuc Mauritanis potiretur Valentinianus; quo etſi impacata eſſent omnia propter vicinas Barbarorum acies his Africæ reliquiis imminentes, & multa hac occasione perturbatio in Ecclesias inducta eſſet, nondum tamen Ordinationum libertas adempta erat Episcopis. 20 Et certe valde Leonis nostri ſolertiæ & ingenio contentaneum mihi videtur, ut temporis opportunitatem captaverit ad confirmandam ſedis ſuæ auctoritatem in Africanas Ecclesias. Nemo est qui neſciat, quoties quantisque conatibus id tentaverint Leonis prædeceſſores: quantumque Leonis ipſius ætate Bonifacius & Cæleſtinus in eam rem laboraverint, Africanis conſuetudinem Ecclesiarum ſuarum inviſte ſemper propugnantibus. Expectanda tum illis fuerat opportunior occasio, quæ ut ſe ſe Leoni obtulit, eam vir cordatiſſimus ſibi elabi non eſt paſſus.

Perierat cum Africana libertate priſtinus ille diſciplinæ vigor, quem tum ſanctus Cyprianus, tum illarum regionum Concilia nobis exhibent. Innumera jam Eccleſiæ ſuis orbatæ Paſtoribus & miniſtris, ſub Vvandalica gemebant tyrannide. Ipſa omnium Afric. Eccl. mater, totius regionis caput, Carthago, miſeranda ſtrage jacebat proſtrata, ſuo Senatu, ſuo Clero, ſuo Paſtore deſtituta. Carthagenſem enim Episcopum nomine *Quod vult Deum* cum maxima Clericorum turba navibus fractis impositum maris fluctibus committi præcepit Geſericus, quos Deus miſeratione bonitatis ſuæ proſpera navi-

20

## EDITORUM ADNOTATIONES.

19 Vide noſtram Admonitionem num. 16. tom. 1. col. 655.

20 Huic male animati hominis, ac pontificiæ auctoritati inſenſi ingenium proditur, ac ſi appellationes Episcoporum Africæ, & relationes ad Apoſtolicam Petri Sedem nova res ſint, ac præter jus ejus Primatis, qui divina inſtitutione toti Eccleſiæ præſidet. Audacem hujus ſcriptoris niſum ſatis quoad appellationes reſpreſimus atque retudimus in Observationibus ad Diſſert. V. in qua non diſſimilia eſſutiit. Quod autem de appellationum jure ibidem probatum eſt, æque, immo multo magis probari poteſt de jure relationum, quarum multo plura documenta ac exempla ſuppetunt.

Vindica-  
tur Leo  
a ſtudio

Ita porro quod ad excindendas corruptelas commean-  
tium ſermone inſtructus S. Pontifex geſ-  
ſit, illius, ut ipſe Queſnellus poſtea fatetur,

*ſollicitudinis inſtinctu, quam univerſe Eccleſiæ dilatandi ex divina inſtitutione impendere debebat,* in dilatatandæ juridiſctionis ſtadium traducit. Id Leonem ſponte nullo Episcopo Africano invitante egiſſe notat. Num tñ negligentibus fuiſſent Afri, diſſimulandæ erant tot corruptelæ ab eo, cui totius Eccleſiæ curam Chriſtus commiſit? At Potentius, qui hæc mala ſua relatione patefecit, Aſer Episcopus fuit. Afri etiam Episcopi fuere Reſtitutus, & David, quorum alter de quibuſdam ſuæ provinciæ abuſibus conqueſtus eſt, alter vero poſt Potentium Romam tranſmiſerat, ac exinde cum Leonis inſtructione atque litteris in Mauritaniam redierat. Poſt tam audacem cenſuram Caſauboni verbis S. Pontificem excuſat. Sed hæc ipſa heterodoxi hominis conſeſſio ipſum docere debuerat, ne de Pontifice tam ſancto ambitus aut alieni juris imminuti ſuſpicionem ſpargeret.

navigatione Neapolim Campaniæ perducere dignatus est . Et ut nihil deesset quod Pontificis consilium juvare posset , ad Leonis nutum & voluntatem movebatur Valentinianus Imperator ; cujus potestate adversus Gallicanarum Ecclesiarum Primatem quam pro suis votis usus fuerit , testatur ejusdem Imperatoris Constitutio adversus S. Hilarij Arelatensem anno 445. emissa .

Vide t. I. pag. 642.

His ita se habentibus , præsidioque Augusti ad Leonis vota semper parato , de Africanarum Ecclesiarum rebus ad Sedis suæ notitiam & judicium pertrahendis serio cogitavit . Non earum quidem regionum , quæ sub Vandali Imperio jacebant oppressæ , sed earum , quæ adhuc Valentiniano parebant , quas inter præcipua erat Cæsariensis Mauritania .

Ad hujus igitur Provinciæ Episcopos Legatum vice sua acturum destinat Potentium , qui & litteras ad eosdem dedit : ut de Ordinationibus illicite celebratis , de violatis Canonum regulis , & aliis hujusmodi diligentius inquireret , & ad Apostolicam Sedem , cujus auctoritatem gerebat , referret plenissime . Cum Potentii relationibus instructus fuisset S. Leo , hanc alteram prolixiorem epistolam scripsit ad Africanos : in qua & moderationem eam servat , quæ congruebat temporis , & eum exirit vigorem , qui rescindendis corruptelis , suæque potestati stabilendæ necessarius videbatur . Istud omne porro sponte propria , nulloque ex Africanis Episcopis invitante actum est a Leone , quemamodum ipsum hujus epistolæ exordium testatur : ubi asserit se *commemantium* tantummodo sermone instructum fuisse de illicite usurpatis circa Ordinationes Africanas ; se solius pietatis ratione exigente ad Legatum mittendum commotum fuisse , illiusque sollicitudinis instinctu , quam universæ Ecclesiæ ex divina institutione impendere debebat .

Vide c. I. hujus ep. I. nunc 12.

Dum hæc scribo , videor mihi hinc catholicorum nonnullos submurmurantes audire , illinc sectarios utraque applaudentes manu ; quasi Pontificem Romanum mali ambitus alienique juris imminuti notare videamur . Utriusque satisfaciam unius Casauboni verbis , cui non assentiri nec A catholici audeant , nec debeant hac in re Catholici .

Sic igitur vir doctissimus , utinam & Catholicus , Exercitatione 15. ad Annales ecclesiasticos Cardinalis Baronii : *Non ignoramus* , inquit , *quantus hic Leo fuerit sinceræ fidei defensor* , & *pro recta fide quantos labores sustinuerit* , *quamque Ecclesiæ Dei utilis* . Neque vero dubium mihi est tantum illud studium , quod videmus ab eo adhibitum , ut Sedes Romana in majus extenderetur , a bono principio fuisse profectum , & ad finem optimum spectasse . *Vastabant illa ætate Ecclesias perditissimi heretici* , qui magnas quotidie strages , ut apri vineam ingressi , edebant : neque erat qui progressibus eorum se se opponeret , qui quidem causam bonam posset adjuvare , præter Romanum Episcopum . Nemo autem peritus rerum Ecclesiæ ignorat , opera Romanorum Pontificum per multa sæcula

Deum esse usum in conservanda sartatecta rectæ fidei doctrina . Hoc intelligens Leo magnus , & quotidiana experientia edoctus , quantum veræ fidei interesset , ut paratum illi semper esset in Sede Romana præsidium firmissimum ; modis omnibus ut ita esset procuravit : quod quidem minus videri mirum debet , quia sic Ecclesiæ Dei expedire , optimus quisque tum credebatur : & erat ita revera illis temporibus . Neminem esse puto qui his libentissime non subscribat .

Per illud ergo tempus scripta est epistola , quod ab electione Leonis ad mortem usque Valentiniani effluxit ; sed quo præcise anno , decernere difficile est . Ad initia tamen Episcopatus Leonis pertinere non obscurum ex dictis , & eam ob rem illam primo omnium loco ponendam esse existimavimus . Nullius enim epocham , quæ certa sit , habemus antiquiorem decima die Octobris anni 443. ad quem anni jam quatuor elapsi erant ab expugnata Carthagine , & hujus civitatis Antistite & Clero ad transmarina relegatis .

Unum est quod adversus hanc epistolam istius Epocham objici possit : nempe ex capite 5. quod primi pars est postrema in superioribus editionibus , intelligi , eam primam non esse epistolarum Pontificis nostri , aliaque præcessisse ejus Decreta , quæ ipse his verbis allegat : *Non præjudicantes* , inquit , *Apostolicæ Sedis statutis* , *nec præcessorum nostrorum nostrisque Decretis* , *quibus salubriter statutum est ; ne primum , vel secundum , aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum quibuslibet suffragiis fultus ascendat* , *priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perveniat* . Quæ verba indicare videntur epistolam 12. (nunc 14.) ad Anastasium Thessalonicensem , ubi cap. 3. decernitur : *Ut is , qui ordinandus est , etiamsi bonæ vitæ testimonio fulciatur , non laicus , non neophytus , nec secundæ conjugis sit maritus* . Verum hoc opinioni nostræ non nocet : potuit enim Leo intra primum Pontificatus sui triennium nonnulla Decreta emittere , quibus eam , quam commemorat , disciplinam statuerit . Porro non mihi innuere videtur illud epistolæ ad Anastasium Decretum , in quo nullâ secundi vel tertii gradus mentio , nec variorum augmentorum , per quæ laici ad Sacerdotium deberent pervenire , Ceterum etsi serius dari epistolam forte contigerit , primus tamen ei locus commodius assignatus est , vacuum scilicet triennium impleturæ , quam si ad inferiorem reservata , certæ ætatis epistolarum ordinem interrumpat .

Quæ ad textum reliqui emendationem pertinent seu lectiones varias , vel ad marginem rejecta reperies , vel hic breviter annotata .

2. CONTRA DIVINÆ LEGIS PRÆCEPTA. Col. 660. Ita quatuor MSS. codices Thuanei cum Cantabrigensi , necnon & Dionysius Exiguus , Cap. 2. epistola 3. Adriani Papæ II. ad Basilium Imperatorem , Gratianus Dist. 61. Horum porro verborum loco tum vulg. editiones , tum MSS. cod. Trecopithœanus & Thuaneus unus habent : *De prævaricatione* .

Col. 666.  
Cap. 8.

3. De hujusmodi virginibus vi barbarica oppressis aliter decernendum putat Gregorius Neocæsar. in epist. canonica, cap. 1. ubi ex antea acta hujusmodi virginis vita judicandum existimat: quæ si fuerit ab omni suspitione pura, oppressam virginem absolvit; sin minus, cum ejusmodi non facile orationibus communicandam opinatur.

Ibidem.  
Cap. 9.

4. CONCORDITER. Ita legitur in codd. MSS. septem & apud Dionys. Exig. Ita etiam in pseudo-epistolis Isidorianis, quæ ex pannis compactæ sunt hujus epistolæ. In posterioribus porro edit. pro *concorditer* legimus *concordi obedientia*, quod ita a Leone scriptum non esse evincunt MSS. codd.

## AD EPISTOLAM XIII.

*Episcopis Metropolitanis Achajæ.  
(Lege Illyrici.)*

Col. 677.

1 PRæsentem epistolam restituit nobis Romana Luca Holstenii collectio. Ex illa cum intelligamus serius rescriptum fuisse ad sanctum Leonem a Metropolitanis Illyricianis (1 totum enim biennium intercesserat) discimus pariter non paucos ex illis restituisse, nec se nisi ægre submisisse potestati, quam Anastasio Pontifex & confirmaverat & auctiorem fecerat non mediocribus incrementis. Contra Petrum Corinthi seu Achajæ Metropolitanum ejusque illicitas ordinationes, conjicit Lucas Holstenius: eum certe tangit epistolæ caput 3. Senecionem fuisse Episcopum Scodrensem; Lucam Dyrachii; Vigilantium Larissæ, asserit idem vir clarissimus. Suspiciatur insuper pro *Antiocho* legendum esse 2 *Attico*, qui fuit Epiri veteris Metropolita Nicopolitanus; de quo epist. 12. (*nunc* 14.) cap. 1.

Cap. 1.

3 1. MAJORES INTER EPISCOPOS CAUSSÆ. Ejusmodi causas 3 non ad se trahit Romæ judicandas; sed ad Anastasium vult referri: non tamen omnes; sed quæ in provinciis eidem subjectis nequeant terminari. Eas denique non tam ab eo tamquam iudice discuti finiri mandata, quam ab eodem, ut arbitro, sub divini timore iudicii componi cupit. Eadem fere habentur in epistola 4. (*nunc* 6.) ad Anastasium, & 5. ad eosdem Metropolitanos; quæ supra editæ sunt ex Holstenio: nisi quod aliquid minus sibi assumere mihi videtur in hac, quam in præ-  
Tom. II.

cedentibus epistolis. Et in epist. 12. (*nunc* 14.) quam eidem Anastasio scripsit in causa Attici veteris Epiri Metropolitanæ, non ait illi necessarium, sed liberum fuisse majora negotia & difficiliore caussarum exitus sub ejusdem sententia expectatione suspendere. Unde & illud elicitur majorum caussarum iudicia, ad majores sedes non ex defectu potestatis in metropolitans Episcopis, sed ex difficultate incurrentium quæstionum, quæ dum sæpius & a pluribus examinantur, tandem ex sapientiorum consilio componuntur. Et revera saltem aliquas illarum ad consultationem, magis quam ad iudicium, evocat sanctus Leo: ut ex his verbis epistolæ prioris seu 4. (*nunc* 6.) ad Anastasium cap. 5. fit manifestum. *Si qua, inquit, causa major evenerit, quæ a tua fraternitate illic præsidente non potuerit definiti, relatio tua missa nos consulat: ut revelante Domino, cujus misericordia profitemur esse quod possumus, quod ipse nobis aspiraverit rescribamus.*

2. INVITATI FRATRES IN CAUSSIS MAXIMIS &c. Hinc quoque discere causas majores maximasque, quæ in provinciis terminari nequibant, non e solius Exarchi nutu pependisse, sed eadem in Concilio Episcoporum e diversis provinciis evocatorum discussas finitasque fuisse.

3. QUONIAM HOC ET CANONUM DEFINITIVIT AUCTORITAS, ET IPSA SERVANDÆ UNITATIS RATIO. Canon scilicet Nicænus 16. Sardicenses 18. & 19. Immo & 4 ad Carthaginensis I. Can. 5. respicere mihi videtur sanctus Leo, non minus quam ad illos: unitatis enim servandæ ratio, quam commemorat, & consensus scripto traditi mentio, nec ad Nicænum, nec ad Sardicense pertinent. Nicænum enim neutrum continet; Sardicense de unitatis ratione habet non nihil; sed Carthaginense utrumque disertis verbis expressum habet hoc modo: *Privatus Episcopus Vegeselianus dixit: Suggero sanctitati vestræ, ut statuatis, non licere Clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris Episcopi sui, neque apud se retinere nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet sine conscientia ejus Episcopi, de cujus plebe est. Gratus Episcopus dixit: Hæc observantia pacem custodit: nam & memini in sanctissimo Concilio Sardicensi statutum, ut nemo alterius plebis hominem usur-*

Pag. 224.  
Cap. 2.Ibidem.  
Cap. 4.

4

Ssss  
pet:

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Aliquot litteras, quæ interciderint, hoc biennio utrimque scriptas coniecimus adnot. 3. in hanc epistolam tom. 1. col. 677.

2 Non assentimur. Vide adnot. 2. ibidem.

3 In epistola 6. ad Anastasium cap. 5. duplex caussarum genus Leo sibi reservat. I. illas, quæ ab ipso Anastasio componi nequiverint. II. illas, in quibus ad Sedem Apostolicam appellatum fuerit. Cum vero de neutro hoc caussarum genere in præsentem epistolam agatur; nihil mirum, si nihil hic S. Pontifex sibi reservet. Si quæ vero causæ in provinciis terminari nequirent, a Thessalonicensi autem

possent; hunc non modo ut arbitrum, sed etiam ut iudicem fuisse constitutum liquet ex ep. 14. c. 7. ubi causam graviolem solummodo sibi reservat, quæ nec tuo fuerit sopita iudicio.

4 Cum Leo canones allegat, semper intelligit Nicænos & Sardicenses Nicænorum nomine signatos, quos solos Romana Ecclesia, ut in tractatu de antiquis canonum collectionibus tomo III. videbimus, ad hujus Pontificis usque tempus receperat. Quod si qua ratio asfertur, quæ in aliis canonibus invenitur; hoc per accidens est: plures enim eandem rationem in re eadem excogitare queunt.

pet; sed si forte erit necessarius, petat a collega suo, & per consensum habeat. Vide & superiorem epistolam 12. (nunc 14.) sancti Leonis ad Anastasium in causa Attici, cap. 9.

Mirantur porro nonnulli, quod Gratus Sardicensem potius quam Nicænam Synodum in confirmationem sententiæ Privati adduxerit, magnumque inde suffragium arcessunt illi Synodo. Verum non est quod tanti hoc faciant, nec ullum latet hic mysterium: scilicet Gratus interloquentem audiens Privatum contra alienorum Clericorum subreptionem, hoc primum allegavit, quod magis memoriæ infederat. Sardicensis autem potius quam Nicænae Synodi meminit, quia & illa recentior, & illius pars ipse fuerat cum plurimis Africanæ diocesis Episcopis: hæc enim est hominum indoles, ut ea potius in medium proferant, quæ ipsis vel testibus, vel suffragantibus, vel actoribus contingere, quam quæ ex aliorum relatione perceperunt; ob id etiam quod pacis & concordia ratio, cujus mentionem fecerat, in Sardicensi Concilio fuerat prolata, non item in Nicæno. Denique hoc ad conciliandam Sardicensibus Canonibus auctoritatem, eorumque usum in Africa comprobandum, 5 infirmum esse inde patet, quod nec proferuntur ipsa Canonum verba, nec ab aliis laudantur, nec citantur

nisi ex recenti forte rerum illic actarum memoria, non vero ex Archivis Ecclesiæ Carthaginensis, in quibus asservata non fuisse, tum hæc, tum Africanorum Patrum sub Aurelio congregatorum epistola ad Cælestinum P. R. abunde testantur.

AD EPISTOLAM XIV. Col. 68r.

APUD QUESNELLUM XII.

Anastasio Thessalonicensi Episcopo.

I. NULLA est Consularis Nota huic epistolæ adscripta, cujus ope, 1 quo anno data sit, possit intelligi. Non temere tamen hanc assignamus quadringentesimo quadragesimo quinto. Superiori quippe anno commissæ sunt Anastasio vices Apostolicæ Sedis per Illyricum aliasque annexas Provincias, ac proinde non potest prius esse scripta. Quæ enim acta sunt & præsumta a Thessalonicensi Episcopo ex vicaria illa auctoritate Leonis, adversus Atticum veteris Epiri Metropolitanum; ipsius Attici comprovincialiumque ejus Romam usque proficiscentium iter diuturnum; causæ illorum omnium ventilatio in Romano judicio habita; unius saltem anni spatium consumere, ut ante medium sequentis anni scribi non potuerit epistola: quod insuper confirmant

EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Hæc canonum Sardicensium commemoratio a Grato facta in Concilio Carthaginensi non ita infirmum est auctoritatis eorumdem argumentum, uti hic a Quesnello traducitur. Infirma potius est hujus ratio, quod Gratus non profert ipsa canonis verba, sed uritur verbo *memini*: nam in Conciliis verba aliorum canonum recitari non solent. Verbo autem *memini* usus est etiam Osius Cordubensis in Synodo Sardicensi can. 14. loquens de Eliberritana Synodo, quæ sane apud Hispanos maximæ auctoritatis fuit. Quis porro credat Africanos non magni fecisse Concilii Sardicensis canones, nec eorum aliquod exemplar secum detulisse in Africam, cum ab Africanis Episcopis præsentibus fuerint firmati, & unus eorum canonum pro ipsis potissimum Afris, Grato, ut videtur, instante, editus fuerit? Quod si sub Cælestino hos canones Afri ignorarunt, id ex eo profectum videtur, quod iidem Afri fatis instructi recentioribus canonibus, quibus veteres repetebantur, non multum versarentur in evolvendis antiquis, qui in archivis custodiebantur. Certe Concilium Carthaginense sub Grato, quo Sardicense Concilium laudatur, erat in archivis Ecclesiæ Africanæ, unde ejus canones inventi fuere non solum sub Bonifacio Carthaginensi in *libro canonum*, ex quo unus ex iisdem Synodo anni 525. insertus fuit, verum etiam sub Aurelio & Augustino tempore Synodi Carthaginensis anni 419. in qua duo ex iisdem canonibus repetiti inveniuntur: & nihilominus eos ignoravit Augustinus, cum anno 406. adversus Donatistas scripsit. Cum enim ab illis objecta fuisset epistola Sardicensis ad Donatum Carthaginen-

sem; si eos Grati canones cognovisset, faciliorem & efficaciorum responsonem dedisset, V. Aug. lib. 3. in qua Donatistarum fraus fuisset evidentiis evicta, nimirum Sardicense catholicum Concilium, cui non Donatus, sed Gratus Carthaginensis interfuit, ut ex laudato canone discitur, ad Donatum pseudo-episcopum Carthaginis non potuisse objectas litteras scribere: indeque multo evidentiis confirmasset, illud Concilium, quod Sardicensis inducto nomine ad Donatum scripsit, Arianorum fuisse conventum; verum autem Sardicense cum solo Grato & aliis Africanis catholicis, non autem cum Donato & schismaticis Donatistis communicasse. Fatendum quidem est Africanos in epistola ad Cælestinum indicare, se in quæstione de duobus canonibus Sardicensibus, qui tamquam Nicæni allegati fuerant, non solum evolvisse Nicænos canones, qui in suis archivis exstabant, sed aliarum etiam Synodorum exemplaria; & in nulla Patrum Synodo eos reperisse. Nullum ergo Sardicense Concilii exemplum in eorum archivis existisse videtur. At si negari nequit, quin aliquod actorum Sardicensium exemplum ab Africanis allatum fuerit in Africam, cum aliqui canones Afrorum causa conditi fuerint, & cum iisdem actis alii plures Africani teste Athanasio subscriperint: dicendum erit, Africanos Cælestini tempore in evolvendis archivis non omnem diligentiam adhibuisse, quam cum sequenti sæculo Ferrandus Carthaginensis commodius posuit, eosdem canones ex aliquo exemplo peculiari divisione transcriptos nactus, Breviationi canonum inseruit. 1 Hanc epistolam post præcedentem scriptam ostendimus adnot. 1. tom. 1. col. 68r.

Quid Afri de canonibus Sardicensibus?

tom. 5.  
Concil.  
p. 778.

firmant hæc Leonis verba, cap. 1. *Abundant enim apud te*, inquit, *monitorum scripta nostrorum, quibus te de omnium actionum temperantia frequenter instruximus &c.* Scriptam autem esse ante quadringentesimum quadragesimum sextum ex epistola sequenti ( *nunc precedenti*, ) quæ die 6. Januarii data est, certo eruere mihi videor. Primum enim, totum illud dissidium Anastasii cum provinciarum illarum Metropolitanis contigisse probabile est occasione Vicariatus a Leone dati, & intra illud biennium, quod intercessit a prima Leonis ad illos epistola usque ad eorundem consensum, quem indicat epistola posterior ( *nunc precedens*; ) nec tantæ dilationis causa alia apparet, quam idem dissidium; quo composito manus dedere. 2. Plura revera habet posterior ( *nunc precedens* ) seu 13. epistola, quæ pacem & concordiam non multo ante relartam indicant. 3. Cum capite 2. ejusdem monet Metropolitanos, ne se Conciliis deneget ab Anastasio indicendis, hæc addit: *Maxime cum moderatio nostra providerit, ut non frequens, neque pro levibus causis conveniendi necessitas indicatur, & binos ternosve Episcopos de singulis Provinciis adesse sufficiat: ut leve fiat paucis, quod multis esset onerosum.* Quibus verbis quis non videat indicari a Leone caput 10. hujus epistolæ, in qua Leo hæc verba habet: *In evocandis autem ad te Episcopis moderatissimum te esse volumus: ne per majoris diligentie speciem fraternis videaris gloriari injuriis. Unde si causa major aliqua exstiterit, ob quam necessarium sit fratrum advocare conventum, binos de singulis Provinciis Episcopos ... ad fraternitatem tuam venire sufficiat &c.* 4. Quod sancit Leo hujus epistolæ cap. 5. *Ut nullus invitis & non petentibus ordinetur, nec sine Cleri plebisque consensu: decretum est propter Ordinationem Episcopi Thespiensibus invitis & repugnantibus consecrati*, de quo retulerat Anastasius, ut ex posterioris ( *nunc prioris* ) seu 13. epistolæ cap. 3. habetur. 5. De alieno Clerico, invito Episcopo ipsius, non suscipiendo utraque statuit: hæc cap. 9. sequens ( *nunc precedens* ) cap. 4. 6. Denique hanc ad Anastasium epistolam vel eodem die vel paulo ante scriptam designat Leo in calce subsequentis: 2 *Plenius vero*, inquit, *observari debent, quæcaveri ad ipsum fratrem & Coepiscopum nostrum Anastasium scriptimus, eaque in vestram notitiam litteris ipsius volumus pervenire.* Hæc de anno datæ epistolæ. Ceterum subit mirari in dissidio, quod anno 517. inter Thessalonicensem & Nicopolitanum Episcopos ortum est, præsentis epistolæ mentionem factam non fuisse, cum Thessalonicensis Ecclesiæ juribus lucis affunderet plurimum.

2. AUCTORITATE. Ita plerique codices  
Tom. II.

ac etiam Dionysius Exiguus & Isidori cod. MS. Corbejenfis tamen, Victorinus, Thuanus unus, & Trecopithæanus, & edit. ad marginem, habent *Sede*. Nullum in sensu discrimen.

3. A NOBIS. Ita codices Thuanei quin- Col. ead.  
que, Corbejenfis, Cantabrigensis, Treco- Cap. 1.  
pithæanus, Isidor. MSS. & Dionysius Exiguus, pro quo alias legebatur, *Ab Apostolica Sede*.

4. SED AB HIS QUI QUÆ &c. Hunc locum restituimus ex Dionys. & Cresconio & MSS. Cod. Corbejenfi, Cantabrigensi, Trecopithæano, & Thuanis quinque; veterem tamen lectionem exhibemus: *Sed quæ sue sunt quærunt, non quæ Jesu Christi, facile ab hac lege discernuntur; & dum dominari magis quam consulere subditis quærunt, placet honor, inflat superbia &c.* Quis hæc intelligat?

5. METROPOLITANUS. Crab. Nicol. Canisius, Sichardus, Surius legunt *Nicopolitanus*. Certum est, vel ex subscriptionibus Calchedonensis Concilii Nicopolitanum Episcopum reapse veteris Epiri Metropolitanum fuisse; & ex contentione quæ inter Nicopolis Antistitem, & Thessalonicæ Episcopum orta est temporibus Hormisdæ PP. apparet illum Epiri Metropolitanum avide arripuisse occasionem se se a potestate Thessalonicensis eximendi, quam ex Acaciano schismate, cui adhærebat Thessalonicensis tunc Antistes, nactus fuerat: quod etiam ante S. Leonis tempora tentatum erat, ut testantur epistolæ Bonifacii Papæ ad Rufum & ad Episcopos Illyricanos apud Holstenium, vel tom. 4. Concil. Labbei p. 1702. ex quibus colligitur 3 plurimos illarum regionum Episcopos statutis Sedis Romanæ pro Vicariatu Thessalonicensi emissis non acquievisse, ægreque admodum passos esse Thessalonicensi Episcopo se subijci. Unde suspicor totam illam controversiam, quæ hac epistola ventilatur, inde natam esse, quod Atticus Synodo Thessalonicæ ab Anastasio indictæ præsentem se sistere seu distulisset, seu renuisset, excusationem infirmitatis, ut querebatur Anastasius, obtendens. Hoc enim inter cetera privilegium erat Thessalonicensis Episcopi, velut Sedis Apostolicæ per illas regiones vice fungentis. *Ut* ( verba sunt Innocentii ad Rufum ) *cum aliqua ecclesiastica ratio vel in tua, vel in memoratis Provinciis agitanda cognoscendaque fuerit, quos velis Episcoporum socios quibuscumque de Ecclesiis assumas tecum; quorum & fide, & moderatione quicquid necessitas causasse flagitaverit, optimus dirigas arbiter, & præcipuus, quippe a nobis lectus, definitus intercessor.*

Huic præsertim ordinationi sæpe restiterunt; ita ut Sixtus & Leo hoc imprimis sollicitius commendare coacti sint, ut evocatus

SSSS 2 catus

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 His verbis aliam, quæ intercidit, indicari epistolam probavimus adnot. 16. in ep. 13. col. 680.

3 De nonnullis certum est, de plurimis non item.

catus ad Synodum Metropolitanorum nemo venire contemneret, nec congregationi sanctæ, ad quam festinare debebat, se denegaret. Vide Stephani Baluzii Appendicem ad librum 15. Petri de Marca. Lege & epistolam Sixti Papæ in Collectione Romana Holstenii, vel tom. 4. recentioris editionis Conciliorum: & sequentem (*nunc præcedentem*) epistolam Leonis cap. 2. quam cum hujus cap. primo si contuleris, judicabis eam fuisse, quam diximus epistolæ occasionem Atticique causam.

Ibidem.

6. ADSTRICTIONE. Ita edit. Merlini, Crabbi, Nicolini, Surii & MS. cod. Victor. in aliis plerumque leg. *afflictione*: quæ minus convenit. Vox ista antiquis familiaris, & ea Leo ipse non semel utitur.

Ibidem.

7. IN EXHIBITIONEM INSONTIS ANTISTITIS. *Exhibere* in jure civili, est præsentiam corporis præbere: unde & exhibitio est alicujus, ut ita dicam, præsentatio; de qua in C. lib. 9. tit. 3. *De exhibendis & transmittendis reis*. Recte Leo noster objurgat Anastasium quod exhiberi fecerit *insontem Antistitem & nullo vel falso insimulatum crimine*: in eodem enim tit. 3. editum est Imp. Grat. Valent. & Theodos. Aug. quo jubent *ex longinquo si quis est acciendus, non prius insimulanti*, id est accusatori, accommodetur *assensus, quam solemniter se vinxerit, & in pœnam reciproci stylo trepidante recaverit*. Adierat igitur, id est, per libellum convenerat Anastasius Præfectum Illyrici, ut Atticum litteris tractoris ad Synodum parere renuentem, exhibendum pronuntiaret: *Neminem enim exhibendum esse in judicio præcipiunt Imperat. Valent. Theodos. & Arcad. nisi de cujus exhibitione iudex pronuntiaverit*. Præfectus Thesalonica Nicopolim executionem, ut Leo vocat, *terribilem* mittit, id est executorum publicorum turmam seu ministrorum quorum officii est, mandata & sententias ad effectum perducere. L. *Executores C. De Executoribus* tit. 61. *Quæ executio*, inquit Leo, *omnia sibi officia publica ad effectum præceptionis, Præfecti videlicet, adjungeret*. Officia publica dicit officiales ipsos & ministros Magistratum ac Præsidum, quorum plures eodem tit. 61. nominantur: compulsor, exactor, admonitor, portitor præcepti, agens in rebus, vel Palatinus, vel apparitores illustrium potestatum &c. Horum ministerio Atticus a sacris Ecclesiæ adytis extractus dicitur, vel quod relicta Ecclesia sua Thesalonica statim proficisci coactus sit prætoriana præceptione, vel etiam quod violenta manu extractus et sacrario, in quo ab executoribus inventus erat. *Cui non ob molestiam agritudinis, non ob sævitiam hiemis darentur induciæ*: has rationes particulares communi legi subjungit. Nam Grat. Valent. & Theodos. Imp. in C. lib. 9. tit. 3. *de exhibendis, spatium sufficientium dierum, non minus tamen triginta tribui jubet exhibendis*. Patet ex his & quam diserte injuriam Attico illatam describat Leo noster, & quam propriis atque ex ipso jure defum-

tis vocabulis utatur: adire præfecturam, exhibitio, executio, officia publica, insimulatus, induciæ, civilia &c. quæ tyronum gratia annotare operæ pretium duxi.

8. CIVILIA. *Civile*, apud Jurisperitos, Col. 68. Prætorio opponitur. Unde forsitan S. Leo hac voce a foro assumpta innuit, non se Præfecturæ potestatem, quemadmodum fecerat Anastasius, aditurum, sed ex propria Sedis suæ auctoritate acturum fuisse & respondurum. *Civilia* quoque ea verba dicuntur in jure, quæ legitima & imperativa: Papin. in D. l. 7. & passim *civile* pro justo, æquo, legitimo accipi solet: quo sensu & a Leone acceptum puto. E diverso *incivile* dicitur inhonestum, illicitum, iniquum, & contra juris ordinem. *Briffonius*.

9. AUT QUI UNAM QUIDEM HABEAT VEL HABUERIT, SED QUAM SIBI VIDUAM COPULARIT. Caveant qui prioribus editionibus utentur, ne in errore incurrant, quem mendosa hæc Romanæ editionis aliarumque posteriorum lectio præ se fert: *Aut qui vel unam quidem habeat, vel habuerit, sed nec qui sibi viduam copularit*: numquam enim Ecclesia removet ab ecclesiasticis officiis unius uxoris viros, sive adhuc viventis, sive jam mortuæ; juxta Apostoli doctrinam. Necessaria ergo imprimis erat correctio, quam nobis Collectiones Dionysii & Creconii, edit. Surii, Nicolini, Merlini & MSS. codd. Corb. Cantabrig. Victor. Thuan. & Trecopith. suppeditarunt.

Col. 68-  
Cap. 3.

10. CLERICORUM. Strictius usurpat Clerici nomen pro iis, qui majoribus Ordinibus erant initiati. Lectores enim, qui inferioris ordinis Clerici plerumque nominantur, uxores ducere & filios procreare poterant, ut expresse ait ipse Leo ep. 2. (*nunc 167.*) ad Rusticum Narbonensem cap. 3.

Col. ead.  
Cap. 4.

11. NEC SUBDIACONIS CONNUBIUM CARNALE CONCEDITUR, Hæc disciplina, cujus testis & assertor est S. Leo tam hic quam in epist. 2. (*nunc 167.*) ad Rusticum Narbonensem c. 3. si cum superiorum posteriorumque temporum usu conferatur, non leves patitur difficultates. Tam enim certo & indubitanter de continentia præcepto quasi passim & ubique Subdiaconis præscripto loquitur, ut ex eo argumentum a minori (ut ajunt) ad majus eliciat pro asserenda lege continentia superioribus gradibus indicta: cum tamen Gregorii Magni tempore, qui centum & quinquaginta post Leonem annis vivebat, nondum lex illa plene obtinisset, saltem in Sicilia Provincia ad Romani Episcopi Synodum seu ordinationem pertinente; licet observaretur Romæ. *Ante triennium*, inquit, *Subdiaconi omnium Ecclesiarum Sicilia prohibiti fuerant, ut more Romanæ Ecclesiæ nullatenus suis uxoribus miscerentur: quod mihi durum atque incompetens videtur, ut qui usum ejusdem continentia non invenit, neque castitatem ante promisit, compellatur a sua uxore separari &c.* Quod durum tunc videbatur Gregorio, tale eidem non est visum, cum scribebat Leoni Episcopo Catanensi: ibi enim prohibet

Ibidem.

Lib. 1.  
Registr.  
ep. 42.Lib. 4.  
epist. 34.



hibet ne Subdiaconi cum suis uxoribus miscendi se licentia potiantur, sed ad similitudinem Sedis Apostolicæ abstineant. Cum ergo in Provinciis a Romana urbe non multum distitis ista continentia lex nondum vigeret Gregorii I. ætate, miror quod ex Subdiaconorum continentia ut ubique introducta suo tempore arguat S. Leo. Fatendum interim (quod recentiorum Græcorum ignorantiam corruptelamque prodit) antiquiorum Græcorum Ecclesiam prævenisse Latinam in imponenda Subdiaconis continentia necessitate ac cœlibatu. Testis est enim Epiphanius, qui vix sæculi quinti initium attingit, quod sacrosancta Dei Ecclesia, eum qui adhuc in matrimonio degit ac liberis dat operam, tamen unius sit uxoris vir, nequaquam tamen ad Diaconi, Presbyteri, Episcopi, aut Hypodiaconi Ordinem admittit; sed eum dumtaxat, qui ab unius uxoris consuetudine sese continuerit, aut ea sit orbatus, quod in illis locis præcipue fit, ubi ecclesiastici canones accurate servantur. Quodque nonnullis in locis Presbyteri, Diaconi, & Hypodiaconi liberos suscipiunt, id contra canones fieri asserit, seu propter necessitatem, seu propter hominum ignaviam. Loca Epiphanius sunt lib. 2. advers. hæreses, contra Catharos hæresi 39. vel 59. & lib. 3. Exposit. fidei cathol. num. 21. Qui porro sint canones, quos Epiphanius commemorat, ignoramus. Dicendum autem, vel ipsam consuetudinem ab omnibus Ecclesiis receptam, ipsoque usu vim canonis obtinentem intelligere, vel canones illos periisse, & a Græcis oblivione damnatos. Illorum tamen vestigium nonnullum deprehendimus in can. 14. Concil. Calchedonensis.

13. CLERI PLEBISQUE CONSENSUS POSTULARIT. Vide S. Cypriani epistolam 68. ad Cler. & pleb. Emeritæ in Hispania, ubi asserit potestatem vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi, quam canones passim Conciliorum, Pontificumque decreta plebi tribuunt, & ut Sacerdos plebe præsentate sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur, de divina auctoritate & traditione, & apostolica observatione descendere. Nec tamen creari a plebe Sacerdotes putandi sunt: Electio enim Episcopi, ut scribit Episcopalis Ordinis vindex strenuus, non est Episcopi creatio, sed creationis inchoatio. Obvia sunt omnibus plura alia Cælestini, Leonis, aliorumque Pontificum de Cleri plebisque consensu testimonia & decreta, quibus recensendis abstinemus.

14. EJUSDEM ECCLESIAE. Ab hac lege discedere majoribus Sedibus semper licitum

fuit. De Romana plurimis exemplis constat. De Carthaginensi testatur Aurelius in Conc. Carthag. cap. 55. Codic. Can. Eccl. Afr. in quo & Numidius Episcopus hæc ait: *Fuit semper hæc licentia huic sedi, ut unde vellet, & de cujus nomine fuisset conventus pro desiderio cujusque Ecclesie or. in ret Episcopum.* Eandem quoque prærogativam sibi assumisse videtur in Galliis nostris Arelatensis Episcopus, qui majores sedes per omnia æmulabatur. Multi enim ex Lirinensi Monasterio, quod Foro-Julienis Episcopi ditioni subiectum erat, vel ex aliis Monasteriis in aliis provinciis Episcopi constituti sunt, ut Honoratus & Hilarius ad Arelatensem, Faustus ad Regiensem, Honoratus alter Hilarii Arelatensis discipulus ad Massiliensem, Rusticus ad Narbonensem: quod Cælestinus PP. moleste tulisse mihi videtur, quem scribentem ad Episcopos per Viennensem & Narbonensem provincias constitutos ad Lirinense Monasterium oculos convertisse existimo: *Alter in alterius provincia nihil præsumat, nec emeritis in suis Ecclesiis Clericis peregrini & extranei, & qui ante ignorati sunt ad exclusionem eorum, qui bene de suorum civium merentur testimonio, præponantur: ne novum quoddam, de quo Episcopi fiant, institutum videatur esse Collegium.* Ubi etiam vide quamobrem ex ejusdem Ecclesie sinu Clericos assumi ad Ordines sacros statuunt sacri Canones.

15. VEL DE DIACONIS. Plerumque Diaconos, atque inter Diaconos primum, magis quam Presbyteros in locum decedentium Pontificum eligere consueverant, quia apud Archidiaconum dispensationem totius causæ & curæ ecclesiasticæ deponere mos erat, ut hæc sancti Leonis verba epist. 84. (nunc III.) declarant; qui proinde pontificio oneri ferendo magis quam quisquam alius idoneus erat. Exemplum habemus (ne extra Leonis tempora excurramus) in Hilario Diacono, qui Leoni successit, & in Leone qui Sixto successit. Si tamen Presbyter erat, cum electus est in Pontificem: ut vel numquam invaluisse, vel tunc in consuetudinem abiisse oporteat morem illum Ecclesie Romanæ, cujus 4 testis est Photius CP. lib. 1. Cod. 182. post Eulogium Alexandrinum Antistitem. *Eulogius, inquit, Archiepiscopus Alexandrinus lib. contra Novatum de administratione ecclesiastica, seu potestate Ecclesie in recipiendis lapsis (Græce περί οὐνοποιίας) refert Novatum, Cornelio Pontifice, Romanæ esse Ecclesie Archidiaconum creatum, ad quem ipsum Pontificium, pro ejus temporis more, decedente e vita Pontifice, deferebatur: Archidiaconum enim succedere summo Pontifici statutum erat.* Verum

Ibidem.

4

## EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Hoc testimonium Photii ex S. Eulogio Scriptore Græco exeuntis sæculi sexti nihili habendum est. Licet enim scripserit adversus Novatianos; sicut erravit, cum Novatianum, quem Novatum vocat, ex Archidiacono a S.

Cornelio Presbyterum creatum narrat, quippe qui jam ante electionem Cornelii presbyteratu fungebatur; ita etiam fallitur, dum Archidiaconum succedere summo Pontifici statutum prodit.

*Verum hunc, ait Eulogius, superbia laborantem Cornelius, & in suam mortem imminentem cum cognovisset, Presbyterum ordinat, omnes sic illi ad supremam Cathedram perveniendi spes praevidens.*

Col. 689.  
Cap. 7.

16. SANCTI PATRES. Nicænos intelligit, qui Canon. v. unum Concilium ante Quadragesimam Paschæ, alterum circa tempus Autumni celebrandum esse statuunt. In quo quidem majores etiam causas discuti ac finire posse satis indicat sanctus Leo, si inter hujusmodi causas Episcoporum depositiones numerari placet, quandoquidem Episcopos de majoribus criminibus postulatos, quos convictos depositio manebat, illic judicari statuit, nec ad suam cognitionem transferri, si Thessalonicensis Episcopi sospita fuerit causa judicio: quanto minus ergo Orientalium causæ, quæ pari ac Thessalonicensis Vicariatus jure ad Occidentalem Patriarcham non pertinebant.

Col. ead.  
Cap. 9.

17. SI QUIS EPISCOPUS &c. Duo hic notanda veniunt: unum est, non omnem Episcoporum ad alias sedes translationem a Leone nostro damnari, sed eas solummodo, quæ ex ambitu vel avaritia fiunt. Procli enim CP. ex Cizyci Episcopo creati migrationem approbavit Cælestinus Leonis prædecessor litteris antea scriptis Cyrillo Alexandr. Joanni Antiocheno & Rufo Thessalonicensi: ex Socrate lib. 7. cap. 40.

Alterum, longe graviorem pœnam contra Episcopos sedem cupiditatis solum explendæ causa mutantem a sancto Leone decerni, dum illos utraque cathedra privari jubet, quam quæ a sanctis Patribus decreta fuerat ante ipsum. Synodus enim Nicæna Can. 15. vult tantum, *ut si quis tale quid agere tentaverit, hoc factum prorsus in irritum mittatur, & restituatur Ecclesiæ, cui fuit Episcopus.* Calchedon. Concil. post hanc epistolam scriptam habitum, hoc sancti Leonis decretum reformasse videtur, cum Can. 5. decrevit: *De his, qui transmigrant de civitate in civitatem, Episcopis, aut Clericis, placuit, ut Canones, qui de hac re a sanctis Patribus statuti sunt, habeant propriam firmitatem.* Quamobrem cum Hilarus Leonis successor epist. 1. ad Episcopos Tarracoenensis provinciæ de Irenæo quodam Episcopo ab Ecclesiâ sua ad Barcinonensem translato quereretur, non utraque eum spoliari, juxta Leonis decretum, sed ad primam remitti jubet, juxta statutum Nicænum. Quamquam & Leonis severitas ad stipulatores habeat Sardicenses Patres, qui Can. 1. & 2. laica etiam communione privari jubent Episcopos, qui de sua civitate in aliam transferint; atque hoc etiam in exitu seu morte, si ad occultandum suum ambitum litteras aut suffragia populorum pecunia redemerint.

18. ALIENUM CLERICUM &c. Eamdem Col. ead. fere exceptionem, quam majoribus Ecclesiis Cap. 9. tribui supra notavimus, ut eis liceret ex quacumque Ecclesiâ Episcopum sumere, hic quoque intellige. De Constantinopolitana & Carthagenensi testantur Balsamo ad Can. 17. Concilii sexti & ad Nomocan. Photii tit. 1. cap. 26.

19. QUIBUS ET SI DIGNITAS COMMUNIS, Col. 691. NON EST TAMEN ORDO GENERALIS. 5 Hic Cap. 11. locus ad depreffionem Episcoporum olim depravatus fuit; ita enim hæcenus in editis codd. legebatur: *Quibus etsi dignitas non sit communis, est tamen ordo generalis.* Secundum hanc enim mendosam lectionem intra generalem Clericorum ordinem Episcopus agnoscit, sed non ejusdem omnes dignitatis consortes, contra unanimem sanctorum Patrum sententiam, quibus, ut verbis utar Cypriani, *Episcopatus unus est atque indivisus Episcoporum multorum concordie numerositate diffusus, cujus a singulis in solidum pars tenetur.* Apud nos enim, inquit sanctus Hieronymus epist. 54. *Apostolorum locum Episcopi tenent. Omnes, scribit idem epist. 85. ad Evagrium, Apostolorum successores sunt; Romanus Petri; ceteri Episcopi aliorum Apostolorum.* Porro hoc erant ceteri Apostoli quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis. Cuncti, ait Hieronymus, *claves regni caelorum accipiunt, & ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidatur.* Quod & auctor noster hic agnoscit, cum in omnibus & similitudinem honoris, & paritatem electionis confitetur. Vide & Gelasium Papam supra laudatum ad epist. 10. Igitur Episcoporum omnium dignitas communis; non est tamen ordo generalis: quia omnium caput Petrus, & unitatis originem ab uno (Petro) incipientem sua auctoritate (Christus) disposuit; & ut hoc ipso loco loquitur sanctus Leo, *uni datum est, ut ceteris præmineret.* Quod egregio sancti Augustini testimonio illustrare juvat ex cap. 1. libri 1. contra epistolas Pelagianorum ad Bonifacium PP. quem sic alloquitur: *Cum communis sit omnibus nobis, qui fungimur Episcopatus officio (quamvis ipse in eo præmineas celsiore fastigio) specula pastoralis, facio quod possum pro mei particula muneris.* Male in vulg. leg. *specula* pro *specula*: quod mendum cum prava interpunctione conjunctum perturbat sensum hujus loci, auctorisque mentem obscurat. Leonem emendamus ex fide MSS. codd. Corbejenfis, Trecopithœani, & quatuor Thuan. quibus clarius aliquid, & cavillationi minus obvium habent Cod. Victor. MS. & edit. Surii, Merlini & Nicolini, cum sic legunt: *Quibus cum dignitas sit communis, non est tamen ordo generalis.*

Anti-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Hæc lectio emendatior a nobis profertur tom. 1. adnot. 52. col. 691. ubi etiam æquam ejus sententiam, Episcopis quidem haud injuriosam, at simul gradui præcellenti & au-

thoritati Summorum Pontificum consonam exhibuimus: ita ut exinde nonnulla, quæ hic a Quesnello subjiciuntur, corrigenda sint.

Antiquam nihilominus fatemur hujus loci depravationem: Hincmarus enim Remensis in 32. Opusculo Capitulorum 55. ad Hincmarum Laudunensem, eodem modo legit, capite scilicet 13. cujus etiam titulus hoc mendo nititur: *Cap. 13. Quod si ordo generalis est omnibus Episcopis, non tamen communis est dignitas omnibus.* Deinde Leonis verba in ipso contextu capitis refert. Ab altiore adhuc fonte haustus error est, nempe a Dionysio Exiguo, qui eandem, quam rejicimus, lectionem exhibet. Ex illa porro Dionysii collectione accipit Hincmarus quicquid decretorum pontificiorum allegat: quod & de hac ipsa epistola liquet ex Opusc. 45. de Translationibus cap. 14. ut mirum non sit parem in utroque errore reperiri: ideoque pro unico teste uterque habendus est. Magna quidem Dionysii auctoritas, si constaret talem esse missam in Gallias ejus Collectionem, qualem eam ipse concinnavit; at contra certum ex inspectione omnium codicum MSS. quibus abundant Bibliothecæ Gallicanæ, prima omnium exemplaria Dionysiani codicis, quæ huc advecta sunt, pluribus aucta, interpolata, ac vitiata fuisse, supra (in ep. 12.) probavimus. Unum in præsentem asseram, in collectione epistolarum sancti Leonis, quæ ad calcem jacet codicis Romani Dionysiano antiquioris lectionem nostram haberi: hoc de Thuaneo MS. codice spondeo; de Oxoniensi, cujus hanc partem videre non contigit, idem opinandum.

idem. 20. NE OMNES SIBI OMNIA VINDICARENT. Ad unitatem conspirant 6 varii distinctique Sacerdotum gradus in Ecclesia: Propterea enim inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio, ait Hieronymus. Quem transcripsit Gelasius PP. in Tractatu ad Græcos in Sirmondi Appendice Cod. Theod. pag. 184. Iterum de illa forma, Episcoporum quoque, inquit sanctus Leo, est orta distinctio, ne omnes sibi omnia vindicarent. Denique, olim idem erat Presbyter qui & Episcopus, (verba sunt Hieronymi) & antequam diaboli instinctu studia in Ecclesia ferent... communi Presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur. In ep. 83. Non quod pares tunc fuerint Episcopi & Presbyteri; sed quia nullus Presbyter constituebatur, qui sacerdotio pleno & perfecto, quale est in Episcopis, non simul ornaretur;isque tunc Presbyteri nomine, quod ætatis est, magis gaudebat, quam Episcopi, quod nomen est dignitatis.

## AD EPISTOLAM XV. Col. 693.

## Turribio Asturicensi Episcopo.

1. AD TURRIBIUM &c. Mirum est quanta varietate scriptum reperitur hujus Episcopi nomen. Grim. cod. habet: *Ad Toruvium Asturigensem*: Thuanetres & Trecopith. cum Surio *Turbio Asturienti*: Cod. Regius: *Tubirio & Tuberio Asturicensi*: Corbejen. & Thuan. 1. *Torebio Asthoracensi*: Isidorus Merc. *Tornulo Austorigensi*: Montanus Episcopus Toletanus in epistola ad Fratres territorii Palentini ad calcem Concilii Toletani II. *Theoribius*. Aliis denique vel *Turribius Asturienfis*, ut Surio; vel *Turribius Asturicensis*, ut vulgo legitur, & nos retinimus: eadem est vox ac illa quæ hodiernis Hispanis *Torrez*, nobis Gallis *de la Tour*.

Hunc Turribium constat fuisse Episcopum Asturiæ, vulgo *Astorga* in Galliciæ provincia, olim sub Bracarenfi Metropoli, nunc sub Compostellano Archiepiscopo pietate, doctrina, & zelo religionis insignem fuisse clamant tum ecclesiasticæ tabulæ, in quibus inter vindicatos cælites connumeratus habetur 16. die Aprilis, tum etiam epistolæ, quas & ad Leonem nostrum dedit, & ad Episcopos Hispanos Idacium & Ceponium: quas ultimas habent Ambrosius Morales Historiæ Hispan. lib. 2. cap. 26. Bivarus in Commentariis ad Pseudo-Chronicon Dextri, & Cardinalis Baronius ad an. 447. Has etiam Leonis ad ipsum epistolæ subdidimus: quoniam & illi cognatæ sunt, & in editione Conciliorum Hispaniæ a Garzia Loaysa, & in ultima omnium Conciliorum collectione prætermittæ sunt, quasi lucem publicam nondum aspexissent.

Locus est in Concilio Bracarenfi I. cujus occasione quæstionem movent Baronius ejusque pedissequus Binius, quæstionem vix serio exeutiendam. Verba hæc sunt Lucretii Episcopi in illa Synodo proloquentis: *Credo autem vestre beatitudinis fraternitatem nosse, quia eo tempore, quo in his regionibus nefandissimæ Priscillianæ sectæ venena serpebant, beatissimus Papa urbis Romæ Leo, qui quadragesimus fere Apostoli Petri successor exstitit, per Turribium notarium sedis suæ, ad Synodum Galliciæ contra impiam Priscillianæ hæresis sectam scripta sua direxit. Cujus etiam præcepto Tarraconenses & Carthagenenses Episcopi, Lusitaniæ quoque & Bætica, facto inter se Concilio, Regulam fidei contra Priscillianam hæresim cum aliquibus Capitulis conscribentes, ad Balconium tunc hujus Bracarenfis Ecclesiæ Præsulem direxerunt. Vult ergo Eminentissimus Cardinalis uni-*

## EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Cum omnes Episcoporum gradus ad unitatem conspirant, tum vero ipsius unitatis centrum idcirco collocatum fuit in Romana Sede, & in successoribus S. Petri, ut per omnes gra-

duis Episcoporum ad unam Petri Sedem universalis Ecclesiæ cura conflueret, & nihil usquam a suo capite diffideret. Sic ipse S. Leo hac in epistola c. 11.

unicum esse Turribium, qui & Asturicensis Episcopus fuerit, & eodem tempore Notarius Romanæ Sedis, suggillatque tamquam a veritate abhorrentem Ambrosii Moralez sententiam, qui duos Turribios distinxit, alterum ad quem Leo scribit, eumque Asturicæ Episcopum; alterum per quem scripsit ad Hispaniæ Episcopos, qui Roma missus est a Leone in Hispanias, ut ejus litteras deferret. Duplex argumentum profert Annalium conditor pro sua sententia, tenue utrumque & exile admodum. *Si litteras, inquit, tum ad Turribium Episcopum, tum ad Synodum celebrandam Notario suo, Turribio item dicto, dedisset, utique in litteris ad Episcopum scriptis ejus mentionem fecisset. Hoc enim solemne erat &c.* Esto solemne fuerit, ut in quibusque litteris, ejus mentio fieret, per quem deferebantur (hoc enim ex abundantia juris concedimus, tametsi nullo nixum fundamento.) Hoc etiam ipse præstitum fuisse fatetur. Sed ut idem nuntius ad Synodum totius provinciæ missus in epistola ad Turribium scripta nominaretur, nulla necessitas fuit. Ad istum enim rescripsit per eundem Diaconem, a quo ejus litteras acceperat, & ejusdem in suo rescripto mentionem habet: ad Synodum vero seu provinciam illam Episcoporum Hispanorum, a quibus nullas habuerat litteras nullumque nuntium, per Turribium e latere suo directum litteras misit. Hoc enim est, quod solemnissimum esse assero, ut cum Romani Pontifices ad Synodum, vel ad Episcopos aliquos pro alicujus momenti negotio scribebant, per aliquem e suis ad hoc imprimis destinatum id facerent, non vero per alienum Clericum: quod si commississet Leo, hoc ex aliquo contemptu descendisse proculdubio suspicari essent Hispani Antistites. Deinde ut adhuc rationem Baronii in ipsum retorqueamus: hujus nomen litteris inscribi solebat, qui litteras ipsas deferendas accipiebat, & revera deferebat, sive Diaconus ille esset, sive Notarius; non vero nomen ejus, cui perlator ipse commendabatur. At nec Turribius Asturicensis has Leonis ad Hispanos Episcopos litteras Roma detulisse dici potest, nec easdem ipse a Diacono suo accepisse deferendas: quisenim hanc Episcopo provinciam demandari velit? Unde ex eo quod omnia, quæ in hoc negotio tractanda erant, Turribii Episcopi curæ ac sollicitudini commissa sunt a sancto Leone, cum argumentum secundum deducit Baronius, ut probet litteras per eundem latas esse ad Episcopos Hispanos, videtur oblitus esse quidnam sit discriminis inter Episcopum rebus Ecclesiæ sacerdotali sollicitudine incumbentem, & Diaconum, vel notarium Episcopi mandata ex præscripto exequentem, & huc illucque litteras bajuli instar deferentem. Mitto, quod Notarii vox numquam in ec-

clesiasticis monumentis in eo significato usurpatur, quem ei affingit auctor ille, ut scilicet eum Notarium dicas, qui quod agitur in provinciis, ad Romanam Sedem referre ac notum facere satagit.

Præterea cum tres epistolas Leonis omnino distinctas agnoscere cogamur, partim ex ipso Leone, partim ex Lucretii Bracarenensis interlocutione, non item cogimur eodem tempore missas existimare. Ita enim sese res, ut ego quidem reor, habuit. Monitus a sancto Turribio Asturicensi Leo noster de progressu Priscillianæ hæreseos, quæ per Hispanias grassabatur, statim quibus remediis tam nefandæ pesti occurreretur, cogitare cœpit. Nec aliud promptius occurrit, quam ut generalis Hispanorum Episcoporum cœtus congregaretur, qui de statu rerum inquirerent, decernerentque. Quamobrem litteras ad Turribium Asturicensem ejusdem Diacono Pervinco, ut habet Idatii Chonicon, tradidit perferendas, in quibus eum de congreganda generali Synodo monet: *Habeatur ergo, inquit, inter vos episcopale Concilium, & ad eum locum, qui omnibus opportunus sit, vicinarum provinciarum convenient Sacerdotes.* Verum cum ad ejusmodi convocationem faciendam nulla inesset Turribio auctoritas, quippe qui Metropolitanus non erat; sed potius inter Galliciæ comprovinciales Episcopos ultimus, necesse fuit ut de toto hoc negotio Hispani monerentur Episcopi. Itaque ad Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicios scripsit sanctus Leo, eosque ad Concilium Synodi generalis rite celebrandum hortatus est. De quibus litteris ipsum Turribium monuit, ut ejus cura omnibus Episcopis redderentur, totumque negotium ad optatum finem perduceretur. Sed cum per illam tempestatem sub diversa ditione jacerent Hispanicæ illæ provinciæ, Galliciam occupante Rechila Suevorum Rege, ceteris sub Gothorum imperio degentibus, non potuit Leonis desiderio satisfieri: quoniam Galliciæ Episcopi cum Episcopis aliarum provinciarum convenire permitti non sunt. Et id quidem jam tum augurabatur sanctus Leo, cum ad Turribium scribebat. *Si autem, inquit, aliquid (quod absit) obstiterit, quominus possit celebrari generale Concilium, Galliciæ saltem in unum convenient Sacerdotes, quibus congregandis Fratres nostri Idatius & Ceponius immincebunt, conjuncta cum eis instantia tua.* Dubium autem non est, quin plures menses post receptam Leonis epistolam a Turribio intercesserint, antequam ad singulos Hispaniarum Episcopos litteræ Leonis transmitterentur, ut de hoc negotio deliberarent inter se illarum Ecclesiarum Primates, ut Principum voluntatem explorarent, licentiamque ad Concilii plenarii congregationem cona-

---

EDITORUM ADNOTATIONES.

<sup>1</sup> Tres hæc Leonis epistolas optime distinguunt Quæsnellus, sed earum occasionem ac

tempus nos exactius constituimus in Dissert. de epistolis deperditis n. 17. 18. & 19. tom. 1. col. 1444.

conarentur obtinere: quod cum frustra demum tentari a se perspexerunt, renitentibus Principibus, tum de Gallicia Synodo habenda initum est ab illius provincie Episcopis consilium. Hoc rescivit sanctus Leo, vel scribente iterum Turribio, vel redeunte nuntio, quem ad quatuor illarum provinciarum Antistites cum litteris delegarat, esseque e re Ecclesie existimavit, ut ad Synodum, quæ parabatur, vel jam etiam coacta erat, scriberet: & hæc sunt scripta, quæ per Turribium Notarium Romanæ Sedis ad Synodum Gallicie contra impiam Priscillianæ hæresis sectam directæ esse a Leone commemoravit Lucretius in Bracarensi Concilio.

Porro dum pararetur Concilium Gallicie, vel eo jam soluto, aliarum quoque provinciarum Episcopi conventum inter se fecerunt, eodem Lucretio teste, secuti hac in re consilium Leonis: in quo Regulam fidei cum aliquibus capitulis describentes ad Balconium tunc Bracarensem Ecclesie Præsulem direxerunt. Eam, inquam, Regulam fidei, quæ male Concilio Toletano I. ad an. Chr. 400. attexitur, cum revera sit hujus Hispanici quatuor provinciarum Concilii, ut vel ex titulo Regulæ, subjunctorumque capitulorum arguitur, qui eadem habet quæ Lucretius in sua interlocutione; sed imprimis ex Bracar. I. Concilio, quod utrumque Hispanicæ illi Synodo Leonis tempore & præcepto congregatæ asserit. De hac fidei Regula plura in Dissertatione XIV.

Ex dictis patet non simul missam esse epistolam hanc ad Turribium nostrum, & alteram, quam ad Synodum Gallicie scriptam testatur Lucretius: hæc enim nondum erat congregata, nec tam cito coactam fuisse videor mihi in hoc ratiocinio certo evincere.

Tom. II.

Eodem fere tempore habitas esse duas illas Synodos, unam Gallicie, alteram quatuor provinciarum, & Baronius fatetur, & Lucretii interlocutio manifeste declarat. Cum autem postrema hæc coacta est, tunc Balconius Bracarensis erat Episcopus: non videtur autem idem hujus civitatis Ecclesiam rexisse cum scribebat sanctus Leo ad Turribium, aliosque Hispanos Episcopos; sed probabile est admodum, vel Idatium, vel Ceponium in hac sede fuisse collocatum. Primum enim hoc videtur probari ex epistola, quam Turribius scripsit ad utrumque illum Episcopum, cum primum Priscillianæ sectæ impium dogma grassari animadvertit: cur enim ad illos Episcopos, ceteris prætermisissis, querelas suas direxisset; nisi quia 2 metropolitica auctoritate supra ceteros eminebant, atque ideo eosdem hujus nefandæ hæresis compescendæ cura ac sollicitudo spectabat? 2. Eosdem Metropolitanos fuisse provincie Gallicie satis indicat sanctus Leo, cum penes eos curam congregandorum Episcoporum intra illam provinciam residere asserit: *Quibus congregandis Fratres nostri Idatius & Ceponius imminsbunt*. 3. Eundem Idatium legitimus gesta episcopalia habuisse in urbe Asturicensi cum hujus civitatis Episcopo adversus latentes Manichæos, quos suo judicio damnarunt, dirigentes ejusmodi gesta ad Antoninum Emeritensem Episcopum: hoc enim testatur Idatius ipse in suo Chronico ad Olymp. cccvi. tale porro judicium habere in aliena Ecclesia nequaquam potuit, nisi jure metropolitico potitus esset in Gallicie provincia.

Si porro conjecturis licet in re obscurissima indulgere, facile crediderim jus metropolitico jam per illa tempora fuisse penes

T t t t

duos

Duo Gallicie Metropolitanæ.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

Idacius & Ceponius Episcopi Hispani non fuisse Metropolitanæ.

Idacius non fuit Episcopus Lucensis.

Nec Ceponius fuit Bracarensis.

t. 7. Aug. Append. pag. 1.

2 Cum S. Leo in fine hujus epistolæ inter Gallicie Episcopos Idacium & Ceponium nominet; Quesnellus hos duos Gallicie Metropolitanas, & Idacium quidem Lucensem, Ceponium autem Bracarensem Episcopum fufus conjectando traduxit. At præterquam quod perperam interpretatur Concilium Lucense anni 569., in quo, Gallicia provincia divisa in duas, Lucensi sedi tum primum attributum traditur jus metropolitico, quod per hocce tempus uni Bracarenfi competebat; falsum omnino est Idacium Lucensi Ecclesie præfuisse. Idem enim Idacius, qui in præmio ad Chronicon se Episcopum creatum indicat circa annum 427. aut 428. & ad annum 431. se Episcopum nominat; Agrestium Lucensem Episcopum discrete appellat ad annum 433. non vero circa annum 430., ut Quesnellus in hac eadem notatione signavit. Ceponium vero Bracarensem Episcopum non fuisse liquet ex prima Bracarensi Synodo, & ea Fidei regula, quæ ab Hispanica Synodo cum Leonis præcepto ad Balconium missa, hunc Balconium, non vero Ceponium Bracarensem Episcopum nominat. Quod si Balconius Bracarensis, ad quem Avitus anno 416. scripsit epistolam de reliquiis S. Stephani, non credatur diversus a

Balconio, qui sub Leone vitam agebat; multo magis rejicienda cognoscetur Quesnelli opinio, qua Balconium Ceponio fuffectum existimat. S. Leo autem idcirco Idacium & Ceponium congregandis Gallicie Episcopis adversus Priscillianitas præcipue nominavit in epistola ad Turribium c. 17. non quod ejus provincie Episcopis metropolitica dignitate præminerent, sed quod ex Turribii epistola ad eosdem, quam S. Pontifex cum libello Turribii acceperat, eorum antiquitatem ac meritum cognoscens, ipsos maxime idoneos credit, qui Turribium juniorem Episcopum contra Priscillianitas in cogenda Gallicie Synodo maxime juvarent. Vide Admonitionem in epistolam Turribii ad Idacium & Ceponium, quam Appendici epistolarum tom. 1. inseruimus. Hinc Idacius qui se in Aquæflaviensi Ecclesia captum tradit circa annum 462. Episcopus creditur ejusdem Ecclesie, ad quam se post tres menses rediisse commemorat. Hanc autem episcopalem sedem fuisse Quesnellus negavit ex sola nondum probata hypothefi, quæ eum Lucensem Metropolitanam præsumit. Turribii autem amicissimus, eodemque zelo præditus agnoscitur, cum ambo simul an. 445. Asturicæ adversus latentes Manichæos dimicarent.

col. 1475.

Idacius videtur fuisse Episcopus Aquæflaviensis.

duos Episcopos in provincia Galliciae: cuius assertio ista sunt rationes.

1. Cum Turribius de Priscillianistarum redivivis erroribus eos monere vellet, quorum officium & potestas erat errores huiusmodi in provincia Galliciae extinguere, non unicum, sed duos Episcopos Idatium & Ceponium conjunctim adiit, velut dignitate & auctoritate pares, ut testis est epistola ad eos scripta.

2. Eisdem cogenda Galliciae Synodo praesidere debere significat sanctus Leo; quod jus proculdubio metropolitica arguit dignitatem: nisi enim uterque ea praefulisset, fuissetque liberum sancto Leoni praesidem huius Concilii ex arbitrio constituere, non alium quam Turribium hoc munere ornasset, cujus sollicitudinem industriamque per spectam habebat.

3. Hoc etiam persuadet provinciae huius immensa amplitudo: quae Lucensem Synodum anni 569. coegit, ut ex praeepto Principis in duas eam provincias ecclesiasticas scinderet, attributis Ecclesiae Lucensi metropolitica iuribus: quae non tam nova institutio mihi videtur, quam pristinae instauratio: quae tumultuum bellicorum occasione, antiquitate posthabita, immutata erat, ut in unum Episcopum omnia metropolitana jura tunc confluerint.

4. Confirmatur ex eorum sententia, qui in hac causa Lucense ponunt Concilium in Celenis municipio Lucensis Diocesis eodem tempore collectum: hoc enim si verum est, jus metropolitica Lucensi Episcopo inesse pene necesse fuit, qui dum Bracarensem in eadem provincia Metropolitanus Synodum habet Bracari, alteram in eadem provincia, propria auctoritate coegerit. Vide quae in praefatione Toletani I. Concilii anni 400. referuntur de hoc Celenensi seu Lucensi Concilio, quae male illic inserta, ad Leonis tempora rejicienda esse videntur: tametsi ad propositum nostrum nihil intersit, an huius, an superiori aetate Lucensis illa Synodus coacta fuerit.

5. In praefatione Concilii Bracarensem I. quod prius fuit illo Lucensi, in quo primum divisa dicitur provincia Galliciae in duos Metropolitanos, aliquod mihi videor vestigium deprehendere divisionis jam antea factae: Bracarensem quippe Ecclesia dicitur *Bracarensem provinciam Metropolitanam*: cum dicere debuisset provinciae Galliciae, si unica fuisset ecclesiastica provincia. Deinde huic Concilio octo tantummodo Episcopi affuerunt, cum quindecim ad minus essent Gallicianae provinciae Episcopi: ut suspicari liceat eos tantum convenisse, qui Bracarensem suberant, non eos qui Lucensi. Quod vero primum in Lucensi Synodo facta divisio legitur, facile ita interpretor, ut tum primum synodali statuto ac regio praeepto de novo instauratum sit, quod jam ab antiquo in usu fuerat, & per aliquod forsan tempus interruptum, ambitione Bracarensem Metropolitanorum. Demum in illo Concilio contentioni, quae inter utrumque Me-

tropolitanum fuerat, finis est impositus decreto peremptorio, quod Lucensi metropolitica dignitatem asseruit.

6. Idatius in Chronico, Olympiade cccm. circa annum 430. haec narrat accidisse: *In conventu*, inquit, *Lucensi contra voluntatem Agrestii Lucensis Episcopi Pastor & Syagrius Episcopi ordinantur*. Vides in his verbis plura metropolitanae dignitatis argumenta pro Lucensi Episcopo. Cur enim apud Lucum conveniunt Episcopi, nisi quia Metropolis erat? Cur in illa urbe ordinationes Episcoporum factae, nisi quia Metropolitanus sedes erat? solemne enim antiquitus fuit ut Episcopus vel in propria, cui praeficiebatur, Ecclesia, vel in metropolitana civitate ordinaretur. Cur denique ordinatos illos Episcopos fuisse notat contra voluntatem Lucensis Episcopi, nisi quia hic erat manifestus Canonum contemptus, qui toties verant, ne Episcopus citra Metropolitanus Episcopi voluntatem & conscientiam consecratur?

Quae superius dixi, jam paucis colligo. Ac primum duos fuisse in Galliciae provincia Metropolitanos. 2. Unum eorum Bracarensem Episcopum fuisse, extra omne dubium esse. 3. Alterutrum e nominatis Episcopis, Ceponium dico & Idatium, Bracarensem Metropolitanum fuisse. 4. Videri Ceponium hoc anno 447. Bracarensem Ecclesiam rexisse, potius quam Idatium. Oportet enim eum, qui tunc Bracarensem praerat, decessisse ante Synodum Galliciae: cum huius tempore Balconius Bracarensem Ecclesiam regeret: at Idatius tunc adhuc in vivis erat, si fides libello de XII. Scriptoribus ecclesiasticis, qui Isidoro & Ildephonso subijci solet: *Decessit enim*, inquit ille, *sub Leone Principe ultimo jam pene senectute, sicut etiam praefationis suae demonstrat initio*. Quod etiam patet ex ipso Chronico, quod ultra Leonis Papae tempora ab eo extenditur. 5. Igitur Lucensis Metropolitanus fuisse videtur Idatius: quamvis Sigebertus eum Lemicae Episcopum faciat. Sed videtur confundere duos Idatios, quorum unus tempore Leonis, & Chronici auctor fuit; alter Priscillianus olim accusator, qui revera Lemicae Episcopus fuit. Errandi praeterea Sigeberto occasio fuit, quod recentior Idatius in praefatione sui Chronici natum se in Lemica civitate affirmat: qui si ejusdem civitatis Episcopus fuisset, hoc non omisisset eo loco commemorare, ubi & Lemicae & suae in ea nativitate mentionem faciebat. Melius dixeris videri eum metropolitanam suam dignitatem indicare, cum ibidem se *summi Praefulem officii creatum* dicit: summum est enim inter Episcopos provinciae Metropolitanus officium: & in fine ejusdem praefationis, ita gemebundus deformem luget ecclesiastici ordinis statum in provincia Galliciae, ac si ad eum praecipue pertinisset, velut provinciae caput, *creationibus indiscretis*, quas notat, & *universae propemodum in divina disciplina religionis occasui* ex officio occurrere ac subvenire.

Denique vix locum dubitandi relinquit Idatius

Idatius, cum Olympiade cccx. Gallicianæ provincie populationem describit, Suevosque apud Lucum direptos narrat. Statim enim hæc subjicit: *Capto Idatio Episcopo septimo Kalendas Augusti in Aquasflaviensi Ecclesia, eundem Conventum grandi evertit excidio.* Manifestum est non de alio eum quam de se ipso sermonem habere, nec de alio conventu, quam de Lucensi, de cujus vastatione narrationem inierat; nec aliam ejus episcopalem sedem, quam Lucum indicari: Aquasflaviensis enim Ecclesia, quam commemorat, episcopalis sedes non erat, sed particularis aliqua Lucensis parochie Ecclesia.

Jam quod idem Idatius frequenter appellat Conventum Bracarensem & Conventum Lucensem, suspicor partitionem provincie Gallicianæ his verbis indicare. Provinciam scilicet amplissimam in duas partes divisas puto, quas placuit Conventus nomine discernere, & utrique suam Metropolim, uni Bracaram, alteri Lucum attribuere, cum juribus metropolitici tam in civilibus, quam in ecclesiasticis. Eodem fere loquendi modo in antiquis præsertimque Africanis monumentis unaquæque provincia Concilium appellatur, quod idem est atque Conventus.

Col. 695.

3

2. EPISTOLÆ SERMO, ET COMMONITORII SERIES, ET LIBELLI TUI TEXTUS. Tria manifeste distinguit: 3 Epistolam, Commonitorium, & Libellum. *Epistolam* familiarem appellat ipse cap. 17. *Commonitorium*, quod nos vulgo Memoriale dicimus, scriptum illud est sexdecim capitulis comprehensum, quod damnatas olim Priscillianistarum opiniones continebat, cuique totidem capitibus respondet hac epistola S. Leo. *Libellus* denique sexdecim pariter capitulis constans aliud a priori scripti genus est, quo Turribius hæreticorum istorum blasphemias confutavit, ut ipse testis est in fine suæ ad Idatium & Ceponium epistolæ. *Libros* vocat additio ad Isidori libr. de viris illustribus superius laudata, quibus eadem Priscillianorum hæresis detestata, convicta, atque decenter abdicata fuisse ibidem dicitur. De eodem libello intelligenda videntur, quæ habet Montanus Episcopus Toletanus in epistola ad Palentinus Concilio Toletano II. annexa: *Hunc*, inquit, *Priscillianum talem fuisse plenius discet, qui beatissimi ac religiosissimi viri Theoribii Episcopi ad sanctum Papam urbis Romæ Leonem libros editos legit. In quibus hanc sordidam hæresim explanavit, aperuit, & occultam tenebris suis perfidiaque nube velatam in propatulo misit. Ex ipsis etenim LIBRIS qualiter cavere, quid respondere contra sacrilegos possit, pius lector inveniet.*

Tom. II.

3. PRISCILLIANISTARUM FOETIDISSIMAM APUD VOS RECALUISSE SENTINAM. Hæc ex Augustino lib. de hæresib. ad Quodvultdeum hæresi 79. mutuatus esse videtur S. Leo. Hujus turpissimæ sectæ cunabula & progressus qui scire volet, adeat Sulpitiu Severum lib. 2. Histor. in fine. Videat etiam Hieronymum in Daniel. cap. 40. & ad Ctesiphontem contra Pelagianos. Idatii Chron. Olymp. cccxi. Concilia Toletan. I. & Bracar. I. De hac hæresi nihil apud Epiphanium, qui forte eam a Gnosticorum, Manichæorum, aliorumque sectis, quibuscum pleraque habebant Priscillianistæ communia, non distinxit. Est & apud Augustinum tom. 6. Consultatio Orosii Hispani ad ipsum, & Augustini ad Orosium responsio seu liber adversus Priscillianistas & Origenistas. Superiorem lectionem *foetidissimam sentinam* exhibent omnes excusi codices & aliquot MSS. Plerique tamen *sententiam*; Corbejens. duo, Cantabrig. Thuan. 1. Ita & Grimanic. sed alio atramento correctum, etsi eadem ut puto manu: prius enim *sentinam* legebatur. Pro *foetidissimam* quoque manu & atramento iisdem repositum *foetidissimam*, quod & Corbejen. 1. habet & Thuan. 1.

Ibidem.

Col. 696.

4. UT AUCTOREM EJUS CUM PLERISQUE DISCIPULIS LEGUM PUBLICARUM ENSE PROSTERNERENT MUNDI PRINCIPES. *Quid loquar de Priscilliano*, (inquit Hieronymus ad Ctesiphontem adversus Pelagium scribens) *qui & sæculi gladio, & totius orbis auctoritate damnatus est?* Idem habes apud Sulpitiu Severum. Sed neque hic, neque ille, nec quisquam alius sanctorum Patrum, qui illo Priscilliani ævo vixerunt, cruenta hujusmodi consilia ita approbarunt. Sanctus enim Martinus omni studio egit apud Maximum, ut sanguine infelicitum abtineret, non desinens increpare Idatium, ut ab accusatione desisteret; novum & inauditum nefas asserens ut causam Ecclesie judex sæculi judicaret: fati superque sufficere, ut episcopali sententia hæretici judicati Ecclesiis pellerentur. Severus ipse, qui hæc refert lib. 2. Hist. Priscillianistas parum sanis consiliis, pertinacibus studiis, pessimo exemplo necatos aut exiliis multatos esse testatur; Ithaciumque eam ob rem & Coepiscoporum communione, & Episcopatu fuisse privatum, non est qui nesciat. Quæ causa fuit, ut Hieronymus in Catalogo Scriptorum ecclesiasticorum Priscilliani necem factioni Hylatii (forte Idatii) & Ithacii tribuat. Quo tamen loco, ut verum fatear, valde suspicor 4 depravatum esse & interpolatum hunc Hieronymi librum; illudque omne, quod

4

Tttt 2 de

## EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Confer nostram Dissertationem de epistolis deperditis num. 16., quam post S. Leonis epistolas tom. 1. dedimus.

4 De corruptione hujus loci in Catalogo, cui nulli codices suffragantur, non est suspi-

candum. Vera causa, cur Hieronymus in eo libro alia ratione de Priscilliano scripsit, quam in posterioribus libris, hæc est, quia tunc de ejus erroribus & gestis non ita erat instructus, ut postea fuit.

de Priscilliano habet, ab aliquo ejus affecta olim esse insertum. Vix enim conciliare possis, quæ alibi habet seu ad Ctesiphontem contra Pelagium scribens, seu Danielelem commentans, cum his quæ in isto Catalogo leguntur de Priscilliano. Hic enim Abilæ eum Episcopum vocat; cum a paucis discipulis suis Episcopus ibidem constitutus, numquam pro Episcopo habitus sit a Catholicis, numquam Episcopus nominatus, numquam ut talis accusatus vel damnatus reperiatur. Nullam præterea ei notam affingit, nec hæreticum appellat: e contra vero ejus accusatores Episcopos, ne Episcopos quidem nominat, sed potius ut homines factiosos infamat. Denique insignem hæresiarcham, seu potius omnium hæresum antiquarum instauratorem satis habet, si sparsis rumoribus hæreseos a nonnullis acculatum esse indicet, a pluribus eundem simul defensum ita asserens, ut in quam partem se se inclinet lector anceps remanere cogatur. *Hic, inquit, usque hodie a nonnullis Gnostica, id est Basilidis & Marcionis, de quibus Ireneus scripsit, hæreseos accusatur, defendentibus aliis, non ita eum sensisse, ut arguitur.* Ita anno Theodosii 14. id est, Christi 392. scribit Hieronymus, vir nihil eorum, quæ in Ecclesia gerebantur, ignarus, post Cæsaraugustanam Synodum, post Burdigalensem, post damnatum totius orbis, ut ipse ait, auctoritate Priscillianum, post Damasi, cui ipse aderat, repulsam, talem ut ne in conspectu quidem Pontificis admissi sint Priscillianus & focii se illi purgare cupientes. Quin & libro laudato ad Ctesiphontem, Priscillianum vocat *partem Manichæi*, asserit eum habere *partem Gnosticæ hæreseos de Basilidis impietate venientem*, & ibidem ac alibi adversus ejus turpitudinem stylum acriter exerit.

Lib. ad  
Ctesiph.  
adv. Pel.

Pag. 227.  
in fine.

5. SEXDECIM CAPITULIS. Ita MSS. Codic. Barb. 1. Thuan. quatuor, Corb. duo, Trecopith. Cantabrig. Herovallianus Isidori Merc. Editiones Crabbi, Canisii, Sichardi, Nicolini, Surii &c. & recte quidem; revera enim sexdecim tantum capitula Commonitorium & libellus Turribii complectebatur, ut ex his capituli 16. verbis patet: *Decursus itaque omnibus que libelli series comprehendit, & a quibus Commonitorii forma non discrepat* &c. vulgo tamen in excusis legitur *Decem & septem capitulis*: quibus Griman. MS. suffragatur.

Notatu porro dignum est, ex sexdecim horum Leonis capitum seu responsionum non modo sententiis, sed & ipsis verbis, conflata fere esse illa capitula, quæ a Concilio Bracarense I. condita sunt ad clariorem catholicæ veritatis expositionem. Relectis enim approbatisque tam Regula fidei, quam subjectis capitulis, quæ edita olim fuerant a Concilio Tarraconensis, Carthaginensis, Lusitanæ, & Bæticæ Provinciarum ex suggestione Leonis coactis; visum est illis Bracarense Synodi Patribus aliqua etiam proponere capitula, quæ ut magis simplicia

evidentiaque a minus eruditis intelligi facile possent, Quod aptius a se præstari non posse existimarunt, quam si Leonis responsa directa olim ad Turribium ob oculos sibi ponerent & in compendium missa, sub anathematis poena suscipienda populis præciperent. Quod feliciter quidem impletum est, ut legenti liquido apparebit. Nullum enim fere verbum est, quod a Leone non sint mutuati: nulla Leonis capitula quæ suis non comprehenderint. Priores enim quinque Concilii articuli, quinque prioribus Leonis capitibus ex ordine respondent; alii cum aliis, etsi nec ordine servato eodem, nec numero, omnino conveniunt. Unicum est Leonis capitulum, quod illi intactum reliquerunt; nonum videlicet, quo refellitur Priscillianistarum sententia dicentium: *Filios promissionis ex mulieribus quidem natos, sed ex Spiritu sancto esse conceptos.* Quam ideo prætermiserunt, vel quia talia non sentire Priscillianistas suo tempore animadvertent, vel quia ambigua illa propositio catholico sensu defendi poterat, si de solo regenerationis Sacramento intelligeretur, quo forte defendebatur ab illis hæreticis: nec enim omnia hæreticorum dicta hæretica sunt.

6. SED OMNIS MALI IPSE SIT PRINCIPIUM ATQUE SUBSTANTIA. Ita omnes Codices, exceptis Thuaneo uno, qui habet: *Omnibus malis ipse sit* &c. & Griman. ac Barb. 1. in quibus sic legitur: *Sed omnibus ipse sit principium atque substantia* &c. quam lectionem confirmare videtur S. Augustinus, qui libro de hæresibus ad Quodvultdeum cap. 70. inter Priscillianistarum dogmata hoc recenset, quod *a maligno principe istum mundum factum fuisse* asserunt, & *opificium omnis carnis, non Deo bono & vero, sed malignis Angelis tribuunt.* Quod & de totius mundi creatione eisdem sensisse cap. 14. hujus epist. testatur Leo. Judicet Lector, & eligat.

7. SINE CORPORE. Ita e Thuaneis codic. unicus cum Trecopithæano, quem ex illo transcriptum dixeris, ita in omnibus ei concinit: ita etiam Herovallianus Isidori Merc. Cod. MS. Ceteri tam exarati manu, quam excusi etiam Isidorianæ Merlini collectionis, habent: *In corpore.* Sed huic lectioni priorem, quam reposuimus, anteponendam esse nemo est qui non intelligat, tam ex sermonis contextu, quo animas corporibus postmodum inclusas fuisse a dæmonibus asserit, quam ex Augustini verbis de hæresibus cap. 70. quæ auctori nostro ob oculos fuisse & sensus & verborum similitudo arguunt. *Hi, inquit, animas dicunt ejusdem naturæ atque substantiæ, cujus est Deus, ad agonem quemdam spontaneum in terris exercendum per septem calos & per quosdam gradatim descendere Principatus, & in malignum Principem incurrere, a quo istum mundum factum volunt, atque ab hoc Principe per diversa carnis corpora seminari.*

Col. 70c  
Cap. 6.

Col. 70c  
Cap. 10.



Col. 707. 8. DICTINI TRACTATUS. 5 Dictinium  
 Cap. 16. fuisse ajunt Asturicensem Episcopum, in cu-  
 5 jus decedentis locum Turribius ipse, cujus  
 epistolam in manibus habemus, fuerit sub-  
 rogatus. Hunc patrem habuisse Symphosium  
 seu Symposium Episcopum, indicat Dictinii

ipius professio fidei in Toletano I. emissa  
 in hunc modum: *Sequor sententiam Domini  
 mei & Patris mei & Genitoris & Do-  
 ctoris mei Symphosii*. Ab eodem porro Pri-  
 scillianæ hæresis venenum hausit, a quo &  
 vitam. De qua hæresi infamatus uterque fuit  
 in Ce-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Quidquid in hac adnotatione Quesnellus  
 differit de ejectione Dictinii, inniritur Idacii  
 testimonio, quod in prima Leonis editione al-  
 latum, in secunda fatetur apud Idacium non  
 reperiri. Excitatus nimirum fuerat Tillemon-  
 tii litteris, ut eum locum ubinam apud Ida-  
 cium esset, indicaret. Hinc se deceptum de-  
 tetit, & solum excusationis causa eum lo-  
 cum non abs se confictum, sed aliquo ex li-  
 bro, cujus oblitus est, bona fide descriptum  
 testatur. Licet vero agnoscat & indicet non  
 obscure, hoc testimonio deficiente ea omnia  
 corruiere, quæ in tota adnotatione *illi substru-  
 ta sunt*; cum tamen multas conjectationes ad-  
 huc congeserit more suo, quibus suspecta red-  
 dantur exemplaria professionum Symphosii &  
 Dictinii Toletano I. Concilio subiecta, nec  
 non sententia ejusdem Synodi, quæ Ambrosius  
 Morales ediderat; cumque de his documentis,  
 ac de aliis nonnullis rebus ad idem Toletanum  
 Concilium pertinentibus aliquot non leves con-  
 troversias inter eruditos agitentur; nos, qui ex  
 codicibus, quos vidimus, hac in re aliquid  
 lucis asserre, & ea documenta genuina de-  
 monstrare posse credimus, rem gratam lecto-  
 ribus facturos arbitramur, si de iisdem non  
 pauca differamus.

Tillem.  
 tom. 8.  
 p. 796.

De qua-  
 tuor do-  
 cumentis,  
 quæ To-  
 letani I.  
 nomine  
 vulgata  
 sunt.

In recentibus Conciliorum editionibus To-  
 letani I. nomine proferuntur viginti canones,  
 tum subijcitur Regula fidei contra Priscillia-  
 nistas, postea exemplaria professionum Sym-  
 phosii ac Dictinii, ac tandem ejusdem Concilii  
 sententia. Canones dicuntur editi in Toletano  
 Concilio Stilicone Consule æra 438. qui cara-  
 cteres anno 400. congruunt. Regula fidei, quam  
 adversus Priscillianistas ex præcepto Leonis fec-  
 isse traduntur Episcopi Tarraconenses, Car-  
 thaginienses, Lusitani, & Bætica, convenit ei  
 Concilio, quod idem Pontifex convocandum  
 præcepit in epistola ad Turribium c. 17. E-  
 xemplaria professionum Symphosii & Dictinii  
 præferunt æram 438., & sententia Concilii vi-  
 vum supponit S. Simplicianum Mediolanen-  
 sem, aliasque notas exhibet, quæ omnia co-  
 hærent cum an. 400., cui sane Idacius Sym-  
 phosii & Dictinii retractationem, idest memo-  
 ratas fidei professiones, adsignat. At in iis-  
 dem professionum exemplaribus hi Episcopi  
 Symphosius & Dictinius *sanctæ memoriæ* appel-  
 lantur, quæ formula scriptum prodit hoc do-  
 cumentum post eorum mortem, ac propterea  
 post an. 400.

Auctorum Hæ variæ notæ varias inter criticos senten-  
 discrepan- tias peperere. Plerique eos canones, profes-  
 siones fidei, & sententiam in Toletana Syno-  
 do editos censuerunt anno 400. vel 405. in  
 quibus Stilico Consulatum gessit. Regulam vero  
 fidei in alia Synodo Leone Pontifice anno  
 447. aut paullo post. Tillemontius tom. 8.  
 not. 15. in Priscillianistarum historiam pag.  
 796. etsi cognosceret professiones Symphosii ac  
 Dictinii, nec non sententiam Synodi conditas  
 fuisse in Concilio Toletano an. 400.; hæc ta-

men documenta, uti nunc habentur, excer-  
 pta contendit ex ejusdem Synodi gestis, & re-  
 citata ac inserta in alia Synodo sub Leone,  
 huicque præterea non solum Regulam fidei,  
 sed etiam canones tribuit hac potissimum ra-  
 tione, quia de Patribus, qui sub Leone con-  
 diderunt Regulam fidei, eodem contextu in  
 præmisso titulo affirmatur: *Ipsi etiam & su-  
 prascripta viginti canonum capitula statuerunt*.  
 Ita hæc omnia ad Synodum Toletanam sub  
 Leone habitam referri posse indicat eodem to-  
 mo pag. 524. P. Constantius vero in Monito  
 ad epist. 3. Innocentii n. 4. cum incredibile  
 videret canones abjudicari a Concilio Toleta-  
 no coacto an. 400., ad difficultates concilian-  
 das aliam viam ingressus est. Regulam fidei  
 asseruit Synodo sub Leone; cetera vero, quæ  
 Toletani I. esse non dubitat, ad Synodum sub  
 Leone eatenus referri posse autumat, quatenus  
 in ea ante fidei Regulam relecti & confirmati  
 fuerint canones XX. in anteriori Synodo con-  
 diti, quo satis explicatur illud *statuerunt*; post  
 Regulam autem professiones & sententia ex-  
 ceptæ fuerint e plenioribus Toletanæ I. Sy-  
 nodi gestis.

Soli codices, ex quibus hæc documenta pro-  
 diere, aliquid subsidii asserre queunt in hac  
 controversia. Canones & Regula fidei, qui a  
 Merlino primum editi ex manuscripto collec-  
 tionis Isidorianæ, a collectione Hispanica,  
 quam Pseudoisidorus transcripsit, originem du-  
 cunt. Porro omnia exemplaria hujus collectio-  
 nis in prima parte, quæ Concilia exhibet, To-  
 letanam I. Synodum cum viginti canonibus  
 præferunt, solamque fidei Regulam subijciunt.  
 Canonibus autem præfigitur universum hæc-  
 chronica notatio *Arcaadii & Honorii temporibus  
 sub die XII. Id. Sept. Stilicone Consule*: qua  
 canonum & Concilii tempus designatur. Plu-  
 res ex iisdem MSS. libris addunt æram His-  
 panicam cum quodam exiguo discrimine. Qua-  
 tuor codices purioris collectionis Hispanicæ vi-  
 dit Joannes Baptista Perezus, quos recenset  
 in MS. Vat. 4887. Alvendensem Vigilæ, Lu-  
 censem, Hispalensem, & S. Æmiliani. Nos  
 hac in re totidem codices contulimus, duos  
 purioris Hispanicæ, unum Palatinum 755. al-  
 terum Eminentissimi Cardinalis Passionei; ter-  
 tium antiquissimum Veronensis Capituli MS.  
 59., qui abbreviationem canonum ex Hispa-  
 nis codicibus ipsa Hispanica collectione anti-  
 quioribus continet; quartum denique Vat.  
 1341. qui collectionem Hispanicam Gallicanæ  
 & minus puræ originis exhibet. Ex his omni-  
 bus MSS. libris tres æram omittunt, Hispa-  
 lensis, Palatinus, & Vaticanus 1341. Ceteri sic  
 eam signant. Codex Alvendenensis Vigilæ no-  
 tat æram CCCCXXXV. præstantissimus Lucen-  
 sis præfert æram CCCCXXXVIII. & similiter  
 vetustissimus Veronensis eandem æram sic ex-  
 hibet: *Ex Synodo Toletana æra CCCCXXX-  
 VIII*. Concinit etiam codex S. Æmiliani, qui  
 licet in Conciliis mutilus Toletano I. careat,  
 alibi

Quid co-  
 dices præ-  
 ferant,  
 exponi-  
 tur.

in Cæsaraugustana Synodo anni 381. adversus Priscillianum congregata: cujus iudicium declinasse dicitur Symphosius in sententia Toletanæ I. Synodo se subducens. Unde postmodum cum pacem sibi reddi cum aliis postularet, vix obtinuit ut audiretur, nisi

intercessisset litteris suis S. Ambrosius, tam pro Symphosio Episcopo, & Distinio Presbytero, quam pro ceteris de eodem errore accusatis: qui Mediolanum se contulisse videntur, ut apud S. Ambrosium de reconciliatione sua agerent, cum eo præfente & audien-

EDITORUM ADNOTATIONES.

Æra in MSS. signata nequit revocari ad Toletanum Concilium sub Leone.

Synodus Tolet. anni 400. adstruenda, cui canones tribuendi.

alibi tamen, ut postea dicemus, exhibet antiquissima excerpta ex gestis ejusdem Toletani Concilii, & in his adnotatur æra CCCCXXXVIII. Tandem codex Hispanicæ collectionis apud Eminentissimum Passionem signat æram CCCCXXXVIII. Ex hac autem quantumvis diversa æræ notatione colligitur, Synodum ejusmodi non posse produci ad Concilium sub Leone, sed Toletanum Concilium exigit, quod cum Stiliconis Consulatu in eadem inscriptione designato cohæreat. Cum autem Stilico bis Consulatum gesserit, nimirum an. 400. & 405. nullæ autem æræ in MSS. indicatæ incidant in an. 405. quo Stilico secundo Consul fuit; hic secundus Consulatus, seu annus 405. intelligi nequit. Cum vero æra CCCCXXXVIII. in tribus vetustissimis codicibus adscripta anno 400. conveniat, manifestum fit alias duas æras duorum aliorum codicum amanuensium lapsu esse corruptas, & ad æram CCCCXXXVIII. emendandas esse, ac propterea Concilium indicatur Toleti habitum an. 400., quo Stilico primum Consulatum gessit: unde eum non *iterum Consullem*, ut in secundo Consulatu scribi solet, sed simpliciter *Consulem* inscriptio nominat. Canones igitur, & Episcopi eisdem subscripti pertinent ad Concilium Toletanum anni 400.

Post canones & subscriptiones Episcoporum sequitur hæc clausula: *Explicit constitutio Concilii Toletani*; quæ in editis Conciliorum omititur, at a Garzia Loaysa ex Hispanicis codicibus profertur in editione Conciliorum Hispanicæ. Hæc autem clausula præmissos quidem canones, non vero quæ postea describitur *Regula fidei*, ad eamdem Synodum spectare ostendit. Id vero apertius patet ex diverso titulo, qui in MSS. puræ collectionis Hispanicæ statim subjectus, aliud Concilium a Leone præceptum epist. 15. c. 17. palam designat. *Incipiunt regulæ fidei catholice contra omnes hæreses, & quam maxime contra Priscillianos, quos Episcopi Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitani, & Bæitici fecerunt, & cum præcepto Papæ Urbis Leonis ad Balconium Episcopum Gallicie transmiserunt. Ipsi etiam & superscripta viginti canonum capitula statuerunt in Concilio Toletano*: & mox subditur ipsa Regula fidei. Postrema verba *Ipsi etiam & superscripta* &c. nihil moveant: hæc enim additamentum esse perperam insertum ostendemus postea. Codex Vat. 1341. collectionis Hispanicæ originis Gallicanæ cum Isidorianis hanc descripti tituli variam lectionem præfert: *Incipit Regula fidei catholice contra Priscillianistas, quam Episcopi Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitani, & Bæitici fecerunt ex præcepto Papæ Urbis Leonis, & ad Balconium Episcopum Gallicie &c.* Ex hac lectione, qua fidei Regula ex præcepto Leonis facta, & ad Balconium transmissa traditur, alia Leonis epistola ad eos Episcopos data dicenda esset, in qua hoc præceptum contineretur. Sed hisce originis Gallicanæ MSS.

præferendi sunt codices purioris Hispanicæ. In his autem omnibus alia interpunctione legitur *cum præcepto*: unde tres alios codices similes allegat etiam Baluzius not. 14. in epist. 40. S. Cypriani, qui *cum præcepto* similiter exhibent. Ex hac autem lectione & interpunctione colligi videtur, Episcopos memoratos, qui sub Leone convenerant, ad Balconium Gallicie Metropolitam una cum fidei Regula, quam condidere, misisse etiam Leonis præceptum, seu ejus litteras, quibus præceperat, ut omnes Hispani, ac præsertim Gallicie Episcopi adversus Priscillianistas, qui hanc præsertim provinciam infecerant, Synodum cogerent. Vide Dissert. de epist. deperditis num. 18. tom. 1. col. 1444.

Post hanc Regulam fidei in memoratis codicibus ad aliud Concilium Toletanum II. transitur: & nec unus quidem exemplaria professionum Symposii ac Distinii, vel Concilii sententiam subjicit. Hæc autem documenta una cum epistola Turribii ad Idacium & Ceponium ab Ambrosio Morales edita fuerunt ex MS. S. Æmiliani, qui in Bibliotheca regia S. Laurentii Escuriarum servabatur. Cum vero ejus codicis notitiam satis exactam ille non dederit, nec quo loco ea documenta in MS. reperiantur, indicaverit; creditum est ea ibidem adnexa fuisse, ut in editis, Toletano I., quod cum nulli alii præferant codices inter tot, qui hanc Synodum continent; ejus codicis fides, ac documenta ejusmodi in suspicionem venerunt, aliique hæc supposititia, alii interpolata opinati sunt; alii vero ex formula *sanctæ memoriæ defunctorum propria*, qua Symposius & Distinius nominantur, ea documenta ad Concilium sub Leone habitum tradenda judicaverunt. At Joannes Baptista Perezus, qui ante Ambrosium Morales eum codicem vidit, omnem difficultatem adimit. Is an. 1575. jussu Gasparis Quirogæ, tunc Episcopi Conchenensis ex MSS. Hispanicis conscripsit librum canonum, in quo editorum Hispanicæ Conciliorum variantes, inedita vero diligenter transscripta, variæque adnotationes, ubi opus esset, adjectæ continentur. Hic autem liber ab eodem Episcopo Romam transmissus ad Gregorium XIII., qui id opus præceperat, ut editioni & emendationi Gratiani inserviret, in Bibliotheca Vaticana num. 4887. custoditur. Quatuor autem eximii codices Hispanicæ collectionis ibidem laudantur, ac inter hos MS. S. Æmiliani, qui his verbis designatur pag. 128. *S. Æmiliani codex allatus ex monasterio S. Æmiliani de la Cogolla prope Najarum scriptus anno Domini 962. ut ibi dicitur, est vero omnium locupletissimus, nam præter communia habet hæc &c.* Dein postquam pag. 143. Toletano I. perperam additam contendit *Regulam fidei*, quæ ad aliam posteriorem Synodum pertinet, hæc de præfatis documentis subjicit: *Nunc rejecta hac Concilii Toletani ap-*

Regula fidei condita in Concilio Leone Pontifice.

Professiones Symposii & Distinii cum sententia Concilii unde editæ. Vindicantur.

Pertinent ad Toletana-

audiente, sibi ipsi certas pacis condiciones imposuisse dicantur; inter quas hæc una erat, ut Dictinius *bonæ pacis locum teneret Presbyterii, non acciperet honoris augmentum*: altera vero, ut quod perperam egerant, ipsi damnarent. Neutrum præstiterunt. Nam &

in sua sententia diu perseveraverunt, & Dictinium Symphosius Episcopum consecravit. De quibus ut rationem redderent, evocati ab Hispaniarum Episcopis ad Concilium Toletanum, eidem se præsentibus sultere renuerunt, ejusque subterfugerunt iudicium, donec

## EDITORUM ADNOTATIONES.

tanum I.  
an. 400.

*tuamus, quæ in eodem vetustissimo codice S. Emiliani existat, licet seorsim, non hoc ipso loco (eiusdem Toletani) posita; nempe abjuratio hæresis Priscillianicæ facta ab Episcopis Dictinio & Symposio, & Concilii sententia de communione quibusdam Episcopis vel reddenda, vel neganda: & ea monumenta tunc inedita cum quibusdam adnotationibus subnectit. Patet igitur hæc documenta non post Toletanam Synodum, sed loco separato in MS. exhiberi. Inter Pontificis autem epistolas eadem documenta hoc in codice reperiri idem Perezius inquit, cum loquens de epistola Turribii ad Idacium & Ceponium, quæ in eodem MS. una cum prædictis documentis inventa est, hunc MS. librum codicem epistolarum pontificiarum appellat. Neque enim hunc ita appellat, ac si solas epistolas Pontificum contineat, quem & Concilia collectionis Hispanicæ exhibere prodidit; sed quia in ea parte, quæ epistolas pontificias complectitur, illa monumenta inserta inveniuntur.*

Insignis antiquitas atque præstantia singularis hujus codicis alia eximia monumenta exhibentis, quæ in ceteris desunt, quæque ab omnibus sincera habentur, omnem interpolationis aut suppositionis suspicionem excludit etiam quoad professiones Symposii & Dictinii, & quoad sententiam Concilii, quæ Scriptor æque ac cetera ex antiquioribus genuinis fontibus derivasse credendus est. Ex loco autem separato, in quo ea documenta descripta fuerunt, agnoscimus eadem in vulgatis Conciliorum Toletano I. perperam fuisse subiecta,

Fuerunt excerptæ ex ejus Synodi gestis aliquando post, fortassis sub Leone.

Hinc sanctæ memoriæ dicti Symposii, & Dictinii, quia jam defuncti.

ac si non tam documenta ipsa quam introductiones his præfixæ ei Concilio tribuantur una cum formula *sanctæ memoriæ*, quæ illi convenire non potest. Separatus hic locus opus pariter indicat distinctum, & a Toletano junctum, quo quis ex amplioribus hujus Synodi gestis hæc documenta ad Priscillianistas pertinentia posterius excerpit: unde is adnotata æra 438., cui excerpta documenta in ipsis gestis attributa reperit, Symposium & Dictinium jam defunctos *sanctæ memoriæ* appellavit. Auctor collectionis Hispanicæ dum notavit in præmio Toletani I., hujus Concilii Patres adversus Priscillianos aliis gestis libellarem direxisse sententiam, hanc sententiam innuere satis duxit; ac proinde ejus excerpti, quod sententiam continet, auctor non fuit. Num hoc excerptum in Concilio sub Leone conditum fuerit, nullo certo indicio proditur. Quoniam vero non hoc solum excerptum, sed & Turribii epistola ad Idacium atque Ceponium missa codici inseruntur, forte excerptor fuit ipse Turribius. Sed absque fundamento nihil affirmari potest. Id autem sufficit ad diluendam omnem suppositionis, aut interpolationis suspicionem, quam Quesnellus inspersit. Excerptor non ipsa integra acta descripsit, sed quidquid ex professionibus ac sententia excerpendum putavit, iisdem verbis excerpit, quæ in plenioribus

gestis invenit. Solum in titulis seu introductionibus, quæ sententiæ ac professionibus præmittuntur, suis verbis usus, indicium gestorum præbuit, æramque & varios cognitionum dies ad Priscillianistarum causam pertinentes ex iisdem gestis sumtos notavit.

In MSS. collectionum Hispanicæ & Isidorianæ verba præmio canonum inserta de Patribus Toletanis, qui & in aliis gestis adversus Priscillianos sectatores, & hæresim quam adstruxerat, libellarem dedere sententiam, ostendunt collectorem, qui hoc præmium scripsit, voluisse solos canones ex Toletano I. excipere, non autem gesta in Priscillianos: unde & post canones apposuit clausulam *Explicit*. (Forte collectionis auctor eo consilio sententiam Toletani I. omisit, quia post canones ejusdem Concilii subjiciendam putavit *Regulam fidei*, quæ adversus Priscillianam hæresim expressior & potior visa est.) Consulatus vero & æra satis ostendunt, laudatos canones pertinere ad Toletanum anni 400. non vero ad aliud Concilium fortassis Toletanum sub Leone habitum, ad quod certum est pertinere *Regulam fidei*, cum præsertim inter subscriptiones saltem tres Episcopi Ortigius in sententia memoratus, ac Patruinus & Hilarius nominati in epistola Innocentii I. ad Synodum Toletanam, congruant quidem anno 400. non vero an. 447. Adde quod Innocentius I. in laudata epistola c. 6. n. 9. decretum Toletani Concilii laudans, quo ordinationes secundum Nicænos canones faciendas statutum fuit, interlocutionem Patruini canonibus præmissam aperte respicit, ut optime observavit P. Constantius: ac proinde hæc interlocutio cum iisdem canonibus post Innocentium referri nequit. Idacius sane in chronico ad annum Abrahami 2416. præter gesta in Priscillianos disciplinæ etiam canones huic Concilio attribuit. Cum annus Abrahami 2416. inchoarit Kal. Octobris anni Christi 399., mensis September ejusdem anni, cui illud Concilium in gestis assignatur, respondet Septembri an. Christi 400. Eadem porro subscriptiones & clausula *Explicit* ostendunt etiam, prædictos canones neque eo sensu postea Concilio sub Leone, quatenus in hoc repetiti & confirmati fuerint ante statuendam *Regulam fidei*, quemadmodum Constantius credidit. Si enim ex Concilio sub Leone sumti fuissent, & non potius ex Toletano I., atque ab ejus Concilii Patribus veluti proprii adoptati fuissent & constituti, ut indicat verbum *statuerunt*; nec subscriptiones Toletani I. insertæ fuissent, nec post canones & subscriptiones ante *Regulam fidei* appositæ fuisset clausula *Explicit*. Quod si relectione Toletani I. fuissent confirmati, non fuisset dictum *statuerunt*, sed (ut casu non dissimili factum est in Bracarensi an. 563.) *relecti*, vel aliquid simile: & prætermissa clausula *Explicit*, ad condendam *Regulam fidei* Patres transissent.

Quid autem censendum de verbo *statuerunt*, quod

tom. 2.  
Conc. col.  
1470.

Canones a collectore excerpti ex Toletano I.

Non vero ex Concilio sub Leone, in quo repetiti fuerint.

donec ad faniolem mentem reversi, alteri huic Toletano anni 400. se repræsentarunt, in quo & pravos omnes sensus abjecere, & ultro damnare Priscillianum cum scriptis ejus. Cujus Concilii indulgentia in sede uterque sua consistere permissus est; suspensa tamen communione, prius eis non impertienda, quam in Romani & Mediolanensis Pontificum communionem recepti esse per illorum litteras probarentur; inde *Sen. def. expectantes communionem, unde prius spem Cencil. Tolet. futura pacis acceperant.* Interim tamen ab Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum ordinandorum facultate removentur.

Ex dictis patet plures fuisse Toletanas Synodos, quam huc usque creditum sit: unicam illam anni 400. statuerat Cardinalis Ba-

ronius alios secutus. Alteram in posterioribus Annalium editionibus agnovit & probat ad an. Chr. 405. num. 43. Tertiam modo asserimus utraque illa ætate superiorem, quæ videlicet inter Cæsaraugustanam anni 381. & Toletanam anni 400. collocanda veniat. Arguuntur enim in hac ultima hæretici, quod prius indictum in Toletana urbe Concilium declinarunt, ad quod, inquit Patres, illos evocaveramus, & audissemus, cur non impleverint conditiones, quas sibi ipsi, sancto Ambrosio præsentem & audientem posuissent. Nec est quod indictum tantummodo Concilium causetur quis, non coactum; cum illud declinasse dici non potuerint, quod congregatum non fuisset. Sed & quartam addere possumus, quæ Leonis nostri tempore cele-

*Sent. cir.*

### EDITORUM ADNOTATIONES.

**Additamentum intrusum in titulo Regulæ fidei.**

quod nulla in sententia Patribus Concilii sub Leone convenire potest? Solis conjecturis locus est. Cum certum sit canones esse Concilii Toletani anni 400. Regulam vero fidei spectare ad aliud Concilium sub Leone, cui quidem ea sola fidei Regula tribuitur in laudata Synodo Bracarense; verba inserta in titulo Regulæ fidei, *Ipsi etiam & superscripta viginti canonum capitula statuerunt in Concilio Toletano,* additamentum perperam intrusum videntur, quod sane nec cum antecedentibus, nec cum subsequenter quicquam habet nexus, & in codice, unde ipsa Regula sumpta fuit, procul dubio nequaquam exstabat. Forte marginalis adnotatio fuit olim a quopiam subscriptionibus apposta, quæ subinde extra proprium locum irrepsit in textum tituli Regulæ proximi, post quem sine hoc extraneo additamento; quod contextus non recipit, ipsa statim Regula subjicienda fuerat. Quod si hæc responsio non placeat, id errori collectoris Hispanici tribuendum erit. In tractatu de antiquis canonum collectionibus, quem tomo III. præmittimus, alii errores deteguntur in titulis, ac præmiis canonum Africanorum, quorum collectionem Hispanica antiquiorem, & ab Hispanico collectore receptam ibidem probabimus. Vide inter cetera, quæ dicentur de canonibus Milevitani Concilii, & Carthaginensis IV. Sicut autem hic antiquus collector erravit, dum in titulis vel præmiis horum Conciliorum, his adscripsit canones, qui ipsis non competunt; ut in allegato tractatu pluribus ostendetur; ita nihil mirum, si posterior collector Hispanicus, qui hanc Africanorum canonum collectionem cum iisdem erroribus recepit, in colligendis canonibus Synodorum Hispaniæ, eos canones, qui conditi fuerunt in Toletana I. Synodo, perperam asseruit Patribus ejus Synodi, quæ Regulam fidei sub Leone condiderat.

Alium quoque errorem in præmio ejusdem Concilii Toletani exploratum animadvertere placet. Postremus enim Episcopus in eo recensitis peculiari ratione cum mentione sedis appellatur *Exsuperantius de Gallia Lucensis conventus municipii Celenis*: cum tamen in eodem præmio & in subscriptionibus ac in sententia ejusdem Synodi nominetur *Ortigius*, quem fuisse Episcopum Celenensem Toletanæ Synodi tempore ex Idacio cognoscimus. Cum ve-

**Mendosa subscriptio canonicis subiecta notatur.**

ro in aliis codicibus, quos Merlinus habuit, idem Exsuperantius sine mentione sedis legatur, alioque Episcoporum ordine inducto, aliter ea verba efferantur sic: *Exsuperantio, Severo, Floro, Leporio, Aureliano, Lampadio, Leona de Gallia, Lucentio.* Hic conventus municipii Celenis actus est: nonnulli suspicati sunt, una cum Toletano I. hic confusum fuisse alium conventum, seu Concilium Celenense, quod sub Leone in Gallicia habitum fuerit. Sed omnis hæc conjectura evanesceat, si hæc lectio non ex collectore Hispanico profecta, sed ejus amanuensis arbitrio inducta credatur, qui non intelligens mendosam lectionem codicis puræ collectionis Hispanicæ, eam sic emendandam putavit. Id autem ita esse evidens fit ex codicibus puræ collectionis Hispanicæ, qui hanc lectionem ignorant, & ex illis originis Gallicanæ at Idorianis, qui soli hanc, ut alias plures ejusmodi emendationes arbitrarias, præferunt. Codices puræ collectionis Hispanicæ & ordinem & lectionem exhibent, quam primum dedimus ex editione Garziæ Loayfæ, quamque confirmat Perezus ex MS. Lucensi, & nos in nostris pariter exemplaribus puræ Hispanicæ similiter invenimus. Solum quidam ex his libris eandem lectionem valde corruptam præbent, uti MS. Vat. Palat. 575. in quo habetur: *Exsuperantius de Gallia Lucentiosus conventus municipii Celenis.* Similem errorem nactus, qui hanc collectionem non tam exscripsit, quam emendavit in codicibus Hispanicæ collectionis originis Gallicanæ, non solum ordinem Episcoporum mutavit, verum etiam hunc locum corripit sic: *Exsuperantius, Severus, Florus, Leporius, Eustochius, Aurelianus, Lampadius de Gallia, Lucentius.* Is conventus municipii Celenis actus est. Ita in cod. Vat. 1341. originis Gallicanæ, & similiter in aliis Idorianis, qui ex Hispanicis Gallicanæ originis hoc Concilium susceperunt: ubi palam est ex *de Gallia Lucentiosus* emendatum esse *de Gallia, Lucentius.* Is; & ad perficiendum sensum additum fuisse actus est. Hac igitur arbitraria emendatione nihili habita, ut ne conventus, aut Synodus Celenensis hinc colligatur, evidens fit, in codicibus purioris Hispanicæ errorem aliquem hoc loco a collectore commissum, quem nemo intelligere aut explicare facile poterit.

re celebrata sit ex Taraconensibus, Carthaginensibus, Lusitanis, atque Gallicianis Episcopis, quam ipse cogendam esse monet in fine hujus epistolæ, quam revera coactam testatur Concilium primum Bracarense, quod & Regulam fidei ab eodem illo conditam narrat; cujus denique locum indignatur ejusdem Regulæ fidei illi Synodo male assutæ titulus. De Dictinii scriptis seu tractatibus, quorum lectionem prohibet hoc capite S. Leo, habes Bracarensis Concilii I. capitulum 17. quod eosdem sub Anathematis pœna a quoquam legi vetat.

De Dictinio sus-  
pecta.

Quod de Dictinio retulimus ex Concilii Toletani I. sententia, nimirum suam illi sedem servatam fuisse post ejuratam Priscilliani sectam, vix conciliari posse mihi videtur cum his, quæ refert Idatius hoc in negotio testis fide dignissimus: *Dictinius Asturicensis Episcopus*, inquit ille, *cui ob Priscillianianam hæresim, quam profitebatur, ejecto, cum aliis ejusdem sectæ Episcopis, successit Turribius*. Lapsam memoriæ, seu allucinationem, quam hoc loco passus sum in prima Editione, fateri ac publicare non erubescam. Istam de Dictinio narrationem, quam sub Idatii nomine bona fide laudavi ac retuli, apud Idatium non invenio, nec cujus sit illa prorsus dicere ullatenus possum. Hoc testari & sancte possum affirmare, illam a me confictam non fuisse, sed ex aliquo libro descriptam, cujus alta me nunc tenet oblivio. Historicum istud fragmentum, parente modo orbatum, ex hoc loco abradere animus fuerat cum iis omnibus quæ illi substructa sunt; verum hoc consilium postea abjeci, spem hanc concipiens, id quod ad meam nunc memoriæ non recurrit, alicujus eruditi oculis inter legendum posse aliquando occurrere, & ad typographum deferri huic loco inferendum. Si enim fede tua ejectus est Dictinius, & ejus loco successit statim Turribius, non video quare ratione Asturicensem ille cathedram recipere potuerit in Concilio Toletano anni 400. cum canonicis legibus vetitum esset, ne duo simul Episcopi unam Ecclesiam administrarent. His adde, quod si ante annum 400. Turribius Asturicensium erat Episcopus, ut esse debuit, si vera sunt simul & Acta Toletani Concilii & Idatii narratio, annum fere octogesimum attigerat, cum scripsit ad sanctum Leonem hanc epistolam, & alteram ad Idatium & Ceponium. Eodem enim tempore scriptas esse clamat utriusque hujus mentio, quam habet Leo noster in sua, & eadem querelæ, quas ad Hispanos Episcopos & ad Romanum contra eandem hæresim reviviscentem detulit Turribius. Illas autem scripsit, cum jam novissime ad suam Ecclesiam rediisset post diuturnam molestamque peregrinationem, quam per Hispanias lustrandarum Ecclesiarum gratia obierat, cujus duris molestiis, ut loquitur, lacrymabilibusque necessitatibus curis, tam provec̄ta ætas omnino inepta erat: ut verisimile non sit eam a Turribio umquam suscipiendam fuisse, si ad

Tom. II.

eam senectutem tunc temporis pervenisset, quam eum asecutum fuisse necessario evincitur, si ante illam Dictinii resipiscentiam Episcopatum gessit.

His ex angustiis ut evadere possimus vix ulla patet via. Certe non potest mihi non esse suspecta illa de Dictinii restitutione narratio. 1. quia cum in illius propter hæresim dejecti locum subrogatum esse Turribium asserat Idatius, nec de hujus cessione, vel illius restitutione quidquam habeat, non est quod tantæ fidei auctori præponderare queat, qui eadem ætate inter illius Provinciae Episcopos emicuit & Turribii familiaris fuit, quicum, ut ipse narrat, latentes in Asturicensi urbe Manichæos gestis episcopalibus detexit, ad iudicium traxit, damnatosque per Hispanias publicavit: ubi Manichæorum nomine Priscillianistas videtur intelligere, quod & faciunt sancti Leo & Hieronymus. 2. Etsi aliis Episcopis post lapsum pœnitentibus quacumque de causa indultum voluerunt Toletanæ Synodi Patres, erant gravissima momenta, propter quæ ab illis fecerni deberet Dictinius, & ab indulgentiæ gratia arceri. Non solum enim hæreticorum dogmati adhæserat, sed & scriptis hoc libris propugnauerat, multosque hac ratione induxerat in errorem: quæ quidem scripta tantam creavere perniciem, ut illorum virus etiam post ipsius auctoris ejurationem necaret plurimos: ut ex Turribii ad Leonem querelis, Leonisque ad Turribium rescripto manifestum est; sed & ex Concilii Bracarensis I. cap. 17. post centum fere annos condito, quo Dictinii scripta denuo proscrip̄ta sunt, adeo pestis illa longe lateque serpebat. 3. Hoc adversus Dictinii restitutionem pugnat, quod post hæresim susceptam ordinatus fuerat; quod a parente & ipso in hæresim prolapsus; quod is tumultuante populo fuerat postulatus, & per vim ad sedem episcopalem evectus; quod contra S. Ambrosii decretum, quo presbyterali honore contentum eum esse debere fanciverat. Hæc enim omnia Actorum Toletanorum citata excerpta continent: quorum fidem qui in dubium vocare metuerit, his se difficultatum nexibus involvat necesse est; qui vero spuria censuerit vel adulterata, is & omnibus se istis expediet, & id quod veritati simillimum est amplectetur. Fateor enim illorum excerptorum fidem videri mihi plurimum vacillare: ex unico enim codice MS. non ita pridem publico innotuerunt opera Ambrosii Moralez, nec usquam illorum apparet vestigium in aliis MSS. codicibus, iisque præsertim, quorum ope duplex Canonum Toletanorum jam olim prodiiit editio.

Præterea confictas esse illas professiones ab aliquo Priscillianarum partium studioso, non sine ratione suspicor. Primum enim sanctæ memoriæ Episcopus appellat Symposium & Dictinium, quod etsi alias tolerabile esset, in ea tamen professione, qua hæresim abdicant, absurdum videtur. Deinde errores Priscillianiani & assecularum ejus vix at-

Idatius ad  
Olym.  
306.

Professiones  
suppositionis  
suspectæ.

V u u u tigit,

tigit, de sola Filii innascibilitate loquens, & de duobus principiis, & animæ cum Patre consubstantialitate; quas sententias ita condemnant, ut fucum facere videantur, sibi que suas professiones explicandi reservare facultatem. Ex tertio enim S. Leonis capitulo patet illos aliquo sensu nascibilem Filium dixisse. Ex quinto non illos contendisse disertis verbis, *unam Dei & hominis esse naturam*: quod in se solummodo reprehendit Diſtinus in illa professione; sed *animam hominis divinæ esse substantiæ*: quæ diversa esse apparet. Duo denique illos agnovisse principia non legimus, omnem enim carnis & corporum creationem tribuebant diabolo; animas autem fuisse aliquid divinum & increatum somniasse videntur. Ita igitur conditæ sunt illæ professiones, ut totæ ad fraudem confictæ esse appareant. Quam suspicionem augent cetera: cum enim sua scripta damnat Diſtinus, id verbis magnopere obscuris præstat: *In priori*, inquit, *comprehensione mea, & in principiis conversionis meæ quæcumque conscripsi omnia me toto corde respucere*: postea: *Omnia quæ inventiuntur contra fidem*. Quibus non omnia, sed quædam tantum scripta rejicere videtur, & cum ea restrictione, si contra fidem esse convincantur. Similiter & Symposius non omnes Priscilliani libros respuit & damnat, sed eos solummodo *ubi innascibilem Filium scripsisse dicitur*: ubi & illud dicitur & sola *innascibilis* mentio, hominis vel scriptoris subdolan mentem, meo quidem iudicio, arguit, sicut & illud quod in posteriori professionis parte legitur: *Si quos male condidit libros, cum ipso auctore condemnno*.

In definitivæ sententiæ excerpto aliqua sunt etiam, quæ illius fidem infirmant. Ita enim utriusque illius Episcopi culpam minuit, ut vix eos in errorem lapsos fuisse dixeris. *Symphosium* (inquiunt Patres) *deceptum tentumque per plurimos secus aliqua gessisse reperimus, nullis libris apocryphis, aut novis scientiis, quas Priscillianus composuerat, involutum*: *Diſtinium epistolis aliquantis pene lapsus* &c. quæ omnia parum conveniunt cum his, quæ de Diſtinio sociisque tam ab Idatio, quam ab aliis referuntur: aut certe aliis ea concilianda relinquimus.

Si tamen alteram adhuc tentare licet exeundi viam, & conjecturis agere permittitur: non duos quidem fingemus Diſtinios (qui conciliationis modus, ut omnino facilis est, & expeditus, ita temeritate plenissimus) sed duos Diſtinii lapsus non abs re forsitan erit distinguere. Quo posito, dicendum esset Diſtinium a primo lapsu refluxentem ex indulgentia Tolertani Concilii I. sedem suam recepisse. Eundem autem post aliquantos annos relapsum, merito a sacerdotali dignitate repulsum Turribio locum cefisse. Hanc viam necesse est eum inire, qui receptam Tolertani Concilii epocham retinere voluerit, illius actorum excerptam partem non rejicere, & utramque cum Ida-

tio Chronographo conciliare. Nec deest in illo excerpto unde nostram de gemino Diſtinii lapsu conjecturam firmare possumus: id enim innuunt hæc ipsius verba professionis: *In priori comprehensione meæ, in principiis conversionis meæ quæcumque conscripsi*. Inde etiam forsitan descendit, quod in excerpto sententiæ tantum *pene lapsus* dicitur Diſtinus: in excerpto professionis semet ipse erroris accusat, præsumptionem suam arguit, corrigi se postulat, precatur sibi non inferorum, sed cæli januam aperiri, ea quæ ante scripserat, anathemate percellit &c. Symposium & Diſtinium aliquando, & quidem Innocentii Papæ temporibus, sedibus suis esse restitutos, videor mihi ex ipsius Innocentii PP. epistola ad Synodum Tolertanam elicere, cap. 3. ex quo liquet aliquos moleste tulisse receptionem utriusque illius Episcopi; quam videlicet contra canones ecclesiasticæ, & non etiam suis sedibus restituti essent, probabile non est id Episcopo Joanni, & aliis fortasse, ita molestum futurum, cum nemini umquam ab hæresi vel schismate revertenti negata communionis ecclesiasticæ gratia fuerit. Ceterum hæc exemplaria professionis respicientium Episcoporum, & definitivæ Concilii sententiæ, vel ab homine imperito excepta, vel etiam ab hæretico truncata & interpolata fuisse videntur, qui forsitan ex diversis Conciliis male confotos pinnos nobis exhibuerit: quibus tamen aliquid veri interfuerit, quo magis fraudem faceret, non est admodum creditu difficile. Quidquid tandem sit, conjecturas exponimus, rem integram doctiorum iudicio relinquimus.

9. TARRACONENSES, CARTHAGINENSES, LUSITANOS, ATQUE GALlicos. Ita Gallicos habetur in codd. MSS. Griman. Corbejens. Victor. Cantabrig. Thuan. idem habent editiones omnes, exceptis recentioribus duabus collectionibus Conciliorum, & edit. Nicolini, quæ habent Gallæcos, sive Gallicos vel Gallicianos ad marg. sed in hoc difficultas posita non est; cum tot MSS. excusisque codicibus, qui ita exhibent, reluctari temeritatis sit. Hoc autem quaritur, utrum de Galliarum Episcopis hæc vox intelligenda sit; an vero de his, qui in Hispana Galliciæ provincia constituti erant. Priori sententiæ favet, quod Priscillianus ejusque affectæ per Gallicanas Aquitanicæ provincias suæ perfidiæ semina sparserant, ut narrat Severus Sulpitius lib. 2. & pravis prædicationibus suis Elufanum maxime plebem perverterant. Facit etiam quod Gallicani Antistites Cæsaraugustano Concilio contra Priscillianistas congregato circa annum 381. interfuerunt; quod apud Burdigalam alia Synodus coacta est adversus eosdem hæreticos, cui dubium non est Hispanos pariter adfuisse. Constat etiam sancti Leonis ætate magnum inter Gallicanas Hispanasque Ecclesias commercium fuisse, cujus rei duæ epistolæ Pontificis nostri testes sunt, una quæ per Gallicanos Antistites

Col. 710.  
sub finem.

Epist. 77.  
ad Episc.  
Gall. c. 1

stites certiores reddi vult Hispanos de rebus, quæ tunc temporis agebantur in Oriente, & maxime de Synodi Calchedonenfis prospero exitu: altera, quam ad utrarumque provinciarum Episcopos conjunctim scripsit de Paschate. Priori epistolæ succinit Idatii Chronicon: *De Gallis*, inquit, *deseruntur Flaviani epistolæ ad Leonem Episcopum missæ, cum scriptis Cyrilli Alexandrini ad Nestorium CP. de Eutyche Ebionita heretico, & Leonis Episcopi ad eum responsa: quæ cum aliorum Episcoporum & gestis & scriptis per Ecclesias diriguntur.* Adde quod cum Hispaniarum Ecclesiæ in magna tunc ignorantia ac perturbatione versarentur, plurimis earum Episcopis vel errore infectis, vel de Ecclesiæ doctrina non satis instructis, admodum conveniens erat ut earum Synodis ex Gallicanorum Antistitum fide ac doctrina robor accederet, in quibus videlicet Leo noverat *caestem*, ut ipse loquitur, *ex sancti Spiritus eruditione vigere doctrinam.* Alteri tamen sententiæ libentius accedimus.

Ibidem.

1. Quia etsi olim Priscillianæ peste laborasset Ecclesiæ Gallicanæ, tunc tamen temporis ab illa penitus liberæ erant, ut ex silentio Synodorum manifestum est. Deinde nunquam memini me legere vocem *Gallicos* pro Gallicanis vel regionibus, vel hominibus usurpatam saltem a Leone auctoribusque ecclesiasticis supparibus: semper enim vel Galliæ, vel Galliarum, vel Gallicanæ regiones appellantur. 3. Cum generale Concilium congregari vellet S. Leo ex omnibus Hispaniarum provinciis, quis credat omisam esse Galliciam provinciam, quæ amplissima & nobilissima omnium videtur fuisse; in qua Turribius, Idatius, & Ceponius Episcopi erant; quæ etiam maxime medica Synodi manu indigebat, cum in illa potissimum Priscillianus morbus exarsisset; ex cujus denique Episcopis præsertim Concilium congregari cupiebat S. Leo, etsi aliarum provinciarum Episcopi convenire non possent: quis, inquam, existimet ad Gallicos Episcopos non scripsisse S. Leonem? Quorum quidem loco Boeticos nominat Lucretius Toletanus in Bracarensi I. Concilio, cujus verba supra retulimus; sed quia jam de Gallicæ Episcopis, qui in Synodum provinciarum suarum congregati erant, sermonem habuerat, nec alteri quatuor pro-

Tom. II.

vinciarum Concilio interesse permitti fuerant a suis Principibus. Hæc de re minime obscura dicere visum est: quoniam nonnullos in eam sententiam propendere videmus, ut de Gallicanis nostris Antistitibus eam vocem interpretentur.

## AD EPISTOLAM XVI.

*Universis Episcopis per Siciliam constitutis.*

I. SI UNDE CONSECRATIONEM HONORIS AC- Col. 716.  
CIPITIS, INDE LEGEM TOTIUS OBSER- Cap. 1.

VANTIAE SUMERETIS. Controvertitur inter viros eruditos utrum in regionibus urbicariis singulæ provinciæ suos haberent Metropolitanos, a quibus ipsæ regerentur, consecrarentur Episcopi provinciales, congregarentur Synodi, & alia metropolitana munia implerentur. Plurimi affirmant, negant nonnulli. Metropolitanos quidem, si qui fuerint, titulum sine re habuisse, Leonis saltem tempore, pro certo habendum puto: omnes enim metropolitana dignitatis prærogativas atque officia, ad se traxerant Romani Pontifices, antientibus Augustis, Provincialibus Episcopis conniventibus, qui magno honori ducebant a primæ sedis Episcopo omniumque Episcoporum apice pontificiam dignitatem sumere; non reluctantibus etiam Metropolitanis, qui a Pontificibus Urbis Sacerdotii honorem adepti, ab iisdem toti pendebant.

Aliquod itaque discrimen deprehendere mihi videor inter ordinandi morem a Romano Pontifice sibi in urbicariis regionibus vindicatum, & eum quem ceteri Exarchi, seu Patriarchæ usurpabant. Hi enim ita Exarchatus sui Concilium convocabant, ut Metropolitanis quibusque Provinciæ suæ Synodum pro jure suo Canonibus indulto indicere esset liberum; ita in Episcoporum Provincialium ordinationibus decretum suum interponebant, ut Metropolitanis primum accederet auctoritas, nec nisi ejus relatione Cleri electionem plebisque consensum rescirent: sic totam Exarchiam suam administrabant, ut Metropolitanis jura sua muniaque illibata servarentur. Nihil tale in regionibus urbicariis. Primum enim nullam Metropolitanis suum provinciale Concilium con-

Vuuu 2

vo-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

Jus metropolitanum officia in regiones suburbicarias ad se traxisse Romani Pontifices dici nequeunt, nisi præsumatur singulas provincias earundem regionum ecclesiasticas Metropolitanas habuisse: quod tamen falsum est. Cum in Occidente post Constantini ævum ecclesiasticæ Metropoles institui cœperint, ut colligere licet ex iis, quæ de origine Metropoleon ecclesiasticarum in Galliis pluribus disseruimus in observat. ad dissert. V. Quesnelli part. 2. c. 5., tum vero in Italia Mediolanensis & Aquilejensis sub finem IV. sæculi, Ravennas sub Leonis Pontificatum metropolitanam dignitatem obtinere. Nullus nisi

multo post Metropolita institutus in ceteris provinciis, seu in regionibus suburbicariis; sed in his solus Romanus Pontifex metropolitanum jus exercebat, quod antea semper solus exercuit: unde hanc dignitatem cum ejusdem prærogativis ac officiis S. Leo ad se non adtraxit, sed in iis, quæ ab initio suæ soli sedi competebant, pro suo jure perseveravit ac persistit, sicuti etiam successores ejus, quoad institutionem Metropolitanarum in iisdem regionibus aliis Episcopis hunc gradum communicare expediens duxere. Hinc porro cadunt quæcumque in superiori hac notatione Quesnellus disputat.

vocandi facultatem fuisse permissam reperimus, nec revera ulla exstant hujusmodi Synodorum acta, saltem, ni fallor, ante decimum vel duodecimum sæculum, nec ulla earum mentio apud Auctores ecclesiasticos celebratur. E contra vero jubebantur etiam remotissimarum Provinciarum Episcopi Romæ ad Synodum se sistere singulis annis, ut ex ipsius hujus epistolæ cap. 7. palam fit, quod cum se ex auctoritate Canonis Nicæni præcipere testetur S. Leo, manifestum est illum ad suam sedem eas Synodos traxisse, quæ ad singularum Provinciarum Metropolim convocandæ erant secundum mentem Nicænorum Canonum. De solis enim Provincialibus Synodis agit Can. 5. jam laudatus: *Bene placuit, inquit, annis singulis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari, ut communiter omnibus simul Episcopis Provinciæ congregatis discutiantur hujusmodi quæstiones.*

Can. 5.  
Nicæn.

Vide &  
Greg. I.  
l. 5. ep.  
13. ad Re-  
flovem Si-  
ciliæ De  
Lylibetano  
Clero pe-  
tente li-  
centiam a  
R. P. ut  
sibi Episc.  
eligeret.

2. In electionibus, & ordinationibus Episcoporum nullas partes egisse deprehenduntur Metropolitanæ; sed cujusque civitatis Clerum populumque electioni incubisse, par est credere: de qua cum ad Pontificem Romanum retulissent, vel ad Electi consecrationem delegabat Pontifex, vel (quod sæpe sæpius fiebat) Romam consecrandus accersebatur, aut sponte sua veniebat, Id autem inde conjicimus, quod nullæ in præsententi occurrunt epistolæ, vel Metropolitanorum ad Urbis Antistitem, vel hujus ad Metropolitanos sive electionis Episcoporum indices, sive quid aliud circa consecrationis negotium continentis; quod numquam de aliquibus Episcopis male ordinatis, numquam de Metropolitanis urbicariis conqueruntur Pontifices; numquam de iisdem querelæ ad illos deferuntur a Provincialibus: etsi plurimæ sint, quibus contra Episcopos, qui Clericos contra Canones ordinaverant, Sedis Apostolicæ pulsatur auctoritas; & aliæ quibus Episcopos arguit Pontifex Romanus de quibusdam contra Canonum dispositionem in Clerum ascitis. Demum executionem Constitutionum suarum non Metropolitanarum curæ ac sollicitudini commendat, sed ad eam rem aliquos e provincialibus Episcopis pro arbitrio deligit, nunc hos, nunc illos, nulla Metropolitanarum facta mentione. Mitto Cælestini PP. auctoritatem ab aliis sæpe adductam; qui quidem epistola ad Apuliæ & Calabriæ Episcopos scripta, eorum sibi ordinationes vindicat. Mitto etiam libri Pontificalis testimonium, qui plures ab Episcopis Romanis Antistites consecratos commemorat, quam ut ad solam Metropolitanam Romæ Provinciam pertinuisse credi possint. Sixtus enim tertius Leonis prædecessor quinquaginta & duos ordinasse dicitur per octo ad summum Pontificatus annos, & Leo ipse centum & octoginta quatuor creavit, qui si e sola Metropoli assumti essent, ter ad minus vacasse cujuslibet civitatis sedes dicenda est per viginti annorum decursum, quod fidem facile non invenerit.

3. Quod spectat ad diversas consultationes, relationes, & alia negotia, quæ inter administrandam Provinciam solent plerumque occurrere, nullum superest vestigium, ex quo ea per Metropolitanos urbicariæ regionis præstita fuisse appareat; sed quæ in aliis diocæsesibus Exarchiisque Metropolitanorum interventu ac relatione ad Patriarcham deferri solent, ea per singularum civitatum vel Episcopos, vel Clericos, vel etiam cives ad Romanam Sedem videmus esse delata. Consuluit Episcopus Nucerninus Innocentium I. de variis disciplinæ ecclesiasticæ capitulis non interposito Metropolitanano. Hoc laudat Innocentius: *Mirari, inquit, non possumus dilectionem tuam sequi instituta majorum, omniaque, quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad caput atque ad apicem Episcopatus referre &c.* Scribit idem Innocentius Maximo & Severo Episcopis per Brutios constitutis, cum a Maximiliano quodam laico Agente in rebus querelam accepisset de indignis Presbyteris: nec conqueritur Pontifex de Metropolitanæ negligentia, ut fieri solet cum tale aliquid contra Canones in aliis Provinciis perpetratur. Idem observandum de ejusdem epistola 6. ad Episcopos Apuliæ Agapitum, Macedonium, & Maurianum. Horum nullum ad Metropolitanos remittit; contra id quod in aliis diocæsesibus usurpari solebat. Testis est epistola 83. (nunc 108.) ad Theodorum Foro-Juliensem in Gallicana Provincia Episcopum, qui cum S. Leonem consulisset de nonnullis quæstionibus, ita eum objurgat sanctus Pontifex: *Sollicitudinis quidem tuæ is ordo esse debuerat, ut cum Metropolitanano tuo primitus de eo, quod querendum videbatur esse, conferres: ac si id quod ignorabat dilectio tua, etiam ipse nesciret, instrui vos pariter posceretis: quia in causis, quæ ad generalem observantiam pertinent omnium Domini Sacerdotum, nihil sine Primatibus oportet inquiri.* Hæc confer cum Innocentii verbis ad Felicem Nucerninum.

Epist. 4.  
ad Felic.  
Ep. Nuc.

Præterea cum rescribit S. Leo ad Provinciarum urbicariarum Episcopos, vel eos monitis suis adire cupit, non ad Metropolitanum, & per eum ad ceteros provinciales litteras dirigit, sed aliquem alium Episcopum ad id delegat: quod argumento est vix ac ne vix quidem aliquod munus ab ejusmodi Metropolitæ esse usurpatum: ita in præsententi epistola per Paschasium Lilybæi in eadem Siciliæ Provincia, & Baccillum alterius civitatis Episcopos, hanc ad omnium Sacerdotum notitiam voluit pervenire, cum ad Syracusanum debuisset transmitti, nisi omnia metropolitana munia, quæ ad se transfulerat, modo huic, modo illi Episcopo per vices conferri a se posse existimasset. Eadem ratione ad Dorum Beneventanum scribens executionem præceptionis suæ, non Metropolitanano, sed Julio cuidam (forte Puteolano) Episcopo committit.

Longe aliter se gessit, cum ad Episcopos



pos non modo remotiorum diœceson, puta Gallicanæ, Hispanicæ, Illyricianæ litteræ fuerunt dirigendæ; sed etiam Italicæ, quæ urbi adiacebat. Metropolitanus enim Provinciarum hujus diœcesis liberam habuerunt provincialium suorum Antistitum ordinandorum potestatem; Synodos suas citra Romani Pontificis indictionem convocaverunt; si quæ dubia in Provinciis ejusmodi oriri contigit, quæ ad Apostolicam primariamque Occidentis sedem pro more deferri par esset, ea per Metropolitanum consultationem transmissa sunt: quicquid denique ad Provinciæ cujusque administrationem spectare potuit, penes Metropolitanos semper fuit. Exempla exstant apud S. Leonem (extra quem vagari modo non convenit:) epistolæ enim, quas ad tres illos Metropolitanos Italicæ diœceseos scripsit, Mediolanensem scilicet Aquilejensem, & Ravennensem, de qua sermone mox habuimus, clarissimam mentionem faciunt. Septimius seu Altini seu alterius civitatis in Istria provincia Episcopus litteris suis monet S. Leonem de reviviscentibus Pelagianorum reliquiis: statim Metropolitanum provinciæ litteris suis Leo sollicitat, ut pastoralis cura invigilet custodiendis sacrorum Canonum decretis, Ecclesiæque adversus viperam hæreticorum fallaciam protegendæ, eidemque totam hujus negotii sollicitudinem commendat. Cum item anno 458. aliquot annis post cladem Attilanam, Adeodatus Romanæ sedis Diaconus ab Aquilejensi regione regressus retulisset ad S. Leonem non scripto, sed viva solum voce, Nicetam Aquilejensem Episcopum difficultatem pati circa nonnulla disciplinæ capita, quæ occasione bellicæ cladis versabantur, Sedisque apostolicæ de his sententiam percipere: ad solum Metropolitanum, nec ad alios Episcopos nisi per ipsum dirigit epistolam 129. (nunc 159.) *Hanc autem, inquit, epistolam, quam ad consultationem tuæ fraternitatis emisimus, ad omnes fratres & comprovinciales tuos Episcopos facies pervenire.*

De Ravennensi non minus clarum est: cum enim eadem occasione gravis orta esset controversia circa Baptismi Sacramentum, tam iis conferendum, qui ab hæreticis baptizati erant, quam parvulis, qui utrum baptizati ante captivitatem barbaricam fuissent, ignorabant; res primum in Concilio Romano disceptata: inde transmittendam esse censuerunt Patres Concilii Leonis nomine encyclicam epistolam ad omnes Italicarum regionum provincias, quæ hostiles incursum passæ fuerant, ut quid agendum esset agnoscerent. Quam quidem ad singulos Metropolitanos directam esse testatur finis ejus epistolæ 135. (nunc 166.) Leonis ad Neonam vel Leonem Episcopum Ravennensem. *Quam rem, inquit, Frater carissime, ideo generaliter ad omnium volumus pervenire notitiam, ne dum plus justo metuitur, misericordia Dei salvandi cupientibus denegetur.* Quibus verbis rem insolitam quasi excusat S. Leo, quia cum ad Concilium diœcesis urbis non per-

tineret Æmilienfis Provincia, cujus Metropolitana erat Neonas, ad eam quoque Synodi illius decreta transmitti non consueverant. Nec observare omitam, Ravennensem Episcopum Petrum Chrysologum, cum ad Eutychem litteras responderet, quibus ejus opem ille implorabat, nihil se posse reposuisse sine Romani Pontificis nutu, quia non de Ecclesiæ suæ, vel provinciæ disciplina agebatur, sed de fide: *Nos enim pro studio pacis & fidei, inquit, extra consensum Romanæ civitatis Episcopi causas fidei audire non possumus.* Alias non item.

De Mediolanensi quoque probat epistola S. Leonis ad Eusebium Mediolani Antistitem, quam ex hujus Rescripto dignoscimus. Patet enim quod peculiarem Synodum habuit Eusebius Episcoporum suæ Provinciæ: quorum ordinationem pariter habuisse, sicut Ravennensis & Aquilejensis suorum provincialium, præter cetera argumenta, intelligitur ex eo præsertim solemni effato, quo *pertinere ad alicujus Concilium vel pertinere ad ejus consecrationem, vel ordinationem, pro eodem profus habentur.*

Ex dictis eruius latum fuisse discrimen inter patriarchalis jurisdictionis usum, quem sibi Pontifex Romanus in Occidentis Ecclesiis vindicabat, & eum, qui ceteris Patriarchis pro jure competeat. Si enim Italicam diœcesim ceterasque transalpinas spectes, vel transmarinas, nec earum Episcopos ad suam Synodum vocabat, nec per se vel decreto suo ordinabat. Si regiones illas urbicarias consideres, ita & electos ordinabat & ad suum Concilium cogeat, ut Metropolitanum jurisdictionis in iis regionibus omnino iners & otiosa esset; cum nec ad suum Concilium, nec ad consecrationem suam accire iis licitum esset suos provinciales; sed totum jus penes se haberet Urbis Pontifex.

Hæc paullo fusius observare non piguit occasione horum verborum: *Si unde consecrationem honoris accipitis, in lege totius observantia sumeretis &c.* quæ ultima verba id etiam quod supra diximus confirmant: illæ enim partes erant Metropolitanæ, ut Episcopum, cui consecrationis honorem contulerat, legibus ecclesiasticæ disciplinæ primum imbueret, atque in dubiis subinde occurrentibus instrueret consulentem, ut primarius provinciæ suæ Doctor ac Magister. Egregie huic consuetudini ac legi suffragatur Concilium Tarraconense Can. 5. *Si quis, inquit, in metropolitana civitate non fuerit Episcopus ordinatus, postquam suscepta benedictione per Metropolitanum litteras, honorem fuerit Episcopi adeptus: id optimum esse decernimus, ut postmodum statuto tempore, id est, impletis duobus mensibus, se Metropolitanus sui repræsentet aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus, plenius quid observare debeat, recognoscat.* Ad idem redit quod supra ex epist. Leonis nostri ad Theodorum Foro-Juliensem retulimus. Consulendæ etiam episcopaliæ promotionum formulæ a Jacobo Sirmondo Conci-

Conciliis Gallicanis insertæ, & a Baluzio rom. 2. Capitular. recusæ. Consulendi Pontificales libri antiquiores. Ex quibus omnibus intelligitur quanta cura ordinandi vel recens ordinati a suis consecratoribus vel Metropolitanis instruerentur, scripto etiam accipientes Regularum ecclesiasticarum Codicem, quem *Decretum* appellabant.

Col. 711.  
Cap. 5.

2. MYSTICA ET RATIONABILIS EXEMPLATIO. Tot fere hujus loci diversæ lectiones, quot codices. Cantabr. & Thuan. unus habent: *Mysticæ traditionis rationabilis exceptio*. Alter Thuan. & Trecopith. *Mysticæ*, vel *mystice rationalis exceptio*. Edit. omnes ad marginem: *Mystica & rationabilis exceptio*. Isidorus Merc. *Mysticæ rationis exceptio*. Dionysii Exigui & Cresconii lectionem retinimus in textu (quamquam Crescon. legit, *rationalis*) tum propter certam utriusque antiquitatem & auctoritatem, tum quia mentem auctoris nostri attingere propius mihi videntur. Ideo enim S. Leo *principalis & maximi Sacramenti*, id est Baptismi, *mysticam & rationabilem exemplationem* dicit, cum in Paschate confertur: quia apparet, ut loquitur cap. 3. *regenerandis filiis hominum & in Dei filios adoptandis, illum diem esse & tempus electum, in quo per similitudinem formamque mysterii ea, quæ geruntur in membris, his quæ in ipso sunt capite gesta congruerent*: quippe cui commemorantur, conspeliuntur, & corresuscitantur in Baptismo.

Col. ead.  
cap. 6.

3. QUIDAM PUTANT QUOD IN EADEM DIE DOMINUS AD BAPTISMUM &c. Vides nondum illo sæculo certum fuisse quo die baptizatus fuit Dominus JESUS, cum quorundam tantum opinione ad VIII. Id. Januarii referri pronuntiet S. Leo: Epiphanius autem, qui initio hujus quinti sæculi adhuc in vivis erat, VI. Id. Novembris baptizatum fuisse ait lib. 2. advers. hæreses hær. 5. sect. 24.

Col. 712.  
Cap. 6.

4. DIVERSA SACRIFICIA UNAM HOSTIAM REFORMARUNT. Libenter retinuissem *reformarunt*, quod vulgo legitur, nisi Dionysii, Cresconii, & quinque codd. MSS. superius laudatorum concentu reprobaretur hæc lectio. Hoc porro sibi vult auctor noster: non uno legali sacrificio unam Sacrificii nostri Hostiam esse figuratam, sed plurima eaque diversa fuisse olim instituta sacrificia, ut multifariam multisque modis christianum delinearetur ac figuraretur Sacrificium. Hæc in præsentis loco potestas est hujus vocis *reformare*, hoc est, iterum iterumque formare, seu figurare & adumbrare.

Ibidem.

5. SECUNDUM APOSTOLICAM REGULAM. Quanam hæc apostolica regula? an regula per traditionem ab Apostolis descendens, quæ exorcismos, scrutinia, jejuniaque a baptizandis subeunda præscribat? ita forte, nescio tamen an a sanctis Patribus asseratur. *Antiquissimam Ecclesiæ traditionem* Augustinus lib. 2. de nupt. & concup. cap. 29. ad finem, eam consuetudinem appellat, qua exorcizantur & exsufflantur parvuli. Hoc ipsum *circa baptizandos in universo mundo*

*sancta Ecclesia uniformiter agit*, inquit Leo noster in capitulis Cælestino olim attributis: ac proinde secundum S. Augustini regulam, cum id nec in Scripturis, nec in Conciliorum decretis reperiatur, ab apostolica traditione descendere dicendum est. Potuit & Leo ad illam apostolicam præceptionem attendere, quæ est in epist. 1. ad Cor. cap. 5. quamque indigitavit Siricius Papa epist. ad Himerium Tarracon. cap. 2. quæ Leonis oculis procul dubio obversabatur, cum hæc scribebat tam de tempore baptismatis, quam de his ceremoniis; sic autem loquitur: *Hisdumtaxat electis* (quibus Baptismi tradatur Sacramentum) *qui ante quadraginta vel eo amplius dies nomen dederint, & exorcismis, quotidianisque orationibus atque jejuniis fuerint expiati, quatenus apostolica illa impleatur præceptio, ut expurgato fermento veteri, nova incipiat esse conspersio*. De jejuniis totaque Catechumenorum pœnitentia, vide si lubet, Gabrielis Albaspinei Aurelian. Episcopi luculentam observationem, quæ est prima libri 2. Observationum.

6. DUO TANTUM TEMPORA, PASCHA, ET PENTECOSTEN. Ante sanctum Leonem, nullus Canon, nullum Decretum, præter Siricianum mox citatum, tempus Baptismati conferendo præfixit. Siricius solam suæ sedis auctoritatem omniumque Ecclesiarum consuetudinem in medium adducit. Sanctus Leo apostolicæ institutionis consuetudinem, apostolicas regulas, sedis suæ instituta solummodo commemorat. Frustra ergo Canones aliquos ea de re conditos, notatosque a sancto Leone, somniavit auctor Gallici operis de Episcopis canonice judicandis pag. 78. ut aliud somnium de Codice Canonum Ecclesiæ universæ utcumque defenderet. Canonum enim mentio, quam capite sequenti injicit sanctus Leo, ad generalem Canonum custodiam spectat, ut quisque vel cursim legens perspiciat. Post sanctum Leonem de Paschate & Pentecoste similiter decreverunt Gelasius Papa ep. ad Episcopos Lucaniæ &c. cap. 10. ann. 494. Gerundenfe Concilium an. 517. Autissiodor. can. 18. an. 578. Matifcon. II. an. 585. can. 3. Gregorius PP. II. an. 723. epist. ad Turingiæ Clerum & plebem, &c.

7. INDISSIMULANTER OCCURRANT. Ita Dionysius & omnes MSS. codices, qui hæc verba, quæ sequuntur in plerisque codicibus excusis, *Et hæc a vobis consuetudo servetur*, non habent, exceptis Thuaneo uno & Trecopith. quorum unus ad alterum exscriptus est. Editio Nicolini in textu & Surrii, Crabbi, Sichardi, atque Canifii ad marginem sic legendum exhibent: *Indissimulanter concurrant, quod utique laboriosum non est, si vicissim inter vos hæc consuetudo servetur*.

Ibid.  
Cap. 7.

## AD EPISTOLAM XVII.

*Episcopis per Siciliam constitutis.*

Col 727.  
1

**H**Anc ad Siciliae Episcopos 1 epistolam, cujus nullum exemplar manuscriptum nancisci potuimus, primus evulgavit Gerardus Vossius Doctor Catholicus, quam ex antiquo Cardinalis Sirleti MS. codice acceptam, ex Consulari Nota, & ex ipsius Leonis phrasi ac dictione, quam spirare eidem visa est, Leonis Magni esse non suspicatur modo, sed plane & indubitanter asseverat. Mihi vero Leonis non esse pene certum est, vel unius styli inspectione, quem a Leonino abhorrrere quivis facile deprehenderit. Præterquam quod jejuna in omnibus & exilis admodum est totius epistolæ dictio.

2. Hæc epistola data ad Siciliae Episcopos significatur XI. Kalendas Novembris Alypio seu Calepio Consule: alteram autem habemus eamque indubitatae fidei Leonis nostri epistolam ad eosdem Siciliae Episcopos scriptam XII. Kalendas Novembris sub eodem Consule; id est pridie quam hæc scriberetur, si Deo placet. Quis porro sibi persuadeat duas eodem fere tempore epistolas a Leone scriptas esse ad Episcopos in remotissima regione constitutos? cum si de bonorum alienatione scribendum habuisset iisdem Episcopis, id facillime potuisset præstare in illa epistola, quam de tempore baptismatis celebrandi, in Sicilia scribebat per illos dies: aut si qua de novo querela ad geminandam epistolam coegisset Pontificem, posterior prioris mentionem nonnullam haberet.

3. Non erat tanta Leonis tempore ecclesiasticæ disciplinæ perturbatio, ut in provincia Romanæ Sedi subiecta, in qua Præfules erant vigilantissimi, inter quos Paschasinus Lilybætanus, *omnia alicujus Ecclesiæ prædia vendendo, donando, & diversis modis alienando Episcopus dissiparet*: immo tanta corruptela, ut plures qui id agerent, invenirentur, quod epistola diserte asserit. Quamobrem ad posteriora sæcula rejiciendam esse hujusmodi deprædationem existimo: siquidem fictitiam omnino esse hanc epistolam asserere quis noluerit?

4. Mentio fit in eadem epistola duplicis decreti, quo a Leone *ordinatum erat, quemadmodum utriusque Ecclesiæ utilitatibus consuleretur*, adversus hujusmodi ecclesiasticorum bonorum prædones. Quæ decreta si vere a Leone emissa essent, non facile eorum memoria excidisset. Etsi enim plurimæ Leonis aliorumque Pontificum familiares epistolæ vel omnino perierint, vel ad tempus ab ho-

minum notitia subtractæ sint, longe difficilius id potuit contingere circa Decretales & Constituta, quæ plurium Ecclesiarum negotia & ordinationem attinent, & multo minus si ad totius provinciæ amplissimæque Insulæ Episcopos & Ecclesias fuerint directæ; cujus generis esse debuerant tam hæc, si genuina esset, quam illæ de quibus mentionem facit. Sed hoc etiam maxime pensandum est, nullarum epistolarum plura existare exemplaria manu exarata, quam earum quæ ad Italiæ aliarumque adjacentium provinciarum Episcopos scriptæ sunt. Id vero inde factum est, quod cum ad Romani Pontificis curam & sollicitudinem propius spectarent, ad ejus Synodum convenirent sæpe sæpius, & ab ejus nutu & ore penderent, illius quoque Decretis parendi necessitas incumberebat, quæ propterea diligentius exscribi parerat ab omnium illarum Ecclesiarum Episcopis & Clero; immo vel ab ipso Leone, vel a Metropolitani ad singulos provinciarum Episcopos epistolarum hujusmodi exemplaria a pari, ut aiebant, mitti consueverant. Vix ergo divinare possis, qua ratione tanti momenti decretorum memoria tot sæculorum spatio intercepta fuisset.

5. Si Leonis nostri essent hæc decreta, numquam ea recensere omisissent ejus successores, quibus de rebus ecclesiasticis non distrahendis seu alienandis Constitutiones emittere contigit: quod fecit Hilarus proximus Leonis successor scribens ad plures Galliarum Episcopos, Symmachus eadem tractans in Concilio Romano, Agapetus scribens ad Cæsarium Arelatensem, Gregorius Magnus ad eosdem Siciliae Episcopos &c. At de his ne verbum quidem habent laudati Pontifices. Posteriores quidem Hilario ad ejus decretum respiciunt, & ejus etiam verba mutantur, ut vel hinc decerni possit nullum Hilario decreto antiquius innotuisse, quod ad bonorum Ecclesiæ conservationem pertineret.

6. Decernit hæc epistola: *Ne quis Episcopus de Ecclesiæ suæ rebus audeat quicquam vel donare, vel commutare, vel vendere, nisi forte ita aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat, & cum totius Cleri tractatu atque consensu id eligat, quod non sit dubium Ecclesiæ profuturum*. At istud recentioris & remittioris disciplinæ est, ut ex unius Ecclesiæ Cleri nutu & consensu rerum ecclesiasticarum distractio pendere permittatur: cum Hilarus Papa easdem *in alienum jus transferri vetet, nisi prius apud Concilium alienationis ipsius causa doceatur, ut quid fieri debeat, communi omnium deliberatione tractetur*.

7. Cum sui decreti transgressores vult auctor epistolæ ordine & *communione privari*, satis

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 His, quæ hic Quesnellus opponit, ut hanc epistolam in dubium vocet, plenissime respondimus in Admonitione eidem præmissa tom. 1.

pag. 725. ac præsertim in adnotationibus, quas eidem subjecimus.

fatis se recentiore Leone nostro prodit, cujus ætate duplex hæc pœna Clericis non infligebatur, nisi forte, quod nonnullis placet, propter gravissima omnium facinora.

His perpensis in hanc sententiam facile adducor, ut vel hanc epistolam existimem supposititiam esse, eo scilicet consilio confictam ut alicui illarum Ecclesiarum prædia distracta denuo vindicarentur: quod sæpe factum esse notum est, ut germanorum monumentorum loco ficticia substituerentur asferendis Ecclesiarum juribus vel privilegiis quoquomodo accommodata; vel saltem credam alterius esse Leonis, quam nostri, secundi puta, vel tertii, vel etiam posterioris. Et facile potuit Consulis nomen irrepere, vel data opera inferi: cum etiam & Alypii dubia lectio & Ardaburis ejus collegæ omiſsa mentio aliquam fraudis vel erroris injiciat suspensionem.

Ut tamen fictitiam epistolam non existimem facit, quod pannus ejus legitur apud Gratianum 12. qu. 2. cap. 52. *Sine exceptione: ubi & Leoni tribuitur, & missa inscribitur universis Episcopis per Siciliam constitutis. Sed cujus Leonis sit, an primi, an secundi, nec antiquæ editiones Gratiani aperiunt, nec recentiores. Aliqua etiam apud Gratianum assuntur, tamquam ejusdem epistolæ pars, quæ in epistola tamen non leguntur, sed leguntur pro Canone 31. & 32. Concilii, seu veri seu fictitii, quod Carthaginense quartum nuncupatur. 31. Ut Episcopus rebus Ecclesiæ tamquam commendatis, non tamquam propriis utatur. 32. Irvita erit donatio Episcoporum, vel venditio, vel commutatio rei ecclesiastica absque conventia & subscriptione Clericorum.* Forte margini inscripti Canones in textum irreperant Codicis quo Gratianus utebatur. Ex istis judicet Lector quid de tota epistola sit decernendum. Nos eam, qualicumque est, representavimus.

#### AD EPISTOLAM XVIII.

APUD QUESNELLUM XIV.

Januario Aquilejensi Episcopo.

Col. 730.

**A**D JANUARIUM. Editi Codices habent *Julianum*, quibus repugnant Dionys. Exiguus, Cresc. Hincmarus, MSS. cod. Barb. 1. Thuan. quinque, Cantabrig. & Victorin. qui legunt, *Januarium*, quod etiam ad marginem edit. legitur. Conferenda hæc epistola cum 7. (nunc 2.) quæ est ad Septimum, cum Notis de ejus 1 suppositione.

Ibidem.

2

2. SI TAMEN ITERATA TINCIONE NON FUERINT MACULATI. 2 Hanc exceptionem addit forte attendens Canones Africanos, cujus 27. Collectionis Africanæ ita legitur: *Neque permittendum ut rebaptizati ad Clericatus gradum promoveantur.* Vide & Felic. 3. P. R. in Synod. Romana an. D. 487. tam inter acta Concilii, quam in epistola synodica ad universos Episcopos. Canonis illius Africani exceptio quædam legitur in gratiam parvulorum can. 47. & altera, can. 68. pro Clericis apud Donatistas ordinatis, in suo honore suscipiendis.

3. AD TOTIUS ECCLESIE INCOLUMITATEM ORDINATA. 3 Miror supinitatem scriptoris, duplici istius & quartæ epistolæ loco abutentis. Canones, inquit, de non promovendis ad superiorem Clericatus gradum his, qui ab hæresi ad communionem catholicam revertuntur, pro universa ubique Ecclesia conditos fuisse testantur hæc Leonis verba: *Det operam ut circumspecte atque velociter impleantur, quæ ad totius Ecclesiæ incolumitatem & laudabiliter suggesta sunt, & salubriter ordinata.* At, utget ille, nec inter Nicænos Canones ejusmodi numerantur, nec in toto Justelli codice reperiuntur. Erant igitur præter Nicæna decreta alia quædam, quibus & Januarium astringi volebat sanctus Leo, quæque universæ Ecclesiæ in disceptandis rebus ecclesiasticis in usu erant. Quanam hæc hominis oscitantia, ut de Canonibus verba hæc interpretetur? Nonne Sole meridiano clarius est legenti, ea, quæ laudabiliter suggesta esse dicuntur, de litteris vigore fidei plenis, quas scripserat Januarius ad sanctum Leonem, esse intelligenda: quæ vero salubriter ordinata, de hoc ipso sancti Leonis Rescripto, quo Canonum constitutiones præcipit custodiri? Quod animadvertere facile poterat scriptor ille, nisi verba proxime textum laudatum antecedentia ad obscurandam veritatem resecurisset. Proinde, inquit sanctus Leo, *dilectio tua, cujus devotione gaudemus, jungat curam suam DISPOSITIONIBUS NOSTRIS: & det operam ut circumspecte &c.*

Quod vero subdit, nullum Canonem aut Nicæno Concilio, aut Justelliano codice contineri, qui Clericos ad superiorem ministerii ecclesiastici ordinem evehi prohibeat, cum ab hæretica vel schismatica communionem ad catholicam revertuntur, lapsus memoriæ est. Si enim Canonem VIII. Nicænum adisset, hæc in eo legisset verba: *De his, qui se Catharos, id est puros, nominant, si aliquando ad Catholicam & Apostolicam Ecclesiam redierint, visum est sanctæ & magnæ Synodo, ut accepta manuum*

Col. 732.  
Auctor L.  
De Episcopis canonice judicandis,  
p. 76.

3

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Hujus epistolæ vindicias luculenter exhibuimus in Admonit. ad epistolam primam tom. 1. pag. 567. & seqq.

2 Confer nostram adnotat. 6. in epist. 18. tom. 1. col. 730.

3 Qui canones a Leone allegentur, & quo

sensu huc referendi sint, licet nec de Donatistas, nec de Novatianis, sed de Pelagianis agatur, diximus in laudata Admonitione n. 18. & 26. tom. 1. col. 579. & 587. Confer etiam adnot. 5. tomo eodem col. 730.

num impositione, sic in Clero maneant. Præ omnibus autem eos scripto profiteri oportet, quod consentient, & sequentur dogmata Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ &c. Ubicumque autem sive in vicis, sive in civitatibus ipsi soli inventi fuerint ordinati, qui inveniuntur in Clero, in eodem ordine permanere. Ita Concilium Nicænum in Codice Justelliano. Quibus verbis nihil clarius est, ut mihi quidem videtur: qui enim sic in Clero manere, & in eodem ordine permanere jubentur; iis proculdubio ad superiora ministeria aditus omnis præcluditur. Cumque sancti Leonis verba verbis Canonis illius maxime concinant, facile mihi persuadeo ad illa oculos conjecisse sanctum Pontificem. Licet enim de Catharis solis agatur in Nicæno, nihil tamen verat ad alios hæreticos ea verba extendi. Et revera hic ipsius loquendi modus CIRCA QUOS ETIAM illam Canonum constitutionem præcipimus custodiri &c. extensionem Canonis sonare mihi videtur. Quod eo potiori jure ab illo potuit præstari, quod non de quibuslibet hæreticis agit hæc Leonis epistola; sed, ut reor, de Donatistis. Primum enim schismatis mentio hoc ipsum indicat: vix quippe tunc temporis alia vigeat hæresis, quæ a schismate ortum duxisset. Deinde quod addit de repetitione baptismatis: Si tamen, inquit, iterata tinctione non fuerint maculati: hoc enim familiare fuit Donatistis, eos qui a Catholicis ad ipsos desciscabant iterato tingere; ab aliis nusquam fere usurpatum. Porro Donatistæ commune cum Novatianis seu Catharis jugum trahunt, ut sentit & loquitur sanctus Epiphanius, eadem cum illis sentientes, eandemque ob causam rebellantes. Quocirca, inquit, necesse non habuimus privatim de illis amplius aliquid tractare; sed illos cum suis similibus jungendos putavimus. Quare mirum non est, si tela adversus Catharos vibrata a Nicænis Patribus, contra Donatistas contorserit sanctus Leo. Sed & nihil vetat quin contra ipsos Novatianos hæc scripserit credatur sanctus Leo, cum ex epistola Innocentii Papæ ad Victricium Rothomag. cap. 8. palam fiat, repetitum etiam ab illis hæreticis fuisse baptismum circa eos, qui a Catholicis ad ipsos desciscabant: cum enim venientes a Novatianis & Montensibus per manus tantum impositionem suscipi decrevisset, addit: Præter eos, si qui forte a nobis ad illos transfuentes rebaptizati sunt. Quo amplius detegitur hallucinatio scriptoris, qui Decretum illud S. Leonis nullis Canonibus contineri asserere non dubitavit. Jam vero quod Leo subjicit: Ad totius Ecclesiæ incolumitatem & suggesta, & ordinata esse illa; quis negaverit ad totius corporis incolumitatem pertinere, quicquid a quolibet Episcopo con-

Tom. II.

tra hæreticos vel suggeritur, vel statuitur: maxime vero ac præ aliis omnibus, quæcumque adversus hæreses, vel morum ac disciplinæ corruptelas ab Apostolica Sede decernuntur?

4. III. KALEND. JANUARIJ. Ita Dionys. Exig. & Crescon. quos ut antiquissimos secuti sumus ad stipulantibus codd. MSS. uno Bellovacen. & tribus Thuaneis. Kalendis vel III. Kalend. Julii habent Thuaneus unus, Trecopithæanus, & Victor. quod ideo scrupulose annotamus, quia sæpe ex hujusmodi Notis temporariis pendet difficultiorum quæstionum enodatio.

Ex hujus epistolæ exordio confarcatum est initium fictitii rescripti Marci Papæ ad Athanasium, & alios Ægypti Episcopos de Nicænis capitulis, necnon & epistolæ Pelagii II. ad Benignum.

#### AD EPISTOLAM XIX.

APUD QUESNELLUM XVIII.

Doro Beneventano Episcopo.

1. MINORQUE SE FIERET. Ita codd. Col. 734. Thuan. tres Cantabrig. & Trecopith. & edit. Nicolini, quam postrema secuta est: antea sic: *Miror quis fieret*. Totum hoc membrum libenter ita legerem, ac interpungerem: *Ne is, quem sacerdotali propere provehebas honore, ab injuria eorum quibus sociabatur, inciperet, minorque se fieret*.

2. SED ELATIONIS VITIUM ROBORARETUR. Ibidem. Ita in vulgatis edit. pro quo sic habent codd. MSS. Thuanei duo, Victorinus, & Trecopith. *Sed fortioris vitium roboraretur*. Cantabrigensis vero & Thuaneus alter, sic: *Sed furovis vitium superaret*.

3. NEQUE ENIM IGNORABAS DIXISSE Ibidem. &c. 1 Totum hunc locum priores editiones & Hincmarus Opusc. 44. de jure metropolit. cap. 17. sic legunt: *Neque enim ignorabas dixisse Dominum, quod qui se humiliat, exaltabitur; qui vero se exultat, humiliabitur: eundemque dixisse: Quicumque vult inter vos major fieri, sit vester minister; & quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Vos autem queritis de pusillo crescere, & de honore majores esse. Sed cum posterior Evangelii textus: Quicumque vult &c. desideretur in omnibus, quos vidi MSS. codd. tribus scilicet Thuaneis, Cantabrigensi & Victorino, & in editione Suriana, eundem expungendum censuimus. Cetera ad eosdem codices emendavimus: ubi advertendum, hæc sancti Leonis verba, Vos autem queritis de pusillo crescere, opponi prioribus illis Evangelii verbis, Qui se humiliat, exaltabitur: X x x x illa*

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 De hoc textu, & Simonii animadversione satis disseruimus adnot. 10. in hanc epistolam tom. I. col. 733.

illa vero, *Et de majore minores esse*, respondere sequentibus his, *Qui vero se exaltat, humiliabitur*: quod cum ab antiquis operum sancti Leonis editoribus non animadverteretur, hoc in causa fuit ut textum adulteraverint. Duo enim hæc sibi invicem opponi debere testantur sequentia hæc auctoris verba: *Utrumque enim inordinatum, utrumque praposterum* &c. Quod non fiet, si hoc modo legatur: *De pusillo crescere, & de honore majores esse*: quæ non opponuntur.

Post primam meam Leonis editionem prodierunt in lucem *Novæ Observationes* (Gallicæ) *ad Textum & Versiones Novi Testamenti per R. S. P.* id est, Ricardum Simonem Presb. ubi Auctor cap. XXI. p. 458. hanc nostram Leonini textus emendationem vellicat. Ac primum quidem contendit hæc verba epistolæ ad Dorum: *Vos autem queritis de pusillo crescere & de majore minores esse*, assumpta esse ex Evangelii secundum Matthæum exemplari quod penes se habebat Leo: quæ verba eadem fere habentur in celebri Evangeliorum Codice MS. Græco, qui olim Theodori Beza fuit, nunc in Univerſitate Cantabrigensi servatur. Sed, quod mirerè, lectionem hanc, *de majore minores esse*, male suppositam a me fuisse queritur, etsi pravæ lectioni *de minore majores esse*; & tamen fatetur priorem illam meam lectionem conformem esse MS. codici Beza. 2. Quatuor alios laudat ipse qui Beza codici succinunt. 3. Versiones item Saxonæ, quæ inquit ad antiqua exemplaria conditæ sunt. 4. Quinque MSS. codices, id est, quotquot mihi adfuerunt ad hanc epistolam relegendam, correctioni suffragantur. 5. Alios procul dubio habuit Labbeus qui eandem lectionem exhiberent, cum eam margini adscripserit in volumine III. Conciliorum generalium. 6. Suriana editio excusa eandem repræsentat. 7. Favet Metrica versio Juvenci, quam ipse Simon allegat. 8. Hanc lectionem ter ipse *ordinariam* appellat. 9. Ipse Leonis textum corrigit legendo *minore* pro *honore* sine ullius ope MS. codicis, contra omnium editorum fidem. 10. Lectionem quam prætulì, talem fuisse in antiqua vulgata fatetur idem Simon. 11. In sequenti pagina scribit lectionem hanc ordinariam, etsi obscuram, & vix boni sensus capacem, mutandam tamen non esse. Bene igitur fuit restituta. 12. Carpit audeculos quosdam Criticos, quod has voces *de majore minores* abraſerint, & in eorum locum has alias substituerint, *de minore majores*, quorum infelicem conjecturam ex Græco textu suggillat: cujus, inquit, voces non eandem inter se similitudinem habent, quam inter se voces Latinæ. 13. Credere amat R. Simon additionem illam fuisse in antiqua Vulgata, ejuſque exemplaria Romæ superfuisset, Leone Papa Ecclesiam Romanam regente. Atqui si ad eam alluſit Pontifex, non potuit ob aliam id rationem facere, quam quia plerisque nota erat, & propter abundantiam codicum vulgatissima. Quis

vero sibi persuadeat Pontifici præsto non fuisse nisi codices depravatos?

Demum ultro proficitur unum tantummodo obtare quominus nostram lectionem, quam ordinariam vocat, retinendam censeat, quod nimirum se ipse Leo explicuit in epistola 79. (*nunc 105.*) quæ est ad Pulcheriam Augustam, ubi eandem vulgatæ antiquæ additionem his iterum verbis referre videtur: *Et tamen hæc illis insinuabantur, qui de pusillo volebant crescere, & de infimis ad summa transire*. Verum nescio an cuiquam persuadere possit Vir eruditus, hæc ultima verba *de infimis ad summa transire*, esse explicationem illorum *De minore majores esse*: certum potius mihi est nihil aliud esse, quam priorum repetitionem aliis verbis conceptam. Nimirum hoc unum in ea epistola Leonis menti insidebat consilium, ut Anatolii ambitum culparet, ac odiosum Pulcheriæ redderet, auctoritate verborum quibus duorum Apostolorum ambitionem Christus repreſſerat. At vero Apostoli non volebant *de majore minores esse*, & eam ob causam ab his describendis verbis abstinuit Leo; & eorum loco antecendentia sub aliis terminis inculcavit, *& de infimis ad summa transire*. Quæ certe non ex proprio penu depromisset Pontifex spreſtis his nativis verbis quæ in eodem loco legebantur, *& de minore majores esse*, si revera in Vulgata hæc tunc habebantur. Et quod iis non usus fuerit Pontifex, certum mihi argumentum est ea in codice quo ille utebatur, lecta non fuisse, sed potius *de majore minores esse*.

In epistola vero ad Dorum non modo hæc ultima verba vel reſecandi, vel in alia mutandi necessitatem non habuit, sed contra hæc Pontifici ita necessaria fuerunt, ut sine illis sua ipsius verbis veritas non constet. Duo enim redarguit in Beneventana Ecclesia. 1. *Immaturam* Presbyteri novissimi *provectionem*. 2. *Eorum dejectionem* quorum *atas ordinem commendabat, & nulla culpa minuebat ... qui illum cum sui dedecore posscebant honorari ... qui proprio se judicio deſiciebant ... qui Primatus suos deſormi & ignava deſeſione in alterum transſerentes ſubſequentium ſuorum minuebant dignitatem ... qui ultimum sibi antepoſuerant ... qui indignos se honoris sui ordine sunt proſeſſi ... qui novello & immature ordinato inferiores fieri delegerunt*. Ecce verba *de majore minores* aliis verbis textus ab ipſo Leone reddita. Duobus vero hujusmodi vitiis quod se Episcopus non oppoſuiſſet vehementer a Pontifice redarguitur, utrumque Christi verbis contrarium esse sic demonstrante. *Neque enim ignorabas, inquit, dixiſſe Dominum quod QUI SE HUMILIAT EXALTABITUR: eundemque dixiſſe: QUI VERO SE EXALTAT HUMILIABITUR*. En ut brevissimam Domini ſententiam in duas ſcindit Pontifex, ut cuique vitio ſuam particulam adſcribat, & utrumque a Christo proſcriptum fuiſſe ostendat, ut mox ſubjicit his verbis: *Vos autem queritis de pusillo cresce-*

re, & de majore minores esse: utrumque enim inordinatum, utrumque præposterum est. Potuitne diserte magis aperire Leo duo opposita vitia se illis verbis arguere; unum his de pusillo crescere; alterum istis: de majore minores esse: in quorum ultimorum loco si hæc supposueris, de minore majores esse: jam non duo inordinata ac præpostera, sed unicum: nullus denique subest Leonis sermone sensus.

Jam, opinor, intelligit Simonius quæ intelligi a quoquam posse antea desperabat, nec amplius *insuperabilem* objecturus est difficultatem, qua se a recipienda lectione nostra deterreri scribebat. Arguit enim Dorum Pontifex, quod *injusta petentium desideria rationabili auctoritate non cohibuerit*, impediendo ne novellus Presbyter exaltaretur, nec antiquiores humiliarentur, ac proprio se *judicio dejicerent*, & de majore minores fierent: sic facile intelligenda venit hæc particula, cum emeritis & antiquis Presbyteris illis addicitur. Nec tamen novello applicata, suo etiam carebit sensu quem Leo ipse explicat his verbis: *Ne quem sacerdotali prope provehebas honore, ab injuria eorum quibus sociabatur inciperet*, MINORQUE SE FIERET dum in illo non humilitatis virtus, sed elationis vitium roboraretur. Hoc sensu humiliari quærit, & de majore minor esse qui exaltari ambit & de pusillo crescere: coram Deo enim se ipse dejicit, qui per elationis vitium ceteris vult præeminere ac dominari.

Quod rursus objicit Simonius de lectione Hincmari Remensis, nullius est momenti. Primum enim gratis asserit scripta illius manuscriptis nostris codicibus esse antiquitate superiora. Deinde lectionis Hincmarianæ mendositatem prodit ipse Simonius dum vocem *honore*, quam habet illa, rejicit, ac vocem *minore* propria auctoritate illi supponit. Denique quod vel Hincmarus, vel quisvis alius, totum hunc locum epistolæ Leoninæ adulteraverit, alia verba loco suo moverit, alia de suo addiderit, patet ex collatione lectionis illius quam supra retuli, cum ea quam omnes manuscripti codices ac contextus ipsius series genuinam esse clamant. Maneat itaque bene emendata lectio, & cum bona Simonii venia in hac etiam posteriori editione perseverabit.

## AD EPISTOLAM XXII.

APUD QUESNELLUM POST EPISTOLAM XXXIII.

*Flaviani Episcopi Constantinopolitani ad Leonem.*

**N**otam Quesnelli integram dedimus tom. 1. col. 753. adnot. 10. ibique etiam nostras observationes exhibuimus.

Tom. II.

## AD EPISTOLAM XXIV.

APUD QUESNELLUM XXI.

*Theodosio Augusto.*

1. **E**USEBII. De eodem in sequenti pariter epistola & aliquot aliis meminit S. Leo. Episcopus fuit Dorylæi, civitatis provinciæ Phrygiæ Salutaris. Libellus supplex quem adversus Eutychem obtulit Concilio Constantinopolitano, quemque hic commemorat Pontifex noster, habetur in Conc. Constantinopol. actione I. inter Acta Calchedon. actione item prima, sicut & alius Libellus, ad Valentinianum & Marcianum Augustos adversus eundem Eutychem & Dioscorum, a quo depositus fuerat in deprædatoria Synodo Ephesina. Hæc porro illius viri singularis & vix cum alio communis laus est, quod contra duas contrarias hæreses suo tempore emergentes primus in Ecclesia CP. infurrexit. Contra Monachum Eutychem libellum obtulit jam Episcopus: contra Nestorium vero Episcopum adhuc laicus vexillum erexit. Cum enim Nestorius (inquit sanctus Cyrillus lib. 1. contra Nestorium) in media Ecclesia profanis uteretur vocum novitatibus, quibus & θεοτόκον & geminam Christi nativitatem insectabatur; vir quidam sane probus, qui adhuc inter laicos erat, sed tamen admirabilem sibi collegerat eruditionem, ferventi & religioso zelo permotus, & contentiori voce inclamans, Ipsum, inquit, ante sæcula Verbum etiam secundam subisse generationem.

2. QUAMVIS ET IPSE EPISCOPUS NICÆNE SYNODI PROFITEATUR SE INHÆRERE DECRETIS: PROPTER QUOD NON HABUIMUS, UNDE ALIQUID DICEREMUS. Hæc emendavimus ad codic. Grimani. qui solus affuit: prius ita legebatur: *Quamvis & ipse Episcopus Nicæne Synodi profiteatur in hac re se esse decretis: propter quod non habuimus unde aliud disceremus.*

3. AD I KALENDAS MARTII. Ita Cod. Grim. & edit. omnes, pro quo in 1. parte Act. Concil. Calchedonens. legitur, *Ad Kalendas Maji*, & in 20. (nunc 23.) epistola: XII. *Kalendas Maji*. At in utraque legendum esse *Martii* existimamus. Ex actione enim habita Constantinopoli post depositionem Eutychem, certum est jam tum cum haberetur, pervenisse in eam urbem epistolam sancti Leonis ad Flavianum; habita est autem actio illa v. Idus Aprilis. Non potuit igitur Roma mitti Leonis epistola mense Majo, sed potius Martio. *Ante paucos dies*, inquit Seleucus Episcopus, *litteræ sanctissimi Archiepiscopi Romanorum Leonis insinuatæ sunt nobis; continent, quia questus*

XXX 2

flus

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Vide nostram emendationem adnot. 12. t. 1. col. 768.

stus est Reverendissimus Archimandrita Eutyches, & appellavit in tempore examinationis nostram audientiam per dationem libelli &c. Idem statuendum de epistola 20. ( nunc 23. ) ad Flavianum.

## AD EPISTOLAM XXV.

## S. PETRI CHRYSOLOGI

Episcopi Ravennatis ad Eutychem Archimandritam,

APUD QUESNELLUM POST EPISTOLAM XXIII.

Col. 775. **T**riplicem 1 hujus epistolæ editionem invenio: unam, quam habent posteriores sancti Leonis editiones, ubi ex MS. cod. Thuanæ Bibliothecæ descripta legitur epistola; alteram, quam ex MSS. codicibus Vaticanis num. 2574. & 2580. & Cardinalis Sirleti procuravit Gerardus Vossius doctor catholicus; tertia denique ea est, quæ in prima parte Actorum Calchedonensis Concilii legitur cum Græca versione. Prima editio primum tantummodo caput continet, alterum integrum desiderat: reliquæ duæ utrumque caput complectuntur. Unde ista diversitas fluxerit, certo asserere non ausim; verisimile tamen est vel editorem illum incidisse in mutilum codicem, vel ipsum codicem ab editore fuisse mutilatum. In Apostolicam scilicet Sedem male affectus, plus ei juris quam par erat a Petro Chryologo tribui existimavit. Quasi vero Leoni Magno evangelicam apostolicamque de Incarnatione Domini doctrinam tam pie, tam catholice explananti in epistolis suis ad Orientales missis, *obedienter attendere*, crimen in Eutyche fuisset, vel in Petro ad id Eutychem ipsum hortari: cum potius summæ huic fuerit dementiæ, quod sancti Pontificis monitis non obtemperavit; illi vero sacerdotalis officii & caritatis, quod Presbyterum ab apostolica doctrina recedentem, seque ultro dantem præcipitio avertere conatus sit.

Jam vero ad id, quod asserit Petrus Raven. 2 se non posse causas fidei extra consensum Romani Pontificis audire; primo notandum diligenter non de omnibus causis sermonem esse, sed prudenter & caute discerni ab eo fidei causas ab aliis, quæ di-

sciplinam ecclesiasticam, vel propriæ provinciæ administrationem spectarent. 2. Non de iis iterum fidei causis, quæ in ejus provincia moverentur, se excusat, sed de iis, quæ aliunde ad ejus sedem deferri possent; quod cum aliter quam per appellationis libellum fieri non soleret, vel Occidentalem Synodum ejusque Primatem 3 Romanum Pontificem illæ attinebant, vel propriæ Diocesis Exarchum: nec par erat ut illic citra Sedis Apostolicæ conscientiam communis fidei causa tractaretur. 3. Addit Petrus aliquid quod sententiam plurimum restringit: *Pro studio*, inquit, *pacis & fidei non possumus*. PACIS quidem, quoniam novat numquam permissurum Pontificem Romanum, ac præsertim Leonem, ut citra Romanæ Synodi conscientiam causa fidei intra Italiam ageretur: FIDEI vero, quia tantis apud Orientem præsiidiis muniebatur Eutyches, in cujus patrocinium Imperatorem Chrysofostomus Eunucho inclinavit, ut solus Pontifex Romanus, qui Valentinianum ad nutum movebat, causæ istius posset curam utiliter in se suscipere.

Nihil igitur vetat quin integra illa epistola sit Episcopi Ravennensis. Unde quo fato decurtata habeatur in vulgatis sancti Leonis editionibus, non assequor. Codicem quidem Thuanæ commemorant, ex quo deprompta fuerit ab editore. An hoc ita sit, nescio. Hoc scio unicum in Catalogo Thuanæ MSS. codicem a me repertum, qui epistolam sancti Petri Chrylogi continet cum aliis nonnullis ad Synodum Calchedonensem pertinentibus: in hoc vero codice integram haberi epistolam. Cui si MSS. Vaticanos & Card. Sirleti codices, antiquasque ac recentiores Baronii & Conciliorum editiones adjunxeris, vix restat dubitandi locus, quin vel in editoris illius, si non malam fidem, saltem oscitantiam, vel in codicis vitium refundenda sit epistolæ diminutio.

Integram porro vel non vidit, vel non attendit, vir doctissimus Henricus de Noris inter primos sancti Augustini discipulos & defensores, etsi scriptorum tempore postremus, merito numerandus, cum Historiæ Pelagianæ lib. 2. cap. 11. hæc habeat: *Anno 448. idem Chrysofostomus litteras ad Eutychem male jam ob hæresim audientem dedit*. Si enim vidisset, intellexisset ex posteriori epi-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Duæ tantum editiones distinguendæ, de quibus diximus in Admonitione tom. 1. col. 769., altera epistolæ decurtatæ, altera integræ. Triplicem vero Quesnellus dixit, eo quod editio Vossii, & editio Conciliorum licet integram epistolam exhibeant, e diversis tamen codicibus originem ducentes, pro editionibus diversis haberi queant. In Admonitione autem allegata cum integram editionem vindicavimus, tum vero decurtatæ editionis originem ex MSS. collectionum Hispanica & Ita-

doriana sine ulla editorum fraude deteximus.

2 Vide nostram Adnot. 19. in hanc Petri Chrylogi epistolam tom. 1. col. 779.

3 Appellationis proprie dictæ libellum ad Romanum Pontificem, non vero ad Occidentalem Synodum ab Eutyche missum ostendimus in Observ. ad Dissert. VII. Quesnelli. Cur autem etiam ad S. Petrum Chrysofostomum scripserit, ibidem explicavimus n. 9. & 10.



4

epistolæ capite 4 litteras ab Episcopo Ravennensi ad Eutychem datas non fuisse, nisi post acceptas ab eodem querimonias de iudicio Constantinopolitano, quod 22. die Novembris an. 448. prolatum est, nec ab illo rescribi potuisse ante sequentis anni 449. initium, immo nec ante diem 18. Februarii. Hac enim die scriptæ sunt primæ sancti Leonis de Eutychem negotio litteræ, quas datas jam esse cum suas Petrus exaravit, hæc istarum verba testantur: *In omnibus autem hortamur te, frater honorabilis, ut his, quæ a beatissimo Papa Romanæ civitatis scripta sunt, obedientes attendas.* Quæ si intelligas de fusiori illa ad Flavianum epistola, quam cum septem aliis die 13. Junii in Orientem direxit, ut certe intelligenda videntur, jam non ineunte an. 449. sed eodem media jam fere parte elapso scripsit ad Eutychem Chrysofologus. Quæ causa est cur ejus epistolam fusiori Leonis epistolæ ad Flavianum præfixerim: quoniam cum ea aliisque septem missam fuisse in Orientem probabile est.

Hanc unicam vidi ego Petri Ravennatis epistolam: quam ubi recensuit Philippus Labbe scriptor secundissimus in Dissertatione Theologica de Scriptoribus Ecclesiasticis, hæc subjicit: *Altera quoque ejusdem epistola legitur inter eas, quæ Concilio Calchedonensi præmittuntur.* In quo proculdubio vel memoria lapsus est vir eruditus, vel epistolam Græco-Latinam & Latinum ejusdem fragmentum pro duabus integris distinctisque accepit epistolis. Eidem similiter assentiri non possum, cum has Petri Episcopi litteras datas esse scribit ante celeberrimam sancti Leonis ad Flavianum CP. epistolam: hanc enim proculdubio commemorat Chrysofologus: cum duæ aliæ breviores, quæ præcesserunt, nihil prorsus decernant, nihilque exigant, cui *obedientes attendere* potuisset Eutyches.

5

Ex ista porro S. Petri Ravennatis epistola docemur, non 5 apud solum Pontificem Romanum querelas suas deposuisse Eutychem (quod Dissertat. 7. fusius expendimus) sed & apud alios Occidentis Metropolitanos de iudicio Constantinopolitano esse conquestum, libellumque iisdem dedisse: & forsitan aliorum aliquot Episcoporum litteræ, vel alia monumenta latent in Bibliothecis, sicut hæc Petri mille & ducentis annis delituit; quibus manifestum fieret, si prodirent in lucem, Eutychem aliorum Occidentalium pariter iudicium postulasse; sicut nunc ex Ravennensis Episcopi litteris patet ejus tribunal ab Eutyche pulsatum fuisse. Constat enim ex ista epistola datas fuisse ab Eutyche litteras ad Petrum Ravennatem. *Tristis*, inquit hic, *legi tristes litteras tuas . . . . Hæc*

*breviter respondi litteris tuis &c.* 2. Apparet Eutychem de sententia Synodi Constantinopolitanæ conquestum esse tamquam a corruptis & male affectis iudicibus prolata. *Si enim*, inquit Ravennensis Episcopus, *tibi displicet, quoniam scripsisti 6 electum iudicium*, hoc est, conductos & affectatos iudices Episcopos: ubi notare mihi videtur Synodum ἐνδημοῦσαν, a qua sententiam exceperat: quæ quidem canonica stricto jure non erat, cum nec a Primate Diocesis, nec a Metropolitano ex una provincia cogere, sed ex Episcopis promiscuis variarum Dioceseon in urbe tunc forte commorantibus coalesceret, auctoritate Constantinopolitani Episcopi, quam sola recensque consuetudo firmabat.

3. Certum ex eadem epistola videtur Eutychem Ravennatis Episcopi iudicium postulasse, cum hoc non semel neget dari a se posse multiplicem ob causam. Prima est quod cum a proprio Episcopo damnationis sententiam exceperat Eutyches, nullus Metropolitanus iudicii istius retractandi jus habebat, nisi forte ex consensu & concessione proprii Episcopi. Rationem hanc aliquomodo innuit Petrus verbis istis: *Hæc breviter respondi, frater, litteris tuis, plura rescripturus, si ad me frater & Coepiscopus noster Flavianus aliqua de hac causa scripta misisset.* Secunda est, quod æquitati adversum erat partis unius causam altera parte non audita, vel discutere, vel etiam audire. *Nos*, inquit, *quomodo de his iudicare poterimus, quos neque vidimus propter absentiam; & quid intellexerunt eorum taciturnitate nescimus? Justus mediator (al. iudex) non est, qui sic unam partem audit, ut nihil alteri parti reserret.* Tertia ratio est, quod cum ad Sedem Apostolicam scripta misisset, & ab ea vicissim scripta in Orientem missa essent, satius erat ut his obedienter attenderet, & fidei veritatem, quam a Romana Sede quæsiisse videbatur, a beato Petro in propria sede & viventem & præsentem audiret. *In omnibus*, inquit, *hortamur te, frater honorabilis, ut his quæ a beatissimo Papa Romanæ civitatis scripta sunt, obedientes attendas: quoniam beatus Petrus, qui in propria sede & vivit & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem.* Quarta denique ratio erat studium pacis & fidei. *Nos*, inquit, *pro studio pacis & fidei, extra consensum Romanæ civitatis Episcopi causas fidei audire non possumus.* Causas quippe in aliqua parte Ecclesiæ natas audire, vel proprii Episcopi est ejus Ecclesiæ, in qua orta causa, vel ejus ad quem a proprio Episcopo appellatur: cum porro 7 ad

Oeci-

6

7

## EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Hanc epistolam sub idem tempus a Petro Chrysofologo scriptam, quo S. Leo dedit epist. 23. & 24. probavimus in Admonitione ad hanc epistolam num. 6. tom. 1. col. 773.

5 Confer præmissam adnot. 3.

6 Hunc locum mendosum & corrigendum

conjecimus adnot. 15. col. 778.

7 Hæc & sequentia, quibus Romani Pontificis potestatem in appellationibus Quesnellus restringere nititur, consulantur in Observat. ad Dissert. VII. num. 9.

Occidentales Episcopos appellabatur, Romani proculdubio Episcopi omnium aliorum Principis consensus explorandus erat, qui & Synodi Occidentalis peculiari nomine caput, & universalis Ecclesiæ, in causa maxime fidei, procurator erat, & executor præcipuus Canonum, qui a Conciliis œcumenicis adversus hæreticos olim conditi erant.

4. Igitur evidens est iudicium Ravennensis Episcopi postulari ab Eutyche non potuisse, nisi per appellationis libellum seu verum, seu fictitium. Ex quo constat quod superius asseribamus, ad Synodum Occidentalem appellasse Eutychem, & ad præcipuos propterea aliquot Metropolitanos litteras scripsisse, maxime autem ad Romanum totius Synodi omniumque Episcoporum Principem.

Col. 801, A D E P I S T O L A M XXVIII.

APUD QUESNELLUM XXIV.

Flaviano Episcopo CP.

1. **C**eleberrimam hanc sanctissimi Pontificis 1 epistolam, quia multum intererat rei christianæ ut castigatissima ederet, accuratissime relegimus ad MSS. codd. Barberinos duos, Thuaneos septem, Regios duos, Victorinum, Corbejensem, Trecopithæanum, Oratorianum, Remensem sancti Remigii, ad omnes editiones, & Græcam versionem &c. Quibus adungere licet tres alios probatæ notæ & adorandæ vetustatis codd. MSS. ad quos eandem hanc epistolam a se recensitam fuisse testatur Petrus Franciscus Chiffletius in Notis suis ad Vigilium Tapsensem, ad cuius calcem illam edi curavit, scholiisque illustravit. Trium porro memoratorum codicum primus est, actorum Concilii Calchedonenis collectore Rustico Diacono, ex Bibliotheca D. Joannis Boucherii Divionensis viri Senatorii: alter ex Libro sacrarum Lectionum sancti Benigni ejusdem urbis: tertius Chiffletii ipsius est, continetque fidei dogmata ex Ambrosio, Augustino, Fulgentio, variisque Conciliorum ac Pontificum decretis excerpta. Quibus omnibus nefas non est conjungere Josiam Simlerum Zuinglianum, & Joannem Leuclavium Calvinistam, quorum fides hoc loco non debet esse suspecta, cum iustratos a se codices MSS. referunt, variasque ex eis lectiones excerptas repræsentant. Quod præstitit ille in collectione veterum de duabus in Christo naturis Scriptorum; hic vero post Legationem Manuelis Comneni Augusti ad Armenios, ubi Græco-Latinam epistolam edidit Basileæ an. 1578. Cum autem hujus epistolæ textum usque ad unum jota venerabiliter recipere quisque catholicus teneatur sub pœna anathematis auctoritate Concilii Romani, sub Gelasio PP. ab universali Ec-

clesia recepti, omnes omnino variantes lectiones, quæ in MSS. codd. occurrerunt, scrupulosius annotare non piguit, ne vel tantillum quid proprio ingenio a nobis mutatum fuisse credatur.

2. QUID APUD VOS SCANDALI CONTRA Ibidem. &c. Duas voces superfluas addunt vulgatæ Cap. 1. editiones in hunc modum: *Quid apud vos scandali contigerit atque contra*: desunt tam in Græca versione, quam in omnibus codicibus MSS.

3. IMPRUDENS. Non *impudens*, ut ali- Ibidem. qui codices. Græce ἀσύνετος. Quam lectionem potius sequaris, parum refert: utraque enim Eutychem moribus convenit.

4. CEDERE. Ita codex Chiffletii, nec non Col. 803. e Thuaneis unus; & Græcæ dictioni εἴκειν respondet: ceteri tam MSS. quam excusci codices habent *Cedere*.

5. OBSCURO. Ita Thuan. duo, tres Chiffletiani, Trecopithæanus, & Regii duo, Simleri edit. Græce, κατὰ τι μὲν ἐμποδίων ἀσαφείας per aliquod obscuritatis impedimentum: unde liquet hanc lectionem anteponendam alteri, quæ ad vulgarum & Surianæ editionum marginem, & in quatuor Thuaneis & Barb. duob. MSS. reperitur in hunc modum, *aliquo impediuntur obstaculo*: quod procul abest a mente auctoris.

6. REGENERANDORUM. In vulgatis, *Re-* Ibidem. *generatorum*, Græce ἀναγεννηθέντων, eorum qui regenerantur. Lectionem, quam in vulgatæ locum substituimus, retinendam esse probant MSS. omnes, edit. Merlin. & totus hujus loci contextus: ex quo patet sanctum Leonem de Catechumenis sermonem habere, non iis, qui *inter auditorum tyrocinia*, ut Tertullianus loquitur, sed iis quos *competentes* vocant Ambrosius, Hieronymus, Augustinus & Concilium Agathense Can. 13. His enim tradebatur Symbolum, quod memoriter reddere tenebantur *seria quinta ultima septimana quadragesimalis*, ex Concilio Laodicensi Can. 46. Agathensi, Can. 13. Bracarensi II. Can. 1. Vide etiam Isidorum Hispal. de divin. Offic. Fulgentium epist. de duabus quæst. & Ordinem Romanum.

7. RECEPISSET. Ita Barb. 2. Corb. Thua- Ibidem. nei duo, Trecopith. Remensis & tres alii cap. 2. apud Chiffletium: non vero *apprehendisset*, ut in vulgatis.

8. DE SPIRITU SANCTO ET MARIA VIRGINE. Ita Barb. 2. quinque Thuanei codices, tres Chiffletiani, Victorinus, Remensis, Trecopithæanus, edit. Merlini, Scharidi, Canisii, Crabbi, quod & apud sanctum Augustinum sexcentis locis, & apud antiquiores Scriptores ecclesiasticos, nec non in exemplaribus antiquis tam Græcis, quam Latinis Symboli Constantinopolitani, atque inter alia in Breviario Cœnobii Montis Cassini a sexcentis fere annis exarato, quod aservatur in Bibliotheca Domus Institutionis Ora-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Videbis de hujus epistolæ celebritate ejusque tum Latinis, tum Græcis MSS. plura in Admonitione eidem præmissa tom. I. col. 793.

Oratorii D. Jesu ad suburbium Parisiense sancti Michaelis. Concinit Græca versio habens, καὶ μαρίας: quod & legitur etiam in recentioribus Græcorum Symbolorum exemplaribus, ut patet ex libello Gabrielis Philadelphiae Metropolitanæ de Sacramento poenitentiae, ad calcem Commentarii Jo. Morini de Poenitent. In vulgatis vero legitur, ex Maria Virgine. An hæc tantula varietas aliquam pariat in sensu diversitatem, Theologis relinquo examinandum.

- Col. 805. 9. ET OMNIPOTENS ET ÆTERNUS CREDITUR PATER. Parum absuit ut vocem illam æternus expungerem, quod a Chiffletio factum est, deest enim in duobus ejus MSS. necnon in Barber. duob. Thuaneis quatuor, Trecopithæano, Remensi, Victorino, & insuper in Græcæ versionis textu. Eam tamen visum est mihi retinere, tum quia in aliis MSS. reperitur, puta Thuaneis tribus, Regiis duobus, Corbejensi & aliis, præter excusa omnia exemplaria: tum quia vocem illam exigere videtur contextus series, qua ex æternitate Patris æternitas Filii arguitur, ac perfecta ejusdem per omnia cum Patre æqualitas demonstratur.
- Col. 807. 10. INSTRUCTUM. Ita codd. omnes. Ad margin. edit. *instrumentum*. Græcæ εἰσθήνησιν *institutionem*.
- Ibidem. 11. PIAM SOLLICITUDINEM CONTULISSET. Corbejens. & nonnulli alii MSS. cod. *Pia sollicitudine se contulisset*.
- Col. 809. 12. ET INVENIENS. Ita MSS. omnes & Græca versio *εὐρισκῶν*, vulg. *et invenisset*.
- Ibidem. 13. IN UTERO ACCIPIET. Ita Barber. Thuanei quatuor, Remensis, Trecopithæanus & Victorinus cod. De suis filet Chiffletius, vulgatam lectionem, *concipiet*, retinens.
- Ibidem. 14. VOCABUNT. Ita codd. mox laudati cum Chiffletianis, quibus concordat Græcum *καλέσουσι*. In vulgatis: *Et vocabitur*.
- Ibidem. 15. SUPER HUMERUM. Vict. Trecopith. & alii quidam *super humeros*.
- Ibidem. 16. VOCABUNT. Ita cod. Remen. Trecopith. Victorin. & Thuan. quatuor, & Græc. ad marginem.
17. FRUSTRATORIE LOQUENS. Cod. Trecopith. & Thuan. tres, *frustratoria eloquens*.
- Col. 811. 18. SPIRITUS VITÆ. Surius ad marginem, Canisius, Merlinus, Sicardus & Crabbus in textu & MS. Victorin. legunt, *Spiritu vitæ*; & forte melius: Græcæ, πνεύματι.
- Ibidem. 19. ET SUBSTANTIÆ. Geminam hanc vocem addidimus ex MSS. codd. Barber. Rem. Trecopith. Corb. & duobus Thuan.
- Col. 815. 20. PRÆVARICATORIS. *Prævaricationis* habent codd. MSS. Remensis, Victorinus, & Thuaneis unus, & e Chiffletianis duo.
- Ibidem. 21. DISPOSITIONEM. Ita Thuan. tres cum Remensi, & textus epistolæ inter acta Calched. Concil. editæ. Græca versio, *δωκίμησιν*, vulg. *dispensationem*.
- Col. 817. 22. ASSUMTA EST IGITUR. Hanc ultimam voculam expunximus, quod ea careant cum MSS. omnes, tum Græca versio.
- Ibidem. 23. NOSTRI EST NATURA DISSIMILIS. Sic Chiffletii tres codd. totidem Thuan. Remensis & Trecopith. hoc quoque modo refertur a Fulgentio in emendationibus codicibus Responsonis ad secundam Ferrandi quaestionem. Favet Græca versio *ἡμῶν*. Vulg. *nostræ est naturæ dissimilis*: alias: *nostræ est natura dissimilis*.
24. RECEDIT .... RELINQUIT. Ita MSS. Col. 819. plerique & Græca versio, antea *recessit ... reliquit*.
25. DESIDENTIBUS. Ita Barber. I. Cor. Col. 821. bejens. Remens. Trecopith. quatuor Thuanei & Chiffletiani duo. Vulg. *subidentibus*: Græcæ, τῶν ποδῶν οὐ βαπτισμένων.
26. FIDEM DISCIPULORUM SUIS INTER- Col. 825. ROGATIONIBUS ERUDIRET. Ita MSS. omnes. Cap. 5. In vulg. *fidem discipulorum suorum suis interrogationibus audiret*.
27. VERI CORPORIS. Sic in omnibus MSS. Col. 827. Græcæ *σώματος*: in vulgatis *veri hominis*.
28. NON ALTER EST RESUSCITATUS. Ita MSS. omnes, quibus Græca concinunt. Vulg. *aliter non est resuscitatus*.
29. SACRAMENTUM PER QUOD UNUM Col. 829. SALV. Vulg. *Sacramentum fidei per quod salv.* MSS. omnes priorem exhibent lectionem, quæ Græco concinit.
30. FLUXERIT. Sic omnes: pro quo an- Col. 831. tea, *effluxerint*.
31. SPIRITUS EST VERITAS. Sic habent Ibidem. omnes MSS. cod. sic quoque legit Augustinus lib. de Bono perseverant. cap. 22. & Fulgent. lib. 10. contra Fabianum &c. Græcus textus tum epistolæ sancti Joannis, tum sancti Leonis habent: τὸ πνεῦμα ἐστὶν ἡ ἀληθεία: idemque exhibet Syriaca Joannis versio: unde dubium esse nequit, quin ita legerit sanctus Leo: non vero, ut in vulgatis, *Christus est veritas*.
32. INTERLOCUTIONEM. Ita MSS. omnes Col. 833. cum Græca versione *διαλαλίας*. In vulg. Cap. 6. *Interrogationem*.
33. NIMISQUE BLASPHEMUM. Hæc voces Ibidem. desiderantur in Thuan. duobus & apud Facundum.
34. ITA OMISSUM, QUASI NIHIL QUOD Ibidem. OFFENDERET ESSET AUDITUM. Cod. Corb. & Facundus lib. 2. cap. 6. sic habent: *Ita emissum, quasi nihil offenderet, esse auditum*.
35. ANTE INCARNATIONEM. Solus Fa- Ibidem. cundus, *Ante adunationem*.
36. SOLLICITUDINIS TUÆ. Cod. Bouhie- Ibidem. rii, Thuan. quatuor, edit. aliquot: *Dilectionis tuæ*.
37. AB HAC SENSUS SUI PESTE PURGE- Col. 835. TUR. Ita MSS. omnes cum Facundo, quibus & Græca versio respondet: alias in vulg. *ab hac sensus sui macula per te purgetur*.
38. FRATRES NOSTROS. Ita plerique codd. Col. 837. MSS. & omnes excusi cum Græca versione, & congruit illius ævi moribus, cum Episcopi Presbyteros, fratres vocitabant. Quatuor codd. MSS. habent, *Fratrem nostrum*, quam lectionem Chiffletius exhibet, de suis MSS. codd. nihil asserens.
39. JULIUM. Ita legendum esse tam in Ibidem. hac epistola, quam in aliis, quæ eisdem Legatos ad Ephesinam Synodum missos recenserent, evincunt MSS. codd. Griman. Barb. duo, Thuanei duo, Trecopith. &c. & Græca ver-

ca versio epistolarum 26. 29. 30. & 31. (nunc 38. 33. 30. & 34.) quæ habentur in prima parte actorum Calchedonenſis Concilii. In ſola hujus epistolæ 24. (nunc 28.) ad Flavianum 2 Græca verſione legitur *Ιουλιανός*, & in Latina ejuſdem editione, quæ in collatione ſexta Synodi V. habetur, legitur *Julianus*, quod ſcribarum oſcitantia imputandum eſſe conjicio ex MS. codice actorum Concilii Calchedon. ex Bibliotheca Joannis Bouhierii Divionenſis, quem ut probæ notæ & adorandæ vetuſtatis codicem laudat Chiffletius: in eo enim legit *Julium*, non *Julianum*. Julium pariter habent Evagrius lib. 1. cap. 10. Nicephorus Call. lib. 14. cap. 47. Proſperi Chronicon, Breviculus hiſtoriæ Eutychniſtarum præfixus epistolis ſancti Leonis in editione Romana, adeoque non primum a Sirmondo editus, Liber de Romanis Pontificibus, Marianus Scotus &c. Ex quibus poſtremis quatuor docemur Julium fuiſſe Episcopum Puteolanum. Unde hallucinatam conſtat doctiſſimum Morinum, cum lib. 1. Exercitatione 20. ſcribit Julianum Coenſem ad Synodum Ephelinam II. miſſum a Leone, ut ex ejus, inquit, epistolis 15. 18. 19. (nunc 15. 19. & 20.) aliſque conſtat. Erravit ſimiliter Chriſtianus Lupus in Diſſertatione de Latrocinio Ephelino cap. 5. cum Legatum, quem Leo in epistolis ſcribit ad Synodum hanc miſſum, Julianum Episcopum Coenſem fuiſſe contendit, ſuggillans Chronicon Proſperi, qui *Julianum Coenſem*, inquit, male permutat in *Julium Episcopum Puteolanum*. Quaſi vero, quis qualiſve fuerit Legatus iſte, latere potuerit Proſperum, tunc Romæ ver-

ſantem, Leoni familiariſſimum, eique a ſecretis, a conſiliis, ab epistolis; ita ut non modo hæc, ſed & aliæ omnes adverſus Eutychem de vera Chriſti Incarnatione ab ipſo dictatæ crederentur, teſtibus Marcellino Comite in Chronico, & Gennadio in Catalogo illuſtrium virorum. Morino & Lupo impoſuit tum nominis affinitas, tum quod is, qui vices Leonis agebat in Synodo, Julianus fere ubique dicatur. At vero, ut probabile mihi videtur Julianum Coenſem Leonis nomine interfuiſſe Synodo, ita certiſſimum eſt Julianum Coenſem non eum eſſe, qui Roma miſſus eſt ad Synodum, & in epistolis S. Leonis toties cum aliis Legatis commemoratur. Hoc poſterius etſi ſatis probatum jam auctoritate codicum, plurimorumque illius ævi ſcriptorum, adhuc ex abundantia maniſteſtum ſit duplici hoc argumento.

1. Julianus Coenſis Episcopus interfuit & ſubſcripſit tam Concilio Conſtantinopolitano, in quo primum damnatus Eutyches a Flaviano, quam conventui Episcoporum, qui anno ſequenti in eadem urbe juſſu Imperatoris habitus eſt. Porro cum hic conventus habitus ſit menſe Aprili, quaſi facile credat eundem Roma miſſum menſe Junio ejuſdem anni, quo datæ leguntur epistolæ Pontificis?

2. Scribit Leo ad Julianum Coenſem in Oriente verſantem epistolæ 25. & 31. (nunc 35. & 34.) eodem die ſcriptas, quo & aliæ in quibus Legatos miſſos recenſet. Immo in poſteriori eorundem nominat, & inter eos Julium Episcopum; quod certe cum illorum opinione cohærere non poteſt.

Quod vero non Julius Puteolanus, ſed 4  
Julia-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Duo noſtri codices Veneti Græcæ verſionis habent *Ιουλιός* *Julium*, non *Ιουλιανός* *Julianum*. Exemplaria etiam MSS. Synodi V. collatione ſexta annotante Baluzio habent *Julium*.

3 Confer Admonitionem huic epistolæ 28. præfixam num. 4. & ſeqq. tom. 1. pag. 795.

4 Optime ſane Queſnellus hoc loco ſtatuit Episcopum a Leone Legatum ad Ephelinam Synodum Julium eſſe Puteolanum, non vero Julianum Coenſem, ut quidam perperam opinati fuerant. Quod vero fuſius probare nititur, Julianum Coenſem Julii loco interfuiſſe Ephelinæ Synodo, falſo fundamento fulcitur. Renatum ſcilicet, qui in Breviculo hiſtoriæ Eutychniſtarum in Delo inſula mortuus traditur, vivum conſtituit ex Theodoret, qui poſt eamdem Synodum ad ipſum litteras dedit. Hinc Breviculi auctorem aut memoria lapſum, aut incertis documentis deceptum affirmans, conjicit Julium Puteolanum apud Delos mortuum, ejuſque loco Julianum Coenſem in legatione Romanæ Sedis aſſumtum in Ephelino Concilio ſediſſe; unde Julianus in vulgatis geſtis appellatur, qui vice Leonis ibidem interfuit. Huc paucis tota vis ratiocinationis Queſnelli revocatur: cetera enim ejus argumenta ſunt meræ conjecturæ, quæ Theodoret auctoritati, & vulgatis geſtis incumbunt, ita ut ſi hæc fundamenta nutent, cetera omnia pariter corruant neceſſe ſit.

Itaque Renatum Presbyterum, non autem Julium Episcopum ante Synodum vita functum primum ſatis indicat Proſper coævus auctor, dum in Chronico ad an. 449. de pseudo-synodo Ephelina loquens, ſolius Hilari Diaconi, & Julii Episcopi Puteolani meminit; de Renato autem ne verbum quidem. *Reclamante Hilario Diacono Eccleſiæ Romanæ, qui vice S. Leonis Papæ cum Julio Episcopo Puteolano a Sede Apoſtolica fuerat deſtinatus*. Quod ſi deſtinatus fuit etiam Renatus, hujus tamen non meminit, quia de iis loquitur, qui Epheli geſtis ſeſe opponentes, eodem pervenerant; nec pro Renato Julium memoraret, ſi Renatus, non autem Julius, in Synodo conſediſſet. Id autem multo evidentius demonſtrant ipſa acta Ephelina, quæ actioni primæ Synodi Calchedonenſis inferra leguntur. Licet enim ibi non ſolum Legati nominentur, ſed etiam Dulcitius Notarius Romanæ Eccleſiæ; Renatus tamen nullibi appellatur, quod incredibile eſt, ſi cum ceteris adfuſiſſet. Neque geſta ipſa Ephelina deeſſe Queſnellus affirmet, nec quod in Calchedonenſi legitur, eorundem geſtorum excerptum eſſe pronuntiet. Calchedonenſibus enim geſtis palam revincitur: ex quibus ipſa Ephelina acta integra & ſine ullo ſaltu lecta fuiſſe noſcuntur uſque ad actionem, quæ Eutychniſ abſolutionem, & Flaviani ac Eusebii condemnationem continebat, cuique ſoli Romanæ

Renatus  
R. E.  
Presbyter ante  
Pseudo  
Ephelinum  
Concilium  
mortuus  
probatum.

Julianus Coensis interfuerit vice Leonis Synodo Ephesina, etsi nolim ut certum asserere, sunt tamen plura quæ probabile efficiant. Quod ultimum si verum est, hoc ea ratione contigisse puto, quod vel Julius vita functus est antequam pseudo-synodus in-

Tom. II.

choaretur, vel aliud quid impedimento fuit ne Ephesum accederet. Quoniam vero multum intererat, ut qui vices Pontificis Romani in eo Concilio habiturus erat, episcopali dignitate fulgeret, substitutus est in locum Julii Julianus, prout in mandatis pro-

Yyyy

cul-

EDITORUM ADNOTATIONES.

manæ Sedis Legati interfuerunt. Cur ergo Julio Episcopo, Hilario Diacono, & Dalcitio notario memoratis, Renatus in his gestis omititur, nisi quia apud Delos mortuus, ut in Breviculo traditur, ei Concilio non adfuit? Qui autem omitti poterat, si ea, quæ Ephesi audacter gesta sunt, arguisset, & repressisset, ut Theodoretus in epistola pronuntiat? Hic præsertim nominandus in gestis fuerat, & hæc ejus contradictio iisdem gestis procul dubio fuisset inserta. Cum vero ex gestis pateat Julium interlocutum, Hilari autem contradictio non tam probetur ex gestis, quam ex Chronico Prosperi; Theodoretus incerta fama ac æquivocatione aliqua deceptus noscitur, dum id tribuit Renato, quod Hilario erat tribuendum: nisi quis forte Renati nomen pro Hilari nomine in inscriptionem epistolæ Theodoretæ per errorem irrepsisse malit; quod tamen ne suspicari quidem audeamus. Potius enim credimus Theodoretum, qui tres Legatos a Leone missos ex epistola 28. ad Flavianum dixerat, ex fama autem acceperat Legatos Ephesinis gestis restituisse, nec de Renati morte quicquam audierat, ad singulos scripsisse eodem exemplo, ut suam illis causam commendaret; solam autem ad Renatum epistolam superfuisset. Quæ enim exstat Theodoretæ epistola ad Archidiaconum Ecclesiæ Romanæ, ei ad Archidiaconum licet nomen ignoraret, datam credimus, cum R. E. non Archidiaconorum nota esset potestas; non autem Hilario, quem cum sciret Legationis officio functum, aliquid de hoc peculiare litteris inferuisset.

Error apud Theodoretum demonstratur.

Theodoretæ epistola ad Archidiaconum Ecclesiæ Romanæ, ei ad Archidiaconum licet nomen ignoraret, datam credimus, cum R. E. non Archidiaconorum nota esset potestas; non autem Hilario, quem cum sciret Legationis officio functum, aliquid de hoc peculiare litteris inferuisset.

Quid quod Julium, non autem Julianum Ephesinæ Synodo interfuisse certissimum est. In id satis efficax argumentum esse possent interlocutiones per interpretem in Ephesinis gestis contentæ, quæ Julio quidem conveniunt, a Juliano autem Coensi alienæ sunt, quippe qui Græcæ urbis Episcopus non per interpretem, sed per se se Græcæ loquutus est non tam in Calchedonensi, quam in Constantinopolitana Synodo sub Flaviano ante Ephesinam habita: unde irritus cognoscitur audax Quesnelli nisus, quo, ut hanc rationem elideret, Julianum Ephesinæ Synodi tempore Græcæ linguæ minus peritum traduxit. Sed luculentiora ex ipsis gestis suppetunt. *Julium* enim, non *Julianum* habent MSS. codices antiquæ versionis Concilii Calchedonensis. Sex codices hujus versionis expendimus, quatuor Vaticanos 1321. 1323. 4166. & 5405. Ghigianum 483. & antiquissimum Veronensem 57. Ex sex autem vicibus quibus hic Legatus nominatur, quinque dicitur *Julius* in quatuor codicibus, nempe tribus Vaticanis 1323. 4166. & 5405. atque in Ghigiano, & semel tantum per errorem *Julianus* in Ghigiano, *Eusebius* autem item semel in iisdem MSS. Vaticanis tribus. In antiquissimo autem Veronensi, & in emendatiori Vat. 1321. ubique semper *Julius* scribi-

tur. Idipsum pariter in quatuor suis MSS. observavit Baluzius. Nam Corbejenfis & Colbertinus *Julianum* semel tantum exhibent; Parisiensis ac Divionensis *Julium* semper ingerunt. Confer apud ipsum Baluzium singula Concilii loca, nec unum tantummodo priorem textum, ubi *Julianum* in duobus codicibus præferri notavit, cum Quesnellus consideres: quod nonnullis fucum facere posset. Hinc autem erronæa cognoscitur editorum lectio *Julianum* ubique exhibens, cui Quesnellus innixus est. Ex hac autem antiqua interpretatione a Rustico recognita *Julium* item fuisse in Græcis exemplaribus, quibus vetus interpret & Rusticus usi sunt, discimus; & jure Evagrium ac Nicephorum Græcos scriptores *Julium*, non *Julianum* prætulisse; ac per errorem in editis Conciliorum Græcis Julianum alicubi appellari, qui Julius fuit. Enimvero in ambobus Græcis codd. Concilii Calchedonensis bibliothecæ Venetæ S. Marci 164. & 555. *Ἰούλιος Ἰουλιανός* ubique legitur, excepto secundo actorum, ubi *Ἰουλιανός* *Julianus* habetur, qui unicus locus ex quinque aliis *Ἰούλιος Ἰούλιος* præferentibus emendandus est.

Quod si ex his Julius in Ephesina Synodo Legationem Romanæ Sedis gessit; duo sequuntur, quæ Quesnelli systema evertunt: primo commentitia esse quæ de Juliano Coensi Legato inanibus conjecturis comminiscitur; deinde eum, qui apud Delos obiit, non fuisse Julium Episcopum, sed Renatum Presbyterum, ut in Breviculo historiæ Eutychianistarum traditur.

Quoniam vero hoc Breviculi testimonium Quesnellus panna tribuit, quia abest in Quesnellianæ collectionis capite 43. ubi eadem historia inserta est, quid hac in re sentiendum sit, ope vetustissimorum codicum detegere plurimum refert. In Quesnelliana quidem & in nonnullis aliis antiquis collectionibus hæc historia Acacianæ causæ documentis præfixa brevius describitur: incipit enim a damnatione Dioscori, & in iis gestis desinit, quæ Acacii damnationem præcesserunt. Duo autem additamenta huic historiæ accessere, alterum initio, quo historia ab origine, a Nestorio scilicet & Eutyche, incohatur; alterum in fine, quo eadem historia ad Acacii damnationem usque perducitur. Hæc vero historia cum his additamentis in Virdunensi codice, qui sola monumenta Acaciana complectitur, inventa fuit a Sirmondo cum titulo *Gesta de nomine Acacii*, a nobis autem cum eodem titulo in MS. Vat. Regiæ 1997. Nova tandem aliquot linearum additio in fine facta fuit, cum qua excusa jam pridem habebatur in Romana editione epistolarum Romanorum Pontificum an. 1591. tom. 1. part. 2. pag. 142. Hoc autem integrum documentum reperimus in aliquot MSS. libris præstantissimæ collectionis Avellanæ, in quibus hoc initium est ab editoribus Romanis omissum: *Incipit. In causa fidei christiana,*

Breviculum historiæ Eutychianistarum cum suis additamentis vindicatur, & Gelasio asseritur.

culdubio habebant reliqui Legati. Atque ut hoc verisimile existimem, sequentibus conjecturis adducor.

1. Quoties de Legato Sedis Apostolicæ mentio habetur in Synodo Ephesina, Julianus semper appellatur in Latina versione: in textu Græco ter Julianus, bis tantummodo Julius dicitur: ut mirum sit qua ratione a clarissimo Baluzio scriptum in 1. tomo novæ collectionis Concil. Præf. in Calched. *Constanti vocari Julium in omnibus antiquis codicibus MSS.* Quod argumento est de alio sermonem esse, quam de illo Roma misso, qui in epistolarum S. Leonis Græca versione 1. parte Concilii Calchedonenfis semper *ΙΟΥΛΙΟΣ* dicitur sola 24. (nunc 28.) excepta. Non igitur Julius in Synodo vices Pontificis egit, sed Julianus, nec alius quam Coensis Episcopus. 2. Nisi supremum obiisset diem in Oriente Julius, aliqua post infaustam Synodum de eo mentio haberetur: vel enim ejus reditus notaretur, vel mors ejus inter latrocinialis illius conventiculi improbos ausus recenseretur: idem ipse ad Pulcheriam scripsisset, ipse ad Leonem rerulisset de Gestis Synodi, ipse a Leone vel de consensu exhibito vituperaretur, vel laudaretur de recusato: at nihil tale legitur. 3. Julianum Coensem multis magnificæ tribulationibus vexatum fuisse per impotentem Dioscori sævitiam testatur Leo ad ipsum scribens epistola 44. (nunc 48.) 13. die Octobris ejusdem anni data & 61. (nunc 81.) 13. Aprilis sequentis anni: quod non aliam ob causam accidisse credendum est, quam quod ut Legatus Romani Pontificis fidei justitiæque partes constanti animo tutatus fuerat, impiique Dioscori nefandis molitionibus palam contradixerat. 4. Ex eadem epist. 61. (nunc 81.) liquet aliquomodo Julianum S. Leonis personam seu vices etiam ante Calchedonensem Synodum gessisse: siquidem eum exhortans, *ut contra falsitatis astutias perseverantem diligentiam teneret*: addit: *Cum ad hoc & tuus animus & NOSTRA AUCTORITAS suffragetur.* Et postea: *Ad quam rem nostros post diem venerabilem*

*Pascha dirigemus, qui tecum participato consilio, ea quæ a nobis constituta fuerint, exequantur.* Immo & in ipsa epist. 25. (nunc 35.) ad eundem scripta per Legatos ad Ephesinam Synodum missos, testatur has ad eum litteras ideo scribere: *ut, inquit, UNANIMITER atque constanter his, qui Evangelium Christi corrumpere cupiunt, resistatis.* In epistola etiam 60. (nunc 80.) Julianum sollicitè commendat Anatolio CP. & huic illum vult adhærere: quod innuit ipsum Leonis partes egisse in Synodo, cui propterea timendum erat ne Eutychis sequaces molestiam facerent. 5. Vix dubitare licet Julianum Coensem Episcopum pseudo-Synodo interfuisse, cum & eam ob causam mandata S. Leonis acceperit ante Synodum, ut *unanimitè* cum aliis Legatis resisteret adversariis veritatis, & ad eundem de rebus male & in Synodo gestis litteras scriperit Pontifex, & secretioribus etiam mandatis monuerit de suis eodem in negotio consiliis. At nusquam Juliani Coensis nomen habetur in Gestis pseudo-Synodi, si Julianus vel Julius, qui vices Pontificis ibidem gessisse legitur, alius fuit a Coensi Juliano,

6. Narrat Breviculus historiæ Eutychianistarum unum Legatorum a Romana Sede missorum ad Synodum Ephesinam, illum non pervenisse, morte scilicet præventum in Delo Insula. *Interfuerunt etiam, inquit, Vicarii ab Apostolica Sede directi, Julius Puteolanus Episcopus, Hilarus Archidiaconus: quia Presbyter Renatus in Delo Insula morte præventus est: affuit etiam Dulcitus Notarius &c. Julium quidem Concilio interfuisse ait, mortuum vero Renatum; sed vereor plurimum ne memoriæ lapsus passus sit auctor Breviculi, aut incertis rumoribus scriptisve deceptus: ut potius interfuisse Synodo dicendus sit Renatus, morteque præventus Julius. Cum enim scribit unum esse mortuum in Delo Insula, vix errori locus esse potuit, non enim hoc somniavit auctor ille; at cum Julium interfuisse dicit Synodo, decipi potuit nominis similitudine. Cum legeret enim in epistola S. Leonis*

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

*stiane, cui ab exordio sui numquam defuisse probantur inimici. Nostro quidem seculo &c.* unde Quesnellus notavit hanc historiam duabus primis lineis in editione Romana brevior esse, quam quæ a Sirmondo publicata fuit. Integra hujusmodi historia Liberatus usus est, non autem contra, ut Pagius perperam existimavit ad an. 496. num. 4. Nunc observamus hanc historiam in collectionibus Quesnelliana, & Vaticanis 1342. 1344. in Barb. 2888. in Veronenis 46., & in MS. Virdunensi præmitti monumentis Acacianis, quæ in Gelasio desinunt; in Vat. Reg. 1997. subjici epistolæ Gelasii, in Avellano autem ceterisque similibus referri inter Gelasii epistolas: adeo ut ejusdem historiæ Gelasium auctorem esse non male conjecerit Henricus Valesius. Tempus quidem initio opusculi indicatum, quod respondet an. 493. aut 494., & historiæ finis

cum Gelasii temporibus conveniunt. Gelasii porro morem fuisse nonnulla suis opusculis addere, liquet ex epistola ad Dardanos, quæ in Quesnelliana aliisque collectionibus brevior est, aliquot vero additamenti auctior invenitur in codice Avellano, unde illam Romani editores typis tradidere. Idipsum ergo credimus evenisse historiæ Eutychianistarum; adeo ut additamenta, quæ subinde accessere, eidem Gelasio tribuenda sint. Hinc autem quanta sit auctoritas ejus testimonia, quo Renatus apud Delum mortuus ibidem traditur, nemo non videt. Quamquam etiamsi alius a Gelasio habeatur ejus additamenti auctor, cum tamen Romanus fuerit, atque ætate Gelasii de Romano Presbytero testimonium dederit, fidem in hoc præcipue maximam obtinere debet, cum præsertim & Prospero, & Ephesinæ pseudo-Synodi gestis congruat.

nis missum esse Julium qui vices Pontificis ageret, nominatumque reperisset in actis Ephesinis Julianum vel Julium, iisdem fungentem vicibus S. Leonis, facile fuit in eam opinionem ire, unum eundemque esse, ac proinde de alio e tribus Legatis intelligendum esse quod scriptum reperit de unius illorum morte. Non certe de Hilaro, cujus frequens memoria in Synodo & post Synodum. Igitur, conclusit ille, de Renato verum fuit. At, repono ego, de Renato verum esse non potest, ad quem nimirum litteras post Synodum dedit Theodoritus. Cum enim a sede sua dejectus esset sententia pseudo-Synodi, querelas suas detulit tum ad S. Leonem, tum ad ejus Legatos ad Renatum Presbyterum & Hilarum Diaconum. Ex quo & duplex robor conjecturæ nostræ accedit. Quod enim scripserit ad Renatum, arguit errorem auctoris incerti, qui mortuum ante Synodum scripsit; quod vero ad Julium non scripsit, aliquatenus probat eum tunc non superfuisset in vivis, nec præsentem Synodo fuisse. Alioquin eum imprimis conveniebat adire, qui primas habuisset in Synodo Pontificis vices, ut per eum S. Leonis mentem moveret excitaretque ad suscipiendam depositi Episcopi defensionem. Quod enim ad Julianum Coensem non scripserit, ratio in promptu est: is enim in Orientalibus partibus remanens, idoneus non erat, qui Theodoriti res apud Romanum Pontificem coram ageret. Jam vero si Julius mortuus erat, Julianus Episcopus Coensis is est procul dubio quem legimus in actis Ephesini latrocinii egisse vices Romani Pontificis. Qui Breviculum historiæ Eutychianistarum edendum denuo curarunt, ex hujus verbis de morte Renati Presbyteri arguunt epistolam Theodoriti ad illum Presbyterum scriptam non esse, sed potius ad Hilarum. At superest etiamnum ejusdem epistola ad Hilarum: ac præterea si quis error in alterutro auctore isto agnoscendus est, satius est minusque incommodum a Breviculi auctore commissum fateri, quam a Theodorito. Quid enim? An Theodoritus, quid de Renato factum esset, ignoravit? nemo id dixerit. An librorum error est, qui pro Hilaro Renatum supposuerint? At non tam erudita esse solet operarum oscitantia, ut pro uno Legatorum, alterum scribere cogitaverint. Adde quod in omnibus MSS. excusisque Theodoriti exemplaribus eadem epigraphæ constanter reperitur: nec solent epistolarum inscriptiones ab aliis quam ab auctoribus ipsarum componi, cum de aliis Opusculorum generibus aliter persæpe fieri contingat. Auctor porro Breviculi ignotus, auctoritas incerta, fides vacillans, rari codices MSS. excusi centum annis juniore. Quid igitur habet, unde cum Theodorito in hac controversia contendat?

Si hæc vera sunt, a scriptoribus variis varie hoc loco erratum. Errarunt qui Julium Puteolanum & Roma missum esse, & Synodo interfuisse asseruerunt. Errant pariter qui utrumque de Juliano Coensi con-

Tom. II.

tendunt. Nam missus quidem est Julius ut interesset Synodo, sed non interfuit. Non missus est Julianus Coensis, qui in Oriente tunc residebat, & tamen vice Leonis interfuit, in locum, ut dixi, Julii suffectus. Hinc corrige Evagrium scholasticum Eccl. Histor. lib. 1. cap. 10. καὶ μὴ καὶ Ἰούλιος (συνην) ὄσον πληρῶν Δέοντος τῆ πῆς πρεσβυτέρως Ρώμης ἐπισκόπου. Julius item Episcopus (adevat) qui Leonis Episcopi Romani vices gerebat. Corrige item Nicephorum lib. 14. Hist. Eccl. cap. 47. παρήσαν δὲ τῆ συνόδω ... πλὴν Δέοντος πῆ πῆς πρεσβυτέρως Ρώμης ποιμένος ποῦπου γὰρ τὸν ὄσον ἐπίσκοπος Ἰούλιος πεμφθεὶς ἀνεπλήρου. Affuerunt Concilio ... Leone veteris Romæ Pastore excepto, cujus locum Julius Episcopus eo missus obtinuit. Corrigenda, inquam, utriusque hujus auctoris narratio: quia uterque male Julii Puteolani missionem a Leone, cum Juliani Coensis præsentia in Synodo confundit. At non corrigendus textus, ut vult doctissimus Henr. Valesius Annotat. in hunc Evagrii locum, ubi corrupte legi putat in utroque Ἰούλιος pro Ἰουλιανός: cum certum sit ita scripsisse auctores illos, discrimen, quod supra observavimus, non attendentes, & cum plerisque aliis scriptoribus existimantes eum affuisse Synodo Leonis nomine, qui eo consilio missus fuerat: quod discrimen nec ab eodem Valesio animadversum puto.

Contrariam opinionem, quæ Julium interfuisse Synodo contendit, Renato in De-lo insula prius mortuo, non spernendis argumentis tuentur viri docti. Primum est, quod Renati mentio nulla prorsus habetur in actis Ephesini latrocinii, ex quo silentio confirmatur narratio Breviculi de eodem morte prævento, ut scribit illius auctor, antequam Ephesum potuisset accedere. Nodus certe difficilis: nisi quis dixerit vix locum fuisse loquendi Legatis in pseudo-Synodo, præsertim vero Renato: cum & Julianus pro episcopali dignitate vocem arriperet, & Hilarus pro suo Archidiaconi ac specialis Ecclesiæ Romanæ Legati munere præcipuas haberet Legationis partes. Is enim & prolixioribus semper verbis Synodum alloquitur; ipse solus epistolam S. Leonis legi postulat semel & iterum; solus adversus latrociniale decretum intercedit.

2. Prosperi silentium de Renato, ac ejusdem de Julio missio testimonium urgent. At missum Julium, seu *destinatum*, ut Prospero affectata voce utar, non negamus. Silet quidem de Renato; sed æque de Dulcicio, quem Synodo præsentem fuisse liquet ex actis: ut nihil inde confici possit.

3. Breviculi Historiæ Nestorianæ & Eutychianæ gravis & ineluctabilis videtur auctoritatis narratio. Ejus enim auctor Romæ, ut apparet, scripsit quadragesimo circiter post Synodum anno. Neque tamen deerit forsitan qui reponat incertam hujus Breviculi auctoritatem, quia incertus auctor & incertæ etiam fidei scriptum ipsum censeri potest. Conflatum enim illud videtur ex pluribus pannis, qui aliis & aliis temporibus

Yyy y 2 con-

confuti fuerunt. Pannus omnium antiquissimus esse mihi videtur ille qui capitulum 4<sup>o</sup> codicis mei Romani conflat, & de rebus in Alexandria Ecclesia gestis a damnatione Dioscori usque ad Acacii damnationem, unice tractat: quæ enim breviora, plerumque sunt & antiquiora. Ex eo plura suo Breviario inseruit Liberatus Diaconus cap. 15. 16. & 18. & suo Breviculo auctor incognitus. Immo Breviculus ipse nihil aliud esse videtur quam scriptum istud brevius, pluribus postea auctum ab aliquo scriptore, qui historiam totam ab origine repetens suis usibus Breviculum concinnavit: qui in editione anni 1591. duabus primis lineis brevior est, auctior vero in fine duodecim vel quindecim aliis. Porro, cum in ea parte quæ in codice Romano nostro habetur, nihil apparet quod veritati consentaneum non sit, non ita est in iis quæ primam Breviculi partem conficiunt: plura sunt enim quæ a vero discrepant, & a narratione Liberati. Vix igitur fides certa adhiberi potest scriptiuncule illi cum nullum habet sibi suffragantem alium scriptorem; tametsi abroganda non videatur ejus auctoritas cum pluribus aliis accinit.

4. At insolens videtur, nec umquam alias usurpatum, ut in locum unius Legati alius ab aliis Legatis substituitur. Novum id forsitan nec fieri solitum; sed necessitas id postulabat. Cum enim ex improvviso ad Synodum invitatus esset S. Leo, & breve admodum spatium deligendis mittendisque Episcopis concessum, coactus fuit Pontifex iis contentus esse Legatis, quos Constantinopolim dirigendos designaverat. Nec melius aliquid ei venit in mentem, quam ut Julianum Coensem, Orientalem quidem Episcopum, sed patria Romanum, & in Apostolicæ Sedis sinu nutritum, Legatis adjungeret: præsertim cum totum Eutychnis negotium perspectum haberet, ac de eo ad Pontificem litteras dedisset. Nullas quidem epistolas proferimus quæ hoc Leonis consilium retegant; verum hæc non erat epistolarum materies, sed secretiorum mandatorum, quæ nisi cum necessitas postularet, publicanda erant: quemadmodum soli commonitorii privati secreto commiserat Cælestinus Papa mandatum, quo jubebat ut Legati sui ad Ephesinam primam Synodum, prævenientes ad Cyrillum Alexandrinum consilium omne converterent. Scio per litteras Cyrillo delegatas esse Pontificis vices: quia nimirum præsentiscebatur Cælestinus, quod revera accidit, Legatos mature satis ad indictam Synodum diem non esse perventuros. Non eadem erat Leoni ratio: atque adeo sufficiebat, ut cautionem de substituendo vel adjungendo novo Legato penes Legatos deponeret pro data occasione seu necessitate in medium adducendam. Interim hoc

ex Cælestini exemplo colligimus, non sine exemplo eoque recenti orientalium partium Episcopo Romani Pontificis vices fuisse mandatas. Liquet sane ex epitola 61. (nunc 81.) ad eundem Julianum scripta pro reparanda pseudo Synodicalitate ipsum jam tunc auctoritatem Sedis Apostolicæ circumtulisse in Orientalibus regionibus. Hortans enim eum, ut contra falsitatis astutias perseverantem diligentiam teneat, addit: Cum tibi ad hoc & tuus animus & NOSTRA AUCTORITAS suffragetur .... ad quam rem nostros .... dirigemus qui TECUM PARTICIPATO consilio, ea quæ a nobis constituta fuerint, exequantur. Quandonam ergo Pontificis auctoritate munitus fuerat Julianus? annon istud est aliquod acceptæ potestatis vestigium, qua in Synodo vice Pontificis uteretur?

5. Instant, Episcopum Ephesi Legatum agentem, per interpretem locutum semper fuisse; cum Julianus græce ac sine interprete semper verba fecerit in Calchedonenfi Concilio. At forte homo Latinus nondum Græcam satis callebat pseudo Ephesini tempore, ut in tanto Episcoporum confesso Græcum ageret; postmodum vero exercitior in ea lingua per subsequens biennium factus, interpretis ope non indiguit. Ex eadem patriæ ratione descendit, quod de Leone differens in Synodo sanctissimum Papam suum illum appellet. Hoc decebat hominem in Romanæ Ecclesiæ sinu educatum.

6. Opponunt Leonis verba in epistola 39. (nunc 43.) Hæc Ephesina latrocinia a Nobis, inquit, comperta sunt non incerto nuntio, sed ab ipsis 5 reverendissimis Episcopis qui a nobis missi sunt, & fidelissimo rerum, quæ gestæ sunt, narratore Hilario. At Episcopus Roma missus ad Synodum, non alius a Julio Puteolano, Ego vero, si quæ fides epistolæ quæ subsequentis rude exemplum quibusdam esse videtur, suffragari potius primæ opinioni puto, quam adversari. Cum enim solus Julius Roma missus sit, plures fuisse missos vere scribere Leo non potuit, nisi hoc sensu, quod duo revera sunt Legationis munere ornati; altero Roma missa ad hunc finem, altero vero vel adjuncto vel suffecto Ephesi.

7. Urget Clarissimus Baluzius codices MSS. Novæ Col-  
nam constantiter vocari Julium in omnibus anti-lect. Conc.  
quibus MSS, actorum Ephesinorum, Tom. 1.  
nec in eisdem Juliani fieri mentionem totidem verbis asserit. At secum ipse pugnat: Pref. in  
in eadem enim Præfatione ad Syn. Calched. Synod.  
fatetur modo Julium, modo Julianum legi. Revera ad locum primum Synodi  
Ephes. pag. 115. edit. Labbei fatetur solos  
codices Divionensem & Parisiensem habere  
Julium, ceteros Julianum: & inter istos  
codices, Crabbi, Surii, Nicolini, editique  
alii, quos veterem versionem conservasse,  
contendit, numerandi sunt, ipseque Græ-  
cus

EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Vide adnot. 5. in epist. 43. tom. 1. col. 907.



cus textus. Addo Labbeum, qui Divionensis codicis varias lectiones sedulo excerptis, marginique adscripsit, nihil tale adnotasse, sed folius Juliani nomen exhibere. Eamdem fere varietatem in aliis actorum locis observat ipse Baluzius.

6 Observandum insuper in exemplari Græco epistolæ ad Flavianum, & in versione Latina quæ adjacet inter acta Calchedon. Julianum haberi: nec aliter in ejusdem epistolæ exemplo, quod insertum est collationi sextæ Synodi V. & ex actis Calchedonensibus derivatum. Unde istud contigerit, cum ubique Julius legatur in epistolis S. Leonis, nolim ego decernere. Sed quid si ab ipso Juliano ita repositum sit, quem videlicet versionis actorum Calchedonensium auctorem esse opinantur viri docti, & 6 probabile admodum est? Quid si ab ipsis Legatis id præstitum in eo exemplari epistolæ, quod Synodo offerendum erat? Sed mitto conjecturas. Hoc certum, non recentioris scribæ erratum illud esse, cum in actis Calchedonensibus, quibus Concilii V. Patres utebantur, eadem lectio jacuerit. Quod argumento est, ita revera lectum esse in genuinis Calchedonensis Synodi codicibus seu Græcis, seu Latinis, atque adeo in illa prisca versione qua usos esse Concilii quinti Patres prædicat clarissimus Collector, ac forsan ex Leonis epistolis præpostera emendatione Julium pro Julianum esse repositum. Etsi enim certum sit Julium legendum esse in epistolis extra Synodi acta; at si epistolæ actis insertæ Juliani nomen inscriptum est antiquitus, mala fuit illa bonæ lectionis restitutio.

Ad auctoritatem Theodoriti ad Renatum scribentis, respondent, Theodoritum non satis edoctum fuisse de rebus Legatorum. At gratis hoc dicitur, cum non gratis afferatur ad Renatum fuisse scriptas a Theodorito litteras. Nec solummodo gratis, sed absurde. Quis enim serio cogitans putet non diligenter monitum fuisse Theodoritum de rebus in Synodo gestis; Theodoritum, inquam, ex cujus ore pendebant omnes Orientalis Diocæsis Episcopi, quæ de causa intra Cyrum se continere jussus erat, & a Synodo abesse unus nominatim per imperatoriam constitutionem coactus. At licet absens corpore, per amicos aderat: quorum opera facile de omnibus edoceri potuit. Revera jam tum cum ad Leonem, Renatum, ceterosque Romanos scribebat Theodoritus, Leonis ad Flavianum epistolam acceperat, quæ ad ipsum non nisi post pseudosynodum mitti potuit & ab iis qui Synodo interfuerant: cum a Legatis Romanis primum in Orientem allata sit. Jam tum etiam rescierat Renatum soli Flaviani depositioni interfuisse, & ante discessisse a Synodo, quam in alios Episcopos eadem sen-

tentia decerneretur. Nec illa ex primis incertisque rumoribus haurita esse, sed certis nuntiis, probare videntur quæ ante omnia scribit de ardenti zelo, & justa libertate qua Renatus nefandis Dioscori molitionibus obstiterat: *Nec soli nos ista didicimus*, addit ille, *sed in omnem terram rectæ mentis tue sonus exivit, & omnes justitiam, zelum, libertatem, & adversus iniquitatem injectas a te minas decantant. Et hæc quidem egit pietas tua cum unicam eadem (idest depositionem) conspexisset. Quod si ceteras etiam vidisses, quæ post discessum tuum patrata sunt, Phineem illum fortasse imitatus esses.* Laudes ejusmodi a Theodorito impendi homini ex solo Legati nomine cognito, & non ex peculiari gestarum ab eo rerum notitia, nemo facile crediderit. Has certe laudes potius Julio Episcopo servasset, si & is Synodo interfuisse, & ad eum scripsisset Theodoritus.

At nihil tale de Renato legitur in actis. Ita est. Sed quis modo acta integra pseudo Synodi penes se habeat? excerpta enim illius tantummodo Calchedonensi Concilio inserta servata sunt, & ex illis sola fere Patribus exhibita quæ damnanda ac rescindenda erant. Nimirum post prolatam adversus Flavianum & Eusebium sententiam, hoc unum Hilari verbum, *Contradicitur*, in actis superest. Cetera quæ de Legatis prædicant Theodoritus & alii, intercidere.

Quod Theodoritus non ex primis dubiisque rumoribus scripserit ad Romanos de latrocinio Ephesino, ac proinde non nisi bene edoctus de totius negotii ac personarum, quæ interfuerant, circumstantiis, ipsius rei quam tractabat momentum & gravitas persuadet. Cum enim de appellando totius Occidentis Concilio ageretur, cum Legatorum Romam mittendorum delectus habendus esset, instructionibus & mandatis iidem muniendi, plures prolixæque litteræ scribendæ; quis credat de his omnibus non esse diu ac mature deliberatum a Theodorito cum suis amicis, ac iis præsertim quibuscum communis erat causa? Revera non statim missos esse Legatos probant ipsæ Theodoriti epistolæ. Non scripsit enim in Occidentem, nisi post lectam Leonis epistolam ad Flavianum, ut certum est; at non illam recepit statim post nuntiatam cladem Ephesinam. Cum enim scribebat epistolam 19. ad Anatolium Patricium, nondum Leonina in manus ejus venerat, cum tamen & de Ephesinorum judicio ipse edoctus esset, & *in omnem terram, ut scribit, jam exiisset sonus eorum & in fines orbis terræ rectissima sententia eorum.* Immo cum de singulis Synodi Episcopis, quæ cujusque fors fuisset, qui animus tunc esset, sic didicisset, ut apud amicum conqueratur vix esse aliquam Ecclesiarum quæ commotam inde tempestatem

non

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

6 Id falsum ostendemus in Observationibus ad notam 3. Quesnelli in epist. 113.

non senferit. Nam injuriam alii intulerunt, alii acceperunt; qui vero nec laesi sunt ipsi, nec laeserunt, & condolent iis quibus injuria facta est, & eos lugent qui fecerunt. Postmodum accepto antigrapho litterarum S. Leonis, gratulatus sibi doctrinae confensionem cum S. Leone, continere se non potuit, ut fatetur Garnerius, quin inde apud amicis potentissimum apologiam sibi conficeret in epistola 121. Verisimile etiam putat Garnerius jam tunc Gestorum Ephesinorum apographum penes Theodoritum fuisse, ob id, opinor, quod plures epistolas ad Ephesinos Patres a Leone directas legisse videatur, & cum Anatolio Patricio tunc temporis communicasse. Quod si verum est, frustra objiciatur Theodoritum incertis rumculis delusum ad Renatum, velut Synodi testem & conscium, litteras dedisse, quod ipsum adhuc in vivis esse falso putaret.

Utriusque sententiae probationibus in medium adductis, litem eruditorum judicio dirimendam dimitto, illi parti adhaerens quam firmiter fundamentis incumbere decreverint. Joannes Garnerius vir eruditus, in auctario Theodoritano stat ab utriusque opinionis partibus: nam Dissert. 1. de Historia Theodoriti cap. 9. n. 9. de Julio silet omnino; Julianum vero & Renatum cum Hilaro Ephesum convenisse scribit: ac de utroque iterum n. 10. *Inertum*, inquit, *quid opera navavit Julianus; Renatus certe summa confidentia obtulit Synodi malignantium Praesidi, & inde laudem a summo Pontifice promeruit*. Denique cap. 10. n. 3. *Oculati*, inquit, *duo testes* (Latrocini Ephesini) *Renatus Presbyter, & Hilarus Archidiaconus, uterque Sedis Apostolicae Legatus, uterque a Theodoretto supplicibus litteris compellatus*. In Dissertatione vero secunda ad epist. 116. quae est ad Renatum, intactis primae verbis, contraria scribit, ac priorem quam suam fecerat, opinionem ut commentitiam ridet; cum tamen eodem loco fateri cogatur implicatissimam esse Julii historiam.

col. 837.  
7

40. TITULI S. CLEMENTIS. 7 Ita omnes codd. tam exarati manu, quam typis excusi, uno ex Barber. excepto. Sola Graeca versio, ad quam Bouhierii Latinus aetorum Calchedonensium codex accommodatus est, eam annotationem omittit. Quamobrem malim ego gemini hujus codicis exscriptorem oscitantiae arguere, quam falsi accusare antiquissimos quosque orbis christiani codices, eosque praesertim, quos Gallis nostris Episcopi sui reliquerunt ab ipso Leone emendatos, ut ex epistola Ceretii, Salonii, & Verani ad S. Leonem perspicuum est. Id vero, quod ait Chiffletius, usu mi-

nime receptum, ut Romani Presbyteri scripto a suis Titulis appellarentur ante Symmachi PP. tempora, gratis dicitur: id enim multo satius est afferere, quam negare: cum assertionis argumentum sit haec eadem sancti Leonis epistola, quam si hoc loco interpolatam dicere licuerit, licebit & idem vitium impingere Synodo illi Romanae sub Symmacho, in qua primum adnotationem ejusmodi annexam fuisse contendit scriptor laudatus. Et quidem miror cur ejusmodi Presbyteros scripto nolit appellatos fuisse a suis Titulis, cum id usu ac viva voce receptum fuisse ultro profiteatur. Deinde cur tempore Leonis usurpatum esse non vult, quod quadragesimo circiter post Leonem anno usurpatum fatetur, quodque tot codices a Leone usurpatum docent?

41. EST PROBATA. In vulgatis: *Est saepe probata*. Sed istud *saepe* & in Graeco desideratur, & in omnibus fere MSS. codicibus.

Ibidem.

42. DEUS TE INCOLUMEM CUSTODIAT, FRATER CARISSIME. Hanc clausulam non habent codd. 2. Barber. quinque Thuan. nec Remensis, Victorinus, & Trecopith.

Ibidem.

43. Ad calcem hujus epistolae post annotationem consularum haec verba addit Chiffletius: *Tiburtius Notarius, jussu domini mei venerabilis Papae Leonis edidi*: quam subscriptionem duximus omittendam esse, cum unicus Bouhierii codex MS. Aetorum Calchedonensium, Correctore Rustico Diacono, eam exhibeat, nec praeterea constet cujus Leonis, an primi, an secundi, vel alterius Notarii fuerit Tiburtius ille. Hanc enim vocem, 8 *Domnus*, tempore Leonis I. in usu fuisse non existimo, & aliunde constat saepe saepius pro diversis occasionibus editam ac laudatam fuisse praesentem epistolam.

Ibidem.

8

44. Aera seu 483. seu 486. quae in pluribus codd. additur ad finem hujus epistolae, retinendam esse in textu non existimavimus. Hic enim computandi temporis modus recentior a Romanis non nisi post sancti Leonis tempora usurpatus, & huic epistolae adjectus esse creditur a plerisque, & advectus ex Hispania, ubi Idacius Hispanus, qui scripsit aetate Leonis nostri, primus omnium hac nota usus fuisse videtur: si tamen ejus chronico aliena ac recentiori manu non est superaddita: quam & epistolae S. Leonis additam esse crediderim opera Isidori Mercatoris. Haec enim aera Hispanica est, quae triginta & octo annis vulgarem Christi aeram antecedit. Unde & error in ipsa adjectione deprehenditur: additis enim 38. annis anno vulgaris aerae 449. quo prodit haec epistola, non 483. vel 486. sed 487. annus efficitur aerae Hispanicae.

Ad calcem hujus epistolae in Actione 2. Con-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

7 Confer nostram adnot. 82. in hanc epist. tom. 1. col. 837.

8 Vide adnot. 85. col. 838.

9

Concilii Calchedonensis subjiciuntur 9 testimonia sanctorum Patrum partim Latinorum, partim Græcorum, qui duas in Christo naturas asseruere. Hæc à Theodorito epistolæ Leonis adjuncta esse, opinio est Joannis Garnerii in parte posteriori Operum Marii Mercatoris sub finem Præfationis in Scholia S. Cyrilli de Incarnatione. Ratio multiplex ab eo profertur; nulla, meo judicio, sufficiens.

E Scholiis, inquit, S. Cyrilli tria testimonia Theodoritus adduxit in secundo Eranistæ dialogo, & quidem totidem verbis, ac in calce epistolæ referuntur in actione 2. Calchedonensi. Bene est: sed si ante habita est Calchedonensis Synodus, quam scripti Theodoritiani dialogi, quæ est Baronii aliorumque opinio, jam a Synodi actis potius accepisse censendus est Theodoritus, quam Synodus a Theodorito. Quod porro in actione 2. Calchedonensi epistolam S. Leonis ab Illyricianis & Palæstinis Episcopis suggillatam asseruisse legitur Theodoritus adducto Cyrilli testimonio, quod inter subjuncta legitur, nec adductum fuisset, si jam epistolæ subjectum occurrisset: nihil vetat testimonium a Leone descriptum, prolatum esse postmodum a Theodorito: immo eo magis Leonis mens catholica & Cyrillianæ sententiæ consentanea esse probatur a Theodorito, quod idem ab utroque testimonium esset prolatum. Deinde brevissimum tan-

tummodo adducitur a Theodorito testimonium: cujus media pars a Leone non est descripta.

Addit Garnerius: *Quod a Theodorito, aut certe ab iis qui Theodoriti partibus studebant, versam in sermonem Græcum epistolam, proditum est, immo & a vertentibus vitiatam: quod postremum Leo ipse queritur apud Marcianum Imperatorem. Quinam sint hujus opinionis 10 assertores, non memini me legere: hoc unum ego assero, nihil tale suspicatum esse Leonem nostrum de Theodorito, quantum ex scriptis conjici potest. Immo vero similis est versam esse ac corruptam epistolam a Theodoriti adversariis, quam ab asseclis. Scilicet eo fine vitiatam volebant eam epistolam Leonis adversarii, ut in suspicionem Nestorianismi vocatus, odium Catholicorum incurreret, ejusque epistola ut fidei absona rejiceretur. Quis porro istud tentatum credat a Theodorito, qui Nestorianismi suspicionem olim in Ephelino Concilio sibi aspersam, omnium tunc temporis studio & opera oblitteratam volebat, nec aliam sibi quam Leoni fidem inesse clamabat? Quam fatius est igitur existimare eam epistolæ Leoninæ depravationem inductam esse ab Alexandrinis, cum quibus tam diuturnas similitates exercuerant Theodoritus alique Orientalis diocesis Episcopi. Neque id asserentes divinamus; ipsa quippe Leonis ad Marcianum epistola 104.*

(nunc

10

## EDITORUM ADNOTATIONES.

9 In Admonitione ad hanc epistolam n. 8. col. 797. ostendimus, hæc testimonia actioni secundæ Concilii Calchedonensis perperam fuisse in vulgatis inserta post Leonis epistolam ad Flavianum, cum in Græcis codicibus eidem epistolæ ante gesta descriptæ subjiciantur. Leonis vero hanc testimoniorum collectionem tribuendam ibidem probavimus n. 9. ex quo satis eliditur Garnerii opinio, qua ea testimonia a Theodoro collecta & Leonis epistolæ addita contendit. Illud autem probabilius credimus, Theodoretum potius quasdam Latinorum Patrum auctoritates ex Leone accepisse. Neque refert ejus dialogos scriptos fuisse an. 448. antequam Leo ea testimonia Constantinopolim mitteret. Potuit enim Theodoretus testimoniis antea congestis quædam adicere, cum Leonis collectionem græce redditam accepit. Id autem non levis ratio nobis suadet. Leo nimirum, si de Græcis Patribus sermo sit, horum testimonia ex Latinis versionibus, quæ ante ipsum erant apud Latinos celebres, facile sumsit, ut ne ex Græco Theodreti ea derivarit, uti observavimus in Admonit. ad ep. 165. n. 3. Theodoretus vero etsi quædam testimonia Patrum Latinorum, Damasi scilicet, & Ambrosii, Græcis nota, suis dialogis prima manu inseruerit, quæ apud Leonem non inveniuntur; alia tamen Hilarii & Augustini ex Leone sumta & Dialogo II. adjecta dicenda sunt: neque enim horum Patrum opera, seu opuscula, præsertim Augustini epistola ad Volusianum, & expositio fidei, inter Græcos ante Leonem vulgata aut cognita dici queunt. Hæc autem ex Leonina collectione Theodoretum accepisse, id multo magis con-

firmat, quia eas omnes auctoritates Patrum Latinorum, quæ post epistolam Leonis ante gesta descriptæ sunt, iisdem verbis ex eadem Græca versione, eodemque ordine Theodreti dialogo secundo insertæ leguntur. In quibus evidentius hujus additamenti indicium est testimonium S. Ambrosii ex lib. 2. de Fide ad Gratianum, quod apud Leonem incipit: *Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones.* Partem enim hujus testimonii, quæ inchoat a verbo *servemus*, jam Theodoretus attulerat ex Græca versione diversa a versione Leonis: postea autem iterum eundem integrum textum inter Leoninos subjicit ex Græca versione diversa, qualis in Leoninis græce redditisprehenditur. Si Theodoretus non sumisset hos textus ex testimoniis Leonis Græco sermone donatis, nonne cum primum textum attulit, integrum eademque versione redditum protulisset? Hæc repetitio diversæ versionis posteriorem additionem ex Leone sumtam declarat, qua Theodoretus omnes auctoritates a Leone propositas voluit suis anterioribus testimoniis addere, ut ne animadverterit (diversa fortassis interpretatione fucum faciente) idem Ambrosii testimonium se se jam paullo ante protulisse, ut illud repetere opus non fuerit. Quod si tria testimonia S. Cyrilli apud Theodoretum iisdem verbis Græcis exhibentur, ac in testimoniis Leonis, nihil refert: cum æque Græcus Leonis interpres, ac Theodoretus ea ex Cyrilli libris græce scriptis excerpterit.

10 Hac de re vide plura adnot. 3. in Dif. fert. I. Quesnelli ad an. 454.

tom. 4.  
pag. 95.

Testimonia PP. subjecta epist. Leonis in vulgatis Conc. Calch. non Theodoretum, sed Leonem habent auctorem. Immo Theodoretus quædam ex Leoninis testimoniis sumsit, & dialogis inseruit. tom. I. col. 1351.

(nunc 130.) quam laudat Garnerius, hoc evidentissime aperit. Tota est enim de Alexandrinis epistola. Primo capite laudat Proterii Alexandrini Episcopi fidem. In secundo monet ut paucos imperitos hæreticorum instigationibus tumultuantes ex traditione ipsius Ecclesiæ Alexandrinæ, scriptis scilicet Athanasii, Theophili, & Cyrilli doceat Proterius. In tertio queritur quod quorundam hæreticorum versuta nequitia, ad conturbandam aliorum simplicitatem, epistolam meam, inquit, quam ad beatæ memoriæ Flavianum dedi, falsasse perhibetur, ut commutatis quibusdam litteris vel syllabis, receptorem me Nestoriani erroris assereret. Obsecro, subdit ille, venerabilem clementiam vestram, ut eamdem epistolam per fratrem meum JULIANUM Episcopum, vel eos, quos idoneos ad hoc opus pietas vestra delegerit, in Græcum sermonem jubeatis integre diligenterque translata, per idoneum perlatores sub vestri signaculi impressione deferri tradendam iudicibus ALEXANDRINIS, qui eam Clero & plebi ipsius civitatis cum prædictorum Episcoporum prædicationibus, quibus mea scripta consentiunt, faciant recitari &c. Ex quibus liquido apparet totam hanc fallaciam circa Leonis scripta, Alexandrinorum hæreticorum artibus structam esse, & Juliano potius quam Theodorito adscribendam esse versionem epistolæ Pontificis. Ipse enim Theodoritus S. Leonis epistolæ subscripserat etiam ante Synodum Calchedonensem cum aliis omnibus Orientalis Diececesis Episcopis, ut narrat epistola 68. cap. 3. & epist. 70. subscripsit eidem in Synodo, ut affirmant Legati Sedis Apostolicæ act. 8. immo eam asseruerat actione 2. adversus Illyricianos & Palæstinos, quod & Facundus commemoravit. Depravatio vero epistolæ hæreticorum opus fuit.

Urget Garnerius pro sua conjectura. Nulla fit, inquit, in tota epistola sive mentio, sive promissio afferendorum testimoniorum. Responsio in promptu est: cum scripta est epistola, immo & cum primum missa in Orientem ad Synodum Ephesinam, animus non erat adjicere testimonia sanctorum Patrum, quibus doctrinam suam Pontifex muniret adversus calumnias hæreticorum. At vero cum in latrocinio Ephesino immaniter a Dioscoro sævitum esset in Episcopos catholicos & in ipsam Ecclesiæ fidem, expulsis, depositis, carisque fidei defensoribus, rejecta etiam Romani Pontificis epistola, alii postmodum Legati in Orientem missi cum epistola eadem: quam cum prævideret ab hæreticis impugnandam, eam sanctorum Patrum testimoniis & auctoritate munivit: qua permoti omnium Ecclesiarum Episcopi, ad quos eam transmiserat approbandam, ei facilius subscriberent. His testimoniis munita erat epistola cum Constantinopolim gemina Legatione annis 450. & 451. per Romanæ Sedis Legatos allata est; cum ad Paschasinum Lilybæi Episcopum jam tum ad Synodum Calchedonensem destinatum directa; cum in eadem Synodo

relecta & approbata. De hoc testimoniorum delectu intelligendum: Quod de *sufficienti paternarum auctoritatum instructione* a se directa in epistolis 52. 53. 54. 55. & 56. (nunc 69. 71. 70. 74. & 75.) vel innuitur, vel expressis illis verbis refertur. Instar omnium erit locus epistolæ 68. (nunc 88.) ad Paschasinum, quæ nunc primum edita. *Ut autem in omnibus plenius tua sit instructa dilectio*, inquit cap. 3. *sanctorum Patrum nostrorum de Sacramento Incarnationis Domini quid senserint & quid Ecclesiis prædicaverint, ut evidenter agnosceres, aliqua ad dilectionem tuam scripta transmisi, que nostri quoque apud Constantinopolim CUM MEA EPISTOLA ALLEGARUNT.*

Sed & ipsa testimoniorum inspectio Leonem clamat auctorem. Nullum enim est in Calchedonensi delectu (excepto Leporiti testimonio) quod non legatur totidem verbis, & ex iisdem locis, in epistola ad Leonem Augustum 134. (nunc 165.) ut prorsus existimandum sit ab eodem utrumque esse concinnatum; uberius quidem in 134. (nunc 165.) epistola, quia posteriora scripta prioribus auctiora esse solent.

Post primam Leonis editionem prodiit posthumum Theodoriti Auctarium Garnerio auctore, in quo eadem suæ de testimoniis opinioni inhærens scribit illa a Theodorito epistolæ S. Leonis esse subiecta, eamque epistolam his munitam prædidiis ab illo tunc missam Anatolio Patricio, tum ipsi Leoni Papæ remissam. Merum somnium: de quo ne unum quidem verbum sive in epistola 121. Theodoriti ad Anatolium, quam laudat & torquet inutiliter cap. 9. Historiæ Theodoriti num. 26. sive in aliis.

Idem in Dissert. 2. ad auctoris sui *Evangelien*, graviter objurgat me, quod imprudenter adhæserim Calvinistis duobus Albertino & Blondello, & secundum eos sententiam dixerim hac in controversia. Diceres de gravissimo ac præcipuo quodam fidei capite litem esse; cum tamen de re tenuissima agatur, quæ tam invidiosam ac inofficiosam reprehensionem ferre non possit, præsertim cum me secundum Eminentissimum Baronium sententiam dixisse, scribere potius potuerit ac debuerit. Dicam quod res est, nec Albertinum Blondellumve hoc de capite a me esse lectum, nec meam illorumque opinionem, ut a Garnerio refertur, unam eandemque esse. Illi siquidem contendunt testimonia Patrum a Theodorito allata, sumta ab eodem esse ex epistola S. Leonis. Ego vero hoc solum scripsi, *Quod si ante habita est Synodus Calchedonensis, quam scripti Theodoritiani Dialogi*, quæ Baronii opinio est, *a Synodi Actis potius accepisse censendus est Theodoritus, quam Synodus a Theodorito.* Verum neutrum ab altero mutuatum esse illa, ac præsertim Cyrilli, de quo res erat, testimonia, satis aperui opinionem meam esse, cum brevissimum a Theodorito adductum scripsi, cujus vix media pars a Leone producta esset. Ad finem capitis remiserat Garnerius quæ adversum me dicenda habe-

habebat; sed *intercidit*, inquit editores, *incertum quo casu, particula hæc hujus concertationis*. Hoc interim fatetur, me & quos carpit Calvinistas abducos esse in errorem ex iis quæ Baronius in *Annalibus mandavit scripto*.

Revera Eraniſtæ dialogos poſt Synodum Calchedonenſem ſcriptos putavit Eminentiffimus ſcriptor. Mea non intereſt iſtud vel adſtruere vel deſtruere. Licet enim dialogorum confectio toto decennio epiſtolam Leonis antevertiſſet, non propterea ſequitur ex illis ſua Leonem accepiſſe teſtimonia. Quam modo opinionem amplectendam putem, paullo inferius patebit. Sed quam veræ ſint & certæ Garnerii probationes, quibus ante annum 445. conſcriptos dialogos contendit, juvat prius inquirere.

Prima eſt petita ex epiſtola 16. Theodoriti ad Irenæum, quam ſcriptam fatetur poſt indiſtionem pseudo-synodi Epheliſinæ primum ad Antiochenum Primatem, & inde ad provinciæ Eufraſiæ Metropolitam delatam, adeoque vix ante menſem Junium anni 449. At ut demus Garnerio in hac epiſtola mentionem fieri Eraniſtæ, quid neceſſe eſt hunc librum ante quatuor vel quinque annos fuiſſe compoſitum; cum potius appareat recentem tunc fuiſſe iſtius libri, qualis qualis fuerit, compoſitionem, de quo videlicet quid ſentiret ipſe, quid alii etiam judicarent, amice tunc primum aperuerat Irenæus?

At vero, ut quod ſentio non contradicendi, ſed illuſtrandæ hiſtoriæ cauſa, in medium proferam, non de Eraniſtæ libro ſcribere ad Irenæum, ſed de alio prorfus diverſo, certum mihi videtur. Primum enim de eo opere ſcribit in quo vel ea quæſtio tractabatur, utrum Virginem Mariam *Deiparam* ſine addito dicere liceret, an non addere neceſſe *Hominiparam*, vel ſaltem sæpe sæpius Maria *Deipara* ſimpliciter appellata fuerat. At ne ſemel quidem id occurrit in tribus dialogis; altum ubique de hac quæſtione & appellatione ſilentium: nec tractanda materies id revera poſcebat.

Secundo, poſtquam aliorum reprehentionibus ſatiſfecit Theodoritus, Irenæo quoque ſcrupulum eximit: *Quoniam*, inquit, *me etiam reprehenditis quaſi ſanctos ac beatos Patres Diodorum & Theodorum in magiſtrorum numero præterierim, neceſſarium duxi de hoc etiam pauca dicere*. At de Eraniſtæ dialogis talem querelam fruſtra emiſſet Irenæus, & inutile prorfus fuiſſet Theodorito, quod *neceſſarium* hoc loco arbitrat, de duobus illis in magiſtrorum enumeratione prætermiſſis rationem reddere, aut ex aliis ſuis libris ſuam erga illos reverentiam teſtaram facere. Hæc enim omnia præſtitit in primo dialogo, in anteaſſum querelis ejuſmodi ſatiſfaciens. *Proferrem*, inquit, *etiam tibi fortiſſimorum veritatis propugnatorum Diodori & Theodori enarrationes, niſi viderem vos inſenſo in hos animo eſſe, Apollinarisſque in eos odio & malevolentia ſucceſſiſſe. Vidiffes enim hos etiam ce-*

Tom. II.

*teris conſonantia ſcriſſiſſe, & ex divino fonte fluentia hauſiſſe, rivofque & ipſos quoque Spiritus exſtiſſe. Sed hos qui em prætermittam, quia imlacabile bellum adverſus ipſos ſuſcepiffis.*

3. Opus de quo Irenæus in hac epiſtola, erat Apologeticum adverſus Catholicorum aliquos, a quibus fides Theodoriti petebatur. *Hoc etiam*, inquit, *conſiderandum eſt, cum qui accuſatur teſtes minime dubios producere oportere, quos redarguere nec accuſatorum quiſquam poſſit. Et poſtea: Si cum accuſaver, reſenſionem ſum aggreſſus, & teſtes indubitatos adduxi; quid incaſſum nos vituperant, qui horum videre nihil volunt? At dialogos adverſum hæreticos ſcriptos eſſe auctor in præfatione, immo in toto operis decurſu declarat: ubique enim ſi non actoris partes agit, ſaltem Doctōris catholici perſonam gerit. Sic in ipſo limine depingit quos refutandi in ſe provinciam ſuſcepit. Præmiſſis enim exemplis Alexandri Erari, Semei & Manetis, qui cum ex genere, vel eruditione, vel rebus præclare geſtis laude dignam claritatem non haberent, improbis ſtudiis inſignes evadere contenderunt: *Hoc ipſum*, inquit, *nonnulli nunc faciunt, qui expetendam virtutis gloriæ propter labores, qui illam præcœdunt, fugientes, turpiſſimam & miſerrimam ſibi famam pepererunt. Cum enim novorum dogmatum auctores eſſe cuperent, ex multis ſectis impietatem emendicarunt, & hanc pernicioſam hæreſim conſtarunt. Ego igitur paucis cum eis diſſerere conabor &c.**

Porro qui in his verbis Eutychnam hæreſim, ipſumque hæreſiarcham Eutychen nativis ſuis coloribus depictum non agnoſcit, is non meminit quæ de utroque Flaviano CP. in gemina ad Leonem epiſtola & in Synodo ſua Conſtantinopolitana, quid Leo ipſe, quid Calchedonenſis Synodus ſcriptis ſuis decretiſque tradiderint. Tribus enim dialogis, ipſiſque titulis præcipua Eutychnæ hæreſis capita conſiguntur, ac ipſa etiam sæpe Eutychnis verba referuntur, *Catholica fidei petra*, inquit S. Leo, *Eutychnen execrat, qui in Domino Jeſu Chriſto veritatem humane carnis evacuat, ipſum ad Mafim. Verbum in carnem aſſerit transformatum, ut naſci, nutrir, proficere, pati, mori &c. ſolius fuerit Deitatis*. En paucis verbis deſignatam trium dialogorum materiam: quibus aſſerit incommutabilem Verbi perſonam ſibi veram ſervi formam *inconfuſe* adunaſſe, ne paſſio Chriſti ſolius Deitatis fuiſſe dicatur. Similiter Synodus Calchedonenſis in definitione fidei proſcribit Eutychnen, & quicumque dicentes naturam unam eſſe carnis & Divinitatis, mutabilem & paſſibilem per confuſionem Unigeniti Divinitatem aſſerebant, ſtatuitque unum eundemque Chriſtum, Filium Dominum in duabus naturis *inconfuſe, immutabiliter, indiviſe, inſeparabiliter agnoſcendum*.

Concinit etiam Dialogiſtes cum Synodo Flaviani. Eraniſtæ enim & Eutychnis eadem prorfus loquela, uterque ex duabus naturis

Z z z z

dicit

Præfat.  
Dial. I.

Epist. 92.  
nunc 119.  
xim.

*Dial. 2.* dicit Christum, uterque duas naturas negat, vel in duabus naturis, uterque post unionem unam naturam fuisse contendit, uterque corpus Christi, corpus humanum dicere refugit.

Ex dictis veram epocham compositionis Dialogorum Eranistæ assignare facile est, nimirum inter mensem Novembrem anni 448. quo Eutyches de hæresi convictus in Synodo Flaviani damnatus est; & mensem Aprilem vel Junium anni subsequents, quo de indistincta Ephesina II. Synodo nuntium venerunt ad Euphratesiæ Metropolitanos, & postea ad Theodoritum. Statim enim atque hæresim palam professus Eutyches ab Ecclesia ejectus est, & sectam, discipulos, patronosque habuit; illum publice convincentium, istos docendos & a præcipio retrahendos pro sua caritate & forsitan rogatu Flaviani, quem familiarem habebat, aggressus est vir pro catholica fide zelo mirabili accensus.

Eodem fere tempore scripta est epistola ad Dioscorum 83. Manifeste enim exortam ac publicatam Eutychem hæresim in ea notat his verbis: *Eos enim qui dominicæ carnis ac Deitatis differentiam negant, & nunc quidem divinam naturam in carnem ajunt esse conversam, nunc vero carnem in Divinitatis naturam transisse, admirandorum Patrum istorum medicamentis curare nitimur. Aperte siquidem & duarum naturarum discrimen nos docent* (Theophilus & Cyrillus) *& immutabilitatem divinæ predicant naturæ.* Næ admiranda Garnerii subtilitas, qui tam verbis istis, quam toto Eranistæ opere, suggillari vult Cyrillum sub fictæ laudis fictique nominis larva! Non enim imprudentis modo, quod sentit Garnerius, sed imprudentis infanque fuisset ejusmodi agendi ratio.

Quibus enim verbis ridet Gennadii narrationem, qui opus dialogisticum, cum Dioscoro Theodoritus litteras excusatorias daret, ab ipso laudatum, crediderit adversus ipsummet Dioscorum scriptum esse, eadem Garnerio reddi possunt, qui adversus Cyrillum Cyrillianosque scriptum opus censet. *Næ Theodoritus fuisset aut impudentissimus hominum, qui secundum a Romano Ecclesiæ Antistitem provocasset ad legendum opus quo traduceretur Cyrillus ridicula sub persona; aut inconsultissimus, qui purgare se voluisset apud eum, quem ipse in suo Cyrillo accusaret; aut amentissimus, qui amicitiam expetisset hominis, quem ludificatur.* Quamquam merito quis excipiat, non Dialogosa Gennadio appellatos, sed alium de Incarnatione Domini librum, quem laudat ipse Theodoritus in epistola ad S. Leonem, & Garnerius inter Theodoriti Opera recenset. Nam *ratione & testimoniis Scripturarum*, mysterium Incarnationis defensum hoc opere scribit Gennadius, nulla mentione facta testimoniorum, quæ ex SS. Patribus abunde congeffit in Dialogis Theodoritus. Unde certum inter utrumque opus discrimen. Non Cyrillum igitur ejusve amicos spectant illa verba, sed Eutychem, ejusque affectas Monachos nonnullos Ægypti, quorum cum

nondum Dioscorus protectionem palam & aperte suscepisset, merito putabat Theodoritus in illo articulo temporis gratissimum fore Primate, quod adversus novellam hæresim jam Synodi auctoritate cum inventore suo repressam ad eum scribebat. Quamobrem eum confidenter hortatur, *ut eos qui veritatis dogmata corrumpere non verentur, aut salutaribus curet medicamentis, aut curationem recusantes tamquam insanabiles a caulis ejiciat.* Cyrillianos, an Eutychemianos? nemo nisi dormitans de illis cum Garnerio cogitet. Ceterum opinione sua fallebatur Theodoritus, ratus, ut ad Flavianum scribit, *se adiutorem ac socium ad ea quæ contra fidem apostolicam moventur habiturum Deo carissimum Alexandria Episcopum Dominum Dioscorum.* Jam tum enim ab eo conceptum erat consilium juvandi Eutychem ejusque partes adversus Flavianum tuendas suscipiendi.

Quod de Dialogis gemina Theodosii Augusti constitutione proscriptis ignique additis adjicit Garnerius, merum est commentum. In prima enim Theodoriti quidem nomen apparet, nec aliquod ejusdem opus appellatur. Ad secundam quod attinet, proscribuntur quidem in ea *Sermones allocutorii, sive Traditiones*; verum non magis ad Theodoritum referenda sunt hæc verba, quam ad Nestorium: *Interpretationes* (Nestorii & Theodoriti) *eorum, vel qui vocantur sermones allocutorii sive traditiones.* 2. Dubium an pro voce Theodoriti non potius legendum, *Theodori*: sic enim legitur in Concilio V. collat. 5. ubi refertur Constitutio Theodosii. 3. Certum apparebit omnibus non occupato animo hæc legentibus, *Allocutiones*, ut in Concilio V. seu *sermones allocutorios*, ut alibi, nihil aliud esse quam sermones ad populum vel alios viva voce depromptos: quod sexcentis exemplis probari possit. Sic Cyrillus Alexandrinus Theodori Mopluesteni *Allocutiones ad baptizandos* appellat. Sic Allocutio Marciani Augusti ad quartam Synodum. Et in Synodo V. proferuntur excerpta. *Ex allocutione Theodoriti dicta adversus S. Cyrillum Calchedone &c. Ex alia allocutione dicta in eadem civitate.* Et post multa: *Et iterum post mortem B. Cyrilli idem Theodoritus in allocutione dicta Antiochie presente Domino &c.* De ejusmodi allocutionibus intelligenda esse Theodosii verba, sive Theodorum spectent, sive Theodoritum, censent, opinor, mecum viri eruditi; improbabantque Garnerii interpretationem: nec magis ardebit importuna diligentia infelixque & cacozelia qua libros Theodoriti, in primis catholicos, sic insectatur ut pleraque illorum capita ad sensum heterodoxum obtorto collo trahere conetur.

Liquido igitur apparet evanida esse argumenta, quibus suam sententiam statuere conatus est Garnerius de scriptis ante annum 445. Theodoriti Dialogis; & una ruere quod idem acriter defendit, testimonia SS. Patrum epistolæ ad Flavianum subje-

sta, Theodoriti diligentia deberi, non S. Leonis.

## AD EPISTOLAM XXIX.

APUD QUESNELLUM XXVI.

Theodosio Augusto.

Col. 839.

CÆSARI THEODOSIO RELIGIOSISSIMO ET PISSIMO AUGUSTO, LEO PAPA ECCLESIE CATHOLICÆ URBIS ROMÆ. Cod. unus MS. Thuan. habet: *Gloriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto, Leo Episcopus*: quem titulum nativum esse & genuinum, Græca versio, quæ eundem exhibet, probare videtur. Priorem tamen retinimus, quem invenimus in MSS. codd. Thuan. duobus, Griman. Trecopith. Corb. Victorin. & omnibus Latinis editionibus. Cave tamen, cum legis Ecclesiæ catholicæ Papam seu Episcopum, ne idem esse putet ac œcumenicum & universalem Episcopum, quem titulum numquam usurpavit Pontifex noster, teste S. Gregorio Magno pluribus locis. Immo sæpe sæpius hac simplici appellatione contentus est: *Leo Episcopus*: vel ista: *Episcopus urbis Romæ*. Quid ergo, inquires, sibi vult illa epigrapha? Nihil aliud, quam quod de Aurelio Carthaginensi, Augustino, & Fortunatiano Episcopis Africanis in Carthaginensi colatione cum Donatistis, ita scribitur: *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ: Aurelius Episcopus Ecclesiæ catholicæ: Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit*. Tam enim S. Leo, quam alii, unum hoc in animo habuerunt, ut se se formula ista ab hæreticorum conventiculis & communionem secernerent. 1 Ecclesiæ igitur catholicæ Episcopus, est *catholicæ communionis Episcopus*, ut loquitur Epiphanius hæ. 42. Huic appellationi occasionem primi, ni fallor, dederunt Donatistæ, qui Ecclesiam in parte collocabant: quibus catholicæ Ecclesiæ nomen opponunt Ecclesiæ per orbem diffusæ assertores Episcopi. Hinc etiam Constantinus Augustus in epistola ad Anulinum apud Eusebium lib. 10. cap. 7. *Qui in provincia, inquit, tibi concredita, in Ecclesia catholica, cui Cæcilianus præest &c. Ecclesia igitur quælibet particularis, cum servat communionis & fidei catholicæ unita-*  
Tom. II.

tem, catholica nuncupatur. Quamobrem horum sancti Cypriani verborum sensum attingisse mihi non videtur vir doctissimus, qui post Pamelium similia verba Cypriani ad Cornelium ut soli Romanæ Ecclesiæ propria accipit: *Nos, inquit Novatiani conversi, Nos Cornelium Episcopum sanctissimæ* *Epist. 46. catholicæ Ecclesiæ electum a Deo ... scimus. Ed. Pa-* Manifestum enim est ex serie epistolæ illa *melii.* etiam extendi ad reliquas totius orbis Ecclesias ubique diffusas; *quæ est proprietas catholici nominis, inquit Optatus lib. 2.* Sicut enim totius est Ecclesiæ (quod maxime illi urgent) unum Deum habere, unum Dominum, unum Spiritum; ita & ad totam Ecclesiam & ad quamlibet particularem attinet, quod de uno Episcopo illic differitur. *Nec enim ignoramus, inquit iidem, unum Deum esse & unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, unum Spiritum sanctum, unum Episcopum in Ecclesia catholica esse debere.* Quod autem idem auctor ait, ideo Romanam Ecclesiam specialiter catholicam vocari, quod radix & matrix sit Ecclesiæ catholicæ; pace doctissimi viri dixerim, non est ea mens Cypriani, nec esse potuit. Non fuit re ipsa: cum enim epistola 45. ad Cornelium hæc habet verba, quæ auctor ille assumpsit, *rationem reddidisse nos scimus, & hortatos esse ut Ecclesiæ catholicæ matricem & radicem agnoscerent ac tenerent &c.* sensus Cypriani est, hortatum se esse eos, ne parti Novati adhererent, ne schisma & divisionem sectarentur; sed ut unitatem catholicam, quam Ecclesiæ catholicæ radicem & matricem appellat, agnoscerent ac tenerent. Tot sunt loca Cypriani, quæ hanc de unitate expositionem comprobent, ut in oculos omnium facile incurrant. Adeat, qui volet, Tractatum *De unitate Ecclesiæ*, epistolam ad Antonianum, & alias: ubi passim unitatem prædicat Ecclesiæ, cui tamquam radius Soli, fonti rivus, radici ramus individua unitate quisque conjungi debeat. *Avelle, inquit, radium Solis a corpore; divisionem lucis unitas non capit: ab arbore frange ramum; fractus germinare non poterit: a fonte præcide rivum; præcisus arefcet: sic & Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit, & ramos suos in universam terram, copia ubertatis extendit: profluentes largiter rivus latius expandit: unum*  
Z z z z 2 ta-

Lib. de unitate Ecclesiæ.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Etsi quilibet Episcopus catholicæ communionis sit & appellari possit *Episcopus Ecclesiæ catholicæ*; Romanus tamen Pontifex specialiter eo nomine vocatur, sicut specialiter Romana Ecclesia appellatur *catholica* ratione primatus, quia scilicet hujus primatus causa in Romana Sede, ac in ipso summo Pontifice centrum est & radix communionis & unitatis catholicæ; adeo ut, Irenæo testante, *ad hanc Ecclesiam propter potentioris principalem necessesse sit omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles*: quod Irenæi testimonium

idem Quesnellus in Memoriali septimo pag. CXXXVII. maximi faciendum monuit, propterea quod licet ille Occidentalis Episcopus fuerit, Orientalis tamen cum esset, *omnium matricum & originalium Orientis Ecclesiarum traditionem ad nos attulit*. Plura in hanc rem ex Leone, aliisque Patribus, ac ex ipso Gallicano Clero, qui *unitatis catholicæ centrum* in Romana Sede situm agnoscit, afferri possent; sed hujus loci non est lectorem pluribus distinare.

tamen caput est, & origo una, & una mater fecunditatis successibus copiosa. Illius fetu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu ejus animamur. Denique quid per matricem intelligat sanctus Martyr, epistola 71. ad Quintum declarat luce meridiana clarius. Quos, inquit, constat hic, hoc est in Ecclesia catholica, baptizatos esse, & a nobis ad hæreticos transisse, si postmodum, peccato suo cognito & errore digesto, AD VERITATEM ET MATRICEM redeant, satis sit in penitentiam manum imponere. Hoc igitur est, catholicum tenere matricem, in epistola ad Cornelium, quod hæreticum redire ad matricem, in epistola ad Quintum; hoc est, & Ecclesie catholice unitatem tenere, ut habet ead. ep. 71. & ad eam schismate postliminio reverti.

Jam vero quod proprie non potuerit Romana Ecclesia simpliciter vocari a Cypriano catholice Ecclesie matrix, manifestum est: cum potiori jure nomen istud debeatur aliis Ecclesiis apostolicis, quæ in Oriente & Palæstina primum coaluerant antequam Romanæ civitati fides & Episcopatus inferrentur. Hoc in primis convenit Jerosolymitanæ Ecclesie, quæ revera mater & matrix omnium Ecclesiarum appellatur in epistola Patrum Concilii Constantinopolitani ad Damasum, Ambrosium, & alios Episcopos Romæ congregatos. Eadem appellatione Romanam donant epistolæ Lucii I. ad Episcopos Gall. & Hispan. & Felicis I. ad Benignum; sed eas esse supposititias nemo non novit. Revera Innocentius PP. in epist. ad Decentium Episcopum recensens provincias, quæ S. Petro ejusve successoribus fidei suæ semina, Ecclesiarumque institutionem debent, nullas nominat præter Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasque interjacentes.

2. SYNODALE JUDICIUM. Ita MSS. Griman. & Thuan. pro *Synodale Concilium*, quod in Thuan. aliis duobus aliisque, præter edita omnia. Nescio an aliquod inter utrumque discrimen. Dixerit aliquis prius quod retinimus, de quacumque Synodo, sive provinciali, sive œcumenica intelligi posse; posterius plerumque de Concilio vel ex omnibus Synodis, seu œcumenico, vel saltem ex pluribus Synodis, seu plurium provinciarum Episcopis coalescente; quales erant Synodi, quibus Hilario Arelat. interdicit Leo epistola sua 10. quasque vocat *synodales conventus*, eo quod ex pluribus Synodis seu Provinciis conveniebant Episcopi sub primario Metropolitanò.

## AD EPISTOLAM XXX.

*Pulcheria Augusta.*

1. HÆc epistola alteri, quæ est 27. Col. 837. (nunc 31.) & Pulcherie itidem inscribitur, persimilis est, etsi brevior. Præfens autem videtur fuisse missa per Legatos, cum adhuc spes nonnulla restabat Leoni, ut Synodus Ephesi indicta in conventum simplicem apud Constantinopolim commutaretur, ut ex fine epistolæ conjici potest. 1 De altera vero, quæ in melioris notæ codicibus nota Consulium, diei & mensis caret, diximus, ad ep. 27. (nunc 31.) Sed ei, inquit, qui in errore est, melius consuletur, si ubi desipuit, ibidem respiscat; & ubi damnationem meruit, illic indulgentiam consequatur.

2. PRINCIPIS DISPOSITIONI. Eadem voce sæpius utitur S. Leo; sæpe etiam alii scriptores. Ad manum sunt in præfenti Matiscenensis Synodus II. sub Guntramno & Hincmarus Remensis epist. 6. cap. 26. Edit. Mogunt. Quæ vox significat Edictum Principis, ut passim videre est in Codice Imperialium: unde & dispositionum scriinium in eodem, & dispositionum comites, alibi commemorantur. Eam vocem ad ecclesiasticas suasque sanctiones traxit Pontifex noster epist. 64. 65. (nunc 84. 85.) &c. necnon & ad divina æternaque decreta, ut ep. 24. 132. (nunc 28. & 162.) & alibi.

## AD EPISTOLAM XXXI.

APUD QUESNELLUM XXVII.

*Pulcheria Augusta.*

1. UT QUOD FORMAM SERVI GESSIT, Col. 854. Variant multum codices, Thuan. Cap. 1. unus & Trecopith. *Ut in quo formam* &c. Victor. *ut quod in forma* &c. Corbejens. & Griman. *Ut quod in formam* &c. alii aliter,

2. PATRIARCHIS ET PROPHETIS IN SPECIE CARNIS APPARUIT. SS. Patres Augustino anteriores apparitiones hujusmodi plerumque tribuerunt Filio, qui sicut Patris Angelus, administer ac repræsentator ab eodem sub corporali specie missus fuerit in veteri testamento; ut, inquit, edisceret conversari cum hominibus, & ad suum conspectum homines assuefaceret. Contrariam sententiam erroris damnavit Sirmienensis Synodus an. 351. contra Photinum congregata: sed quoniam hanc opinionem Ariani in hæresis suæ patrocinium detorquebant, aliam viam ineundam esse censuit Augustinus in apparitionibus priorum temporum interpretandis, atque adeo illas Angelis esse tribuendas totis viribus

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Vide Admonitionem in epistolas 30. & 31. tom. I. col. 843.



bus contendit lib. 2. & 3. de Trinitate, & alibi, Quem plerique sequentis ævi Patres & Scriptores secuti sunt: ut mirum sit Leonem nostrum hic ab eo discedere.

Ibidem.

3. NEC UTI POSSEMUS TRIUMPHANTIS VICTORIA, SI EXTRA NOSTRAM ESSET CONserta NATURAM. Ita omnes MSS. & plures etiam excusi codices; sic vero in vulgatis: *Nec aliter possideremus triumphantis victoriam, si extra nostram esset confecta naturam.* Hanc vocem *confecta*, quam habet MS. Theodericianus, retinuissem, ut magis huic loco convenientem, nisi optimi codd. Grimman. Trecopith. & Thuanci duo legerent, *conferta*.

Ibidem.  
Cap. 3.

4. ILLUXIT. Ita Corbejens. Theodoric. Barb. & Thuan. unus: *Induxit* leg. Thuan. tres, nec non ed. Canisii & alia ad marg. sed facile unius litteræ mutatione inducta est hæc lectio, pro *inluxit*, quod sensus integritati necessarium videtur. *Indulsit* habent & vulg. edit. & cod. Grimman.

Col. 856,

5. NEC POTEST IN FILIORUM DEI ADOPTIONE CENSERI. Sic ex MSS. Thuaneis quinque, Theodoric. Barber. Trecopith. Corbejens. Grimman. & Bodlejano. Antea leg. *Nec potest filiorum Dei adoptionem consequi.*

Ibidem.

6. PRINCIPALITER SALVAT. De hac voce vide not. 3. ad epist. 10. ad provinc. Viennensis Episcop. Divinitas Christi nos *principaliter salvat*, si pretii ac meritorum dignitatem, quæ tota humanitati ex Divinitate provenit, spectemus: *Humanitas principaliter salvat*, eo quod passionis, mortisque mysteria, quibus Deo reconciliati sumus, non nisi in humana natura adimpleri potuerunt, ac proinde principium & origo salutis humanæ, ipsa est natura humana a verbo assumta.

Col. 858.

7. Nota diei, mensis & Coss. deest in MSS. Grim. Bodl. Trecopith. Victorin. Barber. & Thuaneis: ut merito huc translata mihi fuisse videatur ex breviori epist. 30. quæ ad eandem Pulcheriam iisdem die, mense & Coss. & in eadem pene verba scripta est.

I

1 Illam igitur eradendam credimus: non eam solum ob causam; sed præterea quia pluribus diebus vel etiam hebdomadibus ante 13. Junii scriptam esse apparet ex his cap. 4. verbis: *Cum*, inquit, *a tertio Iduum Majorum, quo Serenitatis ejus scripta suscepimus, major pars reliqui sit temporis absumentia, ut profectio Sacerdotum, qui negotio sufficiant, valeat ordinari.* Quis enim vero ex his non intelligat statim scriptam epistolam post acceptas imperatorias litteras, id est paullo post diem 16. Maji, & antequam Legati ad profectioem accincti essent? Prius igitur hæc missa est mense Majorum, tum alia, quæ hujus compendium est, mense Junio per Legatos directâ. Huic posteriori cogitato cédât necesse est prioris edi-

tionis conjectura, quæ suspicatus eram primam illam nihil aliud esse quam amplificatum secundæ exemplar, quod ex epist. 41. (*nunc* 45.) missum esse ad Pulcheriam constat: quia Hilario, qui eam perlaturus erat, propter Dioclori atrocina Constantinopolim pervenire non licuit.

## AD EPISTOLAM XXXII.

APUD QUESNELLUM XXVIII.

Fausto, Martino &amp;c.

Hanc epistolam relegimus ad codic. Grimman. & Thuan. unum tantum, & ad versionem Græcam: ex quibus duas lineas, quæ desiderabantur versus finem, supplevimus.

DE LATERE MEO. S. Leo I primus omnium Pontificum Romanorum de Legatis a latere missis mentionem fecit, Hujusmodi loquendi modus, quem videre est etiam epist. 31. cap. 2. ex sæcularium Principum stylo assumtus videtur ad hunc significatum, cujus rei exempla nonnulla reperies in Notis viri doctissimi Christophori Justelli ad codicem Canonum Ecclesiæ Africanæ, seu ad can. 7. Concilii Sardicensis, qui initio hujus codicis refertur, & in quo primum reperitur vox ista, *a latere mitti*, ad res ecclesiasticas translata. Quam serio considerantes Patres Africani Concilii in epistola ad Cælestinum Papam in fine codicis citati edita, hæc rescribere non dubitarunt: *Nam ut aliqui tamquam a tuæ Sanctitatis latere mittantur, nulla invenimus Patrum Synodo constitutum. E latere autem mitti*, ait Orlinus, *est velut e familia Pontificis, ex Officialibus & Procuratoribus domesticis in opus aliquod eligi & deputari.* De quo fusius idem tractat. Exercit. Eccl. lib. 1. cap. 20. & Petrus de Marca de Concord. Sacerd. & Imp. lib. 5. cap. 4. Primi tamen tam definitio Legati a latere, quam discrimen inter Legatos Pontificis & Legatos Concilii Romani, quod ex hisce verbis elici existimat, a Leonis mente aliena mihi esse videntur. Julius enim Episcopus Puteolanus horum Legatorum princeps nec e familia ejus erat, nec ex Officialibus & Procuratoribus domesticis, cum nec de ipso quidem Renato Presbytero Tituli S. Clementis istud dici possit; & indiscriminatim de iisdem aliisque duobus loquatur tam in præsentem epistola, quam in 31. Mysterio igitur, mea quidem sententia, vacant hæc verba, saltem quod ad præsentem locum attinet, nec aliud significant, quam *Hinc*, ut etiam ex versione Græca evincitur, quæ vocum istarum loco habet tantum *ἐν τῷ δευ*, *Hinc*, id est *ab Urbe*, ut habet epistola 25. ex his partibus: nec verisimile est Julianum Episcopum

Col. 859.

I

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Confer nostram adnotat. 40. tom. 1. col. 858. & Admonitionem epistolæ 30. præmissam, ubi quid de hac & antecedenti epistola

consendum sit, accuratius exquisivimus.

1 Hæc opinio refellitur adnot. 3. in hanc epistolam tom. 1. col. 859.

pum Coensem, quem hujus versionis auctorem par est existimare, quique apud Romanos multos annos egerat, formulæ hujus vim & usum ignorasse, si quid aliud in ea delituisse arcani. Immo se ipse sanctus Leo interpretatur, cum scribens rursus de iisdem Legatis epist. 33. ad Theodosium Augustum, verboque Græco prorsus concinens, habet tantum: *Ordinatis hinc fratribus meis, qui presentia mee impleant vicem*. Si quid tamen peculiare inest his vocibus, crediderim libenter, eum a latere Pontificis Romani mitti, qui ex sinu propriæ vel Ecclesiæ, vel provinciæ, vel dioceseos, ad aliquod negotium delegabatur: sicut Imperatores a Latere seu Comitatu suo aliquos in Provincias miscebant, qui & *Missi Dominici* solebant appellari,

## AD EPISTOLAM XXXV.

APUD QUESNELLUM XXV.

*Juliano Coensi Episcopo.*

Col. 875. **A**DJECIMUS. Hæc addit Græca versio: *ὡσεὶ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ χριστοῦ*; idest, *ut pro veritate humanitatis Christi*.

Ibidem. 2. IN NOBIS ATQUE IN VOBIS. Pro his verbis Græca versio habet: *ἐν πάσῃ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ*; idest, *in universa catholica Ecclesia*.

Col. 877. 3. AB ASSUMTI HOMINIS SUBSTANTIA. Græca versio addit: *καὶ ἀπὸ αὐτῆς τῆς συλλήψεως τῆς παρθένου*; idest, *et ab ipsa Virginis conceptione*.

Ibidem. 4. QUI ENIM NEGAT MEDIATOREM DEI ET HOMINUM HOMINEM JESUM CHRISTUM. Ita cod. Thuan. Griman. Corbejensis, Victorinus, Surius &c. Prius sic: *Negator enim mediatoris* &c. Græce *ὁ γὰρ ἀρνέμενος τὸν ἀληθινὸν ἀνθρώπου τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ χριστῷ*. *Qui enim negat veram Domini Jesu Christi humanitatem*.

Col. 883. 5. SIVE QUOD SOLUS AB INVIO. VIRG. SINE CONCU. EST CONCEPTUS. Ita codd. Barb. duo, Thuan. quatuor, Cantabrigens. Griman. Trecopith. In vulgatis vero: *Sive quod solus ex Spiritu sancto ab inviolata Virgine sine concupiscentia carnis est conceptus*: quod ex Græca versione assumptum est, quæ tamen vocem *carnis* non habet, uti nec Victorinus cod. cum aliis jam citatis.

Ibidem. 6. NEC DISCORDIA DESIDERIORUM GIGNEBAT COMPUGNANTIAM VOLUNTATUM. Ita ex plerisque retinimus. Cod. Griman. *Nec discordiæ desideriorum gignebant compugnantiã voluntatum*. Nihil habent Græca quod his verbis respondeat; sed Latina, quæ his adjacent, item Canisius, Sicardus, Nicolinus & Surius sic habent: *Nec discordiam desideriorum gignebat compugnantiã volunta-*

*tum*: nec inepte; cessimus tamen eodum multitudini in priori lectione retinenda, quæ & optima est.

7. EAMDEM GERENS IN VERBI DEITATE Ibidem. PERSONAM. Græca *ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἔχων ἐνθεότητι καὶ ἀνθρωπότητι πρόσωπον*; idest, *sed eandem habens in Divinitate & humanitate personam*.

8. Ante Notam Consularem Græca versio hæc habet: *Deus te servet incolumem, honorabilissime Frater*. De adnotatis autem 1 die & mense major difficultas. Nam idibus Junii seu die 13. data legitur, quam ob causam hanc ab aliis eodem die datis epistolis sejungere nefas duximus. Et tamen certum apparet post aliquot dies fuisse scriptam, nimirum una cum epistola ad Flavianum data 23. Julii, nam & illam scripsit post acceptas utriusque litteras per *Basilium Diaconem*. Is autem Flaviani litteras non attulit nisi Legatis jam ad Synodum profectis, & paucis ante 23. Julii diebus ex epist. 34. (nunc 38.) Igitur & ita ad Julianum secunda est eodem tempore scripta. Ex quo id etiam commodi accidit, quod cum gemina ad eundem eodem die scripta legatur, deinceps prior quæ 31. (nunc 34.) loco jacet 13. die Junii; posterior quæ 25. (nunc 35.) locum habet 23. Julii data habebitur. Hæc porro sic inchoatur: *Licet per nostros quos ab urbe pro fidei causa direximus* &c. Ex quibus tria verba pro fidei causa delenda censemus auctoritate septem ad minus codicum MSS. ut quæ ex Græca versione in textum Latinum irreperant, quæ versio longe plura habet a textu originali discrepantia. Observandum porro simile quid haberi in epistola 24. (nunc 28.) seu celebri illa ad Flavianum: *Ad omnem enim causam pie ac fideliter exequendam* eodum Legatos a se mitti scribit S. Leo, nulla Synodi facta mentione. Cur ita factum sit, nescio an mea me fallat hæc conjectura. Cum Leo, acceptis primis Flaviani litteris cum Gestis Synodi CP. adversus Eutychem, agnovisset hæreticum suæ damnationi non acquiescere, nec a prava doctrina resilire, immo vero multa moliri adversus Flavianum, consilium cepit mittendi Legatos quatuor in Orientem, qui vel auctoritate Pontificis Eutychem ad meliorem mentem revocarent, vel auctoritate Imperatoris reprimi curarent. Ad hunc unice finem scriptæ primum sunt epistolæ plures quæ 13. Junii datæ nunc leguntur, atque imprimis celebris illa 24. (nunc 28.) ad Flavianum; in qua reapse nihil de Synodo habetur, sed de fidei tantum causa per Legatos curanda. Talis est etiam epist. 28. (nunc 32.) ad Archimandritas CP. in qua propter causam fidei Legatos de latere suo missos scribit. At antequam Legati profecti essent, acceptæ sunt a Leone Theodosii litteræ, quibus de indi-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 De tempore hujus epistolæ, & de ejusdem versione Græcâ plura differuimus in Admonitione eidem præfixa tom. 1. col. 871.

indicta Synodo monebatur: statimque iidem Legati, qui ad fidei negotium cum Flaviano tractandum destinati erant, ad Synodum directi sunt, eorumque tardata profectio, quo novis litteris scribentis tempus daretur, vel prioribus amplificandis. In quarum nonnullis, sic Theodosii de Synodo cogenda & indicta iussis obtemperat Leo, ut tamen ad prius consilium redeat, & executioni optet mandari, ut ep. 30. *Sed ei, inquit, qui in errore est, melius consulatur, si ubi desipuit, ibi resipiscat; & ubi damnationem meruit, illic indulgentiam consequatur.* Cum autem diu ante 13. Junii, hoc est 16. Maji receptæ fiat illæ Theodosii de Synodo litteræ, ex epist. 27. (*nunc 31.*) & jam in procinctu essent Legati, integro fere mense dilata eorum profectio, & epistolæ 24. (*nunc 28.*) nota diei mutata. Ex dictis patet hanc epistolam 25. (*nunc 35.*) nativam suam sedem post trigessimam quartam (*nunc 38.*) habere.

## AD EPISTOLAM XL.

APUD QUESNELLUM XXXVI.

*Episcopis provinciæ Arelatensis.*

Col. 890.

**A**D CONSTANTINUM &c. Si talis fuisset provinciæ Viennensis status atate Leonis Papæ, qualis in 1 Notitia Sirmondi exhibetur, vix dubitari posset, quin duodecim illi Galliarum Episcopi, ad quos præsentem Leo scribit epistolam, & omnes & soli ad provinciam Viennensem pertinerent. Si enim duos adjeceris Arelatensem & Viennensem Episcopos, qui de primatu contendebant, eum invenies numerum, qui totam illam provinciam constabat, quatuordecim videlicet Episcopos, qui in Notitia describuntur, quique ad consecrationem Ravennii convenerunt. Verum aliter se res habent: nam nihil hac in re elicere possumus ex Notitia, quam Leonis atate posteriorem esse probavimus Dissert. V. parte 1. cap. 10. ac præterea Tarentasiam, quam inter Viennensis provinciæ civitates non numerat Notitia, ad eam tamen tunc pertinuisse epist. 50. (*nunc 66.*) Leonis probat: cum illam Viennensi Episcopo subiciat.

2

Ex eo tamen Episcoporum numero, quem hæc epistola exhibet, duo habemus. Primum, quod alibi jam suggestimus, nihil novi inductum esse in provinciam Viennensem, tametsi 2 Leonis Papæ decretum & Valentiniiani constitutio novum aliquid instituisent; sed omnes pro antiqua consuetudine Episcopos ad civitatem Arelatensem concurrisse velut ad Metropolim provinciæ;

omnes ad Episcopi illius ordinationem convenisse *unanimitè*; omnes ei primatum detulisse; omnes ab eo Viennensem removisse: quem videmus nec consecrationis gratiam contulisse Ravennio, nec de usurpata ab alio hacce consecratione fuisse conquestum.

Alterum, quod hinc elicimus, illud est, Rusticum, qui in hujus epistolæ inscriptione numeratur inter ceteros Ravennii ordinatores, alium esse proculdubio ab illo Narbonensi, ad quem alias scripsit S. Leo. Alterius enim provinciæ Metropolitanus, qualem se gerebat Rusticus Narbonensis, numquam se ordinationi episcopali in aliena provincia contra Canones immiscuisset, multoque minus in Viennensi, cujus Metropolitanus etiam Narbonensem provinciam sibi subjectam esse vel tunc adhuc contendebat, vel certe non ita pridem contenderat: Arelatensium enim votis plurimum suffragatus esset Rusticus, si ad Arelatensis Episcopi ordinationem convolasset, velut ejusdem provinciæ Episcopus. Deinde Rusticus Narbonensis non tertius scriptus reperiretur in hac epistola, qui alibi, vel statim post Ravennium, ut in epistola synodica quadraginta quatuor Episcoporum Gallorum ad S. Leonem, & in tertio Arelatensi Concilio, vel etiam ante Ravennium nominatus reperitur, ut in S. Leonis epist. 82. (*nunc 103.*)

Satius est ergo existimare alium a Narbonensi Rusticum huic epistolæ inscribi: quod eo lubentius credimus, quod & commune admodum est hujusmodi Rustici nomen, & plures revera legimus circa illa tempora in Galliis floruisse, quorum nonnullos commemorat Apollinaris Sidonius Epistolarum lib. 2. epist. 11. lib. 5. epist. 9. & lib. 8. epist. 11. Alius Rusticus ab his omnibus forte distinctus scripsit ad Eucherium eam epistolam, quam repræsentavit J. Sirmondus in Notis ad epist. 11. lib. 2. Sidonii.

## AD EPISTOLAM XLI.

APUD QUESNELLUM XXXVII.

*Ravennio Arelatensi Episcopo.*

1. SECUNDUM PRÆCEDENTEM NOTITIAM. Col. 891.

**S**Ita cum MS. Thuan. legendum; non vero, ut habent edita, *Secundum præsentem notitiam*. Respicit enim S. Leo ad legationem, quam S. Hilarii Arelatensis nomine, Leonis placandi gratia, obierat Ravennius tunc Presbyter; cujus occasione Romæ innotuit Pontifici; cujus *gratiam morum suorum mansuetudine & sanctitate meruisse* dicitur in libello supplici Episcoporum Gallicanorum ad Leonem, ut videre est tom. 1.

2. Mo-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Hanc Notitiam civiles, non ecclesiasticas provincias designare, ostendimus in Observat. ad Dissert. V. Quesnel. part. 2. cap. 4. Ecclesiasticas autem provincias Gallicanas ad civilem formam haudquaquam exactas ibidem

probavimus cap. 5.

2 Quatenus Episcopi Arelatensi sedis addidit in ordinatione Ravennii nulli Leonis decreto contraierint, probatum invenies in Observat. ad Dissert. V. Quesnel. part. 2. cap. 2. num. 4.

Ibidem.

2. MODESTIÆ IGITUR TUÆ NON DESIT AUCTORITAS, CONSTANTIAM MANSUETUDO COMMENDET. Ita MSS. codd. Antea corrupte: *Modestia igitur tuæ non auctoritas constantiam, sed mansuetudo commendat justitiam, lenitas temperet* &c.

Col. 892.

3. CUM VERUS RECTI AMOR IN SEMETIPSO HABET &c. Ita MSS. codd. Herovallian. & Thuaneus, cum Merliniana Isidori editione. Arridebit forsitan magis nonnullis alia hæc vulgata lectio: *Cum verus recti amor in semetipso habeat & apostolicas auctoritates & canonicas sanctiones*: sicut & placuit mihi aliquando. Sed (quod re attentius perpensa fateri cogor) sic lectio hæc mysterio vacare mihi videtur, ut meo iudicio, careat & vero sensu: etsi enim verus recti amor mentem hominis legi Dei subiciat, perfectamque inspirat pro humanis etiam præceptis obedientiam; numquam tamen vel apostolicarum auctoritatum, vel canonicarum sanctionum, quæ leges, ut ajunt, positivæ sunt, notitiam per semetipsum potest impertire. Hanc quam restitimus, lectionem confirmo auctoritate Hincmari Remensis & codicum MSS. quibus usus est. In Opusculo enim Capitulorum 55. adversus Hincmarum Laudunensem, quod trigesimo tertio loco habetur apud Sirmondum, cap. 10. refertur pannus hujus epistolæ ab his verbis: *Iusto quippe ideo* &c. ubi eadem prorsus lectio habetur.

Ibidem.

4. Hanc epistolam scriptam esse Asterio & Protogene Consulibus, hoc est an. 449. probat altera Leonis epistola ad provinciam Arelatensis Episcopos scripta eodem anno, quo Hilarius Arelatensis obiit, & Ravennius in ejus locum susceptus est. Ex quo Philippum Labbe corrigas, qui in Dissert. de Scriptoribus ecclesiasticis Hilarium Arelatensem vixisse scribit usque ad diem 5. Maji anni 454. quod falsi arguitur ex duabus epistolis ad Ravennium Hilarii successorem, & tertia ad Ordinatos scriptis hoc anno 449. ex quatuor etiam aliis ad eundem datis, annis tribus sequentibus, & ex litteris Gallicanorum Episcoporum, inter quos numeratur ann. 451.

## A D E P I S T O L A M XLIII.

APUD QUESNELLUM XXXIX.

*Theodosio Augusto.*

Col. 907.

1

QUID 1 de præsentis epistola sentiendum sit, prorsus in ambiguo est. Editionum tam Concilii Chalcedonensis, quam Operum S. Leonis procuratores censuerunt potius esse fragmentum sequentis epistolæ, quam integram epistolam; non omnia in ea coherere, nec inventam esse in MSS. codd.

MSS. quod attinet, plures nacti sumus, qui eam contineant: quos inter Thuaneus unus, alter Grimanicus noster octingentorum & amplius annorum, ut diximus, & optimæ notæ. Forsitan est exemplar epistolæ sequentis seu 40. (*nunc* 44.) quod nonnullis mutatis, miserit sanctus Leo ad Pulcheriam Augustam: nam in epist. 41. (*nunc* 45.) quam ad eandem scribit de Ephesino latrocinio, se ejusmodi exemplar mittere testatur. Plurima tamen sunt in quibus ambæ discrepent.

Hanc enim primam suo tantum nomine scribit S. Leo; alteram quæ sequitur, suo & Concilii Romani nomine. In illa magnam ex sua auctoritate capit fiduciam, pro defendenda per se veritate; in hac sumit ex litteris Imperatoris fiduciam fidei & pacis per ipsum defendendæ. In hac ultima ait sibi quæ Ephesi gesta erant, narrata esse ab Hilario Diacono, qui solus effugerat; prior illa, ab ipsis etiam Reverendissimis Episcopis, qui a Sede Apostolica missi erant, hæc nuntiata fuisse affirmat; quod falsum est, cum unicus Episcopus missus fuerit ad orientales partes, Julius scilicet Puteolanus, quem etiam suspicamus diem ultimum obiisse antequam Ephesum perveniret. Præterea uni epistolæ subjecti exemplar Canonum Nicænorum seu potius Sardicensium; alteri non item. Denique nonnulla sunt in illa epistola, quæ truncatam eandem fuisse arguant, vel nondum perfectam & absolutam; ut potius sit rudis aliqua epistolæ delineatio, quam epistola ceteris accensenda. Manifestus enim hiatus apparet in loco punctis notato: & paulo inferius hæc leguntur: *Pro supradicti Sacerdotis arbitrio* &c. nulla prius facta mentione Dioscori, quem hæc verba indicant in altera epistola. Quicquid sit, eam e numero epistolarum subtrahere nolimus, suum cuique de ea iudicium liberum permittentes.

Hujus epistolæ initium assumptum est ab Impostore Isidoro ad construendum caput fictitiæ epistolæ 2. Dionysii I. Pontificis Romani ad Severum Episcopum, & fictitii rescripti Liberii Papæ ad Athanasium Alexandrinum & alios Ægypti Episcopos.

## A D E P I S T O L A M XLV.

APUD QUESNELLUM XLI.

*Pulcheria Augusta.*

HUJUS epistolæ versionem Græcam edit Joan. Cotelerius ex MS. cod. Regio 1026. ubi ad hæc verba: 1 *Pro fide regia*, quæ restitimus ex MS. Grimanico & aliis, (nam antea legebatur *Pro sede regia*) Græca habent *ὕπερ τῆς Ρωμαίων πίστεως*: *Pro fide Romana*: sane contra mentem Leonis, qui

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Ut difficultates hic propositæ disjicerentur, quid in hac epistola edenda præstiterimus, vide Admonitionem tom. 1. col. 893.

1 Confer adnot. nostram 8. in hanc epistolam tom. 1. col. 921.

qui hortatur Pulcheriam, ut *pro fide*, hoc est, secundum eam qua pollet fidem, seu vigore illius fidei novellis erroribus resistat.

## A D E P I S T O L A M L I I I .

seu

## A D F R A G M E N T U M E P I S T O L Æ

*Anatolii CP. Episcopi ad S. Leonem.*

APUD QUESNELLUM POST EPIST. LI.

Col. 953. 1. **H**OC præclarum epistolæ fragmentum ex Regio codice MS. num. 94a. eruit vir doctissimus Joannes Baptista Cotelarius, & inter Ecclesiæ Græcæ monumenta tom. 1. pag. 66. excudi curavit anno 1677. biennio post primam Leonis nostri editionem. Monet in Notis conferendum cum his quæ Sozomenus habet lib. 7. cap. 8. de electione Nestarii Constantinopolitani pariter Episcopi. Non debuit porro in hac editione omitti hæc epistolæ particula, nec alium locum fortiri, cum de illa in consequentibus epistolis mentio habeatur, & tunc primum recepta esset a Leone cum ad Theodosium, Pulcheriam, alioque epistolas 52. 53. 54. (nunc 69. 71. 70.) &c. scribebat Pontifex 16. Julii. Ad illam respiciunt earum aliquæ; nonnullæ expresse etiam meminerunt: sic enim ep. 53. (nunc 71.) ad Archimandritas: *Ipse Constantinopolitanus Episcopus & hi qui eundem consecrarunt, præter id quod ad ordinationem novi Antistitis pertinebat, nihil nobis de compressis, vel abdicatis erroribus indicarunt.* Ex quibus cum fragmento collatis docerem, 1. circa \* hæc tempora ad meliorem vitam transisse sanctum Flavianum. 2. ante illius obitum, Anatolium nec electum, nec ordinatum: electionem enim, nulla mora interposita, secuta est ordinatio. 3. non solum Anatolium, sed ejus etiam ordinatores ad S. Leonem litteras ordinationis indices misisse.

## A D E P I S T O L A M . L I X .

APUD QUESNELLUM XLVI.

*Clero & Plebi Urbis CP.*

Col. 975. 1. **P**LEBIS ACCLAMATIONIBUS. Plebis suffragia in electionibus Episcoporum olim intervenisse, vel ex uno Leone nostro perspicuum est: eadem pariter in translationibus admitta fuisse, æque certum ex Histor. Miscella lib. 20. cap. 23. In depositionibus autem Episcoporum seu approbandis seu improbandis locum habuisse ex his verbis discimus. Hoc sæpe acclamationibus populi fiebat; quæ cum seditiosæ erant ac tu-  
Tom. II.

multuosæ, merito rejiciebantur, & revera prohibentur a sanctis Patribus, qui electiones per hujusmodi acclamationes factas rescissas volunt; ut in Calchedon. act. xi. & apud Palladium in Vita Chrysofomi cap. 13. & sequent. Cum vero modeste & ex ardore fidei vel justitiæ acclamatur a populo; tunc, ut hic a Leone prælitum, & approbata, & in scrinia etiam ecclesiastica sunt redacta ejusmodi acclamationum vota. Harum porro usum ab Ethnicis ad Christianos, & a rebus civilibus ad ecclesiasticas translatum fuisse, apposite notavit vir doctissimus Franc. Florens ad Titulum 7. *De Translatione Episcopi.*

2. UT NEC AB INFANTIUM LINGUIS VERTITAS CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI INTER COMMUNIONIS SACRAMENTA TACEATUR. Locus ita necessario restituendus ex codd. Griman. Barber. Trecopith. & Thuan. tribus. Quartus Thuan. leg. *inter communia Sacramenta*: vulgata vero lectio, quæ habet, *neq. . . . inter communis sacramenta fidei teneatur*, absurdum omnino sensum continet, & a Leonis mente remotissimum. Alludit porro ad veteris Ecclesiæ ritum, & ad ipsa Ambrosii verba, quibus ritus ille nobis exponitur lib. 4. de Sacram. cap. 4. *Non otiose cum accipis, tu dicis, Amen, jam in spiritu confitens, quod accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos, Corpus Christi: & tu dicis, Amen, hoc est, verum.* Et Leo ipse Serm. 5. de jejun. x. mensis: *Hoc, inquit, ore sumitur: & frustra ab illis Amen respondetur, a quibus contra id, quod accipitur, disputatur.* Porro cum tam Ambrosius, quam Leo non nisi ab accipientibus corpus Christi Amen responderi solitum asserant, & illud ab infantibus inter communionis mysteria pronuntiari Leo dicat, ab iisdem quoque accipi ac manducari consuevisse corpus Christi, consequens esse mihi videtur. Quam consuetudinem testatam pariter nobis reliquit sancti Cypriani epistola seu lib. de lapsis paullo ante finem, quem locum commentatur sanctus Augustinus epist. 23. ad Bonifacium. Sed quod epist. 107. ad Vitalem habet de iisdem parvulis corpus & sanguinem Domini sumentibus vel non sumentibus, utrum de manducatione ipsorum infantium ore facienda, an aliter intelligendum sit, manifestum esse non existimo.

3. SUPRA OMNEM ECCLESIAM. Ita cum Ibidem. vulg. Paulli editione MSS. cod. Griman. Victorin. Trecopith. & Thuan. unus. Sed Corbejens. & tres Thuan. & edit. vulg. Leonis ad marginem habent, *Supra omnia Ecclesiæ juxta textum Græc. ὑπὲρ πάντα τῆ ἐκκλησίᾳ.*

4. MANICHÆI. Non quod de Divinitate Col. 980. saltem Christi sane sentirent: multis enim Cap. 5.

A a a a fabu-

## E D I T O R U M A D N O T A T I O N E S .

\* De tempore mortis S. Flaviani, ordinationis Anatolii, & epistolarum, quæ in ejus ordinatione ad S. Leonem scriptæ fuerunt, vi-

de Admonitionem huic Fragmento præfixam tom. I. col. 951.

fabulis hanc suam confessionem aspergebant, ita ut Christum assererent fuisse illum, quem dicit nostra Scriptura serpentem &c. ut ex August. hær. 46.

Ibidem.

5. APOLLINARISTARUM. Quæ de his habet sanctus Leo ab Aug. hær. 55. mutuatus est; sicut Augustinus ab Epiphano lib. 3. contra hæres. tom. 2. hær. 57. sive 77. quæ est Dimoeritarum, ubi prolixam sancti Athanasii Alexandrini ad Epistetum refert epistolam. Tres illas Apollinaristarum partes aliter dinumerat, ac distinguit Epiphanius. Prima enim secundum ipsum affirmabat Christum corpus e cælo detulisse. 2. Christum animam non assumpsisse: *quia vicem ejus expleverit ipsa Divinitas*, inquit Leo noster ferm. 4. in Nativitate Domini: ubi hanc solam recenset Apollinaris sententiam, ut verisimile sit alia hujus hæresis capita discipulorum ejus fetum esse. 3. denique ejusdem Christi corpus Divinitati consubstantiale non dubitarunt asserere.

Col. 981.

6. Nota 1 diei, mensis & Consulium, quibus data est epistola, carent MSS. Grimman. Barber. Trecopith. Victorin. & e Thuanis aliqui: item Merlini & Crabbi edit. Hinc mihi facile persuadeo adjectitiam esse illam quæ vulg. edit. apponitur: *Idibus Octobris*. 2. Iisdem Idibus & Coss. data reperitur altera ad eosdem Constantinopolitanos; ut probabile non sit hanc datam esse eodem die. Inter eas hoc discrimen intercedit, quod brevior illa non a S. Leone solo scripta sit, sed etiam a Synodo Romana, quæ vel occasione latrocinii Ephesini, vel pro more ad tertium Kalendas Octobr. ut ex epist. 16. cap. 6. colligitur, convenerat. Hanc vero prolixiorum suo ipse nomine scripsit, ut ex serie epistolæ constat, a cujus titulo rejicienda sunt illa verba: *Et sancta Synodus, quæ in urbe Roma convenit*, sicut rejecimus auctoritate MSS. Grimman. Corb. Trecopith. & Thuan. in quibus desiderantur. Scripta est proculdubio post epist. 39. & 40. (*nunc* 43. & 44.) quibus Concilium ab Imperatore indici postulat: de sua enim petitione monet Constantinopolitanos in fine hujus epistolæ. 3. Prima scripta est statim post acceptam Ephesini turbinis notitiam; & antequam litteræ & acclamationes Constantinopolitanorum ad Leonem essent delatæ: secunda non nisi acceptis his litteris data est, ut ex cap. 1. patet: atque adeo aliquanto post tempore. Revera non videtur ullus de Flaviani morte nuntius Romanam pervenisse 2. ante mensem Julium anni 450. Raræ litteræ hujus anni ante diem

2

16. Julii, quo tempore scribens S. Leo ad Theodosium Augustum de Anatolio recens ordinato (*Qui Constantinopolitanæ Ecclesiæ caput presidere*) innuit tum primum factum se fuisse certiorum seu de Flaviani obitu, seu de successoris ejus ordinatione.

A die Octobris 15. anni 449. ad decimum septimum Martii sequentis anni 3 duæ solummodo Leonis epistolæ comparant in Orientem scriptæ, una ad Pulcheriam, altera ad Martinum & Faustum Presbyteros, nec alias usque ad diem Julii 16. habemus. Porro in epistola ad Pulcheriam nihil de Flaviani morte: ex quo promptum est arguere nihil itidem de ea scriptum a Pulcheria. In altera testatur se nondum certiorum factum esse de receptione litterarum a Synodo Romana scriptarum die 15. Octobris superioris anni. Quod argumento est nihil tunc adhuc auditum Romæ de novo Ecclesiæ CP. statu. Ex quo rursus infero Theodosii litteras ad Valentinianum & Augustas Romam mense Martio nondum allatas. Siquidem ex litteris ad Liciniam Eudoxiam scriptis apparet, Flavianum ex hac vita morte sublatum eo tempore fuisse, ita enim Græca latine reddi debent: 4 *Flavianus memoratus divino iudicio ab humanis rebus ablatus est, quatenus totius dubietatis contentio a sacris remouetur Ecclesiis*. Porro vix credibile est tam sero fuisse a Theodosio responsum, cum a 15. Octobris ad 17. Martii quatuor integri menses currissent. In secunda primæ fit mentio tamquam antea scriptæ, & per alios nuntios missæ: ut manifestum sit hanc non eodem die datam esse, sed aliquanto post Idus Octobris.

3

4

## A D E P I S T O L A M LXV.

## SEU AD PRECES

*Episcoporum Provincia Viennensis sancto Leoni Papæ oblata.*

APUD QUESNELLUM POST EP. XLIX.

**F**idem supplicis hujus libelli, quem Gallicani Episcopi ad sanctum Leonem pro Arelatensis Ecclesiæ privilegiis miserunt, in dubium revocant viri insigniter eruditi Jacobus Sirmondus, qui illum velut supposititium diverso a germanis monumentis characterè excudi curavit in tom. 1. Concil. Galliæ, & Joannes Launojus in Dissertatione de duobus Dionysiis; & aliquot alii.

Col. 993.

E con-

## E D I T O R U M A D N O T A T I O N E S.

1 Confer adnot. 3. & 48. in hanc epistolam tom. 1. col. 975. & 981.

2 Circa Aprilem an. 450. S. Leonem accepisse nuntium non solum de Flaviani morte, verum etiam de ordinatione Anatolii coniecimus adnot. 2. in Dissert. I. Quesnelli ad eundem an. 450. ubi etiam rationem attulimus, cur S. Pontifex responsum hac de re

ad Theodosium distulerit.

3 Ante duas epistolas hic memoratas alia exstat epistola 54. ad Theodosium scripta mense Decembri anni 449. ut vidimus adnot. 8. in epist. 54. tom. 1. col. 957.

4 Hunc locum aliter explicavimus adnot. 5. in hanc epist. 64. tom. 1. col. 991.

E contra vero ut genuinum opus suscipitur a doctissimo viro Henrico Valesio in Notis ad Socratis Histor. lib. 2. cap. 29. aliisque ecclesiasticis scriptoribus. Et certe nihil est, meo quidem iudicio, unde ei merito suppositionis nota inuratur, sive stylum attendas, sive res ipsas spectes, quas in his precibus Gallicani Antistites edisserunt: nec ulla etiam apparet ratio, qua valide satis præclari hujus ecclesiastici monumenti fides concuriatur.

1. Tota hujus libelli series sibi optime cohæret, nec aliquid uspiam occurrit, in quo eorum, a quibus conscriptum fuit, ingenium, sinceritas, prudentia, industriaque desiderentur, ut desiderantur plerumque in scriptis fictitiis. Cum enim ab homine cordato & liberali indole prædito alienissimum sit hujusmodi opusculis confingendis manum admovere, sit plerumque ut talia scripta vel ex pannis sibi invicem assutis compingantur, vel ubique incompositis barbarisque vocibus, anachronismis, aliisque similibus scateant *vobis* indicis; ita ut sæpe illorum suppositio in oculis etiam minus perspicaces facile incurrat.

2. Numquam hujusmodi scripta fingi solent, nisi ut nonnullum ex iis patrocinium desperatæ alicui causæ conquiratur. Parum autem caute consulisset scripti hujus artifex Arelatensis Ecclesiæ privilegiis, si ex precibus eorum nomine oblatis, qui illius causam defendendam susceperant, eadem privilegia confirmari posse sibi persuasisset. Quis enim ex partis unius præjudicio sententiam adversus litigantem alterum decernat? Certe si aliquid confingendum habebat Arelatensis causæ patronus, id illius nomine promulgandum erat, cujus iudicium postulabatur; & longe gravioris momenti fuisset alicujus Pontificis Romani decretum, in quo omnia eadem argumenta, quæ continentur his precibus, exponerentur, quam preces ipsæ, quæ præter rationes, quibus fulciuntur, nihil nisi supplicantium vota exhibent, nec ulla propria pollent auctoritate.

3. Dicant velim, qui scriptum istud falsitatis arguunt, quo tempore, qua ætate proculsum fuisse putent? An Leonis & Ravennii? At quidni potius veræ preces & genuinæ oblatae fuisse creduntur, quam alia mala arte existentur confictæ? cum nihil obstat; sed constet e contra de hoc eodem argumento a Gallicanis Episcopis datas esse ad Leonem epistolas. An sæculis Leone & Symmacho posterioribus? Verum post utriusque hujus Pontificis decreta, quorum auctoritate attributis Arelatensi & Viennensi certis Ecclesiis, tota hæc controversia composita est, numquam Arelatensis sibi arrogare tentavit trium illarum provinciarum ordinationem, quarum libellus mentionem facit, ut omnino superfluum videretur preces condere nulli usui profuturas. Si quæ enim posthac motæ sunt rixæ inter utrumque illum Episcopum, inde natæ sunt, quod alteruter eas Ecclesias invadebat, quas

Tom. II.

alteri subjectas esse decreverant summi Pontifices mox laudati.

4. Nihil fere toto hoc libello occurrit, quod antiquitatem non redoleat, illius ævi stylum, qui & in Leonis epistolis & in aliis coævus Galliæ nostræ monumentis passim usurpatur, ut sunt voces *Apostolatus*, *summum Sacerdotium*, & *summum Pontificium* cuilibet Episcopo attributum, ut ipse Leo habet initio epistolæ 37. (*nunc 41.*) ad Ravennium; *Corona vestra*, quod & tres Gallicani Antistites, Ceretius, Salonius, & Veranus in sua ad Leonem epistola assumunt; *Sacerdos* pro Episcopo ubique; *Auctoritates Sedis Apostolicæ* pro Decretis; *Apex sanctæ dignitatis*; *ordinandi pontificium*; *primatus*; pro metropolitico jure; *Potestates* pro Magistratibus; *Potestate propria gubernare*, *sub omni ecclesiastica regula continere*, *ad suum pontificium revocare*. Sed & totus orationis textus antiquam eam & genuinam esse clamat ac suadet, cuivis attentius ac seposito omni mentis præjudicio perlegenti.

5. Nonnulla sunt in ea epistola, quæ reconditoris sunt eruditionis, quam ut a doctulis ac recentioribus impostoribus fraudem meditantibus usurpari potuerint. Tale est, quod ait: *Ostentare voluit insignia dignitatis, Consulatum suscepit & dedit*, de quo inferius dicemus. Alia sunt etiam quæ fingere vix in mentem cujusquam venissent, & quæ scribentis bonam fidem scriptique sinceritatem arguunt, quale est quod de *anni presentis*, quo scribebant, *penuria* dicitur.

6. Hoc moris est spuriorum scriptorum auctoribus, ut quia fraudem potissimum moluntur, hujusmodi scripta hac de causa ubique magna ambitione disseminent, ne quem lateat, quod omnibus, etiam arte pessima notum fieri discipiunt, Unde fit ut numerosa spargantur eorum exemplaria, quæ frequenter postmodum occurrunt in Bibliothecarum codicibus: nihil tale Arelatensis provinciæ Libello contigit; cum e contra ad nostra usque tempora in Arelatensi archivo delituerit, e quo uno nuper depromptus est & ab Eminentiss. Card. Baronio suis Annalibus insertus.

Denique argumenta omnia quæ a doctissimo antiquitatis scrutatore adversus has Preces instruuntur, talia esse mihi videntur; ut ex his quæ jamjam dicturi sumus, ab unde sibi satisfactum confessorus sit, ut spero, vir veræ opinionis amantior quam suæ.

1. *Nulla*, inquit, *in libello supplicii honorifica Papa illius, cui mittitur, inscriptio*: Sed quid si scribæ unius oscitantia ommissa est? Cum enim ex unico exemplari desumptæ sint Preces istæ, quid ab aliis factum sit non apparet: nec fas est adversus scriptum hujusmodi ex leviculæ omissionis præjudicio quicquam decernere. Adde quod aliter epistola per tabellarium mittenda; aliter supplex libellus per Presbyterum & Diaconum Legatos offerendus ordinatur. Denique tantum abest ut suppositionis argumentum sit

splendarum hujusmodi inscriptionum omisso, quin potius scripti sinceritatem evincit: cum plerumque non nisi fraudis faciendæ gratia operosius adornari & ad fucum componi soleant hujusmodi tituli, ut testes sunt Isidori pseudo-epistolæ: ejusmodi titulos laudatus scriptor non semel genuinis etiam epistolis ex malo consilio adscriptos comprobatur.

2. *Sine Consule & die*, inquit, *apparet scriptum illud: quæ duo publicis monumentis auctoritatem vindicant.* Et hoc pariter magis epistolæ convenit, quam supplici libello. Deinde tot sunt indubitæ fidei monumenta, in quibus hujusmodi consuetudini derogatum est, ut ex illius omissione nihil certi statui queat. Hac uti annotatione inter Episcopos Romanis familiare magis erat, quam aliarum regionum Episcopis. Vix enim in Orientalium, Africanorum, Hispanorum, Italorum & Gallicanorum Episcoporum epistolis talis usquam formula conspicitur. Ubi enim, ne a Leonis ætate recedamus, ubi consularis nota in epistolis Augustini Africani, Flaviani Constantinopolitani, Ambrosii & Eusebii Mediolanensium, Paschasii Siculi, Proterii Alexandrini, Cereii, Salonii, Veranique, inque aliorum plusquam quadraginta Gallorum synodica ad Leonem epistola?

3. *Nihil*, inquit, *in hoc libello deprehenditur, quo Leoni potius quam Anastasio vel Symmacho nuncupetur.* Immo vero plura sunt quibus id deprehendatur; hæc videlicet: *Ordinationem, qua sanctus Frater & Coepiscopus noster Ravennius in civitate Arelate post transitum beatæ recordationis Hilarii Episcopi, concordantibus omnium votis ad summum pontificium, Domino favente, pro- vectus est, missis continuo litteris Apostolatu vestro indicare curavimus. Quibus a beatitudine vestra tanta dignatione & caritate fuisse responsum, immensas gratias agimus. Et postea: Notum licet nobis ante jam fuerit, prædictum sanctum Fratrem & Coepiscopum nostrum maxime Coronæ vestre gratiam morum suorum mansuetudine & sanctitate meruisse.* Ex his, inquam, manifestum est uni Leoni nostro offerri potuisse libellum hunc supplicem. Sub quo enim Romano Pontifice & Hilarius Arelatæ decessit et vita, & Ravennius ordinatus est in ejus locum, nisi sub Leone I.? Cui, nisi Leoni, hujus ordinationis nuntius missus est a Gallicanis Episcopis? A quo de eadem responsum est illis Antistitibus, nisi a Leone? Cui morum suorum mansuetudinem probavit Ravennius? A quo impense dilectus? Cujus meruit gratiam, nisi Leonis nostri, ad quem ab Hilario Pontifice missus est cum Constantio, ut Romani Pontificis animum occasione depositionis Celidonii exasperatum

deliniret, teste auctore Vitæ sancti Hilarii Arelatensis? Quem insuper infensum habuit Ravennii prædecessor Hilarius, nisi sanctum Leonem Magnum? Omnia ergo illi sententiæ suffragantur, quæ libellum Leoni directum fuisse asserit.

4. Ex his libelli verbis argumentum contra libellum ipsum eruit idem vir doctissimus: *Omnibus enim regionibus Gallicanis notum est, sed nec sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ habetur incognitum, quod prima inter Gallias missum a beatissimo Petro Apostolo sanctum Trophimum habere meruit Sacerdotem &c.* At istud, inquit, tam obscurum, quam quod obscurissimum: etenim nullus est Græcus vel Latinus, Gallus vel Italus scriptor, qui per annos a Christo sexcentos huic rei fidem faciat.

Sed quid mirum, si quod illa ætate manifestissimum erat, successu temporis, milleque ac ducentorum annorum interstitio evaserit tam obscurum, quam quod obscurissimum? Quamquam nec istud hodie obscurum esse ultro fatebitur vir doctissimus, si meminerit se tam ex auctore Vitæ sancti Saturnini, quam ex Gregorio Turonensi pro certo asseruisse, prima fidei christianæ semina jacta fuisse in Gallicanis regionibus a sancto Trophimo ejusque sociis sex, quos huc transmisit Sedes Apostolica: quos omnes primum Arelatem appulisse, ibidemque commoratos esse, dubitari vix potest, cum inter Provinciæ Romanæ civitates illa emineret: nam non solum maris vicinia, sed, ut legimus in Constitutione Imp. Honorii & Theodosii ad Agricola præfectum Galliarum, qua in ea civitate Conventum provinciarum fieri præcipit: *Decursus Rhodani & Tirrhæni recursus necesse est ut viciniam faciant ac pene conterminum, vel quod iste præterfluit, vel ille quod circum, ita ut ad hanc urbem velo, remo, vehiculo; terra, mari, flumine deferatur quicquid singulis nascitur.*

Præterea si per sexcentos a Christo annos nullus auctor huic rei fidem præstitit, unde illam hausere auctores duo laudati, quos pro impostoribus habere nemo volet? Sed ætati neque hi, neque alii de ea re quicquam scripto tradidissent; quam multa sunt, quæ per Ecclesias quasi vivæ vocis manu traduntur posteris, & ad remotiores usque transmittuntur ætates?

Video quid diligentissimum antiquitatis indagatorem aliosque auctores angat in hac libelli parte, hoc nimirum est, quod injecta beati Petri mentio, Apostolo ipsi sancti Trophimi missionem tribuere viderur: quod a veritate alienum esse existimant. Et hoc ego falsissimum puto: sed non is est, opinor, illorum verborum sensus, quem prima fronte præ se ferunt. Tam solemne enim

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Vide adnot. 10. in hanc ep. 65. tom. 1. col. 994. ac præsertim Observat. ad Dissert. V. Quæsn. part. 2. cap. 2.



enim est ac usitatum apud scriptores ecclesiasticos, ut pro Apostolica Petri Sede, ipsum Petri Apostoli nomen usurpent, ut nihil fere magis legenti sit obvium. Hoc etsi vel monuisse sufficiat, nonnulla tamen exempli magis quam probationis gratia adduco. Bonifacius Papa in epistola ad Rufum Thessalonicensem apud Holstenium & in ultima Conciliorum collectione scribit: *Ita quippe vice sua beatus Apostolus Petrus Ecclesie Thessalonicensi cuncta commisit &c.* Idem in epistola ad Episcopos per Thessaliam constitutos: *Scitis*, inquit, *beato Petro utrumque possibile*, id est, *in mansuetudine mites, in virga superbos arguere*. Item in epistola ad Rufum & ceteros Thessalonicensis Vicariatus Episcopos, *a beati Petri communionem se jungi*, idem est ac ab Apostolicæ Sedis communionem secerni. Posterioribus etiam sæculis Nicolaus I. epist. 24. *Beatissimo Petro Apostolorum Principi contradicere nullus præsumat*. Sed ne extra proprios veluti fines Leonisque epistolas evagemur, nonne hæc legimus hoc eodem sensu in epistola 10. ad Viennensis provinciæ Episcopos adversus sanctum Hilarium Arelatensem? *Ita*, inquit, *sua vos cupiens subdere potestati, ut se beato Apostolo Petro non patiatur esse subjectum*. Et postea: *Ipsius quoque beatissimi Petri reverentiam verbis arrogantioribus minuendo*. Et in epistola 41. (nunc 45.) ad Pulcheriam Augustam c. 3. *Pietas*, inquit, *tua supplicationem nostram apud clementissimum Principem, sibi specialiter a BEATISSIMO PETRO Apostolo legatione commissa, dignetur asserere*. Mitto sexcenta testimonia his similia. Hæc igitur libelli verba nec ejus auctoritati quicquam derogant, nec Gregorio Turonensi veræque epochæ adventus septem primorum Episcoporum in Gallias, quam viri eruditissimi amplectuntur, adversari ullatenus videntur.

2 5. Urget sequentia verba: *Et 2 exinde aliis paullatim regionibus Galliarum donum fidei & religionis infusum &c.* Pugnans hæc, inquit, cum Innocentio PP. ita scribente in epistola ad Decentium Eugubinum Episcopum: *Cum sit*, inquit, *manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, Insulasque interjacentes nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus aut ejus successores constituerint Sacerdotes*. Ista profecto non nocent: quis enim non videat ex his indistincte & confuse positis nihil certi vel clari posse elici, quod ad exactam historię notitiam conferat? Quis non fateatur multa hic Innocentium 3 paullo commotior factum more oratorio conglobare ad Romanorum privilegiorum defensionem? Aut quis demum non advertat ita contextum esse Pontificis hujus sermonem, ut eum di-

sributive ac relative, quemadmodum loqui solent, sumi velit? Non enim frustra de sex diversarum regionum Ecclesiis differens, eas omnes a solo Petro aut ab Episcopis ab eo missis institutas esse asserere noluit, sed addidit, *aut ejus successores*: indicare scilicet volens, non omnes illas a Petro, sed aliquas earum ab ejus successoribus fuisse fundatas: quas inter Gallicanæ proculdubio numerandæ sunt, etiam doctissimo eodem viro assertore. Jam vero etsi absque Romanæ Sedis præjudicio possit asseri, post constitutam Arelatensem Ecclesiam opera sancti Trophimi a Pontifice Romano missi, alias complures intra Gallias ipsas erectas ab eo fuisse; hoc tamen Gallicani Episcopi non asserunt in suo libello: sed tantum, *exinde*, hoc est, ex civitate Arelatensi, ut scriptor idem interpretatur, *aliis paullatim regionibus Galliarum donum fidei & religionis infusum fuisse*: quoniam ex illa urbe & ex Trophimi seu consilio, seu mandato, alii sex viri, qui cum eodem illic apulerant, se se ad alias regionum illarum civitates contulerunt, postquam ex illa Metropoli, velut ex quadam specula, opportunitatem exploraverunt, prospexeruntque quid magis religioni christianæ & Galliarum salutem conveniret, quæ & quo tempore civitates, quæ loca illis prius essent adeunda.

Adverto pro majori hujus loci elucidatione, cum Galliarum hic mentionem faciunt Episcopi, non esse necessario de omnibus id Galliarum regionibus intelligendum, sed tantum de Narbonensi solida, quæ primum a Romanis in Provinciam redacta, Provinciæ Romanæ nomen obtinuit, & sæpe simplici Galliarum nomine decoratur. De quo quia alibi fusius egimus, non est quod hic diutius immoremur.

6. Ex aliis etiam his verbis impostorem se ipsum prodere existimant: *Cui (Arelatensi Episcopo) id etiam honoris dignitatique collatum est, ut non tantum has provincias potestate propria gubernaret, verum etiam omnes Gallias sibi Apostolicæ Sedis vice mandata, sub omni ecclesiastica regula contineret*. Manifeste, inquit auctor laudatus, qui hujusmodi Preces conscrinavit, posteriorem se indicat fuisse Cæsario, Auxanio, Aureliano, aliisque Arelatensibus Episcopis, quibus Romani Pontifices suas in Gallia vices posterioribus Leone sæculis demandaverunt: ante hos enim nihil tale commissum legitur Arelatensibus Episcopis vice Pontificis Romani.

Fateor plus aliquid difficultatis subesse his verbis, non tantum tamen, ut propterea rejiciendæ sint istæ Preces. Primum enim, cum Episcopi Gallicani sua sibi jura facta testaque maxime vellent, officiosis verbis demul-

---

 EDITORUM A DNOTATIONES.

2 Confer idem cap. 2. Observat. in part. 2. Dissert. V.

3 Rem ipso facto manifestam Innocentius re-

fert. Cur ergo hic Pontifex paullo commotior factus more oratoris multa conglobare dicatur, nihil est.

demulcent Pontificem, qui imperatoria potestate fultus, graviter illa privilegia concutere jam cœperat, nec aliter quam demissis officiis placari poterat. Ceterum, quod de mandata Arelatenfibus olim Episcopis Apostolicæ Sedis vice fatentur, eodem fortasse sensu intelligunt, quo sanctus ipse Leo apostolicam legationem beatissimo Petro Apostolo Pulcheriæ Imperatrici commissam scribit in epist. 41. ( *nunc* 45. ) mox laudata: quia videlicet tam in indicando Paschatis die, quam in aliis negotiis intra Gallias occurrentibus, ad Arelatensem semper Episcopum suas litteras dirigere consueverant, ut ad Galliarum Primatem, Deinde quamvis hodie non appareant Pontificum Romanorum epistolæ, quibus suas vices expresse committere voluerint Arelatenfibus Episcopis, non satis est, ut mihi videtur, ut id numquam factum pronuntietur, cum pleraque hujusmodi monumenta ecclesiastica injuria temporum interciderint. In simili causa hallucinatus est vir inter heterodoxos eruditus Blondellus, judiciumque suum præcipitavit, cum in suo de Primatu opere nulla apud antiquos Theſsalonicenfis Vicariatus vestigia extare pronuntiavit, saltem ante Leonis I. PP. tempora, Erant certe plurima; sed latebant, prodieruntque tandem in publicum in collectione Romana Lucæ Holstenii. Sed & quæ adhuc supersunt monumenta, sufficere potuerunt Gallicanis Antistitibus, ut qui Romanis auribus blandiri volebant, Leonemque sermone non injucundo ad sua vota pellicere, id sine mendacii ac falsitatis nota præstarent. Et si enim solito semper more, etiam post Leonis sententiam adversus sanctum Hilarium emissam, suas Ecclesias rexissent Gallicani Episcopi; cum tamen Imperatorem, a Leonis ore pendentem, viderent Pontificis decretum sua auctoritate firmasse, rei que executionem injunxisse Magistro militum, tum e re sua esse duxerunt delinire Leonis mentem, eique jus suum ac privilegia probare: quod vix aliter illius animo insinuandum putabant, quam si ei persuaderent jam olim Romanorum Pontificum vicibus ornatos esse Arelatenfem Episcopos, ut Gallias *sub omni ecclesiastica disciplina continerent*, hoc est, ut ex illa Metropoli vigilanter prospicerent, ne aliquid contra Canonum regulas in Ecclesiis Gallicanis attentaretur, quæ propria est Pontificis Romani cura & sollicitudo, utpote omnium Episcoporum Primatis, Canonum executoris ac vindicis, & cui *vineæ custodia*, ut Patres Calchedonenfes scribunt ad Leonem ipsum, *a Salvatore commissa est*. Et quidem quod Occidentales Diœceses attinet, hanc maxime consuetudinem observavit sanctus Leo, ut identidem, prout se dabat occasio, illuc Episcopos vice sua acturos dirigeret, vel ibidem commorantes hac instrueret potestate. Sic Potentio vicem curæ suæ in Africana Mauritaniæ Cæsariens provincia injunxit epist. 1. ( *nunc* 12. ) Anastasio Theſsalonicensem Vicariatum delegavit, Turribium

Idatio & Ceponio Metropolitanis in Hispania adversus Priscillianistas conjungi voluit ad cogendam Synodum: ut de Orientalibus fileam, ut de Juliano Coensi Episcopo aliisque compluribus Constantinopolim Pontificis vice directis, Sed & in Gallicana Diœcesi tale aliquid aggressus est idem Leo, cum ablatam Hilario potestatem cogendi Gallicanarum provinciarum synodalis conventus in Leontium transtulit. Hoc enim sibi non assumisset, nisi eum, qui inter ceteros Metropolitanos præcipua auctoritate minebat, sua id vice agere persuasum vel habuisset, vel haberi vellet: quem proinde pro nutu suo vel conservare posset, vel dejicere. Neque aliquid proculdubio novitatis inducere se putavit idem Pontifex, cum Ravennii curæ ea omnia commisit, quæ agi in Galliis volebat adversus nascentem Eutythis errorem. *Universa*, inquit epist. 51. ( *nunc* 67. ) *per te cupimus ad omnium fratrum & confacerdotum nostrorum notitiam pervenire: hoc dilectioni tuæ SPECIALITER DELEGANTES, ut sollicitudine vigilantia tua ... universis fratribus innotescat*. Quam curam etiam alias provincias spectasse, in quas jus metropoliticum sibi non arrogabat Arelatenfem Episcopus, patet ex epistolæ subscriptionibus, quam ad Leonem dedit Synodus Gallicana. Idem Leonis consilium apparet ex epistola 38. ( *nunc* 42. ) ad eundem Ravennium, quem de Petroniano quodam pseudo-Diacono vago admonet, ut ab omnibus Galliarum Ecclesiis excommunicetur; & ex ep. 76. ( *nunc* 96. ) qua ejusdem Ravennii cura Galliarum Episcopos de Paschatis die certiores fieri præcipit, quod ex longæva consuetudine factum ab eo fuisse satis indicat, sufficitque ut Apostolicæ Sedis vicem Arelatenfem Episcopo fuisse demandatam non mendaciter asserere potuerint Gallicani Episcopi, Leoni placentia loqui volentes.

Cælestinus Papa, cui post Sixtum Leo successit, idem confirmat, cum ad Arelatensem Episcopum scribit de nescio quo Daniele, qui ex orientalibus partibus, ubi multis se criminibus polluerat, in Gallias se recipiens, ibidem ordinatum esse Episcopum ferebatur. Hunc ubicumque Galliarum esset, ad episcopale judicium per eundem Arelatensem Episcopum destinari vult Pontifex. Qua auctoritate? Quo jure? Eo jure, opinor, quod ei ex antiquo semper detulerant Gallicani Antistites; sed quod, ni fallor, ex sua delegatione factum videri cupiebat Cælestinus, qui in eadem epistola Massiliensium Episcopi, de hoc accusati quod de fratris & Coepiscopi sui nece gratulatus esset, judicium Episcopis Viennensium & Narbonensium provinciarum delegare se pronuntiat.

Eisdem autem vices expresse delegatas esse Arelatenfem Episcopo per Zosimum Pontificem nemo inficias ierit, nisi qui hujus Papæ epistolas, quæ ad Arelatensem controverſiam pertinent, fictitias esse voluerit: quod male asseri, & ex doctissimorum virorum suffragio, qui eas pro germanis habent,

bent, & pluribus etiam argumentis demonstramus in Dissertatione Apologetica pro sancto Hilario Arelatenſi.

7. Objicit rursus Libellum ita Valentinianum & Honorium in regendo Imperio conjungere, quasi collegæ fuerint. Revera conjunguntur, non tamen ut Collegas (de hoc enim ne apex quidem) sed ut decessor successorque, ut Pater & Filius, ut eorumdem privilegiorum Arelatenſis civitatis auctores assertoresque. Instat: nullum Valentinianus privilegium Arelatenſibus concessisse reperitur, in cujus edicto Arelas omnium Galliarum mater nuncupetur. Verum hac in re negativa probatio nullius est momenti: quam multæ enim Augustorum Constitutiones posterioribus sæculis e tenebris prodierunt, quibus ante sepultæ jacuerant? Deinde quis ignorat illius tropi frequentem esse usum, quo pluralis numerus pro singulari ponitur; præsertim cum in præcedentibus plurium mentionem fieri contigit? Quem usitatum etiam in sacra historia loquendi modum pluribus exemplis probat Augustinus lib. 3. de consensu Evang. cap. 16, ubi de duobus latronibus agitur, qui Christum pariter blasphemasse dicuntur, cum id ab alio Evangelista de uno tantum eorum recitetur.

8. Contra Libellum argumentatur ex verbis capitis tertii, quibus asserit, *quod semper sicut Ecclesia Arelatenſis intra Gallias primatum in sacerdotio antiquitatis merito, ita etiam civitas ipsa principatum in seculo opportunitatis gratia possederit*. Quis quæso, inquit, a Christo usque ad Constantinum Magnum, Arelatenſis Ecclesiæ Sacerdotem, Galliarum Primatem dixit? Quis a Constantino usque ad Honorium & Theodosium Arelatenſi Ecclesiæ primatum Galliarum tribuit? Quis Arelatenſi oppido principatum Galliarum adscripsit præcedentium Imperatorum temporibus? Sunt ista, inquit, recentiorum somnia, quæ Gallicani Episcopi numquam somniasent.

Non sunt profecto hæc somnia, vir doctissime; nisi somniasse dixerimus Leonem Magnum, cum in epistola 50. (nunc 66.) quæ controversiam inter Viennensem & Arelatenſem Episcopos motam dirimit, hæc ait non ex proprio ingenio, nec nulla per motus auctoritate, sed ut loquitur, *consideratis allegationibus utriusque partis presentium Clericorum, ita semper intra provinciam vestram Viennensem & Arelatenſem civitates claras fuisse reperimus, ut quarundam causarum alterna ratione, nunc illa in ecclesiasticis privilegiis, nunc ista præcelleret; cum tamen eisdem commune jus quondam fuisse a gentibus proderetur*. En quomodo id quod Gallicani asserunt Antistites, ultro fateatur sanctus Leo, *consideratis utriusque partis allegationibus: quæ allegationes si ad nos usque pervenissent, omnem omnino tergiversandi sustulissent occasionem: sed satis superque est, quod etiam antequam christianæ fidei lux Galliis affulgeret, ac proinde ante Constantinum commune saltem jus*

Viennæ & Arelato fuisse in confesso est. Nihil enim amplius profiteri debebat sanctus Leo, qui ex communi jure communem utrique provinciam facere intendebat, licet se de Arelatenſium jure magis fuisse persuasum evidenter ostenderit, cum eorum Metropoli longe majorem Ecclesiarum numerum assignavit. Principatum autem Arelatenſis civitatis, etsi ante Christum natum existisse, ea quæ dicta sunt, comprobent, sufficit tamen ut ex illo solum tempore deducatur, quo sanctus Trophimus primus Arelatenſium cœpit gubernare Ecclesiam, ut superfluum sit quærere, quis a Christo nato ad Constantinum usque illius Primatum asseruerit.

Ultimum denique adversus Libellum supplicem torquetur argumentum, ex eo quod sanctus Leo rescribens ad Episcopos, quorum nomine offerri debuit, si germanus est, nihil omnino de utraque Narbonensi loquitur: cum de ea sermonem habere debuisset, si respondisset ad libellum, de quo quæstio versatur. Respondeo sententiam sancti Leonis latam non esse nisi inter Arelatenſem & Viennensem Episcopos, inter quos constat litem non fuisse nisi de solo Primatu, seu metropolitico jure in provinciam Viennensem: Episcopus enim Viennensis nihil in Narbonensem umquam sibi arrogavit. De sola ergo provincia Viennensi a Leone pronuntiandum erat. His adde quod post mortem Hilarii, qui suæ Ecclesiæ jura strenue semper defenderat, Ravennius, qui ab hujusmodi contentione alienior erat, pro sua videlicet indole, & ut loquuntur Episcopi in libello, *pro morum suorum mansuetudine*, jus in alias provincias tepide admodum ac cedenti similis propugnabat, contentus sibi Primatum in Viennensem conservare. In hoc totus est revera Libellus, nec de tribus provinciis mentionem facit, nisi aliud agendo, & ut inde jus suum in Viennensem magis ac magis roboraret. Hoc ista loco sufficiant; reliqua ad eandem controversiam pertinentia, repetantur ex Dissertatione V. Apologetica pro sancto Hilario Arelatenſi.

His ita explicatis, nihil amplius, opinor, obstat quominus pro sincero germanoque habeatur simplex Antistitem Gallorum libellus; ex quo non modicum accedit auctoritatis ac roboris Arelatenſis Ecclesiæ privilegiis. Superest ut, si quæ alia illustrari egent in hac epistola, id paucis absolvamus.

I. CORONÆ VESTRÆ. Ex marginalibus Col. 994. priorum editionum Notis apparet nonnullos hoc epitheton quasi uni Pontifici proprium existimasse. Verum illud promiscue cuilibet Episcopo attributum fuisse liquet, tum ex aliis, tum ex Augustino, qui ep. 147. sic Proculianum Donatianæ partis Episcopum affatur: *Per coronam nostram nos adjurant vestri: Per coronam vestram vos adjurant nostri*: ex Hieronymo Augustinum ipsum sic alloquente: *Precor coronam tuam*: ex Apollinari Sidonio, qui Leontium Arelaten-

latensem iisdem verbis alloquitur ep. 3. libri 6. Familiarem fuisse Gallis hanc salutandi formulam liquet tam ex eodem Sidonio, quam ex epistolæ synodicæ Gallorum ad S. Leonem subscriptionibus, ex epistola Ceretii, Salonii, & Verani, item Gallorum ad eundem, & ex hoc ipso libello, in quo ter idem loquendi modus usurpatur. Sed unde manavit: & quis illius sensus est? Sunt qui alludi putent ad clericalem episcopalemque tonsuram, quæ instar coronæ erat, præsertim secundum formam antiquitus usitatam. Quicquid sit de huiusmodi consuetudine, de qua consules, si lubet, Gregorium Turonensem de Nicetio Trevirorum Episcopo loquentem, & Concilium Toletanum IV. can. 40. hoc Hieronymo venisse in mentem non puto; sed nec alios id voluisse probabile admodum videtur. Aliquid enim sublimius spirat hæc locutio, & ut puto, significat supremum ecclesiastici ordinis apicem, qualis est dignitas episcopalis: in quem sensum a Valentiniano Imperatore in Novella de Episcop. Ordin. adversus Hilarium Arelat. sanctus Petrus appellatur *Princeps episcopalis Coronæ*, hoc est dignitatis. Indiscriminatim assumebatur hæc formula: in epistola enim synodica Gallorum ad Leonem alii ejus coronam salutant, alii sanctitatem, alii beatitudinem, alii denique *Apostolatam*.

2. CONSULATUM SUSCEPIT ET DEDIT. *Consulatum dare*, explicat vir singularis eruditionis H. Valesius ad Socratis lib. 2. cap. 29. de Ludis Circensibus, quos Consules initio Consulatus sui edebant. Ita & hæc illius loci Socratici verba, *τῶν συνθέτων ἑταίρων*, interpretatur, *solemnnes ludos a Consulibus edi solitos*.

#### AD EPISTOLAM LXVIII.

*Ceretii, Salonii & Verani  
ad Leonem PP.*

APUD QUESNELLUM POST EP. LXXVI.

Col. 1003. CERETIUS &c. Tres istos, qui præsentibus ad S. Leonem litteras dedere, Episcopos fuisse ipsa clamant epistolæ verba: *Sancti, inquit, Episcopi fratres nostri per Gallias*: Episcopos enim Fratres vocare solum Episcoporum est. E Gallia fuisse, ista sollicitudo de epistola Leonis per Gallias spargenda, satis indicat. Duos ex illis, Salonium & Veranum, fratres fuisse, & eos Eucherii Lugdunensis Episcopi filios, quos frequenter celebrant illius avi scriptores, Baronii, Sirmondi, aliorumque communis opinio est, quam vel ex una ista epistola, ad quam simul scribendam convenerunt, probabilem admodum puto, ac pene certam.

Sed in qua Galliarum parte Episcopatum gesserint, hæcenus incertum. Aliquando suspicatus sum eos ex illa provinciæ Viennensis parte fuisse, quæ in ejus divisione Decreto Leonis PP. non ita pridem facta Viennensi Episcopo assignata fuerat: suspi-

cionisque hæc ratio erat: quod ab eorum uno, Ceretio scilicet, Mediolanensis provinciæ Episcopi mutuati erant dogmaticam illam Leonis epistolam; non ob aliam, ut videtur, rationem, quam propter viciniam: nulli autem Gallicani Episcopi Italicæ Diocesi propinquiores erant, quam aliqui ex quatuor Episcopis Viennensi subjectis: una enim ex istis, Tarentasia, Augustæ Prætori, quam etiam hodie inter comprovinciales habet, vicina admodum est. Præterea nulla occurrebat ratio cur tres hi Episcopi inter illos 44. Antistites Gallicanos, qui ad Leonem de eadem epistola scripsere, & ad quos Leo rescripsit, non legerentur Synodo Gallicanæ interfuisse, quam quia ex illa Viennensis provinciæ parte erant, cujus soli Episcopi Arelatensis Ecclesiæ juribus subscribere refugiebant, ne adversus Metropolitanum suum Viennensem præjudicarent.

Magis tamen placet modo alia opinio. Conjicio igitur tres illos Episcopos ex provincia Alpium maritimarum fuisse, tum propter rationes alias, tum propter hanc maxime, quod & hi vicini fuerunt, eorum unum, Veranum ex illa Alpium provincia fuisse certis argumentis deprehendere mihi videor.

Primo ex epistola 4. Hilari PP. docemur Veranum Episcopum scripsisse ad sanctum Leonem pro juribus metropolitanis Ingenuo Alpium maritimarum Metropolitanano asserendis: nec solus scripsit, sed *cum ceteris provinciæ Sacerdotibus*, ut Hilarius habet: provinciæ utique Alpium maritimarum, de qua lis erat; & cujus ille mentionem tertia superius linea fecerat. At cur, quæso, tantopere pro juribus illius Metropolitanani sollicitus fuisset Veranus, ut Ingenuo ultro jura propria dimittente, ad Leonem querelas de imminuta Metropolitanani illius auctoritate deferret? Cur communem cum ejusdem provinciæ Episcopis scripsisset epistolam, nisi pro communis Alpium provinciæ dignitate agendum sibi credidisset? Cur etiam de Cemelenensis civitatis & Nicæensis Castellii negotio discutiendo ad eundem Veranum scriberet Hilarius Papa, eumque Leontio primario partium illarum Metropolitanano jungeret, nisi quia ex illa eadem Alpium provincia erat?

2. Veranum Eucherii filium Venciensem in Alpium maritimarum provincia Episcopum fuisse asserit Joann. Savaro ad ep. 15. libri 7. Sidonii, ex veteri MS. codice Lirinensis Cœnobii, in quo nomina sunt Episcoporum, Abbatum & Monachorum, qui ex Lerino in Sanctorum numerum sunt relati: *Veranus Venciensis Episcopus*. Idem & ex Martyrologio Ecclesiæ Venciensis confirmat Vincentius Baralis in Chronologia Lirinensi pag. 362. *In Galliis civitate Venciensi, Depositio beati Verani Episcopi Venciensis, qui fuit Monachus Insulæ Lirinensis, discipulus beati Hilarii Abbatis dictæ insulæ, & postea Episcopi Arelatensis. Qui beatus Veranus sepultus est in eadem Ecclesia Venciensi in Sarcophago marmoreo in pariete de-*  
fixo,

Idem habet Joan. Garnevius 1. p. Marii Merc. pag. 231.

fixo, qui multis virtutibus & miraculis claruit, ac de nobili prosapia ortus in pace quievit, quarto Idus Septembris. Cum auctor Martyrologii Hilarium facit Lirinensis Cœnobii Abbatem, falsus est Eucherii verbis, ubi Salonium fratrem Verani beatissimi Hilarii doctrina formatum scribit: quod Abbatem hunc fuisse non significat, cum e contra ibidem ab Eucherio vocetur Hilarius, Insulanus tyro.

3. Hanc de Verani Episcopatu opinionem probabiliorem adhuc reddit, quod Lirinensi Insulæ omnino vicina erat Venciensium civitas: ut facile credideris ex illo Cœnobio ad istius civitatis sedem postulatum esse Veranum propter sanctitatis opinionem ex vicinia bene notam: quod præterea eidem civitati proxima erat Cemelenensis, ut & Castrum Nicæense, de quorum unione sub eodem Episcopo, & scripserat olim ad S. Leonem cum ceteris Provinciæ Episcopis, & ad eum præ ceteris postea scripsit Hilarus Papa.

Quid porro moverit & Jacobum Sirmondum, & Davidem Blondellum, ut Veranum istum Lugdunensis Ecclesiæ præfulem fuisse scripserint, nescio. Hoc ita forte opinati sunt ex quibusdam Lugdunensium Episcoporum Tabulis, quibus fides ab eruditis abrogatur.

Jam ex Verani sede non temere conjicio in ejus vicinia Salonium fratrem & Ceretium Episcopatum gessisse, atque adeo tres eosdem sedes habuisse provinciæ Mediolanensi vicinas: & revera nullæ sunt viciniores quam Venciensis, Glandevenensis, Senecensis, quæ Albigaunensi, Genuensi, Taurinensi & aliis valde proximæ sunt: quæ ratio fuit cur epistolam S. Leonis ab eorum uno, Ceretio, mutuati sint Mediolanensis provinciæ Episcopi ex ejusdem Leonis admonitione. Hæc de Ceretii, Salonii, & Verani Episcopatu occasione epistolæ, quam ad Romanum Pontificem dedere: alteram ad eosdem datam a Leone laudat illustr. Auscensium Archiepiscopus pro se perorans in Generalibus Cleri Gallicani Comitibus anni 1665. ut ex istorum actis intelligo: sed an ex editis codicibus, an ex manuscriptis doctissimo Præsuli epistola illa innotuerit, compertum non habeo.

#### AD EPISTOLAM LXX.

APUD QUESNELLUM LIV.

*Pulcheria Augusta.*

Col. 1009. 1. CUM ORDINATIONEM IPSIUS DURA PRÆCESSERINT. Ita ex Grimani. MS. reponendum censui: cui lectioni prope accedit Victorina: *Cum in ordinatione ejus dura præcesserint*: eodem fere sensu hanc Tom. II.

vocem *dura* usurpante Leone nostro, quo & superius, cum ait: *quorum causa durior* epist. 40. (nunc 44.) Tres tamen Thuan. MSS. unus Cantabrig. & edit. vulg. habent: *Cum in ordinatione ejus plura præcesserint*.

2. DISPUTATIONUM. Grimani. cod. & Col. 1010. Thuan. unus leg. *Dispositionum*: quod ut ad plura extenditur, ita forte magis hoc loco a Leone usurpatum, ut in eadem epistola factum est.

3. VEL EPISTOLÆ MEÆ. Ita Grimani. & Ibidem. Cantabrig. codd. MSS. non vero: *Et epistola mea*, ut in vulgatis: *levi* quidem, sed non *levis* momenti, discrimine; si legis enim *vel*, 1 optionem dedit Anatolio, ut alterutri epistolæ subscriberet, præsentiscens libentius ab illo Episcopo subscribendum fore epistolæ sancti Cyrilli Orientalium partium Episcopi, cujus scripta a prima Synodo Ephesina approbata fuerant, quam suæ, quæ ab Orientalibus Ecclesiis nondum erat suscepta. Eandem alterutrius epistolæ subscribendi facultatem relinquit scribens Gallicanis Episcopis epist. 51. (nunc 67.) ad Ravennium: *Hoc, inquit, dilectioni tuæ specialiter delegantes, ut sollicitudine vigilantia tuæ epistola nostra, quam ad Orientem pro fidei defensione direximus, vel sanctæ memoriæ Cyrilli, quæ nostris sensibus tota concordat, universis fratribus innotescat*.

4. QUOD AUSA EST IMPERITA INSIPIENTIA DEFINIRE. Ita optime MS. Grimani codex: quorum loco in excusis hæc leguntur: *Quod ausus est imperita insipientia, &c. sensu falsissimo, & a Leonis mente alieno. Anatolius enim, quem hæc verba tangerent, nihil definierat fidei adversum; sed & nihil omnino, sive post consecrationem suam, sive ante. Neque enim pseudo-Synodo Ephesinæ interfuit, dum habebatur, sed tunc temporis apud Constantinopolim morabatur, ut expressis verbis observat Breviculus historiæ Eutychnianistarum, Apocripharii munere pro Dioscoro fungens in Comitatu. Quibus adde, numquam Anatolium tam acerbis verbis a Leone fuisse notandum, ut & imperitiæ & insipientiæ argueretur.*

#### AD EPISTOLAM LXXX.

APUD QUESNELLUM LX.

*Anatolio Episcopo CP.*

1. UT SUARUM ECCLES. ESSENT COMMUNIONE CONTENTI. Quatuor hujusmodi abstentionis genus capita complectebatur. Cum enim Episcopi sola suarum Ecclesiarum communionem fruebantur, 1. nec ii visitationis officia a collegis suis, nec item collegæ ab iis recipiebant. 2. sacra solemniter

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Hanc explicationem refellimus adnot. 8. tom. 1. col. 1009.

ter obire in aliena Parochia non sinebantur. 3. mutuo litterarum formatarum seu commendatitiarum commercio interdicebantur. 4. ad Concilia aliosque ecclesiasticos confessus simul cum eis non conveniebant, & omni in illis auctoritate suffragiorumque jure spoliabantur. De 1. habes Concilii Tolerani I. can. 15. de 2. apud Epiphan. Hær. 70. ubi Polycarpi & Victoris ætate Orientales ab Occidentalibus divulsos pacificas a se invicem litteras nullas accepisse scribit. 3. & 4. satis indicant phrasæ illæ, quibus hæc excommunicationis species exprimitur, *caritate fratrum privari, alienum esse a fratrum communione*; & similes quæ passim occurrunt. Plura qui volet, adeat doctissimum Joannem Morinum Exercitat. Ecclesiast. lib. 2. Exercitat. 17. 18. & 19. Vide etiam S. Augustinum ep. 261.

Col. 1040.

2. DIOSCORI, JUVENALIS, ET EUSTATHII. De Dioscoro & Juvenale cur præcipue mentionem faciat, nemini notum non est. Ille enim impietatis Ephesinæ coriphæus; hic vero per omnia suffragator, ut ex epistola S. Leonis ad eundem, & ex actis Calchedon. Concilii. Eustathius vero Episcopus Berythi, unus quidem fuit ex iis, qui *potestatem habuerunt & principes fuerunt Concilii Ephesini*, ut dicitur act. 4. Calchedon. Sed cur a S. Leone & ab Anatolio potius notatus sit, quam Thalassius Cæsareæ Capadociæ, Eusebius Ancyræ & Basilius Seleuciæ Isauriæ Episcopi, qui itidem inter eos numerantur, hæc mihi occurrit ratio: quod Eustathius præ omnibus visus fuerat confessionem edidisse in Ephesino latrocinio Eutychnæ confonam, usurpans hæc verba: *Non oportet i. iur intelligere duas naturas, sed unam naturam Dei Verbi incarnatam*: quæ etsi Ephesi approbata est, statim tamen ac fuit recitata in Calchedonensi Synodo, clamatum est ab Episcopis præsertim Orientalibus: *Ista Eutychnes dicit, hæc Dioscorus dicit*. Deinde i. simultatis forsan aliquid residuum erat inter Anatolium & Eustathium ob eam causam, quod Eustathius Ibam Edeffenum Episcopum abolverat in conventu Beritensi: cui Ibæ infensissimus erat Dioscorus. Dioscori autem Apocrisiarius erat tunc temporis Anatolius, qui eadem ut suæ dignitatis auctori, quantum potuit favit, etiam post ejus a Calchedonensi Synodo damnationem.

Ibidem.

3. AD SACRUM ALTARE NON RECITANDIS. Clarum est hoc loco sermonem esse de sacris Diptychis: quorum usus quanti factus olim fuerit, patet ex controversiis, quæ in Ecclesia efferbuerunt occasione san-

cti Joannis Chrysoctomi, Acacii, Eutychnorum, trium capitulorum &c. non pigeat lectorem adire epistolam Attici Episcopi CP. ad sanctum Cyrillum Alexandrinum apud Nicephorum Callist. lib. 14. cap. 26. & Cyrilli rescriptum ad eundem tam loco citato, quam inter Cyrilli opera. Unicum locum juvat hic exscribere, tum quia ad rem nostram facit, tum quia breviter Diptychorum naturam, originem, & usum describit. Est in epistola Ægyptiorum Episcoporum ad Anatolium CP. Episcopum adversus Timotheum Ecclesiæ Alexandrinæ invasorem part. 3. act. Calched. Synod. *Etiam*, inquit, *in venerabili Diptycho (in quo pia memoria transitum ad cælos habentium Episcoporum vocabula continentur, quæ tempore sanctorum mysteriorum secundum sanctas regulas releguntur) suum posuit & Dioscori nomen &c.*

## AD EPISTOLAM LXXXVIII.

APUD QUESNELLUM LXVIII.

*Paschasino Lilybetano Episcopo.*

Quanti facienda sit hæc ad Paschasinum Col. 1057. epistola nemo non intelligit, tum ex earum rerum notitia, quam illi uni debemus, cum maxime quod ad primarium S. Leonis Legatum data, quem vice sua in magna illa Synodo Calchedonensi acturum pro fidei causa tunc mittebat. Præter hoc Commonitorium aliud secretius eidem datum esse a Leone docet actio 16. illius Synodi, ex qua partem mandati excerptimus excudimusque i. Tom. 1. De omnium Orientalium subscriptione adversus Nestorium & Eutychnem, deque Anatolii epistola, ex qua id factum didicerat sanctus Leo, habes alterum Pontificis testimonium in epist. 70. (nunc 91.) post biduum Anatolio scripta. Reliqua quæ notatu digna, observavimus in Dissert. I. de vita & rebus. ad ann. 451.

## AD EPISTOLAM XC.

APUD QUESNELLUM LXXIII.

*Marciano Augusto.*

1. PRæcedentium editionum procuratores, Col. 1063. immo & collectionum MSS. auctores in hujus epistolæ titulo de Calchedonensi Synodo mentionem faciunt, quæ tamen e Nicæna civitate, quo primum convocata fue-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Hæc, quæ de similitudine inter Anatolium & Eustathium Quesnellus conjicit, nullo documento nituntur. Quin cum Anatolius dubitasse videatur, num Eustathii nomen in Legatorum sententiam ex Diptychis recitandum non esset, ut observavimus adnot. 19. in hanc epistolam tom. 1. col. 1040. ea similitudo potius

excluditur. Confer adnot. 15. in ep. 95. t. 1. col. 1078.

1 Hujus commonitorii fragmentum nos inferuimus in Dissertatione de epistolis deperditis num. 52., quam post Leoninas epistolas tom. 1. dedimus. Vid. col. 1451.

fuerat, non nisi mense Septembri jam exeunte ad Calchedonensem fuit translata.

Col. 1061.

2. SED ET IN FRATRE MEO JULIANO : Coenſi videlicet Epifcopo, quem epift. 69. ( nunc 89. ) *confortem* Legatis ſuis a ſe additum teſtatur, & in ep. 70. ( nunc 91. ) *participem in omnibus actionibus* eſſe præcipit: ſed & in ep. 71. ( nunc 92. ) ad Julianum ipſum eam ob cauſſam ſcripta, ipſi *injungit ut cum fratribus* &c. inquit, quos *vice noſtra ad prædictum conventum ire præcipimus, curam tuam actionemque conjungas in omnibus, auctoritate noſtræ præceptionis uſurus* &c. Ex quibus liquet 1 Julianum, non ſecus ac alios Legatos locum S. Leonis tenuiſſe in Concilio. Quod idcirco notavimus, quia doctiſſimus Morinus Exercit. 20. lib. 2. ſcribebat, non aliam ob cauſſam Epifcopum illum Legati nomen induiſſe, cum Calchedonenſi Synodo ſubſcriberet, quam quia *titulum quem paulo ante in pseudo-synodo Ephesine re & merito uſurpaverat, cum ut honorificum & ſuſpiciendum, iterum ſuſcipiendum & ſibi conſervandum eſſe credit.* Illam Juliani Legationem generalem fuiſſe & honorariam, non ſpecielem, cujuſmodi fuit Legatio Paſchaſini & Lucentii, ſuſpicatur vir de Hiſtoria Eccleſiaſtica optime meritus H. Valeſius ad Evagrii lib. 1. cap. 10. ubi & Baronii de Juliano loquentis inconstantiam notat. Porro cum Julianus pars non eſſet Occidentalis Synodi, 2 cujuſ partes & præſentiam ſupplebant alii Legati, eam cauſſam eſſe puto cur inter iſtos Occidentales Legatos ſeſſionis prærogativam non habuerit: in ceteris nihil diſcriminis inter hunc & illos fuiſſe facile exiſtimaverim.

Tom. II.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

Julianus quatenus Legatione Leonis in Calched. functus fit.

1 Negari nequit Julianum in Calchedonenſi Concilio S. Leonis ac Apoſtolicæ Sedis Legatione aliqua functum: at hanc ejus Legationem ejuſdem generis fuiſſe ac illa Paſchaſini & Lucentii, ac Presbyteri Bonifacii affirmari non poteſt. Aliquod ſane diſcrimen fati præferunt duæ præcipuæ actiones, in quarum altera Dioſcorus damnatus, in altera vero fidei definitio edita & ſubſcripta fuit. Sententiam autem in Dioſcorum, & definitionem fidei tres memorati Legati ſimul præſtituere, vel ante omnes ſignarunt. Julianus autem licet ſe Legatum nominet, non tamen cum iſdem, ſed poſt aliquot præcipuarum ſedium Epifcopos eadem approbavit. Quod ſi alibi una cum Legatis ceteris loquitur, & non numquam etiam Bonifacio Presbytero ejus nomen præmittitur; haud tamen credimus eum in præcipuis actionibus, in quibus præſertim apoſtolicæ delegationis vis enituit, a ceteris Legatis fuiſſe ſeparandum, ſi æqualis & pari cum iſdem auctoritate functus fuiſſet. Forte cum Julianus a Leone Pontifice non fuiſſet recenſitus cum ceteris Legatis in epiftola 93. ad Concilium; hinc par eidem locus in præcipuis ipſius Concilii actionibus attributus non fuit: ejus ta-

## AD EPISTOLAM XCIII.

APUD QUESNELLUM LXXII.

Synodo Calchedonenſi.

1. APUD CALCHEDONAM CONSTITUTÆ. Col. 1067.

A Propter hæc verba, præter hanc epiftolam ad Synodum Calchedonenſem ſcriptam, aliam deſiderari ad eodem Epifcopos Nicææ antea congregatos, aſſerit vir doctiſſimus in epiftola 4. partis 6. Epp. quæ Joanni Brayero nuncupatur. Utque id ſuſpicetur in cauſſa ſunt non ſola tituli verba, ſed & Evagrii libr. 2. Hiſtor. cap. 2. quæ ſic ſe habent: *His de cauſſis Concilium Calchedoni, coactum eſt Nunciisque ac Tabelarii miſſi, Sacerdotes per litteras plenaspientis undique acciti, ac primo Nicæam: adeo ut cum Leo Epifcopus Romanus ad eos litteras daret per Paſchaſinum, Lucentium, & ceteros, quos eo ad ſuum locum ſupplendum miſerat, eas ſic inſcriberet: EPISCOPIS NICÆÆ CONVOCATIS.* Mihi vero certum eſt 1 aliam non fuiſſe ſcriptam. Hæc enim ipſa, quæ nunc Calchedonenſi Synodo inſcribitur, ſine dubio ad Epifcopos Nicææ congregatos directæ eſt. Cum enim ſcripta ſit V. Kal. Julii, inſcribi non potuit Epifcopis Calchedone conſtitutis, qui illuc evocati non fuerunt Nicææ litteris Imperatoriis ante X. Kal. Octobris ſequentis. Quod adhuc confirmatur ex epift. 73. ( nunc 90. ) S. Leonis ad Marcianum ſcripta eodem die de Synodo eadem, in cujuſ titulo licet mentio fiat Calchedonenſis Concilii, certum tamen eſt in ea de Concilio Nicæam tunc, non Calchedonem convocato agi, tum ob eam, quæ dicta eſt, rationem, tum quia

B b b b b 2 de

men delegatio aliis Leonis litteris declarata majorem locum ipſi præ aliis Epifcopis & Metropolitanis, quam ejus Epifcopatus ferret, vindicavit. Vide adnotationes Ruſtici Diaconi tom. 4. Concil. col. 1306. not. f. & 2031. not. a.

2 Quod hic Legati Sedis Apoſtolicæ pro Legatis Synodi Occidentalis traducuntur, fuſe reſellimus in Obſervat. ad Diſſert. VIII. §. 3. Paſchaſinus quidem, Lucentius, & Bonifacius numquam Occidentalis, immo nec Romanæ Synodi, ſed S. Leonis locum tenentes ſemper dicuntur. Quod porro Julianus, etſi Orientalis Epifcopus, veram Legationem Sedis Apoſtolicæ potuerit gerere, ex S. Cyrillo agnoſcitur, qui in Ephesine Synodo S. Cæleſtini vicem & Legationem ſuſtinuit. Vide not. 2. ad Notas Queſnelli in epiftolam ſequentem. Ratio etiam manifeſta eſt. Ille enim, quicumque a Romano Pontifice delegationis mandatum accepit, verus eſt Legatus, ſive Occidentalis ſit, ſive Orientalis.

1 Vide noſtram adnot. 3. in hanc epiftolam tom. 1. col. 1068. ubi primigeniam epiftolæ inſcriptionem *Nicæam* præferentem ex MS. Ratiſponenſi exhibuimus, quæ vox deinceps mutato Synodi loco mutata fuit in *Calchedonem*.

Orientalis Epifcopus Romanæ Sedis Legatione functus.

de Nicænæ Synodi magnæ decretis differens, antiquam Nicænâ vocat, ut a posteriori, quæ ibidem parabatur, Synodo distingueretur. Immo in epist. 71, ad Julianum dilerte scribit, quod *in urbe Nicænâ sacerdotalis habenda sit Synodus*. Non ergo ex titulis argumentisque epistolarum quidpiam alicujus momenti decernendum est, cum plura hujusmodi adjectitia sint, & pro sensu captuque describentium concinnata & immutata, quod de hujus epistolæ inscriptione patet ex Græca versione, quæ Latinum textum haud dubie imitata est, & habet: *τῆ ἐν Νικαίας*, Nicænæ.

Col. 1073.

2. CYRILLUS EPISC. TUNC PRÆSEDIT. Tot scriptorum antiquorum testimonia ubique occurrunt, quibus constat 2 Cyrillum Ephesinæ Synodo præsedisse, ut ea describere supervacaneum judicem. Eorum aliqua modo Cælestinum & Cyrillum præsedisse narrant, modo Cyrillum & Cælestinum. Particula TUNC in Leonis verbis observanda mihi videtur: eamque Pontificis mentem esse puto, ut significare velit; TUNC cum Ephesinæ Synodi contra Nestorium specialiter statuta sunt edita & ejus damnata impietas, præsedisse Cyrillum. Revera Legati Sedis Apostolicæ Ephesum non attingerunt, nisi decimo octavo die a prolata in Nestorium sententia: quemadmodum & acta Synodi probant, & narrat in sua Præfatione historica ad partem posteriorem Operum Marri Mercatoris vir eruditus Joannes Garnerius.

## AD EPISTOLAM XCVII.

*Eusebii Mediolanensis Episcopi ad S.  
Leonem Papam.*

APUD QUESNELLUM POST EPIST. LXXVII.

Col. 1080. 1. CATHOLICÆ. Ex Thuan, tribus, Cantabrigensi & Trecopith. MSS. codd. quibus folis usi sumus in hujus epistolæ relectione: unus Thuan. & alter Trecopith.

Concil.  
Ephes.  
Apostolice  
Sedis  
auctoritati  
tribue-  
rit.

2 S. Cyrillus ante Legatorum Romanorum adventum Ephesinæ Synodo præfuit eo nomine, quia Cælestini Legatione eidem ab ipso Pontifice anterioribus litteris creditaungebatur: ac proinde in ipso gestorum exordio act. 1. de Cyrillo primum nominato dicitur, *qui & Cælestini quoque sanctissimi sacratissimique Romanæ Ecclesiæ Archiepiscopi locum obtinebat*. Ceterum tanta pontificiæ auctoritatis ratio habita est ab eadem generali Synodo, ut se ad condemnationem Nestorii *necessario venisse coactos per sacros Canones*, & *epistolam sanctissimi Patris nostri*, & *comministri Cælestini Romanæ Ecclesiæ Episcopi* in ipsa contra illum sententia ejusdem Synodi Patres professi sint. Vide tom. III. Conc. Venetæ edit. col. 1078.

1 Hac notatione Quesnellus insinuare videtur, quod apertius ingressit Dissert. I. ad an. 451, num. 4. dogmaticam Leonis epistolam

addunt *fidei*, succinentibus edit. Vulgat. verum non de fide loqui mihi videtur Eusebii, sed de Ecclesiâ, quæ persæpe a scriptoribus antiquis *Catholica* sine addito nominatur: in quo frequens est Augustinus. Unicum, qui ad manum est, locum accipe ex lib. 3. de Baptismo contra Donatist. cap. 10. & 11. *Novatianenses rebaptizare eos, qui ad se ex Catholica venirent ... nec si in Catholica faciendum esset ... Catholica vero propterea non debet iterare &c.* Vel igitur nihil hic addendum, vel addenda vox *Ecclesiæ*.

2. SENATOR, Tunc temporis Mediolanensis Ecclesiæ Presbyter, postea vero Episcopus sub Simplicio Papa circa ann. 480. De ejus in Orientem Legatione meminit Ennodius Ticinensis in fine Epigrammatis, quo sanctissimi doctissimique Antistitis laudes cecinit,

Col. 1081.

*Orbis ad extremi missus secreta, verendis  
Curavit studiis quod fuerat lacerum.*

*Tunc Oriens victum peregrino lumine fassus,  
Hæsit ad aspectum lampadis alterius.*

Quod cum de Legatione ad Concilium Calchedonense extendit Ughellus, absque dubio erravit. Erratum est similiter in synopsis hujus epistolæ cap. 1. ubi pro, *E Concilio Calchedonensi*, legi velim, *Ex Oriente*. Inter Sanctos refertur Senator in Martyrologio Romano ad diem 28. Maji.

3. CERETIO, Priorum editionum procuratores, posuerunt, *Cyriaco*: cujus quia nomen occurrit inferius, eundem esse existimarunt, a quo litteras Leonis mutuatus est Eusebius, & qui Eusebii ad Leonem detulerat. Sed eos errasse MSS. omnes, Thuanæ, Cantabrig, Trecopith. testantur, suffragante etiam Emin. Baronio: hi quippe omnes habent Ceretium, quem eundem esse existimamus ac eum, qui cum Salonio & Verano ad Leonem scripsit.

Ibidem.

4. QUOS BEATUS AMBROSIVS &c. Hinc intellige istam fuisse in Ecclesiâ consuetudinem, ut si quæ de fide quæstiones moverentur, vel aliqua scripta proponerentur

Ibidem.

I

## EDITORUM ADNOTATIONES.

non solum a Patribus Concilii Mediolanensis examini fuisse subjectam, verum etiam idcirco eam ab ipsis fuisse receptam, quia post ejusmodi examen cum traditione Ecclesiæ Mediolanensis convenire inventa est. Ne vero hac in re aliquis error subrepat, vide nostram adnot. 8: in Dissert. I. ad an. 451. Negari quidem nequit, quin universalis Ecclesiæ traditio ex omnium catholicarum Ecclesiarum in eandem doctrinam conspirantium traditione coalescat. At simul cum vera traditio debeat esse apostolica, hoc est, ab Apostolorum doctrina ac prædicatione originem ducere; ut particularium Ecclesiarum traditio vera sit, conspirare debet cum doctrina earum Ecclesiarum, quas Apostoli ædificaverunt, & in quibus suam doctrinam deposuerunt; ac proinde Tertullianus in libro de Præscript. cap. 21. ut vera traditio discernere a falsa, illud exquiri voluit,

Quanti  
fit Ro-  
manæ Se-  
dis tra-  
ditio.



examinanda, omnes majorum præsertim sedium Episcopi ad propriæ Ecclesiæ suæ traditionem recurrerent. Hoc præstiterunt Provincie Mediolanensis Episcopi, testatique sunt epistolam S. Leonis *omnibus sensibus convenire, quos beatus Ambrosius de Incarnationis dominicæ Mysterio suis libris Spiritu sancto excitante inseruit*. Sic Gallicani in epistola sua ad sanctum Leonem, ejus epistola ad Flavianum recensentes, *recognoverunt fidei suæ sensum; & ita se semper ex traditione paterna tenuisse testantur*. Sic Leo ipse in sua ad eosdem Galliarum Episcopos, & alibi Dioscorum Alexandrinum ex traditione Ecclesiæ Alexandrinæ condemnat, quam a Petro per Marcum

ejusdem Ecclesiæ fundatorem, & Athanasium, Theophilum, ac Cyrillum Præfules deducit. Ita ex singularum Ecclesiarum traditione generalis illa universalis Ecclesiæ traditio constat, cui definitiones fidei in Conciliis sancitas, consensumque Ecclesiarum inniti necesse est: unde iterum Eusebius cum suis 2 definitionem Synodi Calchedonensis approbat: *Quia, inquit, omnia majorum fidei nobis antiquitus tradita tota puritate conveniunt*.

5, SUPEREST UT &c. Quantopere mediocra manu egeret totus hic locus, quem ad MSS. Trecop. & Thuan. cod. emendavimus, manifestum faciet illius cum hac vulgata lectione collatio: *Supereffe, ut annuente Do-*

Ibidem  
Cap. 3.

### EDITORUM ADNOTATIONES.

voluit, num conveniret cum apostolicarum Ecclesiarum fide atque doctrina. *Constat proinde, inquit, omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis matricibus & originalibus fidei conspiraret, veritati deputandam, id sine dubio tenentem quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo suscepit; reliquam vero omnem doctrinam de mendacio præjudicandam*. Inter omnes autem Ecclesias apostolicas cum primam locum teneat Romana, quæ unitatis catholicæ centrum, & omnium Ecclesiarum est caput; cum hac potissimum conferenda est omnium Ecclesiarum doctrina atque traditio, ut dignoscatur utrum apostolica & genuina, an adulterina sit: ac propterea S. Irenæus, tamen Græcus origine, & Græcarum Ecclesiarum privilegiis instructissimus, hanc præ ceteris apostolicis Ecclesiis prærogativam, Romanæ Sedis traditioni ac doctrinæ fidei tribuit, ut ob primatum ejus potentior cum ea omnibus undique fidelibus & Ecclesiis conveniendum sit. Post laudatam enim illam ejus Ecclesiæ, *quam habet ab Apostolis ( Petro & Paulo ) traditionem, & annuntiatam hominibus fidem per successionem Episcoporum venientem usque ad nos*, subdit: *Ad hanc enim Ecclesiam propter potentioris principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles: ut ex convenientia & uniformitate doctrinæ cum Romana, jure discernatur, quæ sit vera traditio; ex dissimilitudine autem traditio falsa, seu error detegatur*. Hinc igitur signum & caracter veræ traditionis est concordia cum Romana. Quapropter Satirus S. Ambrosii frater, ut hic narrat in sermone de obitu ejus lib. 1. num. 47. dijudicaturus, num cujusdam loci Episcopus sanæ esset & catholicæ doctrinæ, eum interrogandum putavit, *utrum cum Episcopis catholicis, hoc est cum Romana Sede, conveniret*. Et similiter S. Hieronymus lib. 1. in Rufinum: *Fidem suam, quam vocat? inquit. Eam ne qua Romana pollet Ecclesia? Et mox ex concordia cum Romana intulit: Si Romana, respondebit, ergo catholici sumus*. Hoc ergo sensu quique Episcopi Romanæ Sedis doctrinam aliqua dogmatica epistola definitam suscipientes, hanc conferre possunt cum traditione & doctrina suarum Ecclesiarum, ut si hanc cum illa concordemprehenderint, gaudeant. Hac quidem methodo Episcopi Mediolanensis provincie usi sunt, sicut etiam Gallicani: cumque suarum Ecclesiarum doctrinam cum Leonina

consentientem invenissent, gaudium suum declararunt, *datamque sibi occasionem testati sunt* ( Gallorum verba proferimus ex ep. 99. c. 2. ) *qua libere ac fiducialiter, suffragante eam Apostolicæ Sedis auctoritate, eloquantur, & asserat unusquisque quod credit: cum scilicet id quod credit, ex concordia cum Romana fide, catholicum agnoscatur*. Ceterum si quid in suarum Ecclesiarum aut Episcoporum doctrina natæ essent a Leonis epistola discrepans, nihil dubium est quin id statim emendassent, & ad Romanam doctrinam, cum qua omnes catholicos omnesque Ecclesias, Irenæo docente, *convenire necesse est, sese & suas Ecclesias revocassent*. Quod si de ipso Calchedonensi Concilio, in quo quidam a Leonis doctrina discrepabant, affirmavit Anatolius Episcopus Constantinopolitanus ep. 101. c. 3. ad eundem Pontificem: *Opus erat ut in rectæ vestræ fidei sensum omnium conveniret intelligentia; quis suspicari possit in Mediolanensi Synodo Romano Episcopo peculiari nomine subdita non fuisse necessarium, quod in generali Concilio necessarium fuit? Patrum Mediolanensium hac in re traditio quæ fuerit, satis colligitur ex Ambrosio, seu ex eo antiquo Mediolanensis provincie Episcopo, qui auctor fuit librorum de Sacramentis: is enim ex suorumque traditione scriptum reliquit lib. 3. c. 1. In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam: quod cum in ritibus usquequaque verum non fuerit, de doctrina præsertim fidei intelligendum est. Alia plura, quæ in hanc eandem sententiam afferre possemus, adnotationis angustia nequaquam ferunt. Vide plura in laudata adnot. 8.*

Ecclesiarum  
traditione.  
tom. 1.  
col. 1108.

tom. 1.  
col. 1126.

2 Memoriam lapsu definitionem Synodi Calchedonensis, quæ nondum erat edita, ab Episcopis Mediolanensibus approbatam Quesnellus scripsit. De sola enim Leonis definitione iidem Episcopi loquuntur. Multo autem magis errat, cum hanc idcirco approbatam indicat, *quia omnium majorum fidei nobis antiquitus tradita tota puritate conveniunt*. Contextus hanc rationem alio refert. Quia nimirum cum dogmatica Leonis epistola Mediolanensis quoque traditio conveniebat, ideo *auctoritatis*, inquit, *vestræ præcedente sententia* Eutychianos condemnandos agnoscentes, *litterarum vestrarum formam sequuti, modum præscriptæ ordinationis nos servasse . . . ostendimus: quibus auctoritatem ac debitum apostolicis litteris obsequium testantur*.

Cur .

Cum ea  
omnibus  
catholicis  
conveni-  
endum est.

Quatenus  
dogmaticæ  
epistolæ  
conferri  
queant  
cum alia-  
rum parti-  
cularium

te Domino perpetue retinentes, hoc futuris memorabile seculis relinquatis; ut ab hoc tempore presenti, extincta impia secta contumacia videatur, ut novis purgationibus in aeternum prostrata succumberet.

Col. 1082.

6. EUSEBIUS. De eo, sicut & de ceteris Episcopis in presenti epistola subscriptis qui plura nosse cupiet, conveniat Ughellum tomo 4. Italix sacrae. Ea solum attingam, quae vel non habet ille, vel male habet. Eusebium ordinatum esse a S. Leone I. unde ille hauserit, nescio: hoc scio, penes Episcopos 3 cujusque provinciae jus, & consuetudinem fuisse tunc temporis suum Metropolitanum ordinandi. Donatistae moleste ferebant, teste S. Augustino in Breviculo Collationis cum Donatistis, quod non expectaverit Caecilianus, ut princeps a principe ordinaretur. Cum aliud, inquit, habeat Ecclesiae catholicae consuetudo; ut non Numidia, sed propinquiores Episcopi Episcopum Carthaginiensis ordinent: sicut nec Romanae Ecclesiae ordinat aliquis Episcopus Metropolitanus, sed de proximo Ostiensis Episcopus. De aliis Ecclesiarum idem dicito. Sanctus Ambrosius Mediolani est ordinatus, & ex epistola Pelagii I. P. R. an. 555. testatum habemus Mediolanensem Episcopum ab Aquilejensi ordinari consuevisse, ut a primo post ipsum Dioecesis Italicae Metropolitanus; sicut ipse a Mediolanensi ordinabatur, ut a capite ejusdem Dioecesis. Immo etiam an. 1059. contendebant Mediolanenses nullam judicandi, vel disponendi vim Romano Pontifici in illa sede competere. Non indicat idem scriptor unde didicerit Eusebium Mediolanensem interfuisse Romano Concilio sub Hilario Papa ann. D. 465. cum de eo fileant illius aeta.

De hoc Episcopo exstat Epigramma Ennodii Ticinensis, quod eum indicat ex orientalibus partibus ortum duxisse.

*Eusebius Ligurum successit finibus hospes,  
Ignota tractus gentis amicitia.*

*Gratus erat sociis Titan quos respicit ortu  
Flammigero lymphas vertice decutiens &c.*  
Tertius versus ita legitur in Auctuario Biblioth. PP.

*Gravis erat socio Titan quos respicit ortu:  
quem sic emendandum esse existimaverim,*

*Gratus erat, solito Titan quo respicit ortu.*  
Et ipsum nomen Graecum esse, Graecisque familiare manifestum est. Corrigendus etiam Cardinalis Baronius cum in notis ad Martyrologium ad xii. Augusti, quo sancti hujus memoria colitur, indicat hanc synodicam epistolam missam fuisse post Synodum Calchedonensem; quod verum non est: habita est enim Synodus Mediolanensis inter reditum Abundii & Senatoris ex Oriente, & Calchedonenfis Synodi celebrationem.

FAVENTIUS. Deest hujus subscriptio in Ibidem. Cantabr. MS. Prosperum huic in Episcopatu successisse narrat Trithemius de Prospero agens lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis.

QUINTUS. Dicitur *Quintianus* ab Ughello in Italia sacra, *Quintinus* in Suriana edit. Dertonensis civitatis, quae hodie vulgo *Tortona* dicitur, Episcopus.

CRISPINUS. *Venerabilis Episcopus*, inquit Ibidem. Ennodius, favoris nescius, pertinaci terrens distinctione censurarum, & quem numquam nisi bona conscientia duxit ad gratiam: de cujus sanctitate vide ejusdem testimonium tam in carmine proprio, quam in Vita sancti Epiphanius Ticinensis Episcopi ejus successoris: & Martyrolog. Roman. Baroniique notas ad vii. Januarii.

MAXIMUS. Hic est, opinor, celeberrimus Ibidem. Episcopus, cujus homiliae in Ecclesia frequenter leguntur, qui ad 25. Junii inter Sanctos colitur.

EULOGIO. Iste Elilegius Hiporediensis Episcopus dicitur ab Ughello, qui & eundem Eulalium esse putat, qui in epistola Gallorum ad Leonem, & Leonis ad Gallos scriptus habetur; quod proculdubio commentitium est. Eporeae seu Eporediae Salassiorum in Gallia Cispadana civitas, quae olim sub Mediolanensi Metropoli erat, etiam Innocentio III. Romano Pontifice, nunc sub Taurinensi jacet.

FLOREJUS. Qui sui Episcopi nomine subscriptus, dicitur *Florentius* in Trecopith. MS. & Florerius ab Ughello.

GRATUS. Seu *Gratus* dicitur *Gyrvardus* Col. 1083. in Cantabrig. MS. & *Gerardus* a Surio ad marginem. *Augusta Praetoria* Italicae *Ostia* seu *Aosta*, olim Mediolanensi Metropoli subiecta erat, tunc Tarentasiensi.

CYRIA-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Id generatim de cujusque provinciae Metropolitanis falsum est. Antiocheno enim jus & consuetudinem fuisse, ut Metropolitanus provinciarum suae Dioeceseos ordinaret, liquet ex ep. 24. Innocentii I. ad Alexandrum Antiochenum num. 1. Idem quoque jus erat Thessalonicensibus in Illyrici provinciis ex Leonis epistola 5. ad Metropolitanos Illyrici c. 5. & ex ep. 6. ad Anastasium cap. 4. Id ipsum constitutum fuit pro Constantinopolitana sede in Concilio Calchedonenfi aetione ultima. Ut autem de provinciis Italicis aliquid dicamus, certum est Ravennatem Metropolitanam post electionem Romam ex more debuisse accedere, ut a summo Pontifice consecraretur. Mediolanenses vero & Aquilejenses Metropolitanam ini-

tio a Romano Episcopo ordinati videntur: nam cum pro longinquitate vel difficultate itineris ab Apostolico onerosum illis fuerit ordinari, inductum fuit ut ipsi se invicem ordinarent, ut Pelagius tradit. Consensum vero Romani Pontificis in hac posteriori disciplina requisitum P. Bernardus de Rubis probat in Dissert. de Schismate Aquilejensi cap. 4. Quod porro Quesnellus subjicit, an. 1059. contendisse Mediolanenses nullam judicandi vel disponendi vim Romano Pontifici in illa sede competere, ad ea infelicissima tempora pertinet, cum concubinatus aliorumque vitiorum causa Mediolanenses Romanam Sedem audire renuentes, schismatis speciem confecerant.

t. 6. Conc. col. 482.

CYRIACUS. Per quem hæc epistola ad sanctum Leonem delata est, doctrina & sanctitate conspicuus habetur in Ecclesia Laudienſi.

Ibidem.

4

ABUNDANTIUS 4 (quod mendose ponit Card. Baronius pro Abundio) idem esse creditur cum Abundio, qui una cum Senatore Presbytero in Orientem pro sancto Leone Legationem suscepit ante Calchedonenſe Concilium. Nihil audeo affirmare, cum in præcedentibus epistolis, quæ Legationis illius mentionem habent, & in actis Legationis, & apud Theodoritum, qui ad eum scripsit, constanter legatur *Abundius* in omnibus, quos vidi, MSS. Sed omnes pariter, ad quos hanc Eusebii epistolam recensui, duo scilicet Thuan. Trecopith. & Cantabrig. cum excusis codicibus consonanter habent *Abundantius*. Certe si quis dixerit *Abundantium* alium esse ab Abundio, nec hunc fuisse Comensem Episcopum, nec interfuisse Concilio Mediolanensi, sed tradita Eusebio Leonis epistola ad propriam Ecclesiam, a qua diu absens fuerat, statim remeasse: tum quia quid de sancti Leonis epistola sentiret, non erat ambiguum; tum quod non tam cito poterat cogi Concilium: si quis, inquam, hæc dixerit, haud scio an ex ullo antiquo vel scriptore, vel monumento ejus sententia possit falsitatis argui. Theſſalonicensem fuisse Abundium & consecratum xv. Kalend. Decembris ann. 450. asserit Ughellus; sed hallucinatur, cum jam mense Julio præcedenti Legationem in Orientem Leonis nomine ab illo susceptam esse constet, & jam tum quidem episcopali dignitate ornato.

Ibidem.

PRO ASINIONE nonnulli codices habent *Asymone*. Curia, quæ *Coira* vulgo dicitur, Rhætiæ primaria est, & Moguntino Archiepiscopo hodie subest.

Col. 1084.

PASTOR. Tam certum videtur hunc Astenſem Episcopum Pastorem dictum fuisse, cum hoc in omnibus MSS. assertum legamus, quam manifestum est Synodum Mediolanensem, cujus synodicæ subscripsit, non fuisse pro confirmanda Calchedonenſi convocatam; cum hæc posterior fuerit Mediolanensi. Hoc tamen Ughellus affirmat; illud tamquam inconsulte creditum sugillat, propterea quod sæculo septimo Pastor invenitur inter Astenſes Episcopos numeratus: quasi vero duo non potuerint esse ejusdem nominis Præsules.

Ibidem.

SIMPLICIUS. Simplicianus quoque dicitur tam apud Ughellum, quam in MSS. Trecopith. Cantabr. & Thuan.

Ibidem.

JOANNES. Romanus dicitur ab Ughello, qui & eum male dicit creatum ann. 452.

Ibidem.

OPTATIANUS, cujus loco mendose OCTAVIANUS hætenus scriptus est, ut recte monuerunt Baronius & Ughellus, suffragantibus omnibus MSS. codd. inter Sanctos nu-

meratur in Martyrologio ad diem 14. Julii.

JUSTINUS. Sic enim habent MSS. codd. Ibidem. Ughellus Abbas, & Ferrerius Vercellenſis Episcopus in suorum prædecessorum catalogo. Vulgo legitur *Justinianus*, qui inter Sanctos habetur.

QUINTIUS, qui & *Quintus*, Albigaunensis Episcopus in MSS. Trecopith. & Thuanis duobus legitur; Quiritius vero apud Ughellum. Ejus meminit Sigonius lib. 12. de Regno Italiæ, Albigaunensis Episc. Genuenſi Archiepiscopo subditus est. *Quintinus* dicitur in Cantabrig. MS. & *Quintianus* in uno Thuan.

PRÆSTANTIUS. Eum *Projeclitium* vocat Ibidem. Ughellus, *Pristinum* MS. Cantabrig.

## AD EPISTOLAM XCIX.

*Episcoporum XLIV. Gallorum*

*S. Leoni Papæ.*

APUD QUESNELLUM POST EP. LXXVI.

I. RAVENNIUS, Episcopus Arelatenſis, Col. 1107. Viennensis provinciæ Metropolitana, qui S. Hilario proxime successit: de quo supra epist. 36. 37. 38. 50. 51. & 76. (nunc 40. 41. 42. 66. 67. & 96.) item in Libello supplici Gallicanorum Antistitum; & in Vita S. Hilarii.

RUSTICUS Narbonensis in Narbonensi I. Episcopus: de quo ad epistolam 2. (nunc 167.)

VENERIUS Massiliensis Episcopus: de quo inscriptio Narbonensis ad epistolam eandem Rustico datam.

MAXIMUS. Ex Monacho Lirinensi Regiensis in Narbonensi secunda Episcopus, anno 433. creatus, successit enim Honorato in administratione Lirinensis Cœnobii anno 426. eique præfuit annis septem, ut habetur in Homilia Fausti Rejenſis de Maximò eodem inter Eusebianas seu Eucherianas: subscripsit Concilio Regiensis an. 439. & Arausicano I. an. 441. De eodem plura in Chronologia Lirinensi, in Gallia Christiana, & in ejus Vita Francisci Fulvii Frugonii italice scripta, ac multis fabulis referta.

CONSTANTINUS. Ita Thuanei duo codd. & Victor. Thuaneum exemplar codicis Romani, cujus capit. 57. habetur hæc epistola, necnon vulgatæ edit. *Constantianus*: de quo nihil didicimus, nisi quod Regiensis & Arausicano I. Concilii subscriptus reperitur; & ad eum cum aliis Galliarum Episcopis scribit S. Leo ep. 36. & 50. (nunc 40. & 66.) ubi primus nominatur: in quarum priori cum agatur de consecratione Ravennii, necessario mihi videtur ad Viennensem provinciam pertinuisse. Eum tamen, qui dicitur

## EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Vide hac in re adnot. 21. in ep. 97. tom. 1. col. 1083.

etis Conciliis interfuit, Vapingensem Episcopum facit Card. Baronius ad ann. 441.

ARMENTARIUS. Cum duo hujus nominis hic occurrant, quorum alter Podiensi Ecclesiæ præfuisse dicitur, cujus iste civitatis Episcopus fuerit non satis patet; nisi forte Auscensis, cujus circa hæc tempora Pontificatum gessisse legitur Armentarius quidam in Gallia Christiana ex Chartulario Auscensis Ecclesiæ. Duo MSS. Thuan. habent *Armatarius*. Victorin. *Armatarius*, Trecopith. *Armatharius*. Hunc supplementi Concil. Gallic. auctor ex relatione J. Sirmondi & codice Savaronis Antipolitanum in secunda Narbonensi Episcopum facit: penes quos sit hujus rei fides.

VALERIUS, ut legunt Thuan. duo MSS. & Victor. sive ut Trecopith. Thuan. Codicis exemplar cum vulgatis & Isidoro *Valerianus*, videtur esse Cæmeliensis ille in provincia Alpium maritimarum Episcopus, qui ex Monacho Lirinensis Insulæ Pontificatum adeptus, affuit Regiensi Concilio an. 439. & ad Arelatensem Synodum III. vocatus est a Ravennio anno, ut conjicit doctissimus Sirmondus, 455. qui & ejus Homilias evulgavit, quibus vindicias suas subjecit Theophilus Raynaudus. In Fastis Lirinensibus pia ejus memoria consignatur ix. Kal. Augusti, sicut & in Monastico Martyrologio Arnaudi, in quo non *Valerianus*, sed *Valerius* nuncupatur. Ad eum cum aliis sanctus Leo epist. 50. (*nunc 66.*) scribit.

NECTARIUS. Dinienfis in provincia Alpium maritimarum Episcopus fuisse refertur a clarissimo doctissimoque viro Petro Gassendi in Notitia Ecclesiæ Dinienfis, cujus & ipse Præpositus fuit: illudque hausit tum ex opere D. Polycarpi de la Riviere Carthusiani, tum ex vetustissimo codice MS. Joannis Savaronis, qui in hujus epistolæ subscriptionibus cujusque Episcopi sedem designatam exhibebat. Regiensi & Arausicano Conciliis subscripsit; idemque esse videtur ac ille, qui a S. Hilario Arelatenfi Romam missus est ad S. Leonem cum Constantio, ut de redintegrandâ inter utrumque amicitia ageret. Pro *Nestario*, quod in Thuaneo cod. Rom. MS. & Trecopith. legi, habent *Nestorium* Thuan. duo, Victor. & Cantabrigensis & Isidorus, ad quos accedit Surius, qui habet *Nestarium*. Dicitur tamen Nestarius in Vita S. Hilarii, quæ hunc Constantiumque præcipuos Sacerdotes appellat.

CONSTANTIUS primus Uceciensis seu Uzeiticensis in prima Narbonensi Episcopus legitur, Nectarii, ut diximus, <sup>1</sup> collega in

Legatione Romana, ad Arelatensem III. Synodum a Ravennio vocatus, in titulo epistolæ S. Leonis 50. (*nunc 66.*) memoratus, cui, ut *ævo honoris Primati*, deferri volebat Hilarus Papa ordinandorum in provincia Narbonensi I. Episcoporum potestatem Hermeti Narbonensi ablatam.

MAXIMUS Avenionensis Antistes ex MS. Savaronis jam laudato.

ASCLEPIUS Aptensis in Narbonensi II. Episcopus dicitur in MS. Savaronis, Regiensi Synodo interfuit, unus ex iis Episcopis quibus scripsit S. Leo epist. 36. (*nunc 40.*) ex iisque, quos vocavit ad Synodum Arelatensem III. Ravennius in causa Lirinensis Insulæ.

MAXIMUS, tertius hoc nomine numeratur. Cujus sedis fuerit Episcopus affirmare non audeo. Hunc Tolosanum in I. Narbonensi Episcopum fuisse ajunt, eumque esse putant Baronius & Savaro, ad quem Sidonius Apollinaris scripsit lib. 4. epist. 24. Cui libet hac in re divinare licet.

URSUS Senecensis in Alpium maritimarum provincia Antistes fuit, si qua fides MS. Savaronis: nec ante ipsum ullus numeratur Sanitensium Episcopus. Ad eum S. Leo epist. 50. (*nunc 66.*) & Hilarus Papa epist. 2. ann. 463.

INGENUUS Ebredunensis ejusdem provincie Metropolitanus, ut credibile est, licet Urso postponatur: tum quia tunc temporis juri suo cesserat, propter quod & a S. Leone & ab Hilario ejus successore culpatus est: tum quia Metropolitanus extra suam provinciam privilegio suo non potiebantur, quemadmodum videre est (ut plurima quæ occurrunt argumenta omittam) ex Concilio Arausicano I. cui Eucherius Lugdunensis post alios Episcopos non Metropolitanos subscripsit: tunc enim vel consecrationis ordo, vel promiscuus servabatur. Eidem Concilio subscripsit Ingenuus, vocatusque fuit ad Arelatensem III. Ad eum S. Leo epist. 50. (*nunc 66.*) & Hilarus epist. 2. qui etiam eidem metropolitana jura adversus Auxanium vindicavit, ut patet ex epist. 4. ejusdem Papæ. Hoc præcipue nomine commendatur Ingenuus, quod a Gallicanis Episcopis sit delectus, qui hanc epistolam ad S. Leonem deferret, ut ex hujus rescripto patet. Affuit etiam Concilio Romano an. 465. sub Hilario Papa.

JUSTUS. De hoc nihil reperi, nisi quod idem forsan est ac is qui Arausicano I. subscriptus habetur, & recensetur inter Episcopos Gallicanos in epist. S. Leonis 36. (*nunc 40.*) & invitatus fuit a Ravennio ad Concil. Arelatensem III.

VALE-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

<sup>1</sup> Cum provincia Narbonensis I. proprium haberet Metropolitanum, uti ostendimus in observat. ad Dissert. V. Quæsn. part. 2. c. 2. haud credimus Constantium, qui cum Nestario Romam pro Hilario Arelatenfi missus fuit, Episcopum fuisse primæ Narbonensis, sed alium aliquem ex provinciis cis Rhodanum

constitutis, cum præsertim de placando Leone ageretur ob aliorum Metropolitanarum jurisdictionem turbatam ab Hilario; cui fini alienæ provincie Episcopus, si se Hilario adhaerentem exhibuisset, minus aptus futurus fuisse videtur.

VALERIUS. Hunc Mimatensem in Aquitanica prima Episcopum facit cod. MS. Joannis Savaronis. Floruere circa hæc tempora alii duo ejusdem nominis Episcopi, unus Conferanensium in provincia Novem-populana, de quo, ut sanctitate conspicuo, Gregorius Turonensis de gloria Confess. cap. 84. alter Antipolitanus, quem ex veter. MSS. ajunt martyrio coronatum sub Eurico Rege Gothorum Ariano a. 473.

SUPERVENTOR. Nondum Episcopus Synodo Arausicanæ I. pro Patre & Episcopo suo Claudio subscripsit & acta recognovit; atque in ejus locum substitutus esse credendus est. Sed cujus uterque civitatis Pontificatum gesserit, nondum mihi compertum est: ad eum S. Leo in epist. 50. (*nunc 66.*)

VERUS. Eum Arausicanum in Viennensi provincia Episcopum putaverim: collocatur enim in Gallia Christiana post S. Eutropium, qui sub finem quarti sæculi ponitur, & cujus vitam Verus conscripsisse dicitur a Sigeberto lib. de Scriptoribus Ecclesiast. & ab Ufuardo, Adone &c.

HELLADIUS Luteyensis sive Lodevensis Episcopus, ut putat ejusdem sedis Antistes doctissimus Joannes de Plantavit de la Pause in Chronologia prædecessorum suorum, quorum seriem post Bernardum Guidonem & Catellum amplificavit: cui & MS. Savaronis suffragatur.

ÆTHERIUS Magalonenfis Episcopus (cujus sedes ad Montempuellarum translata est) sed testem alium non habemus, quam Joannis Savaronis codicem MS. jam pluries citatum. De eodem nusquam alibi mentionem factam reperimus, sed & desideratur civitas illa in Notitia antiqua Sirmondi, 2 quæ Leone posterior est.

ANEMIUS Albiensium cathedra donatur ejusdem MS. Savaronensis auctoritate.

PETRONIUS. Ille quondam Presbyter, ut conjicio, qui cum Regulo Diacono ad S. Leonem missus est a Gallicanis Episcopis an. Dom. 450. ut litteras deferrent, quibus Arelatensis Ecclesiæ jura, in Hilario ablata, restitui Ravennio postulabant. Deensium Episcopus appellatur in MS. Savaronis.

FONTEJUS. In locum Auspicii Vasionensis Episcopi, ad quem scribebat S. Leo ep. 36. (*nunc 40.*) die VII. Kal. Sept. an. 449. electus est Fontejus: ad quem Leo dedit epistolam 50. (*nunc 66.*) III. Non. Maji anni proxime sequentis, & Hilarus Papa undecimam an. 462. Adhuc in vivis erat an. 472. Siquidem Sidonius Apollinaris ad eum sub Episcopatus sui initia scribit epistola 7. libri 6. Sidonium autem anno 472. sedem Arvernensem conscendisse probat illustrissimus Cardinalis Baronius ad hunc annum num. 12. & seq. Unus est Fontejus ex Episcopis, quibus Lucidus Presbyter libellam

Tom. II.

seu fictitium, seu genuinum obtulisse dicitur.

IDATIUS. Cujus Sedis Episcopus, non apparet. Idem forte Episcopus, cui cum aliis de Mamerti causa, qui Deensibus Episcopum ordinaverat, rescripsit Hilarus Papa.

HILARUS, ut legit Sirmondus cum codicibus MSS. Trecopith. Victor. & duobus Thuan. concinentibus; vel *Hilarius*, ut alii cum vulgatis. Quam Ecclesiam administraverit, ignoratur. Ponitur quidem circa hæc tempora Hilarius quidam Carcassonenfis Episcopus: verum cum hoc oppidum inter civitates non numerent antiquæ Galliarum Notitiæ, non arbitror huic testimonio esse inhærendum.

VICTURUS. Ad eundem Hilarus Papa epist. 2. in causa Mamerti Viennensis an. 463. ubi primus ponitur, & ep. 4. in causa Ingenui & Auxanii ann. 464. Fuit per illam tempestatem Victurius Cenomanensis in tertia Lugdunensi Episcopus; sed nostrum non esse habeo persuasum, cum propter nonnullam diversitatem nominis, tum quia Episcopi in hac epistola & sequenti descripti non mihi videntur extra septem provincias quærendi.

EUGENIUS Episcopus Nemausensis in prima Narbonensi, ita asserente Joannis Savaronis codice. De illo præterea omnino nihil.

PALLADIUS. Unus ex iis, ad quos scribit S. Leo ep. 50. cui præfuerit civitati, mihi latet.

FRATERNUS Glandevensis Antistes in provincia Alpium maritimarum, ut testatur codex Savaronis.

DYNAMIUS. Hunc fuisse Eculismensem in secunda Aquitanica Episcopum aliquis ex eo utcumque conjiciat, quod Gregorius Turonensis lib. 2. Histor. cap. 13. ex verbis Paulini Presbyteri, hujus nominis Pontificem fide & religione conspicuum laudat, & recenset inter Encolismenses Antistites Gallia Christiana post an. 400. Si tamen aliam conjecturam elicere licet ex Inscriptione Narbonensi, quam habes in notis ad epist. 2. (*nunc 167.*) cum in illa legatur Dynamus Episcopus pro reparatione Ecclesiæ Narbonensis contulisse solidos L. fas est suspicari in eadem prima Narbonensi provincia fuisse Episcopum, & forte Biterrensem, cum hæc una Ecclesia super sit, quæ in his subscriptionibus suum non agnoscat Antistitem: conjectura est, quam nolim pro assertione haberi.

JULIANUS. Cabellicensis seu Cavellionensis in Viennensi provincia Episcopus ponitur in Gallia Christiana ad hunc annum. Idem habet MS. Savaronis cod. Vide an non iste est Julianus Pomerius auctor operis

C c c c c

de

EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Hanc Notitiam antiquiorem demonstravimus in Observ. ad Dissert. V. Quesn. part. 2. cap. 4.

de vita contemplativa, vel alius Julianus, cui opus istud inscribitur.

ARMENTARIUS Circa hæc tempora numeratur inter Episcopos Vellavorum seu Podiensium in Aquitanica prima, quod & diserte affirmat David Blondellus Apologiæ pro Hieronymi sententia sect. 3. p. 132. Illumque ipsum Armentarium esse existimat, qui a Regiensi Concilio depositus est, eo quod Ebreduni a duobus tantum Episcopis contra canones ordinatus fuerat Episcopus an. Dom. 439. quam ob causam, ne deinceps provehi ad Pontificatum posset, statuerant prædictæ Synodi Patres Gallicani: qui tamen dispensatione postmodum cum eodem usi sunt, ut in alia saltem provincia, quam Alpium maritimarum, eligi posset. Locum habet in epist. 50. ( *nunc 66.* ) S. Leonis ad Gallos an. D. 450.

HONORATUS Tolonenſis Episcopus dicitur in MS. Savaronis: in Notitia Galliarum & septem Provinciarum, quæ Leone posterior est, Tolonenſis civitas non apparet: ex quo suspectæ fidei redditur Savaronis codex & hic & in aliis sedibus Episcoporum designandis.

EPARCHIUS, ut habet Sirmondus 1. tomo Concil. Gall. & MS. Grim. in ep. sequente, vel *Epartius*, ut legitur vulgo, seu *Ebartius*, ut Thuan. codicis exemplar, alibi non occurrit: nec cujus loci Episcopatum gesserit rescire potuimus.

EUSTACHIUS, *Eustathius*, vel ut habet Thuan. cod. unus, *Eustochius*. Turonenſis facile crederetur Episcopus, qui eo tempore floruit, si ultra septem Provincias excurrere in hac disquisitione liceret. Non apparet in codicis Rom. Thuaneco exemplari, nec apud Isidorum.

MAXIMINUS. Ita Thuan. cod. exemplar: alias *Maximus*, qui quartus erit hujus nominis in epistolæ inscriptione memoratus.

YNANTIUS. In provincia Viennensi mihi videtur fuisse Episcopus: quia inter eos numeratur a S. Leone, ad quos scribit epist. 36. ( *nunc 40.* ) de electione & consecratione Ravennii in Arelatenſem Episcopum; ad quam alioqui suffragium conferre non potuisset.

Col. 1108. 2. INTEMPERIES. Idatius in Chronico ad annum Valentiniani Augusti 28. id est, Christi Domini 452. testis est Euphronium Aduenssem Episcopum misisse epistolam ad Agrippinum Comitem, de signis quæ ap-

paruerunt in regionibus Galliarum: inter quæ signa non immerito quis referat hanc, de qua Gallicani Episcopi scribunt, aurarum intemperiem.

3. OMNES INTRA GALLIAS &c. Etsi non Ibidem. negamus commercii plurimum fuisse inter septem Galliarum Provincias, & alias Provincias Gallicanas, videlicet, Lugdunenses, Belgicas, Germanias &c. ut ex S. Hilarii Arelatenſis cum sancti Germani Autissiodorensis excursibus manifestum est; tamen 3 certum mihi pene est Gallias, de quibus hic loquuntur Gallicani Episcopi, non alias esse, quam septem Provincias: & ex iis tantum conflata esse Synodum, quæ ad S. Leonem hanc epistolam scripsit, & ad quam sequentem ( *nunc 102.* ) rescripsit S. Leo.

4. APOSTOLATUM VESTRUM. Omnibus 4 Col. 1110. indiscriminatim Episcopis hanc alloquendi formulam tribui sexcentis testimoniis notum est: unicum notamus ex Apollinari Sidonio, qui & in Galliis & eadem fere ætate scribebat eundem in modum ad Fontejum; eum, inquam, Vasionensium Episcopum, qui huic epistolæ subscripsit. Vide Sidonii epist. 7. lib. 6. & 4. lib. 7. Idem dicimus de voce *Papa*. Enimvero omnes Episcopi successores sunt Apostolorum, omnes Apostolorum cathedram tenent, & sicut S. Leo epist. 49. ( *nunc 61.* ) cap. 2. testatur se sub Petri nomine Ecclesiæ præsidere, ita ceteri Ecclesiæ Præsules sub Apostolorum nomine præsidere censendi sunt, qui proinde & Apostolici nominari & Apostolatus elogio decorari sine invidiæ nota potuerunt: quamvis hoc usus hodiernus, penes quem loquendi jus & norma residet, Romano Pontifici reservandum velit. Vide Clodovei Francorum Regis epistolam ad Episcopos sui Regni, quos sic salutatur: *Dominis sanctis & Apostolica Sede dignissimis Episcopis, Clodoveus Rex: & in fine: Orate pro me Domini sancti & Apostolica Sede dignissimi Papæ,*

AD

EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Id non ita certum videtur, ut Quefnelus existimat. Cum enim S. Leo ad permovendum Theodosium hanc plenissimam Galliarum Synodum percupisset, in qua epistolam 28. ad Flavianum a cunctis Galliarum Ecclesiis Episcoporum subscriptionibus receptam ostenderet; e cunctis Galliarum provinciis Episcopos ad Synodum accitos, & ex Lugdunensibus vicinioribus provinciis, aliisque concurrere satis credibile est.

4 Licet *Apostolatus* & *Papæ* nomina aliis

quoque Episcopis olim tributa legantur; cavendum tamen est ne hinc aliorum Episcoporum æqualitatem cum Romano Pontifice quisquam colligat. Nam præterquam quod alii plerique Episcopi sedes non tenent ab Apostolis ipsis fundatas, nullus alius etiam Apostolicarum Ecclesiarum Episcopus proprius est S. Petri successor, nisi solus Romanus, in quem solum propterea S. Petri primatus, ac primatus jura transferunt.

## AD EPISTOLAM CII.

APUD QUESNELLUM LXXVII.

*Episcopis Gallicanis.*

Col. 1137. 1. **I**NSPIRATÆ. Omnes MSS. codd. quos vidi, habent *inspirare*, sicut & retinet Sirmundus: quod sensum non habet nisi obscurum. Griman. cod. habet quidem *inspirare*; sed cum ante ibidem legatur *divinitus*, luce clarius est legendum *inspiratæ*: quod & nonnulli editi codices exhibent.

Col. 1138. 2. PERSONIS DISTINCTIS ATQUE DIVISIS &c. ita Griman. cod. pro quo vulg. edit. *naturis & personis distinctis, ut neque ipse esset &c.*

Col. 1139. 3. THEOPHILUM. Mirabitur quis hunc inter probatissimos Præsules recenseretur a S. Leone, dignumque haberi, qui Dioscoro in exemplum proponeretur. Quod ne ad fidei tantum sinceritatem restringatur, obstat quod *sanctæ memoriæ* appellatur ab eodem epist. 94. ( *nunc* 121. ) ad Marcianum Imperatorem & 68. ( *nunc* 88. ) ad Paschasium Lilybetanum, & cum sanctitatis præconio citantur ejus scripta tam in epistola 134. ( *nunc* 165. ) ad Leonem Augustum, quam in excerptis SS. Patrum in Concilio Calchedonensi relectis. Nectamen ignorare potuit S. Leo, 1 quam nefandis artibus, quam horrendis calumniis, quamque aperta vi sanctissimum Ecclesiæ Doctorem Joannem Chryostomum persecutus fuerit, ac tandem oppresserit Theophilus. An eum tot scelerum ante mortem pœnituerit, qui volet inquirere, adeat lib. 9. cap. 5. Vitæ sancti Joannis Chryostomi mirabili diligentia, judicio, doctrina ac concinnitate gallice nuper conscriptæ ab eruditissimo viro Godefrido Hermantio Doctore Sorbonico & Ecclesiæ Bellocensis Canonico.

Crediderim ego ex his loquendi formulis de Episcoporum sanctitate non esse decernendum: cum videamus perditissimos homines iisdem titulis decorari etiam in Conciliis œcumenicis; & hanc consuetudinem per ea tempora viguisse, ut quicumque Episcopi a fide catholica nullo modo devia-

Tom. II.

rant, decesserantque in communione Ecclesiæ, reponerentur in sacris diptychis, & sanctæ memoriæ viri dicerentur.

4. AD FRATRES NOSTROS HISPANIÆ. Videmus hic primum de Gallicana Ecclesia S. Leonem esse sollicitum, tum de Hispana: quia plerumque accepit a Gallis quæ ad fidei initium, incrementum, & custodiam sibi erant vel necessaria, vel utilia. Idem Hispanus in Chronico ad Olymp. 307. nonnulla habet, quæ hujus sunt instituti & loci: *De Galliis epistole deferuntur &c.* supra in notis ad epist. 15. n. 9. Eadem via, ac Episcoporum Gallicanorum ministerio, missa ad Episcopos Italicæ Diocesis celebris epistola Leonis nostri ad Flavianum, ut ex sequenti epistola ( *nunc* 97. ) Eusebii Mediolanensis ad sanctum Leonem docemur: *Ad nos, inquit, ex vestra admonitione, sancto fratre & Coepiscopo nostro Ceretio mutuante pervenit.*

## AD EPISTOLAM CIII.

*& exemplar sententiæ contra Dioscorum late.*

APUD QUESNELLUM LXXXII.

**E**XEMPLAR SENTENTIÆ. Jacobus Sirmundus hanc sententiam ex codd. Corbenf. & Pithœano, in quibus huic epistolæ subijciebatur, exscribendam quoque hic censuit. Quoad sensum convenit fere in omnibus cum illo Legatorum sancti Leonis suffragio, quod in act. 3. Calchedonensi reperitur. Observatione porro dignissimum est Sedis Apostolicæ Legatos ne suum quidem suffragium prius, ferre adversus Dioscorum voluisse, quam totius Synodi mentem ac consilium repetita sæptius interrogatione explorassent. *Quo igitur, inquit, ita contemnens, vestra sanctitas ore proprio faciat manifestum. Sancta Synodus dixit: Indignatione, quæ contra inobedientes a sanctis Canonibus constituta est. Et infra: Quid placeat vestræ sanctitati, inquit Paschasius, volumus discere. Sancta Synodus dixit: Quæ placita sunt Canonibus. Instittit deinde bis Paschasius: Jubeat religiositas vestra, ut ecclesiastica ultione adversus eum utamur? Con-*

Ccccc 2 sen-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Alii Theophili scientiam, egregia gesta, ac virtutes considerantes, eum nimio zelo abreptum, moderationis limites excessisse, præcipitque judicio in S. Joannem Chryostomum egisse non inficiantur, sed ita ut etiam S. Cyrillus initio sui Pontificatus in eadem Theophili sententia, quam æquissimam putabat, aliquandiu persisteret. Hæc humana præjudicia sicut S. Innocentio I. non tanta visa sunt, ut cum Theophilo communionem abrumperet; ita Leonem nostrum non impediunt quominus eundem Theophilum *probatissimum*, & *sanctæ memoriæ* virum vocaret.

1 Legatorum S. Leonis contra Dioscorum sententiam Pontificis auctoritate latam, in Calchedonensi Concilio non *sententiam* proprie di-

ctam, sed merum *suffragium*, quo licet post quæsitam Synodi mentem pronuntiato, res tamen adhuc integra Patribus relicta fuerit, hac notatione Quesnellus contendit. At eam veram sententiam fuisse probavimus adnot. 6. tom. 1. col. 1141. Cum vero postea Patres ab iisdem Legatis rogati fuerint, ut eidem sententiæ suos quoque calculos adderent; id ea de causa factum est, non quod Dioscorus vera Legatorum sententia non fuisset satis depositus, nisi postquam Synodi sententia accederet; sed ut concursus omnium Synodi Patrum in eadem depositione judicium gestis infereretur, sicque Dioscorus non solum pontificia, sed etiam totius Synodi sententia depositus cognosceretur.

sentitis? Sancta Synodus dixit: Omnes consentimus. Et post multa: Petimus igitur vestram sanctitatem, qui habetis locum sanctissimi Papae Leonis, promulgare in eum & Canonibus insertam contra eum proferre sententiam. Postquam igitur sciscitatus esset rursus Paschasius: Quid placet beatitudini vestrae? & Maximus Antiochenus eum adhuc de totius Synodi consensu certiozem fecisset; tunc demum suum hoc Legati protulere suffragium Leonis nomine, cujus vices gerebant: rem enim totam in integro relictam a se fuisse satis testati sunt, cum prolata sua sententia, hæc addiderunt: *Supereft ut congregata venerabilis Synodus canonicam contra prædictum Dioscorum proferat, iustitia suadente, sententiam.* Exemplar illud sententiæ nihil aliud, inquam, est quam Legatorum suffragium act. 3. Calched. prolatum; sed ab imperito translato corruptum, vel etiam interpolatum. Nec opus erat ex MSS. codicibus illud eruere; cum jam pridem typis esset excusum in Crabbiana & Nicoliniana Conciliorum editionibus, ad calcem actorum Calchedonensium. Fallit igitur titulus, qui Sententiæ dicit, quod suffragium tantum est Sententiæ prævium, & epistola appellatur in utraque illa Conciliorum editione.

## AD EPISTOLAM CIV.

APUD QUESNELLUM LXXVIII.

*Marciano Augusto.*

Col. 1143. 1. **L**EO MARCIANO AUGUSTO. In ple-  
risque editionibus, quæ post Cani-  
sianam an. 1546. & 1547. evulgatæ sunt,  
præfixus est huic epistolæ titulus ad pompam  
& splendorem confectus in hunc modum:  
*Leo Episcopus Romanae & universalis Ec-  
clesiæ &c.* Sed novitiam hanc epigraphen  
ignorant editiones Conciliorum Jacobi Mer-  
lini anno Dom. 1524. & 1535. Colonien-  
ses an. 1530. 1535. & 1538. Suriana ope-  
rum sancti Leonis, Sicardi ann. 1568. Pa-  
risiis; Holstenius ipse in collectione Roma-  
na Pontifici Romano ab Eminentiss. Cardina-  
le Barberino dicata, necnon MSS. codd.  
Griman. Thuanei, Victorini plures, Tre-  
copitheanus &c.

Col. 1147. 2. **V**ESTRO BENEFICIO. Legebatur antea  
*nostro beneficio*; sed contradicunt omnes MSS.  
codd. Grim. Trecopith Cantabrig. Victor.  
Thuanei quatuor, & edit. Canisii, Merli-  
ni, Sicardi, Nicolini, Surii, necnon Baro-  
nius ad annum 452. num. 14. & 3. parte  
Concil. Calchedonensis. Ita legendum esse  
manifestum est ex epistola sequenti ad Pul-  
cheriam Augustam, quam alloquens, Ana-  
tolius, inquit, *parum considerans quanto pie-  
tatis VESTRÆ beneficio & mei favoris assen-  
su Constantinopolitanae Ecclesiæ Sacerdotium  
suerit consecutus &c.*

Col. 1149. 3. **Q**UAM APOSTOLICAM NON POTEST FA-  
CERE SEDEM. Sedes seu Ecclesiæ apostolicae  
non una ratione dicuntur, Primum enim

Romana Sedes Apostolica ἀποστολικήσ appellatur: quia a Principibus Apostolorum  
fundata & utriusque sanguine consecrata fuit.

2. Alexandrina & Antiochena: quia post  
SS. Petri & Paulli prædicationem christia-  
num in hac nomen primum exortum est;  
illa per sanctum Marcum ejus discipulum  
fundata. 3. Ecclesiæ quæ ab aliis Apostolis  
fidei semina acceperunt, aut ab eis sunt ad-  
ministratæ: quemadmodum Jerosolymitana  
Sedes Apostolica appellatur a Theodorito  
lib. 4. cap. 21. 4. Tertulliano ea est Eccle-  
sia Apostolica quæ *evoluit ordinem Episco-  
porum suorum ita per successiones ab initio  
decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem  
ex Apostolis vel apostolicis viris, qui tamen  
cum Apostolis perseveraverit, habuerit aucto-  
rem & antecessorem: hoc enim modo Ecclē-  
siæ Apostolicæ census suos deserunt: sicut Smyr-  
neorum Ecclesia Polycarpum ab Joanne collo-  
catum refert.* 5. Illæ quoque ab eodem cap.  
20. ejusdem libri *Apostolicæ deputantur, ut  
soboles Apostolicarum Ecclesiarum, quæ ab  
Ecclesiis per Apostolos conditis traducem fidei  
& semina doctrinæ mutuata sunt, ut Ecclē-  
siæ fierent.* 6. Nonnulli eas Ecclesiæ Apo-  
stolicis accenseri putant ab Augustino lib. 2.  
de doctrin. christ. cap. 8. quæ epistolas apo-  
stolicas accipere meruerunt: quales sunt  
Theffalonicensis, Ephesina, Colossensis &c.  
Sed etsi revera Apostolicæ sunt sensu Ter-  
tulliani jam exposito; tamen ab Augustino  
Apostolicæ eo loco non appellantur, sed iis-  
dem potius ut distinctæ opponuntur.

Ex hujus epistolæ exordio, fictitiæ epi-  
stolæ Eleutheri Papæ ad Gallos Episcopos  
exordium confecit famosus ille impostor.

## AD EPISTOLAM CV.

APUD QUESNELLUM LXXIX.

*Pulcheriæ Augustæ.*

**D**UO solum codices, Grimanicus scilicet  
& Victorinus, affuere huic & 84. at-  
que 86. (nunc III. & 113.) epistolis rele-  
gendis, quæ sane multis in locis medicam  
manum desiderabant; ut conferre volenti  
parebit.

1. **S**ED IS, QUI JURE CARITATIS RATIO-  
NABILIS, ET MORUM ET OFFICIORUM OR-  
DO SERVABITUR. Pene hæret aqua: nam  
nec editi codices, nec MSS. satis emendati  
mihi videntur. Editi sic habebant: *Sed ea,  
quæ jure caritatis rationalis est, & mo-  
rum & officiorum servabitur unanimitas.* Vi-  
ctorinus cod. eadem fere habet: ultima ta-  
men vox *unanimitas* in eo desideratur. In  
Griman. sic legimus: *Sed æquo jure carita-  
tis rationalis & morum & officiorum ordo  
servabitur.* Etsi vero textum Leonis ex hoc  
potissimum, paucis mutatis, confecimus;  
aliud tamen hunc ita ex his omnibus con-  
farciri posse conjicimus: *Sed ea, quæ jure  
caritatis rationalis est, morum unanimitas,  
& officiorum ordo servabitur.*

2. **C**ASSAMUS. Idem hoc verbum usurpat  
in se-

Quo-  
si S.  
caffa  
Cano-  
Calce-  
pro-  
ide-  
tam



in sequenti epistola (nunc 106.), necnon epist. 73. (nunc 90.) cap. 1. & 99. (nunc 126.) Cujus vocis non idem semper est significatus: plerumque enim idem est ac irritum facere; aliquando autem cassari idem ac irritum esse & omni auctoritate vacuum: nonnumquam etiam idem est cassare ac irritum declarare & cassum pronuntiare; & hoc modo sumi mihi videtur in præsentia a sancto Leone. Enim vero tam ea, quæ in Ephesino latrocinio acta fuerant, quam ultimus Canon Calchedonensis, irritari & cassari opus non habebant: cum & illud Concilium vocari nulla ratio sineret, ut loquitur ipse Leo, & consensiones Calchedonensium Patrum in gratiam Anatolii eo ipso nullæ censendæ essent, quod contra Nicænorum Patrum inviolabiles sanctiones adhi-

bitæ fuerant: *Sive enim per pauciores, sive per plures ecclesiastica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate est vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diversum.* Quod aliis his verbis exprimit in eadem epistola: *Si quid usquam aliter, quam illi statuere, præsumitur, sine cunctatione cassatur.* Idem ergo apud Leonem est, *omni penitus auctoritate esse vacuum, & sine cunctatione cassari*; hoc est, ut paullo infra sequitur de conscriptione Constantinopolitana Synodi, *ab initio sui esse caducum dudumque collapsum.* Quod autem omni penitus auctoritate vacuum est, quod sine cunctatione statim ac præsumtum est, cassatur, quod ab initio sui caducum est, dudumque collapsum, nulla sententia, nulla auctoritate necesse est cassum & irritum effici, sed tantummodo irritum

### EDITORUM ADNOTATIONES.

Quo sensu S. Leo cassavit Canonem Calched. pro CP. sede editum.

1 Dux actorum species cassari solent. Quædam enim legitima auctoritate, ordineque legitimo gesta, rata & valida sunt: quæ si a superiori potestate cassanda credantur, *cassare* hoc casu idem est ac irritum facere. Quædam vero vel illegitima auctoritate, vel sine legitimo ordine, seu cum enormi iniquitate ac injustitia gesta sunt; ac propterea cum nullam per se vim habeant, quoadcumque hæc quispam competenti auctoritate cassat, irrita declarat. Ephesini latrocinii gesta hujus secundæ speciei exstiterunt. Cum vero Concilium Calchedonense, quod celebrem canonem pro Constantinopolitana sede constituit, esset Concilium æque generale, ac Concilium Nicænum; ob æqualem auctoritatem derogare utique potuit canonibus Nicænis in re meræ disciplinæ, quæ mutationi obnoxia est; ita ut ille canon ad primam speciem referendus sit, eumque *cassare* idem fuerit ac irritum facere. Cum generalis Concilii vis & auctoritas Romani Pontificis assensum requirat, decreta hoc assensu expertia veluti suspensa manent, quoad supremi capitis assensum obtineant. Multo autem magis pro generalis Synodi sanctione habenda non sunt, si Romani Pontificis, aut Legatorum ejus contradictionem ac dissensum incurrerint. Id autem multo etiam magis verum agnoscitur, si derogandum sit canonibus, qui a generali Concilio, Summo Pontifice assensiente, decreti fuerunt, summaque totius orbis veneratione recepti. Qui autem in Synodo Calchedonensi canonem Nicæno derogarunt novo decreto, ii fere fuerunt ex Orientalis Ecclesiis, quæ ad Occidentem non pertinent: unde per se se solam Orientalem, non vero & Occidentalem Ecclesiam representabant: quod ad generale Concilium necessarium est. Hinc sane pontificia confirmatio supradicti canonis Calchedonensis ad vim ejus necessaria agnita fuit. Quare Anatolius Constantinopolitanus in epist. 101. c. 5. *Ejusmodi etiam decretum, inquit, ad vestram Sanctitatem sancta Synodus vetulit, & nos, ut approbationem a vobis confirmationemque consequamur.* Et iterum ep. 132. c. 2. *Cum & sic gestorum vis omnis & confirmatio auctoritati vestræ Beatitudinis fuerit reservata.* Sicut ergo auctoritatis Summi Pontificis necessaria erat ad confirmationem canonis, qui Nicænis canonibus dero-

gabatur; ita eadem auctoritate deficiente eam non a Calchedonensibus contra Nicænos constitutus nullam per se generalis Synodi vim habebat. Hinc eum tamquam irritum S. Leo censuit, eumque *cassans* irritum declaravit. Cum tamen idem canon Calchedonensium Patrum auctoritate vim aliquam inchoatam haberet, cui perficiendæ apostolica auctoritas debebat accedere; S. Leo verbo *cassans* eam quamcumque vim in irritum fecisse dici potest. Ex his porro sic Quesnellum urgemus. Num putat Calchedonense Concilium, cum prædictum canonem sanxit, fuisse generale, & vim generalis Concilii habuisse, etsi pontifici Legati ei canonem contradixerint, nec Pontificis confirmatio accesserit? Hac enim in hypothesi cum certum sit Concilium generale in rebus disciplinæ posse novum decretum inducere, & derogare decreto anterioris generalis Synodi Nicænae (Concilia enim generalia posteriora non minus possunt quam anteriora) certum quoque esse debet Concilium Calchedonense, si contradicentibus etiam Legatis, ac Pontificis approbatione deficiente fuisset adhuc Concilium generale, & generalis Synodi vim habuisset, valide potuisse condere canonem de prærogativis Sedis Constantinopolitanae; tamen si statutis Nicænis esset contrarius. Tunc autem S. Leo eundem canonem cassans, validum canonem cassasset, & supra generale Concilium suam auctoritatem exercens, eundem canonem irritum fecisset. Quod si hæc sententia non placeat, id unum dicendum superest, Concilium Calchedonense, licet esset generale, eo quod in illo conveniunt non solum Orientales Episcopi, sed etiam ex Occidentalibus Legati præsertim Romani Pontificis non minus Occidentis, quam totius Ecclesiæ capitis; non tamen generalis Synodi vim habuisse in decretis, nisi cum Orientalium Episcoporum suffragio concurrerent Occidentales, ac præsertim Romanus Pontifex per se, vel per suos Legatos: & hac in sententia, quæ notissima est, canon Calchedonensis Nicænis præsertim decretis contrarius, cui contradixerunt Legati, generalis Concilii vim non habebat; ac propterea cum illum Leo *cassavit*, irritum per se & nullum declarasse dicendus est.

ritum & cassum declarari ac denunciari. Quod hic facit sanctus Leo, ut Canonum custos & executor, *unica secum imperatorie fidei pietate*: cujus auctoritas merito pontificiæ adjungitur, quia de executione & defensione Canonum antiquorum & de temeritate novellorum repellenda agebatur: secus si irritanda forent, quæ aliquid antea roboris habuissent. Ne porro quod diximus de hujus vocis significatione, ex proprio natum ingenio videatur, monendus est a nobis lector eodem sensu usurpari in decretali, quæ Cælestino Papæ III. tribuitur C. *Cum dilectus Tit. de Elect. & Electi potest. Cassetis*, id est, inquit glossa, *nullam pronuntietis*: & ad decretalem Innocentii III. C. *Accedens*. 1. Tit. *Ut lite non contest. Cassavimus*, id est, *cassam denunciavimus*, inquit glossator: *Cum enim sententia nulla est, non debet cassari, sed cassa & irrita denunciari: quia quod nihil est, cassari non potest, & omnia restituenda sunt in pristinam causam per talem sententiam habita*: quod & supra postulabat ab Imperatore Leo noster, cum de pseudo-Synodo Ephesina ageret; & quidem sequentibus etiam hujusce epistolæ verbis ostendit duplicem ob causam Canonem 28. approbari a se nullo modo potuisse. 1. quia debebat *in omnibus ecclesiasticis causis, his legibus obsequens esse*, quibus Canon ille contrarius erat, qui proinde ante omnem illius sententiam erat irritus & cassus. 2. quia tanta erat Nicænorum Canonum auctoritas, ut quicquid a multo etiam pluribus contra esset decretum, in nulla reverentia habendum esset.

## AD EPISTOLAM CVI.

APUD QUESNELLUM LXXX.

*Anatolio Episcopo CP.*

Col. 1161. 1. **N**ON INCULPATA PRINCIPIA. Video a plerisque Leonis verba non satis perpendi; cum tamen ipse sua scrupulosius selegerit: non enim ait irritam aut vitiosam fuisse Anatolii ordinationem, vel contra Canones usurpatam, ut de ordinatione Maximi mox asserit, sed tantum: *Non inculpata illius fuisse principia*, & ut epist. 55. (nunc 70.) ad Pulcheriam loquitur, *ordinationem ejus dura præcessisse*: epist. 78. (nunc 104.) ad Marcianum August. *ejus initia titubasse*: epist. 84. *ejus ordinationem fuisse suspectam*: quia videlicet ejus fides in dubium vocari poterat, qui ab Eutythis defensoribus fuerat ordinatus: *nec immerito credebatur*, ut supra dixit, *quod ejus ordinatores contra sanctorum Canonum constituta vide-*

*rentur sui similem consecrasse*. Ceterum non erat eadem Anatolii conditio, ac Maximi & ceterorum, qui male depositis ab Ephesino latrocinio Episcopis superpositi fuerant: non enim vivente Flaviano consecratus est Anatolius; alioqui numquam eum sanctus Leo inter Episcopos habuisset, ut sæpius scripsit; sed post ejus decessum, ut etiam ex Liberati Breviario cap. 12. manifestum est: unde modo fidei ejus integritas appareret, quam nulla, ut lapsi Episcopi fecerant, subscriptione violaverat, nihil erat quod ejus ordinationem ratam haberi videret. Non igitur dispensatione cum eo utendum fuit, sed inquisitione sola, quæ ejus de Incarnatione fidei sinceritatem probaret, nec aliud umquam exegit sanctus Leo præter hujusmodi testimonium: quod antequam fieret, ejus ordinationi suffragari litteris communicatoris noluit, ne forte hæretico homini communicare videretur: *non dilectionem negans, sed manifestationem catholica veritatis expectans*... *Occasionem*, inquit consequenter, *totius difficultatis amoveo, nec aliquid exigo, quod aut arduum videatur, aut dubium; sed ad id, quod nullus Catholicorum refutet*, INVITO. Ubi porro id præstitit Anatolius, ad quod a Leone invitabatur, & ab omnium se deviantium participatione purgavit, tunc ei communionem suam libentissime impertivit sanctus Papa, agnovitque eum *non judicio hominum, sed Dei fuisse benignitate proventum*: ita ut ejus causa non egeret sequentis retractatione Concilii, & ut e-

gauerunt ceterorum Episcoporum causæ. I

2. **CONTRA CANONICAM REGULAM.** Cum Ibidem. manifestum sit, hanc canonicam regulam a Nicænis Canonibus in contextu sancti Leonis distingui, vix Canon occurrit ad quem respexisse videatur sanctus Pontifex. Nullus enim inter aliorum Græcorum Conciliorum Canones, quibus fere totum illius ævi jus ecclesiasticum coerceretur, immo nec inter Apostolicos, Sardicenses, vel Africanos aliquis reperitur, qui de Metropolitaram, seu Primariorum, seu Provincialium ordinatoribus quicquam statuerit. Hoc tamen semper ex antiqua primum consuetudine, quæ canonicæ regulæ vim habebat, & deinceps ex Nicænis decretis observatum fuerat, ne provinciæ miscerentur, & ut Metropolitani a suis comprovincialibus consecrationis gratiam acciperent. Talis est antiqua consuetudo, quam Nicænæ Synodi Patres confirmant, quamque supponit Sardicensis Canon 5. dum statuit quo casu in aliena provincia licitum sit ab Episcopis ordinationem Episcoporum celebrari. Et de hac consuetudine intelligenda sunt ea, quæ tam sanctus Leo, quam alii de Regula canonica seu ecclesiastica sæpius commemo-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Addendum vel *judicio, aut dispensatione Pontificis*: judicium enim Leonis in restitutione Theodoretæ, qui in Nestorianismi suspicionem incurerat, quantum valuerit, ostendimus in Observat. ad Diff. X. Quesnelli. Dif-

pensatio autem ejusdem Pontificis in Maximi Antiocheni causa, ut ne egerit retractatione ac judicio Concilii, ex ipsis Calchedonensibus gestis liquet.

memorant, cum inter receptos per eam ætatem Canones non inveniuntur.

Col. 1163.

3. DEFINITIONE EJUS CAUSSÆ ... PERFUNCTOS. Pelagius I. in epist. ad Eliam Aquilejensem & alios Istriæ Episcopos, quam a Gregorio Magno tunc Diacono conscriptam dicit Paullus Vvarnefridus lib. 3. de Gestis Longobard. cap. 20, ita citat hunc locum: *Definitionis ejus causa, quæ erat curanda, pertractos, ad tractorias litteras alludens, quæ vocandis ad Concilium Episcopis mittebantur.* Grim. cod. *Definitione ejus causæ curanda perfunctos.*

Col. 1165.

4. ANTE LX. ANNOS FACTA CONSCRIPTIO. Certum est tum aliunde, tum ex epistola Marciani Augusti ad sanctum Leonem de hoc eodem negotio, hæc verba de Concilio Constantinopolitano I. esse intelligenda: in quo qui convenerant Episcopi statuere, quod *Constantinopolitanæ civitatis Episcopum habere oportet Primatus honorem post Romanum Episcopum; propter quod sit nova Roma.* De cujus Synodi Canonibus, eorumque ab Ecclesia Romana receptione consule illustrissimum Petrum de Marca in Dissertatione de Institutione Patriarchatus CP. necnon lib. 3. cap. 3. Concord. Sacerd. & Imper. ejusque libri 5. continuatorem Stephanum Baluzium cap. 21. Mirum quidem est, & notatu dignum, quod sanctus Leo asserit numquam a prædecessoribus Anatolii ad notitiam Apostolicæ Sedis transmissam esse ejusmodi conscriptionem Episcoporum 150. Constantinopolitanæ Synodi, cum 2 semper inter primarias & œcumenicas Synodos ea sit numerata etiam a Pontificibus Romanis, Gelasio in decreto synodico de libris apocryphis, Gregorio I. lib. 1. ep. 24. & aliis. Quamquam & fatendum est utrumque illorum, Gelasium scilicet in epistola ad Dardanum & Gregorium lib. 6. epist. 31. testari illius Canones ad Romanæ Ecclesiæ notitiam non pervenisse, aut ab illa receptos non fuisse. Qui ut secum ipsi concilientur, recurrendum est necessario ad illam distinctionem, quæ eruditis aliquibus viris non aridet, dicendumque missam fuisse ad Romanam Sedem, ab eaque susceptam expositionem fidei, quæ in illo Concilio condita est; Canones vero, qui ab eisdem Synodi Patribus pro Ecclesiarum ordinatione privilegiisque editi fuerunt, nec missos fuisse ab Orientalibus, nec ab Occidentalibus receptos: cum usque ad S. Leonis tempora Romanæ Sedi videantur fuisse ignoti. Distinctioni hujusmodi lucis non parum conciliatur ex epistola, quam Constantinopolitanæ Synodi Patres rursus in ea civitate aliquanto post congregati scripserunt ad Damasum Papam, Ambrosium Mediolanensem, & ceteros Concilii Romani Antistites. Supponit

enim ista epistola missam fuisse ad Occidentales Episcopos Confessionem fidei in illa œcumenica Synodo evulgatam: quandoquidem cum de fide sua ad illos differrent Orientales, ut pleniori cognitione de illa instruerentur, eosdem ad libellum remittunt, qui a Concilio Constantinopolitano fuerat editus. *De quibus, inquit, plenior cognitionem animis poteritis percipere, si libellum Concilio Antiochiæ convocato de fidei decisione editum, & cum etiam, qui superiore anno a Concilio generali compositus est, legere placuerit: in quibus tum fidem nostram uberius exposuimus, tum hæresibus nuper excogitatis anathema scriptis proditum denuntiavimus.* Quæ insulse admodum a viris sapientissimis proferrentur, nisi vel tunc mitterent prædictum libellum Occidentalibus, vel eum jam pridem missum fuisse recordarentur. De ceteris vero, quæ ad jura & privilegia Constantinopolitanæ sedis pertinebant, ne verbum quidem habent, vel non ausi ejusmodi Canones mittere, quos Occidentalibus minime placituros sciebant, vel persuasi Episcopis Orientalibus de Orientalium Ecclesiarum ordinatione aliquid decernentibus, Occidentalium consensum nequaquam necessarium esse: sufficere porro, si quod de Fidei symbolo statuerant adversus hæreticos, in illorum notitiam venire curarent: quia cum fidei causa omnibus non modo Episcopis, sed & catholicis laicis sit communis, & propria sit œcumenici Concilii materies, omnibus quoque innotescere necesse est quæ ad eam spectant, omniumque imprimis Episcoporum Capiti, cujus est præcipue ex Apostolicæ Sedis specula fidei custodiæ ac sinceritati invigilare. Etsi vero opponat sanctus Leo statuta illa numquam ad Sedem Apostolicam fuisse transmissa, hanc tamen rationem vehementer non urget, dissimulans etiam quicquam de œcumenica illa Synodo nominatim commemorare: ne odium inde sibi pareret apud Imperatorem & Ecclesias Orientales Constantinopolitanæ amplitudinis studiosissimas. Sed præcipuum argumentationis suæ robur arcescit tum a perennitate & excellentia Nicænorum Canonum, qui novellis constitutionibus violabantur; tum ex eo quod, posthabitis Constantinopolitanæ Synodi decretis, semper in suo remanserat ordine hujus civitatis Episcopus: ita ut absurdum esset, *quorundam Episcoporum proferre consensum, cui tot annorum series negaverat effectum, & conscriptioni ab initio sui caducæ dudumque collapsæ sera post sexaginta annos & inutilia subjicere fulcimenta, eliciendo a fratribus speciem consensionis in Calchedonensi Concilio.* Ceterum monere hic lectorem debemus probatissimos codd. MSS. hujus epistolæ, quos

## EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Concilium Constantinopolitanum I. non semper a Pontificibus Romanis pro œcumenico habitum, immo & diutius illis fuisse ignotum, ac proinde non fuisse vere œcumenicum,

quamdiu a Romana Ecclesia agnitum, & receptum non fuit, ostendemus fufius tomo III., ubi hanc Quesnelli notationem ad calculos revocabimus.

quos videre contigit, mendosam hujus loci lectionem exhibere: ita ut ex his suspicari solum liceat, aliter aliquando lectum fuisse, quam nunc legitur. Griman. enim codex pro *numquamque a prædecessoribus* &c. habet: *cum quam a prædecessoribus* &c. Thuan. unus sic totum locum repræsentat: *cum quando a prædecessoribus tuis audieris ad Apostolicam dudumque Sedem* &c. duo alii Thuan. ultima verba sic variant: *Ad Apostolicam Sedem transmissa notitia*, quæ ideo referre volumus, etsi per se nulli usui futura, ut hinc attentiores facti eruditi viri, in quorum manus exemplaria MSS. hujus epistolæ forte devenerint, huic maximi momenti loco medicam manum adhibeant.

Col. 1167.

5. PROVINCIALIUM JURA PRIMATUUM. Ita legendum cum MSS. codd. non *Primatium*, ut legit celebris Morinus lib. 1. Exercit. Eccles. 8. a cujus etiam interpretatione discedere cogimur, dum hæc de Patriarchis Alexandrino & Antiocheno intelligit, quæ potius dicuntur de Metropolitanis Diœceson Ponticæ, Asianæ, & Thracicæ, quarum ordinationem Constantinopolitano Episcopo tribuebat Canon Calchedonenfis, de quo lis erat. Duo enim distincta capita a sancto Leone in illo Canone impugnabantur; unum, quod primarias illas Sedes Alexandrinam & Antiochenam spectabat, quas Constantinopolitanus secundum usurpans locum, secundo & tertio gradu spoliare tentabat; & de his sunt verba sequentia: alterum ad supra memoratarum Diœceson Metropolitanis pertinebat, quorum pariter privilegia invadebat Anatolius, dum eorum ordinationem sibi vindicabat; cujus potestas auctoritate antiquorum Canonum semper penes uniuscujusque provinciæ Synodum resederat. Semper enim hæc fixa immobilisque regula fuerat, ut numquam unius provinciæ Episcopi in alterius provinciis quicquam attentarent; nec in quorumque Metropolitanorum jura involarent alii Metropolitanis, quod hic tamen fiebat ab Episcopo Constantinopolitano, qui certis gradibus ad Monarchiam Ecclesiæ Orien-

talis viam sibi straverat. Primum enim sola honoris privilegia, secundum scilicet locum post Romanum Pontificem, sibi decerni curavit Canone Constantinopolitano. 2. Se se ordinationibus variarum Diœceson immiscuit per voluntariam concessionem Metropolitanorum variis artibus seu obtentam, seu extortam: de quo plura exempla refert illustrissimus de Marca in accuratissima, quam edidit, Dissertatione de Patriarchatus Constantinopolitani Institutione, quam consule. 3. Quod usu jam ipso introductum erat, Canone Calchedonenfi firmari fecit, nec non & imperatoriis edictis. 4. Cum jam cerneret se Alexandrinæ & Antiochenæ sedium Episcopis & per administrationem amplissimarum Diœceson parem, & per secundum locum, quem adeptus fuerat, superiorem: tum cogitavit de usurpanda utriusque illius Primatis ordinatione; cujus occasio cum se se obtulisset post Ephesinum conciliabulum in Maximi Antiocheni ordinatione, hanc avidè arripuit; constitutis postea condendis viam talibus molitionibus aperiens. 5. Gradus ex quarto secutus facile fuisset: cum enim, ut optime observatum est ab eodem Præfule lib. 1. Concord. Sacerd. & Imp. cap. 7. veteris disciplinæ hoc esset præcipuum caput, ut Synodis se sisterent Episcopi apud eum cujus arbitrato ordinati erant: unde profectum est, ut pertinere ad alicujus Concilium vel ad Consecrationem, promiscue & passim dicantur Episcopi, qui a Primatibus suis pendent: si Alexandrinum & Antiochenum ordinasset Constantinopolitanus, eosdem pariter ut ad suum Concilium pertinentes, cum libuisset, convocasset Constantinopolim, ac per omnia sibi subjecisset. 6. Post hæc ultimum Principatus gradum sine labore conscendisset: ceteros enim omnes Metropolitanos utrique illi Primati subiectos, ad suum tandem aliquando traxisset dominium, si semel Alexandrinum & Antiochenum suæ subdidisset ordinationi; idque fecisset in Orientalibus partibus, quod factum videmus a Romano Pontifice in Occidentalibus,

3

## EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Mirum hoc loco accidit, Constantinopolitanis Episcopi nisum in subigendis suæ ordinationi Metropolitanis trium Diœceson Thraciæ, Asiæ, & Ponti ita conferri cum jure Romani Pontificis in reservanda sibi institutione Episcoporum Occidentis, ac si æqualis fuerit hac in re utriusque ratio, & solum Constantinopolitanus non ita se extenderit in totum Orientem, ut in omnem Occidentem Romana Sedes eam reservationem extendit. Quis hic latum discrimen non perspiciat? Romanus Episcopus non solum sedem obtinet originis apostolicæ, eamque ejusmodi, quæ primatu præcipuæ jurisdictionis in totam Ecclesiam jure divino potitur; verum etiam eam sedem tenet matricem omnium Ecclesiarum ac Episcopatum Occidentis, qui ab ipsa una cum religione christiana Episcopos acceperunt, ut apertissime testatur Innocentius prius in præmio episto-

læ ad Decentium num. 2. Quid ergo mirum, si hanc sedem omnium matrem omnes Occidentales Ecclesiæ & Episcopatus omnes maxime observarunt semper, ac Romanis Episcopis Episcoporum institutio potuit reservari? Num vero par causa sit sedis Constantinopolitanæ in Ecclesiis Orientis, cum hæc nec apostolica fuerit, nec aliarum radix & mater, sed simplex Episcopatus, ut alii multi, qui solo imperiali sedis præsidio ipsis apostolicis Orientis Ecclesiis præferri, & Metropolitanorum trium Diœceson ordinationem sibi subdere studuit, quisque æquus lector judicet. Ut autem Romanum jus magis magisque elucescat, duo addenda sunt. Laudatus Pontifex S. Innocentius ep. 24. ad Alexandrinum Antiochenum cap. 1. non solum ordinationes Metropolitanorum sui Patriarchatus eidem jam ex more vindicatas testatur; verum etiam jus ipsius

bus, ut omnium seu Metropolitanarum, seu secundi ordinis Episcoporum eisdem subiacentium institutionem suæ potestati reservaret. Sola Metropolitanis relicta metropolitici nominis umbra, omnia hujus dignitatis invasisset munia, omnia jura solus implevisset. Quod & præsensisse mihi videtur sanctus Leo, cum hæc supra cap. 2. verba scribebat: *ut his locis ( Alexandria & Antiochia ) juri tuo subditis, omnes Metropolitanæ Episcopi proprio honore priventur.* Vix enim aliter intelligi potest qua ratione, ex utriusque illius sedis subjectione secutura esset omnium Metropolitanarum dejectione, nisi de Metropolitanis tam Diceceson Ægyptiacæ & Orientalis, quam Ponticæ, Asiaticæ, Thracicæ &c. eo modo quo explicuimus intelligatur. Hæc omnia tentamenta metuenda erant, nisi fortiter inceptis obstitisset sanctus Leo: quod id saltem assecutus est, ut ulterius non tenderet effrenis illius Episcopi ambitio.

Col. 1169.

6. SI PER OBSERVANTIAM TUAM &c. Secuti sumus hic vulgatam edit. & plerasque antiquiores cum nonnullis MSS. codicibus: quamquam Griman. & Victor. quibuscumque alicuæ edition. ut Suriana, & Regia Conciliorum sic habent: *Si per observantiam tuam & defensionem paterni Canonis, exemplum probitatis multi habeant Sacerdotes.*

## A D E P I S T O L A M C V I I .

A P U D Q U E S N E L L U M L X X X I .

*Juliano Caensi Episcopo .*

Col. 1171.

**B**revem, sed plenam vigore apostolico epistolam, quæ jam olim ex MS. Cardinalis Sirloti prodierat, sed mendosa, nunc ex Cardinalis Grimani codice longe emendatiorem exhibemus. Primam lineam, quam prior cod. MS. desiderabat, ita suppleverat editionis procurator: *Dilectio tua non ignorat: nos ita restituumus: Cum frequentibus experimentis probaverit dilectio tua.*

Tom. II.

## A D E P I S T O L A M C V I I I .

A P U D Q U E S N E L L U M L X X X I I I .

*Theodoro Forojulienfi Episcopo .*

**E**X epistola 1. Pelagii Papæ II. ad Eliam & ceteros Istriæ Episcopos ( quam librum vocat Gregorius Magnus lib. 2. ep. 36. cujus stylo esse exaratam testatur Paullus Diaconus lib. 3. de Gest. Longob. ) apparet innotuisse hanc epistolam Episcopis illius provinciæ, atque ex ea testimonium S. Leonis protulisse, quo mortuum ab hominibus damnari nullatenus oportere contendebant: sed ex eodem Pelagio suspicari licet, nec ab ipso, nec a Gregorio Magno visam unquam fuisse eandem epistolam. *In his, inquit, testimoniis, quæ ex epistolis Leonis prædecessoris nostri posuistis, præmisistis dicentes: „ Doctrina vestræ reverendæ Sedis „ est per beatum Leonem successoresque „ ejus, unde pauca commemorare præsum- „ simus: Mortuum ab hominibus damnari „ nullatenus oportere: Et tamen nulla ejus „ testimonia subdidistis, quibus hanc sententiam firmaretis. Etenim quæ a vobis subjuncta sunt, retractationem fidei fieri prohibent, non autem damnari infideles mortuos contradicunt: sed neque hoc beatum Leonem prædecessorem nostrum quodam loco dixisse meminimus. Vigilius tamen Papa, qui Pelagio aliquot annis prævit, hujus epistolæ meminit, & partem refert in suo Constituto pene circa finem: „ Nam, inquit, beatissimus Papa „ Leo ad Theodorum Episcopum Forojulien- „ sem post alia ita dicit: Non necesse est „ nos eorum, qui sic abierunt, merita actus- „ que discurrere \*; cum Dominus Deus nos „ ster, cujus judicia nequeunt comprehendi, quod sacerdotale mysterium \* implere „ non poterat, suæ justitiæ reservavit. „ Atque ex his verbis totoque Vigilii Constituto dixisse videntur Istriæ Episcopi, quæ supra retulimus: cujus nomine sibi abstinentium esse censuerunt; eo quod Synodo quintæ assentiens Vigilius ipse priori Constituto auctoritatem omnem ademisset.*

Col. 1173.

\* al. discutere.  
\* al. ministerium.

Observandum vero, propterea quod Theodorus inconsulto Metropolitanato ad transfalpina

D d d d

pina

## E D I T O R U M A D N O T A T I O N E S .

ipsum agnoscit in ordinandis ipsis Episcopis, vel saltem, quoad remotiores, ejus assensum requirit. Inquit enim: *Itaque arbitramur, frater carissime, ut sicut Metropolitanus auctoritate ordinas singulari, sic & ceteros non sine permissu conscientiaque tua sinas Episcopos procreari: in quibus hunc modum recte servabis, ut longe postus litteris datis ordinari censeas ab his, qui nunc eos suo tantum ordinant arbitratu: vicinos autem, si æstimas, ad manus impositionem tuæ gratiæ statuas pervenire: quorum enim te maxima expectat cura, precipue tuum debent mereri iudicium.* Si per hæc antiqua temporæ Innocentius I. Episcopo Antiocheno

tantum juris tribuit in ordinationibus Episcoporum sui Patriarchatus; quis traducere queat ut incompetens, & usurpatum jus Romani Pontificis in reservandis ordinationibus aut institutionibus Episcoporum totius Occidentis? Jus simile in ordinationibus Episcoporum totius Illyrici, quæ diocesis Occidentalis pars erat, S. Leo vindicavit Episcopo Thessalonicensi uti Apostolicæ Sedis Vicario, ut liquet ex epist. 5. & 6. Si hoc jus in remotissimas Occidentis Ecclesias adeo Pontifici fuit, ut Thessalonicensi potuerit delegari; nonne in alias quoque viciniore Occidentis Ecclesias idem ei jus fuisse agnoscere cogimur?

pina consilia confugerat, eam ob causam Theodorum ab ipso Leone culpatum in exordio rescripti, de neglecto Metropolitanæ consilio. *Sollicitudinis quidem tuæ*, inquit, *hic ordo esse debuerat, ut cum Metropolitanò primitus de eo, quod querendum videbatur esse, conferres &c.*

Cur vero a Metropolitanò consulendo abstinerit Theodorus, forsitan hæc est ratio. Gravis tunc temporis controversia exorta fuerat Theodorum inter & Faustum Lirinensem Abbatem universosque Insulæ istius Monachos, inque tantam exarserat similitatem, ut gravissimum inde scandalum generatum fuerit per Ecclesias Gallicanas, quemadmodum testatum habetur in actis Concilii Arelatensis III. in causa Lirinensis Insulæ tom. 1. Concil. Gall. & in postrema Conciliorum generalium edit. Porro cum Gallicanos illarum regionum Episcopos in contraria studia dispersisset hoc negotium, aliis qui ex Lirino assumti fuerant, pro Fausto stantibus, aliis qui episcopalis auctoritatis jura facta tecta volebant, pro Theodoro pugnantibus; vero admodum simile est secundæ Narbonensis Metropolitanum ex illorum numero fuisse, qui Fausto Lirinensi favebant, ac proinde commercium inter ipsum & Theodorum intermissum tunc fuisse. Si cui non placet hæc conjectura, aliam accipiat. Episcopus Arelatensis jus sibi vindicabat, ut ad epistolam 10. annotavimus, in provinciam Narbonensem secundam. De ea gravis olim inter Leonem & Hilarium controversia mota fuerat: ab eadem repulsi fuerat Hilarius Leonis decreto. Sed hujusmodi decretum etiam imperatorio Rescripto munitum, i receptum a Gallis non fuerat, suam videlicet consuetudinem antiquam retinentibus, & pro Arelatensis sedis privilegio studiosissimis. Sponte etiam juri suo, si quod habebant, cessisse videntur tam Aquensis secundæ Narbonensis, quam Ebre-dunensis Alpium maritimarum Metropolitanani, & ille præsertim diu postea in multis Arelatensi subjectus remansit Antistiti. Si igitur Metropolitanum adire voluisset Theodorus consultationis gratia, jam vel Aquensem consulens, Gallicanos infensos habuisset Antistites, ipsumque imprimis Arelatensem; si vero hunc consulisset ut Metropolitanum, Leonem offendisset, cujus decreto ab illius ordinatione exemptus fuerat. Adde quod Ravennius Honorati discipulus, Hilarii successor, & Faustus eadem de causa fa-

miliaris, non potuit erga Lirinensis Insulæ Monachos non esse propensus, & propterea Theodoro Forojulienfi suspectus.

Certe quantum ex epistolæ Leonis inspectione capere queo, tanta ejus de Primatum seu Metropolitanarum jure sollicitudo facile me adducit ut credam, præsentem tunc animo illum habuisse controversiam, quæ occasione Hilarii mota fuerat de sedis Arelatensis limitibus, & eamobrem culpatum fuisse Theodorum de neglecto Metropolitanò, quia Episcopus Aquensis, qui ex Leonis decreto ea dignitate uti debuerat, a Theodoro non haberi videbatur pro Metropolitanò.

Tot porro tantique momenti constitutionibus hæc quantulacumque epistola exuberat, tot antiquæ disciplinæ observationes exhibet, ut multa essent hic annotanda: nisi omnia haberes apud doctissimum Joannem Morinum, toto illo de Pœnitentiæ administratione immensæ eruditionis commentario, observata, discussa, & totius antiquitatis illustrata monumentis. Spicas tamen post messem colligere non pigebit, ut nonnulla ad illorum confirmationem addamus, & aliqua etiam, quæ ille ad alia properans prætermisit, annotemus.

Illud imprimis observandum, quod prima epistolæ verba semel & iterum inculcant de Metropolitanorum Episcoporum, quos Primates appellat, auctoritate, quosque in omnibus ecclesiasticis causis, cum opus est, adeundos esse decernit, ut nihil etiam sine Primatibus oporteat ad sanctæ Sedis notitiam aut tribunal deferri, ne consultationis quidem causa: de quo vide epist. 16. ad Episcopos Siculos & quæ ad eam annotavimus tam ex Innocentio I. quam ex Can. 5. Concilii Tarraconensis.

2. Per hæc verba: *Quid de pœnitentium statu ecclesiastica habeat regula non tacebo*: manifestum est nihil novi inducere Leonem voluisse in disciplinæ pœnitentialis praxim & observantiam; sed omnia ex Canonum regulis aut usu Ecclesiæ suæ repetivisse: hæc enim duo significari existimo per *ecclesiasticam*, quam commemorat, *regulam*; cum nonnulla sint in hac epistola, quæ vix alibi, quam in Ecclesia Romana tunc temporis in usu essent. Deinde patet etiam ea omnia, quæ tota epistola differuntur, ad eos pertinere, qui publice pœnitentiam agebant, ut ex sequentibus verbis probat Morinus citati operis lib. 5. cap. 10. quorum pœni-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Gallos non recepisse decretum Leonis, seu epistolam x. in causa Hilarii editam, falsum ostendimus in Observationibus ad Dissert. V. Quæsnelli part. 3. cap. 2. num. 3. & seqq. Quæ porro ille in antecedentibus & sequentibus congerit soluturus quæstionem, *cur a Metropolitanò consulendo abstinerit Theodorus*, omnino arbitraria sunt. Certe quod ait, eum non consuluisse Metropolitanam Arelatensem, ne Leonem offenderet, cujus decreto ab illius or-

dinatione exemptus fuerat, inanissimum est. Si enim Theodorus Leonis offensam non timuit, cum ad eum scripsit pro Arelatensis sedis jure, cui se adhærentem prætulit in epist. 65. ad eundem Pontificem; (vide not. 16. in eadem) multo minus verendum ipsi fuerat, si consulisset Metropolitanum, a quo Leo exempt, non Forojuliensem, sed quatuor alias Ecclesias, quas Viennensi sedi subjecit epist. 66.

pœnitentium varias classes & status examinat ex eadem epistola lib. 10. cap. 4. & sequentibus, ubi de pœnitentiæ actione & reconciliatione statim morituris impertienda, & de his qui ante reconciliationem e vita exeunt, abunde differitur.

3. De his autem, qui in Deum a fide discedendo peccarunt, quod excipit S. Leo in calce hujus epistolæ, satis explicatum non videtur. Cum enim definit eos, qui in fine vitæ pœnitentiam poscunt, & ægritudine ipsa oppressi, ne nutu quidem significare valent sub præsentia Sacerdotis quod paullo ante poscebant, simul & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium consequi debere, testimoniis circumstantium fidelium infirmi vocem & nutum supplementibus, hæc addit verba: *Servata tamen regula Canonum paternorum circa eorum personas, qui in Deum a fide discedendo peccarunt.* Quænam, inquam, hæc regula sit, quam erga istos observari exigit, dubitari merito potest. Ac primum quidem constare videtur de his agi, qui in ultimo vitæ discrimine positi pœnitentiæ & reconciliationis beneficio donabantur, & postea convalescebant: quid videlicet circa eos observandum esset in pristinam valetudinem reverts. De his enim, qui morbo oppressi vel voce, vel nutibus pœnitentiam & reconciliationem postulabant, constat ex Can. 13. Nicæno quod *generaliter omni cuilibet in exitu posito & poscenti sibi communionis gratiam tribui, Episcopus probabiliter ex oblatione dare debet.* Ab hoc igitur pœnitentiæ & reconciliationis munere ne apostatæ quidem excipiuntur. Dicesne hoc speciale circa eos, qui fidem abjecerant, statutum fuisse, ut vel iterum pœnitentiam acciperent, vel pœnitentium morbo urgente impositam implere cogerentur? Sed nec unquam, imposita morituris pœnitentiæ, post receptam valetudinem iterum eidem est imposita, nec singulare est apostatis impositum pœnitentiæ publicæ stadium, cum convalescent, decurrere. Immo hoc omnibus commune semper fuit, ut qui in eo statu reconciliabantur, remissa laboriosa pœnitentiæ ob communionis reverentiam, ad reliquum implendum obligarentur. Certe ad hanc enodandam difficultatem vix aliqua patet via: nisi hoc velimus dicere, sic omnibus peccatoribus in extremo vitæ periculo constitutis pœnitentiæ actionem & reconciliationis gratiam concedi voluisse, etiamsi amisso vocis officio & opprimente morbo nihil de suo desiderio significare valeant, modo significatum antea fuisse testentur alii: apostatas vero solos forsitan ab hac indulgentia ab eo exceptos, ita ut pœnitentiam quidem acciperent, sed communionis gratia non fruerentur, prout antiqua & severiori Canonum disciplina constitutum fuerit. Celebris enim est ultimus Canon Arelatensis Concilii I. *De his qui apostatant, & numquam se ad Ecclesiam representant, ne quidem pœnitentiam agere querunt, & postea infirmitate correpti tetunt communionem, placuit eis non dandam com-*

munionem, nisi revaluerint & egerint dignos fructus pœnitentiæ. Huic porro duriori disciplinæ non nisi serius derogasse mihi videntur Gallicani Episcopi: cum enim plures posteriorum Synodorum Canones existant, quibus de aliis peccatorum generibus, qui in extremo vitæ periculo veniam petunt, aliquid mitius statuitur, numquam de apostatis jamjam morituris, omni & vocis & mentis & sensus officio privatis, qui antea pœnitentiam poposcerint, dubitatio ulla in medium allata esse dignoscitur: ut merito credendi sint Gallicani saltem Antistites hanc eandem circa eos disciplinam semper observasse, utpote Gallicanorum Canonum retinentissimi. Quod inde etiam admodum credibile redditur, quod frequentiores querelæ, quibus laceratos legimus Galliæ Episcopos a Romanis Pontificibus, vel interrogationes quibus hi Gallicanis ea de re consulti responderunt, testantur Gallicanarum Ecclesiarum disciplinam circa pœnitentiam Romana fuisse rigidiorum. Hinc Valentina Synodus I. an. 374. legem pœnitendi severiorem indicit his, qui post baptismum sacrificiis se dæmonum, vel incesta lavatione polluisent, pœnitentiam eorum usque ad diem mortis protendens can. 3. Hinc consultatio Exsuperii Tolosani Episcopi ad Innocentium I. Pontificem, qua quæsitum est ab illo: *Quid de his observari oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ pœnitentiam simul & reconciliationem communionis exposcunt.* Noverat proculdubio Exsuperius Nicæno Canone 13. statutum fuisse, ut *generaliter omni cuilibet in exitu posito & poscenti sibi communionis gratiam tribui, Episcopus probabiliter ex oblatione dare deberet:* nec aliunde dubitandi occasionem cepit, quam ex diversa praxi Ecclesiæ Gallicanæ, quæ aliquibus communionem in eo statu positus negabat. Sed ira se gessisse Gallicanos Episcopos non conjectura, sed certo argumento accipimus ex epistolæ Cælestini Papæ ad Viennensis & Narbonensis Provinciarum Episcopos cap. 2. *Agnovimus, inquit, pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desi eris annui, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subveniri &c.* In Arausicano item I. Concilio an. 441. Can. 3. & in Arelatensi II. Can. 28. planum est reconciliatoriam manus impositionem iis, qui accepta pœnitentia de corpore recedebant, non esse concessam; quam tamen Innocentius, Cælestinus, & Leo impertiri voluerunt. Quibus ita se habentibus non abs re est existimare aliquos Leonem voluisse a generali beneficio communionis excipere in mortis articulo positos, apostatas videlicet, qui in iisdem circumstantiis non erant, de quibus Innocentius & Cælestinus Papa sermonem habuerunt.

Confirmatur adhuc ex rationis, quam Innocentius Papa attulit, inspectione, & ex antiquorum Canonum disciplina: propterea enim consuetudo prior & durior tenuit, ut

pœnitentia, eam in fine petentibus, concederetur, negaretur communio: quia crebræ illorum temporum persecutiones plurimos ad fidem negandam impellebant, & proinde providendum erat, ne communionis concedendæ facilitas homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu. Sed postquam Deus pacem Ecclesiæ reddidit, jam terrore depulso communionem abeuntibus dari placuit. Data est igitur talibus communio, pace reddita Ecclesiæ, quia timendum amplius non erat, ne ad fidem ejurandam metu mortis adigerentur fideles. Quod si tam dure actum est cum hujusmodi hominibus, quanto magis æquum erat ut cum aliis strictior disciplina teneretur, qui non terrore adacti, sed vel propria tantummodo ducti libidine, aut mutabilitate voluntatis, aut quod maxime pensandum est in hac causa, ut Ecclesiæ disciplinam declinarent, fidem abiciebant. Multo magis enim timendum erat, ne hi, qui religionem tam parvi pendebant, aut tanta animi levitate laborabant, acceptam rursum gratiam communionis conculcarent. Nec quicquam illa observantia crudelitatis habet; alioquin non dispari accusatione vexanda vetus omnis disciplina pœnitentialis. Deinde paucorum hujusmodi apostatarum punitio, plurimum aliorum eruditioni serviebat; ne videlicet facile ad Christum negandum spe veniæ induci se paterentur. Denique non omni subsidio & ope hujusmodi privabantur, sed tantum reconciliationis beneficio: nam, ut Concilia Arausic. I. & Arelat. II. Can. 3. loquuntur, *sine reconciliatoria manus impositione eis communicabatur, quod morientis sufficit consolationi, secundum definitiones Patrum, qui hujusmodi communionem congruenter Viaticum nominarunt. Quod si supervixerint, inquit Arausicanum, stent in ordine pœnitentium, & ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiant.*

Quibus hæc verborum Leonis explicatio non placebit, his uno verbo satisfieri posse putamus, si dixerimus aliquid ab apostatis ad Christum reversis & a morbo convalescentibus pœnitentiam agere jubet, & in ultimo tantum fine suo reconciliationis gratia donari. Eos igitur ita reconciliatos, si revaluerint, vult Leo iterum pœnitentiæ subjici, & quamdiu in vita superstites fuerint, eam agere: cum alii ita reconciliati certo temporis spatio pœnitentiam suam compleverint, vel indulgenter etiam cum eis Ecclesia ageret. Vide etiam Canon. Nicæn. 11. & 12. & Ancyranos.

4. Ultimum quod in hac epistola notandum nobis occurrit, illud est, quod absolutionis seu reconciliationis formam attinet, quam Leonis tempore deprecatoriam fuisse clarissime demonstrant tria hujus epistolæ loca. Cap. 2. *Sic divinæ bonitatis præfidiis ordinatis, ut indulgentia Dei nisi SUPPLICATIO NIBUS Sacerdotum nequeat obtineri.* Cap. 3. *Si quis autem eorum pro quibus Domino SUPPLICAMUS &c. & postea: Multum enim utile ac necessarium est, ut peccatorum reatus ante ultimum diem sacerdotali SUPPLICATIONE solvatur.* Quibus testimoniis concinit epistolæ 136. (nunc 168.) locus insignis: *Sufficit, inquit, illa confessio, quæ primum Deo offertur; tum etiam Sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precatior accedit.* Denique epist. 139. (nunc 171.) cap. 1. *Reconciliandos Deo PER ECCLESIE PRECES instanter acquiras.* Res fusiori commentatione egeret, nisi jam pridem hoc esset præstitum a curiosissimis antiquitatis ecclesiasticæ scrutatoribus Hugone Menardo Asceta Benedictino in Notis ad Sacramentale Gregorianum, & Joanne Morino Oratorii Gallicani Presbytero Commentarii sui de pœnitentia lib. 8. cap. 8. & seqq. Statueram apud me huic loco inferere insigne praxis istius testimonium, quod a me decerptum est ex MS. sexcentorum fere annorum Breviario ad usum Monasterii Montis-Cassini olim exarato, Ordinem scilicet dandæ & accipiendæ pœnitentiæ, in quo nulla, præter deprecatoriam, absolvendi forma comparet; Ordinem Extremæ-Uñtionis administrandæ, & Ordinem accipiendæ Eucharistiæ: quæ omnia Lectori ecclesiastico acceptissima esse confido. Sed quoniam jam spissior evadit hujus voluminis moles, iis publicandis modo abstineo, curaturus tamen ne isto antiquitatis cimelio diu Lectoris curiositas frustretur. Alterum interim, & quidem antiquius, hic repræsentō, quod pœnitentialem pariter disciplinam illustrat; quodque, cum Episcopi sit Gallicani, non male rescripto ad Theodori Forojul. Episcopi consultationem annectitur.

## JUDICIUM

## CHRODEBERTI

Episcopi Turonensis

DE MULIERE ADULTERA,

*nunc primum in lucem editum ex MS.  
codice Bibliothecæ Thuaneæ.*

**O**pinione religionis dulciter nominandæ, & caritatis vinculo ambiendæ N. Matrifamilias CHRODEBERTUS H. peccator salutem in Domino perennem. Litteris tuis parvitem meam postulasti ut sententiam cano-

cano-



canonum perquirerem de iudicio mulieris, quæ postquam consecrata & professa castitatem Deo fuerat conservare, adulterium perpetraverit. Quamquam in sancta Synodo Nicæna, Calchedonenfi, & Ephesina, vel Constantinopolitana super hac re capitulum non invenimus, quas quatuor Synodos tantum terra nostra venerabiliter recipit & concredit; <sup>1</sup> attamen in Aurelianensi Synodo de hac re invenimus præfinitum iudicium quod tibi destinavimus: & ex ipsa auctoritate iudicium conservandum prædictæ mulieri direximus. Sub qua sententia consilium dedimus ex divinarum Scripturarum fonte, flumina sententiarum viva, vel stipites immobilium columnarum: quarum undam bibens, & amplexu se tenens, non timeat iterum labi in ruinam, neque desperare pro præterito lapsu possit de venia, si prædicta teneaconsilia.

Memoretur evangelicæ mulieris illius peccatricis Mariæ Magdalenzæ, quæ septem vitiis repleta fuerat, de qua Dominus septem dæmonia eiecit, quæ Domini pedes lacrymis lavit, crinibus terfit, labiis fortiter impressis exardescenti amore osculata est, & unguento pretioso unxit: de qua Dominus dixit: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Et ipsa est, quæ semper Dominum persecuta usque ad crucifixionem & sepulturam, & ipsa prima post resurrectionem, antequam nullus Apostolorum, & antequam Mater Domini gloriosissima Maria semper Virgo, & Angelos, & Dominum meruit videre. Ipsa est soror Marthæ & Lazari, quem Dominus triduanum mortuum suscitavit. Et Redemptor noster pro peccatoribus & adulteris in hunc mundum se venisse dixit, non pro justis. Et ipsa Veritas dicit, quod non sit opus sanis medicus, sed ægrotis. Paullus Apostolus persecutor Christianorum & homicida, sancti Stephani interfector, noster & omnium gentium factus est præceptor. Quid dicam de Matthæo Telonario, postea Evangelista? Quid de Zachæo, qui de arbore Sicomoro jam illuminatus corde præ parva statura corporis sui Dominum videre cupiebat? Quid de Publicano illo in Evangelio sancto, qui peccatus suum percutiebat dicens: *Non sum*

*dignus levare oculos meos ad celos: Esto mihi, Domine, propitius peccatori: & descendit justificatus magis, quam Pharisæus ille, qui jactabat merita sua & stando orabat?* Quid adhuc ad augendam consolationem Dominus & Redemptor noster in Evangelio dicit? similitudinem gloriosam piissimi Pastoris perfecit, qui nonaginta & novem ovibus in montibus derelictis, errantem unam Pastor clementissimus cum multo labore lustrando squalida loca, perquisivit, & invenit, & in humeris suis imposuit, & ad gregem salvam reduxit: ut & in numero perfectum centenarium impleret, & perfecti gregis dominus esset, & nos miseros peccatores, errantes per fragilitatem corporis, justis & innocentibus adgregaret: & dixit plus se gaudere super uno peccatore pœnitentiam agente, quam supra nonaginta novem justos non indigentes pœnitentia.

Sed futuri temporis cautela, largiente Christi gratia, adhibeatur, ut culpa non iteretur, atque multis fletibus, diebus & noctibus, publice & occulte, jejuniis, orationibus, gemitibus, suspiriis, laboribus, obedientia & taciturnitate, humilitate & caritate, præterita deleantur. Non sunt quærenda aut numeranda annorum tempora ad agenda pœnitentiam; sed fortitudo cujuslibet temporis vel momenti, compunctionis, timoris sui de peccato, & amoris Dei ex toto cordis desiderio. Ad hæc verba confirmanda testis est excellentissimus Propheta, qui spiritu Dei plenus dicit: *Peccator in quacumque die, in quacumque hora conversus fuerit, & ingemuerit, omnia peccata sua oblivioni traduntur.* Et latro ille, qui juxta Dominum crucifixus fuerat, subita confessione confessus, & fide plenus credidit. Non annos aut menses aut dies egit in pœnitentia, quem velox mors arripuit, & juxta verbum Domini ante Petrum Apostolum introiit. Et populus Nini vitæ civitatis, triduanum jejunio, fletu, cinere, cilicio, planctu & gemitu concinente, de voragine submersionis suæ & iram Dei meruit evadere. Et David Rex & Propheta spiritu Dei plenus pro homicidii & adulterii facinore, Nathan Propheta arguente, de solio regni non erubuit coram omni multitu-

<sup>1</sup> Simili loquela Hincmarus opusc. 12. Capitem contra Hincmarum Laudunensem cap. 24. ait: *Cum de ipsis sententiis plena sit ista terra.*

titudine faciem suam dare in pulvere, & pariter erupit in vocem amantissimam pœnitentiæ, dicens: *Peccavi Domino, peccavi*. Et Dominus per Prophetam dixit ei: *Remissum est peccatum tuum*.

Ecce quantum valet humilitas, quantum obtinet caritas. Quia etsi sunt dura peccata nostra, Apostolo dicente, velut stipula, fenum & ligna, si abundaverimus igne amoris Dei, possumus citius exurere onera peccati, & in eorum locum super fundamentum fidei, quæ est spiritus spes, ædificemus aurum, argentum & lapides pretiosos, & possumus in ornamentum Regis æterni Redemptoris nostri inter veros lapides computari, ut dicat Apostolus nobis: *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*. Et iterum: *Ubi abundavit peccatum, superabundavit & gratia*: sic tamen ut eundem Apostolum Paulum in omnibus audiamus, & sua consilia, qui spiritum Dei habet, integre custodiamus. Dicit ipse in epistola ad Romanos: *Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiæ in sanctificationem*. Verbi gratia, qui vigilias multas duxit occultas & noxias in luxuria, multiplicet corpus suum eodem modo excitari de fomno, levare, & in angulo Ecclesiæ vel Monasterii occulte in orationibus fatigare atque affligere: ut dolores, quos memorat quantos & quales sustinuit pro amore carnali, secundum Pauli Apostoli mandatum, eosdem sustineat pro amore spiritali: ut non minus fiat corpus vigiliis languidum, quam fuit in flagitiis, diversis adinventionibus, detortis membrorum nexibus inhoneste depressum & ob hoc male defessum.

Hæc est integra restitutio sanitatis & operatio summæ salutis, ut amore summo Dei & novo amor vetus pellatur peccati, & moriatur amor veteri peccator, ut renovetur homo novus, & destruat corpus peccati, ut *ultra non serviamus peccato*. Qui enim mortuus est huic mundo, & crucifixus cum Christo, justificatus est a peccato. Sic ergo moribus renovati, & a peccato justificati, salvi facti erimus ab ira per ipsum, ut jam non regnet peccatum in nostro mortali corpore; sed regnum adveniat Salvatoris per gra-

tiam suam, quam idem Paullus Apostolus invocabat cum gemitu dicens: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum*: cui est honor & gloria & imperium, majestas & potestas in unitate Spiritus sancti per infinita sæcula sæculorum. Peccator indignus Chrodobertus servus servorum Dei Episcopus subscripsi.

Gratias multas ago de linea incon-  
futili bene texta, longa & larga, & mihi multum amabiliter accepta, & corpori meo, tamquam sciendo, cum gratia est præparata.

## AD JUDICIUM

## CHRODOBERTI

Turonensis Episcopi,

## OBSERVATIO.

Præclarum hunc Pœnitentiæ libellum nacti sumus in MS. codice Thuanæ Bibliothecæ, num. 780. notatum, in quo descriptum pariter legimus Privilegium Adeodati Papæ Monasterio S. Martini Turonensis ejusdem Chrodoberti ætate concessum. Jacobus Sirmondus in notis ad hoc Privilegium Tomo I. Conciliorum Galliæ insertum testatur idem a se collatum cum Schedis Pithœanis: in quibus, inquit, exstat etiam Chrodoberti ejusdem Episcopi Turonensis epistola de Judicio mulieris, quæ postquam consecrata & professæ castitatem Deo fuerat conservare, adulterium perpetravit. Hæc legit Sirmondus in eodem MS. codice, ex quo Judicium istud descripsimus. Quam ob causam, qua mente hoc publico inviderit, mysterium est, quod aliis scrutandum relinquo. Duobus forte scripti hujus locis ab illius edendi consilio deterritus est: uno, ubi Chrodobertus scribit: *Quis quatuor Synodos TANTUM, Nicenam, Constantinopolitanam, Ephesinam, & Calchedonensem, terra nostra venerabiliter recipit & concredit*: altero, ubi asserit quod Maria Magdalena ipsa prima post resurrectionem antequam nullus Apostolorum & antequam Mater Domini gloriosissima Maria semper Virgo, & Angelos, & Dominum meruit videre.

Ex primo loco sequitur, Synodum quintam, quæ tria capitula damnaverit, nondum a Gallicanis Ecclesiis receptam fuisse septimo sæculo jam mediam partem elapso: quod & persuadet affectata hæc Chrodoberti restrictio, per quam innuit aliquam generalem Synodum rejectam a Gallicanis Episcopis; nec aliam, quam universalem quintam. Etsi obscura sit admodum rerum istarum memoria in Gallicanæ antiquitatis monumentis, hoc tamen ex nonnullis cer-

tum apparet, pro tribus capitulis decertasse Gallicanam Ecclesiam: quod eo libentius hic attingo, quod vir doctissimus H. de Noris, qui hanc controversiam amplissima nuper Dissertatione Historica versavit, de omnibus aliis Ecclesiis multa, de Gallicana nihil protulit, ex quo de ejus sententia in hoc celebri dissidio aliquid disceremus. Manifestum igitur illud facere primo loco videtur epistola Vigilii Papæ ad Aurelianum Arelatensem Episcopum, a quo litteras acceperat, quibus constabat Vigilium in suspicionem venisse apud Gallicanas Ecclesias vel violatæ fidei vel lætæ reverentiæ Synodo Calchedonenſi Leonisque decretis debitorum. *Neceſſe ergo nobis eſt, inquit Vigilius, caritatis veſtræ ſollicitudinem brevi interim, quantum pro temporis qualitate potuerimus relevare colloquio; quatenus modis omnibus confidatis, nihil nos penitus admiffiſſe, quod deceſſorum noſtrorum conſtitutiſſe, vel ſanctæ, quæ una eademque eſt, fidei quatuor Synodorum, id eſt Nicænæ, Conſtantinopolitanæ, Ephęſinæ I. atque Calchedonenſis inveniat, quod abſit, eſſe contrarium; AUT QUOD AD PERSONARUM INJURIAM pertineat, quæ definitioni ejuſdem ſanctæ fidei ſubſcripſerunt: & poſtea: Simili pœna plectentes eos, qui fidem B. Cyrilli .... aliorumque Patrum, quos Apoſtolica Sedis Præſules ſuſceperunt atque ſecuti ſunt, execranda ſuperbia impiam vocaverunt.* Videtis ut noſtrates Episcopi moleſte ferebant Vigilium admiffiſſe (quod fama jactabat) aliquid, quod ad eorum injuriam pertineat, qui Calchedonenſi fidei ſubſcriperant, & quos Apoſtolica Sedis Præſules ſuſceperant: quibus verbis tria capitula clare designat.

Idem teſtantur verba Datii Mediolaneniſis Episcopi in epistola Legatis Francorum directâ, quæ eſt apud Sirmondum Tom. I. Concil. Gall. *Ecce ego & pars omnium Sacerdotum, inter quos Eccleſia mea conſtituta eſt, id eſt GALLIÆ, Burgundia, Spania, Liguria, Æmia, atque Venetia, conſeſſor quia quicumque in edicta iſta (Juſtiniani contra tria capitula) conſenſerit, ſupra ſcriptarum provinciarum Pontifices communicatores habere non poterit &c.* Et infra notatur Anaſtaſius Aureliani Legatus, quod promiſerat Conſtantinopoli ſe omnium Episcoporum Gallicanorum ad damnanda capitula animos inclinare: quod propenſos in eadem Gallorum animos demonſtrat. De eorundem mente & ſententia aliquid habetur in fragmento damnationis Theodori Episcopi Cæſaræ Cappad. a Vigilio PP. factæ Tom. 5. Concil. novæ edit. pag. 335.

In eadem ſententia perſeveraſſe Gallos etiam poſt Synodum quintam, mihi perſuadet altum de iſta Synodo ſilentium in Gallicanis illius ævi Conciliis aliſve monumentis: ex quo habetur Gallos de quinto Concilio recipiendo ſollicitatos non eſſe, ſed antiquæ ſuæ opinioni permiſſos: quomodo & cum aliis plerisque Eccleſiis actum eſt, quæ etſi nec tria capitula damnarent, nec quintam reciperent Synodum, commu-

nionis tamen nexum non abrumpebant cum capitulorum damnatoribus ac Synodi quintæ aſſertoribus. Hac temperantia uſum eſſe cum Gallis Pelagium PP. probat ejus epistola ad Childebertum Regem, quam ſcripſit, ut nihil a ſe contra fidem eſſe admiffum profiteretur, in ſuſpicionem ea de re vocatus in Galliis ex damnatione trium capitulorum: ad quam & ad receptionem quintæ Synodi tantum abeſt ut Gallos pertrahere ſatageret, quin potius de eadem ſermonem habere caute refugit, cum ſcribit, quod *a tranſitu divæ memoriæ Theodori Auguſtæ nullas de fide queſtiones Eccleſia Dei in partibus Orientis Deo miſerante formidet, ſed quædam Capitula extra fidem fuerunt agitata, de quibus longum eſt ut epistolari poſſint complecti ſermonem.* Tum ſollicite adverſus ſparſos contra ſe rumores ſe purgat, ne verbum quidem de Synodo quinta miſcens, cujus tamen occaſione de fide ſuſpectus jactabatur in Galliis. Hæc anno 556. a Synodi celebratione tertio: nec multo poſt ut Regis præcepto obtemperaret, *pro auferendo eodem ſuſpicionis ſcandalo obſequium Confeſſionis ſuæ ad eundem Childebertum miſit: ubi profiteretur ſe tenere atque defendere definitiones de eadem catholica fide, quæ in quatuor ſanctis Conciliis ſtatuta ſunt.* De quinta ut verba faceret aliorum mentio ſollicitabat; preſſit tamen ſilentio, ne Regi parum grata foret epistola, ſervatam a S. Gregorio aliſque Pontificibus hoc in negotio *ἀνομιαν* cuſtodians.

Nihil poſtmodum contigit in Galliis, quod Episcopus Gallicanos in aliam ſententiam impelleret: quamobrem facile perſuademur non eſſe receptam Synodum quintam ſedente Turonis Chrodoberto, hæcque ſcribente: *Quatuor Synodos tantum terra noſtra venerabiliter recipit & concredit.* In quo pene exemplum ſecutus eſt cum Pelagii ad Childebertum ſcribentis, ut vidimus, tum S. Gregorii Magni, qui ſcribens ad Theodolindam Longobardorum Reginam a recipienda quinta Synodo alienam, ab hujus Synodi mentione abſtinuit, quatuor ſolummodo commemorans. *Unde nunc ita facimus, ſicut vobis placuit,* ſcribit ad Conſtantium Mediolanenſem, *ut quatuor Synodos ſolummodo laudaremus... Nos autem ſicut voluiſtis, ita fecimus, ut ejuſdem Synodi quintæ nullam memoriam faceremus.* Trepidavit igitur timore Sirmondus ubi non erat timor, ſi propter hæc Chrodoberti verba iſtud ejus de muliere adultera Judicium tenebris damnandum putavit.

Alterum caput quod attinet, de prima Chriſti reſurgentis apparitione, ſcio Janſenium utrumque in hæc verba, *Apparuit primo Mariæ Magdalena,* ſcribere hæc non obſtare quin Dominus antea apparuerit beatiſſimæ Matri ſuæ: *Pietas non parum ſuadet ut credamus Dominum prius apparuiſſe dilectiſſimæ ſuæ Matri.* Maldonatus in cap. 28. Matthæi: *Merito, inquit, a Catholicis creditur, quamvis ſcriptum non ſit, Chriſtum primum omnium Matri ſuæ apparuiſſe.*

Et .

Et infra: *Primum quidem Matri sue apparuisse, non quod Evangelista factum dicant, sed quod fieri decuerit, credendum est: nec eorum mihi placet diligentia, qui in hac opinione in animis omnium fere catholicorum jam inherente refutanda multum opera consumunt.* Quin B. *Matri ante omnes apparuerit nemo dubitat*, inquit Toletus in Joannis cap. 20. Sunt tamen catholici pique doctores qui dubitent, quos recensere non est hujus otii. Sufficiet ad sententiam Chrodoberti a censura vindicandam, Guillelmi Estii insignis doctrinæ ac pietatis viri regulam sapientia plenam hic ex annotationibus ejus in Marcum transcribere. „ Affe-  
runtur (inquit) pro hac sententia ratio-  
nes quædam congruentiæ. Sed circa hu-  
jusmodi rationes notandum est, ante omnia  
respicendum ad id, quod Scriptura vel  
Ecclesia docet; & eo cognito, rationes  
convenientiæ adhibendas ad id probabi-  
lius reddendum: non autem e contrario  
aliquid statuendum ex hujusmodi rati-  
onibus contra id, quod vel Scriptura, vel  
Ecclesia dicit aut tenet. Quale est ex qui-  
busdam rationibus congruentiæ velle pro-  
bare Christum a morte redivivum primo  
suæ Matri apparuisse; cum Scriptura, tam  
clare dicat, eum primo apparuisse Mariæ  
Magdalenæ, nec usquam alibi diversum  
insinuet. Quod si secundum hujusmodi  
ratiunculas procedendum sit; oportebit ut  
Christus etiam matrem suam adhibuerit  
cœnæ novissimæ, eamque primo loco ho-  
noris causâ collocaverit; & ei primum  
Corpus & Sanguinem suum distribuerit;  
ut bene argumentatur Hesselius.

## AD EPISTOLAM CXI.

APUD QUESNELLUM LXXXIV.

*Marciano Augusto.*

Col. 1185. I. CUM COMMUNIONEM APOSTOLICÆ  
SEDIS EXPETERET. Ita Griman.  
cod. pro quibus vulg. habent: *Dum com-  
munione Apostolica Sedis existeret alienus*:  
quod falsissimum sensum continet. Absit  
enim ut Pontifex, qui Flavianum alloquens  
epist. 20. (nunc 23.) matura vult Sacer-  
dotum esse judicia, sola suspitione motus  
communione suam Anatolio denegarit,  
quod revera factum non fuisse indicat epi-  
stola 54. (nunc 70.) ad Pulcheriam, ubi  
asserit, Anatolio se non dilectionem negare,  
sed manifestationem catholicæ veritatis expec-  
tare. Distulit igitur sola communionis indicia.

Ibidem. 2. PACIS EPISTOLIS. Hujusmodi litteras  
pacificas seu communicatorias vocavere an-  
tiqui, quia pacis, seu communionis eccle-  
siasticæ indices testesque erant. De his Au-  
gustinus epist. 62. & 63. Epiphanius hæ-  
ref. 70. & alii. Ad strictiorem tamen signi-  
ficatum coarctari possunt hæ voces in præ-

senti epistola; ut videlicet significant eas  
speciatim litteras, quibus ad recens ordina-  
tum Episcopum rescribatur seu a Pontifi-  
ce Romano, seu a quocumque alio; sicut  
sumuntur apud Theodorum Balzamonem  
pro iis, quas ab Episcopo nuper consecrato  
missitari solitum erat.

3. TOTIUS CAUSSÆ ET CURÆ ECCLESIA-  
STICÆ. Ex his & aliis sequentis epistolæ  
verbis intelligere est, quanta esset Archi-  
diaconi auctoritas, quæve munia: de qui-  
bus consule etiam epistolam Isidori Hispa-  
lensis ad Ludifredum seu Lantfredum, quæ  
refertur Distinct. 25. cap. 1. *Perlectis*, in  
qua Romanorum Correctorum corrigenda est  
emendatio, qui ex MSS. legendum volunt:  
*Ab ipso publice in Ecclesia prædicatur*: re-  
ponendum enim, ut erat antea, *prædicantur*,  
scilicet *jejuniorum dies atque solemnita-  
tum*: nondum enim tunc temporis con-  
cessum erat Diaconis vel Archidiaconis, sed  
nec Presbyteris, ut publice ad populum ser-  
monem haberent in Italicis, Gallicanis,  
vel Hispanicis regionibus: licet SS. Joan-  
nis Chrysostomi, Augustini, & aliorum exem-  
plo doceamur, hanc consuetudinem in O-  
rientalibus & Africanis jam tum usu recep-  
tam fuisse. Multa etiam alia loca videlicet  
apud eundem Gratianum, & alios.

4. CŒMETERIO DEPUTANDO. Priscis Ec-  
clesiæ temporibus solitum erat Christianis in  
cœmeteriis sacra mysteria peragere tum pro-  
pter persecutionem, tum propter reveren-  
tiam Martyrum, qui illic sepulti quiesce-  
bant: unde & Valeriani, & aliorum Imper-  
atorum edictis prohibiti sunt cœmeteria  
adire, in eoque caritatis ac pietatis officio  
deprehenso, morti sunt traditi. Reddita por-  
ro Ecclesiæ pace iisdem cœmeteriis deputati  
sunt Presbyteri, qui illic sacra Deo face-  
rent in honorem Martyrum. Sed cum suc-  
cessu temporis refrigerante caritate cœme-  
teriis addici onerosum Presbyteris videretur,  
quia & remotiora erant ab urbibus, & mi-  
nus frequentata, quam communia fidelium  
templa; cœpit eorum cura inferioris ordi-  
nis Presbyteris demandari: quod genus con-  
tumeliæ queritur Leo fuisse Archidiacono ir-  
rogatum.

5. NECESSARIE INCREPARE; id est, inces-  
sante, continuo, sine mora vel intermis-  
sione, donec ad correctionem adducatur.  
*Necessum enim a cesso deductum est*, quia  
non sit in eo cessandum, inquit Donatus in  
Terentium. Eodem sensu accipitur ea vox  
apud Leonem nostrum epist. 20. 71. 78. 86.  
90. & 139. (nunc 23. 92. 104. 113. 116.  
& 171.) & in Sermonibus sæpe sæpius.

6. UT A COMITATU VESTRO NON ABES-  
SET. His verbis similia habes in epistolis se-  
quentibus: ex quibus deprehendere licet Vi-  
cariorum, seu, ut nunc loqui consuevimus,  
Nuntiorum Sedis Apostolicæ in Comitatu agen-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

Quo sensu, & i. Et si hinc Apostolicorum Nuntiorum species & origo repeti queat; non tamen ad Apo-

crystariorum normam Juliani delegationem institutam, fatis constituimus in observat. ad Distinct. I. quando Julianus fert. I.

Nuntio-  
rum Se-  
dis Apo-  
stolicæ  
origo.

tu agentium originem : quos quidem non male viros eruditos secutus comparaveris cum Patriarcharum Orientalium Apocriuariis ; si tamen nonnulla inter utrosque observaveris discrimina . Unum est , Apocriuarios jam tum a Patriarchis ad Comitatum Orientalis Imperatoris destinatos fuisse , cum Bizantium translata est sedes Imperii : Vicarios autem Pontificis Romani post vel paullo ante Calchedonensem Synodum fuisse institutos in persona Juliani Coensis Episcopi . 2. Patriarcharum Apocriuarios non pro causa fidei , sed pro specialibus Ecclesiæ vel Diocæcesis negotiis in Comitatu moratos fuisse ; Nuntios vero Romanos pro rebus fidei curandis ibidem residere iussos . 3. Illos plerumque ex Diaconorum vel Presbyterorum ordine assumptos fuisse ad hujusmodi munera : hos interdum etiam ex episcopali , pro dignitate scilicet Apostolicæ Sedis , ut in Juliano apparet . In hujus ergo Vicarii institutione Orientalium Patriarcharum morem æmulatus est sanctus Leo , in multis tamen ab eisdem se pro sua prærogativa discernens , & certis incrementis & accessionibus munus hoc complens atque adornans . Quod penitus inspicere otiosum , opinor , non erit , neque ab hoc loco alienum . Viderat sanctus Leo per novam Nestorii hæresim Orientales Ecclesias diris procellis jactatas concussaque , vix ac ne vix quidem per Concilii Ephesini definitiones quievisse : cumque hujus Synodi tempore Diaconi sub Cælestino Papa munere fungeretur , & ecclesiasticorum negotiorum curam ut Pontificis administer gereret , intellexit quantum fidei interesset , ut Constantinopolitanæ Ecclesiæ catholicis imprimis Episcopus præset : plerumque enim ad hanc dignitatem ii provehebantur , qui plurimum apud Imperatorem gratia & favore pollebant : quo fiebat , ut qui semel pravis opinionibus corrumpi se sivistent , eisdem inspirarent Augusto Imperiique administris , & eorum potestate ad tutandam hæresim suam abuterentur . Non ignorabat etiam Constantinopolitanum Antistitem canone secundi Concilii fretum totis viribus amplificandæ potestati suæ incumbere , nec prius molitionibus suis finem positurum , quam sibi majores omnes Primates subiecisset ; quibus subjectis timendum erat ne de minuenda pariter Romanæ Sedis auctoritate aliquando cogitaret . Constantinopolitanum

Tom. II.

imitabatur Jerosolymitanus ; qui in *Ephesina Synodo ad obtinendum Palæstinæ provinciæ principatum credidit se posse sufficere , & insolentes ausus per commentitia scripta firmare . Quod sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus Episcopus merito perhorrescens , scriptis suis mihi , inquit S. Leo , quid prædicti cupiditas ausa sit , indicavit : & sollicita prece multum poposcit ut nulla illicitis conatibus præberetur assensio . His Pontifex consideratis existimavit optimum fore , si in urbem regiam aliquem vice sua mitteret , qui propius Constantinopolitani Episcopi mentem & consilia contempleretur , communi fidei & ecclesiasticæ paci invigilaret , referretque ad Romanam Sedem quicquid ad propriam amplitudinem contra fidem , canones Nicænos , & statuta ecclesiastica , vel a Constantinopolitano , vel ab alio tentaretur , quo citius nascenti malo occurreret , ageretque apud Imperatorem de compescendis conatibus fidei christianæ & ecclesiasticæ disciplinæ contrariis . Sed palam hoc aggredi periculosum erat : Orientales enim numquam non moleste tulerunt res sibi suas pro arbitrio agere ab Occidentalibus non permitti , nec spes erat ut Constantinopolitanus Antistes splendore suæ sedis ( qui & in imperium ipsum reflectebatur ) inflatus ac procerum ipsiusque Augusti gratia munitus , rem eam pateretur , quæ ipsa etiam novitate perodiosa videbatur . Quid ageret sanctus Leo vir solertissimus ? Elegit Julianum Episcopum Coensem , virum ecclesiasticarum rerum peritissimum , qui cum in Romanæ Ecclesiæ sinu enutritus esset , totus ad Occidentales Romanosque mores compositus erat , & Apostolicæ Sedis studiosissimus : quo etiam , ut Græcanicæ Ecclesiæ Episcopo , nullus erat futurus Græcis acceptior , Græcorumque ingeniis tractandis aptior .*

Sed cum Leoni præterea animus esset nihil adhuc , nisi secreto , tentare , nemo erat cujus mora in urbe regia & in Comitatu minus suspecta futura esset , quam unus ex iis Episcopis , quorum ordinationem Constantinopolitanus ad se traxerat , quos etiam ibidem sæpius adesse jubebat illos ad ecclesiasticarum , quæ occurrebant , rerum tractationem : quorum denique non paucis in Comitatu frequenter adesse , ad suarum Ecclesiarum negotia apud Imperatorem procu-

Eeeee

ran-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

Legationem Leonis suscepit .

fert. I. Quesn. adnot. 3. ad an. 453. Cum Julianus in Romana Ecclesia fuisset nutritus , Leoni etiam esset notissimus ac pernecessarius , huic maxime S. Pontifex fidit , delegationemque eidem apostolicam ob solam fidei causam idcirco commisit , quia in Episcopo Constantinopolitano eum fidei vigorem non deprehendit , quem difficiles ejus temporis circumstantiæ efflagitabant . Alia consilia Leonis etiam anterioris temporis , & secreta cum Quesnello conjicere , divinare est , seu potius somnari : nullo enim documento probari queunt . Quod si is ante hoc tempus Constantinopoli aliquan-

do fuisse invenitur ; nihil mirum , cum Græcæ Ecclesiæ Episcopus , & a Constantinopoli non multum distans , variis de causis , facile & identidem eo posset accedere , ut ne in Comitatu quasi Nuntius Pontificis existisse dicendus sit . Hac quidem tantummodo epistola ne a Comitatu abesset Leo exigit ; quod hoc tantum tempore Nuntii officium eidem imposuerit . De ceteris , quæ hoc loco Quesnellus urget , vide Admonitionem præmissam epistolæ Juliani ad Leonein Augustum , quam Appendici epistolarum tom. I. insertam invenies col. 1478.

landa, necessitas erat. Talis erat Julianus. Hunc pluribus etiam annis ante Synodum Calchedonensem Constantinopoli egisse arbitrator ex secreto Leonis mandato, ut pro rebus fidei & disciplinæ clam ibi in excubiis esset. In regia siquidem urbe versabatur ann. D. 448. cum Eutyches violatæ fidei accusatus est & damnatus in Concilio Constantinopolitano sub Flaviano Episcopo: de cuius damnatione scripsit ad sanctum Leonem litteras fidei vigore plenas, huicque Leo rescripsit epist. 25. ( *nunc* 35. ) fusius eum instruens de Incarnationis mysterio, vehementiusque exhortans ut iis, qui Evangelium Christi corrumpebant, constanter resisteret. Inde igitur ratio suspicandi jam tum habuisse Julianum in secretis mandatis, ut de fidei & Ecclesiæ Orientalis statu sedulo moneret Apostolicam Sedem, licet nihil de hoc in epistolis apparere vellet propter rationem, quam superius attigimus. Immo videtur Julianus pro cura sibi commissa adeo sollicitus fuisse, ut non contentus per priorem hanc epistolam monuisse Leonem de Eutychetis errore & damnatione, alteram eodem fere tempore per alium miserit, qua de eodem hæretico in perveritate sua veterascente Pontificem nostrum certiosem faceret: qui & similiter iterum scripsit ad eundem Coensem Episcopum, monuitque de Legatis suis, quos ad Concilium ab Imperatore indictum mittebat, & de epistola quam dederat ad Flavianum, nec non de tota ratione, quam tenendam in hac causa existimabat, ut scilicet partes miserationis non omitterentur: ut si Eutyches resipisceret satisfaceretque, a sententia, qua obstrictus erat, absolveretur; si vero in insipientiæ suæ luto jacere deligeret, cum eis haberet sortem, quorum secutus fuerat errorem.

Quid quod statim atque de Ephesino latrocinio certior factus esset Pontifex, litteras ad Julianum dedit, quibus monet nihil a se omitti eorum, quæ ad reparandas Ecclesiæ res profutura existimabat; eumque secretioribus perlatoris alloquiis edocendum quicquid pro præsentium temporum conditione dispositum fuerat. Quod innuit litteras quoque a Juliano datas fuisse ad sanctum Leonem, quibus de nefanda Ephesinæ Pseudo-Synodi prævaricatione instrueretur; & tam illæ, quam istæ arguunt nonnullam rerum Ecclesiæ curam Juliano impositam fuisse a Pontifice Romano, si non palam & publice, saltem secretius, ut diximus, exercendam.

Eandem ob causam scribens ad Pulcherram Augustam Idibus April. ann. 451. antequam Romæ quicquam de indicta Synodo Calchedonenſi rescitum esset, hæc habet: *Illud etiam a vestra pietate poscentes, quod vos spontaneo facere non dubitamus arbitrio, ut tam fratrem & Coepiscopum meum Julianum, quam Constantinopolitanos Clericos, qui sanctæ memoriæ Flaviano fidelibus obsequiis adhesere, ea qua debetis gratia faveatis. Quod iisdem fere verbis repetit in epi-*

stola eodem tempore scripta ad Anatolium; ut facile deprehendatur secretum Leonem inter & Julianum jam tunc fuisse initum commercium, quale solet esse Vicarii seu Nuntii Romani cum ejusdem urbis Pontifice: siquidem non aliter fere, quam in præſenti, postea commendatus est Julianus Imperatoribus, cum cœpit ejus legatio omnibus innotescere.

Amplius adhuc sese explicuit ista legatio cum sanctus Leo, mittens in Orientem Lucentium & Basilium, non omisit Julianum & ante eorum ex Urbe profectionem monere, & per eosdem litteris suis convenire. Has modo e tenebris eruimus: quibus patet jam tunc Julianum Ecclesiæ negotiis sollicitudinem suam ex Leonis mandato impendisse. *Per fratres, inquit, nostros Lucentium Episcopum, & Basilium Presbyterum, quos Constantinopolim indicaveramus nos esse missuros, debitum reddo colloquium, admonens ut studium diligentia tue eisdem hominibus sociare digneris. Et postea: Quid igitur Legatis nostris injunctum atque commissum sit, ipsorum insinuatione cognosces, eum mihi atque illis impensurus affectum, ut quæcumque ipsis mandata sunt, dilectionis studio & sollicitudine sociata, adjuvante Domino, perveniant ad eum, quem optamus, effectum.* Hæc scribebat Leo cum Legatos mitteret, qui res Ecclesiarum Orientalium componerent. Sed cum litteras Augusti accepisset de convocato apud Nicæam Concilio œcumenico, hoc statim iniit consilium, ut Julianum Legatis, quos ad illud dirigebat, pariter adjungeret: quod pluribus quidem litteris ea de re scriptis testatum habetur, sed iis præsertim, quas dedit ad ipsum Julianum, quæque nunc primum a nobis luce donantur. *Necessarie, inquit, fraternitati tue, quod omni Ecclesiæ proſit, injungimus, ut cum fratribus & Coepiscopis nostris Paschasino, & Lucentio, sed & fratribus, & compresbyteris nostris Bonifacio, & Basilio, quos vice nostra ad prædictum conventum ire præcipimus, curam tuam actionemque conjungas, in omnibus auctoritate nostræ præceptionis usus: quoniam scimus omnium illic aëtarum rerum majorem te, quam nostros, habere notitiam: ut dum curam tuam illis consiliumque sociaveris, in nulla parte fallantur.* In eadem pene verba de hac legatione scribebat Anatolio CP. in epistola recens a nobis publici juris facta: quæ opinioni nostræ plurimum suffragatur, cum Juliani fidem sibi pluribus experimentis probatam esse suggerit. *Ut particeps, inquit, in omnibus actionibus fratre & Coepiscopo nostro Juliano, cujus fidem sæpe probavimus, nostra vice utantur in futuro Concilio. Quibus concinunt epist. 71. jam laudatæ prima hæc verba: Quid de dilectionis tue animo julicemus, sæpius agnovisti: præcesserunt enim plurima, quæ nos facerent ista presumere.*

Quod vero tandem post completum Calchedonenſe Concilium vice Pontificis Romani Constantinopoli seu in Comitatu refede-

Epist. 66.  
nunc 86.

Epist. 71.  
nunc 92.

Epist. 70.  
nunc 91.

federit, quoniam, & ab aliis notatum, & expresse habetur assertum in epistolis 86. & 88. ( *nunc* 113. & 117. ) ad Julianum, 84. & 89. ( *nunc* 111. & 115. ) ad Marcianum, 85. & 90. ( *nunc* 112. & 116. ) ad Pulcheriam Augustam; his diutius immorari supervacaneum fit.

Ceterum legationem Juliani durasse usque ad ann. 457. inde conjicimus, quod geminam habemus Leonis ad ipsum epistolam hoc eodem anno mensibus Julio & Septembri scriptam; sed ex iisdem pariter litteris conjici potest circa hæc tempora Julianum ad Ecclesiam suam remeare meditantem, legationi nuntium remisisse. Cum enim per multos jam annos ab Ecclesia Coensi sibi divinitus credita abfuisset, ex morte Marciani occasionem forsitan sumsit postulandi a Leone successorem, qui Marciani successor, ut Legatus, adesset. Et quidem de Juliano nulla fit mentio apud sanctum Leonem post hunc præsentem annum 457. a cujus etiam mense Septembri nulla ad eundem data reperitur fuisse epistola. In illa porro, quam ad illum scripsit sanctus Leo Kalendis Septembris, queritur Pontifex prætermittam ab illo fuisse scribendi occasionem peropportunam; in altera Aetii curam & sollicitudinem pro suis litteris ad Metropolitanos mittendis interpellat, eumque jungit Juliano, quasi præsenticeret, monitus forte præcedentibus litteris, illum amplius Constantinopoli non esse invenendum.

Cum vero peculiarem etiam epistolam dederit eodem die ad Aetium Presbyterum, qua ipsius curæ ac diligentia pluram committit alicujus momenti negotia, persuasum profus habeo, Presbyterum illum successisse Juliano Coensi, & a Leone pariter delectum fuisse, cui suas vices pro custodia fidei & ecclesiastica pace crederet in regia civitate, & cujus relationibus de omnibus instrueretur. Sed vix istud in dubium vocare sinunt litteræ a Leone PP. ad Leonem August. datæ Kalend. Decemb. hujus anni, id est, tribus post istas mensibus; quibus litteris sic Imperatori commendat Aetium Presbyterum, ut eum facile ad negotiorum transactionem Legati auctoritate & nomine Juliano primo conjunctum fuisse existimes, tum vero subrogatum. Ita enim ad finem scribit: *Cultores autem pietatis tuæ Julianum*

Epist. 125.  
nunc 156.  
Cap. 6.

*Episcopum & Aetium Presbyterum mea petitione commendo, ut suggestiones eorum pro catholica defensione fidei placide digneris audire: quia vere sunt ejusmodi, ut fidei vestra possint per omnia utiles inveniri. Aetium enim Presbyterum ex Griman. MS. reposuimus in hoc textu pro Eutychio, quem habent edita omnia exemplaria mendose, ut præterea rerum series docet.*

Apertissimus erat hujusmodi muneri Aetius, cujus industria rerumque gerendarum peritia in officio Archidiaconi & Primicerii notariorum urbis Constantinopolitanæ, in quo diu versatus fuerat, maxime enituerat; necnon in Concilio Calchedonensi, cujus

Tom. II.

acta creberrimam Aetii mentionem faciunt. Insuper cum ab Anatolio per speciem provectionis dejectus esset ab Archidiaconi gradu, & ob hoc sæpe Leonis litteris apud Augustum commendatus, timendum non erat Pontifici ne ille in Constantinopolitanum Episcopum plus æquo propensus foret, aut quicquam eorum dissimularet quæ contra vel fidei veritatem vel canonum reverentiam, Anatolio seu auctore, seu connivente, attentarentur. Hoc denique erat commodi, quod nihil eum latere poterat rerum orientalium, diu videlicet Archidiaconi perfunctum munere, cui omnia Ecclesiæ negotia concredi solita erant.

Ut autem Presbyterum, non Episcopum, vice sua ornaret sanctus Leo, præter rationes prædictas, hæc forsitan esse possunt quod vix beatis illis temporibus aliquem invenisset Antistitem, qui diu ab Ecclesia sua exulare acerbe non tulisset. Altera hæc esse potuit ratio, quod Constantinopolitani Antistites non diu æquo animo tulissent Episcopum in urbe sua Pontificis Romani nomine morantem. Licet enim sanctus Leo illorum invidentiæ aut æmulationi aliquatenus occurrisset, cum vicem suam Juliano committens, eumque epist. 86. ( *nunc* 113. ) instruens, *sequestravit earum actionem causarum, quæ in quibusque Ecclesiis Præsulum suorum debent cognitione firmari*: tamen Episcopus jurium suorum amplitudinisque suæ studiosissimus non poterat non timere, ne sensim cresceret hujusmodi Vicariorum potestas, & ultra terminos præfixos excurrens aliquam suæ jurisdictionis partem tandem aliquando invaderet. Evanescebat aliquo modo hæc timendi ratio, securitasque omnis hac via Constantinopolitano conciliabatur. Hanc sapientissimam Leonis nostri *οικονομίαν* æmulati sunt ipsius successores per multum temporis. Pelagius enim Romanæ Ecclesiæ Diaconus, postea Pontifex, nomine Agapeti Papæ, & Gregorius Magnus dum adhuc esset Diaconus, nomine Pelagii II. alique subinde plures Constantinopoli Apocrisarios seu Nuntiorum Apostolicæ Sedis munere functi sunt, Episcopis suo gregi invigilare, eumque verbo & exemplo pascere permissis.

#### AD EPISTOLAM CXIII.

APUD QUESNELLUM LXXXVI.

Juliano Coensi Episcopo.

- I. **P**ER SPECIEM PROVECTIONIS. Simile Col. 1190. Exemplum simulatæ hujusmodi provectionis habes apud Gregorium Magnum de Honorato Archidiacono Salonitano lib. 1. Reg. epist. 10. & 19. & lib. 2. epist. 16. Ea quippe erat Archidiaconorum potestas, ut presbyterali etiam præferretur ordini. Illius enim jurisdictioni suberant & Presbyteri & Archipresbyteri, cum horum ultimum dignitas Ecclesiæ cœpit innotescere. Cujus disciplina ratio ea esse mihi videtur,

Eeeee 2 quod

quod Archidiaconus vices Episcopi gerebat, totiusque Ecclesiae erat oeconomicus, saltem in Ecclesia Occidentali; Orientalis enim oeconomicus ab Archidiaconis distinctus habebat. Egre tamen ferebant Presbyteri huiusmodi subjectionem ordini suo aliquomodo contumeliosam: quo factum est, ut posterioribus saeculis presbyterali honore decorati sint Archidiaconi: cum antea, ut ex Leone & Gregorio colligimus, tunc degradari censeretur Archidiaconus, cum ad Presbyteratum promovebatur.

Col. 1192.

2. BREVIARIUM FIDEI. Edidit Jacobus Sirmondus Breviarium fidei adversus Arianos conscriptum, quod suspicatus est hoc ipsum esse, quod missum a Juliano Coensi, queritur hic S. Leo sibi non esse redditum. Refragatur Chiffletius Sirmondi socius, qui in praefatione ad Ferrandum Diaconum testatur se illud Breviarium fidei Alcuino Diacono adscriptum reperisse in cod. MS. Carthusiae Portarum. Et certe licet ejusmodi libellus catholicum dogma strenue propugnet, non tanti tamen esse videtur, ut ad eruditissimum Pontificem Leonem ab Oriente Romam usque transmitti debuerit; praesertim cum Arianos, quorum causa tunc temporis non vertebatur, magis impugnet, quam Eutychianos, quicum res erat catholicis Episcopis. Mihi vero fere persuasum est <sup>I</sup> Breviarium illud fidei a Juliano missum, aliud nihil esse quam definitionem ipsam Calchedonensis Concilii, seu *Tractatum fidei*, ut alibi pluries vocatur. Duas partes habet illa definitio actione 5. unam, quae sic incipit: *Dominus noster & Salvator Jesus Christus &c.* quae in Calchedonensis Concilii Graecolatina Romana, Binii & Labbei editionibus praemittitur Symbolo Nicæno & Constantinopolitano: alteram quae utrumque illud Symbolum sequitur in eisdem editionibus, & prima haec habet verba: *Sufficeret quidem &c.* Idem fere in codice nostro Romano & apud Isidorum Mercatorem. Bipartitum porro illud decretum, quod apud Crabbeum, Surium, & Nicolinum sub quadruplici interpretatione editum est, unicam & plenam definitionem conflare creditur a Severino Binio in suis ad hanc Synodum annotationibus, ita ut altera pars alteri cohaerere, & neutra ab altera disjungi debeat. Apud Crabbeum vero, Surium, & Nicolinum in geminam definitionem dispersitur; seu potius in definitionem fidei,

quae prior est; & Tractatum fidei, qui definitioni subjungitur. Ita illi ad act. 5. & 6. in qua ultima hanc posteriorem partem, *Sufficeret quidem &c.* appellant *Tractatum fidei*. Quod quidem confirmare videtur Liberati Breviarium, qui singulas actiones Calchedonensis Concilii recensens, haec de quinta scribit: *Quinta sessione hoc actum est, tractantibus cum Episcopis & Judicibus, ut fides confirmaretur, & ex tractatu Anatolii Constantinopolitani Episcopi & omnium Episcoporum Metropolitanorum, dictatum est fidei Symbolum cum definitione & confirmatum est.* Surio & Liberato succinunt Toletani III. Concilii Patres, qui catholicam fidem Gothis ex Ariana perfidia conversis subscribendum proponentes, post fidem Nicænam & Constantinopolitanam Symbolum hunc Tractatum subjiciunt, qui in Confessione subscriptione Regis & Reginae munita appellatur *Tractatus Calchedonensis Concilii*: in Confessione item Episcoporum, *Tractatus fidei Calchedonensis Concilii*; vel, ut habet alia editio Garfiae Loaystæ, *Sancta fides, quam exposuerunt tractatus Calchedonensis Concilii*. Qui Tractatus in hoc Concilio prima illa definitionis parte omissa, quae incipit, *Dominus noster & Salvator Jesus Christus &c.* solum posteriorem, *Sufficeret quidem &c.* continet.

Ex dictis non sine causa suspicor eundem hunc fidei Tractatum esse, quem Leo & Julianus Breviarium fidei appellarunt. Patet enim ex epist. 77. (nunc 102.) ad Gallos Kalendis Februarii anni superioribus 452. data nondum Leonem de Gestis Calchedonensis Concilii instructum tunc fuisse; nec aliud de illo didicisse, quam per confirmationem & approbationem suam ad Flavianum epistolae Eutychianam perfidiam fuisse damnatam cum Dioscoro ejus adjutore. Hoc ante reditum Legatorum a Synodo; post illorum autem reditum iterum scripsit ad eosdem Galliae Episcopos, confirmataque Eutychis & Dioscori damnatione transmissit exemplar sententiae adversus utrumque latæ in Concilio: sed de Definitione & Tractatu fidei ne verbum quidem; unde merito crediderim nec per illud quoque temporis Leonem habuisse perfecta Synodi illius acta & instrumenta: quæ causa fuit cur hæc a Juliano Coensi postuletur, hortareturque ut illa omnia nitide translata & per ordinem digesta sibi quantocius transmitti curaret; iisque

## EDITORUM ADNOTATIONES.

Breviarium fidei a Juliano missum quid fuerit. <sup>I</sup> Cum definitionem fidei jam antea Leo approbasset, ut indicatur ep. 114. c. 1. eam forte allatam per Legatos, qui jam redierant, & ab aliquo latine redditam accepisse indubium videtur; ac propterea hanc intelligere non potuit *Breviarii* nomine, quod a se nondum acceptum tradit. Quid quod *Breviarii* vox integro documento non congruit? Esto igitur *Tractatus fidei* dicta sit definitio Calchedonensis, non tamen *Breviarium fidei* appellata dicenda est. Probabilius autem credimus hoc nomine significari Latinum compendium duarum

actionum Calchedonensium tertiae & sextae, quod conservatum nobis fuit in vetustissimo codice olim Veronensi, nunc autem Vaticano 1322. & a Baluzio editum est, ac insertum tom. 4. Concil. Ven. edit. col. 2065. Cum vero ex harum duarum actionum Breviario pateat quidquid gestum fuit circa fidem, *Breviarium fidei* recte potuit appellari. De Breviario autem adversus Arianos, quod edidimus in Appendice hujus tomi II. vide Admonitionem eidem praemissam col. 283.



iiſque comprehendi arbitror tum chartas, quas Aetius indicaverat eſſe directas, tum Breviarium, quod Julianus a ſe miſſum fuiſſe ſignificaverat, quæ a ſe non recepta quebatur S. Leo.

Col. 1194 3. GESTORUM SYNODALIUM. Hinc definire

licet, ni fallor, 2 acta Calchedonenſis Concilii eo, quo nunc habentur modo, collecta, translata & ordinata fuiſſe a Juliano Epifcopo Coenſi rogatu ſancti Leonis; nec audiendos eos eſſe, qui Ruſticum Diaconum illorum collectorem prædicant: vel ex ſola enim

2

EDITORUM ADNOTATIONES.

Quæ partes Concilii Calchedonenſis ante Ruſticum latine redditum fuerint, & quid ipſe Ruſticus præſtiterit. Aliquot tantum particulæ geſtorum Calchedonenſium ante integram eorundem verſionem latine redditæ ſunt. Num Latinum exemplar Sententiæ, quæ ad Gallos direxit cum ep. 103. originale ſit, an interpretatio ex Græco, certum non eſt, ut ibidem monuimus adnot. 6. Prima autem certa interpretatio eſt illa totius fere actionis VI. exhibita in codice Vaticano 1322. de qua plura diximus in Obſervat. ad Diſſert. IX. Queſnelli in cauſſa Domni. In hac infera eſt definitio Concilii Calchedonenſis; quæ iterum ex alia verſione in eodem manuſcripto ſubjicitur, ut in memoratis Obſervationibus animadvertimus. Hujus autem definitionis quinque interpretaciones a Baluzio recuſæ inveniuntur tom. 4. Conciliorum Ven. editionis; una ex Hiſpanica & Iſidoriana collectionibus ſumta col. 2055. d., alia quatuor ex aliis collectionibus antiquis col. 2057. b. quarum una eadem eſt ac ſecunda laudata codicis Vaticani. Omnes vero ſunt anteriores illis duabus, quas antiquus omnium actionum Calchedonenſium interpres lucubravit, & alteram inſeruit actioni quintæ, alteram ſextæ. Hinc autem a ſex interpretibus hanc definitionem ex Græco, ante omnium actorum verſionem, latine redditam credimus. Duæ quoque verſiones canonum integra omnium actorum interpretatione vetuſtiores ſuperſunt, quarum altera in Queſnellianam, aliasque antiquiſſimas diverſæ originis collectiones, Vaticanam Regina, Barberinam, Luſemburgicam, & Colbertinam, atque Juſtellianam; altera in Hiſpanicam, & exinde in Iſidorianam traducta fuit. Tres præterea actiones ad Maximum Antiochenum pertinentes vivente Leone latine redditæ in citatis Obſervationibus ad Diſſ. IX. Queſnelli exhibuimus. Tandem præter nonnullas Marciani literas ante & poſt Synodum promulgatas, quæ cum in diverſæ originis collectionibus Latinis ſimiles inveniuntur, editæ videntur latine, & ex Latino originali derivatæ, quæque ſtatim Romanis & Occidentalibus patuerunt, duarum præcipuarum actionum tertiæ ac ſextæ compendium Latinum ante integram actorum interpretationem lucubratum fuit, de quo ſatis diximus in Obſerv. ad Notam præcedentem.

Verſio antiqua actorum Calchedonenſium actionibus caret. Plenior porro eorundem verſionem, quam Leo a Juliano epif. 113. integram & abſolutam poſtulavit, certum eſt factam fuiſſe ante Ruſticum, ita tamen ut primo interpreti ii Græci codices uſui fuerint, in quibus deerant actiones duæ de Photio Tyri, ac de Caroſo & Dorotheo, duæ ad Maximum & Domnum Antiochenos ſpectantes; nec non illa, in qua lecta fuit Leonis epif. 93. ad Synodum: de quibus vide quæ diximus adnot. 18. in Diſſert. I. Queſn. ad an. 451. Hujus verſionis an-

tiquæ duo tantum, quod ſciamus, codices ſuperſunt, Pariſienſis, quo Baluzius uſus eſt, & codex Suecorum Regina, cujus notitiam ille a Cardinali Caſanata habuit. Hanc vero interpretationem anteriorem Ruſtico, Juliano Coenſi tribui non poſſe, illud in primis ſuadet, quod ſi ab eo ſtatim poſt Synodum latine redditæ fuiſſent geſta Calchedonenſia, cum ille integros Concilii codices habuerit, tot defectus aliquot actionum in ejus verſione non inveniuntur, quot indicavimus. Illud porro hanc verſionem Juliano non eſſe evidentius demonſtrat, quod hæc canones Calchedonenſes præfert ex verſione Dionyſii Exigui, qui ſane hos canones non ſumit ex interpretatione vetuſtiore, ſed e Græco tranſtulit. Hinc etiam eadem verſio titulos canonum recepit, quos ſuo more Dionyſius compoſuit. Similiter act. XI. ex eadem Dionyſii interpretatione in codice Pariſienſi referatur Antiochenus canon 16. Quare hæc actorum Calchedonenſium interpretatio vel ab ipſo Dionyſio Exiguo lucubrata, vel ſub Dionyſii ævum poſt editam ejuſdem canonum collectionem condita fuit. Ita hanc verſionem circa Pontificatum Hormiſdæ ſæculo VI. ineunte factam putamus. Primi certe, qui hac interpretatione uſi ſunt, ſub Vigilio exſtitere, uti præclare oſtendit Baluzius in Præfatione ad antiquam verſionem Concilii Calchedonenſis, ubi hanc ſententiam pluribus confirmat.

Quæ porro idem Baluzius edidit & adnotavit ex tribus codicibus Ruſtici, palam faciunt, hunc non primam tantum actionem interpretationis antiquæ, ſed totam hanc verſionem cum MSS. & Græcis & Latinis Conſtantinopoli contuliſſe & emendaſſe, ac nonnullas identidem adnotationes addidiſſe. Neque vero Ruſticus purus fuit emendator & illuſtrator verſionis antiquæ. Novam enim interpretationem fecit actionis VII. de Maximo & Juvenali, ac duarum relationum Synodi ad S. Leonem, & ad Pulcheriam Auguſtam. Adjecit porro verſionem actionis de Domno, quæ in antiqua verſione deſiderabatur, eamque ſumit ex illa vetuſtiore, quam Leone vivente factam oſtendimus in Obſerv. ad Diſſ. IX. Queſn. Inſeruit quoque allocutionem originalem Latinam Marciani ad Synodum, (quam nobis jam conſervaverant antiquæ collectiones Latinæ ex gr. Queſnelliana, & cod. Vat. 1322.) & aliquot imperiales leges latine promulgatas. Baluzius tom. 4. Concil. col. 2025. propoſita Ruſtici adnotatione: *Relationes ſanctæ Synodi ex codice Acumitenſi Græco in Latinum tranſtulit ego ipſe*: hæc ſubjicit: *Hanc adnotationem inveni in antiquis exemplaribus & in editione Crabbi. Quæ ergo Ruſticus tranſtulit, hæc ſunt*: ac præter relationes commemorat quatuor Marciani leges, & unam Theodoſii, quæ in codicibus puris Ruſtici actioni tertiæ ſubjiciuntur. At ſolas *relationes* Ruſticus abs ſe latine redditas tradit. Leges autem cum latine editæ eſ-

Juliano tribui nequit.

V. t. 4. Concil. col. 1611. not. a.

Circa Hormiſdæ Pontificatum compa-  
cta, forte a Dionyſio Exiguo.  
Ruſticus antiquam verſionem cum MSS. Græcis ac Latinis contulit & emendavit.  
Quid latine reddidit, vel adjecit ex anterioribus ſeparatis verſionibus, vel ex originali Latino?

enim annotatione, quæ primæ actioni sub-  
jicitur, patet illa ab eodem fuisse tantum-  
modo cum exemplaribus aliis collata, & ex  
iisdem annotata & distincta; quod insuper  
manifestum redditur ex MS. cod. Thuan.  
qui partem actionis primæ Calchedonensis  
habet cum hoc titulo: *Explicuerunt, quæ an-  
te gesta præmissa sunt: nunc incipiunt gesta  
prima Concilii Calchedonensis. Rusticus ex  
Latinis & Græcis exemplaribus maxime Acœ-  
mit. Monasterii emendavi. Concilii Calche-*

*donensis actio prima in nomine Domini no-  
stri Jesu Christi cœpit emendari Kal. Mart.  
X. Indiæ. XII. Eadem se legisse testatur  
Chifflet. in Notis ad Vigi-  
lium Ta-  
psens.*  
Chifflet.  
in Notis  
ad Vigi-  
lium Ta-  
psens.  
num, Rustico Diacono, ut ait, Collectore,  
seu potius, ut legendum puto, Correctore,  
in quo codice Bibliothecæ Joannis Bohierii  
Divionensis viri senatorii, Rusticus pariter  
meminit Acœmitensium codicum, quibus in  
emendandis Concilii actis usus fuerat. Nec  
de iisdem codicibus tacet Nicolini editio Ve-  
netia-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

Leges late-  
tine editæ  
fuerunt. tæ essent, non vertit in Latinum, sed uti e-  
ditas invenit, inferuit. Duæ quidem ex iis-  
dem legibus totidem verbis leguntur in colle-  
ctione Quenelliana cap. 26. & 27. quæ ta-  
men Rustico anterior est: quædam etiam ex-  
hibentur in collectione Hispanica, quæ a Ru-  
stici codicibus non proficiscitur. Id ex eo or-  
tum est, quod leges Latino sermone publica-  
rentur: unde tum ab his collectoribus, tum a  
Rustico iisdem verbis inventæ & insertæ fue-  
re. Hinc nihil mirum, si Facundus lib. 12. c. 2.  
ex edito Marciani pro confirmatione Synodi  
Calchedonensis eadem verba recitavit, quæ ap-  
ud Rusticum inveniuntur: neque enim Rusti-  
co tribuimus, quod eas leges Latinitate do-  
naverit, sed quod latine scriptas & editas an-  
tiquæ interpretationi addiderit.

Ordo edi-  
tionis Ru-  
stici. Ordinem actionum Rusticus alicubi muta-  
vit. Nam quæ in antiqua versione est actio 3.,  
ex Græcis MSS. secundam fecit; quæ autem  
erat secunda, in tertium locum transtulit. Ca-  
nones vero qui erant subiecti sextæ actioni,  
inde exclusit, & decimam quintam actionem  
ex iisdem constituit.

Tempus  
eiusdem  
editionis. Hanc Rustici lucubrationem inter diem 10.  
Kal. Martias an. 549. & diem III. Kal. Apri-  
lis an. 550. recte Baluzius constituit in lauda-  
ta præfatione num. 21. cujus editio, ut probe  
perspiciatur quo ordine Rusticus hanc suam  
Calchedonensis Concilii editionem digesserit,  
omnino observanda est. Vide tom. 4. Conc.  
Ven. edit. col. 1980. & seqq.

Distin-  
guendi  
perfecti  
codices e-  
ditionis  
Rustici ab  
imperfe-  
ctis. Hac vero occasione, qua de Rustici editione  
locuti sumus, notitiam a nemine explicatam  
hic proferimus de quibusdam codicibus, qui  
licet Rustici editionem contineant, a puris ta-  
men ejusdem exemplaribus discrepant. Balu-  
zium solos codices puros Rustici invenit Divio-  
nensem, Corbejensem, ac Thuaneum Colber-  
tinum, qui tamen postremus mutilus in pri-  
ma actione desinit. Nos unum Ghigianum 483.  
plane similem invenimus. P. Crabbus alio  
eiusdem generis codice usus est, cum integra  
acta secundum Rustici editionem vulgavit. Ali-  
os vero codices frequentiores nacli sumus,  
qui eandem Rustici editionem ita exhibent,  
ut adnotationes ejus omnes aut fere omnes  
omittant, & ordinem etiam nonnumquam de-  
serant. Hujusmodi sunt omnes codices Vati-  
cani 1321. 1323. 4166. 5405., & noster an-  
tiquissimus Capituli Veronensis 57. In Vat.  
1322. qui incipit ab actione secunda, relatio  
Synodi ad Leonem ex antiqua versione sumpta  
est, licet reliqua Rusticum exhibeant. Cum  
porro hi soli codices, qui carent adnotationi-  
bus Rustici, Romanis Conciliorum editoribus  
noti fuerint, culpandi non sunt, si adnotatio-  
nes a Crabbo editas expunxerunt. Cum enim

in suis codicibus deessent, qua illæ auctoritate  
a Crabbo appositæ fuissent, ignorarunt.

In fine codicum Veronensis 57. & Vat. 1321., Num Fa-  
cundus 1323., & 5405. qui imperfectam Rustici edi-  
tionem exhibent, addita legitur *epistola fidei*  
*catholice in defensione trium capitulorum*. In-  
cipit: *Monet quosdam*. Hanc Facundi nomine  
ex apographo edidit P. Dacherius in Spicile-  
gio; & hac de causa in editione Operum P.  
Sirmondi inter Facundi libros recusa fuit. At  
præterquam quod auctoris nomen in laudatis  
manuscriptis non legitur, & in præstantissimo  
Facundi ætati fere cœvo MS. Veron. 61. qui  
ejus opera complectitur, hæc epistola non re-  
censetur; in alio æque antiquo cod. Veron.  
57. hæc nota eidem epistolæ in margine su-  
periori secunda manu præfigitur: *Tota episto-  
la, si vere inspiciatur, est omnino suspecta, &  
pestifera hæresis Nestorii & Theodori Mopsueste-  
ni claret factore respersa. Cujus auctor hic non  
ponitur, sed hodie totaliter ignoratur*. In MS.  
Vat. 1321. hæc epistola gestis Calchedonensi-  
bus, ut in aliis codicibus, subiecta, a Facundi  
operibus separatur. Post hanc enim epistolam  
sine auctoris nomine descriptam alia leguntur  
opuscula, quæ ad tria capitula nequaquam  
pertinent. Tum vero Facundi nomine profe-  
runtur libri duodecim pro tribus capitulis, &  
epistola ejusdem adversus Mutianum Scholasti-  
cum. Nonne hæc separatio prioris epistolæ  
abque auctoris nomine a certis Facundi ope-  
ribus ejus nomine prænotatis, diversi ignoti au-  
ctoris indicium est? Cum Dacherius non me-  
moret codicem, unde apographum sumsit, nec  
in eo Facundi nomen epistolæ præfixum ex-  
presse tradat; dubium non leve nobis exori-  
tur, num hæc epistola exscripta fuerit ex co-  
dice aliquo laudatis Calchedonensibus simili,  
in quibus tantum hanc epistolam nullo aucto-  
ris nomine inscriptam reperire nobis contigit;  
idcirco autem Facundo tributa fuerit, quod &  
in defendendis tribus capitulis, æque ac cete-  
ra Facundi opera, versetur, & fortassis etiam  
una cum hujus operibus inventa fuerit, ut in  
eo codice Vaticano, quem ultimo loco me-  
moravimus. Facundi opera ante Concilium V.  
sub Vigilio scripta fuere: hæc autem epistola  
post Concilium Pelagio Pontifice. Num Fa-  
cundus in apertum schisma, quod in epistola  
proditur, eruperit, nisi ejus auctor certius pro-  
betur, affirmare non audemus. Qui ex Afris  
Concilium non recepere, exilio multati sunt.  
De exulibus queritur epistolæ auctor, nec se  
exulem indicat. Hinc suspicio est, fuisse ali-  
quem ex Italis, qui ob tria capitula schisma  
constarunt. Num stylus a Facundo discordet,  
alii conferant.

netiana Conciliorum ann. 1585. licet corrupte appellet Acuminentes, ex quibus nonnulla minutioribus caracteribus inserta voluit textui vulgato. Ex horum porro omnium inspectione & collatione nonnulla colligere mihi videor notatu non indigna. Primum est collectionem actorum Calchedonensium Latinam, quæ nunc omnium manibus versatur, antiquiorem esse Rustico Diacono, qui circa annum D. 550. Constantinopoli residebat cum Vigilio Papa, illicque prædictæ collectioni emendandæ adlaborabat: id patet tum ex Nicoliniana editione jam laudata, tum maxime ex codice Thuaneo, qui non modo solius emendationis meminit, sed etiam priscorum actorum serie intacta, Rustici emendationes ad oram paginarum relegatas exhibet, hac admonitione præeunte: *Annotatio circumducta † singulas interlocutiones a foris ita posui, ut Acumitensium Codex Græcus latine continet.*

2. Suspiciari licet solam actionem primam a Rustico fuisse emendatam, id enim ex titulo, quem supra ex cod. Thuaneo descripsi, elici mihi videtur. Præterea ad unius actionis primæ finem mentio fit collationis & emendationis Rustici in omnibus quos vidi excusis codicibus, aut etiam MSS. Denique sola prima actio nonnulla inserta habet ex codice Acumitensi seu potius Acemiteni in Nicoliniana & Suriana editione. Nolim tamen hæc a me pro certis accipi: sicut nec ausim negare, quin codex Acemitenis, quem lustrare cœperat Rusticus, ad Occidentales postmodum deportatus a pluribus describi potuerit. Porro si verum est, quod dicimus, partem tantum actorum a Rustico emendatam fuisse, id forte contigit ob eam rationem, quod cum a Vigilio ad damnationem trium capitulorum delapso defecisset una cum collega suo Sebastiano, urbem regiam deserere coactus fuit, & Acemitarum Monasterium, ubi occasione controversiæ, quæ agitabatur, res Calchedonenses diligentius indagare cœperat.

Tertium est quod eruimus ex dictis, scilicet acta Calchedonensis Concilii vix in remotioribus Occidentis partibus nota fuisse ante quintam Synodum, præsertimque in Gallis nostris, quæ per solas fere epistolas S. Leonis ad Episcopos Gallicanos scriptas de illius Synodi exitu certiores factæ fuerant, & ex sententia in Dioscorum, quæ uni illarum illigata erat. Testis est hujus assertio- nis nostræ canon 1. Concilii Aurelianensis V. cujus Episcopi suppressa Calchedonensis Synodi mentione, soli Apostolicæ Sedis decreto adversus Nestorianum & Eutychnum dogma intorto niti videntur. Et hoc contigit anno 549. quo tempore Rusticus Vigilium Papam impugnabat. Postmodum autem cum trium capitulorum controversia magis efferveret, eorumque damnatores tamquam Synodi Calchedonensis adversarii passim & ubique per provincias infamarentur; sed præsertim cum quintæ Synodi decreta tamquam in præjudicium præcedentis Synodi lata ab Afris, Illyriis, Dalmatis, Insu-

bribus, Itriciis, Gallis, Hispanis, Ibernis &c. constanter rejicerentur: tunc cœperunt exemplaria actorum quartæ hujus Synodi undequaque studiose conquiri, avide perlegi, a plurimis excubiri. Nec dubium est Rustico Vigilio ceterisque trium capitulorum adversariis tantopere infensum, suaque dejectione iratiorem factum, sicut Vigilium ubique ut Calchedonensis Concilii desertorem publicabat, ita hanc in se curam sumisse ut per provincias exemplaria Synodi spargerentur. Sed nostros imprimis Gallos, qui Synodum quintam vel numquam, vel serius recepisse videntur, vero simile est ejusmodi exemplaria a Rustico accepisse, quandoquidem ab illo moniti fuerant de Vigilii adversus sanctam Calchedonensem Synodum nefanda, ut putabat, prævaricatione, quemadmodum intelligere est tam ex epistola Vigilii ad Aurelianum Arelatensem Episcopum, quam ex litteris Clericorum Italiæ ad Legatos Gallorum Constantinopolim missorum. Auget istam suspicionem, quod nullam habemus in Occidente Concilii Calchedonensis editionem, quæ non Rustici mentionem ediciat, tamquam ab eo fluxerint prima, quæ in Gallias appulerunt, illius Synodi exemplaria. De Rustico enim pariter mentionem faciunt editiones Conciliorum Romana, Crabbiana, Nicoliniana, Suriana &c. & Bohierii a Chiffletio & in editione laudatus codex.

#### A D E P I S T O L A M C X I V .

APUD QUESNELLUM LXXXVII.

*Episcopis, qui Synodo Calchedonensi interfuerant.*

I. SANCTÆ SYNODO APUD CALCHED. HABITÆ. Soluta Synodo Calchedonensi, damnatiſque Eutychnianæ sectæ asseclis, id e multis unum adversus Synodi decreta excipiendum putaverunt: hæc unanimi omnium consensu non esse statuta, nec recepta: immo primam omnium Sedem, Romanam videlicet, ita illis contradixisse, ut omnino suum consensum his adhibere renuisset. Nimirum ex eo quod Legati S. Leonis canonem 28. rejecissent, improbassetque ipse Leo, occasionem hujus calumniæ spargendæ sumferant hæretici, Calchedonensem Synodum ab Apostolica Sede repudiatam esse. De ea re scripsit ad Leonem Imperator, monuitque commodiorem aliam viam non esse repellendæ calumniæ, quam si per universas Ecclesias definitiones sanctæ Synodi Calchedonensis Apostolicæ Sedi placuisse doceantur. Obtemperavit S. Leo, præsentemque ad omnes Synodi Episcopos quos sanctæ Synodi nomine adhuc compellat, epistolam scripsit, in qua & in aliis eodem die datis, hæreticorum calumniam pluribus retundit argumentis.

1. Non potuisse ambiſi quin toto corde ejus Synodi definitionem amplecteretur; cum non posset de unitatis redintegratione non gaudere, qui hanc scissam ab hæreticis tantopere doluerat.

Epist. 89.  
nunc 115.  
ad Marc.  
Aug. c. 1.

Epist. 87.  
nunc 114.  
cap. 1.

2. Hoc

- Ibidem. 2. Hoc ipsum ex consensione Legatorum, qui vicem ejus gesserant in Synodo, esse manifestum.
- Ibidem. 3. Ex epistolis, quas ad Anatolium scripserat post Legatorum reditum in Urbem; non minus id elucere.
- Epist. 89. 4. Quia nihil definitum erat a Synodo, *nunc* 115. quod non ipse prius scripsisset in ea epistola, cui omnium subscribentium consensus accesserat, ut pote secundum formam apostolicæ doctrinæ ac paternæ traditionis emissæ.
- Epist. 87. 5. Non solum se in persona Legatorum *nunc* 114. propriam cum SS. Patribus unisse sententiam, sed etiam per approbationem gestorum synodaliū; in sola tamen fidei causa, propter quam generale Concilium congregatum fuerat.
- Epist. 90. hanc non nisi ex occasione calumniæ *nunc* 116. natam, ne videlicet fallax cujusquam simulatio sententiam ejus haberi vellet incertam: & ne cap. 2. per malignos interpretes dubitabile videretur, *nunc* 114. utrum quæ in Synodo Calchedonensi de fide statuta erant, approbaret. Non igitur ideo cap. 1. hanc approbationis epistolam scripsit, ne i robur sacrosanctis decretis deesset, sed ne ex venerandæ Synodi contemptu ipse infamaretur, neve eo duce gloriarentur, qui Calchedonensis Synodi definitionibus obnitebantur; ne denique imperatoriæ voluntati videretur contradicere, cui omnibus modis obediendum sibi esse palam profiteretur. De hujusmodi confirmatione Synodi Calchedonensis qui plura volet, adeat doctissimum Joannem Launojum Parte 2. epistolarum, epist. ad clarissimum virum Jacobum Bevilacqua (Boileau) Parisiensem Theologum, nunc Metropolitanæ & Primatialis Ecclesiæ Senonensis Decanum meritissimum, ac sede vacante juri dicendo & administrandæ Diocæsi Præfectum.
- Epist. 89. Priores porro editiones omnes, si *nunc* 115. Romanam epistolarum decretalium excipias, istam Juvenali inscriptam habent in hunc modum: *Ad Juvenalem & ceteros Episcopos, qui in sancta Synodo Calchedonensi congregati sunt.* Horum unus erat Juvenalis, & ad ipsum proculdubio missum est epistolæ exem-

plar, ex quo descripta postmodum, ejus nomen retinuit. Desideratur autem in MSS. codd. Griman. Victor. Trecopith. & tribus Thuan. necnon in actis Calchedonensis Concilii, &, ut dixi, in editione Romana epistolarum pontificiarum. Eodem etiam modo citatur epistola a Pelagio Papa II. & a Facundo Hermianensi.

2. CONSENSIONIS EFFECTU. Ita codd. MSS. *Col.* 1195. edit. Rom. & Facund. non vero *affectu*, ut legebatur antea: quod quidem de Legatorum consensu intelligendum existimo, ut explicat se ipse his verbis: *Me non solum per fratres, qui vicem meam executi sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodaliū, propriam vobiscum unisse sententiam.*

3. MANIFESTARE VOLUISSET. Post quæ, *Ibidem.* inquit Baluzius, sequitur in codicibus Rustici: *Sed quia in eisdem litteris ea quæ per occasionem Synodi male sunt attentata, reprehenderam, maluit prædictus Antistes meam gratulationem tacere, quam suum ambitum publicare.* Fatendum tamen est, addit Baluzius, ista quamvis consequenter scripta, divisa tamen ac separata esse a textu epistolæ in antiquis exemplaribus. Stylus est S. Leonis, & ejus verba. Nam de hac ipsa re agens in epistola 60. \*ad Pulcheriam Augustam, ait: *Nisi maluisset meum gaudium (id est gratulationem) tacere, quam repulsam sui ambitus publicare.* Non viderunt ista Editores epistolarum S. Leonis. Immo vero, Baluzi mi, ista vidimus; non in codice Divionensi, quo uti nobis non licuit, sed in tertia parte actorum Calchedonensis Concilii pag. 881. editionis Labbei, qui illa eadem verba ex Divionensi tuo codice ante te excerpserat, & ad marginem relegarat. Intellexit enim vir eruditus Leonis quidem & stylum & verba esse, sed desumpta ex epistola 59. \* (nunc 89.) c. 1. Quæ *\*nobis* 115. ratio fuit cur pannus iste a textu epistolæ 61. l. 8. \* (nunc 87.) separatus inventus *\*nobis* 114. fuerit, nempe a studio aliquo excisus a loco nativo & isti epistolæ illustrationis causa affusus.

4. POPOSCI. Ita legendum esse, ut emendavimus; non vero, *poposcit*, ut Romana & aliæ

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

Decreta *I* Robur quidem sacrosanctis decretis non Conc. Cal. deerat, non quia per se absque Pontificis ap- ch. vim probatione vim generalis Concilii haberent de- habebant creta Synodi, sed quia hæc decreta quoad fi- ex appro- dem jam antea a Leone aliis litteris satis fue- batione rant approbata, ac præsertim in epistola 106. Pontificis. ad Anatolium, ut idem Pontifex hac ipsa epistola 114. & in sequenti 115. palam testatur: unde etiam in ep. 115. ad Marcianum scribit: *Per fratrem meum Lucianum Episcopum talia & ad gloriam vestram & ad Constantinopolitanum Episcopum scripta direxi, que evidenter ostenderent me ea, que de fide catholica in prædicta Synodo definita fuerant, approbare.* Idem ipsi Orientales, qui de Calchedonensi definitione dubitationem ingesserant eo nomine, quod Leo illam non approbasset (suppressa enim fuerat Leonis epistola ad Anatolium,

qua Synodum probaverat) satis ostendunt hanc pontificiam approbationem ab Orientalibus habitam omnino necessariam, ut de ipsa definitione Concilii dubitari non posset. Hinc sane Marcianus non tam confirmationem, quam approbationem ejus publicationem in Ecclesiis uti necessariam petiit epist. 110. in quam confer nostram adnot. 2. tom. 1. col. 1182. Hanc pariter confirmationis necessitatem ad robur decretorum Concilii alia testimonia Leonis & aliorum Orientalium comprobant. Hinc etiam Leo dum Concilii definitionem irtractabilem pronuntiavit, eam cum confirmatione Pontificis conjunxit ep. 160. c. 2. *Nam definitarum rerum, quas tante Synodi... sanxit auctoritas, & Apostolicæ Sedis confirmavit assensus, nihil oportet discuti.* Idem repetit ep. 163. ad Anatolium.

Quam necessaria approbatio.

& aliæ editiones habent, probant MSS. codd. Victor. Griman. & alii, sed & epistola 89. *nunc* 115. \* cap. 2. ubi hoc ipsum ab Imperatore postulat Leo noster.

[Ibidem.]

5. PROPRIAM VOBISCUM UNISSE SENTENTIAM. Ita Griman. cod. cui concinit Facundus, hæc verba describens pag. 203 lib. 5. cap. 4. licet lib. 2. cap. 6. sic legat: *propriam vobis communicasse sententiam*: quod vitio codicis tribuendum puto. Pelagius II. cum vulg. legit: *Propriam vobiscum iniisse sententiam*.

## AD EPISTOLAM CXV.

APUD QUESNELLUM LXXXIX.

Marciano Augusto.

Col. 1201. 1. **ET** REGIA POTENTIA, ET SACERDOTALIS I INDUSTRIA. Simile est quod *nunc* 155. ait epist. 124. \* *Non solum regiam, sed & sacerdotalem ipsius mentem obsecrare &c.* epist. *nunc* 156. 125. \* cap. 6. ad Leonem Augustum: *Sacerdotalem namque & apostolicam tuam pietatis animum &c.* & epist. 112. \* cap. 1. *Sacerdotali me sollicitudine pietas vestra commouit*: & supra epist. 84. \* cap. 3. ad Marcianum: *Qui vobis, inquit, præter regiam coronam, etiam sacerdotalem conferat palmam.* Epist. 90. \* ad Pulcheriam: *Principibus temporis nostri non solum potentiam regiam, sed etiam sacerdotalem cognoscimus inesse doctrinam.* Et in epist. 88. \* cap. 2. ad Julianum: *Ut omnes excellentiam ipsorum, non solum regii culminis, sed etiam sacerdotalis esse appareat sanctitatis: vel legendum omnibus, vel pro appareat, reponere, intelligant.* Epist. 105. \* *In Christianissimo Principe sacerdotalem exprimit affectum.* Et epist. 123. \* *Sacerdotali fervet affectu.* Vere regium dixerim Pontificis nostri animum, qui in Sacerdotii & Apostolatus sui communionem Augustum tam libenter recipit; nec suæ diminutionem dignitatis inde metuens, nec regis incrementum decusque invidens celsitudinis. Leonem in successoribus ejus remuneravere Christiani. Tom. II.

nissimi Imperatores nostri, impertita illis vicissim ditione temporali, auctaque ex Principatu terreno Romanæ urbis sacerdotali dignitate: ut dum utraque tam arcto nexu sibi invicem velut immisceretur, neutram ab alterutra dissociari umquam pro Ecclesiæ Imperiique pace contingeret. Præverant Leoni Calchedonenses Patres, qui act. 6. Concilii acclamarunt Marciano: *Sacerdoti Imperatori, τὸ ἱερεῖ τῷ Βασιλεῖ multos annos.* Immo & Episcopi Constantinopolitanæ Synodi sub Flaviano Theodosium pari encomio decorarunt acclamantes: *τῷ Ἀρχιερεῖ τῷ Βασιλεῖ, Pontifici Imperatori.* Ad eundem sensum Fortunatus lib. 2. carm. 11. Childebertum Francorum Regem sic laudat:

*Melchisedech noster merito Rex atque Sacerdos*

*Complexit Laicus Religionis opus.* Cujus elogii ratio, ceteris prætermisissis, apud Justinianum Novel. 7. cap. 2. legi potest, ubi ait: *Cum nec multum differant ab alterutro Sacerdotium & Imperium, & res sacræ a communibus & publicis.* Qua de causa diu ante hos omnes Eusebius in Vita Constantini cap. 44. hunc Imperatorem laudat: *Quod Ecclesiæ Dei præcipue curam gerens, cum per diversas provincias quidam inter se dissentirent, ipse velut communis omnium Episcopus a Deo constitutus, ministrorum Dei Synodos congregavit.* Et lib. 4. c. 22. & 24. *Vos quidem, ait ipse Constantinus ad Episcopos, in iis quæ intra Ecclesiam; ego vero in iis quæ extra geruntur, Episcopus a Deo sum constitutus.*

2. CUM EI FIDEI OMNIUM SUBSCRIBENTIIUM CONSENSUS ACCESSERIT, QUÆ A ME ... EMISSA EST. Ita Griman. cod. In vulgatis vero: *Cum ei fidei omnium subscribendo consensus accesserit, quæ ad me ... emissa est: quæ apparet intellecta esse de Synodi Calchedonensis definitionibus ad S. Leonem missis: cum certissime de sua epistola ad Flavianum scripta & omnium subscriptionibus firmata sermonem habeat Pontifex.*

3. LUCIANUM. Legatum hunc probabile est eundem illum esse Lucianum Byzici Episcopum, qui tam suo, quam Cyriaci Episcopi

## EDITORUM ADNOTATIONES.

Quatenus i Tria in Sacerdotibus seu Episcopis distinguenda, ordo, potestas clavium, & sollicitudo pro Ecclesia. Si hanc postremam, quæ vigilantiam, labores, industriam, & curas pro fide, unitate, & disciplina Ecclesiæ affert, utriusque vel laicus, quantum per ipsum fieri potuit, in se suscipiat; is utpote sacerdotalis sollicitudinis particeps, Sacerdotis & Episcopi titulum obtinere potest. Hoc sensu S. Leo *sacerdotalem industriam, mentem, animum, affectum, sanctitatem, sollicitudinemque* commendat in Marciano & Leone Imperatoribus, qui pro fide ac unitate Ecclesiæ contra Eutychie hæresim plurimum laborarunt. Cumque Marcianus & Pulcheria adversus eosdem hæreticos doctissimas sanctiones ediderint juxta Ecclesiæ & Episcoporum doctrinam; *sacerdotalem* ipsis inesse doctrinam professus est. Simili sensu alia

testimonia de aliis Augustis intelligenda sunt. Nemo tamen ob participationem sacerdotalis sollicitudinis quemquam laicum æque participem censere potest vel sacerdotalis ordinis, vel potestatis clavium, qua spiritualis jurisdictionis significatur. Hanc enim competere solis Sacerdotibus seu Episcopis, quos *Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei*, quibusque Ecclesiæ claves in Petro traditæ fuerunt a Christo, omnes catholici fatentur: unde primus Imperator Constantinus, qui magnam sollicitudinem pro Ecclesia suscepit, suam & Episcoporum potestatem probe distinguens, sic ad Episcopos locutus est, teste Eusebio in ejus Vita lib. 4. *Vos quidem in iis quæ intra Ecclesiam, ego vero in iis quæ extra geruntur, Episcopus a Deo sum constitutus.*

Numquam vero ordinis, aut clavium potestas.

scopi Heracleæ Thraciæ nomine, interfuit Calchedonenſi Concilio: qui & in actione 16. ubi de privilegiis Constantinopolitanæ Sedis definitum est, ſemel & iterum ſubſcripſit, primo quidem pro Cyriaco, ſecundo nomine proprio in hunc modum: *Lucianus Episcopus Byziæ & Arcadiopolis definiens ſubſcripſi*. Unde mirum non eſt illum proprio jam chirographo ligatum, & Constantinopolitani Episcopi, ad cuius ordinationem pertinebat, ſplendoris ſtudioſum, ad id electum eſſe, ut & Anatolii & Imperatoris, immo 2 & totius Synodi nomine apud S. Leonem de ejuſdem privilegiis confirmandis ageret.

Col. 1203. 4. ET DE HÆRETICORUM DAMNATIONE.

Cap. 2. Hæc verba deſiderantur in epiſtola Pelagii II. ad Eliam ceteroſque Iſtriæ Episcopos in cauſa trium capitulorum: nec credet quiſquam ea vel aliud cogitanti excidiſſe, vel de induſtria fuiſſe diſſimulata: hoc enim poſterius de Pelagio cogitare, vel de Gregorio Magno, a quo ſcripta fuiſſe putatur epiſtola, cum adhuc Diaconi officio fungeretur, grande piaculum fuerit; alterum vero aſſerere non ſinit ipſa, quam tractat, materia: in tota enim epiſtola de hoc unice inquiritur: an ea, quæ pro confirmandis Calchedonenſis Concilii actis ſcripta ſunt a S. Leone, tantummodo proferantur pro custodia illibatæ fidei; an etiam pro cauſis Episcoporum ſpecialibus, quæ apud Calchedonem diſcuſſæ ſunt. Qua in diſceptatione verba, de quibus agimus, reticuiſſe, tergiverſationis culpa

non caruiſſet. Satiuſ ergo eſt hanc omiſſionem ſcribarum oſcitantæ tribuere, cum & in aliis omnibus excuſis manuſcriptiſque codicibus jaceat, & in Griman. præſertim non ſatis laudando MS.

## AD EPISTOLAM CXIX.

APUD QUESNELLUM XCII.

*Maximo Antiocheno Episcopo.*

1. **L**EO MAXIMO ANTIOCHENO. Ita cod. Col. 1212. Griman. Barb. 1. & Thuanei duo, quibus concinunt editiones omnes Caniſiana antiquiores, ut in Conciliis Merlini 1524. Coloniaeſ. 1530. & 1535. In vulgatis vero poſt Caniſii edit. *Leo Catholicae Eccleſiæ Episcopus, Maximo cariffimo fratri Episcopo Antiocheno.*

2. IN ORIENTALIBUS ECCLESIIIS. De variis Orientis ſignificationibus & diſiſionibus, quæ ad huius loci intelligentiam facere poſſunt, conſule, ſi lubet, illuſtriſſimi Petri de Marca Diſſertationem de Constantinopolitani Patriarchatus inſtitutione, & Joannis Morini Oratoriani Presbyteri lib. 1. Exercit. Eccleſiaſt. 2. & 3. Dicam ſolum Orientalium Eccleſiarum nomine videri hic comprehendere tam eas provincias, quæ tunc temporis Orientalis ſeu Antiocheni Patriarchæ ditioni ſuberant, 1 quam alias, quæ quaſi *αυτοκέφαλοι* erant & ſui juris, ſaltem ſi primævum uſum reſpiciamus. Tales erant Aſiana

## EDITORUM ADNOTATIONES.

2 Anatolii quidem & Imperatoris nomine Lucianus Episcopus ad Leonem directus cognoscitur ex epiſtolis 100. & 101. at Synodi quoque nomine non item. Cum enim is memoratus in epiſtolis Imperatoris 100. & Anapiſc. non tolli 101., non nominatur in relatione Synodi Legati nobis ep. 98. tum vero Anatolius ep. 101. Synodi relationem ad Pontificem non Luciano, ſed Romanis Legatis traditam prodit.

Lucianus Byzici memoratus in epiſtolis Imperatoris 100. & Anapiſc. non tolli 101., non nominatur in relatione Synodi Legati nobis ep. 98. tum vero Anatolius ep. 101. Synodi relationem ad Pontificem non Luciano, ſed Romanis Legatis traditam prodit.

1 Cum S. Leo Maximi vigilantia commendet, ne ullo modo ſinat in Orientalibus Eccleſiis, maximeque in iis, quas Antiochenæ Eccleſiæ Sedi ſacratiffimorum Patrum Nicæni canones deputaverunt, ab improbis hæreticis Evangelio ne Eccleſiæ inſultari, & vel Neſtorii, vel Eutychetis aſias Orientis quoque dogma deſendi; hoc loco non quaeritur de Antiochenæ Sedis iuribus a Juvenali Jeruſolymitano læſis, de quibus poſtea ſermonem facit, neque illam de iuribus Metropolitanarum Thraciæ, Ponti, & Aſiæ ab Anatolio violatis, quæ ad Antiochenum non pertinebant, ſed meram fidei cauſam, & perverſa hæreticorum dogmata, eorumque niſus in Oriente apertiffime reſpicit. Ut autem intelligatur quid *Orientalium Provinciarum* nomine ſignificet, haud conſugiendum eſt ad quaerendum de ſedum iuribus, ſed aliunde colligendum eſt. Hac autem in re ſatis indicium exhibet ſequens epiſtola 120. ad Theodoretum, quæ eodem die ſignata, huius ad Maximum epiſtolæ mentionem facit. In ea epiſtola 120. S. Pontifex non abſimiliter pro fidei cauſa ſollicitus, capite ſexto Theodoretum eandem cauſam

commendat his verbis: *Quod ſuperest exhortamur, ut quia ILLIC nonnullas Eutycheiani ac Neſtoriani erroris reliquias cognoviſſimus remanſiſſe, nunc etiam Sedi Apoſtolicæ collabores &c.* Et poſt pauca: *Quid apud ILLAS regionem doctrina dominica proficiat, Apoſtolicam Sedem ſeſtines inſtruere: quatenus ILLIUS regionis Sacerdotes . . . adjuvemus.* Quo porro referantur voces ILLIC, ILLAS REGIONES &c., ſi tota epiſtola legatur, non inveniuntur referri poſſe niſi ad *Orientem* late ſumptum, uti ab Occidente diſtinguitur. Sic enim ait cap. 2. *Solis juſtitia jubat denſis per Orientem Neſtorii & Eutycheis nebulis impeditum pure ab Occidente reſplenduit.* In toto ſane Oriente hæreſis venenum ſuum ſparſerat; & hoc præſertim tempore & in Palæſtina, & in Ægypto tumultuantibus hæreticis, erroris reliquias non deerant. Hinc ergo Orientem late ſumptum S. Leo commendavit Theodoretum, ut ſecum collaborans invigilaret, referret ad Sedem Apoſtolicam &c. Quidni idem commendaret Maximo, qui majori quam Theodoretus auctoritate pollebat? Imbecilla cognoviſſentur & levia, quæ hic Queſnellus ſubiicit, ut Ægyptum excludat. Neque enim jus Antiocheno tradebatur ſupra Ægypti Eccleſias, ſed in graviffimis hæreticorum turbis, quæ S. Proterio Alexandrino Episcopo recens ordinato, nec ſedem ſatis tutam, nec idoneam auctoritatem præſtabant, S. Leo Maximi tertiæ ſedis Episcopi auctoritatem utilem futuram putavit.



quam suæ imminentem, ne illa cresceret, ideo aliorum Patriarcharum privilegia strenue propugnasse: cum vero iisdem Patriarchis res fuit cum aliis primatum ambientibus, non illibenter quoque de priorum splendore & viribus aliquid derrahi passum esse: non ex improba quidem eminentiæ ac splendoris ipsorum invidentiâ, sed quod difficillimis illis temporibus Nestorii & Eutychie erroribus per omnes se se provincias inferentibus, intererat religionis & Ecclesiæ plurimum Episcoporum Orientalium potentiam minui.

-Epist. 86. Crediderim libentius, cum gestorum syno-  
nunc 113. nodalium, ut Leo ipse asserit, quæ omnibus diebus Concilii in Calchedonensi civitate confecta sunt, parum clara propter linguæ diversitatem Romæ tunc haberetur instructio, non omnia, quæ illic acta fuerant, in Leonis tunc notitiam venisse; adeoque ipsum omnino

4 4 ignorasse quid actione VII. transactum esset inter Maximum & Juvenalem. Licet enim ex mutuo utriusque partis consensu contentio esset composita, nec modo Orientales sed & Romanæ Sedis Legati assensione sua synodale decretum firmassent; nihil tamen tale passus esset, opinor, sanctus Leo, si rescivisset; cum liberum non putaret esse Episcopo suæ sedis privilegia alteri cedere contra Nicænæ Synodi statuta, & consuetudinem multis sæculis roboratam, ut testatus est adversus Hilarium Arelatensem Episcopum scribens, Ingenuumque Ebredu-nensem ideo increpans, quod in illius gratiam jura sua sibi adversus eum non vindicasset. Si quid porro de illo Juvenalis ambitu subodoratus est sanctus Leo, ex litteris Maximi illud didicit.

Maximus siquidem, licet pro bono pacis & ne infensum haberet Imperatorem, manus utcumque dedisset, ut tribus Palæstinis potiretur Jerosolymitanus Antistes; molestissime tamen ferebat, quod dubium non est, amplissimas provincias ditioni suæ subtrahi. Ubi primum ergo didicit, ea quæ ultimo Canone Calchedonensi pro Constantinopolitanæ Sedis amplitudine decreta erant, Leonis displicuisse, nullisque eum rationibus adduci posse, ut etiam intercedentibus pro Anatolio Augustis & uno ex Legatis Juliano, rata illa haberet, ob reverentiam Canonum Nicænorum, quibus Ecclesiarum privilegia firmata erant; tum animos resumere, Leonique suggerere per litteras, quid sibi injuriam suorum ex Juvenalis ambitu subtractum esset. Subobscurè quidem scripsit, tam de adjudicata potestate Juvenali in tres Palæstinas, quam de consensu a Legatis exhibitio; ne apud Imperatorem de violata pace & redintegrata dissensione accusaretur, neve Legatorum a se animos averteret: scripsit tamen, ut ex rescripto Leonis mihi videor

non obscure colligere. Primum enim ea est ratio, cur tam circumspectè loquatur Maximum exhortans ut nullo modo sinat, in Orientalibus Ecclesiis, maximeque in his, quas Antiochena Sedi sacratissimorum Patrum Nicæni canones deputaverunt, ab improbis hæreticis Evangelio resultari. Maxime enim in Palæstina & Ægypto tunc temporis tumultus perseverabat per improbas hæreticorum artes, quarum provinciarum hæc Maximum nihil attinebat, illa sola ejus administrationi suberat jure perantiquo. 2. Sanctus Leo hæc ait cap. 3. Cum aliquid pro Antiochena Ecclesiæ privilegiis dilectio tua agendum esse crediderit, propriis litteris studeat explicare, ut nos consultationi tuæ absolute & congrue respondere possimus. Quis non videat Maximum de rebus suis subobscurè scripsisse ad Pontificem nostrum, quandoquidem hic explicationem requirit, ut possit absolute & congrue respondere? Nunc autem, inquit consequenter, ad omnia generaliter pronuntiare sufficiat, quod si quid a quoquam contra Nicænorum canonum statuta in quacunque Synodo vel tentatum est, vel ad tempus videtur extortum, nihil præjudicii potest inviolabilibus inferre decretis. Luce clarius mihi videtur de Constantinopolitani conatibus hæc non intelligi: dubitans enim & incerto similis non scriberet: Si quid tentatum est &c. Nec contentus esset de hac re generaliter pronuntiare, cui tot jam litteris palam constanterque obstiterat. Denique de alio negotio hic agi perspicuum est ex cap. 5. hujusce epistolæ, ubi & in exemplum observantiæ suæ adducit ea, quæ contra Constantinopolitani Episcopi molitionem a se scripta fuerant ad eundem; & ait præterea, quod si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam Synodum vice mea misi, præter id quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis, quia ad hoc tantum. &c. Profecto sciebat Leo a suis contradictum fuisse decreto in gratiam Episcopi Regiæ Sedis condito in fine Synodi; hoc & ipsorum & Imperatoris litteris didicerat: non ergo de eorum consensu hac in re dubitanter loqueretur. De consensu igitur debet intelligi, quem datum fuisse a Legatis in causa Maximum inter & Juvenalem composita per ejusdem Maximi litteras obscure suggestum erat.

3. CONCEPTIONE. Ita Griman. & Barb. Col. 1213. Cap. 2. cuius loco in omnes editiones portentosum irrepsit mendum cum habent conjunctione. Conceptionem autem intellige activam, de qua Angelus ad Mariam Luc. 1. Ecce concipies in utero. Paulo post, ubi in vulgatis legitur: Et de matre natus, ex Griman. addidimus: & secundum veram carnem de matre est natus.

4. Sr-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Actionem septimam de Maximo & Juvenali non ignoravit S. Leo, siquidem cum duabus aliis actionibus ad ipsum ab eodem Ma-

ximo missa fuit, uti exposuimus in observationibus ad Diff. IX. num. 9., ad quas sequentes Quæsnelli conjectationes exigendæ erunt.



4. SICUT ETIAM IN EPHESINA SYNODO &c. Visum est Davidi Blondello lib. de Primatu pag. 546. hæc verba cum sequentibus usque ad illa, *Hoc tamen proprium* &c. tamquam subdititia repudiare; vel si Leonis sunt, ea tamquam iratoris hominis verba canino dente carpere. Verum & Leonis sunt & hominis sui hoc imprimis loco potentissimi. Certe valde in Leonis scriptis peregrinus est, qui stylum ejus hic non agnoscit; & miro contradicendi pruritu eum laborare necesse est, qui adeo leviculis rationibus, ut accidit Blondello, rapitur ad truncandam nobilissima sui parte epistolam, omnium excusorum & MSS. codicum suffragio per omnia germanam. Ut enim cetera prætermittam, quæ refutare otio lectoris abuti esset, palmare dilemma, quo verborum illorum *αὐθεντία* impugnat, nullo negotio exsufflatur. Vel scripsit, inquit, Cyrillus Leoni ut Pontifici, vel ut Archidiacono. Illud absurdum, cum tunc Cælestinus Romanam Sedem occuparet: hoc vero quis dicat, ut scilicet Cyrillus neglecto Pontifice, a quo uno totum pendebat, Diaconum ejus adierit? Doleo virum doctissimum talibus ratiunculis motum, si tamen reapse motus est. Scripsit S. Cyrillus, inquam ego, ad Leonem Diaconum, nec neglexit Pontificem Cælestinum. Equis enim Regem æstimet posthaberi, cum ad regni administratos negotia referuntur? Quis vero nesciat Leonem Archidiaconum rerum ecclesiasticarum habenas moderatum esse, & a secretioribus consiliis fuisse Cælestino & Sixto Pontificibus. Testis est Prosper in Chronico, quam strenuam operam Sixto præstiterit in repellendis Pelagianis Leo Diaconus, cujus hortatu illorum insidiis vigilanter occurrit? Testis est Joannes Cassianus quantum Ecclesiæ rebus invigilaret Leo Archidiaconus, cui opus suum de Incarnatione Domini, non tamen neglecto Pontifice, nuncupavit circa tempora Ephesini Concilii: quod opus Leonis exhortationi debet Ecclesia. Testis est denique ipse Leo quam partem ecclesiasticæ administrationis obire tunc debuerit, qui Archidiaconum, cujus munere ipseungebatur, ait in epistolis 74. & 75. \* negotiis ecclesiasticis fuisse præpositum, eique totius causæ & curæ ecclesiasticæ dispensationem delatam fuisse. His adde quod etsi Cyrilli epistola ad Cælestinum non compareat, non propterea scriptam non esse indubitanter asseri potest; cum tot interierint injuria temporum hujusmodi monumenta ecclesiastica. Si tamen non scripsit ea de re ad Pontificem Romanum, nulla hujus injuria vel contemptu factum est; sed ex certo consilio & ex prudentiæ præscripto, ut nimirum res secretius ageretur, ne inde Juvenalis similitatis occasionem captaret adversus Cælestinum, quæ rebus Ecclesiæ Orientalis jam adeo perturbatis detrimenti plurimum esset allatura; vel denique ut Cælestino & Cyrillo Juvenalis conatus simul repellentibus, eo justitiæ causa melius ageretur, quo simul de

\* nunc 94.  
& 95.

contradictione hujusmodi convenisse non videbantur. Et ut ita res fieret, scripsit Leonis Cyrillus, ut per eum Cælestino suggereret, quod conveniens erat ab ipso tunc non fieri. Et revera si Leonis verba attentius considerentur, satis innuunt, non ad se scriptum fuisse a Cyrillo, quasi negotii arbitrum, sed velut ad suggestorem monitoremque; postquam enim ait: *Quod sanctæ memoriæ Cyrillus mihi ... indicavit*: non subdit, & sollicita prece a me multum poposcit, ut nullam illicitis conatibus meam præberem assensionem; sed tantum: *Et sollicita prece multum poposcit, ut nulla illicitis conatibus præberetur assensio*. Qua occasione eadem via Cyrillus accessit ad Pontificem Romanum, qua Theodorus a pseudo-Synodo Ephesina depositus adiit sanctum Leonem: ad quem scripsisse non contentus, scripsit etiam ad Archidiaconum Ecclesiæ Romanæ, cum quo sciebat rerum omnium ecclesiasticarum cognitionem tractationemque a Cælestino communicari. Ad postremum vero, quod affert Blondellus, argumentum, scilicet verba, de quibus nunc agimus, inter alia collocata esse, quæ necessarium inter se nexum habeant, ut proinde illis interjecta fuisse a neoterica manu videantur, levis est momenti. Perspicuum enim est, hæc quæ falsi arguuntur, velut parenthesi esse claudenda, ut legenti patebit: ita ut ad præcedentia & ad consequentia pertineant, nec tamen utrorumque connexionem & necessitudinem impediunt: quod numquam non accidit in sermone, quoties aliqua in exemplum adducuntur.

5. PRÆTER EOS QUI SUNT DOMINI SACERDOTES. Clarum mihi videtur his verbis docendi & prædicandi potestatem Presbyteris non auferri: tum quia constat jamdiu permissam eis fuisse in Orientalibus Ecclesiis; quod maxime de Antiochena, de qua hic agitur, Joannis Chrysostomi exemplum comprobatur: tum quia eos solum a prædicandi munere excludit, *qui sunt extra sacerdotalem ordinem constituti*; quod de Presbyteris numquam dixerit sanctus Leo, quos vocat alibi *secundi ordinis Sacerdotes*. Denique dum Monachos & Laicos nominatim arceat ab eo munere, & de Presbyteris silet; horum jus intactum relinquit. Nolo rem pluribus commentariis vexatam, rursus pertractare. Vix tamen possum quin hic novitios antiquitatis ecclesiasticæ scrutatores moneam, ne multa temere confundant, quæ discernenda sunt. Cum enim non una fuerit omnium vel regionum, vel Ecclesiarum, vel sæculorum consuetudo, quid cuique conveniat, sedulo inter legendum pensandum est. Præterea plures veluti gradus in hoc munere notandi veniunt. Primum enim illud pleno jure exercere, tamquam potiore apostolici muneris partem, Episcoporum est tantummodo, penes quos non Scripturæ modo fideique doctrina, sed & magisterium fidei illiusque explicandæ cura incumbit. Secundo loqui in populo, ut ait Optatus, *sed insinuandæ alicujus rei gratia, puta je-*

Col. 1217.  
cap. 6.

Carthag.  
4. c. 20.  
Toler. 3.  
c. 11. Trid.  
sess. 5. c. 2.  
de Ref. Cy.  
sess. 24. c.  
4. de Ref.  
Optat. l. 3.  
vel 7.

*junii, vel solemnitate* (non tamen tractandi, quod est Episcoporum) Presbytero vel Diacono ex officio conveniebat, cum hoc etiam discrimine, quod hi *nude* loquebantur; *contra episcopalis Tractatus probatur ab omnibus sanctitate vestitus, salutatione scilicet geminata &c.* Vide & Isidorum superius a nobis laudatum de Archidiaconi officio & Concilii Vasensis II. can. 2. Tertio Evangelium prædicare seu legere Diaconi quoque proprium semper fuisse constat, etsi eidem, nec Presbytero illud tractare, quod Episcoporum est, non permitteretur. Unde cum Concilium Vasense II. an. 529. can. 2. *verbum faciendi daret Presbyteris potestatem*, statuit ut impedito Presbytero *Patrum homilia a Diaconis recitentur*, non ut de suo ad populum sermonem habeant. 4. numquam sive Presbytero, sive Diacono, vel prædicare, vel quid aliud sine Episcopi licentia licuit facere. 5. Coram Episcopo per multum temporis non concessa est Presbytero prædicandi facultas: ad quod nonnulli illam consuetudinem coarctant, de qua abrogata laudat Aurelium Carthaginensem Episcopum Augustinus epist. 77. quamque Hieronymus arguit scribens ad Nepotianum, & alibi. 6. Denique tam præsentem, quam absente Episcopo tandem aliquando Presbytero permissum est sermonem habere ad populum tam in civitatibus, quam in Parochiis, ut Vasenses Patres jam laudati statuunt in Galliis anno Domini 529.

Ibidem.

6. SIVE LAICUS. Monachum hic distinguit a Laico, ut in epistola sequenti, per illum intelligens Monachum, qui aliquo ministerio ecclesiastico insignitus esset; per hunc Monachum nihil tale habentem. Concilium Arelat. III. anni, ut Sirmondus putat, 455. circa eadem tempora, idem quoque discrimen posuisse mihi videtur, dum Clericos Lirinenses a laica Monasterii multitudine & congregatione distinguit.

## A D E P I S T O L A M C X X .

A P U D Q U E S N E L L U M X C I I I .

Theodorito Cyri Episcopo.

1. **M**ALUM EJUS AUCTORE TOTIUS BONITATIS DISPENSANTE. Ita legendum cum vulgatis, etsi Griman. Barb. Thuan. unus & Cantabrig. codd. legant, *1 malo ejus &c.* In illis porro verbis mire concinuit Leo noster Augustino de Deo peccata ordinante scribenti, lib. de Prædest. SS. cap. 16. & Confess. lib. 1. cap. 10. ad quem ultimum locum consule Castigationes & Notas celeberrimi Antonii Arnaldi Doctoris Sorbonici (quem nominasse, laudasse est) ad calcem editionis Latino-Gallicæ.

Col. 1220.  
cap. 1.

2. UT IN NULLO INFERIORUM PUTETUR IMMUNITA LIBERTAS. In vulg. & in solo Grim. cod. MS. reperi hæc verba: desiderantur enim in Thuan. quatuor, Barb. Trecopith. & Cantabrig. qui etiam pro *summorum* habent *summoporum* vel *summopere*, ita Trecopith. Cantabrig. & e Thuan. unus: ubi sic: &c. *ut ad majorem Dei gloriam proficiat finis examinis.*

Ibidem.

3. CONTRA SUUM CAPUT EST MOLITUS INJURIAM. Dioscorus enim *excommunicationem fecit Domino Archiepiscopo Leoni*, ut loquitur Anatolius in Synodo Calchedon. de qua & Theodorus Diaconus Alexandrinus act. 3. ejusdem, & Relatio ipsius Synodi ad sanctum Leonem: quod non in Ephesino latrocinio, sed post illud solutum, 2 apud Alexandriam perpetratum a Dioscoro, allectus eam in rem aliquot Episcopis. Liberatus, quem hic citat Baronius, nihil habet de hac excommunicatione Leonis.

Col. 1223.  
Act. 5.  
Calched.  
p. 557.  
Labb.

4. POLLUTAS JAMPRIDEM ... MANUS. Non enim in Ephesino latrocinio malitiæ suæ tyrocinium posuit; sed, Liberato Diacono teste cap. 10. Breviarii, statim ac ordinatus est Episcopus Alexandriæ, *oppressit*

Col. 1224.

Cy-

## E D I T O R U M A D N O T A T I O N E S .

Deus bene utitur malis. 1 *Malo ejus* ex codicibus & contextu prætulimus: verba autem *auctore totius bonitatis dispensante* cum Augustino concinunt, qui *Deum bene uti nosse etiam malis* pluribus in locis docuit, nimirum in lib. de Prædest. SS. c. 16. tract. 27. in Joannem num. 10. de Continentia num. 15. ferm. 10. num. 5. Enarr. in Psal. 104. num. 17. unde celebris & præclara est illa ejusdem Doctoris sententia in Enchir. c. 27. *Melius enim (Deus) judicavit de malis bene facere, quam mala nulla esse permittere.* Confer etiam c. 96.

Num Dioscorus Leonem excommunicaverit Nicææ, & quando. 2 Græcus textus Theodori Diaconi Alexandrini, qui act. 3. Calchedonensi legitur tom. 4. Concil. col. 1271. (ut notarunt Romani editores) id gestum præfert in *Nicæa Metropoli*. Vetus autem interpres in suo Græco exemplo aliter legisse videtur. Id enim non in Nicæa Metropoli, sed *contra gestum in Nicæa Concilium* reddidit: quæ verba significant, Diosco-

rum damnando S. Flavianum & excommunicando S. Leonem ejus doctrinæ catholicæ defensores, quæ cum Nicæna concordat, adversus ipsum Nicænum Concilium pugnasse. Errores quidem aliquot deprehenduntur in Græco vulgato, qui ex antiqua versione corrigendi sunt. Si autem Græcus textus vulgatus hoc loco non credatur vitiatus, cum incredibile sit Dioscorum tantum auferre in urbe Nicæa Marciano imperante, dum res omnes incitata erant contra Dioscorum; dicendum erit illum vivo adhuc Theodosio, cujus favore & patrocinio fretus omnia audebat, excommunicationem tulisse in S. Leonem, dum in variis ipsius excursibus Nicææ esset, quod hic fortassis nuntium accepisset, Leonem Ephesini latrocinii gesta irrita declarasse, & se quoque ab eodem Pontifice in epist. 44. ad Theodosium acriter fuisse perstrictum.

*Cyrilli heredes, & per calumnias multas ab eis abstulit pecunias. Præterea eum ut Origenistam & Arianum infamant libelli adversus eum oblati in Concilio Calchedonensi, nec non tamquam homicidam, incendiarium, & turpissimæ vitæ nebulonem. Hominem denique turbulentissimi ingenii & vaferrimi fuisse Dioscorum confirmat MS. fragmentum Vitæ S. Euthymii, quod ex Anglicana Regiæ Societatis Bibliotheca laudat illius excerptor Andreas Arnoldus in notis ad epistolam Marciani.*

Col. 1225.  
cap. 4.

5. CUM ET APOSTOLICÆ SEDIS EPISTOLA &c. Hæc verba cum sequentibus usque ad illa capitis sequentis, *Sed benedictus Deus noster &c.* sunt quidem in Griman. & vulg. edit. desiderantur autem in Barber. Thuan. quatuor, Trecopith. & Cantabrig. in quibus ita habetur: *Cum & in Apostolicæ Sedis epistola & cetera, quæ per ordinem supra posuimus, continuo agit. Sed Benedictus &c.* quod ex aliqua Collectione Canonum desumptum videtur, licet & in aliis nunc codicibus reperiat.

### AD EPISTOLAM CXXI.

APUD QUESNELLUM XCIV.

*Marciano Augusto.*

Col. 1229.  
cap. 2.

1. CUM HUIUS OBSERVATIONIS ANNOS CENTUM NUMERO THEOPHILUS COLLEGISSET. Cum hæc verba festinanter legeret Scaliger, (quem secutus est Calvisius) miratus est Pontificem nostrum scribere centum annis definitam esse a Theophilo periodum, non vero nonaginta annis, qualem ab illo Episcopo constitutam esse existimavit. Sed miror ego Scaligerum legisse apud Leonem, quod a nemine lectum est. De centenaria enim periodo ne apex quidem in hac vel alia epistola appareat; sed tantum centenariam annorum hujus observationis feriem a Theophilo ordinatam legimus. Revera nullam periodum centum præcise annis circumscriptam condiderat Theophilus; sed centum annos e sua periodo decerptos exhibuit. Periodus autem tota quadringentorum triginta & septem annorum fuit: in qua omnia Paschata annotarat, quæ ab anno Christi 380. deinceps secutura erant. Quem cyclum Cyrillus nepos ejus & successor, cum longiorem existimaret, ad nonaginta & quinque annorum spatium, ut testatur ipse, contraxit.

Ibidem.

2. A PRIMO AUG. MEM. THEODOSII SENIORIS CONSULATU. Christi annus est cccclxxx. Dionysio, Gennadio & aliis auctoribus, in quo Gratianum collegam habuit Theodosius: qui ex Bucherii calculo Diocletiani annus erat xcvi. Quo posito, duplicis erroris ar-

guendus est Scaliger. Primum, quod scribat Theophilum cyclum suum inchoasse ab anno primo Diocletiani, cujus annus ultimus erat Christi 379. Aufonii Consulatu notatus. Secundo, quod Syagrium & Eucherium Consules ann. 381. anno præcedenti, hoc est 380. adscribit.

Col. 1231.

3. SIQUIDEM AB XI. CALEND. APR. USQUE IN XI. KALEND. MAJAR. LEGITIMUM SPATIUM SIT PRÆFIXUM. Pro x. Kal. Maji, ut in vulgatis legitur, xi. reposuimus: quod jam olim Petavius & Bucherius faciendum conjecerant: quorum conjectura auctoritate codicis nostri Grimanici MS. confirmatur, & ex sequentibus istis Leonis verbis: *Quod enim in x. & in ix. Kalend. Majorum videtur nonnumquam pervenisse festivitas, id propter diem passionis factum, etsi dies resurrectionis exiisset.* Si enim nonus & decimus dies ante Kalendas Maji extraordinarius fuit Paschatis terminus, restat ut dixerit sanctus Leo, undecimum fuisse limitem ordinarium, quem paschalis festi terminum ex Latinorum sententia fuisse refert etiam Beda. Quem porro terminorum illorum auctorem habuerit sanctus Leo, non omnino certum est. Facile tamen cum Bucherio mihi persuadeo, Patres Concilii Cæsariensis ab eo intelligi, qui anno Christi vulgari 196. a Paphone 166. Cæsareæ in Palæstina convenientes hos eisdem Paschæ terminos primi posuisse videntur, ut docet Philippi etiam tunc superstitis epistola, quam Bucherius post Bedam edidit emendatiorem. *Constitutum ergo est in illa Synodo, inquit Philippus, ut ab xi. Kalendas Aprilis, usque in xi. Kalendas Maji Pascha debeat observari: & nec ante nec postea cuicumque constitutum limitem transgredi sit facultas.* Eadem pene verba Leo usurpavit, ut ex illa epistola accepta esse credam, vel ex ipsis Synodi Actis, quæ ad Victorem Papam transmissa esse probabile est, cum per idem tempus tanta sollicitudine pro controversia paschali laboraret. Eundem terminum ab Africanis quibusdam calculatoribus fixum esse narrat Anatolius Laodicensis Episcopus apud Bucherium. Eundem in Italia usurpatum Ambrosii ætate, ex ejus epistola ad Æmilie Episcopos notum habetur: ut mirum non sit quod tam secure ac confidenter a Leone dicantur ii termini *per patrum constitutionum normam antiquitus & legitime constituti*; Alexandrinorum vero limites a totius antiquitatis exemplo & ab omni auctoritate Patrum discordare, & nimis insolenti & aperta transgressione contra morem ecclesiasticum statui. Cum tamen paullo artiores esse terminos experientia docuit, bido diffusiolem admittere coacti sunt sancti Patres; & ita ut ad decimum & ad nonum Kalendarum Majorum spatium paschale exten-

Ep. 104.  
nunc 130.

### EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Confer adnot. 8. in hanc epistolam t. i. col. 1229., ex qua errores hujus Quesnellianæ notationis deregentur.

tenderent, Leone ipso fatente: *Quodenim, inquit, in decimum & in ix. Kalendarum Majarum videtur nonnumquam pervenisse festivitas, quadam ratione defenditur: quia etsi dies Resurrectionis ultra terminum videtur exiisse, dies tamen Passionis limitem positum non invenietur egressus.* Occurrens videlicet Alexandrinorum objectioni, qui nonnumquam, etiam suffragantibus Romanis, limitem a Leone laudatum violatum esse causari poterant: Pascha, inquit, resurrectionis terminum præfixum quandoque egressum est, at numquam Pascha *συντάξιον*, ut ajunt, seu crucifixionis. Ita ex ambigua Paschatis voce, non minus Passionem Christi, quam Resurrectionem significante, quæ unicam completam festivitatem efficiunt, probat præfixum a Patribus Paschatis limitem numquam Latinos fuisse prætergressos. Ex quibus id etiam manifestum fit, cautum fuisse magna diligentia apud Latinos, ne ante decimam quartam Lunam, non solum Resurrectionis dominicæ festum, sed magis etiam Passionis diem celebrarent. Proindeque si 14. Luna in Sabbatum caderet, non sequenti Dominica paschale Resurrectionis festum agebatur; sed in Lunam 22. rejiciebatur: ne 13. Luna Passionis solemnitas haberetur: quod & Victorinus testatur,

## A D E P I S T O L A M CXXII.

APUD QUESNELLUM XCV.

*Juliano Episcopo Coenfi.*

Col. 1232. 1. **L**EO JULIANO EPISCOPO. Ita Griman. cod. qui certe necessarius erat, ut fœdissima menda eluerentur, quæ in hunc titulum irreperant vel scribarum negligentia, vel mala recentiorum diligentia: ita enim habent vulg. edit. *Leo Romanæ & universalis Ecclesie Episcopus, Eudochiæ Augustæ salutem.* Eudochiæ pariter inscripta habetur hæc epistola in editis exemplaribus Conciliorum J. Merlini an. 1524. Coloniens. 1530. & 1535. Crabbi 1538. & Suriana 1567. &c. necnon in MS. Victorino. In eo tamen differunt a recentioribus, quod prætermissio illo magnifico titulo, hunc simpliciore præ se ferunt: *Leo Eudochiæ Augustæ.*

2. Ad Julianum datam esse, non Grimanicus solum codex indicat, sed & totus epistolæ contextus, qui submisso modo, quo Leo ad Augustos vel Augustas scribere solitus erat, nullatenus congruit.

3. Sed & in depravatis codicibus supersunt etiamnum antiquæ genuinæque lectionis vestigia: siquidem sub finem epistolæ vox *fraternitatem* (quæ certe Eudochiæ vel ulli feminæ non convenit, sed Episcopo) legitur in Merliniana Conciliorum editio-

ne ann. 1524. & 1535. necnon in codice MS. Victorino in hunc modum: *Quia vero, inquit, oportet fraternitatem tuam curæ istius mecum esse participem: ut Sole clarius appareat vocem serenitatem, in alterius locum esse substitutam, ut titulo responderet: quem emendavimus auctoritate Grimanici codicis.*

4. Marianus Scotus hanc laudat epistolam sub germana epigraphe ad ann. 454. Sanctus Leo Papa, inquit, ad Julianum Episcopum sic: **DE PASCHALI OBSERVANTIA: Sanctæ memoriæ Theophilus Alexandrinus Episcopus** \* ad Augustum Theodosium seniore scribens, per centum annos a primo prædicti Principis consulatu digessit ordinem diei festi paschalis \* : *cujus instructionis 76. nunc annus evolovit, quod Opilione Consule, 21. Idus Aprilis celebrata est sacra solemnitas paschalis.* \* Unde sequenti anno, II. Nonas \* Aprilis rationabiliter Pascha \* consequetur. Sed annus, qui erit 78. \* ut videtur, discordat: siquidem in 8. die Kalendarum Maji Pascha constiuitur, \* cum 15. Kalend. Maji debuit fieri.

5. Denique certum est nullam tunc fuisse seu Eudociam, seu Eudoxiam Augustam, ad quam de his rebus scribere voluerit sanctus Leo. Eudocia enim Theodosii junioris uxor jam ab obitu mariti sui Jerusalem commorabatur. Ad quam uti convenientissimum fuit ut Leo scriberet sequentem epistolam de Palæstinis rebellibus Monachis, quibus favebat contra catholicam fidem; ita valde superfluum ut de Paschate cum ipsa ageret, moneretque ut Marciano pro consulendis ea de re Ægyptiis suggereret. Eudocia autem Valentiniani uxor Romæ tunc agebat, aut saltem in occidentalibus partibus. Quod & de juniore Eudoxia senioris hujus filia certum est, quæ sub matris adhuc cura posita erat. Reliqua quæ ope codicum MSS. emendavimus, ad marginem annotata reperiet, qui conferre voluerit.

## A D E P I S T O L A M CXXIV.

APUD QUESNELLUM XCVII.

*Monachis Palæstinis.*

**A**D PALESTINOS MONACHOS. Ita pro *Episcopis* Palæstinis (quod habent vulg. edit.) *Monachos* substituímus, ad quos scriptam fuisse constat hanc epistolam tam ex Surii editione manuscriptisque codicibus, quibus ille nosque usi sumus, puta Victor. Cisterc. Cantabrig. Thuaneis, & Regiis; quam ex ipsius epistolæ conspectu & lectione, qua perspicuum est sanctum Leonem cum Episcopis non agere, sed cum solis Palæstinæ Monachis. Hi scilicet, 1 Caroso & Do-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Non Caroso & Dorotheo, sed Theodosio duce scribendum fuerat: illi enim Constantinopoli, non autem in Palæstina turbas exci-

tarunt. Palæstinorum autem tumultuantium dux fuit Theodosius, uti observavimus adnot. 26. in hanc epistolam t. 1. col. 1242.

\* Ined. del. Alex. E-

pisc.

\* Ed. del.

Diei ..... Paschalis.

\* Ed. 74.

\* Ed. quo

\* Ed. del.

Paschalis.

\* Ed. pri-

die Non.

\* Ed. ea-

dem festi-

vas.

\* Ed. 76.

\* Ed. aliqua

hic omit-

tuntur.

\* Ed. trans-

tulit.

reliqua

discrepant.

Col.

\* Ed.

Col.

\* Ed.

Col.

\* Ed.

Col.

\* Ed.

Col.

\* Ed.

Col.

\* Ed.

Col.

\* Ed.

Col.

\* Ed.

Col.

\* Ed.

Col.

\* Ed.

Col.

\* Ed.

Col.

& Dorotheo ducibus, adversus Calchedonen-  
sem Synodum palam & publice insurgentibus  
dimicabantque, *exagitando*, ut ait Leo no-  
ster, *seditionibus civitates, conturbando Ec-  
clesias: nec solum injurias, sed etiam cedes  
Presbyteris atque Episcopis inferendo: ut præ  
favore & sevitia propositi sui & professionis  
essent immemores*. Dubium enim non est  
quin per hæc verba propositum & profes-  
sionem monasticam intelligat; eosdemque  
illos alloquatur, de quibus scripsit ad Eu-  
doxiam & ad Julianum, nec non & ad  
Marcianum, cui de Palæstinis Monachis  
conversis gratias agit. In re tam perspi-  
cua, plura addere otiosum esset. Ex dictis  
porro liquet ad annum Dom. 453. referen-  
dam esse præsentem epistolam, cum eodem  
anno de hoc negotio scriptæ sint a S. Leo-  
ne ad Eudoxiam Augustam & ad Julianum  
Episcopum epistolæ, quibus hæc affinis &  
coævva esse facile cognoscitur. Nec ad ul-  
tiorum annum rejici potest, cum ex epi-  
stola ad Marcianum citata & data 9. Ja-  
nuarii an. Dom. 454. manifestum sit tunc  
conversos fuisse rebelles Monachos, de qui-  
bus hic agitur.

## A D E P I S T O L A M CXXV.

A P U D Q U E S N E L L U M XCVIII.

*Juliano Episcopo Coensi.*

Col. 1244. **S**UBADJUVAM. Vox ista, quam ex MS.  
cod. Grim. hic supplevimus, iterum  
occurrit apud sanctum Leonem epist. 127.  
\* nunc 158. ubi Gerontii & Olympii Subadjuvarum  
fit mentio, & in Liberati Breviario. Rara  
ejus memoria apud Latinos scriptores, etsi  
Latina sit, quam Synesius epist. 144. ita in-  
terpretatur. *Ἀποκρατίων τίς ἐστὶ τῶ  
Ἡρακλειανῶ δορυφόρων, τὰ ζῆνέχων τῶ  
βονδῶ βονδῶν. ἢ γὰρ σουβαδιουβα λέξις; τοῦ  
τῶ ἐρμηνεύειν πιστεύσαι. Ἡραποcratio  
quidam est Heracliani satellitum ex eorum  
ordine, qui adjutores adjuvant: vox enim  
SUBADJUVA id significare creditur.* Igitur  
Magistro Officiorum qui Adjutor datus erat,  
Adjutores iterum sub se habebat, quos  
Subadjuvas appellabant. Vide notitiam  
Imperii & ad illam Guid. Panciroli  
Commentar. cap. 16.

## A D E P I S T O L A M CXXVII.

A P U D Q U E S N E L L U M C.

*Juliano Episcopo Coensi.*

Col. 1247. **O**CTAVO KAL. MAJI. Ita ex Grim.  
cod. non vero, quod habent vulg.  
*Nono Kal. Maji*: quod clarum fit ex epist.  
\* nunc 88. 68. \* ad Paschasinum Lilybætanium,  
\* nunc 121. publico damus, & ex ep. 94. \* cap. 2. ubi  
& octavum Kal. Maji a Theophilo desi-  
gnatum fuisse diserte asserit sanctus Leo,  
& in nonum vel decimum si pervenerit fe-  
stivitas, quadam ratione defendi: cum ta-  
men numquam octavo Kal. Maji Pascha  
Tom. II.

celebratum fuisse a tempore Resurrectionis  
dominicæ idem hic assereret. Quod autem  
de nono & decimo Kal. Maji dicit, sum-  
tum est ex epistola Paschasini Lilybætani  
ad ipsum scripta an. 443. quo de sequentis  
anni Paschate controversia orta est, asseren-  
te tunc Leone cum Occidentalibus, hanc  
festivitatem nono Kal. Maji, ut a Theo-  
philo annotatum erat, non esse cele-  
brandam.

2. CANONIBUS CONSTITUTA &c. Totum Col. 1249.  
hunc locum confer cum prioribus edition. cap. 3.  
quæ sic habent: *Innotescere debuisset impro-  
bum a vobis ambitum notatum fuisse, ne no-  
vis usurpationibus constituta, inviolata ( ut  
semper scripsimus ) servarentur.*

## A D E P I S T O L A M CXXIX.

A P U D Q U E S N E L L U M CIII.

*Proterio Episcopo Alexandrino.*

1. **H**ÆC ad sanctum Proterium Episco- Col. 1253.  
pum Alexandrinum epistola, ipsa  
est, quam periisse vehementer dolebat Emi-  
nentiss. Cardin. Baronius scribens ad annum  
Dom. 453. quamque nobis codex Cardinalis  
Grimani post interceptam ejus tot sæculis  
memoriam feliciter repræsentat. Hanc vere  
Leonis nostri esse stylus ipse clamat & epi-  
stolæ materies; ut supervacaneum sit id ope-  
rosius comprobare.

De ea mentionem faciunt. 1. ipse Leo fa-  
cit in epistola 104. \* ad Marcianum Au- \* nunc 130.  
gustum: *Rescripti itaque, inquit, prædicto  
fratri (Proterio) quod debui, atque in san-  
cto studio ut perseveraret admonui &c.* 2.  
Venerabilis Beda breve ejusdem epistolæ frag-  
mentum recitat in libro de Ratione Tem-  
porum cap. 42. ubi de cyclo paschali,  
quem considerat Theophilus, sermonem faci-  
ens, hæc habet: „ Cujus circuli (inquit)  
„ Proterius Alexandrinæ urbis Antistes ad  
„ inquisitionem sancti Leonis Papæ lucu-  
„ lentissimam reddens rationem, talis Re-  
„ scripti ab eo meruit tenore prædicari: *Latificaverunt me litteræ dilectionis tue,  
quas frater & Coepiscopus meus Nes-  
torius pio adportavit officio. Oportebat  
enim ut ab Alexandrina Ecclesiæ Præsule ta-  
lia scripta ad Sedem Apostolicam mitteren-  
tur, quæ ostenderent magisterio beatissimi Pe-  
tri Apostoli hoc ab initio per beatum Mar-  
cum ejus discipulum didicisse Ægyptios, quod  
constat credidisse Romanos, & cetera: quæ  
si addidisset, inquit Philippus Labbe ulti-  
mæ collectionis Conciliorum procurator,  
ab omnibus antiquitatis ecclesiasticæ studio-  
sis gratiam maximam iniisset. Hanc ergo  
nos gratiam inimus: verba enim illa du-  
bium non est ex hujus epistolæ exordio esse  
desumpta; sed continuo admirari libet, qua  
ratione illa ad Theophili cyclum vel quæ-  
sionem de Paschate referat Beda, cum de  
his ne apex quidem in tota quanta est epi-  
stola appareat. Horum certe alterutrum fa-  
teri necesse est: vel hoc solummodo excer-  
ptum*

G g g g g p t u m

ptum penes Bedam fuisse, non vero integram epistolam; vel somnum inter legendum viro pio & erudito obrepisse: tota est enim de Incarnationis mysterio epistola. Immo vero ne in fragmento quidem illo quidpiam est, quod ad cyclum paschalem quoquomodo referri possit. Nemo enim dixerit aut Ægyptios a B. Marco Evangelista, aut B. Marcum ab Apostolo Petro de paschali computo credendum quicquam accepisse, quod ad controversiam Leonis ætate motam pertineret. Esto enim accepit Ecclesia ab ipsis Apostolis paschalis festi celebrandi præceptum ac ritum, quod ex præsentis epistolæ auctoritate viri docti probare conati sunt, quibus videlicet Bedæ excerptum imposuerat: at de strictioribus hujus festi limitibus quicquam ab illis statutum vel traditum fuisse posteris, quis asseverare velit? Deinde tantum abest ut litteræ, quas sanctus Proterius de Paschate scripsit ad sanctum Leonem, hunc *letificaverint*, vel propter luculentissimam, quam Proterius reddidit rationem, tali Rescripto ab illo meruerit prædicari; quin potius sententiam, quam Alexandrinus Antistes propugnabat, ægre admodum tulit sanctus Leo, eam veteri observantiæ contrariam existimavit, & ob hanc solam rationem consensum suum commodavit Alexandrinis, *ne qua discrepantia per provincias de observantia tam venerabilis festi fieret, nec inter Domini Sacerdotes aliquid in tanta sollempnitate esset varium*, ut loquitur epistola ad Marcianum nunc primum publici juris facta: in qua & testatum habemus ad Proterium de hac paschali controversia rescriptum a Leone non fuisse. *Litteras autem*, inquit, *fratris & Coepiscopi mei Proterii Alexandrinæ civitatis Episcopi me accepisse significo, quibus apud pietatem vestram de mea consensione respondi*. Sed nec Leo ipse ad Proterium de hac inquisitione prius scripserat, ut ex variis ejus litteris patet, & ex ipso epistolæ Proterii exordio. His denique adde quod jam pridem hanc ad Proterium, quam damus epistolam, scripserat sanctus Leo, cum Proterii litteras de Paschate accepit, ut ex variis ea de re scriptis manifestum evadit.

3. S. Thomas nonnulla ex eadem refert epistola 2. 2. qu. xi. art. 2. ad 2. Unde Leo Papa, inquit, quadam epistola ad Proterium Episcopum Alexandrinum dicit, quod *Inimici crucis Christi omnibus & verbis nostris insidiantur & syllabis, si ullam illis vel tenuem occasionem demus qua Nestoriano sensui nos congruere mentiantur*.

De Proterio, ejusque electione ac cæde vide Liberati Breviarium cap. 14. & 15.

Hormisdam P. R. epist. 8. ad Epiri veteris Synodum, Nicephorum lib. 15. cap. 16. & Leonem nostrum in epistolis 100. 102. 104. 117. 118. 125. 126. 133. \* De eodem fere <sup>nunc</sup> 127. certum habetur, quod a Dioscoro Archi. 131. 133. presbyter Ecclesiæ Alexandrinæ ordinatus fuerat, in ejus locum postea subrogatus, 147. 149. ac tandem hæreticorum & Timothei præfertim factione occisus, in Ecclesiæ baptisterio, ut ait Liberatus, vel *inter ipsa altaria*, ut Hormisdas testatur. Statim ac Alexandrinæ Ecclesiæ præfectus est, litteras scripsit ad sanctum Leonem & ordinationis & fidei suæ indices, 1 quas *satisfactionis plenas* appellat Pontifex noster; misitque per Nestorium Episcopum, quem Nestorium mendose vocat Bedæ fragmentum, & Nestorianum edit. vulg. epistolæ 104. \* ad <sup>nunc</sup> 133. Marcianum, qui per eundem Antistitem Leoni nostro scripserat. Utrobique enim Grim. cod. legit Nestorium, quem eundem esse reor ac Nestorem civitatis Flagonitorum Episcopum, qui primus subscripsit precibus Ægyptiorum Episcoporum ad Leonem Augustum adversus Proterii parricidas.

LECTIS PRIMITUS PRÆDICTORUM SACERDOTUM ASSERTIONIBUS, TUNC DEMUM MEA QUOQUE SCRIPTA RECITENTUR. Vetus quidem consuetudo & a primis Ecclesiæ ducta temporibus, ut Apostolorum epistolæ & scripta in sacris fidelium conventibus legerentur; sed haud scio ante hæc sancti Leonis nostri tempora usus invaluerit recentiorum Patrum seu Episcoporum scripta legendi coram plebe congregata. Hinc forte vel ex simili occasione nata consuetudo Homilias sanctorum Patrum publice in Ecclesia recitandi, & Officio ecclesiastico inferendi.

## A D E P I S T O L A M CXXXIII.

### SANCTI PROTERII

ad S. Leonem Papam I.

APUD QUESNELLUM POST EP. CIII.

1. **A**THANASIO. Ita legendum, non *A-* Col. 1263. *nastasio*, ut ex MSS. codd. Petavius & Bucherius jam monuerant in suo quisque de Doctrina temporum opere: & res extra dubium est. Modo accedit auctoritas MSS. Oxoniensis, & S. Augustini, qui habent *Athanasio*. Inde argumentum certum elicit Bucherius de ætate S. Athanasii, eumque ante hunc annum, qui Christi fuit 373. diem non obiisse contendit: cui suffragare videtur Hieronymus in Chronico; ubi ordinationem Petri, qui successit sancto Athanasio, eidem anno assignat. Alii

Ru-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Proterii litteras, quas *satisfactionis plenas* Leo testatur, non sunt primæ statim post ejus ordinationem scriptæ, sed secundæ, quas cum pleniore & apertiore fidei expositione ab eo-

dem Pontifex petiit ex ep. 127. c. 1. Has secundas litteras Nestorius Episcopus ad Leonem attulit. Vide tom. 1. Dissert. de epist. Perditiis n. 61. & 69.

Rufini, sancti Cyrilli Alexandrini, Socratisque præsertim auctoritatem opponunt, qui quadraginta & sex tantum annos Episcopatus Athanasio tribuunt; quorum ultimus Gratiano & Probo Coss. illum obiisse testatur, qui quidem an. 371. consulatum gesserunt. Cum adversæ invicem istæ probationes conferuntur ac committuntur, fateor plus apud me SS. Hieronymi & Proterii auctoritatem habere ponderis, quam aliorum. Indirectæ enim sunt horum probationes (si Socratem excipias) quæ a numero annorum Pontificatus trahuntur, qui & stare potest cum Proteriana mortis ejus epocha. Quid enim si non accurate admodum eos annos is recensuerit, qui primus omnium eos commemoravit, ut nulla necessitas erat? quid si exordia Episcopatus sancti Athanasii non omnimode certa sint? Si enim fera magis sunt, quam vulgo creduntur, tunc verum esse poterit & quadraginta sex annos tenuisse Episcopatum, & ante annum 373. non decessisse. At Hieronymus diligens scriptor ordinationem Petri successoris Athanasii referens ad hunc annum, hoc non scripsit nisi ex indubitatis monumentis. Proterius pariter ex propriis Ecclesiæ suæ Archivis rem didicisse credendus est: nec alterutrius testimonium ad alium sensum detorqueri ulla ratione potest. Ad Socratem quod attinet, etsi eadem ac Proterius ætate scripserit, non tamen auctoritate cum Proterio hac in re comparandus: cum illo, inquam, qui & Alexandria scripsit, ubi clara erat hujus epochæ notitia, & Ecclesiæ suæ scrinia, ut libuit, scrutari potuit, & uni rei intentus, errori minus fuit obnoxius quam Socrates, qui ad alia multa properans decipi potuit ac decipere. Chronographus innominatus apud Scaligerum in Eusebianis commentariis narrat Athanasium vita functum VII. Pachon anno Christi 377.

Hujus Proterianæ epistolæ mentionem habet geminumque fragmentum refert Adrianus Papa I. in epistola sua 97. ad Hispaniæ Episcopos scripta, quæ exstat in Tomo 3. Scriptorum Historiæ Franciæ Du-Chesnianæ., Attendite dilectissimi nobis, & illud quod beatus Proterius Alexandrinæ, Ecclesiæ Præsul, prædecessori nostro beatissimo Leoni Papæ ob piæ memoriæ Marciani Principis jussu direxit. Post plurima enim ita ait: *Olim quidem Dominus per Moysen significans dicit: Mensis iste vobis initium mensium, primus erit in mensibus anni: &: Facies Pascha Domino Deo tuo quarta decima die mensis primi. Et post pauca subjunxit dicens: Si quando in die dominico quarta decima Luna reperta est, in sequenti septimana est dilatanda festivitas: sicut & veteres Patres nostri fecerunt quartas decimas Lunas occurrentes in aliam Dominicam transferentes.* Hæc porro Adriani versio ab ea quam Leoninis epistolis inferuimus diversa videtur. Cum autem Sigbertus Gemblacensis in lib. de Script. Eccles. cap. 27. & Joannes Trithemius testen-

Tom. II.

tur scripta Proterii de Paschate anni 455. a Dionysio Exiguo fuisse ex Græco in Latinum translata, inde dubium oritur utra istarum versionum Dionysii opus sit. Forte hæc Adrianiana versio eadem illa est quam S. Leonis jussu factam esse statim atque ab eo recepta est vix dubitare licet, a Græculo opinor aliquo Latini sermonis parum sciente: cujus versionis barbarie offensus Dionysius aliam postmodum adornavit.

## AD EPISTOLAM CXXXV.

APUD QUESNELLUM CVI.

Anatolio CP. Episcopo.

1. JOANNIS SPIRITUALEM COPIOSAMQUE DOCTRINAM. Suum cuique postremorum quatuor prædecessorum Anatolii characterem egregie hic appingit S. Leo, unde eximiam in Pontifice nostro Ecclesiarum scriptorumque sanctorum Patrum notitiam suspicias. Joannis Chrysostomi propriam indolem quam graphice brevi elogio comprehendat nemo non videt.

Col. 1277. cap. 2.

2. AUCTORITATEM ATTICI. De hoc vide Socratem lib. 6. cap. 20. lib. 7. cap. 2. & 25. &c. cui tantam auctoritatem, quam a Leone commendatam in eo vides, religio, prudentia, laboris assiduitas, eruditio, caritas eximia, sermo urbanus & ad alliciendos hominum animos aptissimus, hæreticorumque repulsi conatus conciliaverunt. Unde etiam Ecclesiæ, inquit Socrates, sub ejus Pontificatu maximum incrementum cepere: neque enim solum domesticos fidei tuebatur, verum etiam hæreticos admiratione prudentiæ suæ percellerat. Addit Cælestinus Papa I. in repurgandis hæresibus vigilantiam in epistola ad Maximianum Episc. CP. cui pariter decessorum exemplum suggerit. Sequere, inquit, priorum a quibus eruditus es & nutritus, exempla Pontificum, beatissimi Joannis in prædicando scientiam, sancti Attici in repurgandis hæresibus vigilantiam, decessoris tui Sisinnii, cujus te successorem credimus, simplicem puritatem. Vide etiam sanctum Prosperum in Carm. de Ingratis.

Ibidem.

3. INDUSTRIAM PROCLI. In patientia ac mansuetudine sitam eam maxime fuisse testatur Socrates lib. 7. c. 4. Qui hæreticos hac ratione, inquit, potius quam vi ad rectam fidem adducere studuit .... mansuetudinisque dignitatem integram conservavit, ac veluti depositum quoddam Ecclesiæ restituit. Et cap. 45. Eos qui ob depositionem Joannis (Chrysostomi) se se ab Ecclesiæ corpore sejunxerant, ad unitatem revocavit, eorum dolorem prudenti consilio demulcens, Joannis corpus, quod Comanis sepultum erat, annuente Imperatore Constantinopolim deportavit, idque solenni pompa urbem traductum ingenti cum honore in Ecclesia Apostolorum deposuit. Sozomenus lib. 8. cap. 2. plurima quoque de Attico habet, Leonisque dicto concinit adhuc expressius, cum hæc ait: Porro cum esset natura magis quam discipli-

Ibidem.

na prudens, in rebus agendis summæ fuit dexteritatis, & ad fruendas atque evitandas insidias solertissimus. Moribus autem blantus fuit, ita ut plerisque gratus esset. Porro erga suæ opinionis homines gnarus atque industrius fuisse dicitur; iis vero, qui diversam sectam sequebantur, terribilis: ita ut quoties volebat, metum illis incuteret; prorsus vero mutatus, mitis in eos appareret.

Ibidem. 4. IN INJURIAM CANONUM, UT AGNOSCIS, ILLA TENTATA SUNT. Nihil tale legimus in epistola Anatolii, quæ tanta arte conscripta mihi videtur, ut in speciem Leonis querelis plene satisfaciât, revera tamen nihil in ea de juribus suis remittat Constantinopolitanus Antistes. Vix enim pauca sub finem de Canone 28. Calchedonensi commemorat, circa quem hoc solum a Leone pro certo vult haberi, nullam in se culpam esse, seque semper ab alienis appetendis longissime abuisse. Et ita profecto Orientales Episcopi fixum apud se habebant a decreto suo numquam resilire, ut cum epistola S. Leonis, qua consensu suo acta Calchedone firmabat, lecta fuisset a Juliano in Constantinopolitano Episcoporum Conventu, cujus mentio fit in epist. 100. \* ad Julianum, non ausus sit ea verba legere, quibus consensum suum Leo renuebat adhibere decreto in gratiam Sedis Regiæ condito apud Calchedonam, ut ex eadem epistola compertum habetur. Immo dum correctionem per Marciani litteras promisit Anatolius, hoc solummodo pollicitus est: *Se in omnibus satisfacturum, quæ ad fidei observantiam pertinent*: ipso Leone referente in jam laudata epistola 100. \* cap. 3.

\* nunc 127. 5. UT AETIUM PRESBYTERUM IN GRATIAM TUAM AFFECTIONEMQUE REVOCARETIS. Non ait, *in pristinum locum ac ministerium*, quod excidit Cardin. Baronio ad annum 453. num. 8. qui enim ex Archidiaconi munere ad presbyteralem dignitatem gradum semel fecerat, numquam ad prius ministerium redire permittebatur: unde in hac eadem epistola sollicitudinem suam de electione Archidiaconi in locum Andreæ subrogandi prodit S. Leo, dum hæc ait: *Electo primitus, inquit, & probato, qui Archidiaconi officium possit implere, id est, quem nulla umquam prædictarum impietatum fama resperferit*. Quod valde supervacaneum fuisset monere, si locum suum vel recepisset, vel recipere potuisset Aetius. Quamobrem quod in Anatolii epistola ad Leonem Papam scriptum reperitur, quod videlicet *Aetius in*

priore loco atque honore ecclesiastico est restitutus, quandoquidem ex Græci textus jactura obscurum manet, ex uno Leonis responso lucem mutuari potest, nec meo quidem judicio mediocrem. Certum est enim ex hac ipsa & sequente Leonis epistola illam 106. \* Anatolii litteris respondere, Romanumque Pontificem, cum Aetium in gratiam affectionemque Anatolii revocatum scribit, attendere ad ipsius Anatolii verba, quibus Aetium in priore loco atque honore ecclesiastico restitutum assernerat. Nihil erat igitur in authentico epistolæ Anatolianæ quod Aetium Archidiaconatui redintegratum significaret, cum nihil tale lectum a Leone in illius epistola hujus responsione manifestum sit. Illa igitur Anatolii verba non de Archidiaconi officio intelligenda sunt; fed tantum de gradu & honore ecclesiastico, a quo per invidiam & malevolentiam adversariorum suorum dejectus fuerat, cum cæmeterio deputaretur, ut queritur auctor noster epist. 84. \* vel de restitutione ejusdem in propriam famam. Clarum est enim Aetium de aliquo crimine fuisse accusatum, cum ex epist. 100. discamus illum in episcopali conventu fuisse discussum, & cognitione habitam in omnibus fuisse purgatum. Vir eruditus ex his epistolæ 86. \* al. 56. verbis: *Nam apud Catholicum Episcopum etiam si erat utcumque decus sacerdotale, Sacerdoti Archidiaconus propter fidei reverentiam debuit præmitti, potius quam locum Catholici nequissimus hæreticus obtineret*: ex his, inquam, verbis, quæ egregie depravata ultro fateatur, suspicatur hanc corrigendo errori viam Anatolio Leonem aperuisse ut potius Presbyter catholicus Archidiaconi munere fungi sineretur, quam hæreticus Diaconus. At quam remotum id a Leonis sensu textuque, quem longe emendatissimum atque adeo omni ambage vacuum perlegere poterat in nova ista Leonis editione jam tunc publicata! Ex ea enim elucet Leonem Anatolio id proponere, quod ante Aetii consecrationem in Presbyterum facere debuisset; ut levia potius in eo errata condonaret, quam hæretico locum cedere juberetur.

AD

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Cum Anatolius in ep. 132. quæ hic indicatur, capite 4. affirmet: *Gestorum vis omnis & confirmatio auctoritati vestre Beatitudinis fuit reservata*: jus omne his gestis quæsitum, ut ratum esset ac certum, ab apostolica confirmatione & auctoritate pendere confessus est. Quod si hac confessione non obstante, & contradicente Pontifice; ipse & Orientales a de-

creto semel lato Calchedone non recessere; sicut cum Marciano ep. 110. constantiæ Leonis tribuendum est, quod se se huic ambitioni Nicænis canonibus contrariæ fortiter opposuerit; ita laudi verti nequit Orientalibus, si contra eosdem canones justis Leonis reprehensionibus nequaquam cessere.

Vid. tom. 1. col. 1183. not. 3.



## AD EPISTOLAM CXXXIX.

APUD QUESNELLUM CX.

*Juvenali Jerofolymitano Episcopo.*Col. 1289.  
cap. 2.

Luc. 2. 7.

1. **I**NTER ANGUSTIAS DIVERSORII. Hæc verba indicant S. Leoni persuasum fuisse Christum Dominum non in spelunca extra Bethleem posita natum esse, ut plerique sentire videntur, sed in diversorio, in quo non fuit ei locus, secundum Evangelistam, hoc est non cubiculum vel cubile, sed tantummodo stabulum sub ipsius tamen diversorii tecto positum. Eiusdem est sententiæ S. Ambrosius, putans appendicem fuisse diversorii. Utrique favet sacer Evangelii textus, dum ait simpliciter: *Reclinavit eum in præsepio, quia non erat eis locus in diversorio*: opponens, non diversorio stabulum ab eo separatum, sed præsepium diversorii cubiculo seu cubili, quod parturienti Virgini nascentique puero maxime necessarium erat. Angelus similiter Christum Pastoribus annuntiat natum *in civitate David & positum in præsepio*. Pastores ipsi dicunt: *Transivimus usque Bethleem*: videnturque palam omnibus, qui in diversorio erant, narrare omnia, quæ audierant & viderant antequam reverterentur: *Et omnes qui audierant, mirati sunt; & de his, quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba hæc conferens in corde suo: & reversi sunt pastores*. Denique cum Magi natum Regem adoraturi venerunt, *Intrantes domum*, inquit Matth. cap. 2. vers. 11. *invenerunt puerum cum Maria matre ejus*. Et hoc quidem modo pene necessarium est interpretari, ut prophetia Micheæ impleta esse ad litteram dicatur: *Et tu Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in Principibus Juda: ex te enim exiit Dux*. Nec Eusebius, Hieronymus, Paullinus, alique opponi debent: ubi enim nascenti Domino diversorium erat, potuit solum stabulum ac spelunca superfuisse Patrum illorum temporibus; atque etiam extra urbem fuisse, cum ex Romanæ, Jerofolymorum, aliarumque urbium exemplo satis manifestum sit per temporum vicissitudines, bellorum strages populationesque sæpe sæpius id evenire, ut vel civitatum situs mutetur, & dum restaurantur dirutæ urbes, in remotioribus locis pro opportunitate suscitentur; vel etiam aliquibus suburbiorum partibus

Immortalitas primi hominis non erat connaturalis.

1 Cave potius, ne immortalitatem Adami in primo statu ex ipsius corporis conditione connaturalem putes. Immortalitas enim, ut palam docuit S. Augustinus in lib. 6. de Genesi ad litt. c. 25. *ei præstatur de ligno vitæ, non de constitutione nature: a quo ligno separatus est, cum peccasset, ut posset mori; qui nisi peccasset, posset non mori*. Mortalis ergo

excisis, aliæ ab urbe disite mancant, quæ eidem olim jungebantur.

2. **N**ISI FUISSET NOSTRI GENERIS, NON POTUISSET ESSE MORTALIS. 1 Cave ne ex his verbis mortem vel Adamo ejusque posteris ex ipsius corporis conditione connaturalem putes, ut Neotericis quibusdam visum est; vel Christo Domino ex materna ipsius origine indeclinabilem fuisse. Utrique enim Adamo, primo & novissimo conveniebat: *Prima immortalitas, posse non mori*, quam S. Augustinus explicat lib. de corrept. & grat. c. 12. lib. de Civit. Dei 22. cap. ult. & alibi. Caro, inquam, illius potuit non mori, quia non erat caro peccati. Sed quia missus est in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum in carne: *caro Christi mortalitatem de mortalitate materni corporis traxit, quia mortale corpus ejus invenit; contagium vero peccati originale non traxit, quia concumbentis concupiscentiam non invenit; Si autem nec mortalitatem, sed solum substantiam carnis de matre sensisset, non solum caro ejus caro peccati, sed nec similitudo carnis peccati esse potuisset*.

Col. 1291.

Aug. contra Jul.

lib. 5. c. 15.

3. **P**ARTICULAM DOMINICÆ CRUCIS CUM EULOGIIS DILECTIONIS TUE VENERANTER ACCEPI. 2 Hæc verba claudunt epistolam, jacentque in vulg. ed. & MSS. tribus, quos vidi, immediate ante Notam Consularem; sed cum illa non habeant MSS. Griman. Barb. duo, Cantabr. Trecopith. & ex Thuaneis tres, nemo non intelligit subditiua esse.

2

## AD EPISTOLAS CXXI. CXXII. &amp; CXXIII.

APUD QUESNELLUM CXXII. CXXIII. &amp; CXIV. anni 455.

**T**RES epistolas a Leone datas hoc anno 455. repræsentavit nobis Grimanicus codex, ne annus hic integer nobis vacuus elaberetur. Has porro necesse est antecessisse diem decimum sextum Kalendas Aprilis, cum Valentinianum Augustum, cujus octavo Consulatu signatæ leguntur, illo die interfectum fuisse constet ex Romanarum rerum scriptoribus. Unde facile fuit emendare Librarii errorem, qui in epistola 113. \* ad Julianum, v. *Idus Martii* legisse videtur; & alterum dubium solvere, quod circa epistolam 112. \* ad Marcianum ex ancipiti compendiarium characteris lectione nascebatur. Sic enim ibi habetur: *Datum iii. Id. Aug. Valentiniano viii. Consf. ubi licet pro-*

Col. 1296.

1297.

1298.

\*nunc 141.

\*nunc 142.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

erat conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris. Hinc etiam damnata fuit hæc propositio inter Bajanas 78. cui num Quesnellus hoc loco alludat, alii judicent: *Immortalitas primi hominis non erat gratiæ beneficium, sed naturalis conditio*.

2 De his verbis lege nostram adnot. 29. tom. 1. col. 1294.

pronum sit legere iii. Idus Augusti, cum aliud mensis nomen non appareat; merito tamen legendum videtur *Augusto Valentina-no VIII. Conf.* credendumque mensis nomen per scribæ oscitantiam omissum fuisse. Præter hanc autem rationem ex Augusti morte petitam, quæ non finit ut mensi Augusto adscribatur hæc epistola, altera quoque se se offert ex ipsius epistolæ materia, quæ est de paschalis diei controversia, qui cum jam a tribus mensibus celebratus esset, importune admodum memoriam regereret consensus sui Alexandrinis dati, & litterarum a se ad Occidentales missarum circa ejusdem festi celebrationem. Tertia denique accedit

\*nunc 141. ratio ex 113. \* ad Julianum epistola quinto Idus Martii data. Cum enim de correctione 1 Carosi Monachi rebellis mentionem faciat, planum est prius scriptam esse epistolam illam 112. \* ad Marcianum, in qua Augusto gratias agit, quod eundem & Dorotheum erroris consortem e suis Monasteriis detrudi jusserat. Hanc enim Monacho ad sanam doctrinam redeunti minime infixisset Marcianus: quare vel Januario mense vel Februario data esse videtur hæc ad Marcianum epistola.

\*nunc 141. Porro ex epist. 113. \* ad Julianum Confessem inane habemus, quo anno ad Alexandrinos missus a Marciano fuerit Joannes Decurio, hoc videlicet anno 455. vel sub præcedentis finem. Nemo enim non videt hunc Joannem spectabilem virum & in fidei sinceritate laudabilem, ad Ægyptum causa fidei directum, eundem esse ac Joannem illum Decurionem, cui Marcianus Augustus litteras suas ad Alexandrinos Monachos perferendas dedit, quæ parte 3. Concilii Calchedonensis referuntur num. 8. Hujus enim viri fidem pariter laudat Marcianus, eumque ait sacro Calchedonensi Concilio interfuisse. Emendetur itaque illustrissimus Annalium scriptor, qui hanc Joannis Legationem ad annum 452. retulit.

AD EPISTOLAM CLVII.

APUD QUESNELLUM CXXVI.

Anatolio Ep. CP.

Col. 1326. Nova hæc epistola, licet anni dieique notam nullam habeat, locum quem ei assignavimus habere debuit. In ea enim \*nunc 156. laudatur epistola 125. \* quæ \* 1. Nov. da- \*leg. 1. Dec. ta legitur, & alia indicatur qua apud Imperatorem Ægyptios Episcopos extorres commendat, cum qua hanc missam esse probabile est, forte epistolæ 127. \* 1. Decembris scriptæ annexam. Denique accepta ista \*nunc 157. epist. 126. \* rescripsit Anatolius paullo ira-

tior factus, ut perspicuum est ex epist. 128. \* qua illum noster Leo de commotione in- \*nunc 163. crepat. Cum ergo 1 circa Martii medium hæc ultima scripta fuerit, & duo vel tres fere menses necessarii fuerint, ut illa 126. \* Constantinopolim deferretur, & inde Ana- \*nunc 157. tolii responsum veniret, vix potuit aliam sedem fortiri novella 126. \* epistola. \*nunc 157.

AD EPISTOLAM CLIX.

APUD QUESNELLUM CXXIX.

Niceta Episcopo Aquilejensi.

Nicetas, ad quem data legitur hæc epistola, ab aliis Nicæas appellatur. Et certe si idem est ac ille, de quo Martyrologium Romanum ad 22. Junii, sanctus Hieronymus epist. 42. & Gennadius lib. de viris illustribus, *Nicæas* dicendus est, non *Nicetas*: ita enim constanter ab illis appellatur; tametsi Lucas Holstenius in Animadversis seu annotatis marginalibus ad Romanum Baronii Martyrologium, *Nicetam* legi asserat in admirandæ, ut ait, antiquitatis codice Gennadii ad S. Andream de Valle.

Jam vero non modicam difficultatem video in distinguendis pluribus Nicetis, vel Nicæa a Niceta, quos in unum confundendos non existimo. Cardin. Baronius discernit inter Nicetam in Dacia Episcopum, & Nicæam Romanianæ, seu, ut interpretatur, Aquilejensis civitatis Antistitem: illum enim ad diem 7. Januarii recenset; de hoc vero ad 22. Junii memoriam facit. Utrumque in unum esse constandum asserit Lucas Holstenius loco citato. Ego duos vel forsitan etiam tres putaverim esse numerandos.

Primum, de quo tam honorificam mentionem facit S. Paullinus epist. 10. ad Severum, ubi eum venerabilem, doctissimum, & Romanis merito admirandum Episcopum appellat, necnon in Natali 9. S. Felicis, ubi eum & Magistrum & Patrem suum prædicat. Qui Natalis S. Felicis, cum numerante Cæsare Baronio, incidat in annum Christi 397. jam tum Nicetam illum Episcopum fuisse necesse est asserere: unde & procul abest, ut idem sit cum Niceta nostro, ad quem S. Leo scribit, qui anno Christi 447. nondum erat Episcopus, Januario tunc temporis Aquilejensem Ecclesiam gubernante. Nominis etiam differentia intercedit: certum est enim eum, qui Paulino familiaris fuit, Nicetam fuisse appellatum; alium Nicæam plerique codices nominant. Accedit diversam utrique fuisse patriam. Hunc enim Aquilejensem esse probabile est; illum ex Dacia ortum conjicio ex Paul-

EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Hic Carosus correctus diversus est ab alio quem Marcianus e Monasterio ejecit, uti colligere licebit ex adnot. 7. in epist. 142. t. 1. col. 1298. ubi etiam erroneam notam ejusdem epistolæ

ex optimo MS. Ratisponensi emendavimus.

1 Chronica nota epistolæ 163. XV. Kal. Aprilis. Emendavimus V. Kalendas. Confer adnot. 12. tom. 1. col. 1344.

ex Paullino, qui eum in Daciam revertentem prosequitur his verbis:

*Ergo dux idem modo prosequatur  
Te via, qua nunc properas revertens  
Ire, Niceta, patrioque reddat  
Limine tutum.*

Episcopales denique utriusque sedes tam longe a se invicem distat, quam Daci ab Aquilejensibus.

Eum porro, de quo Gennadius & Honorius Augustodunensis, non alium esse putaverim a Paullini amico, tum quia a doctissimo Pontifice, ut eum Paullinus vocat, probabile est condita esse opuscula, quæ commemorat Gennadius: tum quia veteres Gennadii codices, quorum unum laudat Holstenius, NICETAM, non NICÆAM habent. Denique quia nomen Episcopatus non repugnat.

Quod si diversum ab eo quis contenderit, per me licet. At eundem esse Gennadianum Nicetam cum Leonino, non possum adduci ut credam. 1. Quia Leoninus erat Aquilejæ Episc. At quis credat Aquilejam vocatam a Gennadio Romanam civitatem, quo nomine a nemine veterum decoratam esse legimus, quod & si potuisset ab oratore & encomiaste usurpari, numquam certe ab historico dissertatore, quem propriis magis & notioribus nominibus uti maxime convenit. Et ita ab ipso Gennadio usurpatum est, qui cum de Rufino scribit superiori pagina, non eum Romanum vel Romatianum, sed Aquilejensem fuisse dicit. 2. Cum in suo Catalogo ordinem temporum servet auctor iste, dum viros illustres recenset, Nicæam collocat longe ante scriptores Leoni æquales, immo ante Paullinum, Theophilum Alexandrinum, Sabbatium, & alios, qui quarto sæculo floruerunt, non quinto jam media parte elapso, ut Nicetas Aquilejensis Episcopus.

Jam vero Nicæam illum, de quo sanctus Hieronymus, eundem esse cum Episcopo Aquilejensi, solum civitatis nomen videtur persuadere; plura dissuadent. Nam 1. ille Nicæas ab Hieronymo dicitur, hic a Leone Nicetas. 2. Cum Nicæas Hieronymi amicus jam ab anno fere nonagesimo supra trecentimum Subdiaconus esset Aquilejensis Ecclesiæ, ad quem gradum ante vigesimum quintum ætatis suæ annum probabile est non esse evedum, septuagesimo quinto vel octuagesimo anno ad labores Episcopatus assumptus esset: nondum enim anno 447. locum alteri cesserat Januarius: hoc autem vero parum simile est. Confirmatur adhuc ex S. Hieronymo epistola 42. quæ Chromatio nondum Episcopo Aquilejensi scripta est: in ea enim communes quas habuerant Hieronymus ipse & Nicæas peregrinationes in memoriam cum revocat, significat æqualem fere sibi illum fuisse, quicum necessitudine singulari conjunctus erat.

Hinc vides ex uno Niceta vel Nicæa tres nobis saltem enasci. Primum quidem Nicetam Paullini carminibus celebratum, laudatum a Gennadio, Romanæ seu Romatianæ civitatis Episcopus: secundum, qui Ni-

cæas dicitur, Aquilejæ hypodiaconum ac Hieronymo familiarem: tertium, qui Episcopus Aquilejensis fuit post annum 447. ad quem S. Leo scribit anno 458.

Quod porro ad primi Episcopatum attinet, Romatiana civitati præpositum fuisse facile assentior, quam Romanam vocat Gennadius, Romesianam tabula Peutingeriana, Remisianam Antonini Itinerarium. Ex quo geminam Nicetæ seu Nicææ commemorationem, quam facit Baronius, ad unicum referri debere libenter velim. Sed quod per Romatianam civitatem Aquilejam esse intelligendam idem autumat, assentiri nequaquam possum. 1. Quia nemo non modo inter veteres, sed nec inter recentiores legitur, qui ita appellaverit; si Leandrum nescio quem recentiore Cosmographum excipias a Baronio laudatum, qui secundam Romam dictam esse asserit: quod & si verum esset, non id tamen probaret quod Baronius intendit. Esto enim ita appellata fuerit ab aliquo laudes illius prosequente, sicut Arelatem Gallulam Romam legimus dictam; at non propterea cum de ea sermo habetur, Romana simpliciter civitas appellabitur, sicut numquam eo modo designatam legimus Arelatem. 2. De Romatiana civitate quod in Martyrologio commemorat ad 22. Junii, de Aquileja interpretari absurdissimum mihi videtur. Cum enim decies fere de Aquileja mentionem faciat sub hoc ipso nomine, quoniam consilio de Niceta acturus auctor ille loquendi morem solitum mutasset, proprioque ac omnibus noto nomine posthabito, aliud novum ignotumque usurpasset? 3. Etsi aliqua appellatione a Romana urbe deducta decoranda fuisset Aquileja, numquam Romatiana, nisi forte ab hominibus imperitis ac semibarbaris, sed vel Romana, vel Romaniana dicta fuisset: præsertim cum in Dacia alia civitas esset eo nomine dicta, ut inde necesse fuisset ambiguitatem oriri.

4. Auctoritas inscriptionis Opusculi de octo Beatitudinibus, ubi Chromatius ejus auctor ROMANUS EPISCOPUS dicitur, non plurimi facienda, cum & incertissimum sit an de Aquilejensi Chromatio sit intelligenda; & valde insolens alium præter Sedis Apostolicæ Episcopum, Romanum inscribi. Demus tamen ita vere appellatum esse Episcopum Aquilejensem. At istud post multos annos contigisse, arbitror; si tamen contigit: qua autem occasione fieri potuerit, videor mihi satis feliciter ex Paulo Diacono eruere, nimirum ex Longobardorum vastitate ortum habuit, quam fugiens plebs Aquilejensis in proxima Gradus insula sedem elegit, suumque sibi deinceps Episcopum creavit, quem ad distinctionem alterius Episcopi, qui in veteri Aquileja pariter creabatur, Romanum forte vocitavit, ut Romanis vel a Romanis creatum. Audi Paullum Diaconum suis ipsum verbis hoc attestantem lib. 4. Longobardicarum rerum cap. 34. *His diebus, defuncto Severo Patriarcha, ordinatus est loco ejus Joannes Abbas Patriarcha*

*cha in Aquileja vetere cum consensu Regis Agilulfi & Gisulfi Ducis . In Gradum quoque ordinatus est Romanus (al. Romanis) Candidianus Antistes . . . Candidiano quoque defuncto apud Gradum ordinatus est Patriarcha Epiphanius (alias Epiphanius) qui fuerat Primicerius Notariorum , ab Episcopis qui erant sub Romanis . Et ex illo tempore cæperunt duo esse Patriarchæ .*

Vides , Lector , Aquilejensem Episcopum Romanum aliquando appellatum : non ob eam causam , ut habet Card. Baronius in Notis ad Romanum Martyrologium , quod Aquileja vel Roma secunda , vel Romatianna , Romanave civitas appellaretur : non etiam propterea quod aliquis hujus urbis Episcopus patria Romanus esset , quemadmodum de Chromatio somniavit Sixtus Senensis : non denique quia Catholicus & Romanæ Ecclesiæ communicans , quod putat Baronius ad annum Christi 605. ubi de Candidiano , quem Paullus Diaconus Romanum appellavit ; quamquam aliæ editiones non hoc modo habent : *ordinatus est Romanus Candidianus Antistes* : sed , *ordinatus est Romanis* &c. Valeat tamen per me licet prior illa lectio , quæ est veteris editionis Parisiensis anni 1514. At ex iis quæ descripsimus , clarum est appellatum esse Romanum , quia Romanis ordinatus erat , iis scilicet Aquilejensis veteris incolis , qui Gradum transmearant , parebantque Romanis ; tum etiam quia ordinatus *ab Episcopis , qui erant sub Romanis* , ut expressis verbis habet Paullus Diaconus : denique quia auctoritate Exarchi electus , ut alteri Patriarchæ opponeretur , qui apud veterem Aquilejam favente Longobardorum Rege ordinatus erat , eique subjacebat .

Hæc etsi ita sunt , nondum tamen exhausta difficultas . Quid enim hoc ad Chromatium , qui ducentis annis Candidianum antecessit , & gemini Patriarchæ electionem ? Verum necesse non est eo tempore vixisse Chromatium , ut Romani titulo decoraretur . Sufficit ut Tractatus ille , qui ab ejus nomine circumfertur , descriptus sit post inchoatum sæculum septimum postque geminatos Aquilejenses Episcopos . Probabile est porro titulos hujusmodi , scribarum solum opus esse , qui prisca Antistitis opusculum describentes , illum eo nomine donandum crediderunt , quod communiter Aquilejensibus sui ævi Episcopis tribui noverant .

## A D E P I S T O L A M CLXIV.

APUD QUESNELLUM CXXXIII.

*Leoni Augusto.*

Col.1344. **O**Mnium epistolarum , quas in lucem emittimus , nulla est cujus *αὐθεντία* pluribus majorisque nominis auctoribus fulciatur . Sanctus enim Prudentius Episcopus Trecensis , qui circa medium sæculum nostrum catholicam de prædestinatione & gratia Christi doctrinam adversus illius ævi no-

vatores strenue propugnavit , hujus epistolæ dimidiam fere partem describit in insigni Scotum Erigenam cap. 1. *Unius* , inquit , opere *de Prædestinatione* contra Joannem Patris sententiam ponendam duximus , cujus ad stipulatione fidei ceteris nullatenus creditas derogetur : LEO EPISCOPUS LEONI AUGUSTO . *Multis manifestisque documentis probatum esse mihi gaudens* &c. usque ad caput tertium : quo capite tertio cum quarto prætermisso , rursus ex quinti initio nonnulla refert ; nec non ex alia ejusdem Pontificis ad eundem Imperatorem epistola , quæ isti præmittitur in nostra editione . Mirari porro subit tam præclarum fragmentum fugisse posteriores Conciliorum epistolarumque pontificiarum collectores , inter quas locum merito obtinere debuerat . Ex eo nos menda nonnulla , quæ codici Grimanico inspersa erant , eluimus ; sed nonnulla vicissim ope codicis nostri emendanda occurrunt in libro Prudentii , tam illius editionis , quam Ludov. Cellotius primus procuravit ex codice MS. Bibliothecæ Thuanæ , quam alterius quam irritavit vir clarissimus doctissimusque Gilbertus Manguinus tom. 1. Collectionis veterum auctorum , qui nono sæculo de prædestinatione & gratia scripserunt .

Ejusdem epistolæ plura fragmenta referunt Vigilii & Pelagii II. Pontifices Romani , qui sexto sæculo floruerunt , hic in epistola ad Eliam Aquilejensem Episcopum , ille in suo Constituto : loca utriusque notata habes in margine epistolæ . Denique Facundus , ille celebris Hermianensis in Africa Episcopus , triumque capitulorum propugnator , in libro 2. cap. 6. pag. 87. editionis Jacobi Sirmondi , amplum epistolæ hujus pannum repræsentat , quem Sirmondus non pro scriptis Leonis Papæ ad Leonem Augustum , sed pro verbis Facundi ad Justinianum Imperatorem accepit .

Aliqua ex cap. 3. refert Pelagius quasi ex epistola ad Basilium . Si hoc ita est , vel dicendum eadem , quæ Leoni Augusto scripta erant a Leone Papa , alteri etiam epistolæ scriptæ ad Basilium inserta fuisse , eamque excidisse temporum injuria epistolam ; vel certe fatendum Pelagium ejusve scribam memoria lapsam .

## A D E P I S T O L A M CLXV.

APUD QUESNELLUM CXXXIV.

*Leoni Augusto.*

Col.1353- **H**Anc epistolam , quam ad decem codicum MSS. fidem emendavimus , collatis etiam omnibus antiquis exemplaribus excusis , suo etiam loco restitimus ex editione Suriana S. Leonis , & Nicoliniana , ex collectione veterum de duabus naturis scriptorum a Josia Simlero edita Tiguri an. 1571. & volumine Miscellaneorum G. Vossii Tungrensis Præpositi cura Moguntia excuso an. 1604. quibus accedunt MSS. codd. Trecopitheanus & Oxoniensis , qui omnes

Con-

Consularem Notam ab aliis omisam exhibent.

Exstat inter Agapeti Papæ epistolæ una, quæ ad Anthimum scripta legitur, quamque jampridem falsi arguit doctissimus Card. Baronius ex styli ab Agapeti phrasi discrepantia. Facile erat eidem hanc cum præfenti Leonis epistola conferenti commentitiam deprehendere: tota enim ex pannis hujus consuetis compacta est. Si imposturæ ætatem nosse alicujus est momenti, eam 1 centum annis Anthimo posteriorem esse facile crediderim; quod ex nonnullarum vocum mutatione conicio. Cum enim cap. 2. ubi legimus apud S. Leonem, *consubstantialis æqualitas*, pseudo-epistolæ artifex in geminæ hujus vocis locum substituerit, *unius voluntatis æqualitas*, dubium non videtur, quin ab aliquo fabricata sit Sergii Episcopi CP. fautore, qui in ejus de unica Christi voluntate qualemcumque defensionem aliquod Pontificis Romani testimonium proferre gestiebat. Adulterini enim hujusmodi fœtus non sine certo consilio supponi solent pro legitimis: nullam porro aliam tota epistola libidinem impostoris suggerit, quam erroris Monothelitarum fulciendi, Simili impostura caput 4. cum sequentibus usque ad testimonium S. Hilarii in supposititiam Caji Papæ epistolam conversum est, & illud ipsum S. Hilarii excerptum in primam Eutychiani Papæ epistolam, quæ est ad Bœticæ provinciæ Episcopos.

Col. 1363.

2. EFFUSIO ... SANGUINIS CHRISTI TAM FUIT DIVES AD PRETIUM. Ita habent MSS. codd. Barb. duo, Thuan. quatuor, Trecopith. Corbejensis, Cantabrig. Bodl. Grimanicus, & Agapeti pseudo-epistola. In vulg. porro exemplar. edit. sic legitur: *Effusio ... sanguinis justi Christi tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium*. Sed quæ hoc loco abundant, ex epist. 97. \* ad Palæstinos Monachos huc translata sunt.

\* nunc 124.

Col. 1375.

cap. 9.

3. OMNE ENIM SACRAMENTUM FIDEI CHRISTIANÆ MAGNO DECOLORATUR OBSCURO, SI (UT HÆRETICI VOLUNT) LUX VERITATIS SUB MENDACIO PUTATUR LATUISSE PHANTASMATIS. Parenthesim illam, 2 (ut heretici volunt) loco suo movimus, nulla (quod fatemur) codicis cujusquam auctoritate adducti, sed sola conjectura, vel potius sensus ipsius necessitate. Falsum enim sensum inducit antiquus parentthesis illius situs, qui ita se habet: *Omne enim Sacramentum fidei christianæ magno (ut heretici volunt) decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis*. An volebant Manichæi alique hæretici, qui veri-  
Tom. II.

tatem carnis in Christo negabant, opinionem suam Divinitati injuriam esse? immo vero hoc ab eorum mente alienissimum erat, qui e contra magnam injuriam æterno Patris Filio inferri contendebant, si vera carne indutus crederetur. Hoc porro erat, quod volebant hæretici, apparentem tantummodo carnem Christo Domino esse tribuendam. Ceterum facile fuit ut parentthesis, de novo forsitan adjecta, ab antiquo etiam scriba ad lineam nativo loco superiorem rejecta sit.

4. DEHINC SEQUUNTUR TESTIMONIA &c. Horum testimoniorum mentionem crebram habent antiqui Patres, quos inter Vigilius Taplensis in Africa Episcopus lib. 5. contra Eutychen sect. 32. *Cunctos*, inquit, *Ecclésiæ Tractatores in medium adducamus, ex quorum multiplicibus dictis pauca & breviter excerptes, huic operi subnectimus; ad latiores eorum & diffusiores de hac confessione tractatus, quos beatissimus Leo in unum testimoniorum cumulum provida diligentia conegessit, studiosos quosque mittentes*.

Col. 1383.

Pleraque porro hæc SS. Patrum testimonia 3 in actione: secunda Concilii Calchedonensis illigata reperiuntur epistolæ S. Leonis ad Flavianum CP. Episcopum, non eodem ordine, nec æquali numero: plura enim huic epistolæ subjiciuntur, quam in Calchedonensibus actis. Non omitam porro quæ Hincmarus Remensis Archiepiscopus de hoc testimoniorum delectu scribit in Tractatu *De non trina Deitate*, quoniam Leonis ipsius commendationem habent singularem, dum sanctum Pontificem nostrum præclaris Ecclésiæ luminibus Hilario, Athanasio, Ambrosio, Chryostomo, Basilio, Gregorio Nazianzeno, Cyrillo, atque ipsi Augustino non imparem meritis audet asserere. *Nam & Leo*, inquit, *sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Sedis Pontifex istorum dumtaxat, qui eum tempore, etsi non loco præcesserunt vel merito, pauca numero, sed magna auctoritatis & recte fidei genio testimonia Leoni Augusto ad confirmandam fidem catholicam credidit mittenda sufficere*. Plura vide supra ad epistolam 24. \* ad Flavianum.

8

\* nunc 28.

Ad calcem hujus collectionis hæc in MS. cod. Barb. uno subjiciuntur. „ Explicuerunt „ testimonia de Libris SS. Patrum decerpta, „ quæ ostendunt Christum geminæ substantiæ gigantem esse, id est & Deitatis, & „ humanitatis veras perfectasque naturas „ unam Christi esse personam. “

H h h h h

DE LI-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Cum hæc epistola sit inter supposititias Iidori Mercatoris, hæc impostura multo posterior est.

2 Hæc verba auctoritate omnium MSS. & antiquæ Græcæ versionis loco suo restituvimus, sententiamque satis æquam explicavimus adnot. 71. tom. I. col. 1375.

3 Hæc testimonia a Leone collecta & misa in Orientem post latrocinium Ephesinum, non pertinent ad Concilium Calchedonense. Licet enim in vulgatis Conciliorum subjecta sint Leonis epistolæ insertæ actioni secundæ Calchedonensi, non tamen in MSS. Vide Admonitionem in epist. 28. n. 8. & 9. tom. I. col. 798.

DE LIBELLO CONFSSIONIS  
LEPORII MONACHI,

cujus auctor S. AUGUSTINUS nunc primum  
asseritur.

**N**ostra hæc editio istam epistolam seu testimoniorum cumulum uno testimonio, eoque egregio auctiorem exhibet, quod quidem beneficio Grimani nostri codicis MS. toties laudati nobis advenit. Habetur ultimo loco inter testimonia ex Augustino excerpta, cui sub hoc titulo adscribitur: *Item ejusdem ex libro Assertionis fidei: & hoc habet exordium: Nostrum namque est credere &c.* Quantalibet porro diligentia evolvas Augustini lucubrationes, nusquam apparebit tale opusculum, ex quo hæc verba deprompta sint, nec aliud simili titulo decoratum. Sunt autem verba eximii illius Libelli, qui *Leporii epistola* vel *Confessio* seu *Liber emendationis*, vel *Libellus satisfactionis* dicitur; cujus vel partem retulere, vel mentionem saltem fecere antiquissimi Auctores Joannes Cassianus lib. 1. de Incarn. Dom. Joannes Papa II. epist. 3. ad Avienum & ceteros Senatores, Vigilus Tapensis lib. 11. de Trinitate, Facundus Hermianensis lib. 1. defensionis trium capitulorum, Gennadius in catal. virorum illustrium, & Sigebertus. Addit Joannes Garnerius Basilium Diaconum Thalassiumque & alios Monachos, quorum Libellus supplex ad Theodosium Augustum habetur 1. parte act. Ephes. Syn. cap. 30. sed profecto Leporium, qui in eo Libello recensetur inter Episcopos Divinitatis Christi defensores, & ipsum Episcopum fuisse eo ipso apparet, non Monachum illum, cujus Confessionem expendimus. Videtur Basilium ordinem temporum servare in ea enumeratione, ac proinde de Leporio aliquo Episcopo, qui floruerit ante Ambrosium Mediolanensem, universam Synodum Africanam quam commemorat, Joannem Chrysostrum, Severianum, Atticum Constantinopolitanum, qui post Leporium nominantur. 3. Si de Leporio nostro & de illa Synodo Africana, quæ Confessionem ejus suffragata est, loqui voluisset Basilium, utrumque conjunxisset, nec medium inter Leporium & Synodum inseruisset Ambrosium. Denique sola nominis similitudo levius est fundamentum, quam ut huic assertioni statuendæ sufficiat, cum & in Concilio Toletano I. & alibi legantur hujus nominis aliquot viri. Ad Synodum quod attinet, quam Africanam universam appellat Basilium, quis sibi persuaserit eandem esse in

qua Leporii Confessio approbata, si epistolam inde missam ad Gallicanos Episcopos, subscriptionesque Africanorum inspexerit? Certe si ex Basilii Diaconi verbis Synodus universalis Africæ intelligenda est, ad illam oculos intendisse crediderim, quæ anno 397. Attico & Cæsario Coss. habita, & in qua *Nicæni Concilii professio & fides recitata est & confirmata*, ut videri potest cap. 2. 4 codicis Romani.

Exstat idem excerptum Confessionis Leporianæ in illo testimoniorum delectu, quem habet actio 2. Calchedonenis Concilii, sub hoc titulo: *Item ejusdem Augustini Sermone: DE EXPOSITIONE FIDEI.* Verum cum alienis hætenus verbis personatum prodierit, ex Græco scilicet translatum, hæc est ratio, cur a nemine hujus auctor Leporius sit deprehensus, etsi hæc eadem verba & apud Joannem Cassianum & apud Vigilium Tapensem transcripta legerentur, antequam integrum Opusculum cura doctissimi Sirmondi a tenebris vindicaretur.

Hoc gemino fretus suffragio, 5 auctorum scilicet Calchedonenis Concilii & MS. Grimani aurum contra æstimandi, asserere non dubito Libellum illum emendationis Leporianæ germanum esse magni Augustini factum. Quod nonnullis etiam momentis firmare supervacaneum esse non existimo: cum & huic libello non parum auctoritatis ex tanti parentis nomine, nec gloriæ parum Augustino ipsi synodalis libelli conscriptione accedat.

Primum igitur tanto majoris auctoritatis mihi esse videtur utrumque illud testimonium, quod & S. Leo, & œcumenicæ illius Synodi Patres ætate Augustini floruerunt. Decennium enim a morte Augustini elapsum non erat, cum ad Romanam Sedem evectus est Leo noster: cujus undecimo Pontificatus anno in Synodum œcumenicæ coierunt Calchedonem sexcenti illi Patres.

2. Cum adhuc Archidiaconi munere fungeretur S. Leo in Gallicanis provinciis aliquandiu commoratus est, quas primum Leporius suo errore inficere cœperat, quasque postmodum suæ emendationis publicatione recreavit. Etsi enim nullius antiqui monumenti auctoritate testatum habeamus quod recentior quidam prodidit, videlicet Leonem nostrum, antequam Pontificatus apicem adeptus esset, non semel Gallicanas provincias adiisse; certum tamen est Prosperi testis non modo æqualis, sed & ocularis testimonio, quod tunc temporis Leonem nostrum Galliæ detinebant, cum Sixtus Papa excessit e vita anno Domini 440. fere 6. ineunte. 6 Facile igitur potuit vir omnium ecclesiasticarum

EDITORUM ADNOTATIONES.

4 Sic appellat collectionem canonum, quam tom. 3. emendatam recudemus, & Romanam non esse probabimus.

5 Hoc Augustini testimonium non spectat ad acta Synodi Calchedonenis, uti monuimus adnot. 3. Græcus textus est vetus interpretatio testimoniorum, quæ Leo misit in Orientem; hæc

que Græca antiquissima interpretatio præter MS. Grimanicum Latinum eidem testimonio licet in aliis codicibus Latinis omisso fidem facit.

6 Sixtum III. obiisse die XI. Augusti ex nostro vetustissimo Sacramentario probabilius conjecimus adnot. 23. in §. 33. mensis Octobris hoc tomo col. 135.

rum rerum curiosus indagator vel a Prospero, vel ab aliis regionis illius hominibus hoc ipsum discere, quod postea & universali Synodo & Leoni Augusto & toti etiam posteritati notum esse voluit, Augustini stylo Confessionem Leporianam exaratam fuisse.

3. Nisi certo certius S. Leo cognovisset sive ex publica notitia, sive aliunde, vere Augustini fuisse hunc, de quo agimus, libellum, numquam id commisisset, ut illud tamquam authenticum catholicæ veritatis testem sub tanti doctoris nomine 7 Synodo œcumenicæ proponeret, præsertim cum ex Africana Ecclesia nonnulli Episcopi adessent Concilio Calchedonensi, quibus probe nota erant omnia Augustini sui Opuscula. Hoc enim in comperto est in sacris Ecclesiæ Synodis œcumenicis non nisi ex certa SS. Patrum traditione eaque ex indubitatis illorum scriptis expressa catholicam doctrinam statui: qui secus faceret, sacrosanctam veritatem Ecclesiamque ipsam contemtui probrisque hæreticorum hominum ultro exponeret: quod de Pontifice nostro minus quam de quoquam alio existimandum est.

4. Nemo est qui nesciat quam personam sustinuerit per illam ætatem Augustinus tum in universa Ecclesia, tum maxime in Africana: nullum quippe coactum est tunc temporis in iis regionibus Concilium, cui Dux Aurelius, ingeniumque Augustinus non esset; nec ingenium modo, sed & oculus, & lingua, & manus. Unde cum Leporii negotium actum fuerit, ejusque Confessio approbata in Africana Synodo (hoc enim & Joannes Papa II. diserte asserit in epistola ad Avienum ceterosque Senatores, & ipsa Africanorum Episcoporum ad Gallos epistola indicat, quæ synodicæ formam præ se fert) quis dubitet in hac occasione, ut in ceteris, Augustini stylium mutuatum esse Synodum?

5. Quæ ratio epistolam Afrorum mox laudatam Augustino ut auctori asserit (cui sententiæ Sirmondus subscribit) eadem & Libellum illi vindicat: stylus enim utrobique Augustinianus est; nec stylus solummodo, sed etiam doctrina ipsa conceptusque Augustinum prorsus redolent, ut legenti facile patebit. Sic in epist. 3. ad Volusianum ait, quod homo *Deus homini permixtus sit*, & quod *Persona Christi mixtura est Dei & hominis*: monetque ibi, ut & in Excerpto, lectorem ut *recedat a consuetudine corporum, qua solent duo liquores ita commisceri, ut neuter servet integritatem suam*. Vide etiam lib. 4. de Trinit. cap. 20. Enchiridii cap. 35. & 36. Quod item in hoc eodem testimonio dicitur *Deus capax non capabilis*, Augustiniani styli est: sic enim inquit Aug. in Altercatione cum Pascentio: *Incapabilem autem nec legunt, nec juste defendunt. Quomodo enim incapabilis Pater, quem capit Filius totum?*...

Tom. II.

*Quomodo incapabilis Pater, qui capitur totus a Filio? ... Qui capit omnia, quem capit nemo, sed hominum: nam totus capitur a Filio*. Denique de modo, quo Deus totus implet omnia, & in hac ipsa Leporianæ Confessionis parte, & in epist. citata ad Volusianum iisdem verbis differit. Ab accuratiori ampliorique utriusque collatione consulto me contineo. Hanc spartam venustius adornabunt viri doctissimi San-Germanenses Benedictini, qui S. Augustini opera novis curis expurgata, aucta, illustrata prope diem daturi sunt in lucem. Interim alia Augustini loca huic Confessioni concinentia indicata lege in Notis eruditi viri Joannis Garnerii Parte I. Operum Marii Mercatoris pag. 230.

6. Non ea eruditione ornatus videtur fuisse Leporius Monachus, ut eximie fidei professioni conscribendæ idoneus esset, præsertim cum de abstrusissimo Incarnationis mysterio ageretur, quod omnem humanæ mentis captum longissime superat. Enim vero quod summa animi demissione de se fatetur Leporius, illæa veritate dictum esse putaverim, quod, inquam, errorem suum in propriam ipse imperitiam refundit, & *stultam*, ut ipse ait, *simplicitatem* suam accusat. Si cujus autem operam desiderare compulsus est Leporius ad suam Confessionem exponendam, non alterius debuit, quam Augustini: tum ob eam rationem, quam supra numero 4. posuimus, tum quia ejus studio & emendatus fuerat & ad sanam fidem revocatus. Augustinum enim, aliorum nominibus suppressis, nominant Gennadius & Leodienis epistolæ Afrorum codex apud Sirmondum tomo 1. Conciliorum Galliæ.

7. Denique Leporius suo ipse subscribens libello satis indicat ab alio eundem fuisse conscriptum, cum eum *suo sensu dictatum esse* commemorat, & ita de eo loquitur: *Hujus epistolæ fidem, hujus epistolæ professionem*: in quo videtur eam non ausus esse vocare suam, quam sciebat ab alio fuisse dictatam. Nec magni momenti est, quod ex synodica Africanorum Episcoporum epistola objicias, qui confessionem illam Leporii *ipsum esse testantur*. Multis enim nominibus ipse erat & dicebatur, quia videlicet ipse sensu dictata, ipsiusque nomine evulganda erat; quia ejus fidem emendationemque palam faciebat; quia denique propria eam manu descriptam proprioque munitam chirographo in Gallias mittebat. Et certe plurimum intererat tunc temporis, ut ipse industria & ingenio conscripta esse crederetur, ut eo libentius promptiusque eorum consensus subscriptioque eliceretur, quos in errorem suum pertractos in Africam secum abduxerat. Denique plurima sunt hujusmodi epistolarum exempla, quæ non eorum esse dicuntur qui eas conscripserunt, sed eorum

H h h h h 2 quo-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

7 Patrum testimonia Leo non misit ad Synodum Calchedonensem, sed anno ante ea per

Legatos miserat in Orientem. Confer Admonitionem in epist. 28. in fine.

quorum vice ac nomine fuerant ab alio compositæ. Talis est celebris epistola Pelagii Papæ II. ad Eliam & alios Istriæ Episcopos. Tales apud Augustinum, Bernardum & alios plurimæ; quæ tunc quando missæ sunt, dictam ob causam iis, a quibus mittebantur, attributæ sunt, nunc vero merito jure germanis suis auctoribus restituantur.

Etsi porro luculenta hæc & Augustino digna sit epistola seu Confessio, non tamen tantæ fuit auctoritatis, ut propterea Leporius inter Doctores catholicos censeretur in Oriente, & Augustinus, qui solus e quatuor subscriptoribus superstes fuit anno 430. ad Concilium Ephesinum vocaretur: quamquam, addit J. Garnerius, cujus & illa verba sunt pag. 230. *Volusianus, cum ea tempestate in aula Theodosii versaretur, non sine causa dici potest impulsor, ut Augustinus præ ceteris Afris nominatim accerferetur.* Nec enim Leporius, ut vidimus, inter Doctores in Oriente numeratus est, nec Augustinus ista commendatione indigebat, ut præ ceteris ad Synodum vocaretur, cui tot aliis nominibus non hæc modo prærogativa, sed & singularissima quæque debebantur privilegia. Vide

8 8 supra pag. 43.

#### A D E P I S T O L A M CLXVI.

APUD QUESNELLUM CXXXV.

*Neonæ Ravennensi Episcopo.*

Col. 1405.

**H**anc Leonis epistolam e loco, quem hæcenus obtinuerat, dimovimus; cumque ad Marciani Augusti Consulatum pertinere credita sit, qui incidit in ann. Christi 451. eam modo ad Majoriani Augusti Consulatum referendam esse existimamus, hoc est ad ann. 458. Primum enim cum viginti epistolæ Leonis anno 451. datæ etiam nunc supersint, nulla tamen alia Marciani Consulatu annotata reperitur, omnes Adelphii Consulatum inscriptum habent. Quis igitur sibi persuadeat, Leonem sibi in omnibus vel levis momenti rebus constantissimum, post tot epistolas nomine Adelphii Consulatus insignitas, stylum mutasse, & de Marciani nomine apponendo cogitasse? Quod enim de hujus Augusti Consulatu in illis epistolis non meminert, non ex memoriæ lapsu vel oscitantia casuve aliquo contigisse credendum est; sed potius putandum non ita fuisse in usu per ejus Consulatum tempora numerare, licet hujus omissionis ratio non appareret. Hoc & pro certo habendum nequaquam id a Leone omittendum fuisse, si usus tulisset: præsertim cum illæ omnes epistolæ in Orientem missæ sint, & ad Orien-

tales Episcopos datæ: immo ad Constantinopolitanum Antistitem, ad Julianum Coensensem, ad Pulcheriam Augustam, ad Synodum Calchedonensem, & ad ipsum Imperatorem Marcianum. Quibus consideratis nemo sibi suadebit unicam epistolam, post illas omnes scriptam & ad Italiæ Episcopum missam, præter consuetudinem decoratam fuisse Marciani nomine.

2. Quoties unicum Consulem in epistolis suis Leo annotavit, toties Occidentalem Consulem, non vero Orientalem nominavit. Quod non in solo hujus anni Consulatu fere vicies sic annotato usurpavit; sed & in aliis pluribus. Epistola enim 18. \* an. 448. solo Posthumiano; sex anni 452. solo Herculano; quatuordecim an. 453. solo Opilione; duæ an. 455. quæ solæ sunt, Valentiniano uno; epist. 129. \* an. 458. solo Majoriano; epist. 137. \* an. 459. solo Re-cimere designantur. In quo rationem si mu habes cur tot epistolæ hujus anni 451. Adelphii potius Consulatum habeant, quam Marciani, etiam illæ epistolæ novem ad Marcianum ipsum conjugemque ejus Pulcheriam datæ; & cur epistola, quam discutimus, non debuerit annotari Marciani unius Consulatu: nimirum hæc erat, ut apparet, tunc temporis consuetudo, ut Occidentales Occidentalem, Orientales Orientalem Consulem publicis instrumentis inscriberent.

3. Numquam ita a Leone positam esse Consularem Notam, i Consulatu, sed vel Consule vel Consulibus, legenti facile est animadvertere, ut aliena manu additam nemo non videat hujus epistolæ Notam.

4. Apparet ex epistolæ hujus inspectione eam a Leone fuisse scriptam 2 ad consultationem Episcoporum illius provinciæ, quæ Ravennensi suberat, illiusque consultationis occasionem natam esse ex reditu aliquorum hominum, qui ex illis regionibus in captivitatem abducti ab aliquot annis fuerant post barbaricam aliquam irruptionem, & tunc demum ad sedes suas libertatemque redierant. Constat autem pace potitam fuisse Italiam Leonis Papæ temporibus saltem usque ad annum 451. quo volunt hanc scriptam esse epistolam. Jam quidem cœperat irruptio Barbarorum duce Attila timeri a Romanis: vastabat enim tunc temporis Gallias vir ille ad hominum terrorem natus, & merito tantam tamque vicinam Barbarorum multitudinem Roma formidabat; sed Italiam non est ingressus, nisi anno sequenti 452. quo *Attila continuo resumpta fiducia, ut Paullus Diaconus scribit, cruentus Italiam petit, Aquilejam captam funditus evadit, Ticinumque & Mediolanum regias urbes excidit.* Multum ergo verisimile est Ravennensem

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

8 Hic Quesnellus in sua editione citat canonum collectionem ab se editam initio tomi secundi, quam nos tomo III. recudentius; indicatque finem capituli 16.

1 Confer nostram adnot. 21. in hanc epi-

stolam tom. 1. col. 1408.

2 Hæc epistola ad consultationem Episcoporum provinciæ Ravennatis scripta non apparet. Encyclica videtur ad plures, uti in Admonitione observavimus tom. 1. col. 1403.



sem regionem inter Italicas nobilissimam, Attilanum expertam esse furorem (etsi civitatem ipsam Præsulis sui precibus liberatam esse nonnulli referant) plurimosque saltem ex agro & Parochia Ravennensi inde raptos in captivitatem anno 452. quando ætatis defectu nondum ullius rei firmam poterant habere notitiam, ut ait Leo, post aliquot annos, scilicet 457. & 458. discretionis annos libertatemque simul & patriam assecutos esse, & de suo baptismo dubitare cœpisse ac regenerationis gratiam ambire. Quæ Italis occasio fuit consulendi Pontificem Romanum, & Romano Pontifici ad illius regionis Episcopos hanc scribendi epistolam, sicut & aliam, propter controversias ex eadem clade & captivitate barbarica nascentes, scripsit ad Aquilejensem Episcopum, eodem hoc Majoriani Augusti Consulatu. Quam facile autem fuerit, ut errore Librariorum pro Majoriani nomine Marciani nomen irrepserit, nemo non videt: præsertim cum sæpissime ancipites & fugitivi MSS. codicum apices divinare cogant lectorem, quorum etiam penuria his nos conjecturis, si tamen meræ conjecturæ sunt, contentos esse compellit. Vix enim geminus codex MS. affuit; & ex Cantabrigensi, cujus lectiones variæ nobis transmissæ sunt, nihil lucis affulget; nisi quod humanissimus Vir Dominus Gale indicat diem, quo epistola scripta est, illic non esse annotatam: ut probabile sit Consularem quoque notam ab illo codice abfuisse. Hæc curiosius investigasse non omnino inutile fuerit: tum ad ordinem epistolarum sancti Leonis securius figendum: tum ne hac epocha amplius abutantur scriptores ecclesiastici, qui eam epistolæ Consularem notam adire solent, ut annum obitus S. Petri Chryfologi Ravennæ Episcopi investigent: immo & tempus mortis S. Germani Autissiodorensis, qui in ea professione decessit, in qua Ravennæ exceptus est a S. Petro Chryfologo hujus civitatis Episcopo.

Ibidem.

1. NEONÆ SEU NEONIE. Ita Victor. codex & indices Cisterciensis & Claromariensis cum edit. Isidoriana, neonon Ughellus in Italia sacra. Nec vero inusitatum hoc nomen est, subscripsit enim Concilio Calchedonenfi Neon Episcopus Pŷyllii Pamphiliæ. Porro ille Neon, sive Leo, ut alii, successit Petro Chryfologo an. 450. decessitque tertio sui Pontificatus anno, ut refert Ughellus.

Col. 1407.

2. INEXPIABILE SCELUS. Ad Leonis nostri sensum August. epist. 203. *Rebaptizare hominem hæreticum, omnino peccatum est: rebaptizare autem catholicum, immanissimum scelus est:* ubi, ut vides, uterque latum discrimen ponit inter catholicum qui rebaptizat hæreticum, & hæreticum qui rebaptizat catholicum.

Ibidem.

3. JUXTA HÆRETICORUM DOGMA, CON-

TRA SS. PATRUM INSTITUTA. 3 Ita Thuan. & Cantabr. at vulgat. *Juxta hæreticorum damnata a sanctis Patribus instituta.* Porro vel Donatistas mihi videtur indicare S. Leo, teste S. August. de hæresibus cap. 69. vel forsitan Novatianos & Montenses, de quibus idem affirmat Innocent. I. ep. ad Victricium cap. 8.

SENTENTIA. Ita Thuan. & Cantabr. nec- Ibidem. non Gratianus & Yvo: vulg. *doctrina.*

4. NEC VEREAMUR HUIC SALUTIS JANUAM APERIRE &c. Ita intrepide tales baptizari volebant, etiam sine apposita conditione, Patres Concilii Carthaginensis, quod quintum vocant, in cod. Afric. num. 72. Leo noster epist. 2. \* ad Rusticum Narbon. \*nunc 167. & Gregorius III. octavo sæculo: quod fere usque ad duodecimum in praxi fuit, quo cœperunt novam supplendi baptismatis viam inire. Nam Alexander III. PP. primus esse videtur, qui post annum 1160. hanc baptizandi formulam sub conditione conceptam invexit: *Si baptizatus es, non te baptizo; sed si non baptizatus es, ego te baptizo in &c.* quam ab illo hausit scholastica, quæ eodem fere sæculo nata est, Theologia.

5. PER EPISCOPALIS MANUS IMPOSIT. Eadem Ibidem. disciplinam assertam lege epist. 2. \* ad Rusticum Narbon. Inquis. 18. & epist. 129. \*nunc 167.

\* ad Nicetam Aquilejensem. Concil. Are- \*nunc 169.

latens. I. can. 8. Constantinop. I. can. 7. Siricium Papam epist. ad Himerium Tarracon. Innocentium I. epist. ad Alexandrum Antioch. Episc. & ad Victricium Rothomag.

4 Cum is ultimus ad episcopalis manus impositionem Arianos aliosque hujusmodi hæreticos recipi *sub imagine* vel *cum imagine pœnitentiæ* decernit, videtur erudito viro mediam quamdam iniisse viam inter antiquiorem disciplinam, quæ hæreticos ad Ecclesiam revertentes pœnitentiæ, & ut loquitur Cyprianus, *lamentationibus & satisfactionibus* subiciebat, & eam quam hic Leo noster indicit, quæ nihil aliud præter manus impositionem ad virtutem Spiritus sancti recipiendam, includit. Sed cum Siricius Innocentio antiquior nihil amplius quam Leo noster requirat, tale discrimen nobis probari non potest: nec aliud *per imaginem pœnitentiæ* significari putaverim, quam erroris pristini abdicationem per professionem fidei aliquasque cæremonias dejecti pœnitentisque animi indices, quæ plerumque manus impositioni præbant.

4

AD

## EDITORUM ADNOTATIONES.

3 Vulgatam lectionem revocavimus. Vide nostram adnot. 16. tom. I. col. 1407.

4 Confer nostram adnot. 25. in epist. 159. tom. I. col. 1333.

## Col. 1416. AD EPISTOLAM CLXVII.

APUD QUESNELLUM II.

*Rustico Narbonensi Episcopo.*Quo anno I.  
data sit hæc  
epist.

**H**anc ad Rusticum Narbonensem epistolam anno Christi 452. assignat Sirmondus Conc. Gall. tom. 1. cui & alii postea Scriptores consenserunt. Ratio nulla profertur, cui isthæc epocha nitatur. Hanc illos suspicor in mente habuisse. Epistolam turbulentis temporibus scriptam esse testari videntur & anxietas Rustici, quem variorum scandalorum adversitas ad abdicandam pontificiam dignitatem pene adduxerat, & variæ quæstiones, quas ex barbarica irruptione & Provinciarum clade natas pronum est credere, ut sunt illæ, quæ parvulos a Barbaris in captivitatem abductos, ab hæreticis baptizatos, gentiliter conversatos, & contaminatos immolatiis escis significant. Venit enim statim in mentem clades illa miseranda, quam Hunni duce Attila intulerunt Gallis hoc 452. anno; nec dubitatum est, quin hujus calamitatis occasione consultus a Rustico Leo noster istas ad eum litteras dederit.

Ad exordia Episcopat. S. Leonis revocanda.

1

2

Verum aliter de harum 1 ætate statuum puto. Si enim Inquisitionum tituli considerentur, quos ex plurimis codicibus MSS. restituit Sirmondus, quosque in duobus Thuaneo & Trecopithæano ipsi vidimus, difficile non erit sibi persuadere Rusticum Narbonensem occasione, non Gallicæ cladis ab Attilanis copiis illatæ, sed potius 2 Vandalicæ direptionis & persecutionis, qua regiones Africanæ longe lateque vastatæ sunt, hanc consultationem ad Leonem Papam misisse: Hoc satis innuit Inquisitio 18. *De his, qui ex Africa vel Mauritania venerunt, & nesciunt in qua secula sint baptizati &c.* Cui titulo præter MSS. codicum fidem, accedit auctoritas ex lib. 2. Auxilii de ordinatione Formosi Papæ, ubi idem legitur. Cum enim direpta maxima parte Africæ Geisericus ipsam urbem Carthaginem suæ potestati subiecisset, narrat Victor Vitenfis impium illum & barbarum Regem navibus fractis imposuisse maximam Clericorum turbam una cum Quodvultdeo Carthaginensium Episcopo,

Victor Vitenfis lib. 1. de persec. Afric.

eosque nudos & exspoliatos prospera navigatione Neapolim Campaniæ appulisse. Quin & Senatorum atque Honoratorum multitudinem primum exilio crudeli contrivit, postea transmarinam in partem projecit. Immo cunctos amissis omnibus bonis ad Italiam navigare compulit Geisericus, testibus eodem Victore, & Fulgentii actis. Nec dubium est quin plurimi quoque persecutionem fugientes in Gallias transmearint; quod & titulus seu Inquisitio 18. citata comprobatur, & suadet frequens quod Gallicanis regionibus cum Africanis semper intercessit commercium. Cum autem Carthagine positus sit Geisericus anno 439. exeunte; annis proxime sequentibus, quibus maxime furor suum exercere cœpit tyrannus, ex Africa se Catholici, & ipsi etiam Manichæi, ut ex Leonis ipsius epistolis suggerit Baronius, subdixerunt; ita ut eorum in Gallias adventus occasione dubia nata sint, quibus per S. Leonem consultum esse voluit Narbonensis Episcopus.

Ut etiam circa hæc eadem tempora, nempe ann. 442. 443. vel 444. scriptam esse creditur hanc epistolam facit, quod ex iis dubiis, quæ proponit Rusticus, nonnulla agitabantur per easdem illas regiones, eademque tempora, & de illis a Conciliorum Gallicanorum Patribus pronuntiatum est, scilicet in Arausicano I. Vasensi I. & Arelatenfi II. Conciliis. Arausicanum enim I. agit Can. 3. de pœnitentibus, qui de corpore recedunt: Can. 4. de Clericis, an iis concedenda sit pœnitentia: Can. 12. an infirmo subito obmutescenti danda sit pœnitentia: Can. 23. & 24. de continentia Diaconorum: Can. 8. 9. 21. & 25. de illicitis ordinationibus: Can. 28. de his qui professi castitatem, eam violant, ut pœnitentiæ subjiciantur. Vasense I. Can. de pœnitentibus subito mortuis, ut eorum oblationes recipiantur: Arelatense vero II. quod pleraque antecedentium istorum capita resumit, eadem quoque dubia complectitur & resolvit. Ex quibus 3 duorum unum aliquod sequi mihi videtur, scilicet vel Rusticum ad Leonem scripsisse antequam eæ difficiles quæstiones in Conciliis supradictis ventilarentur & enodarentur: 4 supervacaneum enim videretur & præter consuetudinem Gallicanam, ut post soluta in pluribus comprovincialibus aut majoribus etiam Synodis dubia,

Inquisitiones Rustici cum Synodis illius ævi collatæ.

3

4

## EDITORUM ADNOTATIONES.

1 Has litteras scriptas saltem non ante 458. probavimus in Admonitione eisdem præmissa tom. 1. col. 1409. ubi singulis Quesnelli rationibus satisfecisse nobis videmur.

2 Id refellimus in Admonitione num. 3. & 4. tom. 1. col. 1410.

3 Has duas Quesnelli conjecturas inanes ostendimus in eadem Admonitione n. 7. col. 1412.

Gallicani Episcopi post definita certe scripserit post Concilia Arausicanum I. & Vasense I. nec supervacaneum sane, nec

præter consuetudinem Gallicanam esse credidit post soluta in comprovincialibus aut majoribus Synodis dubia auctoritatem apostolicam quærunt querere, ne quid dubitationis superesset. Vide sententiam Admonit. n. 7. Similiter quidem Theodorus tiam Sedis Forojulienfis licet Gallicanus, & licet probabilius sit ille \* Theodorus, qui subscripsit Arausicano I. non dubitavit tamen a Leone de aliquot capitibus in ea Synodo definitis inquirere, ut ex iis quæ post pauca Quesnellus proferet, manifestum fiet.

nita in Synodis Gallicanis quærunt querere. Vide sententiam Apostolicam. \*Vide Adnot. 9. ad Quesn. Observat. in ep. 10.

bia, alia de eisdem consultatio haberetur : vel certe, si non præcessit has Synodos Rustici epistola, non ab illarum ætate plurimum recedere putanda est ; sed forte Rusticus existimavit illarum statutis sibi standum non esse, tum quia in multis durior disciplina apparebat, tum quod inter ipsum & Hilarium Arelatensem Episcopum, quo auctore ac præside conditi Canones fuerant, aliquid suberat similitatis, propter summam hujus in Ecclesiis Gallicanas auctoritatem, quæ Narbonensis Metropolitæ & aliorum Metropolitanorum Episcoporum splendorem obscurabat. Et quidem jam olim sub Zosimo & Bonifacio Romanis Pontificibus inter utriusque illius civitatis Episcopos gravis controversia exarserat, ut ex illorum decretis manifestum est, nec par est credere aliquid de suo jure Narbonensem umquam remisisset; præsertim cum posterus Bonifacii Papæ judicium Narbonensi Ecclesiæ sua jura afferuisset. Revera numquam illis Synodis interfuit Rusticus, quæ ab Hilario Arelatensi congregatæ sunt ex plurium Provinciarum Episcopis, quales fuere Regensis, Arausicana I. Vasensis I. & Arelatensis II. ne metropolitico juri suo ullatenus derogatum esset: nec illarum constitutis parendum sibi esse existimavit, ne illius jurisdictionem agnosceret, a quo ut totius Synodi præside condita maxime fuerant & promulgata.

Ad 5 Rusticum etiam aut aliquem alium Metropolitanum, qui se eam ob causam Synodo sinitere neglexerat, vel consentire recusabat, pertinere arbitror Synodi Arausicanæ I. Can. 29. quo Episcopis illis pœnæ intentantur, qui vel per se, vel per Legatos, præfentes se Synodis non exhibuerant, aut non essent deinceps reddituri. *Non ita, inquit, prætereunt eos, qui Synodo aut per se, aut per consensus suos, vel a vicem sui per Legatos destinandos adesse detrectant: ut sibi supra nos illi placeant, qui Patrum statuta despiciunt &c.* Ex his enim verbis intelligis aliquos fuisse, qui non modo per se, aut per Legatos, sed nec per consensus suos Synodorum illarum participes fieri volebant quod de Rustico magis, quam de quoquam alio cogitare promptum est, propter contentionem quam Arelatensi moverat de juribus Ecclesiæ suæ: vel (quæ erat prior nostra ratio) propter durioris disciplinæ austeritatem, quam emolliendam esse Leonis responso sperabat. Scilicet cum Romæ olim commoratus esset Rusticus, ut testa-

tur S. Hieronymus in epistola ad ipsum, multa illic aliter usurpari viderat, quam in Galliis agerentur. Et revera Romana hujus Leonis epistolæ disciplina in multis diversa apparet a Gallicana: quod paullo accuratius discutere supervacaneum non erit.

Nam Arausicanæ Synodi I. Canon. 3. reconciliatoriam manus impositionem pœnitentibus, qui de corpore recedunt, concedi verat. S. Leo in epistola 83. \* ad Theodorum cap. 4. iisdem præcipit communionem non negari.

Can. 12. statuit subito obmutescenti pœnitentiam dari posse, si voluntatis aut præteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu: 6 communionem vero dandam non esse, satis silentio suo testatur: quam tamen Leo noster ibidem concedendam esse decernit.

Can. 4. asserit pœnitentiam desiderantibus Clericis non negandam. Clericorum porro nomine si, quod plerumque fit cum nihil additur, omnium Ordinum Clericos comprehendit, contrarius est Leoni, qui ad Inquisit. 2. hoc alienum esse ait a consuetudine ecclesiastica, ut Præsbyteri vel Diaconi per manus impositionem remedium pœnitentiæ accipiant.

Can. 22. 23. & 24. Clericos omnes inferiores, etiam Subdiaconos, a lege continentia absolvunt, dum eam solis imponunt Diaconis, & iis qui supra Diaconos sunt. S. Leo ad Inquisit. 3. *Lex continentia*, inquit, *eadem est ministris altaris, quæ Episcopis atque Præsbyteris: qui cum essent Laici, sive Lectores, licite & uxores ducere & filios procreare potuerunt; sed cum ad prædictos gradus pervenerint, capit eis non licere quod licuit: ubi dubium non est quin inter altaris ministros, & eos qui ad prædictos gradus pervenerint, Subdiaconos numeret, cum præsertim ultra Lectorum licitum non esse conjugium Clericis asserat, & seipsum satis explicet in epistola ad Anastasium Thessalonicensem circa idem tempus data, in cujus capite 4. diserte Subdiaconis per legem ecclesiasticam interdictum esse matrimonio asseverat.*

Can. 25. ad Subdiaconatum promoveri sinit eum, qui duplicata matrimonia incidit, etsi ultra vetet. Leo noster cap. 3. epistolæ 10. ad Viennensis Prov. Episcopos ad sacram militiam eos non permittit accedere, qui vel viduæ sunt aut fuerunt mariti, vel non unius tantum uxoris viri fuisset

Romanæ & Gallicanæ disciplinæ discrimen. \* nunc 108.

6

## EDITORUM ADNOTATIONES.

5 Hæc non solum gratis, sed etiam falso scribuntur de Rustico, qui cum absque difficultate interfuerit duabus Synodis Ravennii Arelatensis, perperam eam ob causam neglexisse, aut non consensisse creditur aliis Synodis S. Hilarii, ne metropolitico juri suo ullatenus derogatum esset &c. Hac enim de causa a Ravennii Synodis æque abstinuisset.

6 Cum idem canon æque de baptismo ac de pœnitentia loquens decernat obmutescentem,

prout ejus status est, baptizari, aut pœnitentiam accipere posse, si voluntatis &c. nomine pœnitentiæ etiam communionem, seu reconciliationem videtur comprehendere: sicut enim non repugnat ei baptismatis sacramentum conferri, ita nec pœnitentiæ sacramentum: cum præsertim de eo statu sit, cui sola pœnitentia, quam in eo statu perficere nequit, sine reconciliatione inaniter subveniretur.

se monstrantur: *Quod nos quidem*, inquit, *servantes legalia constituta solertius volumus custodiri, non solum circa Sacerdotes, sed circa Clericos quoque minoris officii.* Quod longe recedit ab illo Gallicano Canone.

Valensis I. Canon. 2. statuit: *Pro his qui poenitentia accepta in bonæ vitæ cursu satisfactoria compunctione viventes, sine communionis inopinato nonnumquam transitu in agris aut in itineribus præveniuntur, oblationem recipiendam, & eorum funera, ac deinceps memoriam ecclesiastico affectu prosequendam &c.* Quibus verbis patet Ecclesias Gallicanas poenitentibus improvise obitu decedentibus post mortem communicasse, etsi eisdem viventibus, utpote poenitentiae stadium decurrentibus, non communicavissent. S. Leo e contra ad Inquis. 8. respondens, ait: *Horum causa Dei iudicio reservanda est, in cuius manu fuit ut talium obitus usque ad communionis remedium differretur: nos autem, quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.* His non multum dissimilia scribit ep. 83. \* ad Theodor. Foroj. cap. 3.

\*nunc 108.

Has libuit sanctiones referre & mutua collatione versare, ut & disciplinæ varietas in variis Ecclesiis etiam vicinis eluceat, & simul quid, ad consulendum de his Leonem Papam, moverit Rusticum intelligeremus: quod & ad ipsius epistolæ ætatem figendam plurimum facit.

Unum & alterum addam, quod conjecturas nostras firmare potest. 7 Primum est, de una forsan illarum Synodorum, quas memoravimus, Leonem loqui cum initio sermonem habet de *Gestis, que in Episcopo-*

*rum honoratorumque examine confecta sunt recensitis*, ut paulo post aliquam illarum scripsisse credatur. Alterum est, dejectionem illam & pusillanimitatem, cui se dabit Rusticus occasione scandalorum, quæ passim enascebantur, non videri esse ejus Episcopi qui in ea dignitate tenuisset, nec trepidationem illam in morbis Ecclesiæ curandis medici esse peritissimi, quo nomine Rusticum appellat Ravennius invitans eum ad Synodum Arelatensem III. anno 455. ut Sirmondus conjicit, congregatam in causa Lirinensis Insulæ, quem triennio solum antecedit annus 452. cui assignandam putavit hanc epistolam Sirmondus; magis autem convenit initiis Episcopatus ejusdem, vel annis qui ab illis initiis minus recedunt. Cum enim aliquot episcopalis administrationis anni tam gravis oneris pondus difficultatemque retexissent, tunc cœpit vir in pace & quiete Monasterii educatus, tanto oneri imparem se sentire, vacationem optare ab Episcopatus laboribus, & reliquum vitæ tempus in silentio & pace velle degere, ita ut opus habuerit S. Leo animos illi adhortationibus suis addere, & contra hujusmodi terrores spe cælestis adjutorii eum communire.

Ad hunc Rusticum egregia S. Hieronymi Quis fuerit Rusticæ, immo *pubertatis incentiva*, ut loquitur, *calcantem & perfectæ ætatis gradum scandentem*, ad monasticam vitam instituit. Patria Massiliensem eum fuisse elicio ex epistola S. Hieronymi jam laudata, ubi Rusticum 8 in materna domo adhuc commorantem ad Proculi Massiliensis Episcopi disci-

bon.

8

## EDITORUM ADNOTATIONES.

7 Utramque conjecturam refellimus in Admonit. n. 8. tom. 1. col. 1413.

Rusticus 8 *In materna domo*, inquit Quesnellus ex sua sententia, qua Rusticum nondum monachum fuisse putat, cum ad eum S. Hieronymus scripsit: monachatum enim ejus non in monasterio Massiliensi, sed in Tolosano adstruere deinceps pluribus nititur. Non assentitur Tolosano. Inscriptio, quam idem Quesnellus postea exhibet, cum Rusticum *Episcopi Venerii socium in monasterio*, idest, monachum & ejusdem *Compresbyterum Massiliensem* fuisse testatur, Massiliense monasterium satis obvye indicat. Hieronymus quidem in epistola olim 4. nunc in editione Veronensi 126. ad eundem Rusticum, eum & in inscriptione monachum, & in contextu apud Massiliam degentem significat. Id Quesnellus ex eo solum impugnat, quod hæc ad Rusticum litteras datas existimet ante aliam Hieronymi epist. 11. nunc 123. ad Ageruchiam, quam scriptam censet an. 407. quo nondum Joannes Cassianus Massiliense monasterium condiderat. At præterquamquod haud certum est quod Quesnellus præsumit, nimirum nullum aliud monasterium apud Massiliam existisse antequam illo, quod Joannes Cassianus post an. 407. Massiliam se se recipiens extruxit: Hieronymi epistola ad Rusticum certo certius scripta est post Rufini mortem. *Gruntius* enim, qui in ea mortuus memoratur n. 18. non alius est nisi Rufinus

Aquilejensis. Is autem obiit an. 410. ac propterea ea epistola commode assignanda est ann. 411. cum jam monasterium Massiliense a Joanne Cassiano conditum fuerat. Apud Massiliam ergo monachi vitam una cum Venerio Rusticus agebat, cum ad illum S. Hieronymus scripsit: nec quicquam cogit, Tolosano monasterio illum addicere. Ita sane congrue intelliguntur illa ejusdem epistolæ S. Hieronymi de S. Exuperio Tolosano Episcopo: *Hujus tu e vicino sectare vestigia: & illa de Proculo Massiliensi: Habes isthinc sanctum doctissimumque Pontificem Proculum, qui viva & presenti voce nostras schedulas superet, quotidianisque tractatibus iter tuum dirigat.* Videtne discrimen formularum? De Episcopo Massiliæ Hieronymus loquitur uti præsentem, eo quod Rusticus in Massiliensi monasterio vitam ageret: S. Exuperium vero *vicinum* indicat, propterea quod Tolosa licet distaret a Massilia, præ Palæstina tamen, ubi erat Hieronymus, illi erat vicina. Quod si epistola Hieronymi ad Rusticum scripta est an. 411. nulli fundamento incumbunt, quæ Quesnellus conjicit de Sisinio monacho Tolosano, ac si is sub an. 406. in Orientem missus a S. Exuperio, Rustici litteras ad Hieronymum primum attulerit, & Hieronymi epistolam eodem anno reddiderit Rustico. Hoc enim anno Rufinus nondum obierat.

Hieron. ep.  
4. ad Rust.  
sub finem.

sciplinam remittit. *Habes, inquit, isthic sanctum doctissimumque Pontificem Proculum, qui viva & presenti voce nostras schedulas superet, quotidianisque tractatibus iter tuum dirigat.* Suffragatur inscriptio Narbonensis, ubi & Venerii Massiliensis Episcopi socius in Monasterio fuisse, & ejusdem Ecclesiæ compresbyter legitur.

Ibid. post  
init.

Rusticum ait Hieronymus religiosam habuisse matrem multorum annorum viduam, quæ aluit, quæ erudit infantem, ac post studia Galliarum, quæ vel florentissima erant, misit Romam, non parcens sumtibus, & absentiam filii spe sustinens futurorum. Quod cum se audisse testatur: *Audiodio, inquit, religiosam te habere matrem &c. non abs re est existimare Rusticum, cum de vita instituenda Hieronymum vellet consulere, litteras suas Sisinnio dedisse perferendas: illi, inquam, Sisinnio Monacho, quem legavit in Orientem S. Exuperius Tolosæ Episcopus cum ingenti pecunia, quam in Monachorum Palæstinæ & Ægypti subsidia destinabat. Non unius enim Exuperii litteras ad Hieronymum detulit Sisinnius, sed & aliorum Tolosani Monasterii Monachorum Minerii & Alexandri, & sanctorum Presbyterorum Riparii & Desiderii, qui etiam ad ipsum Vigilantii libros miserunt; necnon plurimum tam virorum, quam mulierum. Multas enim, ait ipse, sanctorum fratrum ac sororum de vestra Provincia ad me detulit questiones Sisinnius.*

Hieronym.  
epist. 152.  
ad Mine-  
rium &  
Alex.

Quos inter Rusticum numero, qui Massiliæ habitans Monacho huic navem in illius civitatis portu scandenti ad Hieronymum litteras dedit, cujus fama universas Orbis Christiani regiones, sed præcipue Gallicanas longe lateque pervaserat; atque ex hujus perlatoris colloquiis de Rustici genere, studiis, & ejus matris pietate audire ea quæ refert, facile potuit. Illud etiam persuadet de Exuperio elemosynisque ejus in Palæstinam delatis injecta mentio, de quibus ita loquitur, ut de re præsentis: quod constat ex ipso Hieronymo anno Christi 406. contigisse. Unde necesse est circa idem tempus scriptam fuisse Hieronymi epistolam ad Rusticum. Quæ quidem ideo curiosius investigare volui, quod inde lucis non nihil affulget ad inquirendum Rustici Monasterium, de quo inscriptio Narbonensis mentionem facit. In Massiliensi illum constituerat vir eruditus Stephanus Baluzius; sed cum aliquid incommodi in ista opinione occurreret, Lirinensi eum Monasterio vindicandum esse postmodum existimavit. Ego nec in hoc, nec in illo Monachum egisse Rusticum facile probare posse mihi videor, sed Tolosani potius Monasterii alumnum fuisse existimo. Enim vero constat epistolam ad Rusticum scriptam esse ab Hieronymo aliquo saltem tempore ante vastitatem Galliis illatam a Barbarorum exercitu, quam idem deslet in epistola ad Ageruchiam de Monogamia. Cum enim Aquitanix & Narbonensis, aliarumque Provinciarum urbes ultimo die anni 406. vastare gladius vel pre-

Hieronym.  
epist. 11. ad  
Ager.

mere famæ cœperit, nec de iis mentionem facere omisisset Hieronymus, nec Exuperius ad Palæstinæ & Ægypti regiones opes & subsidia transmisisset, quæ suis maxime tunc necessariæ fuissent. Nondum autem ea tempestate apud Massiliam sedem constituerat Joannes Cassianus, necdum exstruxerat suum Monasterium. Cum enim de rebus optimi Magistri sui Joannis Chrysostomi plurimum sollicitus esset, cujus etiam nomine litteras ad Innocentium detulerat, fas non est credere eum Romam reliquisse ante sancti hujus Episcopi mortem, quæ anno 407. contigit, & per quam ejusdem causa finita est. Lirinense vero Monasterium vix tum exurgebat, nec ita saltem celebre evaserat, ut e regione satis remota Rusticum sua fama exciret: cui S. Hieronymus antiquum Tolosæ indicabat cœnobium, in quo monasticæ vitæ instituta vigeant, quod insuper Exuperii, qui episcopali sollicitudine, vitæ exemplo, & caritate in pauperes erat insignis, præsentia plurimum commendabat. Quin enim in sancti illius Episcopi manu essent Narbonenses Monachi, dubitare non possumus; cum ex illis Sisinnium assumtum legimus, qui illius elemosynas in Palæstinam & Ægyptum usque deferret.

2. Cum eundem Rusticum monasticam vitam aggredi meditantem ad Proculi Massiliensis doctrinam & monita, & ad Exuperii exemplum remiserit Hieronymus, nemo crediderit illum facile ab istorum Episcoporum vicinia longius recedere voluisse, qui quanti Hieronymi consilia faceret, satis indicavit, cum eum in transmarinis & remotissimis ab Orbe Gallico regionibus commorantem, ignotus licet consulere non dubitavit.

3. Nullam idem Doctor vel Lirinensis eremi vel cœnobii Massiliensis habet mentionem; sed ad Tolosanum potius Monasterium invitasse videtur juvenem illum his verbis: *Hujus ( Exuperii ) tu e vicino sectare vestigia, & ceterorum qui virtutum illius similes sunt, quos Sacerdotium & humiliores facit & pauperes.*

4. Cum hoc solo Galliarum Monasterio litterarum & pietatis commercium habuisse videtur Hieronymus: unde & frequentes illinc ad ipsum litteræ scriptæ sunt, & de Exuperio crebrior mentio facta, & major erga Tolosam affectus, ex quo subortæ lacrymæ cum illius excidium in memoriam revocaret: *Non possum, inquit ad Ageruchiam scribens, absque lacrymis Tolosæ mentionem facere.* Quamobrem de alio cogitasse Monasterio credendus non est, cum illius Provinciæ homini de ineundo monasticæ vitæ instituto consulenti rescripsit. Hoc forte unum olim viderat, cum aliquando Gallias peragraret. Certe nondum Lirinensis vel Massiliensis fundamenta jacta tunc fuerant.

5. Hoc etiam addo, quod si Venerius Massiliensis & Rusticus Narbonensis Episcopi ex insula Lirinensi ad sacerdotalem insulam evocati fuissent, vix fieri posset quin

aliqua hujus rei vestigia in antiquis monumentis exstarent, cum celeberrimi fuerint inter Gallicanos Episcopos. De his Hilarius Arelatensis Episcopus verba fecisset, qui eodem tempore in Lerino vivebat, sub eademque Honorati disciplina; vel Hilarii Vitæ auctor alter Honoratus Massiliensis Episcopus. De his Eucherius non siluisset, eum ad Salonium filium Instructiones scribens eos commemorat, quorum ille conversatione vel monitis in Insula profecerat. Sed Apollinaris præsertim Sidonius in suo ad Faustum Rejensem Eucharistico, ubi huic præcipuos Insulæ illius incolas in memoriam revocat, Caprasium scilicet, Lupum, Honoratum, Maximum, Eucherium, Hilarium, quorum Faustus socius fuerat, numquam aut Venerium aut Rusticum omisisset recensere: cum & ille adeo commendatus fuerit, ut de illius in Monasterio condiscipulatu gloriandum sibi duxerit Rusticus in illa celebri Inscriptione, quam posteritati excudi curavit, & eundem inter paucos primum nominandum esse existimaverit Cælestinus Papa scribens ad universos Galliarum Episcopos de S. Augustino ejusque scriptis. Rusticus vero ipse percelebris erat, insignis Ecclesiæ præfulatu, in quo triginta & amplius annis claruit, Ravennii Arelatensis Episcopi testimonio, qui ejus præcipue opem desideravit, tamquam peritissimi inter Gallicanos Episcopos, ut controversia inter quosdam illarum partium Antistites, & Faustum Lirinensem Abbatem exorta tandem componeretur in Concilio III. Arelatensi, ut ex tractoria Ravennii epistola intelligere est. Sed & ipsius Hieronymi epistola ad eum scripta nota erat in Galliis, in quibus quo loco jam tunc haberentur sancti hujus Doctoris scripta, testatur Can. 4. Concilii Vasensis I. anni 442. a quo laudatur epistola ejus ad Nepotianum. Denique Chronologia Lirinensis, cujus auctor nulli pepercit labori ac diligentia in conquirendis iis omnibus, quæ celeberrimi Monasterii honori conducebant, eosque præsertim numeravit, qui illud pietate sua ornassent aliquando, nihil prorsus de egregio

illo Episcoporum pari recensuit: de quo proinde ne apicem quidem reperiisse credendus est in antiquis & bene multis, quæ excussit vel repræsentat monumentis.

6. Etsi non decretorium argumentum petatur ex Narbonensis urbis & Monasterii Tolosani situ ac vicinia (in eadem quippe Provincia sita erant) magis tamen pronum est, ut credamus ex illius Parœciæ cœnobio, in quo florebat monastica disciplina, assumtum fuisse Episcopum, quam ex Lirinensi, quod ab illa civitate longo spatio dividebatur.

7. Cum Ravennius Arelatensis Episcopus invitaret, ut Arelatum pro causa Lirinensis Insulæ terminanda convenirent, encyclicam per Gallias misit epistolam. Hoc autem maxime observandum, quod cum aliquid speciale insertum haberent exemplaria ad eos missa, qui ex ipsa Insula fuerant assumpti; hæc scilicet verba: *Beatitudinem vero vestram præcipue adesse convenit, quos Insula ipsa velut sinu quodam genitricis fovens, ad eam gratiam, que nunc in vobis est, Domino instigante, produxit*: satis patet ex eorum numero non fuisse Rusticum, ad quem missum exemplar, non illa verba, sed hæc alia substituta continet ad calcem epistolæ generalis: *Ac præcipue Beatitudo vestra, ut adsit primum deprecamur: quia gravior infirmitas necessario medicos peritissimos inquirat*.

Fuerunt hæc Rustici initia: quibus ita vixit in Monasterio, ut Clericus esse meruerit (quemadmodum eum hortabatur Hieronymus) ac postmodum ad pontificalem dignitatem fuerit evectus. Quo vero id anno contigerit, difficile est dicere. Conjicit laudatus ac sæpe laudandus Baluzius Rustici ordinationem ad annum Christi 430. referendam esse. An feliciter illi cesserit conjectura, decerni non potest, nisi inspecta, & explicata celebri Inscriptione Narbonensi, quam notis suis ad Salvianum, & supplem. lib. 5. Concord. Sac. & Imp. inseruit: quæ ex inquirendi initii Episcopi Rustici consilio, hic non potest omitti.

## INSCRIPTIO VETUS

QUÆ EXSTAT NARBONE IN PALATIO ARCHIEPISCOPALI  
IN ARA MARMOREA.

Ex Jani Greuteri Inscriptionibus, pag. 1058. & ex Stéphano Baluzio.

DŌ. ET XPŌ. MISERANTE. LIM. HOC. C. L. K. T. E. ANNO. IIII. CS. VALENTINIANO. AUG. VI. IIII. KL. D. XVIII. ANNO. EPTVS. RUSTI.....  
IUSTICVS. EP̄S. EP̄I. BONOSI FILIVS  
P̄ ARATORIS. DE SORORE NEPVS  
P̄ VENERI SOCI. IN MONASTERIO †  
OMP̄RB. ECCLE. MASSILIENS.  
ANNO XV. EPTVS. SVI. D. ANN. V. IIII. D. OCT̄B.  
SVRSOP̄RB. IHERMETE DIACO. ET IOR. SEQ. T. IB. NECESSAR. REPROMITENS. QVAE PER  
COEP. DEPŌN. PARIET. ECCL. D. VD. EXVSTAE  
XXXVII. D. QVAD. INFVNDAM. PONI. COEPI.  
ANNO II. VII. ID. OCT̄B. ABSID. P. F. MONTANVS. SVB̄D.  
MARCELLVS. GALL. PR̄EF. DI. CVLTOR. PRECE  
EXEGIT. EP̄M. HOC. ONS. SVSCIP. IMPENDIA  
BIENN ADMINIST. SVAE PREB̄. ARTIFL. B.  
MERCED. SOL. OC  
ADOPER. E CETER. SOL. ID  
IINC. OBLAT. SCI.  
EP̄I. VENERI SOL. C.....  
EP̄I. DYNAMI L.....  
ORES. CC.....  
AGROECI I.....  
ET DECONIAE .....  
SALVTI .....

## Explicatio Inscriptionis Narbonensis.

**D**EO & Christo miserante, limen hoc collocatum est anno quarto: Consule Valentiniano Augusto vi. 3. Kalendas Decembris 19. anno Episcopatus Rustici ... Rusticus. Episcopus Episcopi Bonosi filius, Episcopi Aratoris de sorore nepos, Episcopi Venerii socius in Monasterio, compresbyter Ecclesie Massiliensis; anno 15. Episcopatus sui die anni quinta, 3. Idus Octobris, cum Urso Presbytero, Hermete Diacono, & eorum sequentibus, cepit deponere parietem Ecclesie dudum exuste. Trigesima septima die Quadratum in fundamento poni cepit. Anno secundo, 7. Idus Octobris Absidem poni fecit Montanus Subdiaconus. Marcellus Galliarum Praefectus, Dei cultor, prece exegit Episcopum hoc onus suscipere, impendia necessaria reprovittens, quae per biennium administrationis suae praeuit artificibus mercedem solidorum sexcentorum ad operas, & ceteri solidos mille quingentos ... Hinc oblationes sancti Episcopi Venerii solidos C.... Episcopi Dynamii L... Oresii. CC... Agroecii I... & Deconia ... saluti ....

Tom. II.

Præcipua difficultas versatur in explicatione supremæ linæ hujus inscriptionis.

LIMEN HOC COLLOCATUM EST ANNO QUARTO, CONSULE VALENTINIANO AUGUSTO SEXTUM: quibus verbis hunc sensum tribuit Baluzius: Positum Basilicæ limen fuisse anno quarto ab ineunte sexto Valentiniani Consulatu, qui incidit in annum Ch. 445. Annos namque, inquit, ab ultimo Consulatu primum, secundum, & tertium, &c. numerabant, quousque rursus capesserent Consulatum, ut patet ex antiquis inscriptionibus. Quamobrem anno 448. qui ab anno 445. quartus fuit, collocatum limen putat; qui cum decimus nonus esset Episcopatus Rustici, restat ut anno 430. Narbonensis Ecclesie praefectus fuerit.

Non moleste feret vir eruditus hanc suam interpretationem ad incudem a nobis revocari, ut exordia Episcopi Rustici non ignoremus. Non possum igitur mihi persuadere 9 hanc annos numerandi rationem ab uno Imperatorum Consulatu ad alterum in usu per id temporis fuisse.

Primum enim Onuphrius, in hujusmodi controversiis testis locuples, scribit, eam nume-

Iiiii 2

me-

Onuphr.  
comm. in  
Fast. Con-  
sul. lib. I.

## EDITORUM ADNOTATIONES.

Formula signandi aliquot inveniuntur computandi primum annum post Consulatum hac formula: Anno ex. currentem gr. 449. Post Consulatum Zenonis & Posthumiani, qui fuerunt Consules an. 448., idque etiam si notati essent Consules ordinarii anni currentis. Hinc in pseudosynodo Ephesina an. 449. VI. Idus Augusti laudata formula legitur tum in Græco originali tom. 4. Concil. Venetæ editionis col. 889. tum in antiqua versione a Baluzio recognita not. a., cum tamen Protogenes Orientalis Consul ordinarius ejusdem anni 449. signatus in actis Constantinopolitanis eidem pseudosynodo insertis col. 1027. & 1030. Patribus ignotus esse non posset. At per hæc quoque tempora signatum quoque fuisse annum secundum, tertium, & (ut in nostro documento) quartum post Consulatum, nullo exemplo probabitur. Multo autem minus afferetur exemplum, quo probetur adhibitam fuisse formulam. ANNO IIII. CS. VALENTINIANO

AUGUSTO VI. idest anno quarto Consule Valentiniano Augusto VI. Si enim hoc ævo usu recepta fuisset laudata formula in notandis annis 2. 3. 4. &c. scriptum legeremus anno quarto P. C. idest, post Consulatum Valentiniani Augusti VI. Hinc ergo optime interpretatus est Quesnellus, limen Ecclesie positum fuisse anno quarto post initium fabricæ Consule Valentiniano Augusto VI. Interpretatio autem Baluzii, quam dein Quesnellus profert, duplici ex capite corrui, tum quod alienum est a more ejus temporis designare quartum annum post Consulatum, tum quod ea formula anno quarto Consule &c. numquam fuit adhibita, ut quartus annus post Consulatum designaretur. Hæc pro vindicanda Quesnelli interpretatione sufficiant, ut nihil movere debeant nonnulla, quæ hic in rem suam fusius, sed non admodum accurate profectus est: neque enim singula vacat expendere.

merandi annos rationem longe post Rustici Narbonensis tempora iniri coeptam. Roma enim per bellum Gothicum, imperante Justiniano, sæpius obfessa, capta, populata, & aliquando diruta & incensa: Regibus vero Gothorum, qui Consules Occidentales designabant, bello occupatis, intermissum est in Occidente Consulare nomen, & etiam in Oriente neglectum, ita ut viginti & quinque annis sine Consule fuerit. Initio autem imperii Justinii junioris Augusti, dignitas Consularis iterum usurpata coepta est, sed alia ratione atque ab antiquis. Nullus enim deinceps privatus Consul ordinarius fuit: soli Imperatores, quorum primus Justinus junior fuit, Consules circa principia imperii semel tantum creabantur in annum; Consulatusque anno exacto, Imperii deinceps annos, ab ipsorum Consulatu, hac ratione numerabant: *Post Consulatum Imp. N. anno primo. Iterum P. C. Imp. N. tertio. P. C. Imp. N. quarto &c.* Hæc Onuphrius *Fastorum Patrum* dictus.

2. Aliquando anni quidem notati inveniuntur hac formula *Post Consulatum &c.* cujus exempla aliqua habes in Canonum codice Africano: ubi aliquot Conciliorum ætas hoc modo designatur. Sed hoc non aliam ob rationem factum est, quam quia adhuc tunc Consules Africanis nuntiati non erant: nam certa erat regula, ut tunc illa annos notandi formula usurparetur contra consuetum Notarum Consularium morem. Quamdiu enim dignitas Consularis perseveravit, quod in Occidente factum est usque ad Justiniani Imperatoris tempora & bellum Gothicum-Italicum per uniuscujusque anni Consules ordinarios, tempora notata sunt, annique computati. Cum igitur anni 448. Consules ordinarii fuerint Zeno & Posthumianus, ut *Fasti* indicant, & Leonis nostri epistolæ duæ, omnesque Chronicorum Scriptores; valde insolens esset in publica Inscriptione, quam posteris usui futuram volebat Rusticus, non tritum ab eo numerandi modum usurpatum fuisse.

3. Si ita tamen voluisset, non scripsisset: *Anno quarto Consule Valentiniano Augusto sextum*: sed *Post Consulatum sextum Valentiniani Aug. anno quarto*. Prima enim verba ad posteriorum sensum trahi vix ac ne vix quidem possunt, nec puto umquam eo sensu esse usurpata.

4. Nec postrema, quæ posuimus, verba, *Post Consulatum &c.* inscribere lapidi curasset Rusticus. Hanc enim numerandi rationem tunc solummodo in usum vocabant, cum ordinarii Consules non erant designati, seu nondum noti aut nuntiati.

*Onuphr. in advertendum*, inquit Onuphrius, illas noli. *lib. I. Fast. P. C. interpretari debere, quo anno nullus Consul ordinarius erat, perinde ac si quis diceret: Annus sine Consulibus, qui fuit post Consulatum N.* Quis porro dixerit Posthumianum & Zenonem, qui fuere anni 448. Consules, III. Kalendas Decembris non esse designatos; cum jam a mense Mar-

tio eorum Consulatu epistolam suam ad Dorum Beneventanum Episcopum notaverit Leo noster? quis putet eosdem nondum tunc in Gallicana provincia cognitos, tam vicina, inquam, provincia, quæ Præfecti Prætorio sedem habebat?

Ex quibus manifestum, aliam ineundam esse hujus Inscriptionis explicandæ viam. Convenientiorem porro nullam invenio, quam ut quartum illum annum, de quo agitur, non a Consulatu sexto Valentiniani, sed a jactis Basilicæ fundamentis numeremus. Familiare enim erat antiquis, ut quo tempore construi ædificium publicum coeptum erat, quoque perfectum, hujusmodi inscriptionibus notum posteris vellent: qui ritus semper in usu fuit, & hodie etiam ubique usurpatur. Hoc ergo voluit Rusticus significare, per quatuor annos ædificatam esse Narbonensem Basilicam, seu quarto anno esse absolutam a quadrato saxo posito, id est a jactis fundamentis, usque ad limen collocatum seu finem operi impositum. Saxum enim quadratum in fundamento poni solebat: unde Livius libro 6. scribit: *Capitolium saxo quadrato substructum*: exinde absolute *Quadratum ponere* idem apud antiquos ac fundamenta jacere, primumque lapidem ædificii ponere, ut in hac Inscriptione. Similiter quoniam nonnisi absoluta domo limen poni consuevit, idem antiquis fuit absolutum esse ædificium, ac limen collocatum seu finem operi impositum. Unde Institutionum Justiniani lib. 1. tit. 12. *Limena sicut in domo finem quemdam faciunt, sic Imperii finem limen esse veteres voluerunt. Hinc & limen dictum est, quasi finis quidam & terminus.*

Confirmatur sententia nostra ex eo, quod postquam in ipso Inscriptionis capite lineæ oblonga contento, generatim significavit quatuor annos in construenda Basilica esse consumptos, consequenter in reliquis, quid quolibet anno, quoque progressu præstitum sit, singillatim explicat. Primo scilicet & Basilicam veterem depositam, & novæ jacta fundamenta. Secundo, ab eadem positam, illudque omne biennii opus Marcelli Præfecti impensis esse perfectum; altero denique biennio, residuum operis ex oblationibus sanctorum Episcoporum aliorumque esse absolutum.

At, inquires, ab anno decimo quinto Episcopatus Rustici ad decimum nonum, non quatuor anni, sed quinque numerantur. Responderi potest a jacto quadrato lapide ad limen positum quatuor annos numerari cum decem fere diebus, vel ad summum quindecim, si trigesima septima illa dies a die ordinationis computetur: quæ potius a die, quo deponi coepit existæ Ecclesiæ paries, numeranda videtur. Hoc porro tanti non erat, ut rotundus numerus quatuor annorum augeri deberet, quindecim dierum mentione. Certe non eadem religione numerandi dies & anni, qui ab incepto ædificio fluxerant, qua Episcopatus tempora ac pene momenta: præsertim cum in exstruendis mo-



libus lapideis plurimi dies sine labore intermittantur, & multi forsan post fundamentum positum fluxerint, antequam operi manus admoveretur.

Illam Inscriptionis vocem, *Quad.* de *Quadrato* lapide in fundamentis posito explicuimus: quod & allata Livii auctoritas confirmat. Qui de die 37. *Quadragesima* locum illum interpretantur, a genuino sensu aberrant: nec enim usurpatus uspiam legitur talis computandi modus, nec verisimile est, per sanctæ hebdomadæ dies, Paschati proximos, sacrisque solemnibus occupatos, manum ædificandæ Basilicæ primum esse admotam. Denique a tertio Idus Octobris ad diem 37. *Quadragesimæ* sex fere menses interfluunt, qui certe deponendo veteris Ecclesiæ parietis necessarii non erant.

His ita explicatis, clarum evadit ipso sexti Consulatus Valentiniani Aug. anno scilicet 445. absolutam esse Basilicam Narbonensem, qui genuinus est sensus verborum istorum: *Consule Valentiniano Aug. VI.* qui annus erat decimus nonus Episcopatus Rustici, quem proinde anno Domini 427. ordinatum esse oportet, triennio ante Baluzianam epocham. Hæc paullo scrupulosius discussisse, tum quoad Rustici Monasterium, tum quoad Episcopatus ejus exordia, operæ forsan aliquando pretium erit. Historicæ salutem veritati utile est, & notitiæ Episcopatum Gallicanorum, quæ per illa tempora admodum obscura est & incerta.

Hæc a me superius scripta in prima mea editione optassem, ut attentius perpendisset eruditissimus Baluzius, antequam nostram illius particulæ Inscriptionis explicationem convellere niteretur, uti conatus est in *Notis ad Regum nostrorum Capitularia* tomo 2. pag. 1252. Pauca hic reponam, si prius virum clarissimum de nonnullis amice præmonuero.

Ac primum quidem illum meminisse oportet hoc inter nos in quæstionem non vocari, utrum ante Rustici Narbonensis tempora usurpata sit hæc formula *Post Consulatum*: quis enim vero istud negaverit? sed utrum tunc usurpata sit cum currentis anni Consules & creati & his qui publica acta conficiebant non ignoti.

2. Frustra molem exemplorum congeri pro eadem formula *Post Consulatum*, cum nihil tale occurrat in Inscriptione.

3. Nullum adduci posse exemplum in quo per illa tempora annus a Consulatu jam ante tres annos elapso notatus habeatur.

4. Hanc annos numerandi rationem, quam vis doctus tam animose tuetur in Inscriptione, ipso fatente insolentem esse & a communi usu discrepantem.

Denique vel ex sola regula de ista formula *Post Pascha* in *Formatis* apponenda, quam pro se ipse adducit ex Concilio Carthaginensi, litem facile dirimi de Formula *Post Consulatum*. Cum enim prior illa de Paschate tunc solummodo usurparetur cum Paschæ dies vel erat incerta, vel nondum annotuerat; idem omnino de formula *Post*

*Consulatum*, dicendum esse manifestum est. Unum enim cum altero componunt Concilii Patres. Hæc sunt verba: *Formata, quæ a Primatibus vel a quibuscumque Episcopis, Clericis propriis dantur, habeant diem Paschæ. Quod si adhuc ejusdem anni Paschæ dies incertus est, ille præcedens adjungatur quomodo solet, POST CONSULATUM, in publicis gestis adscribi.*

Est canon CVI. codicis Africani, conditus in Concilio Carthagine celebrato sub Aurelio Primato anno 407. Quamobrem non debuerat a viro tam erudito ex Concilio Milevitano secundo assumi: apud eruditos enim jam pridem constat farraginem viginti septem canonum quæ sub Concilii Milevitani II. nomine circumfertur, falsissime hoc titulo insigniri.

Verum cujuscumque fuerint verba illa, nullam Baluzio opem conciliant, cum toto cælo a se invicem distent hæc duæ formulæ, *Post Consulatum*, & *anno quarto Cons. VI.* istam habet inscriptio, illam non habet, nec una ad alterius significationem arte ulla reduci potest. Deinde canon ipse quem in suæ præsidium opinionis advocat Baluzius, contra illam militat. Sicut enim necesse erat Paschæ diem *Formatis* inscribi, quotiescumque certus erat & cognitus; ita *Consulum* currentis anni nomina actis publicis inscribi necesse erat, cum illi designati erant, & in iis locis cogniti ubi acta conficiebantur. At quis vel somniando dixerit Zenonem & Posthuvianum, qui anno 448. ordinarii Consules fuerunt, nondum vel designatos vel pro talibus cognitos fuisse in Romana provincia, Romæ tam vicina, tertio Kalendas Decembris ejusdem anni: quo die limen Narbonensis Basilicæ positum est & sculpta Inscripção?

Profert urgetque exemplum Ephesinæ Synodi, quarum actiones prænotantur hac formula: *Post Consulatum Theodosii & Valentiniani Imperatorum; cum tamen constet eodem anno Consules creatos esse Bassum & Antiochum.* At singularis exempli singularis fuit ratio: ut enim Synodus œcumenica, jussu & Consulatu Imperatorum indicta, eorumdem Consulatu supernotaretur in cujusque actionis exordium in quo Decreti eorundem mentio fieri debebat, dignitati imperatoris concessum est a Græcis hominibus. Si hæc responsio viro erudito non satisfacit, recurrit semper responsio generalis eaque multiplex, nimirum longe diversæ formulæ sunt Ephesina & Narbonensis, illa *Post Consulatum* habet, hæc *anno IIII. Cons. Valentiniano Augusto VI.* secundum Baluzianam interpretationem, quodque majoris adhuc est momenti, ut nonnumquam per illa tempora annus aliquis Consulatu anni immediate superioris notetur, non raro occurrit; ut aliquis annus signetur Consulibus jam ante tres aut quatuor annos Magistratu illo defunctis, numquam & nusquam legit Baluzius. Et tamen de hoc vertitur quæstio, nihilque prorsus proficiet quamdiu geminam illam conditionem in suis exemplis non repererit,

Onuphr.  
comm. ad  
lib. 2. Fa-  
storum a.  
u. c. mlxi.  
feu Christi  
cccix.

Ad Onuphrium consequenter appellat vir doctus optime: hunc Judicem non declino. Sic igitur Onuphrius: *Cum deinceps frequens mentio futura sit annorum sine CONSULIBUS, quos per hæc tempora POST CONSULATUS appellabant, non alienum ab re erit pauca quædam de his annis tradere. Vides de annis sine Consulibus rem esse Onuphrio, eosque solos Post Consulatus appellatos ab eo dici, non alios: quod continuo multis probat idem Fastorum pater. Sape, inquit, acciderebat ut ob bella civilia vel externa, Principum cædes, pestilentias, vel alias causas annus SINE CONSULIBUS ordinariis esset, qui anno & Fastis nomen dare solebant. Quod hoc anno propter Maxentii tyrannidem, qui in urbe, ubi Consules designari & Consulatus auspiciari mos erat, imperabat, factum fuisse existimo: tunc huic anno II. Consules, qui superiore anno fuerant, nomen dabant. Denique, si pressius quid & clarius desideratur, pergat Onuphrius, audiat Baluzius. Quum igitur dicitur: POST CONSULATUM, tantundem est ac si dicas: ANNUM SINE CONSULIBUS, qui fuit post Consulatum Diocletiani x. & Maximiani vii. En quas ob causas, iudice Onuphrio, Consulibus ordinariis notati anni non habeantur, quia sine Consulibus anni erant. En cur annus A. U. C. MLXI. seu a Christo nato CCC IX. Post Consulatum &c. dictus est, quia propter Maxentii tyrannidem Consules ordinarii non fuere. Et tamen non dubitat scribere Baluzius noster: Quod annus cccix. & sequens notati a Cassiodoro reperiuntur post Consulatum Diocletiani x. & Maximiani vii. cum tamen, ut idem Onuphrius & Baronius observatum reliquerunt, anno cccix. Maxentius & Maximus gesserint Consulatum. Maxentius, inquit, & Maximus hoc anno gesserunt Consulatum; & hoc auctoribus Onuphrio & Baronio? Quam falsum de Onuphrio, ex verbis paullo superius descriptis abunde exploratum habetur. Quod hoc anno, inquit, propter Maxentii tyrannidem, factum fuisse, (hoc est, sine Consulibus ordinariis fuisse) existimo. Refert quidem Onuphrius librum Damasi in Vita sancti Miltiadis, Maxentii Aug. IIII. & Maximi Consulium hoc anno suffectorum meminisse; sed tam istud non approbat Onuphrius, ut potius evertat toto sermone superius ex parte descripto, tum auctoritate Cassiodori, Cuspiniani, Fastorum Græcorum, & libri de Præfectis, tum ipsius Damasiani libri in Vita sancti Marcelli PP.*

Baronium quod attinet, constanter affirmat Consules ordinarios hoc anno fastis neque Latinis, neque Græcis inscriptos esse, sive quod revera creati non fuerint, sive quod propter tyrannidem Maxentii, ejus nomen & Consulatus a fastis abradi fuerint: idem porro est, quod ad notam Consularem spectat, non creatum esse, & a fastis abradum esse; hoc est, pro Consule non haberi: & ideo annum Post Consulatum eodem modo adnotari debuisse ac si Consules ordinarii non fuissent.

Alterum exemplum Baluzius ex anno Christi cccli. repetit, quo anno Magnentius & Gaiso Consules, inquit, fuerunt, ut notat auctor libri de Præfectis apud Onuphrium. Et tamen liber Cuspiniani, Cassiodorus & Socrates lib. 2. cap. 26. huic ipsi anno adscribunt: Post Consulatum Sergii & Nigriniani; qui superiori anno gesserant Consulatum. Adde etiam & librum Fastorum & Idacium in Fastis, ut quinque optimæ notæ Scriptores habeamus, quibus incerti auctoris liber de Præfectis opprimatur. Quis enim dubiam unius scriptoris ignoti auctoritatem quinque istis testibus adeo luculentibus anteponendam existimet? Socrates loco laudato: Isti, inquit, post Consulatum Sergii & Nigriniani, quo anno propter bellum tumultus & seditiones NULLUS CONSUL suscepta Consulatus munera obire poterat, Sirmii congregantur. Hæc procul dubio ex ipsis Concilii Sirmiensis actis hausit Socrates, qui hunc annum disertis verbis sine Consulibus fuisse scribit, ac propterea Concilii acta post Consulatum notata fuisse affirmat. Verum auctores istos omnes conciliat Onuphrius, quos Baluzius inter se committit: scilicet, in Oriente post Consulatum adnotabatur, quia in Oriente Consules non erant, in Occidente vero Magnentius & Gaiso inscribit liber de Præfectis, quia isti in Occidente Consulatum gesserunt: ac proinde tota corrumpit Baluzii argumentatio.

Notam Consularem Concilii Carthaginensis V. dicti, quod anno cccxcviii. post Consulatum Attæci & Casarii celebratum ajunt, tam falsam ac suppositam existimo, quam fictitia ipsa Synodi acta. Deinde, ut vera Synodi acta fingamus, Baluzii est certis argumentis probare Consules istius anni ab Africanis tunc temporis fuisse cognitos, cum celebrata illa fuit: quo uno responso elidimus vim omnem argumenti ex aliarum Synodorum Consulibus Notis petiti. Quousque enim illud non probaverit Baluzius, cum præter morem post Consulatum lego, tacitis Consulium ordinariorum nominibus, hos nondum in provincias nuntiatos tunc esse pro jure meo assero, regulam secutus a Carthaginensi Concilio commemoratam: ut si adhuc Paschæ dies incertus est, præcedens adjungatur, quomodo solet. Post Consulatum, in publicis gestis adscribi, quando Consules anni currentis nondum sunt nuntiatii. Nec mirum videbitur mensibus Majo, Junio, Juliove incertos persæpe in Africa Consules Romanos fuisse, cum certum sit olim mense Septembri vel Octobri initum esse a Romanis Consulatum etiam ordinarium: nam de suffectis Consulibus manifesta res est certis temporibus eos non cepisse Magistratum. Frequentissimum autem fuit post Julii Cæsaris tempora, ut Consules ordinarii integrum annum in dignitate sua non expleant, sed aliis sibi suffectis locum cedere cogentur. Inauguratio Onuphrius non dubitat post Augusti Imperium paucos admodum esse repertos, qui anno integro Consules fuerint. Et si enim singularis Imperii sui

fui initio more majorum annum Consulatum per aliquot annos concessit, verum aliquibus interjectis annis ex annuo semestrem fecit, ita ut duo Consules essent a Kal. Januarii ad Kalend. Julias; & rursus, his abdicantibus, duo alii a Kalendis Julii ad anni finem. Tiberius Cæsar Consulatum quadrimestrem fecit; qui postea a Claudio Imperatore bimeltris factus est. Immo cum venales dignitates sub Commodio Imperatore factæ essent, uno anno XXV. Consules aliquando numeratos esse scriptum est.

Etsi vero Constantinus Magnus Consulatum more veteri annum fecerit, ex variis tamen rerum vicissitudinibus persæpe accidit, ut vel tardius designarentur ordinarii seu majores Consules, vel iis ablatis alii minores sufficerentur, vel unus in Oriente esset, nondum Occidentali designato, aut saltem nondum nuntiato: quod contigit anno Christi cccxxxii. ad quem Antiochus mense Martio exeunte Consul in Oriente nominatur in lege Theodosii hoc anno data, nondum Occidentali ab Orientalibus cognito x Kal. Aprilis. *Antiocho V. C. Conf. & qui fuerit nuntiatus*; cum tamen jam Romæ utriusque Consulibus acta publica designarentur, ut patet ex Commemoratorio Cælestini PP. dato Episcopis & Presbyteris euntibus ad Orientem, quod legitur datum octavo Iduum Majarum Basso & Antiocho Consulibus. Inter hæc incerta & dubia nihil commodius certiusque ad bene consignanda tempora fieri poterat ab Africanis, quam ut ex certis anni proxime elapsi Consulibus annus notaretur. Præsertim vero si Occidentis, a quo illi pendebant, Imperii Consul nondum fuerat nuntiatus.

Dixi ex anni proxime elapsi Consulibus. Nam ut præteritis tribus Consulatum paribus qui more solito Consulatu defuncti erant, annus qui proprios Consules creatos nuntiatusque habebat, notatus fuerit per Consulatum ante tres annos elapsum, nullo, quod sciam, illorum temporum exemplo demonstrari potest, nec ratione minus quam exemplo caret. Quamobrem prorsus monstro simile est, quod in illa Narbonensi Inscriptione factum contendit vir eruditus. Anno enim ccccxlvi. quem a sexto Valentiniani Consulatu quartum fuisse putat, fatetur ipse & constat Posthuvianum & Zenonem Consules fuisse, denique ordinarium, ut partim ex Inscriptione veteri quam ad annum ccccxxxiii. refert Onuphrius, partim ex aliis monumentis palam sit: ac proinde Kalendis Januariis, ut moris erat, erectum, aut saltem mense Martio, ut ex epistola S. Leonis ad Dorum Beneventanum perspicuum est. Ejus porro Consulatum mense Novembri exeunte in Romana Galliarum provincia adhuc ignoratum fuisse, non opinor ferio posse asseri. Sed demus ita contigisse, ac necessitatem nonnullam fuisse annum ex superioribus Consulibus adnotare hac formula: *Post*

*Consulatum*; certe cum post sextum Valentiniani Consulatum, qui in annum ccccxlvi. incidit, Consules in Occidente ordinarii fuerint, nimirum anno ccccxlvi. Aetius & Symmachus, anno ccccxlvi. Alipius & Ardabur: annus ccccxlvi. si Consulibus caruisset, per *Consulatum Alipii & Ardaburis*, qui proxime hunc annum antecedebat, designandus erat, non vero per Consulatum ante tres annos jam elapsum, tribus Consulatum paribus calcatis, fuit recurrendum. Atque ex eo capite latissimum eruitur discrimen inter exempla omnia a Baluzio laudata, & inscriptionis locum etiam Baluziano sensu intellectum: anni enim illi omnes a Consulatu proxime antecedente numerantur; cum suum illum designatum fingat Baluzius a Consulatu ante tres integros annos elapso.

Nihil igitur eorum probavit Baluziusque probare debuerat, ut suam Inscriptionis illius explicationem defenderet.

In recensenda porro ista epistola usi sumus codicibus MSS. Grimánico, Barberiniano, Corbejensi, Trecopithæano, Victorino, Cantabrigensi, Navarrico & quinque Thuaneis: non omissis Dionysii Exigui, Cresconii, aliorumque collectionibus, doctissimique Sirmondi emendationibus, quo ipse ope MSS. codd. i tomo Concil. Gall. publicas fecit. Inquisitionum titulos, quos hic singulis capitulis præfixit, nos quoque editioni nostræ inseruimus, quia & eisdem ipsi ex MSS. codd. eruimus, & lucem plurimam epistolæ intelligendæ conciliant. Ne tamen perirent omnino alii tituli, quos in fronte totius epistolæ MSS. codices Grimanicæ & alii, nec non Dionysius Exiguus & vulgatæ editiones exhibent, eosdem sub uno conspectu epistolæ præmitti posse putavimus; eo tamen rejecto, qui in prioribus editionibus decimus quartus habebatur: quoniam in MSS. Grimanicæ & Barb. & apud Dionysium desideratur, & capitulum, cui apponebatur, adjectitium esse ostendemus suo loco.

2. HERMES. Is Archidiaconi officio in Ecclesia Narbonensi diu perfunctus, postea in Episcopum Biterrensem assumptus fuit atque ordinatus. Verum cum indigne, ut ipse conquestus, a Biterrensibus fuisset exclusus, a Narbonensi susceptus est Ecclesia suo Rustico tunc orbata, reclamante licet Hilario Papa, qui tamen, agentibus apud ipsum Fausto Rejensi & Auxanio Episcopis Gallicis, tandem acquievit: de quo vide epistolam Hilari ad Episcopos Gallicanos. Eundem Hermetem commemorant Inscriptio Narbonensis, Martyrologia Romanum, Gallicanum, & Ussuardi ad 7. Kalendas Novembris.

3. SABINIANO ET LEONI PRESBYTERIS ACTIONIS TUE INTELLEXIMUS FIDUCIAM DE- Ibidem.  
FUISSE. In vulg. edit. legitur *actionis 10 sua*: 10  
in MSS. vero Grimanicæ, Barber. & Thuaneis tri-

EDITORUM ADNOTATIONES.

10 Cur & quo sensu præ sua legendum sit tua, exposuimus adnot. 18. in hanc epistolam tom. I. col. 1416.

tribus, *actionis tuæ*: quibus succinit Dionysius Exiguus; & ita corrigendum putavimus: quæ vox non de actione humana vel naturali intelligenda est, sed de actione judiciali seu de iudicio vel persecutione, ac potestate aliquem pro delicto persequendi. Eodem fere sensu accipitur ea vox in epistola 12. \* ad Anastasium Thessalonicensem: ubi Atticus Epiri veteris Metropolitanus apud ipsum Leonem *de indignissima adstrictione, quam pertulerat, lacrymabili ACTIONE conquestus esse* dicitur, coram adstantibus Anastasii Diaconis, qui querelis flebilibus nihil contra referendo, ea quæ ingerebantur, fide non carere monstrabant: ubi *actio* pro libello querimoniarum vel accusatione judiciali sumitur.

\* nunc 14

Col. 1417.

C. Inter corporalia De Transl. Episc.

4. UT VACATIONEM AB EPISCOPATUS LABORIBUS &c. Primus Innocentius III. sanxit, *Tria hæc* (translationem, depositionem, aut cessionem Episcopi) *institutione divina esse soli Romano Pontifici reservata*. Abundant tamen ecclesiastica monumenta eorum exemplis, qui vel nemine consulto onus episcopale abjecerunt, vel de hoc cum suæ provinciarum Episcopis egerunt. Huiusmodi exempla vide, si lubet, apud Petrum de Marca de Concord. Sac. & Imp. lib. 6. cap. 8. & lib. 7. cap. 26. necnon in Vita Domni Bartholomæi de Martyribus Bracarensis Archiepiscopi lib. 4. cap. 11. auctore V. Cl. D. Le Maître de Sacy. Vide & S. Augustinum epist. 261. ad Cælestinum Papam, & lib. 2. contra Crescon. Grammat. cap. 11. Cyrillum Alexandrinum epist. ad Domnum Antiochenum &c.

5. NEC A CLERICIS SUNT ELECTI. Vix opus est monere hanc vocem *Clericus* non semper eum significare, qui inferioribus ministeriis mancipatus est, quod vel ex hoc unico capite apparet, cum certum sit ad Presbyteros maxime, ceterosque majorum Ordinum ministros electionem Episcopi pertinuisse. Immo plerumque omnium Ordinum Clericos designat, cum sine addito in antiquis Scriptoribus reperitur: ut semel & iterum in hac Inquisitione 1. Item in Inquis. 4. In epist. 10. ad Episc. Vienn. Prov. cap. 6. & epist. 3. \* ad Episcopos Camp. &c. cap. 3. & 4. ubi Clericis usura interdicitur. Sæpe etiam majoris tantum Ordinis Clericos significat: ut cum Siricius P. R. ep. 1. cap. 14. ait: *Penitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum*: sequentibus enim verbis indicat se de iis esse intelligendum, qui *gerenda Sacramentorum instrumenta suscipiunt*: immo & apud S. Leonem epist. 12. \* ad Anastasium Thessalon. cap. 4. Cum vero de inferioribus ministris intelligitur, ejus significatio aliqua adjectione restringitur: ut cum ep. 10. ad Viennenses, vocat *Clericos minoris officii* &c.

Col. 1420.

\* nunc 4.

\* nunc 14

6. SI QUI AUTEM CLERICI AB ISTIS PSEUDO-EPISCOPIS IN EIS ECCLESIIS ORDINATI SUNT, QUI AD PROPRIOS EPISCOPOS PERTINEBANT &c. Pro, *qui ad proprios* &c. ut est in MSS. cod. Grimani. Barber. quatuor Thuaneis, Threopith & Isidoriano MS. ad marginem Canisii, Crabbi &c. necnon & apud Gratianum 1. q. 1. habent, *II quæ ad proprios* &c. vulgares edit. Dionys. Exiguus, Hincmar. Rem. opusc. 33. J. Sir-

Ibidem.

II

## EDITORUM ADNOTATIONES.

II Nisi omnium fere ac certe præstantiorum MSS. diversæ originis exemplarium consensus qui prætulisset, in nostra editione recepissimus libenter emendationem *quæ* usitata Leonis syntaxi magis congruentem, cum præsertim vox *eis* hanc lectionem exigere videatur. At alii codices, omittunt *eis*, alii habent *eorum*, ut suo loco notavimus. Hinc nihil mutare ausi sumus. Ad sententiam vero hujus loci quod pertinet, inter multas multorum opinioniones, quas ipsa hujus loci difficultas peperit, hæc nobis videtur expeditior & probabilior. Cum Rusticus interrogavit de Presbytero vel Diacono, *qui se Episcopos mentiti sunt*; non intellexit de Presbytero vel Diacono, qui episcopali caractere carent, nec de illis tantum intellexit, qui ab uno vel duobus, non autem (ut disciplina vel tum exigebat) a tribus saltem Episcopis a Diaconatu vel Presbyteratu ad Episcopatum promoti fuissent; sed de iis, quorum consecratio aliquo defectu canonico laboraret, quod nimirum a Clericis non essent electi, vel a plebibus non expetiti, vel a provincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio non consecrati. Hos enim omnes defectus Leonis responsio indicat. Hos autem cum Rusticus pro veris Episcopis non haberet, Diaconos vel Presbyteros tantum vocavit, qui se se Episcopos mentirentur. Leo vero memoratorum defectuum causa eosdem inter Episcopos non habendos rescribens, & pseudo-Episcopos appellans, non ordine, sed jurisdictione tantum

Locus difficilis explicatur.

episcopali carere indicare voluit: quippe qui ab Episcopis sine legitimis solemnitatibus consecrati, legitimum jus non percepissent. Ordine autem episcopali eos valide insignitos non dubitavit; ac propterea respondens ad alterum inquisitionis caput, *de his, quos ipsi Clericos ordinant*, affirmavit ratam haberi posse istorum ordinationem, si duo concurrant. I. si consensu ac iudicio præsentium facta fuerit. II. si in Ecclesiis, in quibus fuerunt ordinati, perseverent: secus vero ratam non fore, cum ex defectu consensus præsentium, auctore seu legitima auctoritate careret; ex dimissione autem Ecclesiæ, in qua fuerunt ordinati, non esset loco *fundata*, quippe quod ex veteri disciplina nemo ordinaretur, nisi alicui Ecclesiæ esset addictus. Quæcumque porro lectio *qui*, vel *quæ* magis ardeat, nostra hæc explicatio satis aptatur. Si enim præferatur *quæ*, sermo est de ordinatione Clerici in Ecclesiâ Diœcesis alienæ, cui Episcopi proprii consensus accesserit. Si vero præligatur *qui*, sermo esse potest de aliqua Ecclesiâ ejus Diœcesis, cui quis illegitime Episcopus præfectus fuerit: qui cum jurisdictione in eam careat, ut ordinatio Clerici rata esse possit, eorum saltem consensus ac iudicium a Leone requiritur, qui eidem Ecclesiæ præsentibus, jus aliquod habebant præsentandi Clericos, qui in eadem Ecclesiâ ad aliquem ordinem erant ab Episcopo promovendi.

Sirmondus tom. 1. veterum Concil. Galliar. Quæ tantula lectionis varietas latum parit in sensu discrimen. Si enim postrema lectio retinetur, particula *quæ* ad Ecclesias referenda est; & eo devolvi quæstio videtur, utrum Clericus in aliena Ecclesia ordinatus ab huiusmodi pseudo-Episcopis, in gradu ita accepto permanere possit? Respondet ratam posse haberi talem ordinationem, duplici tamen conditione apposita: 1. ut iudicio Præsidentium ejusmodi ordinatio facta sit: 2. ut in iisdem Ecclesiis in quibus ordinati sunt, tali modo ordinati Clerici perseverent. Quæ conditiones si non adessent, irritam esse habendam decernit ordinationem, quæ *nec loco fundata est*: quia si in Ecclesia in qua ordinatus est, non perseveret, vagus erit, & contra canones nullius loci Clericus: dejecto præsertim pseudo-Episcopo ab ea, cui male præpositus fuerat, Ecclesia. *Nec item auctore munita* esset illa ordinatio, cum contra præsentium nutum & consensum attentata sit. In quo concipit Leonis decretum canoni 8. Concilii Arausicani I. qui ita se habet: *Si quis alibi consistentem Clericum ordinandum putaverit, prius definiat, ut cum ipso habitet: sic quoque non sine consultatione ejus Episcopi, cum quo ante habitavit, eum ordinare præsumat.*

Melius tamen retineri mihi videtur prior illa lectio; ita ut particula *qui* ad Clericos referatur, qui ordinati sunt, & ad easdem illas Ecclesias pertinebant, quæ tunc quidem pseudo-Episcopos, olim autem habuerant & postea habituræ erant *proprius*: ita enim opponuntur, ut puto, *pseudo-Episcopi*, & *propriii Episcopi*. Hanc lectionem probat 1. omnium MSS. codd. consensus. 2. Prior illa lectio supponit Clericos ejusmodi in aliena Ecclesia fuisse ordinatos: alioqui falso diceret ordinationem illam loco fundatam non esse. Falso etiam timeretur ne Clerici alio migrare auderent; & frustra perseverandi in eis Ecclesiis necessitas, pro ratihabitionis conditione, imponeretur: at raro admodum usurpatum in veteri Ecclesia, ut Episcopi in aliena Ecclesia ordinationes celebrarent; nec minus rarum, ut Clericus in propria Ecclesia etiam ab alieno, etiam a falso Episcopo ordinatus, de illa relinquenda cogitaret: ideoque supervacaneum fuerit eam conditionem adhibere quæ ex communi omnium Ecclesiarum jure & ex canonum auctoritate etiam non expressa, numquam non subintelligebatur. Clericus vero in propria Ecclesia ab ejusdem pseudo-Episcopo ordinatus, poterat propter ordinationis vitium a proprio Episcopo in locum pseudo-Episcopi subrogato deponi, seu pro non ordinato haberi: Leo enim dicit *posse* ratam haberi ordinationem, non vero *debere*; & præterea confirmata etiam ordinatione, in proprii Episcopi potestate relinquitur, ut vel in Ecclesiæ suæ ministerio huiusmodi Clericum retineat, vel ad eum a quo ordinatus erat, ubicumque habitasset, transferendum curet, ut expresse decernit Rejenſis Conc. can. 4. in causa Armentaria. *Tom. II.*

rii Ebredunensis Episcopi. Ordinum enim suscipere & alere ordinans tenebatur: quo casu vagus fuisset Clericus, si in ordine clericali permaneret: tuncque verissime *nec loco fundata esset* ordinatione, *nec auctore munita*. Ita porro legimus, *auctore*, cum MSS. Grimani. Victor. Trecoptit. Thuaneis, & Isidoro excuso; non vero, *auctoritate*, ut habent Sirmondus tom. 1. Conc. Gall. Dionysius Exiguus, Hincm. Rem. Isidorus MS, & edit. vulg. Ex eisdem MSS. in superiori linea lego *creatio*, non *ordinatio*, ut vulg. vel *consecratio*, ut Dionys. & tres MSS. codd.

Sed quoquo modo superiora legantur & intelligantur, gravis, ut ego reor, difficultas exurgit: qua ratione nimirum eorum Clericorum ordinatio *rata possit haberi*, qui ordinati sunt ab iis quos, ut ibidem discrete asserit, *nulla ratio finit ut inter Episcopos habeantur*; & quibus decernit *nequaquam esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum*; quos denique *pseudo-Episcopos esse pronuntiat*: quia videlicet *nec a Clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a provincialibus Episcopis, cum Metropolitanis iudicio, consecrati*: ubi dubium non est, quin de majoribus etiam Clericis agatur, circa quos maxime difficultas versabatur; nec par est credere Leonem & Rusticum de minoris officii Clericis, qui a pseudo-Episcopis ordinati erant, sollicitos, de majoribus nihil omnino curasse, penes quos & ministerium Altaris, & alia potiora Ecclesiæ munia residebant.

Longe major etiam difficultas, & cui solvendæ imparem me profiteor, si de iis pseudo-Episcopis Leo debeat intelligi, qui nullam ab ullo Episcopo manus impositionem accepissent, qua Episcopi fierent: quod innuere nonnullis videbuntur Inquisitionis verba: *De Presbytero, vel Diacono, qui se Episcopos esse mentiti sunt*. Verum vix ac ne vix quidem istum Leonis sensum esse mihi persuaserim.

Antequam hunc locum explanemus (quem miror Hallerio & Morino de sacris electionibus & ordinationibus Commentarios scribentibus prorsus esse intactum) revocandum est in mentem id, quod supra delibavimus, & ex ista Inquisitione, ac responsione confirmatur: Rusticum videlicet, cum hæc Leoni proponebat, respexisse ad Conciliorum Rejenſis, Arausicani I. & Arelatensis II. canones, quibus palam fit passim per Gallias frequentari tunc illicitas ordinationes a duobus Episcopis: quæ occasione fuere Rustico, ut ea de re Pontificem Romanum consuleret. Quamvis enim certa esset apud Gallos, & publicis sancita Conciliis ea disciplinæ regula, quæ tres ad minus Episcopos ad Episcopi consecrationem convenire edicebat; non parum tamen roboris Gallicæ consuetudini addi videbat, si Romanæ, adeoque primariæ Ecclesiæ usus & sententia suffragarentur. Sed duo præsertim Rusticum anxium fecisse videntur: unum, quod Rejenſis canonis 3. auctoritate Armentario pseudo-Episcopo, utpote a duobus tantum ordi-

nato, nonnulla episcopalia munia obeundi concessa facultas fuerat, qualis est Neophytorum confirmatio: alterum, quod Clericorum ab eo ordinatorum consecratio non in irritum missa fuerat, si nulla ordinato conversationis macula præjudicaret, ut canone 4. definitur. Quare S. Leonis responso lux ex canone Rejensi concilianda est, ex eoque & ex Arausicano & Arelatenſi dicendum: eos, quos pseudo-Episcopos appellat sanctus Leo, episcopali manus impositione vel unctione in Episcopos fuisse ordinatos; sed quia a duobus tantum contra canones Episcopis, vel ab iis qui comprovinciales non erant, & sine Metropolitanis iudicio fuerant consecrati, inter Episcopos non fuisse habitos, hoc est, ut loquitur S. Augustinus lib. 1. de Bapt. contra Donatist. cap. 1. non administrasse, sed sacramentum ordinationis suæ tamen gessisse: vel, ut de Ephesino Episcopo act. 12. Calchedon. habetur, servato honore Episcopatus esse dejectos: vel denique, ut ad hodiernum loquendi usum descendamus, characterem sacerdotali, seu pontificali fuisse insignitos, qui post depositionem remanserit; omni vero fuisse jurisdictione spoliatos, quæ nimirum vitiose fuerat collata. Ad illud sufficit, ut vel unicus adsit Episcopus, qui consecret: ad hoc ex placito Ecclesiæ necesse est ut duo vel tres consecranti assistant. Cujus ratio est, quod cum

*S. Cypri. ep. 52. ad Antonianum.* unus sit Episcopatus Episcoporum multorum concordia numerositate diffusus, (ut toties decantatum illud Cypriani axioma usurpem) & unicus illius Episcopatus pars ab unoquoque in solidum teneatur, minime convenit ut invitatis omnibus, vel non consentientibus Episcopis, illius pars Episcopatus in solidum pariter tenenda ulli concedatur, sed omnium potius consensus accedat, qui, si per se adesse omnes non possint ordinationem celebraturi, duorum saltem vel trium præsentia, ceteris annuentibus, comprobentur. (Septem etiam Episcoporum præsentiam requisivit Arelatenſe Concil. I.) Ut enim omnes unius provinciæ ecclesiasticæ Episcopi, omnes ubique terrarum diffusos repræsentant Episcopos; ita duo vel tres cum Metropolitanis universonum ejusdem provinciæ Antistitum vice funguntur in Coepiscoporum consecratione: ne, ut ait Innocentius Papa, *furtivum beneficium præstitum videtur*, vel aliquid contra fidem, vel fidei causam ab uno vel altero male erga illam affecto tentaretur. Res attingenti, non trahenti, hæc sufficiant.

*Innocent. Papa ep. ad Vict. c. 1.*

His a me ita scriptis, venit ex Anglia opus eximium Herberti Thorndicii viri eruditi, & ut opus indicat, ecclesiasticæ unitatis studiosi. Editum est illud Londini superiori anno seu 1674. cui titulus: *Origines ecclesiasticæ, sive de jure & potestate Ecclesiæ christianæ, Exercitationes*. Is porro nodum istum de ordinationibus pseudo-Episco-

porum ministerio celebratis aliter solvit: hæc enim habet cap. 20. *In ordinatione, inquit, cum duo esse ex dictis constet, auctoritatem ac jus Ecclesiæ, in ordinante, primum; tum consecrationis solemnitatem, quæ ministerio ordinis traditi auctorem Ecclesiæ palam inscribit: tanto majoris est momenti Ecclesiæ auctoritas, quam consecrandi ritus, ut in irritum cadat rite ac more Ecclesiæ peracta consecratio, ad quam usurpata sit auctoritas Ecclesiæ. Nam etsi in perpetuum Deo sacrum sit, quod semel Deo rite sacratum fuerit; non tamen Deo rite sacratum videri debet, quod non sit jure Ecclesiæ Deo consecratum, etsi servato ritu Ecclesiæ. Et post paginam: Itaque si dubium existat de auctoritate Ecclesiæ, non de ritu ordinandi; non est mirum; accedente auctoritate Ecclesiæ, valere ordinationem non jure factam, ad id ad quod valere eam vult accedens auctoritas Ecclesiæ. Pauca sunt hujus causæ exempla in rebus veteris Ecclesiæ: pauca quidem, sed sunt tamen, quæ eam dubiam esse non sinit. In Concilio Rejensi Gallia irrita declarata est ordinatio Episcopi Ebredunensis, cui tamen indulgetur, exemplo canonis Nicæni 8. Chorepiscopum esse, strictis licet legibus, can. 2. & 3. puta eum, ut jam Chorepiscopum, confirmare tantum potuisse. Non hoc vi irritæ ordinationis, nisi accessisset Ecclesiæ per hanc Synodum consensus. Leo Papa I. ad Rustici Narbonensis Inquisitionem i. ordinationes Clericorum a pseudo-Episcopis quibusdam factas, quas certum est seipsis irritas fuisse, ita ratas esse censet, sic consensus Episcoporum factæ fuerint. (Leo non habet Episcoporum, sed Præsidentium.) Sane cum nihil majus queri in hac tota re possit, quam ut rata sint apud Deum, quæ fidei plebi ministrantur ab iis, quorum dubia sit ordinatio; nec plebis esse de rebus Ecclesiæ communibus iudicium, dictum sit: statuendum est non posse fidelibus fraudi esse ea apud Deum, in quibus sequuntur fidem Ecclesiæ. Hunc explicandi modum a Theologo extra Ecclesiæ castra militante suggestum, catholicis doctoribus discutiendum relinquo, eorumque in antecessum censuræ subscribo. Hoc in scriptore illo non laudo, quod consensus Episcoporum dixerit, pro consensu Præsidentium: hoc enim postremum, quod habet Leo, latius patet, ad Clericumque se extendit, cujus auctoritate & iudicio, Episcopis aliquo impedimento ligatis, vel vacante sede, ordinationes in Ecclesia celebrantur.*

7. ALIENUM EST A CONSUETUDINE ECCLESIASTICA &c. Vide doctissimum Morinum nostrum abunde differentem de Clericorum poenitentia tum commentarii de Poenit. lib. 4. cap. 12. & seq. & alibi passim, tum Exercit. ecclesiast. lib. 2. Nonnulla tamen indicare operæ pretium erit.

Primum est, ex S. Leonis verbis erui, 12 mino-

12

## EDITORUM ADNOTATIONES.

12 Cum S. Leo de solis Presbyteris & Dia-

conis interrogatus responderit, non idcirco elicitur,

minoris ordinis Clericos, inter quos Subdiaconi numerabantur, non semper agendæ pœnitentiæ lege exemptos fuisse: quod ex canone 2. Concilii Carthaginensis V. vel potius ex Commonitorio Synodi Carthag. XVI.

Tom. II.

Kal. Julii an. 401. in cod. Afr. num. 62. quod Leonis decreto concinit, pariter evincitur, & expresse in Agathensi can. 5. Epao-nensi can. 22. & aliis asseritur.

2. Quod hanc disciplinam 13 a consue-

K k k k k 2

tudi-

EDITORUM ADNOTATIONES.

citur, minores Clericos (quos idcirco solum præterit, quia de his Rusticus non quæsit) publicæ pœnitentiæ fuisse saltem aliquando subiectos. Nec canones deinceps a Quesnello allegati, qui Clericos quibusdam criminibus irretitos peregrina seu laica communione donant, pœnitentiæ publicæ addictos significant. Adde quod canon Epao-nensis 22. non de minoribus Clericis, sed de Presbyteris ac Diaconis loquitur.

Alienum 13 Duo a S. Leone traduntur in responsio-  
fuit a con- ne ad Inquisitionem secundam. I. alienum ef-  
fuetudine fe a consuetudine ecclesiastica ut Presbyteris  
Ecclesiæ aut Diaconis pro aliquo crimine manus impo-  
imponere nantur in pœnitentiam. II. hanc consuetudi-  
manus in nem descendere a traditione apostolica. Ut  
pœniten- primum sit verum, haud necesse est eam con-  
tiam Cle- suetudinem semper & ubique viguisse, cum satis  
ricis, qui sit ad veram consuetudinem adstruendam, si ali-  
in suo gra- quandiu ante Leonem inducta obtinuerit. Hu-  
du reci- jus autem disciplinæ consuetudinem jam vi-  
piebantur. gentem testatur Siricius; qui tamen ne hujus  
disciplinæ auctor credatur, id ipsum etiam an-  
tea obtinuisse discimus ex Optato, qui ante  
Siricium floruit. Hic enim sub finem libri se-  
cundi Donatistas reprehendens, eo quod Dia-  
conis, Presbyteris, & Episcopis lapsis manus  
imponerent, *Multis, inquit, notum est & proba-  
tum, persecutionis tempore Episcopos aliquos  
inertia a confessione Dei delapsos thurificasse; &  
zamen nullus eorum, qui evaserunt, aut manus  
lapsis imposuit, aut ut genua figerent imperavit.*  
Hæc de ipso persecutionis tempore plane evin-  
cunt, hanc disciplinam non inductam fuisse a  
Siricio, qui in epistola ad Himerium n. 18.  
de re jam recepta loquitur. *Sicut pœnitentiam*  
(subintelligitur publicam, quæ cum manuum im-  
positione jungebatur) *agere cuique non concedi-  
tur Clericorum; ita & post pœnitentiam ac re-  
conciliationem nulli umquam laico liceat hono-  
rom clericatus adipisci.* Hæc quidem veterem  
consuetudinem adstruunt, quæ ad vindicandam  
Leonis sententiam sufficit; ut ne movere de-  
beat, si quando fortassis alicubi Clericis ma-  
nus imponerentur.

Multo ma- Aliud tamen non leve in Leone animadver-  
gis in pe- tendum est, quod sententiam ejus multo ma-  
culiari gis explicat, atque generatim veram confir-  
casu, de mat. Rusticus in inquisitione de iis Diaconis  
& Presbyteris loquitur, qui sponte sua pœni-  
tentiam publicam postulabant, non autem eam  
subire ulla lege vel consuetudine cogebantur.  
Rusticus. *De Presbytero, inquit, vel Diacono, qui si co-  
gnito crimine suo pœnitentiam publicam petat,  
utrum ei per manus impositionem danda sit.* De  
crimine igitur sermo est, quod publicæ pœni-  
tentia canonibus non subiciebatur, quodque  
per se Clericum ab ordine non removebat; ac  
propterea eum in suo gradu & ordine relin-  
quendum Leonis responsum præsumit. Quoad  
hos autem Clericos semper alienum fuit a con-  
suetudine Ecclesiæ, ut manuum impositione  
subjicerentur pœnitentiæ publicæ, quæ ex con-

stanti omnium temporum disciplina pœniten-  
tes publicos a Clero arcebat. Hinc quicumque  
Clerici ab ipsa hæresi vel schismate redeuntes  
ad unitatem Ecclesiæ, si in suum gradum  
(dummodo non essent iterato baptismo tin-  
cti) bono pacis admittendi viderentur; sola  
idonea satisfactione atque cautione sine ulla  
manuum impositione recipiebantur. Vide ad-  
not. 25. in ep. 159. tom. 1. col. 1334. Hinc  
S. Hieronymus in dialogo contra Luciferianos  
n. 13. *Laicus, inquit, extra Ecclesiam fide ba-  
ptizatus, pœnitens recipitur. Episcopus vero aut  
pœnitentiam non agit, & Sacerdos est: aut si  
pœnitentiam egerit, esse Episcopum desinit.* Nul-  
lum sane exemplum invenire licebit, quo Cle-  
rici in suo gradu recepti, aut ab eo non de-  
ponendi, manuum impositioni aut publicæ pœ-  
nitentiæ subjicerentur. Cum ergo de his S.  
Leo loquatur, propositio ejus generalis veris-  
sima est.

Adde quod nec illi quoque, qui a suo gra-  
du & Clero dejiciebantur, manuum impositioni  
seu publicæ pœnitentiæ subjici solebant, ne  
idem crimen præter depositionem publica et-  
iam pœnitentiæ castigatum, duplici pœna inul-  
taretur, uti traditur in canonibus apostolicis  
cap. 25. & a S. Basilio in epistola ad Amphi-  
lochium c. 3. Hinc etiam in Concilio Cartha-  
ginensi apud Isidorum quinto habito an. 401.  
Idibus Septembris canone 11. repetito in alia  
plenaria Synodo anni 419. c. 27. cod. Africa-  
ni de Clericis a ministerio & gradu suo remo-  
vendis hæc habentur. *Item confirmatum est,  
ut si quando Presbyteri vel Diaconi in aliqua gra-  
viori culpa convicti fuerint, qua eos a ministe-  
rio necesse fuerit removeri, non eis manus tam-  
quam pœnitentibus, vel tamquam fidelibus lai-  
cis imponatur.* Duplicem hanc Clericorum ra-  
tionem, qui nunc in suo gradu recipiebantur,  
nunc autem ab eodem arcebantur, præclare  
distinguit Augustinus lib. 1. de Baptismo con-  
tra Donatistas c. 1., & neutris manus impo-  
sitas indicat. Loquens enim de redeuntibus ad  
Ecclesiam, *Redeuntes, ait, qui priusquam re-  
cederent, ordinati sunt, non utique rursus ordi-  
nantur; sed aut administrant quod administra-  
bant, si hoc Ecclesie utilitas postulat (cum scilicet  
recipiebantur in suo gradu, quibus sane  
non imponebantur manus in pœnitentiam)  
aut si non administrant (cum scilicet in suo  
gradu non reciperent) sacramentum ordi-  
nationis sue tamen gerunt, & ideo eis manus  
inter laicos non imponitur, quia scilicet sicut  
laici non suberant pœnitentiæ publicæ. Hinc  
ea Augustini verba in ep. 185. ad Bonifacium  
n. 44. quibus hæreticis conversis post erroris sui  
pœnitentiam honorem Clericatus vel Episcopatus  
non ablatum tradit, non de publica pœniten-  
tia, quæ cum manuum impositione jungeba-  
tur, intelligenda sunt; sed de secreta, qua  
interioris compunctionis & necessariæ conver-  
sionis signa produntur.*

Quod si aliquando Clerici lapsi & ad unitæ-  
tem

Nec illis, qui a Cle-  
ro arce-  
bantur,  
imponi  
solebat  
publica  
pœniten-  
tia.

tudine ecclesiastica, immo ex apostolica traditione arcescit, benigne intelligendum est: nec enim de hac traditione quicquam usquam apparet, cum potius tribus fere primis sæculis Clericos etiam majores pœnitentiæ

publicæ fuisse subjectos multis probet Morinus. Familiare est Leoni nostro, ut cum de apostolica traditione sermonem habet, de ea loquatur, quam ab Apostolo Petro Ecclesiæ Romanæ relictam putabat. Eam vero

ex

## EDITORUM ADNOTATIONES.

Si quibus tem redeuntes, non solum a suo gradu fuerant exclusi, verum etiam subjecti fuerunt, impostæ æque ac laici, pœnitentiæ publicæ, ut S. Cyprianus aliaque nonnulla testimonia innuunt; manus in præterquamquod id peculiare quorundam locorum ac temporum fuit, numquam tamen pœnitentiam, Clericos ob crimen aliquod a suo gradu non dejectos nec dejiciendos publicam pœnitentiam subiisse: ac propterea cum de his Rustico inquirenti Leo responderit, jure alienum dixit ab ecclesiastica consuetudine, ut hi per manuum impositionem remedium accipiant pœnitentiæ.

Hæc disciplina quam custodientes pœnitentia publica non plecebantur, originem ducere a traditione apostolica, qua Clericos irreprehensibiles esse oportere, & ab omni nota ac infamia alienos, S. Paulus aperte tradidit, ipse Quænellus fatetur.

Duo objecta ex Nicæno solvantur. His, quibus ab Ecclesiæ disciplina alienum semper fuisse affirmavimus, Clericos alicujus criminis reos manuum impositione, seu per publicam pœnitentiam recipi, duo opponi videntur ex Concilio Nicæno. Primum est canon ejusdem Synodi octavus, quo statutum fuit ut Cathari impositionem manuum accipientes in Clero manerent. Alterum est synodica Nicæna apud Theodoretum, qua concessum fuit ut qui a Meletio fuerant ordinati, impositione manuum firmati in suo gradu reciperentur. Sed cum in his Græcæ locutionis formulæ æquivocationi locum dedere, tum vero, si recte explicentur, hæc testimonia nihil officient. Utrouque sane manuum impositione exprimitur. Sed Græca formula *χειροθετημένους* triplici sensu usurpatur, eo quod triplici occasione manus imponerentur, nimirum in chrismate, in ordinatione, & in pœnitentia. Ubi autem sensus est multiplex, ille procul dubio in casu nostro eligendus est, qui communi ejus ætatis disciplinæ aliis testimoniis firmatæ haud contradicat. Porro cum alienum esset, ut vidimus, eos quibus manus impostæ fuerant in pœnitentiam, in Clerum recipere; illud profecto sequitur manuum impositionem laudatis Nicænae Synodi locis indicatam, in pœnitentiæ significationem accipi nequaquam posse. Non desunt qui explicent de Sacramento confirmationis, quod Catharos repudiassent Theodoretus tradit. At præterquam quod nemo alius Theodoro anterior id prodidit; cum idem error Meletianis, qui erant integræ fidei, & solo schismate dissidebant, tribui nequeat, hæc interpretatio ipsis non congruit. Restat ordinationis significatio. Sed duplici ratione idipsum intelligi potest, nimirum vel de ordinatione jam suscepta, vel de in ordinatione suscipienda: Græca enim formula utrumque sensum recipere potest. Vetus interpres auctor ejus versionis, quæ ab Isidoro suscepta, Isidoriana vocari solet, secundum sensum expressit can. 8. de Catharis seu No-

vationis his verbis: *Si qui voluerint venire ad Ecclesiam catholicam ex Novatianis, placuit in sancto Concilio ut ordinentur, & sic maneant in Clero.* Hanc eandem significationem ex eadem Isidoriana versione suscepit auctor collectionis Quænellianæ canone apud ipsum 14. In vulgata quoque versione synodica Nicænae tom. secundo Conciliorum inserta, de Meletianis eadem sententia exprimitur: *Illi vero, qui ab eo (Meletio) in sacrum ordinem lecti sunt, simul atque sanctiore ordinatione confirmati fuerint, ad communionem posthæc admittantur, & permittatur illis quidem honoribus frui, & sacris muneribus fungi &c.* Id autem abhorret omnino a Nicænorum Patrum sensu, qui non minus sacros ordines, quam baptismum extra Ecclesiam valide collatos, nec iterandos cum catholica Ecclesia crediderunt. Igitur de ordinatione jam suscepta utrumque testimonium intelligendum est: ita ut eos, qui ante sive ex Catharis, sive ex Meletianis sacra manuum impositione fuerant ordinati, in suo quemque gradu recipi placuerit. Sic nimirum ad litteram reddendus canon 8. de Catharis: *Placuit sanctæ & magnæ Synodo, ut qui manuum impositionem acceperunt, sic maneant in Clero.* In alia quacumque interpretatione, sententia est prorsus absurda.

Cum enim inter Catharos non soli essent Clerici antea ordinati, sed etiam laici; nisi hæc nostra significatio canonis aptetur, dicendum esset, Nicænos Patres generatim statuisse ut quicumque ex Catharis ad Ecclesiam venirent, sive Clerici sive laici, in manuum impositione accepta sive in pœnitentiam, sive per confirmationem, sive per ordinationem, sic maneant in Clero: quod sane tam est absurdum quam quod absurdissimum. Ut igitur generale Catharorum nomen initio canonis usurpatum Nicæni Patres refringerent ad solos Clericos, quorum receptioni dispensatione quadam erat providendum (de laicis enim nulla erat difficultas) adhibuerunt verba *χειροθετημένους* id est, qui manuum impositionem, seu ordines receperunt: & de his præcepere, sic in Clero maneant, nulla alia ab iisdem conditione expetita, nisi ut antequam sic recipere, idoneam cautionem & professionem rectæ fidei præberent, ut in hæreticis recipiendis semper usitatum fuit. In hanc quidem significationem hunc canonem intellexisse videtur Rufinus, cum sic illum compendio exposuit can. 9. ut in novissima Veronensi editione emendatum invenies: *Et ut Catharos, qui apud nos Novatiani sunt, si forte pœnitentes ad Ecclesiam convertuntur, confessos ecclesiastica dogmata, Clericos in ordine quidem suo recipi debere, sed in ordinatione data. Viden' data, inquit, non danda? Similiter in versione Philonis & Evaristi ab Attico Constantinopolitano Episcopo ad Aftos missa Augustini tempore can. 8. *Si aliquando venerint ad catholicam Ecclesiam Cathari, placuit sanctæ & ma-**

Canon 8. de Catharis male redditus de nova ordinatione peragenda.

Loquitur de impositione manuum, seu ordinatione jam recepta.

Sed de impositione manuum duplici ratione idipsum intelligi potest, nimirum vel de ordinatione jam suscepta, vel de in ordinatione suscipienda: Græca enim formula utrumque sensum recipere potest. Vetus interpres auctor ejus versionis, quæ ab Isidoro suscepta, Isidoriana vocari solet, secundum sensum expressit can. 8. de Catharis seu No-

tom. 3. Conc. col. 451.



ex B. Petri traditione descendere existimavit, quæ & olim observata, & decretis sancta inveniebatur eorum Ecclesiæ suæ Pontificum, quorum monumenta supererant illa ætate. Constat autem tum ex Dionysii col-

lectione, qui præteritorum Sedis Apostolicæ Præfulum constituta quanta valuit cura diligentiaque collegit, & quotquot a se reperiuntur, digessit, tum etiam aliis argumentis probabile, 14 nullius Pontificis Romani

## EDITORUM ADNOTATIONES.

gna Synodo eos ordinatos sic manere in Clero. Expressius vero in nostram explicationem Ferrandus Diaconus Carthaginensis in Breviatione canonum n. 172. sic canonem refert: *Ut hi qui nominantur Cathari, accedentes ad Ecclesiam, si ordinati sunt, sic maneat in Clero.* De hac quidem interpretatione, quæ novam ordinationem excludit, & antea receptam tantummodo respicit, ne dubitare quisquam queat, sequens contextus ejusdem canonis, quo ipsorum Catharorum recipiendorum modus præscribitur, plane evincet: *Ubi ergo omnes sive in vicis, sive in urbibus ipsi soli inveniuntur ordinati, qui inveniuntur in Clero, erunt in eodem ordine. Si autem catholica Ecclesiæ Episcopo vel Presbytero existente accedunt aliqui, clarum est, quod Ecclesiæ quidem Episcopus Episcopi dignitatem habebit; qui autem apud eos, qui Cathari dicuntur, nominatur Episcopus, Presbyteri honorem habebit: nisi utrique Episcopo placeat ipsum nominis honorem impertire. Si autem hoc illi non placeat, vel Chorepiscopi, vel Presbyteri locum excogitabit, ut esse omnino in Clero videatur.* Ita versio etiam Herveti ex Græco, cui concinunt etiam interpretationes Philonis & Evaristi Dionysii Exigui, nec non illa Quesnellianæ collectionis, ac ipsa Græca lectio. Non dicitur ut ordinentur, sed ut qui inveniuntur ordinati, in eodem gradu maneat, si soli in eo loco sint. Alias diversimode iis providendum traditur pro diversitate circumstantiarum, ut nullum tamen indicium sit sacri ordinis iterandi.

Hæc autem cum scripsissemus, observare contigit adnotationes Guilielmi Beveregii in can. 8. Nicæn. tom. 2. pag. 67. ubi miratus Christophorus Justellum aliosque hunc canonem interpretatos de ea manu impositione, qua hæretici in Ecclesiam catholicam antiquitus recipiebantur, nostram sententiam mirifice confirmat. *Patres enim, inquit, non de quibusvis, sed de solis Clericis Novatianis, qui canonicam nimirum ordinationem ante acceperant, per totum hunc canonem agunt, statuuntque ad Ecclesiam conversos in eodem Clericatus gradu manere, quo inter Novatianos constituti fuerant: ut ex ipsis etiam canonis verbis rite percipitur elucescit. Hic enim de Novatianis dicitur: ὡς χειροθετούμενος, ἀπὸς, μὲνεν οὖτος ἐν τῷ κλήρῳ. Quo autem referatur illud οὖτος nisi ad χειροθετούμενος. Et quomodo illud referatur nisi χειροθεσία ista præcessisset? Neque enim ita in Clero manere possunt, nisi prius in Clero fuissent: neque prius in Clero esse poterant, nisi χειροθετούμενοι essent; ac proinde hæc Novatianorum χειροθεσία ipsorum ad catholicam Ecclesiam conversionem præcedat necesse est, non sequatur.* Addit Balsamonem & Zonaram (adjice & Aristenum) hunc canonem eodem sensu fuisse interpretatos, & post recitata antecedentia Rufini verba, observat, Græcam canonis vocem χειροθετούμενος apte ab ipso redditam Clericos. Hæc de Nicæno ca-

Synodica porro Nicæna Græca verba de Meletianis πῶς δὲ ὑπ' αὐτῶ κατασθέντας μυσικωτέρα χειροτονία βεβαιωθέντας, κοινωνηθῆναι ἐπὶ τούτοις ἐφ' ᾧ τε ἔχειν μὲν αὐτὰς τὴν τιμὴν καὶ λειτουργεῖν, sic reddimus: *Illos vero, qui ab ipso (Meletio) constituti sunt (in Ecclesiis) sacra manuum impositione firmati, in communionem (statuit) recipiendos hac conditione, ut honorem ipsi quidem habeant, & operentur sacra.* Voces nimirum μυσικωτέρα χειροτονία βεβαιωθέντας ad antecedentia τοὺς δὲ ὑπ' αὐτῶ κατασθέντας, non autem ad sequentia verba referendæ sunt; ordinationemque jam antea acceptam indicant, qua a Meletio Clerici in Ecclesiis constituti fuerunt. Ceteræ igitur interpretationes, quæ impositionem manuum æquivoco vel alio sensu reddidere, ad hanc sententiam revocandæ sunt. Hinc sane Innocentius I. in ep. 17. ad Rufum post allatum canonem 8. Nicænum de Catharis, his verbis: *Placuit sanctæ & magnæ Synodo ut accepta manus impositione, sic maneat in Clero;* ita aliis verbis eandem sententiam effert: *A Novatianis, aliisque hæreticis revertentes debere in suo ordine recipi,* quibus acceptum ordinem ratum innuens, novam ordinationem satis excludit. Nihil igitur ex laudatis Nicænorum Patrum decretis nostræ sententiæ opponitur. Immo multum cohærent hæc loca cum constanti disciplina Ecclesiæ, qua publicis pœnitentibus a Clero exclusis, Clerici ad Ecclesiam redeuntes cum idonea professione fidei recepti fuerunt sine pœnitentia publica, cepti etiam sine illa manuum impositione, quam abique exactione rigidioris pœnitentiæ impositam memorat Vigilus Papa ep. 2. ad Profuturum n. 4., quamque dum imaginem pœnitentiæ appellat Innocentius I. ep. 24. ad Alexand. n. 4. non in Clericis, sed in laicis tantum excipiendis adhibitam prodit. Præclare S. Gregorius lib. 11. ep. 67. ad Quiricum tres recipiendorum hæreticorum ritus describens, *Et quidem, inquit, ab antiqua Patrum institutione didicimus, ut quilibet apud hæresim in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam Ecclesiam redeunt, aut unctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei ad sinum matris Ecclesiæ revocentur.* Tertium ritum, quo sola professio fidei exigebatur, proponit S. Doctor pro Nestorianis Clericis, de quibus recipiendis cum Quirico agens, eosdem si rectam professionem exhibeant, servatis eis propriis ordinibus, inquit, in suo cœtu recipiat. Vides solam professionem fidei, eamque a manuum impositione ita distingui, ut qui sola professione fidei recipiebantur, iis manus nequam imponerentur?

14 Gallicani canonum codicis nomine Quesnellus ex suo sensu intelligit codicem, ut alibi appellat, *auctoratum*, qui a Gallicana Ecclesia receptus, apud Gallos auctoritatem haberet. Nullus autem ejusmodi codex canonum nobis innotuit. Solum codex Vat. Palat. 574. similis Morbacensi, quem P. Constantius alii-

Nicænum decretum de Meletianis similiter intelligendum.

Clerici recepti etiam sine imagine pœnitentiæ.

Qui canonum codex apud Gallos.

bat ; dignus qui merito ab omnibus consule-  
retur , Petri Apostoli Collega , primus omnium  
toto qua patet orbe Pontificum , cuius prae-  
rogativa subiciebatur , cuius censura adtreme-  
bat etiam turba Collegii episcopalis , in cu-  
jus gravitatis comparationem ipsa etiam gran-  
davorum corda puerascebant , sanctorum utri-  
usque ordinis ( monastici & pontificalis ) con-  
clamatissimus primipilaris , norma morum , co-  
lumna virtutum , junior magis quam minor  
Moyse , per quinquennia decem & amplius  
non aequavis Sacerdotalibus tantum , verum  
& antiquis antelatus .

Tantum virum par est audire de Clerico-  
rum continentia differentem , distinguentem-  
que quid in sua Trecenti ageretur Ecclesia ,  
quid in Augustodunensi , quid in universa ;  
quid ex consuetudine , quid ex necessitate ,  
quid de facto institueretur ; quid in votis ha-  
beret , quid in aliis laudaret , quid denique  
ipse non auderet . Ipsa hujus epistolae verba  
describenda primum , tum per partes discu-  
tienda .

„ De Clericis ( inquit ) bigamis usque ad  
„ Ostiarios Ecclesia permittit & patitur : &  
„ quam quis Sacerdotum regulam pro di-  
„ strictione sua assumerit , jure custodiet .  
„ Exorcistas vero aut Subdiaconos , a se-  
„ cundis nuptiis penitus excludit . Genera-  
„ tionem vero filiorum ab his , quos con-  
„ jugatos assumimus , melius esset , si fieri  
„ possit , arceri , quos melius est non assu-  
„ mi , quam de his postea sub diversa sen-  
„ suum varietate certari : cum melius sit  
„ omnes disceptationum causas excludi ; ut  
„ qui non vult in Clericatu generari , non  
„ constituat in altario conjugatos . Haec pro  
„ consuetudine Ecclesiarum nostrarum , qua-  
„ rum una est regula , paginae hujus sermo-  
„ ne texuimus . Si quid vero pro honore  
„ Domini potest distractionis accrescere , et-  
„ si imitari non possumus , pro Domini ho-  
„ nore laudabimus . Nam jam Ecclesiae ob-  
„ sequiis aggregatos ad secundas nuptias trans-  
„ ire non patimur : quos postquam assumti  
„ fuerint , etiam a primis penitus arcemus ,  
„ Exorcistas dumtaxat atque Subdiaconos .  
„ In Augustodunensi autem Ecclesia , vel  
„ Ostiarius in immo officio constitutus , si  
„ uxorem aliam acceperit , ab officio peni-  
„ tus abdicatur . Subdiaconos autem ad pa-  
„ cem inter se in sacrario oportet accede-  
„ re ; in altario autem , non nisi dum por-  
„ rigunt pallas Diacono , aut suscipiunt quod  
„ refertur ; ad pacem autem nequaquam eis  
„ permittitur . Si autem illius amentiae  
„ fuerit vel Exorcista , vel Subdiaconus ,  
„ vel etiam , sicut supra memoratum est ,  
„ Ostiarius , ut secundis se nuptiis illigari-  
„ non solum ab officio , sed etiam a com-  
„ munionem penitus arcetur . “

Hoc ergo primum ex ista epistola elici-  
tur : Ecclesiae permissione ac tolerantia Cle-  
ricos minores , usque ad Ostiarios inclusive ,  
bigamos esse posse ; id est , & assumi posse  
ad Ostiarii & ad infimorum officiorum gra-  
dus qui conjugati erant vel fuerant , Cleri-  
cisque in hujusmodi muneribus constitutis li-

cuisse & uxorem accipere , & ad secundas  
nuptias convolare , & liberis etiam procre-  
andis operam dare . Hic est sensus verbo-  
rum istorum epistolae : *De Clericis vero bi-  
gamis usque ad Ostiarios Ecclesia permittit  
& patitur .*

2. Exorcistas & Subdiaconis eadem omni-  
no permittitur esse , uno excepto , ne videlicet  
ad secundas nuptias transirent . Sic enim  
ait : *Exorcistas vero aut Subdiaconos a se-  
cundis nuptiis penitus excludit .*

3. Hanc Ecclesiae permissionem ita sequi  
liberum fuisse Episcopis , ut tamen arctiorem  
disciplinam in suam quisque Ecclesiam pos-  
set pro arbitrio suo inducere : *Et quam quis  
Sacerdotum regulam , inquit , pro distractione  
sua assumerit , jure custodiet .*

4. Optassent sancti Episcopi numquam con-  
jugatos assumi ad Exorcistarum & Subdia-  
conorum officium : quoniam difficillimum  
erat , quin inde multae disputationes orirentur  
in Ecclesia , dum vix intra certos limi-  
tes coerceri posset matrimonii usus in his ,  
qui matrimonio juncti ad Ecclesiae officia  
assumebantur .

5. Saltem vero generationem liberorum ,  
si fieri possit , arceri cupiunt ab iis qui con-  
jugati assumuntur . Utriusque hujus partis  
sensus his verbis continetur : *Generationem  
vero filiorum ab his , quos conjugatos assu-  
mimus , melius esset , si fieri possit , arceri ;  
quos melius est non assumi , quam de his po-  
stea sub diversa censuum varietate certari :  
cum melius sit omnes disceptationum causas  
excludi : ut qui non vult in Clericatu gene-  
rari , non constituat in Altario conjugatos .*

6. Haec , quae prius observari docuere ,  
usu recepta fuisse afferunt in utraque sua  
Ecclesia Augustodunensi , in Lugdunensi I.  
& Trecenti in Senonia seu Lugdunensi IV.  
*Haec , inquit , pro consuetudine Ecclesiarum  
nostrarum , quarum una est regula , paginae  
hujus sermone texuimus .* Sed pro jure , quod  
supra unicuique Episcopo in sua Ecclesia  
competere agnovit , quam voluerit regulam  
pro distractione sua assumendi , testatur uter-  
que ille Episcopus strictiorem , purioremque  
disciplinam in suas Ecclesias a se fuisse in-  
vectam , cum aliquo etiam unius ab altera  
discrimine , saltem quantum ad poenam iis ,  
qui contra irent , infligendam .

7. In Ecclesia enim Trecenti hoc S. Lu-  
pus sanciverat , ne quisquam aliquo in ea  
ministerio initiatus secundis se nuptiis im-  
plicare sineretur : *Nam jam , inquit , Ec-  
clesiae obsequiis adgregatos ad secundas nu-  
ptias transire non patimur : quod de ultimis  
etiam gradibus intelligendum est ; ita ut  
primo eisdem uxorem accipere liceret ; quo-  
ad Exorcistas vero & Subdiaconos , si qui  
ante omne conjugium in iis gradibus col-  
locarentur , iis ne semel quidem nubere per-  
misit : Quos postquam assumti fuerint , etiam  
a primis penitus arcemus , Exorcistas dumtaxat  
atque Subdiaconos .*

8. In Augustodunensi autem Ecclesia in  
hoc severior ab Euphronio sancita erat di-  
sciplina , ut depositionis poena multaretur  
etiam

etiam Ostiarius, qui omnium ordinum ultimus, si secundam uxorem accepisset: Exorcistam vero & Subdiaconum, qui idem fecissent, non solum a suo officio, sed etiam a communione arcerent. *In Augustodunensi*, inquit, *Ecclesia vel Ostiarius in imo officio constitutus, si aliam uxorem acceperit, ab officio penitus abdicatur; si autem illius amentia fuerit, vel Exorcista, vel Subdiaconus, vel etiam, sicut supra memoratum est, Ostiarius, ut secundis se nuptiis alligavit, non solum ab officio, sed etiam a communione penitus arcetur.*

An vero illis, quos hic, vel a primis, vel a secundis nuptiis prohibet, uxoribus quas ante ordinationem acceperant, uti facultas erat relicta? Ita fuisse existimo, quemadmodum etiam ex Venetico & Agathensi canonibus supra laudatis habetur: quorum Conciliorum Patres, exemplo proculdubio sanctorum Lupi & Euphronii accensi, arctiores continentia leges altaris ministris præscripserunt, & ad eam disciplinam propius accedere cœperunt, quam in Ecclesia Romana Leonis nostri temporibus viguisse videmus: a qua tamen adhuc in multis discrepabant, ut vel ex hac sancti Lupi epistola intelligere licet, si cum ista ad Rusticum, & aliis ad Anastasium Thessalonic. ad Italiae Episcopos, & ad Viennenses conferratur. In quarum ultima cap. 3. Clericos etiam in minoribus officiis residere non patitur, qui fuerint plusquam unius uxoris viri.

Laxiorem porro disciplinam illam, qua, ut memoravimus, Subdiaconi permittebantur uxoribus propriis committere; & corruptelam, quæ ante Arausicanæ Synodi primæ & Arelatensis II. canones Ecclesias Gallicanas pervasisse videtur, ut Diacones aliquando ordinarentur non ante professi conversionis seu continentia propositum; non ex morum solummodo corruptione, aut Episcoporum negligentia descendisse putaverim, sed ex Synodorum Orientalium canonibus, quibus 15 Gallicanus canonum codex ex parte compositus erat, quos inter Ancyranus 10. Diaconum, qui ordinationis tempore continentiam promittere noluerat, ad nuptias sinebat transire, nec propterea gradum auferebat. Romana disciplina longe purior ac traditioni magis conformis, continentia legem Diaconis semper indixerat: nec receperat Ancyranum canonem 10. nisi eum corrigendo & ad suum usum accommodando, ut in Dissertatione ad antiquum nostrum Romanæ Ecclesiæ codicem diximus.

Col. 1421. 9. NEC DIMITTERE UXORES. Canon VI. Inquis. 3. Apostol. hoc vetat: *Episcopus aut Presbyter uxorem propriam nequaquam sub obtentu Religionis abiciat: si vero rejecerit, excommunicetur; sed & si perseveraverit, dejiciatur.* Huic Orientalis Ecclesiæ decreto concinunt plures Latinae Constitutiones, quibus  
Tom. II.

tamen cautiore consilio provisum est. Clericus majoris ordinis conjugatus cum uxore in eadem domo habitet, nisi *sequestrato mansionis cubiculo, religione præmissa* (vel *promissa*) ut habet Conc. Agathensis can. 16. postea quam pariter conversi fuerint.

10. CHRISTI ET ECCLESIAE SACRAMENTUM. Cur irritum sit matrimonium ingenui cum serva seu ancilla, non una afferri solet ratio; ea vero, quam ex ipsius Sacramenti significatione repetit sanctus Leo, nescio an satis attendi soleat. Quod scilicet præter voluntariam sexuum conjunctionem necesse sit, ut habeant matrimonia Christi & Ecclesiæ sacramentum: ut enim Christus liberam duxit Ecclesiam, seu ducendo & redimendo liberam fecit, ejusque filii heredes quidem Dei, coheredes autem Christi facti sunt in hujus divinæ personæ societatem, & aliqua unigeniti jura adsciti; ita necesse est ut mulier libera sit dum assumitur in uxorem, vel libera reddatur dum a sciente assumitur & redimitur: *Ingenua facta & dotata legitime, & publicis nuptiis honestata*, ut alias Leo. Quantum ad hanc *publicarum nuptiarum* conditionem, videtur eam necessarie requirere S. Pontifex, ut rata sint & valida matrimonia: quod maxime favet nonnullorum doctissimorum juris canonici peritorum, qui clandestina matrimonia semper invalida irritaque fuisse autumant. Verum cum sacrosancta Tridentina Synodus ea rata & vera fuisse censuerit, quamdiu ea Ecclesia irrita non fecit; fatius est Leonis verba intelligere de solis ancillarum matrimoniis, quæ non nisi publicarum nuptiarum solemnitate possint honestari, & in libertatem vindicari. Vide sanctum Augustinum de bono conjugali cap. 5. multo pauciora ad veras nuptias requirentem, tametsi dubitans loquatur. Porro quod de concubinis hoc capite dicitur, in malam partem accipiendum non est, sed de iis concubinis, quarum usus tunc temporis licitus erat; quæque velut uxores erant, quamquam nec dotalibus instrumentis, nec solemniter ductæ, nec ingenue factæ, sed adhibitæ ad tempus maritali affectu, procreandorum liberorum causa. Ne materiem multorum tractatibus versatam inutiliter retractem, adeundi commentarii novi Emanuelis Gonzalez IC. in Concilium Illiberitanum cap. 8. subjecti antiquioribus Mendozæ commentariis: ubi contrariam hujus sententiam refutat ille, expenditque fufius in quibus concubinitas hujusmodi & matrimonium vel convenient vel discrepent.

11. PATERNO ARBITRIO &c. Membrum hoc cum præcedenti connectitur, non solum in collectionibus Dionysii Exigui cap. 18. Isidori, Gratiani 32. q. 2. *Non omnis mulier*, Burchardi & Yvonis; sed etiam in MSS. codd. Corb. Griman, Victor. & quatuor

Col. 1422.  
Inquis. 4.

Ibidem.  
Inquis. 5.

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

15 Videtis nostram superiorem 14. adnotationem col. 1598. quæ huc spectat, & illuc per errorem irrefert.

tuor Thuaneis . Unicum Thuaneum cum Barberiniano , Trecopithœano & Cantabrigensi secuti sumus , ut cum Sirmondo ejusque codicibus MSS. distinctum caput faceremus , quoniam id res ipsa exigit : præcedenti enim capite de folis Clericis filias tradentibus ad nuptias agitur ; isto , de quavis fideli puella paterno arbitrio viro concubinæ prius conjuncto tradita . Hæc verba : *Quia aliud est nupta , aliud concubina* : quæ claudunt responsum ad Inquisitionem 5. inchoant in Barber. Inquisitionem 6. non malo sensu .

Col. 1423.

Inquis. 7.

12. CULPANDA EST SANE &c. Apud eodem Collectores mox laudatos hoc caput cum superiori conjungitur : quibus & idem MSS. concinunt , exceptis Thuan. 1. Trecopith. Barber. & Cantabr. Latum materiæ discrimen distinguenda esse capita satis eloquitur . Immo sine distincto inquisitionis titulo hoc caput intelligi nequaquam potest .

Ibidem

Inquis. 8.

13. HORUM CAUSSA &c. Jam indicavimus supra hunc Ecclesiæ Romanæ morem ab aliis plerumque Ecclesiis servatum non fuisse . De Carthaginensi testis Concil. IV. si genuinum est , can. 74. *Pœnitentes vero qui leges pœnitentiæ attente exequuntur , si casu in itinere , vel in mari mortui fuerint , ubi eis subveniri non potest , memoria eorum & oblationibus & orationibus commendetur .* De Gallicana testatur Vasensis I. canon. 2. supra descriptus . De Hispanica , Toletana Synodus , quæ dicitur undecima , an. 675. congregata , quamque authenticam vocat Innocentius PP. in epistola ad Petrum Compostellanum . *De his autem , inquit canon 12. qui accepta pœnitentiâ , antequam reconciliantur ab hac vita recesserint , quamquam diversitas præceptorum de hoc capitulo habeatur , illorum tamen nos sententias placuit sequi , qui multiplices numero de hujusmodi humanius decreverunt : ut & memoria talium in Ecclesiis commendetur , & oblatio pro eorum dedicata spiritibus accipiatur .* Ubi Synodus 16 authentica Carthaginenses Gallicanosque Antistites Leoni præferendos censet , quia multiplices numero : quemque in eodem canone secuta est definientem in epist. ad Theodororum Forojul. non denegandam reconciliationem in periculo mortis , ab eo discedit cum in eadem epistola edicit mortuis in pœnitentiæ decursu communicandum non esse .

Col. 1424

Inquis. 10

14. MELIUS EXPETIT ECCLESIASTICUM , QUAM FORENSE JUDICIUM . Quandoquidem hanc Leo ita optionem dat pœnitentibus ,

ut etiam magis approbet , si relicto sæculari judicio ad ecclesiasticum confugiant qualibet de causa , argumentum est etiam tum viguisse leges , quibus ab Imperatoribus Constantino , ut testatur Sozomenus lib. 1. cap. 9. & ab Honorio data est Episcopis potestas judicandi inter litigantes christianos etiam laicos vel pro rebus temporalibus .

15. Inquisit. XIII. DE HIS QUI POST Pœ-

Col. 1425.

NITENTIAM UXORES ACCIPIUNT , VEL CON-

Inquis. 13.

CUBINAS SIBI CONJUNGUNT . Videtur hæc Inquisitio ex can. 21. Concil. Arelat. II. nata ; nisi quod hic de secundis tantum nuptiis & illicita commixtione est , sanctus autem Leo etiam a primis nuptiis excludit pœnitentes , in eo , ut in ceteris , minus quam Galli nostri indulgens .

16. VIRGINITATIS PROPOSITUM . Manife-

Col. 1426.

ste duo distinguit S. Leo , *Propositum* cum

Inquis. 15.

habitu conjunctum , & *Consecrationem* . Propositum erat vel solemne , per ingressum Monasterii ; vel privatum , per susceptionem virginalis habitus in propria domo , quod a puella duodenni præstari poterat : consecratio vero ante annum ætatis quadragesimum ne fieret sancivit Leo . *Hic quoque constituit* , inquit liber de Romanis Pontificibus , *ut Monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem , nisi probata fuerit in virginitate annis quadraginta .* Idem edixit Majorianus Imperator an. Ch. 458. hortatu , ut par est credere , sancti Leonis : eodem edicto vetans , ne quis filias invitans ad sacrum velum accipiendum cogeret . Idem tempus annorum 40. virginibus ante consecrationem probandis præscripsit Agathense Concil. can. 19. cui præverat Calchedonense can. 15. idem de Diaconissis statuens . Quam pœnam virgines a proposito resiliens sustinerent , non dicit sanctus Leo . Innocentius I. eas aliquanto tempore debere pœnitentiam agere scribit in epistola ad Victricium Rothomagensis ; eam autem , quæ & consecrationem nubendo violasset , pœnitentiæ post mortem mariti esse subjiciendam . Vide Ancyranum can. 19. Consecratio vero ista solemnis nec ab alio quam ab Episcopo , nec nisi majoribus solemnitatibus fieri debebat . Solis diebus Epiphaniarum , vel in Albis paschaliibus , vel in Natalitiis Apostolorum dari sacrum velamen præcipit Gelasius Papa epist. ad Episcopos Siciliæ , Lucaniæ & Brutiorum . Liberius PP. Marcellinam sancti Ambrosii sororem , aliasque virgines Deo consecra-

## EDITORUM ADNOTATIONES.

*Authenticum* pro non spurium .

16 Innocentius III. in epistola ad Petrum Compostellanum ex hujus verbis non Tolertanam , sed Emeritensem Synodum *authenticam* eo sensu appellat , ut eam sinceram , seu non spuriam ostenderet ; idque probavit ex collectione Hispanica , sive ex libro canonum apud Hispanicos recepto , quem , inquit , *Alexander Papa per interlocutionem authenticum approbavit .* In re autem non præcepta omnibus , in qua diversa erat Ecclesiarum disciplina , nihil mirum , si Toletanis Patribus Carthaginen-

sium & Gallorum disciplina magis placuit . Vide autem , ne hinc suspiceris Hispanos horum uti plurimum auctoritatem prætulisse auctoritati Romanorum Pontificum , quam semper maximi fecisse pluribus documentis liquet . Neque enim hic auctoritatis cum auctoritate comparatio fuit , sed præ rigidiori disciplina mitioris electio , in qua idcirco multorum exempla Toletani Patres allegarunt , ne relaxationem antiqui rigoris ipsi primi inducere viderentur .

feceravit in ipso Domini Natalitio, ad easque sermonem habuit, quem sanctus Ambrosius exseribit lib. 3. de Virginibus.

17. In omnibus editis exemplaribus sequitur hoc capitulum, quod etiam apud Gratianum 20. q. 1. reperitur.

Cap. 14. *Ambigi vero non potest crimen magnum in edit. admitti, ubi & propositum deseritur, & con- vulg. nunc secratio violatur: nam si humana pacta non col. 1425. possunt impune calcari, quid eis (eos) man- nos. 76. nebit, qui corruperint fœdera divini Sacramenti?*

Verum desideratur pars hæc integra in MSS. codd. Griman. Barb. Victor. Treco- pith. Navarrico, & tribus Thuaneis, nec non apud Dionysium Exiguum, Burchardum & in Isidori collectione edita Parisiis an. 1524. & 1535. cura Margarini de la Bigne: ut dubium non sit hæc 17 vel Gratiani verba esse, vel alicujus studiosi, qui cum animadverteret in Leonis decreto de solis puellis agi, quæ propositum virginitatis emisserunt, ex inductione quid de consecratis statuendum esset, ad marginem annotavit, quod postea irrepsit in textum per scribarum imperitiam. Et certe hominem arguit ratiocinantem potius, quam definientem pannus iste, nec a Pontifice cum potestate loquente descendere videtur. In aliquibus exemplaribus unicum cum præcedenti caput componit, ut apud Gratianum & Sirmondum, qui Inquisitionem huic respondentem nullam invenit: in aliis pro distincto capitulo habetur, ut in vulg. edit. & in MSS. Thuan. duobus, & Cantabr. Ceterum ratio illa ex divini pacti sacramento petita, desumpta videtur ab auctore ex epistola Innocentii I. ad Victricium Rotomagensi. cap. 13.

Col. 1428. 18. CUJUS FIDEI FUERINT QUI EOS BA- Inquis. 18. PTIZAVERUNT &c. Eandem definitionem habet Leo noster epist. 135. \* cap. 2. & epist. \* nunc 166. 129. \* cap. 7. ubi cum a quocumque hæ- \* nunc 159. retico baptizatum denuo baptizari vetet, cave ne Paullianistas, quorum baptisma irritum proclamavit Nicæna Synodus, idoneis ab eo baptizatoribus accenseri putes, Paullianistæ enim, ut dicit Innocentius I. in *Nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti minime baptizabant*: ac proinde eorum baptisma (& si qui alii in *Nomine Trinitatis non tingebant*) baptisma non erat: quia *formam baptismatis*, quam hic, *quolibet modo*, acceptam Leo supponit, non usurpabant. *Quis enim nesciat*, inquit Augustinus, lib. 6. de bapt. contra Donat. *non esse baptismum Christi, si verba evangelica, quibus Symbolum constat, illic desuerint?* Indiscrete tamen loquitur sanctus Leo, quoniam indiscrete plerumque locuti sunt alii sancti Patres: & quia *facilius inveniuntur* Tom. II.

*hæretici, qui omnino non baptizent*, (quod loco mox laudato ait Augustinus.) *quam qui non illis verbis baptizent.*

19. POSSUNT JEJUNIIS ET MANUS IMPO- Ibidem. SITIONE PURGARI. Vides hic 18 aliquid me- Inquis. 19. dium inter pœnitentiam publicam, & solam 18 manuum impositionem seu confirmationem. Per hanc solam catholicis copulabantur, qui ab hæreticis infantes baptizati erant, ut cap. præcedenti decernitur. Pœnitentiæ publicæ laboribus subjiciebantur, & ita ad communionem admittebantur ii, qui cum a catholicis baptizati & a gentilibus adhuc parvuli capti essent, idololatria, vel homicidiis, vel fornicationibus se se apud illos polluerant. Si vero iidem convivio gentilium solummodo & escis immolatiis usi fuerant, nec pœnitentia publica multabantur, quoniam hoc ab eis adhuc juvenibus, in infantia raptis, quid agerent ignorantibus, & fame coactis admissum fuerat: nec item per manus impositionem, invocata virtute Spiritus sancti, seu per confirmationem: quia a catholicis baptizati, ab iisdem pariter Spiritus sanctificationem acceperant: sed *jejunii & manus impositione* purgabatur. Hanc enim impositionem manus, nec de pœnitentia publica, nec de Confirmationis sacramento intelligendam esse, planum mihi esse videtur ex contextu capituli, & ex ipsa Inquisitione.

Aliquid severioris disciplinæ habere videtur idem Leo noster in epistola 129. \* ad \* nunc 159. Nicetam Aquilejensem cap. 5. ubi hujusmodi cibis immolatiis pollutos pœnitentiæ satisfactione purgari præcipit, sive hoc terror extorserit, sive fames suaserit: sed discrimen in pœna est, quoniam & in peccantibus erat: ibi enim de adultis & grandævus agitur. Adde quod non tamquam ex canonum auctoritate loquitur sanctus Leo, sed quasi ex proprio sensu: *Credidimus*, inquit (unde vel de publicæ pœnitentiæ satisfactione non loquitur, vel eam ex Episcopi prudentia & arbitrio moderationem adhiberi vult) *ut non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione pensetur: cum hujusmodi cibis pro metu, aut indigentia, non pro religionis veneratione sit sumtus.*

Quod vero juniores illos *jejunii & manus impositione* purgari mandat, etiam si vix inter minima peccata numeranda videantur quæ admiserant, non mirabitur, qui apud Augustinum legerit, quod *pro quotidianis* Hom. 50. *peccatis etiam sacrificia eleemosynarum, jeju- de Pœnit. niorum, & ipsarum orationum ac supplicationum quisque pro suis viribus offerre non cessat.* Nec difficultatem debet facere, quod de manus impositione mentionem facit, eo ipso enim confirmatur quod diximus: quia cum

Lllll 2 ma-

#### EDITORUM ADNOTATIONES.

17 Hoc additamentum vetustius multo, quam Gratianus, ostendimus adnot. 76. in præsentem epistolam tom. 1. col. 1425.

18 Videtis nostram adnot. 25. in ep. 159.

tom. 1. col. 1233. ubi germanus Leonis sensus exponitur, & quid in sequentibus Quesnelli conjecturis approbandum sit, satis exinde cognoscetur.

Aug. l. I.  
de Bapt.  
507. Do-  
nat. c. 10.

manus impositio solitarie ponitur, nullum significat sacramentum, multoque minus Confirmationem; sed solummodo orationes & supplicationes manuum impositioni conjunctas, juxta illud ejusdem Augustini: *Manus impositio, non sicut baptismus, repeti potest. Quid enim est aliud, nisi oratio super hominem?* Unde in hac ipsa epistola Leonis ad Rusticum Inquis. 2. cum probare vellet Clericos non debere poenitentiam publicam accipere per manus impositionem, per quam luctuosum illud stadium dedicari solebat, adducit hæc Scripturæ verba: *Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro illo?* I. Reg. 2. 25.

Postremo monebo per mediam illam poenitentiam seu poenitentiae umbram, quam hic commemorat sanctus Leo, lucem afferri illis Innocentii I. PP. verbis, quæ video a multis in alienos sensus detorqueri. *ARIANOS, inquit, laicos conversos ad Dominum SUB IMAGINE POENITENTIAE ac sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus.* Quod enim hic imaginem poenitentiae appellat, id ipsum esse arbitror, quod sanctus Leo jejuniis & manus impositione comprehendit: quæ poenitentia, si cum illis omnibus laboriosis poenitentiae gradibus conferatur, qui passim in usu erant in reconciliatione peccatorum, imago potius & umbra poenitentiae merito dicitur, quam poenitentia. Etsi enim in illa publice credendum est impositam esse manum a supplicanti- bus Sacerdotibus, publicæ tamen poenitentiae nomine non decorabatur, quia ab omni

illa publice humiliandi disciplina immunis erat. Hujusmodi tenuem & mediam poenitentiam susceptam esse videmus 1. ab iis adultis, qui ad baptismi sacramentum & consecrationem se se accingebant, de qua sanctus Augustinus homil. 50. citata, ubi tres actiones poenitentiae recenset, quarum hæc prima est, *quæ, inquit, novum hominem parturit, donec per baptismum salutare omnium præteritorum fiat remissio peccatorum.* 2. ab iis de quibus Innocentius I. qui ab Arianis conversi per Confirmationis sacramentum in catholica suscipiebantur: ad hanc enim sanctificationem spiritus se se per jejunia & orationes disponebant. 3. ab iis qui e captivitate regressi, in qua immolatiis se cibis contaminarant, sacramentorum Christi cupiebant esse participes, quorum illis prius communio non concedebatur, quin jejuniis, orationibus sacerdotibus, & manuum impositione purgati essent. Porro cum manuum impositionem hic lego, vix mihi tempero quin ad secretæ confessionis & sacramentalis absolutionis, ut hodie fit, ritum oculos mentis conjiciam: prodo suspicionem, sed nihil assero.

Antequam his observationibus finem imponam, operæ pretium est indicare nonnulla ex hujus epistolæ præfatione translata esse ad prologum fictitii rescripti Marci Papæ ad Athanasium: aliqua etiam ex Inquis. 13. in epistolam Julii Papæ ad Orientales in causa ejusdem Athanasii. Alia sunt forsan in aliis Isidori pseudo-epistolis.

## M O N I T U M .

**Q**uesnelli observationem in epistolam apud ipsum IX. ad Episcopos Gallicos Viennensis provinciae, quam inter supposititias rejecimus, insertam invenies in Admonitione eidem epistolæ præmissa tom. 1. col. 1465. ubi nostras animadversiones adjecimus.

## APPENDICULA.

## ADMONITIO.



Ost vulgatum tomum primum nostræ editionis, in quo præter sermones epistolæ etiam S. Leonis ad codices præsertim Romanos exactæ & emendatæ continentur, e Romanis typis Josephi Collini prodiit in lucem illa pars operum ejusdem S. Doctoris quæ ipsius epistolas ad eosdem fere codices recognitas exhibet. Circa hos vero codices, qui & nostræ & Romanæ editioni usui fuere, unum monere necessarium ducimus, ne quis forte de fide nostra in iisdem MSS. exemplaribus allegandis addubitet. In præfatione Romanæ editionis hæc admonitio legitur pag. LIII. *In hac nostrâ (editione) erudito lectori notæ manuscriptorum indices, quæ in omnibus aliis desiderantur, occurrunt: quod ea quidem ducti ratione fecimus, ut a lectorum animo omnem suspicionem removeremus, nos potius conjecturis indulgisse, quam religiose eorundem MSS. codicum lectionibus & auctoritatibus instituisse. Quare in posterum cuique de nostra fide dubitanti omnino facile esse poterit ad nostros indicatos fontes provocare, atque subinde cognoscere, an variæ lectiones, vel a nobis ad calcem cujuscumque epistolæ, aut monumenti adnotatæ, vel in textum indutæ, vere atque sincere iis fontibus respondeant, ex quibus easdem haustas fuisse indicavimus.* Conferentes vero Vaticanos codices in hac editione ad cujusque epistolæ marginem indicatos cum iis, quos nos in nostra editione allegavimus, deprehendimus, nonnumquam in ea Romana editione notari, hanc vel illam Leonis epistolam inveniri in aliquibus Romanis codicibus, qui eis certissime carent. Exactissimum enim catalogum epistolarum, quæ in quovis codice describuntur, separatis paginis, ne confusio irreperet, contexuimus: nec plures, vel pauciores in singulis codicibus, seu MSS. collectionibus reperiri Leonis epistolas, quam quæ a nobis vel in præfatione, vel in notis recensitæ fuerunt, certissimi sumus: ut & conferentibus ipsos codices palam fiet. Romana autem editio codices non raro adsignat epistolis, quæ in ipsis desunt, idque certo errori tribuendum ex eadem editione evincere possumus.

In notitia manuscriptorum Vaticanæ bibliothecæ, quæ præfationi ejusdem editionis subjicitur, pag. LXVI. scribitur, Vaticanum codicem 1341. continere epistolas Leoninas *unam & quadraginta*: ubi legendum *unam de quadraginta*: ille enim codex pertinet ad collectionem Hispanicam, quæ complectitur tantum Leoninas epistolas XXXIX. a nobis exacte recensitas in præfatione ad epistolas §. X. pag. 522. & 523. At in editione epistolarum præter quam quod hujus codicis allegatio omittitur in epistolis decem, quæ in eo leguntur, numerus ipsius codicis Vat. 1341. affigitur epistolis XLV. ex quibus sexdecim in eodem codice desunt, nimirum epistolæ 24. 34. 35. 36. 39. 46. 48. 58. 68. 98. 99. nec non una Valentiniani ad Theodosium, Marciani ad Leonem, Pulcheriæ, Ceretii ac Salonii, & Synodi Calchedonenensis ad eundem Pontificem, quæ in nostra editione sunt epistolæ 54. 37. 38. 39. 42. 50. 51. 72. 67. 123. 124. 55. 73. 77. 68. & 98. In eadem manuscriptorum notitia pag. LXV. Vaticano MS. 1342. collectionis tertiæ adscribuntur *sexdecim S. Leonis epistolæ*, quot quidem in eodem invenimus. At in corpore editionis numerus ipsius codicis 1342. adnotatur epistolis 21. ita ut omiſſa allegatione ejusdem ad epistolas sex, quæ in eo continentur, perperam addatur idem numerus epistolis undecim, quas in ipſo nequaquam invenies, nimirum epistolis ejus editionis 3. 7. 8. 14. 15. 73. 81. 91. 95. 139. & synodicæ Ravennii ac aliorum Gallorum ad Leonem; nobis vero epist. 3. 2. 7. 18. 15. 93. 106. 115. 120. 166. & 99. Similes lapsus occurrunt in allegandis aliquot aliis codicibus. Epistolæ ex. gr. 24. nobis 54. apponuntur in margine codd. Vatt. 1340. 1341. 1343. 1353. & 3791. cum tamen eadem epistola inveniatur in uno MS. 1340. in ceteris desideretur. Epistolæ 39. nobis 42. quæ exstat in sola collectione Arelatensi, ex qua reperire licuit unum codicem Vallicellianum G. 99. adscribuntur in margine codd. Vatt. 541. 542.

1340. & 1341. qui ad alias collectiones ea epistola expertes spectant. Idem referre de aliis epistolis superfedemus, cum hactenus indicata sufficiant. Hi errores partim operarum oscitantia, partim vero confusione adnotationum in adversariis, quæ separatam cujusque codicis descriptionem non præferrent, tribuendū videntur.

Num vero aliquis pariter error lateat in quibusdam lectionibus huic vel illi codici in eadem editione adscriptis, non vacavit expendere. Certe pag. 1. not. a dum traditur, omnes Vatt. codd. *antiquiores & insignioris notæ* excepto Vat. regio 1997. habere hæc verba, *In causa Lupicini Episcopi*, manifestus est error: quippe *antiquiores* quidem, & *insignioris notæ* codices in margine laudati Vat. 1341. & 1342. non solum carent iisdem verbis, verum etiam in corpore ipsius epistolæ primæ, nobis 12. omittunt illud caput, quod ad Lupicini causam pertinet. Pag. 62. not. e in epistolam 15. ad Turribium affirmatur, codicem Vat. Reg. 1997. habere *sentinam*, cum *sententiam* ibidem legerimus. Pag. 194. not. b. & f in epist. 47. nobis 59. lectiones afferuntur ex codd. Vat. 3787. & 4961. qui cum sint collectionis Avellanæ, eadem epistola carent: eæ autem lectiones a nobis fuerunt repertæ in MSS. collectionis XXI. ad quam spectant MSS. codd. Vatt. 542. & 543. quos una cum duobus memoratis collectionis Avellanæ in ejusdem editionis margine indicatos invenies. Alia observare, quæ ad editionem nostram vindicandam necessaria non sunt, prætermittimus.

Porro in eadem editione Romana, in qua lucubranda Cl. Auctor plurimum operæ & laboris impendens, Græcos etiam codices recolendos curavit, tria fragmenta Græca antea inedita invenimus, quæ in hac Appendicula recudenda credidimus. Primum e MS. Vat. Græc. 720. sæculi, uti traditur, decimi eductum fuit. Hic codex multa Græcorum Patrum opuscula seu fragmenta continet. Inter hæc legitur pars epistolæ S. Leonis ad Imperatorem Theodosium. Nihil ex stylo conjicere licuit, cum sit Græca versio. Substantia vero ipsius fragmenti nihil repugnat: nam rectam fidem eandemque doctrinam exhibet, quam Leo docuit. Auctor Romanæ editionis censet, hoc fragmentum pertinere ad epistolam, quæ a Leone indicatur epist. 24. nobis 54. ad eundem Imperatorem illis verbis: *A me autem atque ab omnibus catholicis Sacerdotibus, quæ evangelicæ fidei pietas defendatur, satis plene ac lucide litteris meis, quas Clementiam vestram per famulum vestrum Epiphanium Tribunum, qui pro hac causa missus est, arbitror accepisse, reseratum est*. Id autem ille censuit deceptus erronea hujus epistolæ chronica notatione, qua in vulgatis signabatur data VIII. Kal. Junias, idest ante epistolam nobis 44. ad ipsum Imperatorem; unde recitatis verbis alia epistola e Sacerdotum Synodo scripta atque deperdita significari videbatur. Emendata vero ea chronica nota ex nostro optimo codice Ratisponensi sic VIII. Kal. Januarias, idest die 25. Decembris anni 449., statim liquet, memoratis verbis indicari ipsam epistolam 44., quæ quidem jamdiu ante laudatam epistolam 54. nimirum III. Idus, vel Idibus Octobris anni ejusdem data fuerat e Synodo. Quid ergo? Si huic fragmento, quod ex Græca miscellanea collectione sumtum est, fidendum omnino sit; multo est credibilius, huc Leonem respicere in epist. 69. dum ad eundem Imperatorem scribit c. 2. *Quæ nostræ forma sit fidei, manifestatis instructionibus quas misimus, possitis dignanter agnoscere*. In hanc quidem rem a Leone missa fuerunt in Orientem Theodosio tradenda testimonia Patrum; quibus probaret se se in dogmatica epistola 28. non aliam doctrinam docuisse, quam quæ a Sanctis & Latinis & Græcis Patribus tradita fuerat. Vide epist. 71. Sed ex hoc fragmento, si genuinum sit, missa simul videtur alia epistolicæ declaratio ad ipsum Imperatorem directæ, quæ testimoniis Patrum & Legatorum instructioni addita dicenda esset. Cum vero sola epistola 28. celebris sit, huicque uni testimonia Patrum subiecta fuerint in MSS. Græcis vetustissimæ collectionis Calchedonensis ante hujus Concilii gesta, nec præter hanc ulla uspiam fiat mentio alius Leoninæ declarationis ac veluti formulæ fidei ad Imperatorem Theodosium, quæ post editam dogmaticam epistolam 28. superflua videri potest; hinc de hujusmodi fragmento aliqua suspicio nec omnino levis ingeritur. Quidquid autem id est, ipsum fragmentum in hac Appendicula exhibebimus, uti editum fuit.

Secundum est fragmentum libelli S. Flaviani Constantinopolitani Episcopi ad S. Leo-



S. Leonem, quod supeditavit codex Vat. Græc. 451. In hoc fragmento nonnulla paullo difficiliora occurrunt. Duæ in eo partes distinguendæ, prior qua libellus quidam fidei proponitur, posterior qua gesta circa Joannem & Gregorium describuntur. In priori parte, seu in libello fidei laudatur dogmatica Leonis epistola 28. qua duæ naturæ & una persona declarantur in Christo. *In unam enim personam*, inquit, *sicut & TUA SANCTITAS DOCET* (in epist. 28.) *duæ naturæ concurrunt*. Hæc autem Leonis epistola 28. Flaviano tradita fuit non Constantinopoli, sed Ephesi, quo Flavianus ad Concilium accesserat. Legati enim Pontificis, qui easdem litteras perferendas acceperant, ob indicti Concilii tempus non Constantinopolim, sed Ephesum contendere compulsi fuerunt. Porro gesta, quæ in posteriori parte narrantur, Constantinopoli evenerunt. Joannis enim & Gregorii condemnatio a Flaviano peracta, ac plebis tumultus in eosdem, non Epheso, nec tempori latrocinii Ephesini, quo Eutychnorum factio prævalebat, sed Constantinopoli convenit ante tempus ejusdem latrocinii, cum Flavianum damnato Eutyche catholicam fidem libere propugnabat, populisque favebat. Neque enim rejici potest post idem latrocinium: nam tunc Flavianus non rediit Constantinopolim, sed in exilium pulsus in ipso itinere supremum diem obiit. Vide nostram admonitionem in epist. 53. Cum vero prior pars hujus fragmenti, in qua epistolæ Leonis fit mentio, eum fidei libellum contineat, qui ante hæc Constantinopolitana gesta circa Joannem & Gregorium lectus traditur (*Hæc cum libellus contineret, EO LECTO* &c.) ipse quoque libellus Constantinopoli scriptus fuerat, antequam Flavianus Ephesum pergeret. Quomodo igitur in eo laudari potuit Leonis epistola 28. quæ solum Ephesi a Flaviano accepta fuit? Adde quod dum hic libellus Constantinopoli legeretur, Eutyches depositus fuerat. Qui autem Flavianus hominem abs se jam depositum & Archimandritæ dignitate privatum, *Archimandritam* in ipso libello appellasset? Cum integrum documentum, ex quo hoc fragmentum excerptum fuit, desideretur, nihil certi affirmari potest. Nè vero suppositionis nota eidem inuratur, suspicari licet, hoc fragmentum pertinere ad libellum appellationis Flaviani, qui Ephesi scriptus & Legatis Leonis traditus fuit. In hoc autem insertus dicendus est libellus fidei, qui Constantinopoli lectus fuerat, & gesta de Joanne & Gregorio pariter inserta. Verba, quibus laudatur Leonis epist. 28. eidem libello, dum Ephesi exscriberetur, adjecta. Tum vero Flavianus Eutychem vocavit *Archimandritam*, quia is in pseudosynodo restitutus pro Archimandrita se se gerebat.

Tertium fragmentum sumtum ex MS. Vat. Græc. 1455. mera paraphrasis est capituli octavi epistolæ 14. Leonis ad Anastasium.

## FRAGMENTUM I.

ex cod. Vat. Græc. 720.

LEONIS Papæ ad THEODOSIUM Imperatorem, de divini Verbi incarnatione,

Λέοντος Ἐπισκόπου Ρώμης ἀντίγραφον ἑρμηνείας μέρους ἐπιστολῆς, ἧς ἔγραψε τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, καὶ κατὰ τῶν πιστευόντων τοῖς μυσταροῖς δογμασι τῶν αἰρεσιάρχων Φωπινῶ, καὶ Ἀπολιναρίου, καὶ τῶν τούτων ὁμοίων,

LEONIS Romæ Episcopi exemplum interpretationis partis epistolæ, quam ad Imperatorem THEODOSIUM scripsit de divina incarnatione, & contra eos qui credunt abominandis dogmatibus hæresiarcharum Photini & Apollinaris atque horum similitium.

**Π**ιστεύομεν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν αἰδίως καὶ ἀνάρχως μετὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ἀγίου πνεύματος ὄντα ἐπ' ἐσχάτων τῶν αἰώνων τέλειον ἄνθρωπον τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀνεληφέναι ἐκ Μαρίας ἀπαρθενού. καὶ τὸν λόγον σάρκα γεγενῆσθαι τῷ ἀναλαβέν ἄνθρωπον, ὅτε μεταλλάξαι τὴν θεότητα, καὶ οὐχ' ὥσινες μυσερῶς υπέλαβον τὸ ἅγιον πνεῦμα ἀπὸ σποράς γεγενῆσθαι, ἀλλὰ τῇ δυνάμει καὶ τῇ σοφίᾳ δημιουργοῦ γεγόμενον ὁμολογοῦμεν τὸν Χριστὸν εἶναι πρόσωπον υἱοῦ, δύο δὲ τελείας καὶ ὁλοκλήρους οὐσίας θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος τῆς ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεσώσης. ἀναθεματίζομεν Φωπινὸν τὸν λέγοντα τὸν Χριστὸν ψιλὸν καὶ γυμνὸν ἄνθρωπον. ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀπολιναρίου καὶ τοὺς τούτου ὁμοίως τοὺς λέγοντας τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἔλαττόν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀνεληφέναι. ἢ ἐν σαρκί, ἢ ἐν ψυχῇ, ἢ ἐν νῶ ἐν τῇ προσλήψει τῷ ἀνθρώπου. καὶ ἀνόμοιον γεγενῆσθαι ἡμῖν, δι' οὗ προσηλήφθη. ὃν πῶς ἄνθρωπον ἀνευ μόνου τοῦ σπίλου τῆς ἁμαρτίας. ἢ τῆς ἁμαρτίας φυσικῆς οὐκ ἔστιν. σύμμορφον ἡμῖν κατὰ πάντα γεγενῆσθαι πιστεύομεν. κακείνων δὲ ὁμοίως τὴν βλασφημίαν ἀναθεματίζομεν τῶν ξένη ἐννοία ἐπιχειρούντων λέγειν ἀπὸ τοῦ καρῶ τῆς ἀαληφθείσης σαρκὸς πάντα τὰ τῆς θεότητος εἰς τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος εἰς τὸν Θεὸν μεταβεβλήσθαι. ὅπερ ὀυδεμίᾳ πρόποτε αἰρεσις ἐπέειν ἐτόλμησε,

**C**Redimus Filium Dei ab æterno, & sine exteriori principio, qui cum Patre & Spiritu Sancto est, in extremis sæculis perfectum nostræ naturæ suscepisse hominem ex Maria semper virgine, & quod Verbum caro factum fuerit, hominem suscipiendo, neque Divinitatem mutasse, neque, ut quidam impie existimarunt, Sanctum Spiritum pro femine fuisse; sed per virtutem & sapientiam conditoris genitum confitemur Christum unam esse personam Filii, duas vero perfectas integrasque substantias Divinitatis atque humanitatis, quæ ex anima & corpore constat. Anathema dicimus contra Photinum, qui Christum purum nudumque hominem asserit: similiter & contra Apollinarium, illiusque similes, qui dicunt Filium Dei minus quiddam humana natura suscepisse sive in carne, sive in anima, sive in mente, sive in hominis assumptione, & dissimilem nobis fuisse in eo quod assumptum est: quem hominem sine sola macula peccati (quod peccatum physicum non est) ejusdem formæ cum nostræ per omnia factum esse credimus. Illorum quoque blasphemiam execramur, qui nova inventione dicere conantur, a tempore susceptæ carnis omnia divinæ naturæ in humanam, atque omnia humanæ in divinam commutata fuisse, quod nulla umquam hæresis dicere ausa est. Per hujusmodi enim confessionem, utramque

Di-

διὰ γὰρ τῆς τοιαύτης ὁμολογίας ἐκατέ-  
 ραν φύσιν Θεότητος τε καὶ ἀνθρωπότη-  
 τος εἰς ἄλλο μεταβεβλήσθαι νομι-  
 ζουσι. καὶ οὔτε Θεὸν τέλειον, οὔτε ἄν-  
 θρωπον τέλειον κατὰ τὸ ἀληθές τὸν  
 υἱὸν ὁμολογοῦσιν. ἡμεῖς δὲ οὕτω φαμέν  
 ἀνήλθῃσθαι παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τῆν  
 ἡμετέραν φύσιν. τῆς Θεότητος ἀπαθούς  
 διαμηνάσης. ἔπαθεν γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ  
 οὐ δοκῆσαι, ἀλλὰ ἀληθῆς πάντα ἅπερ  
 ἢ γραφὴ μαρτυρεῖ, τούτῃ πεῖναν, δι-  
 ψαν, κόπον, πόνον, θάνατον καὶ τὰ  
 λοιπὰ τοιαῦτα. κατ' ἐκείνο δὲ ἔπαθεν  
 καθότι καὶ παθῆν ἠδύνατο. τούτῃ  
 οὐ κατὰ τὴν ἀναλαβοῦσαν, ἀλλὰ κατὰ  
 τὴν προσληφθεῖσαν φύσιν. αὐτὸς γὰρ ὁ  
 υἱὸς τοῦ Θεοῦ κατὰ τὴν Θεότητα ἀπα-  
 θής ἐστιν. ὡς ὁ πατὴρ ἀόρατος. ὡς ὁ  
 πατὴρ ἀψηλάφητος. ὡς ὁ πατὴρ ἀαλλ-  
 οίωτος. τὸ γὰρ κύριον πρόσωπον τοῦ  
 υἱοῦ ὁ Θεὸς λόγος προσλαβόμενος πα-  
 θητὸν ἄνθρωπον καὶ κατοικήσας ἐν αὐ-  
 τῷ οὐδὲν ἔπαθεν, ὡς ὁ πατὴρ καὶ τὸ  
 ἅγιον πνεῦμα. πάντα γὰρ ἀνάγκη τὴν  
 τριάδα ἀπαθῆν ὁμολογεῖν. ἀποθανόν  
 τοῖνον ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ κατὰ τὰς γρα-  
 φὰς καθὸ ἀποθανεῖν ἠδύνατο. ἀνέστη ἐκ  
 νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. ἀνῆλθεν εἰς τοὺς  
 οὐρανοὺς. καθεζέται ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ.  
 μενούσης τῆς οὐσίας αὐτῆς τῆς σαρκός,  
 ἐν ἣ ἐγεννήθη καὶ ἔπαθεν καὶ ἀνέστη.  
 οὔτε γὰρ διελύθη ἢ μετεβλήθη ἡ οὐ-  
 σία τῆς ἀνθρωπότητος. ἀλλὰ δεδοξά-  
 σαι εἰς τὸ διηνεκές ἐν τῇ Θεότητι μέ-  
 νουσα.

Divinitatis atque humanitatis naturam in  
 aliud quidpiam commutatam esse autumant,  
 neque Deum perfectum, neque perfectum  
 hominem secundum veritatem Filium con-  
 fitentur.

Nos vero ita dicimus assumtam a Filio  
 Dei naturam nostram, Divinitate impati-  
 bili permanente: passus est enim Dei Filius  
 non opinione, sed re vera, quæcumque Scri-  
 ptura testatur, hoc est famem, sitim, de-  
 fatigationem, laborem, mortem, & reliqua  
 hujusmodi. Secundum autem illud passus  
 est, secundum quod pati potuit, idest non  
 secundum assumtam, sed secundum assum-  
 tam naturam. Ipse enim Dei Filius secun-  
 dum Divinitatem impatibilis est, sicut Pa-  
 ter, invisibilis, sicut Pater, sub tactum non  
 cadens, sicut Pater, immutabilis. Propria  
 enim persona Filii Deus Verbum assumens  
 hominem patibilem, atque in ipso habitans,  
 nihil passa est, sicut Pater, & Spiritus San-  
 ctus: omnino enim Trinitatem impatibilem  
 confiteri debemus. Cum mortuus igitur Fi-  
 lius Dei fuisset secundum Scripturas, qua-  
 tenus mori potuit, surrexit ex mortuis ter-  
 tia die, ascendit ad cælos, sedet ad dexte-  
 ram Dei, manente substantia carnis ipsius,  
 in qua genitus est, & passus fuit, & refur-  
 rexit. Non enim dissoluta aut commutata  
 fuit humanitatis substantia; sed permanens  
 in Divinitate in perpetuum glorificata est.

## FRAGMENTUM II.

ex cod. Vat. Græc. 451.

FLAVIANI Episcopi Constantinopolitani ad Sanctum  
 LEONEM Papam.

Φλαβιανῶν ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλε-  
 ως, ἐκ τοῦ τόμου, οὗ ἔγραψε πρὸς  
 τὸν Λέοντα πάπαν Ῥώμης περὶ τῆς  
 Ἐπιστάτου οικονομίας τοῦ κυρίου ἡ-  
 μῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ  
 Θεοῦ ἡμῶν.

Ὁ λόγος, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο,  
 καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. ἕτερου  
 δὲ πὴ σκηνή, καὶ ἄλλο τὸ κατασκευ-  
 τῶν. II.

FLAVIANI Episcopi Constantinopolis ex Li-  
 bello quem scripsit ad LEONEM Romanum  
 Pontificem de Incarnationis dispensatione  
 Domini nostri JESU CHRISTI veri Dei  
 nostri.

Verbum, dicit, caro factum est, & ha-  
 bitavit in nobis. Aliud vero habi-  
 tatio, & aliud est habitans. Non dico,  
 M m m m m alius

νοῦν. οὐ λέγω ἄλλος καὶ ἄλλος, ὡς ἐπὶ δύο προσώπων. ἀλλ' ἕτερον καὶ ἕτερον, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων. πᾶσα γὰρ εὐαγγελικὴ καὶ ἀποστολικὴ παραίνεσις καὶ μαρτυρία περὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ ἐς δύο διαίρειται τρόπους. πῆ μὲν τὸ μοναδικὸν αὐτοῦ δηλοῦσα πρόσωπον. πῆ δὲ τὰς δύο αὐτοῦ σαφῶς μαρτυροῦσα φύσεις. καὶ γὰρ ἦν καὶ ἔσι διπλοῦς ὁ εἶς καὶ μόνος υἱὸς καὶ Χριστὸς, καὶ διπλοῦς ὁ ἐπ' αὐτῷ λόγος, οὐ πρὸ τῆς ἐνώσεως, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἀφρασον ἐνωσιν. τέλος ὁ αὐτὸς ὡσπερ ἐν Θεότητι, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι. εἰ γὰρ ἦν ἀπλοῦς, πῶς πάσχει καὶ θνήσκει ἠδύνατο; πῶς τύπτεσθαι, καὶ προσηλωσθαι, καὶ ραπίζεσθαι, ἐμὴ τῆ τοῦ σώματος παθητῆ καὶ γηγενεῖ φύσει; ὡσπερ γὰρ ὁμοούσιος ὦν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τέλειός ἐστιν ἐκ τελείου Θεός, οὕτω καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν ὑπάρχων, τέλος τυγχάνει ἀνθρώπος. ὁ γὰρ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὦν, μορφὴν δούλου ἔλαβε δι' ἡμᾶς. ἡ δὲ μορφὴ Θεοῦ οὐσίαν σημαίνει Θεοῦ, ὡσπερ καὶ ἡ μορφὴ τοῦ ἀνθρώπου φύσιν ἀνθρωπίνην δηλοῖ. αἱ μὲν οὖν πληγαὶ καὶ ὁ σαυρὸς καὶ ὁ θάνατος ἐστὶ τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾧ ἐστὶν ὁ δεσπότης ὁ Θεὸς λόγος. ἡ δὲ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐστὶ τοῦ δεσπότητος, περὶ ὃν ἐστὶν ὁ δούλος, τουτέστιν ὁ ἀνθρώπος. εἰ οὖν τὸ ἀπαθεῖς ἐστὶ περὶ τὸ θεῖον, τὰ δὲ πάθη περὶ τὸ ἀνθρώπινον, πῶς ἀπὸ τῶν εὐφρονούντων μίαν λέξεαι τὰς δύο αὐτοῦ φύσεις; εἰ δὲ μία ἐστὶν, ἄρα ἂν ἡμίθεος ἐσαρκώθη Θεός, καὶ ἡμιφυὴς ἀνελήφθη ἀνθρώπος. ἀλλ' οὐδ' οὕτως διδάσκει τῆς ἐσβεβίας ὁ Θεσμός, ὃν διεκρούσατο Ἐὐτυχῆς ὁ ἀρχιμανδρίτης, μίαν κηρύττων φύσιν τῆς ἀκρίστου Θεότητος, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ. ὁ δὲ πᾶς τῶν ἀγίων χορὸς διττὸν τὴν οὐσίαν εἶναι, ἦτοι τὴν φύσιν ὁμολογεῖ τὸν Χριστὸν. οὐ δὲ γὰρ διττὴν τὴν ὑπόστασιν ἦτοι τὸ πρόσωπον. ἐς εἰ γὰρ πρόσωπον, καθὼς καὶ ἡ ὑμετέρα διδάσκει ἀγνωσίῃ, συνέδραμον αἱ δύο φύσεις, ὡσπερ καὶ εἶπον καὶ σώζεσθαι ἀτρέπτως καὶ ἀδιαίρετως ἐν Χριστῷ ὁμολογοῦμεν. ἐστὶ γὰρ εἶς καὶ μόνος μονο-

alius & alius, ut de duabus personis sed diversum & diversum, ut in duabus naturis. Omnis enim evangelica & apostolica adhortatio & testificatio de Emmanuel in duos modos dividitur: aliquando quidem solitariam ipsius personam significans, aliquando vero perspicue ipsius duas naturas declarans. Etenim erat duplex, & est unus & solus Filius & Christus, & duplex in ipso ratio, non antequam copularetur, sed post inexplicabilem conjunctionem: perfectus ille tum in Divinitate, tum in humanitate. Si enim simplex erat, quo pacto pati & mori poterat? quo pacto verberari, & clavis affigi, & colaphis cædi, nisi in patibili corpore & terrena natura? Quemadmodum consubstantialis Deo & Patri, quum sit Deus, est perfectus ex perfecto; sic etiam eandem nobiscum naturam habens, homo perfectus existit. Qui enim in forma Dei erat, formam servi propter nos accepit. Dei vero forma substantiam Dei significat, sicut & forma hominis humanam naturam declarat. Plagæ igitur & crux & mors ad hominem pertinent, in quo Dominus Deus Verbum est; gloria vero & potentia Domini est, in quo est servus, idest homo. Si igitur quod pati non potest, ad Divinitatem spectat, perfectio autem in humanitate est; quis recte sentientium unam dixerit, quæ duæ naturæ in ipso sunt? Si vero una est, scilicet semideus carnem assumpsit Deus, & dimidiatæ naturæ assumptus est homo. Verum non ita pietatis sanctio docet, quam repulit Eutyches Archimandrita unam prædicando naturam increatæ Divinitatis, & humanitatis Christi, quæ cum nostra eadem est. Universus autem Sanctorum chorus duplicem substantiam, sive naturam esse Christum confitemur; non vero duplicem substantiam, sive personam. In unam enim personam, sicut & vestra Sanctitas docet, duæ naturæ concurrunt, quas etiam dixi & immutabili ratione conservari, & indivisibili modo in Christo confitemur. Est enim unus & solus unigenitus Filius & Verbum Dei, non quod illius naturæ in duas substantias diversæ sint; sed quod

γενῆς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ, οὐ τῶν δύο φύσεων αὐτοῦ ἢς δυάδα ὑποστάσεων τευνομένων, ἀλλὰ τοῦ ἀρρήτου λόγου ἢς μίαν ὑπόστασιν τὰς δύο φύσεις ἐνώσαντος, ἐνδοθεν μὲν κοσμουμένου τοῦ παναγίου σώματος διὰ τοῦ Θεοῦ λόγου, ἔξωθεν δὲ τῷ πνεύματι φρουρουμένου, ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων τὰ περιφανῆς τῶν φύσεων ἀποδέξη. οὕτω γὰρ καὶ ἐστῆσαν αὐτὸν φαμέν, οὐ πρὸ τοῦ παθους μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὴν φύσιν τοῦ σώματος αὐτοῦ πιστεύομεν. ἢ δὲ τὸ σῶμα ἐσὶ οἱ κίρπηκοὶ διαμφιβάλλουσι, φύσις καὶ οὐσία προσαγορεύεται, ἔυδηλον λοιπὸν φυλάττεσθαι ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ ἑκατέραν φύσιν, τούτῃσι τὴν Θεῶν, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην. καὶ ἐν μὲν τῇ Θεῶ λαβῆν αὐτὸν τὰ θεοπρεπῆ. ἐν δὲ τῇ ἡμετέρῃ πάλιν φθέγγεσθαι αὐτὸν τὰ ἀνθρωπινὰ καὶ πτωχὰ, οὐ φερμὸν πῖνα, οὐ σύγχυσις, οὐ διαίρεσις περὶ τὰς φύσεις ἔχοντα, ἀλλ' ἕνα υἱὸν καὶ Χριστὸν καὶ κύριον καὶ σωτῆρα ὑπάρχοντα τοῖς εὐσεβῶς πιστεύειν ἢς αὐτὸν βουλομένοις. ταῦτα δὲ τοῦ τόμου περιέχοντος καὶ ἀναγνωσθέντος, ἐβδελύξαντο, ἀπώσαντο, ἀναθεμάτισαν τὰ ἐν τούτῳ γεγραμμένα, ὅτε Ἰωάννης καὶ Γρηγόριος. καὶ μετὰ τὸ καταράσασθαι καὶ ἀναθεματῆσαι, προηγάγομεν ἢς μέσον τὰς βιβλους τῶν ἁγίων πατέρων ἐξ ὧν ὑπῆρχον πᾶσαι αἱ χρήσεις, αἱ ἐν τῷ τόμῳ ὑπάρχουσαι. ἔχομεν καὶ αὐτὰς αὐτόθι μετὰ χεῖρας ἠυτρεπισμένας, καὶ ἐξ ἑκάστης χρήσεως τὸ ἐλέγχον δεδηλωμένον. καὶ ὅτε ἀπεδέξαμεν ἐκ τῶν ἰδίων αὐτῶν βιβλῶν ὅτι οὐ Φλαβιανόν, ἀλλὰ τοὺς ἁγίους πατέρας καταράσαντο καὶ ἀνεθεμάτισαν, ἀνέστη ὁ λεπτὸς δῆμος ἐχάτως ἀπμάζων, καὶ χεδὸν λιθοβολῆσαι αὐτοὺς θέλων. οὗτος ὁ θρίαμβος, καὶ αἰσχύνῃ, ἦν καὶ Ἰωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δημοσίως ἔπασαν.

quod Verbum inexplicabile in unam substantiam duas naturas copulaverit: interius quidem sacrosancto corpore per divinum Verbum exornato, exterius vero Spiritu custodiret, ut ex utrisque naturarum perspicuitatem ostendat. Sic enim & manducare illum dicimus, non ante passionem solum, verum etiam postquam resurrexit, naturam credimus corporis ipsius. Si enim corpus, contra quod hæretici dubitationes movent, natura & substantia appellatur; manifestum porro est in uno Christo utramque naturam, hoc est divinam atque humanam, conservari, & in divina quidem quæ Deo conveniebant accepisse, in nostra vero rursus ipsum proferre humana & misera, qui non inquinamentum aliquod, non confusionem, non divisionem circa naturas habet, sed unus Filius & Christus & Dominus & Salvator existit iis qui pie volunt in ipsum credere. Hæc cum libellus contineret, eo lecto, respuerunt, abjecerunt, anathemate perculerunt quæ in hoc scripta sunt, & Joannes & Gregorius: quibus maledictis atque anathemate proscissis, in medium attulimus Sanctorum Patrum libros, ex quibus erant cuncta testimonia quæ in libello existunt. Habebamus etiam ea in manibus parata, & ex quacumque responsione redargutiones expressas; cumque ostendissemus ex propriis ipsorum libris, non Flavianum maledictis & anathemate percussum fuisse, sed sanctos Patres, minutus populus surrexit, summopere contemnens, & ferme volens eos lapidibus obruere. Hic triumphus, & dedecus fuit, quod Joannes & illius gregales publice passi sunt.

## FRAGMENTUM III.

ex MS. Vat. Græc. 1455.

LEONIS Papæ ad ANASTASIUM Episcopum Theſſalonicenſem.

Λέων Ἐπίσκοπος Ρώμης (α) Ἀναστα-  
σίῳ Ἐπισκότῳ Θεσσαλονίκης.

LEO *Episcopus Roma*, ANASTASIO *Episcopo*  
*Theſſalonicæ*.

**Ε**ἰ τις ἐπίσκοπος τῆς εὐτελείας τῆς οἰκίας πόλεως καταφρονήσῃ, ὑπηρεσίαν περιφρανεσέρου τόπου μετέλθοι, καὶ πρὸς μείζονα δῆμον διανοία ἀλόγῳ εἰσὺν μετενέγκοι, ἐκ μὲν τῆς ἀλλοτριίας καθέδρας ἀπελαύνεται, σερηθῆσεται δὲ καὶ τῆς οἰκίας ὡς μήτε ἐκείνων προΐσασθαι, οὓς διὰ τῆς πλεονεξίας ἐπεθύμησεν, μήτε τούτων, οὓς δι' ὑπερηφανίας ὑπερίδεν. τοῖς οἰκείοις τόνον ἕκαστος ὅροις ἀρκέσθω, μὴ δ' ὑπὲρ τὸ μέτρον δυνάμει ἐπιθυμῆτω αὐξάνεσθαι. ἴσθι ἀδελφεὶ ποθενότατ, ἀλλήν μὲν οὕσαν τῆς ἀνάγκης καὶ ὠφελείας, ἕτεραν δὲ τὴν τῆς προπετείας καὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, ἢ τῆς οἰκίας ἠδονῆς μεταβαίνειν ἐκ πόλεως εἰς πόλιν, ἀλλ' αἰτία ἀνάγκης καὶ ὠφελείας μεταπίθεσθαι. καὶ γὰρ τὴν τῶν πλεόνων ὠφέλειαν τῆς τοῦ ἐνὸς ὠφελείας, ἢ θελήματος προτιμῶν χρή. ἕτερον γὰρ ἐστὶ τὸ μεταβαίνειν, καὶ ἕτερον τὸ μεταπίθεσθαι, καὶ γὰρ ἕτερον ἐστὶ τὸ ἐκουσίως μεταβαίνειν, ἕτερον δὲ τὸ βία, ἢ ἀνάγκῃ ἐλθεῖν. ὅθεν οὐχ' οὗτοι τὴν πόλιν ἀμέβουσι, ἀλλ' ἀμέβονται. οὐδὲ γὰρ αὐθαίρετως, ἀλλ' ἀναγκαστῶς τοῦτο ποιοῦσιν. οὐκ ἄρα νοοῦσιν τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας οἱ τοῦτο ἀρνούμενοι, τὸ χάριν ὠφελείας, ἢ ἀνάγκης μὴ δύνασθαι γίνεσθαι, ὅσάκις ἀν κοινῇ ἀνάγκῃ, ἢ ὠφέλειᾳ τοῦτο πέθῃ.

**S**I quis Episcopus propriæ urbis tenuitatem aspernatus fuerit, ad illustrioris loci ministerium transferit, & ad majorem populum stulto consilio se ipsum transfulerit; tum ex aliena Cathedra expelletur, tum propria privabitur, ut neque illis præsit quos propter cupiditatem affectavit, neque iis quos ob superbiam despexit. Propriis igitur finibus quisque contentus sit, neque modum potestatis augeri concupiscat. Scias, frater carissime, aliam esse necessitatis, atque utilitatis; aliam vero temeritatis ac propriæ voluntatis, vel privatæ voluptatis (*causâ*) transeundi de civitate in civitatem, sed ob necessitatem atque utilitatem transferri. Nam plurium utilitatem unius utilitati vel voluntati antepondere oportet; aliud enim est transire, aliud transferri: illud enim sponte transcendere est, hoc coacte atque invite progredi. Quapropter hi non urbem mutant, sed mutantur: non enim sua sponte, sed per vim illatam hoc faciunt. Non igitur sciunt ecclesiasticos canones, qui inficiantur utilitatis ac necessitatis causa fieri non posse, quoties communis necessitas utilitasque id suadeat.

FINIS TOMI SECUNDI.

IN-

( a ) Amanuensis errore in cod. legitur Ἀθανασίῳ pro Ἀναστασίῳ.

# I N D E X

## R E R U M E T S E N T E N T I A R U M

### M E M O R A B I L I U M .

## A

- A** BRAHÆ fides. *col.* 225. cur circumcisio ei mandata. *ibi.* facta ei promissio quotidie impletur. 18.
- ABSOLUTIONIS** quæ olim forma. 1500.
- ABUNDIUS** cum aliis tribus Legatus a Leone in Orientem missus 472. quando rediit Romam. 484. *not.* 13. num idem ac Abundantius. 1473. *not.* 4.
- ACCLAMATIONES** populi quando usurpatæ. 1445.
- ACTIO** pia & Dei & hominis est. 173.
- ADAM** cur peccavit. 141. omnes homines læsit. 25. ob ejus culpam humanæ miseræ, & damnata humana conditio. 141. ejus peccatum. 392.
- S. ADAUCTUS** martyr. 94.
- ADO** in Chronico ordinem Episcoporum Viennensium e diptychis derivavit. 805. *not.* 2.
- ADVERSITATUM** causa sunt peccata. 123. earum utilitates 39. 59. Cur Deus flageller. 40. 76. diligendo castigat, & castigando refovet. 125. V. *Tribulatio*.
- ÆGYPTII** Episcopi pro fide extorres. 569. Leo eos consolatur. 576.
- ÆGYPTIORUM** tumultus post Concilium Calchedonense. 545. post Marciani Imperatoris mortem 567.
- ÆTHERIUS** num fuerit Episcopus Magalonenfis. 1477.
- AETIUS** ab archidiaconatu ab Anatolio depositus 535. ad presbyteratum promotus, & cœmererio præfectus, quatenus postea in priorem gradum fuerit revocatus. 1547. Leo quantum ei derule. 1513.
- AFRICANORUM** disciplina & canones in materia appellationum. V. *Appellationes*.
- S. AGAPITUS** martyr. 84. 87. 93.
- AGRIPPINENSIS** Synodus contra Euphratam dubiæ fidei. 775. *not.* 4.
- ALEXANDRIÆ** num in una tantum basilica celebraretur. 1113. *not.* 5.
- ALPES** Grajæ olim comprehensæ in provincia Viennensi. 1021. quis earum Metropolita. 871. 1049.
- ALPES** maritimæ tempore Concilii I. Arelatenfis non erant provincia civilis distincta a Viennensi 1019. quando separatæ 1021. de ipsarum Metropolita. 867. 1049.
- S. AMBROSIUS** non est auctor librorum de Vocatione omnium gentium. 165. 616. nec epistolæ ad Demetriadem. 727. 743. invitatus ad Concilium Gallicanum. 778.
- AMARE** est velle, odisse est nolle. 170.
- AMOR** Dei & proximi est plenitudo mandatorum. 72. sine amore Dei nullum est verum meritum. 170. nihil diligendum nisi quod ex Deo est 277. amor proximi quis. 55.
- AMOR** sui quoniam rectus & bonus 172. qui autem malus. 171.
- S. ANASTASIA** martyr & virgo. 148.
- ANASTASIUS** Episcopus Thesalonicensis ob gesta in Atticum a Leone reprehensus. 438. n. 1.
- ANATOLIUS** ordinatur Constantinopolitanus Episcopus 453. ejus ordinatio non inculcata 1487. Leonem turbavit. 471. Qua via jurisdictionem sibi usurpavit in Calchedonensi Concilio 521. *not.* 2. canones exinde violati. 524. Illyricianos sollicitat pro suæ Sedis privilegiis. 545. Concilium habet Constantinopoli. 547. cum Leone reconciliatur. 486. 535. 554. fidem profitetur. 481. focius datus Legatis Leonis 487. gesta in Atticum. V. *Atticus*. in Aetium. V. *Aetius*. Quo anno obiit. 581. *not.* 1.
- ANDREAS** archidiaconatu donatus ab Anatolio CP. 536. a quo antea ob suspensionem hæresis ejectus fuerat. *ibi.* iterum ab eodem abjectus. 555.
- S. ANDREÆ** Apostoli laudes. 146.
- ANGELORUM** natura spiritalis. 99. eorum officia 100. & merita. *ibi.* preces ipsorum pro nobis, & patrocinium. 99. 100. sunt honorandi. 101.
- ANIMA** immortalis. 295.
- ANTELMII** sententia de auctore librorum de Vocatione omnium gentium rejecta. 662. 670.
- ANTIOCHENA** Synodus fuit prima contra Eutychem. V. *Domnus*.
- ANTIOCHENUS** canon XV. explicatus. 943.
- APOCRISIARIORUM** munus. 538. quando apocrisiarii Romanæ Sedis induci cœperint. 537. *not.* 3.
- APOLLINARISTARUM** error, & sectæ tres. 1447.
- APOSTATARUM** reconciliatio quæ. 1497.
- APOSTOLATUS** nomen quibus tributum. 1480. *not.* 4.
- APOSTOLICA** regula quid. 1391.
- APOSTOLICÆ** Sedes, vel Ecclesiæ quæ. 1483.
- APOSTOLO** cur Deus abjectos & ineruditos elegerit. 37. Eorum prædicatio multa mysteria manifestavit. 134. linguarum donum ipsis collatum ad omnes populos in unum congregandos tendebat. 22. Apostoli Ecclesiam protegent, & erudiunt. 38. quid eorum protectio efficiat. 40. 41.
- APOSTOLORUM** omnium festum infra octavam SS. Petri & Pauli celebrabatur. 44. *not.* 77. cui forte jejunium præcedebat. *ibi not.* 78.
- APPARITIONES** Dei antiquis Patribus & Prophetis factæ, ab aliis Dei Filio tributæ, ab aliis vero Angelis. 1436.
- APPELLATIONES** depositionis effectum suspendebant. 989.
- APPELLATIONIBUS** Clericorum ad transmarina cur Africani resisterint. 971. Jus Apostolicæ Sedis non negarunt. *ibi.*
- APPELLATIONES** Episcoporum ad Apostolicam Sedem. Jus ejusmodi a Quesnello impetitur 925. Triplici titulo defenditur.
- I. Ex consuetudine 927. & seqq. Quam male hanc consuetudinem a Gallis exclusam Quesnellus probavit. *ibi.* Nec Africani excluderunt Episcoporum appellationes. 958. immo receperunt. 933. 961. appellatio Lupicini Episcopi Afri 971. alia appellationum exempla 934. etiam ex Oriente. *ibi.* & apud Gallos 935. 937. testimonia antiqua de consuetudine appellacionum. 939. 941. Cur S. Hilarius Pictaviensis, & Faullinus Treverensis, licet inique damnati, non appellarint. 917. Causæ primæ quoque cognitionis ad Romanam Sedem delatæ, quantum confirmant ipsum jus appellacionum. *ibi.* & 979.
- II. Ex jure ecclesiastico, quod male extorquetur a Quesnello. 831. Statuitur ex canonibus 943. & seqq. V. *Sardicenses canones*. Nullum Africæ decretum vetuit Episcoporum appellationes

tioces. 963. Canon Africanus, qui eas videtur prohibere, explicatur. 965. Alius canon Africanus exponitur. 969. Synodus Romana sub Damaso, & Gratiani Imperatoris lex de appellationibus, quam eadem Synodus petiit. 974. III. Ex jure divino quatenus jus appellationum Romanæ Sedi competat. 977. 1321. not. 4. Jus appellationum aliis competens jure ecclesiastico, præjudicio esse nequit juri divino Romani Pontificis. 979. Quatenus intacto jure quæri possit, num expediat ipsum jus in quibusdam circumstantiis non exercere. 923. 981. Duplex quæstio distinguenda. *Ibi.* Objectiones contra hoc jus exploræ. 985.

**APPELLATIO** Eutychie ad Leonem Papam. V. *Eutyche*. Jus Pontificis ab Eutyche agnitum. 1126. a S. Flaviano Episcopo CP. qui illum damnaverat, confirmatum. 1127. Orientalibus etiam exploratum. *Ibi.* Leo hoc jus circa Eutychem exercuit. 1129. confirmatum in Concilio Calchedonensi. *Ibi.* & 1131.

**APPELLATIO** Flaviani ad S. Leonem. V. *Flavianus*.

**APPELLATIO** Theodreti. V. *Theodoretus*.

**AQUENSIS** Episcopus num olim jus metropoliticum obtinuerit in Narbonensem secundam. 1045. Num cesserit hoc jus Episcopo Arelateni. *Ibi.* diutius fuit subjectus eidem Arelateni. 1047.

**AQUILEJA** non fuit dicta civitas *Romatiana*. 1554.

**AQUITANIA** inter quinque provincias censua 1010. nonnumquam fuit discreta a Gallis 1011. divisa in duas quando. 1009.

**ARCHIDIACONORUM** Constantinopolitanorum quanta esset potestas. 1514.

**ARELAS** qualis fuerit sub gentilium imperio. 780. ejus nobilitas a Constantini Magni temporibus 779. initio quinti sæculi facta Metropolis civilis 1021. antiquiore Metropolim non probavit Quesnellus. 1023. Cur dicta *Constantina*, & quo sensu appellata *Gallula Roma*, ac *mater omnium Galliarum*. *Ibi.* basilica Constantia Arelate. 326.

**ARELATENSIS** Sedis initia non sunt apostolica 999. Testimonium Zosimi expensum. 998. item testimonium Episcoporum eidem sedi adhærentium in epistola ad Leonem. 999. Non fuit Metropolis ecclesiastica a tempore S. Trophimi. *Ibi.* Arelatenis Ecclesiæ privilegia. 491. Preces Gallorum Episcoporum pro iisdem privilegis ad Leonem Papam in dubium vocatæ vindicantur. 1448. & *seqq.*

**ARELATENSI** Episcopo non fuit jus in Narbonensem I. ante Patroclum. 1001. Cur Zosimus tres tantum provincias civiles illi subditas recensuit. 1049. Ejus jus circa convocationem Synodorum e diversis provinciis non pertinet ad jus metropoliticum. 1047. manavit ex concessione Apostolicæ Sedis 795. not. 6. fuit quædam delegatio apostolica. *Ibi.* Idem jus ablatum Hilario cur in successoribus sine nova concessione revixit. *Ibi.*

**ARELATENSIS** I. Concilii catalogus Episcoporum a Quesnello notatus 850. vindicatur. 1017. Duæ ejusdem Concilii epistolæ distinguuntur. 1019.

**ARIANI** impugnati 287. & *seqq.* rebaptizabant in Africa sub Valentiniano III. 283.

**ASCENSIO** Christi. 19. & *seqq.*

**S. ATHANASIUS** Episcopus Alexandrinus quando mortuus. 1544.

**ATHANASII** Perrhæ Episcopi causa in Concilio Calchedonensi. 513.

**ATTICUS** Episcopus CP. laudatus. 1546.

**ATTICUS** Nicopolitanus cum comprovincialibus Romam ad Leonem confugit. 438. not. 1.

**ATTICUS** Presbyter CP. contra fidem Calchedonensem disputasse ferebatur. 573. not. 6. Quid Leo Papa ea de causa egerit. *Ibi.*

**ATTILÆ** irruptio in Italiam. 133. not. 10. Leonis ad eum legatio. 529. tempus ejus. 533. not. 7.

**S. AUGUSTINUS** num auctor sit libelli confessionis Leporii. 1559. Cur ad Julianam potius,

quam ad Demetriadem scripsit. 740. Ejus scripta de prædestinatione a Patribus laudata. 709.

**AUXILIARIS** Præfectus Prætorio quando. 334. not. 80. auctor Romanæ facundia appellatus 328. fragmentum epistolæ ejus ad Hilarium Arelatensem 334. hoc fragmentum expensum. 760.

## B

**BAPTISMA** tribuit remissionem omnium peccatorum. 24. ejus virtus, & forma distinguuntur. 271. reiteratum a quibusdam Arianis in Africa. 283. eorum error confutatus. 303. extra necessitatis angustias non baptizandum nisi in paschate & pentecoste & 441. 1392. Mellis & lactis benedicti usus post baptismum 24. not. 24. Baptisma a multis dilatum in pace, instante belli periculo receptum. 245.

**BAPTIZANDORUM** nomina in calis scripta. 24. sine baptismo decedentes æterne miseri 235.

**S. BASILEUS** martyr. 148.

**BASILICÆ** S. Petri dedicatio. 15. not. 42. erat locus remotus ab habitatione Pontificis. 401. not. 1. Basilica Lateranensis, in qua Romani Pontifices fere ordinati. *Ibidem.* Basilica Angeli in Salaria 99. in honorem S. Michaelis sacra. *Ibi.* Hoc festum ante Gelasium Papam celebratum. *Ibi.*

**BASILICA** Constantia Arelate 326. in eadem urbe alia basilica S. Stephani 338. ex marmoribus theatri demoliti constructæ basilicæ. 331.

**BASILICARUM** dedicatio dicta *Natale*. 99. Basilicæ sacratæ Deo in honorem Sanctorum. *Ibi.*

**BASILIDIS** Episcopi Hispani causa male explicata a Quesnello. 831. qui refellitur. 930.

**BASILIVS** Antiochenus Episcopus 564.

**BASILIVS** Aquarum sextiarum Episcopus 339.

**BASILIVS** Presbyter CP. Romam venit fidem suam purgaturus. 496.

**BASILIVS** Presbyter Romanus Legatus in Orientem. 495.

**BASSIANI** Ephesini Episcopi causa accuratius expensa. 442. not. 6. delata ad Concilium Calchedonense 513. & ex Leonis judicio terminata 443. not. 6. 445. not. 8.

**BEATITUDO** sempiterna. 86. ad eam non fragilitate carnis, sed alacritate mentis ascenditur. *Ibi.*

**BENEDICTIO** lactis & mellis 24. fontis 160.

**BENEDICTI** XIV. feliciter regnantis constitutio, qua S. Leoni Doctoris cultum in tota Ecclesia præcepit. 609.

**BENEFICIA** divina recensita. 11. de ipsis non in nobis, sed in Dei nomine gloriandum. 62. pro beneficiis gratiæ Deo reddendæ. V. *Gratiarum actio*.

**BIGAMIA** olim tolerata in Clericis minoribus usque ad Ostiarium. 1601.

**BONA** omnia ex æterna Dei voluntate. 205.

**BONIFACII** Papæ decretum pro Metropoli Narbonensi a Quesnello notatum. 857. vindicatur. 1001. cur allegarit Nicænum canonem, qui iisdem verbis non invenitur. 1045. Cur causam Maximi Valentini remisit ad judicium comprovincialium. 838. not. 6.

**BONIFACIVS** Presbyter Leonis Legatus in Concilio Calchedonensi. 487. 488. 497.

**BRANDEA** quid essent. 906.

**BREVIARIUM** fidei ad Leonem missum a Juliano quid esset. 1515. not. 1.

**BREVIARIUM** adversus Arianos. 287. quando scriptum 285.

**BREVICULUM** historiæ Eutychanistarum integrum unde editum fuerit. 1414. not. Additamenta eidem ab ipso auctore facta ostenduntur. *Ibidem*.

**BURGUNDIONIBUS** quæ Galliarum pars subisset Valentiniano III. imperante. 755. not. 1.



## C

- S. **CÆCILIE** natale Romæ celebratum. 139. Ejus elogium. *col.* 140. 141. & 224.
- S. **CÆLESTINUS** non est auctor Capitulorum de gratia, quæ subiecta sunt ejus epistolæ ad Galios. 692. 722. Cælestinus Leone usus. 495.
- CÆLESTIS** sedes gloriosa, in qua animæ sanctorum exultant. 137. Cælestis præmii gloria expectanda. 140. S. Cæcilia se & sponsum ad cælestia regna perduxit. *Ibi.* S. Clementem habitatio cælestis recepit. 143. S. Hilarii anima post mortem profecta est ad patriam supernam. 338. S. Honoratus in gloriam assumptus. 370. Sancti in cælo pro nobis orant. 365. in cælo patrocinantur nobis. 368. sanctorum cæleste præmium 14. illis manet æterna felicitas. *Ibi.*
- CAIN** oblatio cur Deo non grata. 223. a Deo monitus. *Ibi.* De gratia Cain collata 678. Quesnelli explicatio excussa. *Ibi.* Posteris Cain bonitas divina affuit. 224.
- CALCHEDONENSIS** Concilii apparatus. 494. Cur a Nicæa translatum Calchedonem. 500. *not.* 17. Quot fuerint hujus Synodi actiones 501. *not.* 18. Quædam actiones defunctæ, & cur. *Ibi.* 1235. De ordine earundem actionum. *Ibi.* In vulgatis ordo ipsarum non recte dispositus 502. *not.* Compendium actionum. 503. & *seqq.* Canones XXVII. conditi non actione decimaquinta, sed septima. 503. *not.* Quid censendum de tribus aliis canonibus, qui in vulgatis adjiciuntur. 513. *not.* 30. Quando conditus canon de prærogativa Sedis Constantinopolitanæ 514. *not.* Quantum ei canon contradicendum fuerit. 515. *not.* Sensus ejusdem canonis explicatus. *Ibi.* Cur S. Leo eidem maxime restitit. 1529. *not.* 3. Quid in eo reprehendit. 1491. Quatenus ipsum cassavit. 1485. *not.* 1. Confirmatur circa fidem. 517. *not.* 32. 543. & *seqq.*
- CALCHEDONENSIVM** gestorum confirmatio reservata S. Leoni Papæ. 518. *not.* 35. Quam necessaria habita fuerit, ut omne dubium tolleretur, & cur. 1485. *not.* 1. Petita etiam ab Imperatore. 541. *not.* 7. Quam erat necessaria, ut canon pro prærogativa Sedis CP. editus vim haberet Concilii generalis. 1523. *not.* 1.
- Ex CALCHEDONENSIS** Concilii gestis quæ primum latine reddita fuerint vivente Leone. 1219. continentur in vetustissimo MS. Vaticano, cujus descriptio exhibetur. 1218. Tres actiones de Maximo, Juvenali, & Domino ex eodem productæ, quarum duæ in Græco desiderantur. 1223. Versio harum trium actionum qua occasione condita. 1229. ad S. Leonem missa. 1231. Quid ex gestis hujus Concilii latine reddidit ante Rusticum, & quid Rusticus præstitit. 1517. *not.* 2.
- CALCHEDONENSIS** Concilii actio de Domino suppositionis notata 1185. vindicatur 1215.
- CANONUM** collectiones peculiare quarumdam Ecclesiarum. 907. Nullæ olim fuerunt auctoritate publica conditæ, & editæ, sed studio privato. *Ibi.* Gallicanæ collectiones præter canones continebant etiam epistolas Romanorum Pontificum. *Ibi.* Leo se Nicæanorum canonum exequirem declarat. 526. quatenus dispensare se posse sensit. 527. *not.*
- CANTUS** in exequiis triplici lingua, Hebraica, Græca, & Latina. 355. 368.
- CAPITULA** de gratia subiecta epistolæ Cælestini, quo auctore scripta. 719. & *seqq.* quando, & qua occasione edita. 723. num inter definitiones censenda. 726.
- CARITAS** Dei semen. 279. caritatis necessitas, 222. sine caritate inutilis fides. 218. sine ea nihil prodest. 277. caritas concordans facit. 124. caritati contrarius amor mundi. 222.
- CARITAS** imperfecta interdum invenitur cum fidei & intelligentiæ vigore. 222.
- CAROSI** duo distinguendi. 561. *not.* 3. Carosi Archimandritæ causa in Concilio Calchedonensi. 510. Unus Carosus cum Dorotheo in exilium pulsus, alius in fidei confessione correctus. 562. *not.* 3.
- CARPILIO** non Cassiodori pater, sed Aetii filius. 530. *not.* 5.
- CASSIANUS**. V. *Joannes Cassianus*.
- CASSIODORI** locus de jejunio apud Romanos in quadragesima expenditur. 1085. Idem auctor edendæ Tripartitæ; & notabilis in hanc rem animadversio. 418. *not.* 2.
- CASTITATIS** lex ministris altaris imposita. 1601. etiam subdiaconis præscripta. 1356. In corpore casto Deus habitat. 129.
- CATHARI**. Nicænus canon de iisdem explicatus. 1596. *not.*
- CAUSSÆ** majores Episcoporum ipsa prima cognitione ad Sedem Apostolicam delatæ. 927. 937. 979. quo iure eidem Sedi reservatæ. 981. Quid in appellationibus. V. *Appellationes Episcoporum*. Stylus tertie cognitionis & sententiæ concessæ in causis ecclesiasticis e Sardiceni Synodo dimanare videtur. 950.
- CELIDONIUS** Vefontioneasis Episcopus negatur a Quesnello. 761. Impugnatur, & Vefontionensis Episcopatus ejus constituitur. 909. & *seqq.* num fuerit Metropolitæ. 768. *not.* 1. 914. 915. depositus ab Hilario Arelatensi Romam proficiscitur. 757. ejus appellatio ad S. Leonem quam iure interposita. 974. V. *Appellationes*. Quo iure a Leone susceptus in communionem ante sententiam. 984. Restitutus judicio Leonis 758. vindicatur hanc judicium. 917. 919.
- CEPONIUS** non fuit Episcopus Bracarenfis. 1365. *not.* 2.
- CERETIUS** Episcopus ad Leonem scribit. 492. mittit epistolam Leonis ad Eusebium Mediolanensem. 493.
- CHRISTIANUS** non aliud verbis debet profiteri, aliud exercere actione. 63.
- CHRISTUS** Deus & homo. 149. in eo una persona & duæ substantiæ. 287. 293. æqualis est Patri 289. minor tamen secundum humanitatem. 291. de ejus diversis operationibus. 287. in Divinitate invisibilis. 292.
- CHRISTUS** quomodo conceptus. 298. adventus ejus tempore inventa est iniquitas robustior, ut gratia Dei manifestaretur. 226. quæ merita invenit. 227.
- CHRISTI** nativitas, & ejus encomium. 149. figuræ nativitatis Christi. 150. ejus nativitas quomodo continua. 148. de loco ubi natus est 1549. de die quo baptizatus, variæ sententiæ. 1391.
- CHRISTUS** pro omnibus mortuus 228. 683. ejus redemptio omnibus innotuit. 229. Christus in morte fuit sacerdos & víctima. 12. Deo reconciliavit mundum per remissionem peccatorum. 151. Christi virtute martyribus pati posse donatum est. 4.
- CHRISTI** in cælum ascensio, ibique nos expectat. 19. Etsi in cælis fedeat, in nobis manet. *Ibi.* cur non statim post resurrectionem in cælum ascenderit. 20. ad dexteram Patris sedet. *Ibi.* antequam ascenderet, omnia consummavit. 21.
- CHRYSAPHIUS** Eutychis patronus. 450. *not.* Ejus pœna & obitus 477.
- CHRODEBERTI** Episcopi Turonensis judicium de muliere adultera. 1500.
- S. **CHRYSOGONUS** martyr. 145.
- CLEMENTIA** sapiens pœna. 145.
- S. **CLEMENTIS** Papæ laudes 142. 143.
- CLERICI** alieni sine consensu proprii Episcopi non sunt recipiendi. 1350. Clerici quoad castitatem. V. *Castitas*, *Bizania*.
- CLERICI** alicujus criminis rei, si in suum gradum

- dum recipiebantur, non subiciebantur publicæ pœnitentiæ. Rebaptizati in clerum non recepti. 1396. *not.* 2. Hæreticorum clerici ad unitatem redeuntes non movebantur ad gradum superiorem. *Ibi not.* 3.
- CODEX** canonum universæ Ecclesiæ a Justello vulgatus quid sit. 953. V. *Canonum collectiones.*
- COGITATIO** bona Dei donum. 204.
- CŒMETERIA** 33. *not.* 24. Cœmeterium Priscillæ 48. Jordanorum. *Ibi.* Maximi via Salaria. *Ibi.* Prætextati via Appia. *Ibi.* 84. Callisti via Appia. 79. 84. Sacra in cœmeteriis celebrata, iisque deputatus Presbyter. 1508.
- COLLECTIONES** canonum. V. *Canonum.*
- COMMUNIO** Sanctorum. V. *Satisfactio, Intercessio.*
- CONCILIUM** generale. Præsidentis prærogativa Romano Pontifici competit: per Legatos præfident. 497. *not.* 13. Dioscorus Alexandrinus notatus, quod sibi arrogavit in Ephesino Concilio præsidere. 460. *not.*
- CONCILIUM** cur necessarium habitum a S. Leone post latrocinium Ephesinum, & quibus in circumstantiis. 470. *not.* 494. *not.* 9. 1163.
- CONCILIUM** ἐκδημιόσιον 522.
- CONCILIUM** Constantinopolitanum contra Eutychen. 446. 449. *not.* Duo alia item Constantinopolitana. 481. *not.* 10. 483. *not.* 12.
- CONCILIABULUM** Ephesinum 452. *not.* 464. a Leone rescissa ejus gesta. 1159.
- CONCILIUM** Romanum post conciliabulum Ephesinum. 452. *not.* 470. *not.* 2.
- CONCILIUM** Mediolanense Leonis epistolam recipit. 493.
- CONCILIUM** Palæstinum sub Juvenali Episcopo Hierosolymitano. 556.
- CONCILIUM** Sardinense. V. *Sardicenses canones.*
- CONCILIUM** Taurinense. V. *Taurinense.*
- CONCILIUM** Toletanum I. V. *Toletana I. Synodus.*
- CONFESSORES** occultæ proposito castigationis afflicti, martyrum vestigia sunt subsequuti. 5.
- CONFESSORUM** antiquus cultus. 3. 4. 5. 17. Confessorum ac martyrum eadem die celebrata festivitas. 17.
- CONFESSORES** falsi 10. qui intelligantur. *Ibi not.* 22.
- CONSTANTINOPOLITANÆ** Sedis de præminencia contentio unde orta. 519. Quid ei Sedi fuerat tributum in Concilio CP. I. 522. *not.* 2. quantum hujus Concilii canon fuerit extensus. 975. In Calchedonenſi prærogativæ Sedis Constantinopolitanæ quatenus impetitur, & quatenus approbatur. 523. *not.* 524. *not.* Leo rejecit canonem Calchedonenſem pro iisdem prærogativis editum. 525.
- CONSTANTINOPOLITANUM** I. Concilium, ejus canon de honore Sedis CP. 975. num hujus Synodi acta missa fuerint ad Sedem Apostolicam. 1489.
- CONSTANTIUS** Episcopus missus ad Leonem placandum ab Hilario Arelatenſi. 334. inscriptus epistolæ XCIX. ad Leonem 1475. *not.* 1.
- CONSULES** anni currentis licet noti essent, non semper tamen in chronicis notationibus expressi, sed cum formula *post consulatum* nominati quandoque Consules anni præcedentis. 1577. *not.* 9.
- CONTINENTIA**. V. *Castitas.*
- CONVERSIO** cordis. 203.
- S. CORNELII** natale. 96. laudes 97. cultus 96. *not.* 1.
- SS. CORONATORUM** quatuor festum. 138.
- CORREPTIO** divina negligentibus eam est major causa pœnarum. 60.
- CREATURÆ** universæ Deum annuntiant. 215. Creaturæ ad præsidium hominum conditæ 106.
- CRESCONII** Breviarium, & collectio canonum sunt unius operis partes, non duo opera. 1339. *not.* 12.
- CRUX**. Cur de Cruce Christi passiones martyrum prodire. 34.
- CURSUS** *canonicus* pro horis canonicis. 903. 905.
- S. CYPRIANI** natale. 96. 97. Quædam ejus loca explicata. 830. *not.* 4. 930. 935. 985.
- S. CYRILLUS** præfuit Concilio Ephesino uti Legatus S. Cælestini Papæ. 1467. *not.* 2. Scriptis ad S. Leonem tunc Archidiaconum. 1533. Consultus ab eodem Leone jam Pontifice de Paschate rescriptis. 425. *not.* 1. Ejus mors. 435.

## D

**DÆMON** etiam per femineum sexum prostratus. 140.

**DALLÆI** Calvinistæ de jejuniis Sabbati sententia. 1077. Mala explicatio. 1082.

**DALMATICA**, & ejus usus quis 763.

**DAMNARI** aliquando potest, qui auditus non est, & quando. 1281. *not.* 2.

**DANIELIS** vagi causa ad Romanum Pontificem delata. 838. ab Orientalibus. 927.

**DEDICATIO** S. Mariæ ad martyres 2. *not.* 2. Basilicæ S. Petri. 15. *not.* 42.

**DEFUNCTIS** remedia vitæ collata. 134. hostiæ & oblationes profunt. *Ibi.* Missæ pro defunctis. *Ibi.* & *seqq.* Sacrificium satisfacit pro defunctis. 135. oblatum ut in cælesti sede gloriosa exultent. 137. ut eorum animas lux æterna possideat. 136. & sanctorum societate lætentur. 138. Ipsi etiam prodest sanctorum intercessio. 137. Cantus in exequiis defunctorum. V. *Cantus.*

**DEMETRIADIS** virginis, ad quam epistola de humilitate scripta, nobilitas & laudes. 260. a sanctis viris commendata. 261. *not.* 4. quando ex Africa rediit in Urbem. 749. immerito accusata a quodam recentiori scriptore, vindicatur. 738. Non hausit a Pelagio venenum. *Ibi.* licet ab eo epistolam acceperit. 739. An obscura remanserit. 741. Basilicam exstruxit in S. Stephani honorem. 566.

**DESIDERIUM** boni est a Deo. 175.

**DEUS** summa est ratio. 126. omnia simul intueatur. 247. totus ubique præfens. 294. in Deo omnia æterna & immutabilia. 245. in ipso major & minor excluditur. 290. in Dei mente omnia creata ante creationem existerunt. 108. Dei est omne quod vivit. 102.

**DEUS** origo cunctarum perfectioque virtutum. 119. gloriosus in Sanctis. 4. in martyribus victor. 2. 5. 7. mirabilis in Sanctis, illis beatitudinem sempiternam quæsit, & fragilitati nostræ congrua subsidia præparavit. 14.

**DEUS** jugiter laudandus. 11. 62. 125. mirabilia operatur in minimis. 155. omnium conditor & ordinator. 188. apud Deum ordo duplex. 214. universum genus humanum cælesti lege disponit. 120. Ecclesiam speciali moderat dispensatione. *Ibi.*

**DEUS** plura præstat quam petimus, aut mere mur. 108. prævenit vota poscentium. *Ibi.* a Deo petendum quod ei placet. 204. petenda digna Deo. 121. Deus si exaudit, gratia est miserationis; si non exaudit, judicium, est veritatis. 214.

**DEI** providentia, nec de ea conquerendum. 197. Ejus consilia abscondita. 188. occulto ejus judicio differentia hominum sunt ordinata. *Ibi.* Deus malos tolerat propter bonos. 223. corporaliter verberat, ut mente proficiamus. 125. castigando sanat, & refovendo benignus erudit. 58. bene utitur malo. 1535. *not.* 1. Dei dona non ad colendum, sed ad utendum data. 172. in Deo solo gloriandum. 271. Deo munera cur offerantur 68. qui nullis muneribus eget. 67.

**DEUS** vult omnium salutem. 185. 212. de hac vox Apostoli plene accipienda. *Ibi.* 212. 213. Deus viscera misericordiæ ad omnium nationum impendit salutem. 194. vult orari pro omnibus. 186. cur aliis misereatur, aliis non. 190.

## E

190. elegit sine operibus. 192. cur in ipso vitæ exitu aliquos facinorosos convertat, alios minus malos derelinquat, inscrutabile. 191. 192. Deus inscrutabilior eligens quam puniens. 210. ejus iudicium inscrutabile in discretione parvulorum. 190. Dei bonitas non defuit impiis ante diluvium. 223. malis nostris bona retribuit. 93.
- DEI proprium est misereri. 22. ejus viæ misericordia & veritas. 59. prævenit semper mala merita nostra miserando. 22. dum prælidia largitur indignis, dignos fieri quibus meliora tribuantur, hortatur. 77. inter angustias necessarium præstat auxilium. 62. non desinit salutaribus prælidis populum suum adjuvare. 9. mentes expiando justificat, & immortalitatis capaces efficit justificando. 58.
- DEUS nisi Dei munere non cognoscitur. 267. Deus dat recte sapere & velle. 180. facit ut recte agenda cognoscamus, & exequendi possibilitatem capiamus. 65. sicut donat, quisque proficit. 217. Dei auxilio semper egemus. 266. V. *Gratia*.
- DIABOLUS. V. *Dæmon*.
- DIACONORUM ordinatio. 112. castitas ipsis præcepta. V. *Castitas*.
- DICTINIUS Episcopus Priscillianista in Hispania hæresim abjurat. 1373. Ejus professio genuina defenditur. *Ibi not. 5.*
- DILUVIUM universale. 392.
- DIÆCESES duæ in Galliis a Constantino constitutæ sub duobus Vicariis, altera quoque provinciarum, altera Galliarum. 1011. postea divisæ in tres, quinque provinciarum, Galliarum, & Britanniarum sub tribus Vicariis. *Ibidem*. Post Hispanias Præfecto Prætorio Galliarum subiectas quatuor diœceses recensit. 1013. Tempore quo scripta fuit Notitia Veronensis provinciarum sub Theodosio I. Hispaniæ non suberant Præfecto Galliarum. 1017.
- DIÆCESIS dicta pro parochia provinciali. 1333. *not. 5.*
- DIOSCORUS Alexandrinus eligitur. 435. Eutychni favens Synodum postulat. 460. Ejus primatus in conciliabulo Ephesino reprehensus *Ibi not.* In Chalcedonensi Concilio sedere prohibitus. 503. excommunicavit S. Leonem, & ubi. 1525. *not. 2.* ejus malitia notata. 477. ejus mors. 557. nomen ipsius ad altare recitari Leo vetuit. 1463.
- DISPENSARE ab observantia canonum quando Leo se posse credidit, quando non posse. 527. *not.*
- DIVISIONES provinciarum. V. *Provinciarum*, diœcesum. V. *Diœceses*.
- DIVITES boni non desunt. 265. sunt pauperum procuratores, & Ecclesiarum æconomi. *Ibi.*
- DOMINICA dies ordinationibus assignata. 1306. num Dominicæ post jejunium quatuor temporum Officio caruerint. 1308. *not. 2.* num Romæ solis dominicis diebus Missa celebraretur. 1310. *not. 3.* Dies dominica dicta dies resurrectionis. 1074.
- DOMNUS Antiochenus Episcopus primus Eutychnis impietatem detexit. 448. *not. 3.* Ejus synodica ad Imperatorem. 1103. quando scripta. 448. *not. 3.* Ejus causa. 1183. depositus in latrocínio Ephesino. 465. de ipsius secessu ab Episcopatu. 1184. actio Chalcedonensis de eodem discussa. 1185. sinceritas actionis vindicatur. 1215. & *seqq.* Cur non restitutus in Chalcedonensi. *Ibi.* pensio eidem assignata. 1227. 1230.
- DOROTHEUS monachus, ejusque causa ad Chalcedonense Concilium delata. 510. ablegatur a monasterio. 562.
- EBREDUNENSIS Episcopus Alpium maritimarum olim Metropoli. 1049. postea Arelatensi subiectus. *Ibi.*
- ECCLESIA per Apostolos condita & protecta. 38. in apostolica soliditate fundata. 38. 46. veris confessoribus falsisque permixta. 10. nulla recipit consortia perfidorum. 38. Ecclesiæ regimen Sedes Petri. 44. V. *Petrus*. Ecclesia inter mundi turbines fluctuat. 132. in eisque crescit. 78. subsistit ex proposito immutabili. 246. Ecclesiæ structura quæ sit. 266. Ecclesiæ Deo dicatæ in honorem Sanctorum. 99. 100.
- ECCLESIA Romana. V. *Romana Ecclesia*.
- ECCLESIA pro omnibus orat, præsertim in pasche. 185. Cur Ecclesiæ preces pro omnibus non exaudiantur. 186. pro Ecclesiæ persequutoribus orandum. 54. Ecclesia etiam temporalia petit. 61.
- EDESII poetæ versus. 328. 335.
- ELECTI non ex meritis. 189. 192. electorum nemo perit. 245. electi ex omnibus glorificantur præ omnibus. 242.
- ELECTIO boni a Deo est. 201. electio salvandorum facta ab æterno. 246. non constat cuique ante finem vitæ. 250. non tollit orandi studium. 249.
- ELECTIO Episcoporum cleri populique consensu peracta. 1357. non semper, nec ubique electi e clero ejusdem Ecclesiæ. *Ibi.* Num fere electi e Diaconis in Romana Ecclesia. 1358. *not. 4.*
- ELEEMOSYNÆ mortuorum refrigeria. 363.
- ENNODII locus emendatus. 1471.
- EPHESINI larocinii gesta. 464. ab eo appellarunt Flavianus Episcopus CP. & Theodoretus Episcopus Cyrensis. V. *Flavianus*. *Theodoretus*. Eius gesta Leo cassavit. 1159.
- EPISCOPATUS vocatus *suavimum sacerdotium*. 121.
- EPISCOPORUM consecratio. 110. V. *Ordinationes*. Natale eorum dictus dies consecrationis. 114. 117. consecrationis anniversarius dies celebratus. 114. 120. Quatenus Episcopi sine legitima methodo ordinati, non habiti Episcopi. 1587. *not. 11.*
- EPISCOPORUM est ea exercere quæ recta sunt, & prædicare quæ vera. 119. quomodo Episcopi se gerere debent. 120.
- EPISCOPORUM causæ. V. *Causæ majores*. *Appellationes*.
- EPISCOPORUM gradus distincti, & ad unitatem Ecclesiæ hæc distinctio instituta. 1360. 1361. *not. 6.*
- EPISCOPORUM translationes quæ reprobantur, & quæ non. 1359. pœna in Episcopos, qui cupiditate ad aliam sedem transeunt. *Ibi.* Episcopi, qui sola suarum Ecclesiarum communionem frui poterant, quibus essent interdicti. 1462.
- EPISTOLÆ pacificæ, seu communionis ecclesiasticæ. 1507.
- EUCCHARISTIA cæleste arcanum vocata. 5. continet corpus & sanguinem Christi. 56. 64. 67. nos divinæ naturæ facit esse consortes. 64. quid nobis præstet. 103. 104. 134. menti corporique proficit. 6. quid martyribus contulerit. 82. non ad iudicium, sed ad præsidium sumenda. 70. indigne sumentibus ad cumulum damnationis convertitur. 5. in Eucharistia offerimus quæ accepimus, ut accipiamus quæ offerimus. 11. Christi corpus a peccatis purificat, & a periculis defendit. 56.
- EUCCHARISTIÆ suscipiendæ ritus. 1446. data etiam infantibus. *Ibi.*
- EUCHERIUS Episcopus Lugdunensis Lerini incolæ. 360. S. Hilarii Arelatensis amicus. 327. ad eum Hilarii epistola. 373. non est auctor librorum de Vocatione omnium gentium. 616.

**EUDOCIA** in Palaestina favet monachis tumultuantibus contra Calchedonense Concilium. 540. S. Leo Papa a Marciano monitus ad eam scribit. 542. Eadem resipuit. *Ibidem*.  
**EUDOXIA** quænam catenas S. Petri donaverit. 478. *not.* 8.  
**S. EUGENIA**. 148.  
**EUNOMII** Nicomediensis controversia cum Anastasio Nicæno cognita in Calchedonensi. 513.  
**S. EUPHEMIÆ** cultus Romæ. 97. quando in Urbem inductus. 98. *not.* 7. Ejus encomium. 97. 99.  
**EUSEBIUS** Episcopus Mediolanensis. 1471.  
**EUSTATHII** Episcopi Berytensis controversia in Synodo Calchedonensi. 510.  
**EUTYCHES** qualis. 446. perstrictus a Domino Antiocheno. 448. *not.* 3. Damnatur a Flaviano Episcopo CP. 449. appellat ad Leonem Papam. 447. *not.* 2. libellum appellationis in judicio se obtulisse Flaviano mentitus est. 1098. 1123. hunc tamen libellum ad Pontificem misit. *Ibi.* jus appellationis in Romano Pontifice agnovit. 1124. ejus appellatio ad solum Pontificem directa, non ad Concilium Occidentale. 1130. ad Petrum Chrysologum cur scripsit. *Ibidem.* absolvitur in pseudo Synodo Ephesina. 465. quid de eo Leo judicavit. 1130. anathemate percussus, ad longinquiora loca amandatur. 553. Chronologia historiarum Eutychemis. 449. *not.*  
**EUTYCHIANÆ** hæresis primordia. 445. eadem hæresis in præfatione Missæ notata. 152. *not.* 15. 160. *not.* 49.  
**EUXQUIE**, incenso in iis adhibito. 368. Cantus triplex in eisdem. V. *Cantus*.

## F

**FAME** integritas diligenda. 126.  
**FALSI** fratres quinam sint. 64.  
**FAUSTUS** presbyter & Abbas futurorum præfatus a S. Hilario honoratus. 326.  
**FELICITAS** plena est Deo jugiter servire. 60.  
**S. FELICITAS**. 148.  
**S. FELICITAS** alia, & ejus filii septem, eorumque cœmeteria. 48. *not.* 1. 50. *not.* 80. Ejus encomium. 50. 544. ante ejus festum jejunium, & cur. 49.  
**S. FELICISSIMUS** martyr. 84. 87.  
**S. FELIX** martyr. 94.  
**FESTA** Sanctorum quomodo celebranda. 76. Festum omnium Apostolorum infra octavam SS. Petri & Pauli celebratum. 43. *not.* 77. Ad Martyrum festa multitudo concurrebat. 16. Festum omnium Martyrum quando institutum, & quo die celebratum. 2. *not.* 2.  
**FIDEM** a Deo esse probatur ex gratiarum actione. 199. Est munus Dei. 178. 198. mensura fidei & unitas fidei a Deo. 200. etiam spiritus fidei. 199. Fides justæ actionis parens. 198. initium veræ justitiæ. 193. principium omnis meriti. 201. Fidei fortitudo quæ. 212. Fidei augmentum petendum. 72.  
**FIDEI** Breviarium. V. *Breviarium fidei*.  
**FILIO** Dei apparitiones in veteri testamento factæ a nonnullis Patribus attributæ. 1436.  
**S. FLAVIANUS** Episcopus CP. Eutychem in Synodo damnat. 448. scribit ad S. Leonem Papam. 449. *not.* 1. condemnatur a latrocínio Ephesino. 465. appellatio ejus ad Romanum Pontificem probata. 1153. & *segg.* Episcopi, ad quos appellationis libellum direxit, non fuerunt Episcopi totius Occidentis, sed Synodi Romæ. 1155. cur hi cum Romano Pontifice communi. 1157. Earum Synodorum auctoritas in eodem Pontifice præsertim sita. *Ibi.* & ad Pontificem appellatio a Flaviano directa *Ibi.* ratione primatus. 1159. Leo reipsa judicium tulit. *Ibi.* Idem ex Quenello confirmatur. 1161. Flavianus non appellavit ad Con-

cilium generale. *Ibi.* Cur S. Leo post latum abs se judicium necessarium dixerit generale Concilium. 1163. necessitas facti distinguenda a necessitate juris. *Ibidem.* Solam facti necessitatem spectavit S. Leo, & cur. *Ibi.* & *segg.* Alia ejusdem necessitatis exempla. 1165. S. Flavianus dum duceretur in exilium, moritur, & quando. 452. *not.* Ejus corpus jussu Principis Constantinopolim allatum & honorifice sepultum in basilica SS. Apostolorum. 490.  
**FŒBADIUS**, seu *Fægadius* Episcopus Aginnensis cur præfuit Concilio Valentino anni CCCLXXIV. 1031.  
**FONS** baptismalis, & in eo benedicendo lac & mel benedicta. 24.  
**FORMATARUM** tradendarum privilegium Episcopo Arelatensi concessum. 784. *not.* 2.  
**FORMULA** post *Consulatum* in notandis annis quandoque adhibita etiam dum noti erant Consules anni currentis. 1577. *not.* 9.  
**FORTITUDO** est a Deo. 202.  
**FRATERNUS** Glandevenfis Episcopus. 1478.

## G

**GALLIARUM** divisio varia. V. *Provinciarum divisio*.  
**GALLIÆ** nonnumquam distinctæ non solum a Narbonensi solida, sed etiam ab Aquitania. 1007.  
**GALLICANA** disciplina in aliquot capitibus diversa a Romana. 1576.  
**GALLICANI** quoad appellationes ad Sedem Apostolicam. 927. 975. quanti fecerint decretales Romanorum Pontificum. 907. 975.  
**GALLICIA** num duos Metropolitas haberet. 1366. *not.* 2.  
**GELASIUS** Papa non est auctor Sacramentarii hoc tomo editi. V. Ejus Sacramentarium editum a Card. Thomasio fuit primum publico Romæ Ecclesiæ usui propositum. X.  
**S. GENESIUS** martyr Arelatensis, & de miraculo Arelate patrato. 371.  
**In GENESIM** metrum. 387.  
**GENNADII** liber de Viris illustribus quæ additionem recepit. 313.  
**GENNADIUS** post Anatolium Constantinopolitanus Episcopus ordinatus. 581. num Synodus contra Simoniacos sub eodem Constantinopoli celebrata, aliquid etiam contra Eutychianos decreverit. *Ibi.* *not.* 2.  
**GRATIA** Dei non ex meritis datur. 191. gratiæ electio meritis nequit adscribi voluntatum. 189. sed tota gratiæ recipiendæ ratio est voluntas Dei. 193. Gratia gratis & probatio fera impiorum concessio. 191. Cu hoc potius, quam ille gratiam conversionis recipiat, inscrutabile. 212. 213.  
**GRATIA** præveniens. 22. 62. 257. 321. ab humana voluntate non prævenitur. 273. nec a nostris meritis. 257.  
**GRATIÆ** necessitas. 22. sine ejus auxilio nihil boni possumus. 8. 68. 76. 139. 168. 176. nisi gratia juvemur, diaboli insidias devitare non possumus. 253. 337. necessitas gratiæ internæ. 267.  
**GRATIÆ** modus agendi. 238. non tollit libertatem declinandi ad vitia. 220. 257. potestas est dissentendi etiam gratiæ efficaci. 240. sub gratia libertas. 222. voluntas famula gratiæ, ejusque consensus. 239. gratiæ cooperatio donum Dei. 247. gratiæ internæ potest resisti, & multi resistunt. 682. impiorum malignitas gratiæ Dei resistit. 209. Gratia tota repellitur, nisi tota suscipitur. 266.  
**GRATIÆ** munus 7. Ejus est velle, agere, & perficere. 68. 69. 76. Gratia dat bene velle, & posse bonum. 125. virtutem perficit in infirmitate. 119. sanat naturam. 174. principium est omnis meriti. 193. Gratia fit, ut Deus me-

ametur, & nosmetipfos veraciter & libere diligamus. 124. agit ut agamus. 201. & crescit. 221. efficientia mandatorum a Dei gratia. 60. per gratiam bene utimur libero arbitrio. 254. omnis sancta cogitatio & motus pie voluntatis a gratia. 255.

**GRATIA** sufficiens quibusdam data ad remedium, omnibus ad testimonium. 226. Eius efficacia in rebellibus Deo subdendis. 227. ejusdem imperium & victoriz. 230. manifestior est gratia, quo duriores sunt, quos sibi subdit. 227. Gratiæ efficacia in S. Hilario. 361.

**GRATIA** generali Deus vult omnes salvos. 237. 242. gratia generalis etiam interna omnibus collata admittitur ab auctore librorum de Vocatione omnium gentium. 675. non vero quæ omnes actu salvet. 678. Gratia nullis intotum subtrahita. 196. nullis sæculis subducta. 216. gratiæ differentia pro diversis temporibus. 215.

**GRATIA** specialis præter generalem. 236. peculiaris non omnibus tradita. 237. 243.

**GRATIÆ** mensura. 204. Gratiæ prima semina interdum perfecta. 221. de gratia Cain quoque collata. 678.

**GRATIA** vocata *perpetua redemptio*. 7. gratiam resonant omnes Ecclesiæ orationes. 256. gratia a Deo petenda, per quam boni esse possimus, & exequamur bonum. 61. Ideo datur præceptum, ut præcipientis queratur auxilium. 279. gratia supplicandi a Deo est. 74. in materia gratiæ clara ex obscuris non obscuranda. 178.

**GRATIARUM** actio semper Deo reddenda. 60. 77. **GRATITUDO** proficit. 107. 110.

**GRATUS** Episcopus Carthaginensis in Concilio canones Sardicenses laudat. 1350. 1351. *not.* 5.

**S. GREGORIUS** martyr. 15. 145. S. Gregorius martyr Sipontinus, ejusque annua festivitas. 15. *not.* 40.

**GUESNÆI** fabulæ de S. Leone. 403.

## H

**HÆRETICI** ad Ecclesiam conversi, si Clerici erant, quomodo recepti, si in suo gradu ob utilitatem Ecclesiæ reciperentur. 1594. *not.* **HÆRETICORUM** nomina e dyptrychis eliminanda. 488. 489.

**BELLADIUS** Lutevensis Episcopus. 1477.

**HERMES** e Biterrensi ad Narbonensem Sedem translatus contra canones, retenta sede, privatur jure metropolitico ordinandi Episcopos suæ provinciæ. 1061.

**S. HIERONYMUS** diversa ratione in libris diversis de Prisciliano scripsit, & cur. 1370. 1371. **HIERUSALEM** caelestis quid significet. 44.

**S. HILARII** Arelatensis vita. 317. & *seqq.* de ejusdem vitæ auctore. 314. quantum S. Leoni deferendum sit præ auctore hujus vitæ, ubi in causa Romæ agitata contraria scribunt. 902. Hilarii Arelatensis rariorales dotes. 318. S. Honorato eum ad caelestia elevare conanti primum restitit. 319. conversionis ejus deliberatio. 320. efficacia gratiæ in eo. 361. sæculo renuntiat. 321. in Lerinense monasterium secedit. 322. eremum ad tempus reliquit. *Ibi.* designatur ab Honorato Arelatensi Episcopo sibi successurus. 323. rapitur ad Episcoporum. *Ibi.* Seminarium Arelate instituit. 324. Eius virtutes 325. elemosynæ etiam ex Ecclesiarum ornamentis. *Ibi.* quomodo se gessit in alios. *Ibi.* erga potestates sæculi. 326. in prædicatione. *Ibi.* in mensa & labore manuum. 328. in tribunali poenitentiz. 329. Pythonem expellit. 330. exeuntes e basilica post Evangelium retiner. *Ibi.* Zelus animarum. 331. Theatra demolitus est. *Ibi.* Levitæ sanitatem impetrat. 332. Celidonium deposuit. *Ibi.* V. *Celidonius*. Qui Romæ cum Leone egerit. 333. 758. Quam diversa hac in re tradiderint Leo, & auctor vitæ Hilarii. 758. magis Leoni credendum. 902. 917. 1053. 1065.

Tom. II.

1067. Hilarius Roma discedit infcio Leone. 759. apologiæ ab eo dictæ ante, non vero post Leonis judicium. 792. *not.* 2. 1057. notatur falsa Quesnelli hypothesis. *Ibi.* Quid Leo egerit post discessum Hilarii ex Urbe. 759. Hic ad placandum Pontificem intendit. 334. 760. acquievit Leonis judicio. 1058. Jus metropolitico ei a Leone ademptum, fuit poena personalis, quæ in successores non transit. 1059. idem est de jure convocandi Synodos ex aliis Gallicanis provinciis, quod ei ablatum fuit. 1047.

**HILARIUS** caelesti visione recreatus, qua etiam prænovit suum succesorem. 335. in morte ad suos exhortatio. 336. errorem Semipelagianorum abjecerat. 337. mortem prænuuntiat, & moritur. 338. e us exequiæ. *Ibi.* quam pretiosa ejus memoria. 339. Eius elogium. 340. Epitaphium. 342. Hic Hilarius fuit ignotus S. Augustino. 620.

**S. HILARII** Arelatensis apologia quam male a Quelnello concinata. 899. 923. 1066. S. Leonis memoriæ ac juri injuriosa. 925. quomodo texenda. 927. 987. 995. 1053. 1055. 1067.

**S. HILARII** Arelatensis opuscula. 328. 343. & *seqq.*

**HILARIUS** Prosperi socius, distinguendus a S. Hilario Arelatensi. 618. non est auctor librorum de Vocatione omnium gentium. *Ibi.*

**HILARI** Papæ electio. 587. idem antea Diaconus, Legatus ad Concilium Ephesinum missus. 462. inde fugit, & cur. 452. *not.* 466.

**S. HIPPOLITUS** martyr. 93.

**HISTORIA** Tripartita, & notabilis in eam animadvertio. 418. *not.* 2.

**HOMINIS** creatio, & ejus laudes. 391. ad imaginem Dei conditus, ut tenorem summæ justitiæ & pietatis imitetur. 124. rationalis est, & quomodo Dei particeps. 126. Deo factore conditus, auctore reparatus, jugiter operante salvandus. 151. Eius restauratio mirabilior quam creatio. *Ibi.* reparatio quomodo facta. *Ibi.* Humana conditio multis remediis provisã. 133. Hominiibus etiam post mortem remedia vitæ collata. 134. V. *Defuncti*.

**HOMO** non læditur nisi a se ipso. 61. nullis subditur hostibus, si pacem teneat internam. *Ibi.* Homines quales fugiendi. 64.

**S. HONORATI** Episcopi Arelatensis panegyris a S. Hilario habita. 347. nobilitas consularis. 349. baptizatur adolescens. *Ibi.* cum Venantio fratre peregrinatur. 352. & *seqq.* in Italiam venit, & apud Episcopos hospitat. 355. Lerinense monasterium ingreditur. *Ibi.* quanta illi cura esset in regimine monachorum. 357. Ipsius virtutes. 358. liberalis & benignus in hospites. 359. Eucherii Episcopi Lugdunensis amicissimus. 360. Eius adhortationibus S. Hilarius ad sanctam vitam adducitur. *Ibidem.* fuit ejus consanguineus. 368. Fit Episcopus, & ejus vita Episcopo digna. 362. 363. Eius morbus, obitus, & sepultura. 364. de Trinitate & Divinitate differuit. 370.

**S. HONORATUS** Massiliensis Episcopus num sit auctor Vitæ S. Hilarii Arelatensis. 314.

**HUMILITAS** fundamentum sanctitatis originalis. 259. non omnis humilitas laudabilis. 262. Humilitatis officia. *Ibidem.* Eius fortitudo. 263. Verus humilis gloriam, & opes sæculi fastidit. *Ibidem.* Etiam divites humilitate ornari possunt. 264. Humilitas pares homines efficit. 266. Est virtus copulatrix. *Ibidem.* Homo per humilitatem vere Deo subditur. 276. In humilitate vera virginitas. *Ibidem.* de humilitate tractatus, seu epistola ad Demetriadem. 259. & *seqq.*

## I

**I** BAS Edeffenus depositus in latrocinio Ephesino. 465. Ejus causa in Calchedonensi. 512.

**IDACIUS** non fuit Episcopus Lucensis 1365. *not.* 2. sed videtur fuisse Aquæflaviensis. 1366. *not.* Cur a S. Leone ei commissa fuerit cura congregandi Episcopos adversus Priscillianistas. *Ibi.*

**JEJUNIUM**, & ejus fructus. 23. 157. finis 25. 102. 105. quomodo observandum. 102. non solum a cibis carnalibus, sed etiam a noxiis animi delectationibus jejunandum. 104. 106. de his, qui a peccatis non vacant jejunii tempore. 102.

**JEJUNII** sabbatici varia consuetudo. 1069. quaestio de jejunio cujuscumque sabbati quando mota 1070. testimonia de jejunio sabbati in Ecclesia Romana 1071. hoc jejunium a Leone retentum 1072. Vigiliæ in sabbato jejunii tempore 101. 106. quarta & sexta feria jejunii conventus habitus. 101. & processiones. 106. jejunium sabbaticum qua occasione inductum 1074. de jejunio sabbati quatuor temporum 1075. sabbatorum quadragesimæ 1077.

**JEJUNIUM** quadragesimale. 1078. & *seqq.*

**JEJUNIUM** mensis quarti. 25. 27.

**JEJUNIUM** mensis septimi. 101.

**JEJUNIUM** mensis decimi 106. 156. cur institutum. 109.

**JEJUNIUM** sabbati ante Pentecosten. 22. 24. 25. *not.* 27. 1092. antiqua hujus origo. 1094. *not.* 1.

**JEJUNIS** sedilia in Ecclesia parabantur ad audiendum verbum Dei. 327. *not.* 40.

**IMPERIALIS** auctoritas a S. Leone quam jure interposita pro observantia sui iudicii contra S. Hilarium editi. 991.

**IMPOSITIO** manuum triplici occasione ac sensu usurpata. 1595. *not.*

**IMPOSITIO** manuum in poenitentiam num Clericis aliquo crimine reis, & poenitentibus, qui in suum gradum reciperent, aliquando adhiberetur. 1593. *not.* 13. Canon & synodica Concilii Nicæni explicantur. 1597. *not.*

**INCARNATIO** creationem excellit. 11. incarnationi quæ electa tempora. 227.

**INGENUUS** Ebredunensis a Leone reprehensus de cessione juris metropolitici. 1049. Gallicanorum epistolam ad Leonem detulit. 1476.

**INIMICI** diligendi. 52. quomodo cum ipsis nobis agendum sit. *Ibi.* 55. pro iisdem deprecandum 53. 55. inimicorum dilectio a Deo petenda: de eorum correctione magis, quam de ultione lætandum. 72.

**SS. INNOCENTIUM** laudes. 155. 156.

**INNOCENTIUS I.** contra Pelagianos aliquid egit ante Palæstinum iudicium. 747. qua occasione. 750.

**INSCRIPTIO** Narbonensis Ecclesiæ explicata. 1577.

**INSTANTII**, Salviani, & Priscilliani appellatio. 835. cur non recepta a Damaso. 933. Quenelli commentum notatur. *Ibi.*

**INTERCESSIO** Sanctoium. 2. 4. 5. 9. 17. & *seqq.*

**JOANNES** Cassianus quando scripsit libros de Incarnatione. 403. 408. 409. *not.* 8. Leoni dicavit. 403. *not.* 1. 410. An Gallus, an Scythia fuerit. 409. quando Leonem cognovit. 403. *not.* 1.

**S. JOANNIS** Apostoli & Evangelistæ laudes. 153. 154.

**S. JOANNIS** Baptistæ laudes. 29. 30. 31. 32. initia gratiæ prius sensit, quam naturæ. 221. ante eju. festum jejunium. 29. officium ejusdem. *Ibi.*

**SS. JOANNIS & Paulli** festum, & laudes. 33.

**S. JOVIANUS** martyr. 148.

**S. IRENÆUS** Ecclesiæ fundavit in Galliis. 812. num fuerit unus Episcopus in iisdem. 814. & *seqq.* a Romano Pontifice consecratur. 819. Ejus

Legationes discussæ. *Ibi.* quando Romam perexit. 820.

**IRIS** signum multiformis gratiæ. 224.

**ISIDORUS** Mercator quo consilio apocryphas decretales finxit. 1336. *not.* 9. epistola de Chorepiscopis ipsi tribui nequit. 1265. *not.* 1.

**ISRAEL** cur servatus a generali lapsu. 172.

**JUDÆORUM** obstinatio in adventu Christi. 226.

**JULIANO** Coensi S. Leo vices suas commisit. 537. cur. *Ibi not.* 3. non fuit Legatus ad Ephesinam Synodum. 1413. *not.* 4. nec eidem interfuit. 1413. *not.* error in vulgari gestis Calchedonensibus notatus, ubi pro *Julius* legitur *Julianus*. *Ibidem.* Apud Imperatorem quasi Nuntius Apostolicus deputatus. 1508. *not.* 1.

**JULIANUS** Episcopus Caballicensis. 1478.

**JULIANUS** Pelagianus, ejusque conatus, & itinera. 439.

**JULIANUS** Pomerius verus auctor librorum de Vita contemplativa. 165.

**JULIUS** Episcopus Puteolanus a S. Leone missus ad Synodum Ephesinam. 1411. eidem Synodo etiam interfuisse probatur. 1413. *not.*

**JURISDICTIO** ecclesiastica ex triplici capite constituta explicatur. 919. & *seqq.*

**JUS** metropoliticum pœna personali ademptum, in successoribus reviviscit. 1059. 1061.

**JUSTITIA** festanda. 19.

**JUSTITIA** divina circa miseras humanas. 235.

**JUSTORUM** patrocinia multum profunt. 95.

**JUVENALIS** Hierosolymitanus Palæstinæ principatum ambivit. 405. Ejus causa cum Maximo Antiocheno in Synodo Calchedonensi composita. 512. Actio de ejusmodi compositione ex tribus versionibus, quarum antiquior & exactior profertur. 1222. 1223. 1231. Post Synodum Calchedonensem excitati tumultus contra ipsum ab hæreticis. 540. fugit ille Constantinopolim. *Ibi.* Restitutus suæ sedi Synodum cogit. 556.

## L

**L** ACTIS & mellis benedictio. 24.

**S. LAURENTII** martyris memoria. 9. martyrium & laudes. 87. 88. 89. 90. 91. Ejus vigilia. 91. *not.* 44. octava celebrata. 92. Romanus fuisse probatur. 92. *not.* 48.

**LEGATI** a latere. 1438.

**LEGATI** S. Leonis in Synodo Calchedonensi, non fuere Legati Synodi Romanæ, sed Pontificis. 1465. *not.* 2.

**LEGATI** Sedis Apostolicæ in Synodis generalibus Orientis non gesserunt legationem omnium Occidentalium. 1175. cur duplex legatio ad Concilium VI. directæ, altera Papæ, altera Synodi Romanæ. 1181.

**S. LEONIS** patria & natales. 399. *not.* 1. quo anno natus. 400. ejus baptisma. *Ibi.* Clericatus in basilica Lateranensi. 402. *not.* 2. Acolytus in Africam missus. 401. quando factus Diaconus. 403. Cassiani libri contra Nestorium ei Diacono dicati. 403. *not.* 1. Leo auctor fuit, ut scriberentur. 408. Cælestini Papæ administer. 405. Cyrillus ad eum scribit. *Ibi.* Xystum III. Papam defendit. 409. Juliani Pelagiani insidias reteggit. 411. Duces Romani exercitus reconciliat. 412.

**LEO** Pontifex eligitur, dum aberat. 413. quo die electus. 412. *not.* 1. Ad absentem legatio missa. 413. quo animo onus suscepit. *Ibi.* ejus timor simul & fiducia. 414. quæ tum esset Ecclesiæ facies, & quam difficiles circumstantiæ. 416. Viros doctos sibi adsciscit, & inter alios S. Prosperum. *Ibi* quam fuerit canonum tenax. 423. ejus dispensationes quando. *Ibi.*

**LEO** Manichæos infestatur. 425. Romanum conventum habet contra eosdem, quos vel emendat, vel expellit ex Urbe. *Ibidem.* Eodem tempore & Pelagianos conterit. 429. *not.* 4. Duo ipsius gesta adversus eosdem distinguenda. 432.

432. *not.* 5. lapsam disciplinam restituit . 430. Controversia de Paschate anni CCCCLIV. 429. Vicarium creat Anastasium Thessalonicensem . 433. epistolæ ad eundem distinguendæ , & de Attici causa . 437. *not.* 1.
- LEONIS** contentio cum Hilario Arelatensi . 435. Ejus judicium de Celidonio vindicatum . 915. & *seqq.* 1063. 1066. item judicium contra Hilarium . *ibi.* 993. 1053. 1063. Huic judicio ipse Hilarius acquievit . 1057. & Gallicani ipsum exequuti . 1059. Leonis epist. X. in causa Hilarii num canonibus inserta . 766. Gallicanis collectionibus inserta . 910. loca ejus epistolæ explicata . 913. 1001. eadem ad Episcopos plurium provinciarum missa . 911. quantum sit deferendum Leoni in iis , quæ de Hilario Romæ gesta tradit . 902. 917. Lex imperialis judicium Leonis confirmat . 798. 991.
- LEO** a Flaviano CP. litteras accipit contra Eutychem . 154. celebrem epistolam contra Eutychem hæresim in Orientem mittit . 457. ab omnibus subscripta . 482. in Synodo Calchedonensi laudata . 506. Alexandriæ publice lecta . 549. infidiose explicata , & num falsata fuerit . 550. *not.* 3. diverso sensu interpretationis vitiatæ opinio invaluit sub Leone , & sub Anastasio II. *ibidem* . hujus epistolæ exemplum Gallicani a Leone petunt . 492. Appellatio Eutychem a Flaviani sententia ad Leonem . V. *Eutychem* .
- a **LEONE** legatio I. in Orientem missa . 462.
- LEGATIO** II. 481.
- LEGATIO** III. 495.
- LEGATIO** IV. 496.
- LEGATIO** V. 577.
- LEO** Romanum Concilium contra pseudo-synodum Ephesinam indicit . 466. multas epistolas hac de causa mittit in Orientem . 467. nomine suo & Synodi Romanæ inscriptas . 468. cur . 1157. omnia ejus pseudo-synodi gesta irrita declaravit . 1159. 1208. *not.* 31. a Theodosio petit Concilium in Italia . 462. *not.* 18. 470. *not.* 28. 494. *not.* 9. cur hanc Synodum necessariam duxerit . 1163. Post Theodosii mortem non amplius necessariam credit . 494. *not.* 9. Tandem Marciano & Pulcheriæ satisfacturus annuit Synodo congregandæ . 497. Appellationes Flaviani , & Theodoriti ad Leonem . V. *Flavianus* , *Theodoretus* . Quid Leo egerit circa Synodum Calchedonensem . V. *Calchedonensis Concilii* .
- LEO** rogatur ab Episcopis Arelatensi Sedi adherentibus pro confirmandis ejusdem sedis privilegiis . 491. consulitur a Theodoro Forojulensi de pœnitentiæ disciplina . 529. Leonis legatio ad Atilam , qui promissa pace discedet . *Ibi.* 530. de tempore hujus legationis . 534. *not.* 7. de gestis cum Anatolio . 533. 536. *not.* 1. V. *Anatolius* . Ob turbas monachorum Palæstinorum scribit ad Julianum . 542. *not.* 5. & ad Eudociam . 542. V. *Palæstinorum* . De Paschate anni CCCCLV. Paschasinum consulit . 559. cladem Urbis prænuntiat . 564. It obviam Wandalo , obtinereque ut ab igne & cæde abstineat . *Ibidem* . ad reparandam Urbem ac templa convertitur . 566. Legati ex Africa ad Leonem . 565. eorum postulari Leo annuit . 566. Consolatur Episcopos Ægyptios pro fide extorres . 571.
- LEO** ab Imperatore Leone invitatus Constantinopolim . 571. se excusat . 572. Atticus fidei suæ rationem Leoni reddidit . 574. Scribit ad Nicetam Aquilejensem . 579. ad Neonam Ravenatensem . 580. ad Episcopos Campanos . 579. ad Timotheum Salophatiolum ordinatum Episcopum Alexandrinum . 584.
- LEO** moritur . 583. quo die . 586. *not.* 1. Basilicæ ab eo exstructæ . 584. Leonis I. & II. festa confusa . 590. martyrologia antiqua , quæ ejus memoriam faciunt . 591. & *seqq.* dies Leoni I. consecrati , depositionis , & translationis . 587. *not.* 1. 597. 598. 600. reliquiæ ejus in varia loca deportatæ . 602. Tres S. Leonis translationes . 604. 605. 606. Tres aliæ indicatæ , duæ 602. *not.* 10. , tertia 606. *not.* 12. num numisma in S. Leonis memoriam culum . 608. *not.* 13. decretum novissimum Benedicti XIV. de Doctoris titulo & cultu S. Leoni tribuendo . 609.
- LEO** vindicatur a studio dilatandi sui juris . 1345. *not.* 20. Ejus doctrina quam sana . 683. non est auctor librorum de Vocatione omnium gentium . 667. nec Capitulorum de gratia . 722. nec epistolæ ad Demetriadem . 743. nec epistolæ ad Germaniarum & Galliarum Episcopos . 1266. quæ tamen non est ab Isidoro conficta . *Ibi.* *not.* 1. pannus affutus sermone IV. de quadragesima spurcius ostenditur . 1086. 1088. *not.* 2. Epistola ejus ad Mauros non fuit in collectione Dionysii Exigui . 1337. *not.* 11.
- LEO** non est auctor Sacramentarii hoc tomo recusi . VI. in eo tamen nonnullæ preces & præfationes Leonis stylium sapiunt . IV. 11. *not.* 26. & 30. 20. *not.* 4. 23. *not.* 19. 25. *not.* 27. & 28. 26. *not.* 35. 27. *not.* 42. 28. *not.* 43. 35. *not.* 27. 39. *not.* 46. 45. *not.* 82. 56. *not.* 30. 64. *not.* 67. 80. *not.* 1. 98. *not.* 7. 129. *not.* 14. 152. *not.* 15.
- S. **LEO** II. quo die obierit . 590.
- LEONIS** III. locus explicatur . 1275. Num sit auctor epistolæ de Chorepiscopis . 1276. *not.* 13.
- LEO** Imperator electus post Marciani mortem . 567. invitat Leonem Papam Constantinopolim . 571. ex Occidente Episcopos mitti cupit . 576. scribit ad omnes Metropolitanos , & præcipue ad Romanum Pontificem petens responsum de fide . 570. *not.* 4. Leonis Papæ ad eum responsum . 572. 578.
- LEONTIUS** Episcopus Forojulensis S. Honorati amicus . 355.
- LEONTII** antiquioris Episcopi consensus a Leone requisitus ad cogendas Synodos e diversis provinciis Galliarum post ademptum hoc jus Hilario Arelatensi . 1047. hic Leontius diversus fuit a Forojulensi Episcopo . 897. *not.* 3. 1325. *not.* 9.
- LEONTIO** Arelatensi Episcopo monarchiam quamdam Hilarus Papa attribuit , & jus convocandi ad Synodos omnes Metropolitanos . 1047.
- LERINENSE** monasterium . 355. præclara ejus institutio 357. a Salviano Presbytero laudata . 358.
- LEPORII** libellus confessionis fidei . 1559.
- LIBERI** arbitrii cooperatio . 174. sub gratia libertas . 222. V. *Gratiæ modus agendi* .
- LIBERTAS** christiana quo pretio emenda . 264.
- LINGUARUM** varietas , quæ exstructionem superbæ turris dissolvit , per Apostolos ad Ecclesiæ ædificationem profecit . 26. Linguæ LXXII. ex linguarum confusione ortæ . 225.
- LITURGIE** antiquæ Romanæ notabilia . X.
- LUCENTIUS** S. Leonis Legatus pro communione danda . 487. item ad Synodum Calchedonensem . 488. de ejus vero nomine . 1219. *not.* 1.

## M

- SS. MACHABÆORUM** laudes . 374.
- MANICHÆI** sub vini specie non communicant . 426. quædam eorum superstitio ad Christianos derivata . 427. V. *Leo Manichæos* .
- MARCIANI** Arelatensis Episcopi causa ex Quenelli sensu . 825. qui reseilitur . 930. 935.
- MARCIANUS** Imperator eligitur . 480. 481. prima ejus gesta 472. *not.* allocutio ejus ad Synodum Calchedonensem 511. allocutio Synodi ad eundem . 517. Palæstinorum monachorum tumultus comprimit . 540. *not.* 5. 541. petit a Leone , ut scribat ad Eudociam . 542. Leo a Marciano petit , ut nuntium mittat Alexandriam pro statuendo die Paschatis anni CCCCLV. 560. Marcianus Ægyptiorum monachorum tumultus comprimit . 552. *not.* 7. moritur . 565.
- S. MARIA** Deum & hominem genuit : 153. virgo pepe-

- peperit. *Ibi.* ejus partus sine humana concupiscentia procreatus. 149.
- MARINUS** Arelatenfis Episcopus cur in inscriptione Concilii Arelatenfis anni CCCXIV. primus nominetur. 1033.
- MARTYRES** innumerabiles. 13. martyrum palmarum innumeris Romæ præcipue coronatur ambitus. 84.
- MARTYRUM** encomium. 41. martyres veritatem fidei confirmant. 12. eorum sanguis in testificationem veritatis profusus. 17. quid nobis conferant 13. 83. eorum patrocinia. 7. intercessio. 86. mors Ecclesiæ gloriosa. 96. *Natalitium* vocata. 7. Martyrum celebramus triumphum, ut eorum imitemur constantiam. 8. Omnium Martyrum festivitas quando instituta, & quo die celebrata. 2. not. 2.
- MARTYRIBUS** pati posse donatum ex Christi virtute. 4. cur eorum passiones de Cruce Christi prodierint. 35. Ipsi Deus tribuit & in persecutione tolerantiam, & in passione victoriam, 13. potentia Dei in martyribus elucet. 138. Eucharistia ipsis contulit in persecutione claritatem. 82. Eorum beatitudo sempiterna. 14. illos manet æterna felicitas. *Ibi.* ipsorum confessio veneranda præmium illis cæleste quæsit. *Ibidem.* de martyrio sanctarum feminarum. 97. 140. 141.
- MAXIMUS** Episcopus Antiochenus in Domni locum contra instituta canonum ordinatus. 1183. 1203. 1211. not. 36. 1215. quo sensu ejus ordinationem *canonice factam* dixerit Stephanus Ephesus. 1205. not. 29. confirmata a Leone 1226. cur. 511. not. 26. num ordinatus fuerit Antiochiæ. 512. not. Leo ad ipsum scribit. 546.
- MAXIMUS** Episcopus Avenionensis. 1476.
- MEDIOLANENSIS** Synodus Leonis epistolam ad Flavianum laudat. 493.
- MELLIS** & lactis benedictio. 24.
- MERITUM** omne est donum Dei. 202. sine merito unicuique datur unde tendat ad meritum. 218. electionem salvandorum non esse ex meritis, manifestum est in parvulis. 197.
- METROPOLES** ecclesiasticæ sero institutæ in Gallis. 999. 1031. 1035. & *seqq.* in Hispaniis. 1033. initio non accommodatæ dispositioni civili. 1037.
- METROPOLITANI** a suis comprovincialibus ordinati. 1471. quidam tamen excipiendi. *Ibidem* not. 3. Metropolitanarum & aliarum præcipuarum sedium iurisdicctio cur, & unde instituta. 978. nihil exinde præjudicare potest iurii Romani Pontificis. 979.
- METROPOLITÆ** a Comprovincialibus prius consulendi erant, quam ad primam sedem scriberetur. 529.
- S. MICHAELIS** laudes. 99. 100. ejus basilicæ dedicatio. 99. not. 11.
- MISCELLA** historia examinatur. 531.
- MISERICORDIA** Dei omnibus sæculis & corpora aluit, & mentes juvit. 220. major in gentiles post adventum Christi, minor in Judæos. 219.
- MISSÆ** sacrificium frequentatum nobis prodest, 124. Deum placat. 75. præstat & abolitionem peccati, & sanctificationem. 72. Missam celebrando opus nostræ redemptionis exercetur. 11. olim in cæmeteriis Missa celebrata in memoriam martyrum, qui ibidem erant tumulati. 3. not. 2. 93. not. 52. Missæ tres in die Natalis Domini unde. 1311. not. 4.
- MISSALE** Romanum plures preces continet, quæ ex libro Sacramentorum Romanæ Ecclesiæ hoc tomo impresso, omniumque antiquissimo produnt. xi. 3. not. 3. 4. not. 5. 5. not. 7. 6. not. 8. & 9. 7. not. 10. & 11. 8. not. 16. 9. not. 20. 12. not. 31. 13. not. 32. & 34. 23. not. 20. 25. not. 28. 26. not. 30. & 31. 27. not. 38. 40. & 42. 28. not. 44. 30. not. 13. 31. not. 15. 32. not. 17. 33. not. 22. 34. not. 25. 35. not. 32. 38. not. 41. 40. not. 52. & 55. 42.
- not. 62. 43. not. 70. 44. not. 77. 46. not. 85. & 88. 47. not. 93. & 95. 48. not. 3. 49. not. 4. & 6. 50. not. 7. & 9. 52. not. 14. 53. not. 16. 56. not. 28. & 32. 57. not. 35. 58. not. 44. 60. not. 49. & 50. 62. not. 57. & 59. 65. not. 72. 66. not. 77. & 79. 67. not. 83. 69. not. 90. & 93. 70. not. 94. 96. & 97. 71. not. 6. 72. not. 7. 73. not. 14. 75. not. 21. 76. not. 22. 23. & 25. 79. not. 2. 86. not. 26. & 27. 87. not. 30. & 31. 88. not. 34. 89. not. 37. 39. & 40. 92. not. 51. 93. not. 53. 55. & 56. 95. not. 60. & 61. 96. not. 62. & 63. 97. not. 5. 98. not. 8. 99. not. 10. & 12. 100. not. 15. 101. not. 17. 102. not. 21. 103. not. 26. 104. not. 27. 28. & 31. 105. not. 32. 106. not. 37. 107. not. 39. 115. not. 67. 117. not. 70. 122. not. 88. & 89. 123. not. 95. & 99. 124. not. 1. 125. not. 5. 126. not. 9. 128. not. 12. 130. not. 16. 132. not. 1. 3. & 4. 133. not. 7. & 8. 137. not. 26. & 28. 139. not. 5. 140. not. 8. & 10. 141. not. 14. 143. not. 22. 144. not. 25. 146. not. 31. & 32. 147. not. 35. 149. not. 5. 151. not. 12. & 17. 153. not. 20. 156. not. 35. 157. not. 37. & 40. 158. not. 44. 159. not. 47. & 48.
- MORTI** ubique obnoxius homo. 235.
- MUNDI** creationis exordium. 388. quomodo in eo aquæ ab aquis se dividerint. 389. aliâ in mundi creatione notata. *Ibi.* 390.

## N

**NARBONENSIS** solida tempore Concilii Arelatenfis I. erat divisa in duas, in Viennensem & Narbonensem. 1021. Variæ Narbonensis divisiones. V. *Provinciarum divisio civilis in Gallis.*

**NARBONENSIS** prima. 854. 998. n. 2. & *seqq.*  
**NARBONENSIS** secunda unde divisa. 1021. cuius Metropolitanum subiecta. 854. not. 2. 1042. quando in jus Arelatenfis Episcopi transiit. 1043. modicum hoc jus viguit. *Ibidem.* num tributum Episcopo Aquensi. 1045.

**NARBONENSIS** Episcopus ante Zosimum Papam fuit Metropolitano. 997. privilegium apostolicum obtinuit. *Ibi.* 1040. testimonium Leonis de ejs antiquo jure metropolitico vindicatur. 1001. Bonifacii decretum pro eodem jure restituendo asferitur. *Ibi.* Quesnelli objecta soluta. 1003. non usurpavit jus Arelatenfis. 1040.

**NARBONENSE** templum Rustico Episcopo edificatum. 1577.

**NATALE** Jesu Christi, & de eo multa. 148. & *seqq.* Missæ tres eo die celebratæ, & cur. 1311. not. 4.

**NATURA** humana peccati vulnere vitata. 102. ob peccatum Adæ miseris obnoxia, & damnata ejus conditio. 141. qualis sit sine gratia. 194.

**NECTARIUS** Episcopus Diniensis. 1475. missus ad Leonem ab Hilario Arelatenfi. 334.

**NEO** Episcopus Ravennas, ad quem Leo scripsit. 580.

**NICÆNÆ** Synodi excellentia. 526. Nicænus canon de Catharis explicatus. 1596. not. locus epistolæ ejusdem Synodi de Meletianis expositus. 1598. not. Nicænus canon de Metropolitanis in unaquaque provincia a Bonifacio I. recitatus, qui inter Nicænos non invenitur. 1043.

**NICETA** Episcopus Aquilejensis de aliquot dubiis Leonem interrogat. 579. de ejus nomine, alique Nicetæ distinguendi. 1552.

**NOE** arca fuit Ecclesiæ figura. 224.

**NOTITIA** dignitatum ubi & quando scripta. 1013. circa res occidentales minus accurata. *Ibi.* emendata. 1011. supplendus in ea Vicarius Galliarum. 1013.

**NOTITIA** Galliarum. 802. not. 1. non est Notitia ecclesiastica, sed civilis. 1025. nec in Viennensis Episcopi gratiam lucubrata. 1027. quando scripta. 1025. ejus antiquitas defenditur. 1027.

NOTI-



NOTITIA provinciarum edita a M. Scipione Maffejo e MS. Capituli Veronenfis. 1011. 1013. sub Theodosio I. exarata. 1015.  
 NOTITIA alia, quæ *libellus provinciarum* vocatur, antiqua, sed post præcedentem scripta. 1015.  
 NOVEMPÖPULANA inter quinque provincias recensita. 1011. & seqq.  
 NUNTIORUM Apostolicorum species & origo. 1508. not. 1.  
 NUPTIÆ Deo auctore institutz. 131. ex duobus unum efficiunt. *Ibi.* requirunt ætatem congruentem. 130. quæ in uxore desiderantur. 131. Miffa in nuptiis, & velatio nuptialis. 129. de hoc ritu velationis. *Ibi.* not. 16.

## O

OB LATIONES virginum ad sacrum altare. 35. ideo factæ, ut castitatis propositum Dei auxilio custodirent. *Ibi.* Offerentium nomina recitata. *Ibi.*  
 OCTODURUM cujus provinciæ ecclesiasticæ esset Leonis tempore. 1049.  
 Oeconomi Ecclesiæ Constantinopolitanæ 553.  
 OPERUM effectus & sufficientia. 24. nulla operatio sancta sine præmio. 5.  
 ORATIONIS affectus a Deo. 73. cur Deus differat exaudire orantes 64. dum postulata concedit, confidentius facit sperata deprecari. 77. Ut possimus impetrare quæ poscimus, semper Deo placita sunt postulanda. 78. Adam peccavit, dum propriam integritati fidendo, præsidia divina non quaesivit. 141. Deus vult orari pro omnibus. 186. Ecclesia orat pro omnibus, præsertim in pasche Paschæ. 185. cur aliqui non orent. 170. V. *Preces.*  
 ORDINATIONES num paschæ die Paschatis. 1073. exceptio notabilis. 1306. not. 1. quando paschæ. *Ibi.*  
 ORDINATIONES Episcoporum quibus competeant. 1491. jus Romani Pontificis vindicatur. *Ibidem* not. 3. Ordinationes Metropolitanorum. V. *Metropolitani.* Ordinationis iteratio in Cartharis, aut Meletianis ad Ecclesiam reversis perperam intellecta ex canone & synodica Concilii Nicæni excluditur. 1595. not. 1598. not. Ordinationum jus quando inductum in Gallias 1035. semper non competitivum Arelatenfis Episcopo. 1039. de ordinatione Episcopi Vasentis facta a Ravenaio Arelatenfi. V. *Ravenaius.*  
 ORIENTIS nomen late sumptum, ut ab Occidente distinguatur. 1528. not. 15  
 ORIGINARIi qui, & a Clero remoti. 1292.

## P

PALÆSTINI tumultus contra Synodum Calchedonensem. 539. Romæ quando cogniti, & quid Leo egerit ad eos compescendos. *Ibi.* not. 5.  
 Quid Marcianus Imperator. 540. Idem sopiti. 556.  
 PAPÆ nomen aliis Episcopis datum. 1480. not. 4.  
 PARVULI mortui ante baptismum a beatitudine exclusi 233. æterna eorum miseria. 190. 235. parvulorum mors immatura quid doceat. 334.  
 PASCHA. De Paschate anni CCCXLIV. controversia. 429. not. 1. Alia de Paschate anni CCCCLV. 557. cura paschalis computi Alexandrino Episcopo delegata. 558.  
 PASCHALIUM litterarum antiquitas. 1019.  
 PASCHALES preces. 12.  
 S. PASTOR martyr. 148.  
 PASTORES gregem suum diligere debent. 121.  
 PATRIARCHÆ titulus simplicibus Episcopis tributus sub quibusdam barbaris. 903.  
 PATROCLUS Arelatenfis Zosimum decepit circa prærogativas Sedis Arelatenfis 539. 997. 1043. not. 1. Quæstio ab eo mota contra Proculum Massiliensem. V. *Proculus.*

S. PAULLUS. V. SS. *Petrus & Paullus.*  
 PAUPERTAS bona. 106.  
 PAX cuncta præstat. 56. in pace Deo facilius servitur. *Ibi.*  
 PECCATUM originale 174. primi hominis peccatum quot mala peperit. 392. in peccatum facile labimur. 121. peccata bella excitant. 56. faciunt ut inimici dominantur. 57. peccatorum dissimulatio cumulat Dei ultionem. 101.  
 PECCATORIÛ nullius est desperanda conversio. 10. 250. Peccatores Christiani *falsi confessores* appellati. 10. not. 22. pro peccatorum conversione oratio. 9.  
 PELAGIANI Romæ sub Leone, & quid contra eos gestum. 665. Pelagianorum dogma. 237. Pelagiana interpretatio loci Paullini. 206. Pelagianorum, non vero Semipelagianorum errores notati in epistola ad Demetriadem. 746.  
 PENTECOSTE. 22. 23. preces in Pentecoste ascendentes a fonte. 23.  
 PERSECUTIO martyres non perdidit. 34.  
 PERSEVERANTIA quid requirat. 222. est donum Dei. 241. 253. perseverare est tentatione non vinci. 206.  
 PERSONARUM trium divinarum una substantia. 298. divinitas & æqualitas. *Ibi.* unitas operis in unitate naturæ earundem. 303.  
 PETRONIANUS vagus, qui se Romanæ Ecclesiæ Diaconum in Gallias venditabat. 469. not. 28.  
 PETRONIUS Legatus Episcoporum Gallicæ ad S. Leonem. 798.  
 S. PETRUS Chrysologus. Cur ad eum Eutyches post damnationem scripserit. 1129. quid responderit. 1130. duæ editiones hujus epistolæ S. Petri distinguendæ. 1403. not. 1.  
 SS. PETRUS & PAULLUS Apostoli eodem die, sed tempore ditre, o mortui. V. 47. Id hæretici tribuit Gelasius. *Ibi.* Petri & Pauli encomium. 33. 37. 47. per eos Ecclesia sumit religionis exordium. 35.  
 S. PETRUS Apostolus præcipuus discipulus. 241. quibus oculis eum Christus respexit. *Ibi.* princeps fidei constitendæ. 47. ejus dignitas 15. potestas omnibus in locis magnificata. *Ibi.* in apostolicæ dignitatis culmen adscitus. 36. ipsi potestas ligandi atque solvendi non tam pro ceteris, quam præ ceteris Apostolis data. 1321. not. 6.  
 S. PETRI Sedes regimen totius Ecclesiæ effectus 44. in e. centrum, & origo unitatis. 830. not. 4. Ecclesia suscipiat, quod sedes ista censuerit, quam Deus tenere voluit principatum. 43. quod hæc sedes prædicavit, servandum est. 44. inferi portæ apostolicæ confessioni non prævalent. 116. jus apostolici principatus Romæ positum. 37.  
 S. PETRI catenæ a qua Eudocia donatæ. 478. not. 8. de basilica S. Petri. V. *Basilica.*  
 PHILASTRII locus. 1010.  
 PHOTII Episcopi Tyri controversia in Concilio Calchedonensi. 510.  
 PHOTII CP. locus de S. Prospero Romæ Pelagianos imperente explicatus. 666.  
 PŒNITENTIÆ forma deprecatoria. 329. pro pœnitentium reconciliatione allocutio Archidiaconi ad Episcopum. 161.  
 PŒNITENTIA publica Clericis in suum gradum recipiendis nequaquam imposita. 1593. not. 13. qui publicæ pœnitentiæ subiciebantur, a Clero erant exclusi. 1595. not. Canon & synodica Concilii Nicæni explicantur. 1596. not. 1598. not.  
 PŒNITENTIA secreta in confessionibus imposita. 329. not. 53.  
 S. PONTIANUS martyr. 93.  
 PONTIFICIS Romani primatus. 230. principatus apostolici juris in Romana arce positus. 37. 39. Unitas fidei cum fide Petri & Romanorum Pontificum necessaria. 1319. not. 3. Hi tantummodo filii veritatis existunt, qui a principali traditione non discedunt. 39. V. *Petri Sedes. Romane Ecclesiæ fides.* Pontifices Romani semper in Ecclesia præconis officium sustinentur.

- runt . 413. 418. 419. suas faciunt sententias quas probant . 252. Episcopis æquales dicti secundum rationem humilitatis , non autem iurisdictione . 537. *not.* 2. Jus eorum in majoribus causis . V. *Causæ majores* . Ipsi non est consuetudo in Conciliis interesse extra Italiam . 462. V. *Romanus Pontifex* .
- PRÆCEPTA** omnia in Dei & proximi dilectione posita . 20. Eorum violatio a paradiso expulit , observatio ad ejus beatitudinem revocatur . 23.
- PRÆDESTINATIO** nec libertatem tollit , nec studium orandi . 249. V. *Electio* .
- PRÆDICATIONIS** officium qualiter Petro & successoribus ejus præcipue commissum . 1315. *not.* 2. Prædicandi consuetudo in Romanis Pontificibus contra Sozomenum defensa . 1417. *not.* 2. Prædicationis tempore diebus jejunii sedilia auditoribus parata . 325. *not.* 40.
- PRÆSCIENTIA** non est causa peccatorum . 224.
- PRÆCES** omnia justa impetrant . 75. quomodo faciendæ . *Ibi* . V. *Orationis* . Preces diurnæ . 52. 72. matutinæ , vel ad vesperum . 71. in velatione nuptiali . 130. ob siccitatem . 132. contra inimicos catholicæ professionis . 26. post infirmitatem . 40. 42.
- PRESBYTERORUM** ordinatio . 117. inter Presbyteros ordo antiquitatis servandus . 445.
- PRIMATUS** Romani Pontificis . V. *Pontificis Romani* .
- PRISCILLIANISTARUM** secta in Hispania revixit . 440.
- PROCULI** Massiliensis causa in Synodo Taurinensi excussa . 1035. 1040. ad Zosimum Papam delata . 835. *not.* 3. 1043. Quetnelli animadversio rejecta . 983. Quid Zosimus in eum statuerit . 1043.
- PROJECTI** Episcopi Gallicani ad Leonem litteræ de superordinato sibi Episcopo . 842. Leonis narratio perperam in suspensionem adducta . 843. vindicatur . 993. In qua provincia Projectus fuerit Episcopus , 844. confutatur Quetnelli sententia , & probatur eum fuisse Episcopum in provincia ab Hilarii Arelatensis juræ aliena . 993. 997.
- PROMULGATIONI** decretorum non est necessarium , ut ea Codici canonum inserta sint . 1296. *not.* 4.
- PROPHETIS** non ignota mysteria quæ prædicabant . 230.
- PROSPER** Aquitanus non est auctor libri de Promissionibus . 433. nec librorum de Vocatione omnium gentium . 622. 662. nec librorum de Vita contemplativa . 165. nec epistolæ ad Demetriadem . 743. 751. Num huic Prospero tribuenda sint Capitula de gratia , subiecta epistolæ Cælestini ad Gallicanos . 694. 722. qua occasione scripta . 723. Libelli ab eodem Prospero contra Pelagianos Romæ oblati . 666. Scripsit librum contra objectiones Vincenianas , antequam Romam accedens , obtineret laudatam Cælestini epistolam . 723. Prosperi cyclus . 561.
- PROSPER** Aurelianensis non est auctor librorum de Vocatione omnium gentium . 621. sed alius Prosper ignotus . 165.
- PROSPERITAS** terrena gaudia superna impedire non debet . 59. sola prosperitas est a Deo non recessisse . 57.
- S. PROTERIUS** Alexandrinæ Ecclesiæ præficitur . 545. litteræ ejus ad Leonem Papam . 548. Leonis responsio . 549. occiditur . 567.
- PROVIDENTIA** Dei in omnibus . 103. 107. erga omnes nationes . 172. nec iniustos ac malos deserit . 107. Providentia subest secretioribus Dei consiliis . 215.
- PROVINCiarum** civilium divisio in Galliis varia . 848. quæ sub Augusto . 1005. sub Diocletiano . *Ibidem* . sub Constantino . 1007. Narbonensis provinciæ divisio ætatis incertæ . 849. Quatuor divisiones provinciarum in Narbonensi sæculo quarto . 1021. Solida Narbonensis primum divisa in duas provincias . *Ibidem* . Aliæ ejus divisiones . *Ibi* . Eam divisam credit Quetnellus in partes quatuor ante didimum sæculum quartum . 852. ac dein in quinque provincias dissectam sub finem ejusdem sæculi cum plerisque censet . 1007. Hæc quo fundamento nixa . *Ibidem* . fusc impugnatur . *Ibidem* . & *seqq.* . Quinque provinciarum institutio & divisio . 1009. auctore , ut videtur , Constantino . 1011. Non tota Narbonensis solida in quinque provinciis comprehensa . *Ibidem* . Quæ fuerint quinque provinciæ . *Ibi* . Aquitania inrer quinque provincias censita . 1009. Item & Novempopulana . *Ibidem* . Ex quinque provinciis circa annum ecclxiix. sex provinciæ factæ . *Ibi* . 1013. dein septem provinciæ constitutæ . 1014. Hæc septem provinciæ ex sectione quinque provinciarum constatæ sine additione ulla . 1015. Quinque provinciarum appellatio aliquandiu obtinuit etiam post inductam septem provinciarum divisionem , & cur . *Ibi* . Septem provinciarum divisio est antiquior sæculo quinto . *Ibi* . vigeat sub Theodosio primo . 1017. Narbonensis secunda exacta potius e Viennensi , quam ex Narbonensi . 1021. cur dicta Narbonensis , si e Viennensi secta fuit . 1023. *Novem provinciæ* in quadam inscriptione notatæ quæ fuerint . 1015. *not.* 1. V. *Diæceses* .
- PROXIMUS** diligendus . 59. quomodo . 55.
- PULCHERIA** Marcianum solto sociat . 480. Concilio Calchedonenſi actione sexta interfuit . 511. *not.* 24.

## Q

**QUADRAGESIMALE** jejunium . V. *Jejunium* .

**QUESNELLUS** confutatus , elucidatus , vel suppletus . 327. *not.* 40. 410. *not.* 8. 411. *not.* 1. 412. *not.* 1. 422. *not.* 4. 423. *not.* 5. 427. *not.* 2. 429. 430. *not.* 1. & 2. 431. *not.* 3. 432. *not.* 5. 435. *not.* 1. & 2. 437. *not.* 5. *Ibid.* *not.* 1. 441. *not.* 6. 445. *not.* 8. 448. *not.* 2. & 3. 450. *not.* 1. 453. *not.* 2. 454. *not.* 3. & 4. 455. *not.* 5. & 6. 456. *not.* 7. 457. *not.* 8. 459. *not.* 12. 460. *not.* 14. & 15. 462. *not.* 17. & 18. 464. *not.* 21. 466. *not.* 22. 467. *not.* 24. 469. *not.* 1. & 2. 470. *not.* 28. 475. *not.* 5. 476. *not.* 6. 477. *not.* 7. 478. *not.* 8. 481. *not.* 9. 482. *not.* 10. & 11. 483. *not.* 12. & 13. 484. *not.* 14. 485. *not.* 15. 489. *not.* 1. 2. & 3. 490. *not.* 4. 491. *not.* 5. & 6. 493. *not.* 7. 494. *not.* 8. & 9. 495. *not.* 10. 497. *not.* 11. 12. & 13. 498. *not.* 14. & 15. 499. *not.* 16. 500. *not.* 17. 502. *not.* 18. 505. *not.* 19. & 20. 506. *not.* 21. 508. *not.* 22. 510. *not.* 23. 511. *not.* 24. & 25. 512. *not.* 26. 513. *not.* 27. & 28. 514. *not.* 30. & 31. 517. *not.* 32. 518. *not.* 33. 34. & 35. 520. *not.* 1. 522. *not.* 2. 526. *not.* 3. 527. *not.* 4. 530. *not.* 5. 534. *not.* 7. 536. *not.* 1. 537. *not.* 2. & 3. 540. *not.* 5. 542. *not.* 6. & 7. 544. *not.* 8. 545. *not.* 9. 547. *not.* 10. & *not.* 1. 549. *not.* 2. 550. *not.* 3. 552. *not.* 4. 553. *not.* 5. 557. *not.* 1. 561. *not.* 1. & 2. 562. *not.* 3. 563. *not.* 4. 565. *not.* 7. 567. *not.* 1. 568. *not.* 2. & 3. 570. *not.* 4. 572. *not.* 5. 573. *not.* 6. 577. *not.* 1. 578. *not.* 2. & 3. 581. *not.* 1. & 2. 586. *not.* 1. 588. *not.* 2. 589. *not.* 3. 591. *not.* 4. 608. *not.* 13. & 14. 622. *not.* 3. 661. & *seqq.* 719. & *seqq.* 743. & *seqq.* 756. *not.* 1. 784. *not.* 1. 2. & 3. 785. *not.* 4. 788. *not.* 1. 791. *not.* 1. 794. *not.* 4. & 5. 795. *not.* 6. 796. *not.* 1. 800. *not.* 3. & 4. 806. *not.* 2. 829. *not.* 4. 835. *not.* 3. 852. *not.* 8. 854. *not.* 1. 856. *not.* 1. 2. & 3. 878. *not.* 3. 879. *not.* 4. 899. & *seqq.* 1094. *not.* 3. 1105. *not.* 6. & 7. 1110. *not.* 12. & 14. 1113. *not.* 18. 19. & 20. 1114. *not.* 21. & 22. 1115. *not.* 23. & 24. 1116. *not.* 25. 1117. *not.* 27. 1122. *not.* 3. 1123. & *seqq.* 1149. *not.* 7. 1153. & *seqq.*

*seqq.* 1187. *not.* 3. 4. & 5. 1189. *not.* 7. 1192. *not.* 8. & 9. 1193. *not.* 10. 1194. *not.* 13. 1196. *not.* 14. 1197. *not.* 15. 1198. *not.* 17. 1199. *not.* 18. 19. & 20. 1200. *not.* 21. 1201. *not.* 22. 1202. *not.* 23. 24. & 25. 1204. *not.* 27. & 28. 1206. *not.* 30. 1208. *not.* 31. 1210. *not.* 32. & 33. 1211. *not.* 34. & 35. 1212. *not.* 36. 1215. & *seqq.* 1240. *not.* 4. 1246. *not.* 14. & 15. 1254. *not.* 18. & 19. 1255. & *seqq.* 1266. *not.* 1. & 2. 1269. *not.* 5. 1276. *not.* 13. 1282. *not.* 2. & 3. 1283. *not.* 4. 1287. *not.* 5. 1294. *not.* 2. 1295. *not.* 3. & 4. 1299. *not.* 2. & 3. 1301. *not.* 1. & 2. 1302. *not.* 3. 1303. *not.* 4. 1308. *not.* 2. 1311. *not.* 3. 1311. *not.* 4. 1313. *not.* 5. 1314. *not.* 6. 1316. *not.* 2. 1319. *not.* 3. 1322. *not.* 4. 5. & 6. 1325. *not.* 9. 1330. *not.* 2. 1331. *not.* 3. 1332. *not.* 4. 1333. *not.* 5. 1334. *not.* 6. & 7. 1336. *not.* 8. 9. & 10. 1337. *not.* 11. 1339. *not.* 12. 1340. *not.* 13. & 14. 1342. *not.* 15. & 16. 1346. *not.* 20. 1349. *not.* 3. 1350. *not.* 4. 1351. *not.* 5. 1358. *not.* 4. 1365. *not.* 2. 1370. *not.* 9. 1373. *not.* 5. 1386. *not.* 1. 1412. *not.* 4. 1425. *not.* 9. 1433. *not.* 1. 1467. *not.* 1. 1465. *not.* 1. & 2. 1467. *not.* 2. 1468. *not.* 1. 1470. *not.* 2. 1471. *not.* 3. 1475. *not.* 1. 1480. *not.* 3. & 4. 1481. *not.* 1. 1482. *not.* 1. 1485. *not.* 1. 1489. *not.* 2. 1492. *not.* 3. 1495. *not.* 1. 1508. *not.* 1. 1515. *not.* 1. 1518. *not.* 2. 1523. *not.* 1. 1525. *not.* 1. 1527. *not.* 2. 1528. *not.* 1. 1530. *not.* 3. 1540. *not.* 1. 1544. *not.* 1. 1547. *not.* 1. 1549. *not.* 1. 1552. *not.* 1. 1557. *not.* 1. & 2. 1558. *not.* 3. 1560. *not.* 5. & 6. 1564. *not.* 2. 1568. *not.* 4. 1569. *not.* 5. & 6. 1572. *not.* 8. 1578. *not.* 9. 1588. *not.* 11.

## R

**R**ATIO humana non sufficit ad fidem. 175.  
**RAVENNIUS** ordinatus Episcopus Arelatensis. 469. *not.* 28. qui Episcopi ejus ordinationi interfuerint. 794. *not.* 4. Ejus ordinationi non fuit contraria Leonis decreto, qui solam Hilarii personam tangebatur. 993. *not.* 3. 1059. prærogativa primatus Ravennio a Leone relicta unde manaverit. 795. *not.* 6. 1059. controversia de ordinatione Vasensis Episcopi a Ravennio peracta ad Leonem deferretur. 797. & jure delata. 982. *n.* 7.  
**REBAPTIZATIO**. V. *Baptisma*.  
**REGNORUM** protectionem Deus habet. 102. Eorum jura in manu Dei sunt. *Ibi*.  
**RELIQUIARUM** munera data. 906. S. Gregorii locus de reliquiis explicatus. *Ibi*. *Reliquiæ* dictæ sanctuariorum, seu lintei, velamina, & alia, quæ sanctorum corpora attigissent. *Ibi*.  
**S. REMIGII** loca explicata. 686.  
**RENATUS** S. R. Ecclesiæ presbyter apud Delos mortuus ante Synodum Ephelinam, ad quam a Leone legatus fuerat. 1412. *not.* 4.  
**ROMÆ** ambitus martyrum palnis coronatus. 84.  
**ROMANA** Sedes Petri. V. *Petri Sedes*.  
**ROMANÆ** Ecclesiæ traditio ac fides. Cum hac concordare debeat omnes Ecclesiæ. 1316. *not.* 2. 1468. *not.* 1. Unitas cum fide Romanorum Pontificum necessaria. V. *Pontifices Romani*.  
**ROMANI** Rectores. 67. 78. Principes. 72.  
**S. ROMANI** dalmatica. 763. locus vitæ ejus discussus. 762. 765.  
**ROMANUS** Pontifex speciali ratione dictus Episcopus Ecclesiæ catholice. 1433. *not.* 1. Romani Pontificis auctoritas quanta apud Patres Concilii Ephesini. 1467. *not.* 2. quanta apud Episcopos Concilii Mediolanensis. 1470. *not.* 2. quantum statuatur ex actione Calchedonensi in Domni causa. 1235. Eius principatus Sacerdotii in totum christianum orbem, etiam extra R. imperii limites. 230. hic principatus a Gallis Episcopis agnitus. 494. *not.* 8. Romani Pontificis jus in ordinationibus Episcoporum. 1491. *not.* 3.  
*Tom. II.*

**ROMANORUM** Pontificum epistolæ Gallicanis codicibus insertæ, & quanti a Gallis habitæ. 907. 975. Quatenus iidem Pontifices se exequutores dixerint canonum Synodorum generalium sine suæ auctoritatis præjudicio. 1246. *not.* 15. V. *Pontifices Romani*.  
**ROMATIANA** civitas num dicta fuerit Aquileja. 1554.  
**RUSTICUS** Romanæ Ecclesiæ Diaconus unde sumpserit actionem Calchedonensem de Domno. 1234. 1235. quid præstiterit in versione actorum Calchedonensium. 1518. *not.* 1.  
**RUSTICUS** inter ordinatores Ravennii recensitus, diversus est a Rustico Narbonensi. 1442.  
**RUSTICUS** Narbonensis Episcopus fuit monachus Massiliensis, non Tolosanus. 1572. *not.* 8. Quo anno ad eum S. Hieronymus scripsit. *Ibi*. Varia ejusdem gesta. 1573. & *seqq.* Inscriptio Narbonensis, in qua ejus fit mentio, explicatur. 1577.

## S

**S**ACERDOTIS nomen pro Presbytero acceptum. 315. Sacerdotalis animus & industria quatenus etiam laicis competere possunt. 1525. *not.* 1.  
**SACRAMENTARIUM** vetustissimum Romanæ Ecclesiæ. 1. quo auctore digestum. 111. & *seqq.* est primus Sacramentarii fetus. IX. de ejus præstantia & utilitate. X. XII.  
**SACRIFICIUM** quotidianum Deus præcipit exhibere. 78.  
**SACRIFICIUM** Christi, & ejus figuræ. 150.  
**SACRIFICIUM** Missæ. V. *Missæ*.  
**SALVIANUS** presbyter. 358.  
**SANCTI** patroni appellati. 17. invocandi, & quomodo. 35. præsertim ubi eorum sunt reliquiæ. *Ibi*.  
**SANCTORUM** intercessio pro nobis. 3. 4. 5. 9. 365. patrocinium. 368. satisfactio eorum pro nobis copiosa. 16. Sancti pro nobis audiuntur. 95. Ipsorum exempla nobis proficiunt. 4. 9. sicut & eorum memoria. 5. nec non solemnia frequentata. 10. quomodo celebranda. 76. Sanctorum glorificatio dicta glorificatio membrorum Christi. 7. ad Dei gloriam & laudem recurrit. 90. 93. Deus in Sanctis honoratur. 141. eosdem magnificat. 84.  
**SANCTORUM** mors pretiosa. 80. quid acquirant in morte. 96. Fuit in ipsis pugna voluntatum. 241.  
**SANCTUARIA** quid significant. 906.  
**SARA** fuit longæva & fidelis. 131.  
**SARDICENSES** canones a Grato allegati in Concilio Carthaginensi. 1351. *not.* 5. quid statuerint circa appellationes ad Sedem Apostolicam, fuisse explicatur. 945. & *seqq.* causa condendorum eorumdem canonum. 1169. Quænelliana eorum interpretatio excussa. 1171. Leonis mens in allegando canone Sardicensi exposita. *Ibidem*.  
**SATISFACTIO** iustorum pro vobis copiosa. 16. 18.  
**SEMINARIUM** Arelate, in quo cum clericis vivebat S. Hilarius Episcopus. 331.  
**SENATOR** Mediolanensis Ecclesiæ Presbyter, postea Episcopus, Legatus a S. Leone in Orientem. 1468.  
**SICCITAS**, & orationes in siccitate. 132.  
**S. SILVESTER** Papa. Oratio in ejus obitu. 137.  
**S. SIMPLICIUS** Papa. Oratio in ejus obitu. 138.  
**SOCRATIS** locus de jejuniis sabbati discussus. 1978. & *seqq.*  
**SOZOMENI** locus de R. Ecclesiæ consuetudine expensus. 1417. *not.* 2.  
**SPECTACULA** in Ecclesiæ precibus reprobata. 74. *not.* 15.  
**SPES** in Deo. Qui vere in Deo confidit, nulla ei prævalebit hostilitas. 127. Spesa Deo. 200.  

O o o o o

SPI-

SPIRITUS SANCTUS auctor omnis boni. 203. omnes sanctos regit. 220. in Missa munera nostra sacramentum efficit. 70. corda purificat. *Ibi.* Ejus Deitas probata. 296.  
 S. STEPHANUS primitivæ martyrum, ubi quiescat. 79. ejus encomium. *Ibi.* & *seqq.* cure ejus festum celebretur statim post Natale Christi. 83. Ejus basilica Romæ indicata. *Ibi.* not. 21.  
 S. STEPHANUS Papa & martyr. 79. not. 1.  
 STEPHANUS ordinatus & pulsus a Sede Ephesina. 442. not. 2.  
 SUBURBICARIÆ provinciæ num haberent singulæ suos Metropolitans. 1386. not. 1.  
 SUPERBIÆ duplex genus. 267. ejus exordium a diabolo. 268. avaritia nominatur. *Ibi.* virtutibus insidiatur. *Ibi.* etiam ex bonis operibus oritur. 269. quæ nocentior. 276. 278. humilitate & caritate excluditur. *Ibi.*  
 SYMPOSIUM professio Toletanæ I. Synodo subjecta a suppositionis nota vindicatur. 1376. not.  
 SYNODI. V. *Concilium.*  
 SYNODORUM convocandarum jus Arelateni Episcopo concessum, est distinctum a jure metropolitico. 1047.  
 SYNODUS V. apud Gallos diutius non recepta. 1504.

## T

TAURINENSE Concilium. Tres quæstiones in eo agitatae expenduntur. 1035. & *seqq.* In eo *Metropolis* nomine intelligenda non civilis metropolis, sed ecclesiastica. *Ibi.* Occasio quæstionis ex Quæsnelli sententia. 776. quæ impugnatur. 1037.  
 TENTATIO & pugna voluntatum etiam in Sanctis. 241.  
 TESTES in causa Celidonii producti, & detestibus animadversio. 1063.  
 TESTIMONIA Patrum Leonis epistolæ ad Flavianum perperam subjecta in vulgatis actione secunda Concilii Chalcedonenfis. 1425. not. 9. a Leone, non a Theodoro collecta. *Ibi.* Unde Græcorum Patrum testimonia Leo sumpserit. *Ibi.*  
 THEATRA demolita, & ex eorum marmoribus constructa templa. 331.  
 THEODORETI depositio in pseudo Synodo Ephesina unde orta. 1238. ejus appellatio ad Leonem Papam a Quæsnello impugnata. 1232. & *seqq.* defenditur. 1257. & *seqq.* Leonis iudicium, quo illum restituit, quodnam fuerit. 1259. Cur in Chalcedonenfi Concilio de eo actum fuerit post Leonis iudicium. 1262. Leo ad ipsum scribit. 547. quædam testimonia Patrum Latinorum in dialogis inserta ex Leone sumpsit. 1425. not. 9.  
 THEODOSIUS II. Imperator in Eutychen propensus. 464. ejus mors. 478.  
 THEODOSIUS monachus in Sedem Hierosolymitanam intrusus, & pulsus. 563.  
 THEOPHILUS a Leone honorifice nominatus. 1481. not. 1.  
 THESSALONICENSIS Episcopi Vicariatus Apostolicus privilegium personale fuit. 1301. not. 1. non sola custodia canonum hoc privilegio eidem commissa. *Ibi.* not. 2.  
 S. TIBURTIUS martyr ab alio ejusdem nominis distinguendus. 1. not. 1.  
 TIMORIS utilitas. 239. Timor duplex, servilis & liberalis. 262. servilis transeat in affectum filiorum. 128.  
 TIMOTHEUS Ælurus ex monacho Presbyter Alexandrinus dux Ægyptiæ seditionis. 567. intrusus in Alexandrinam Sedem. 569. quatuor tantum Episcopi ei adherent. 573. fidem Chalcedonensem & Leonis epistolam damnat. 575. Constantinopoli advolat Alexandrina Sede pulsus. 582.

TIMOTHEUS Salophaciolus catholicus Alexandrinus Episcopus ordinatur. 584.  
 TOLETANA I. Synodus anno. cccc. affigenda. 1373. not. 5. Canones vulgati ad eam pertinent, non ad aliam Synodum sub Leone. 1378. not. ad eandem spectant professiones Symposii & Distinii, ac sententia Synodalis, quæ a suppositionis nota vindicantur. 1376. not. Regula fidei canonibus subjecta adjudicatur Synodo sub Leone. *Ibidem.* Duo loca vulgati Toletani Concilii excussa. 1379. not.  
 TRADITIO Ecclesiarum particularium, ut vera sit, concordare debet cum Romana. 1468. not. 1. Quia traditio principali non discedunt, filii veritatis existunt. 39.  
 TREVERIS *Metropolis Galliarum.* 1023.  
 TRIBULATIO. V. *Adversitatum.* Ad cælestia perducit. 39. exercet ad salutem. 57. non opprimit. 103. cur prospera & adversa in Ecclesia. 76.  
 TRINITAS. Personarum trium distinctio. 154. una earum substantia. 298. divinitas & æqualitas. *Ibi.* unitas operis in unitate naturæ. 303.  
 TRIPARTITA Historia. V. *Historia.*  
 S. TROPHIMI missio in Gallias ad apostolica tempora non pertinet. 999. Zosimi de eo testimonia expensa. 1001.  
 S. TURRIBIUS Austuricensis, ad quem Leo scripsit. 1362. distinctus a Turribio R. Ecclesiæ notario. 1363. Turribii epistola ad Leonem, commonitorium, & libellus ejusdem contra Priscillianistas. 1369.

## V

VALENTINIANI Augusti constitutio adversus Hilarium. 798.  
 VALENTINI I. Concilii subscriptiones, & quid inde eliciendum. 805. 1031.  
 VANDALORUM direptio Romæ Urbis indicata. 26. not. 35. 45. not. 82. 56. not. 30. Romanam invasurum Leo occurrit. 564. not. 6. Romanorum in ea irruptione negligentia notata. 27. not. 37.  
 VASENSIS Episcopi ordinatio ab Arelateni facta. 797. quæstio de hac re mota, & ad Leonem delata. *Ibi.* V. *Ravennius.*  
 VELATIO nuptialis. 130. quid esset. 129. not. 16.  
 VENANTIUS S. Honorati Episcopi Arelatenfis frater peregrinatur, & moritur. 352. 354. In ejus exequiis cantus triplici lingua. 355.  
 VERANUS Episcopus Venciensis. 1467.  
 VERITATIS inquirendæ modus tenendus. 196.  
 VESONTIONENSES Episcopi serius fuerunt Metropolitæ. 915.  
 VICARIUS pro successore. 142.  
 S. VICTORINUS martyr. 148.  
 VIENNA in Galliis fuit civilis metropolis ante Arelatem. 1023. 1029. Quo sensu sic olim appellata ex Quæsnelli interpretatione. 807. qui impugnatur. 1025. fuit metropolis quinque, & deinde septem provinciarum, ac ex ejus nomine appellata in Notitiis diocesis Viennensis. 1029.  
 VIENNENSIS provinciæ civitates quot. 788. not. 1. quot ex his a Leone Viennensi Episcopo tributæ. 800. not. 1. Jus Episcopi Viennensis assertum. 799. not. 4. Quæstio inter Viennensem & Arelatensem Episcopos in Taurinensi Concilio. 1035. Ordo Episcoporum Viennensium in Adonis Chronico defensio. 805. not. 2. Quid esset Viennensis Ecclesia tempore Aurelii Imperatoris. 808.  
 VIENNENSIS provincia civilis disecta a Narbonensi. solida ante Concilium I. Arelatense. 1021. Initio comprehendebat Alpes maritimas. 1019. & Alpes Grajas. 1021.  
 VIRGINITATIS propositum Deo inspirante suscipitur. 129. Virginitas æmula integritatis angel-

gelicæ. 129. Deus virginittis sponfus & filius. 130. Diabolus virginittis inimicus. *Ibi.* quæ virginibus Deus præftet. *Ibi.*  
**VIRGINUM** oblationes ad facrum altare. 35. ad ipsum altare earum nomina recitata. *Ibi.* earum benedictio. 129. quibus virtutibus virgines indigeant. 130. virginalis sanctittis fundamentum humilitas. 259. vera virginittas in humilitate. 276. Virginum propositum, & consecratio distinguenda. 1608.  
**VIRTUS** omnis a Deo. 172. 217. Virtutes veræ a falsis discernendæ. 261.  
**VITÆ** principium mortis exordium. 234.  
**VITA** S. Romani interpolationis notata. 762. vindicatur. 903. & *seqq.*  
**VITIA** ex peccato Adæ contracta. 173.  
**VOLUNTAS** triplex, sensualis, animalis, spiritalis. 169. quæ spiritu Dei non agitur, animalis est. 170. voluntas numquam sine amore. 174. omnis bona voluntas a Deo. 172. sola est voluntas hominis in malis, non autem sola in bonis actibus. 222. Voluntas famula gratiæ, ejusque consensus. 239.

**URSUS** Episcopus Senecensis. 1476.  
**USURA** etiam in laicis ab antiquissimis quoque Patribus damnata. 1295. *not.* 3.

## X

**S. XYSTUS I.** Papa & martyr, ac ejus encomium. 84. 85.  
**S. XYSTUS III.** 136. quo die mortuus. *Ibi.* *not.* 23. a Leone defenditur. 499.

## Z

**ZOSIMI** Papæ ordinatio indicata. 117. *not.* 74. Ejus rescripta pro Sedis Arelatenfis prærogativis. 781. 857. a Patroclo per subreptionem impetrata. 998. falsittis indicia detecta. 999. Locus epistolæ Zosimi explicatus. 854. *not.* 1.  
**ZOSIMI & Leonis** testimonia de quodam jure Episcopi Arelatenfis comparata. 1001.

F I N I S.

# CORRIGENDA ET ADDENDA

## T O M O P R I M O .

- Pag. XVIII. lin. 16. *dele adverbium generatim.*
- Pag. XXXV. not. 10. lin. 1. nec vetustissimum esse. Cor. nec amplissimum esse.
- Pag. XXXVII. *dele notam 12.*
- Pag. LXXVI. num. XX. lin. 4. *dele hæc verba: dum codex, quo Aleriensis usus est, quattuor epistolas in fine additas, & editioni idcirco subjectas, præferebat.*
- Pag. LXXVII. num. XXII. lin. 27. *post verba obiit XII. Kal. Augusti an. 1471. addantur hæc.* His in prima editione perscriptis, a P. Montio bibliothecario S. Mariæ Gratiarum PP. Prædicatorum Mediolani moniti fuimus, in bibliotheca ejusdem Ecclesiæ inveniri exemplum Romanæ editionis anni 1470. in cujus calce leguntur præter anni notationem indicati versus *Aspicis illustres* &c. uti in Annalibus typographicis editi sunt. Hæc autem editio omnium rarissima differt ab ea pariter Romana, cujus quinque exemplaria recensuimus. Non solum enim ista posterior versus memoratos annique notationem ignorat, verum etiam in lineis & singulis paginis discrepat: ac præterea prior illa caret iis quatuor Leonis epistolæ, quibus secunda ditata fuit, Cum vero hæc altera, quam recognovimus, e prima editione omnino fuerit expressa, eumque codicem referat, quem Aleriensis in priori editione exhibuit; allegationes primæ editionis, quas in notis attulimus, corrigendæ non sunt.
- Col. 408. *in titulo sermonis III. lin. 6. post verba nullus proditur, adde. Æneas Parisiensis,* qui hujus sermonis non exiguam partem recitat in libro adversus Græcos tom. I. Spicil. Acher. ipsum S. Faustino Episcopo adjudicat, cui alios quoque sermones in quibusdam MSS. adscribi Patres Benedictini in Append. tom. V. Operum S. Augustini notarunt. In cod. Patav. &c.
- Ibi. in sermone lin. 3. i percurremus. Cor. i percurrimus, Et not. 1. deleantur: Forte præcurrerimus: ac sic scribatur. i Nostri codd. percurremus.* Prætulimus lectionem Æneæ Parisiensis. Melius videretur præcurrimus. S. Maximus &c.
- Col. 409. not. 7. lin. 2. Veneti lectionem Cor. Veneti & Æneæ Parisiensis lectionem.
- Ibi. c. 3. lin. 8. Qui arcam Domini in periculis per jejunium sustentare non prævalet Cor. præfixo num. 9. notam indicantem. 9 Quia arca Domini in periculis jejunium sustentare prævalet.*
- Nota autem 9. deletur, & hæc alia substituatur. 9 Codd. Venet. & Patav. Qui arcam Domini in periculis per jejunium sustentare non prævalet, Cod. Veron. similiter, deleta tantum negativa particula. Veram lectionem suppeditavit exemplum Æneæ Parisiensis.*
- Col. 410. not. 8. lin. 1. cum MS. Patav. adde & Æneæ Parisiensis.
- Col. 451 lin. 47. vobis, Cor. nobis.
- Col. 514. n. 7. lin. 3. septem Leonis Cor. octo Leonis, & lin. 4. legendum III. Flaviano epist. 28. IV. Turribio epist. 15. V. Siculis &c. uno numero in reliquis addito.
- Col. 515. §. IV. lin. 3. Quindecim Cor. Sex & decem. Et lin. 9. post ultima verba adde: XVI. Anatolio Constantinopolitano epist. 80.
- Col. 562. lin. 27. *post verba ad Synodum lecta fuit addantur hæc.* Cum vero post editum primum tomum prodisset Romana editio P. Petri Thomæ Cacciarrii, alii codices Vaticani Græci, quos ipsi licuit conferre, utiles nobis fuerunt, tum ut nonnulla loca emendarem, tum ut tria Græca fragmenta antea inedita in Appendiculam referrentur.
- Col. 632. not. 1. lin. 12. pro 340. Cor. 1340.
- Col. 727. lin. 6. omni Episcoporum Cor. omnium Episcoporum.
- Col. 738. lin. 15. διαφυλάξει Cor. διαφυλάξου.
- Col. 739. lin. 2. spe confidens Cor. spe & fide confidens. & not. 2. post verbum legitur adde. Initio autem epistolæ adjecimus voces & fide, quas in antea vulgatis omiffas suggestit codex Vat. 1319. a P. Cacciaro adhibitus.
- Ibid. lin. 11. me \* movens asterisco addito scribatur in margine \* leg. movit.*
- Col. 740. not. 4. post verbum evererant addatur. Mox pro accusationem movens cod. Vat. 1319. ad accusationem motus.
- Ibid. lin. 16. fidem, quæ Cor. eam fidem, quæ: & nota 6. sic inchoetur. 6. Addidimus eam ex cod. Vat. 1319. Qua autem mente Eutyches &c. ut in eadem notatione.*
- Col. 741. lin. 10. omnibus modis. Cor. profitens omnibus modis.
- Ibid. cap. 2. lin. 3. quam adversus me calumniæ Cor. quam adversus me ante cognitionem parabant, in tantum adversum me calumniæ: & in fine not. 9. post voces propter Patres addatur. Post nonnulla sub initium capitis sequentis adjecimus septem voces ante cognitionem parabant, in tantum adversum me auctoritate laudati MS. Vat. 1319. quæ ob repetitionem adversum me per saltum omiffa fuere.*
- Ibid. cap. 3. lin. 11. de vita periclitor Cor. de vita mea periclitor.*
- Col. 742. lin. 17. jam a majoribus Cor. jam idem a majoribus.
- Ibid. lin. 22. conservavit, Cor. confirmavit: & not. 15. in fine post verbum legitur addantur hæc.* Aliquanto post pro quam confirmavit vulgati habebant quam conservavit. Emendationem ex MS. Vat. 1319. inductam comprobant præcedentia: Eam fidem, quæ Nicææ exposita est a sancta Synodo, CONFIRMATA vero apud Ephesum.
- Col. 743. lin. 6. professionem sanctitas vestra &c. 16. Cor. professionem 16 habeat sanctitas vestra. Numerus 16. præfigatur verbo habeat, & deletur in fine &c. 16. Dein Nota 16. sic in-

- sic inchoabitur*. 16 Verbum *habeat*, quod desiderabatur, sensumque relinquebat imperfectum, supplevimus ex laudato MS. Vat. 1319. Mox vero *post fidei professionem* &c. ut in *not.* 16.
- Col. 766. *lin. ult.* διαφυλάξει Cor. διαφυλάξαι.
- Col. 787. *lin. penult.* καὶ ὑπερευχόμενος ἡμῶν χαρισθεῖς ἡμῶν Cor. καὶ ὑπερευχόμενος ἡμῶν, ἢ χαρισθεῖς ἡμῶν.
- Ibid.* *not.* hh *lin.* 4. bonæ phrasıs: Cor. bonæ frugis.
- Col. 792. *lin.* 16. *patiemur*, Cor. *patimur*.
- Ibid.* *not.* 3. *post* epistola 28. *addatur*. Post pauca Quæfnellus *patiemur*. At codex Grimanicus, ex quo uno hanc epistolam habemus, teste P. Cacciaro, præfert *patimur*.
- Col. 803. *lin.* 1. αἷς τοῦ πρεσβυτέρου προσηγορίας, καὶ αἷς ἄξιος νομισθῆς. Cor. d. τῆ τοῦ πρεσβυτέρου προσηγορία αἷς ἄξιος νομισθῆς.
- Ibid.* *not.* d. *sic inchoatur*. d. Antea vulg. Conciliorum in *textu*: αἷς τοῦ πρεσβυτέρου προσηγορίας, καὶ αἷς ἄξιος νομισθῆς: & in *marginē* edit. Rom. αἷς οὐ πρεσβυτέρου &c. ut in *edita nota* d. & *post ultimam vocem græcam ejusdem notationis addatur*. Textum emendavimus ex cod. Vat. Græco 1341.
- Col. 864. *lin.* 8. πλάσος Cor. βλάσος: & in *fine notæ a* *post* vocem ἀυσῶν *addatur*. Mox βλάσος scripsimus pro πλάσος auctoritate trium codd. Vat. Græc. 1178. & 1455. ac Vat. Ottob. 29.
- Col. 865. *lin.* 2. ἐκάτερθεν Cor. ἐκάτερον: & in *nota* d. *sic scribatur*, d. Vulg. ἐκάτερθεν. Correximus cum laudatis MSS. Romanis & Veneto.
- Col. 901. *lin.* 5. διὰ τὸ τοῦτο ὑπεναντίον εἶναι πῶν κανόνων. Cor. διὰ τὸ ὑπεναντίαν εἶναι πῶν κανόνων πῶν ἐν Ἐφέσῳ δευτέραν σύνοδον.
- Ibid.* *Nota* 6. *deleatur*, & *substituatur hæc*. 6. Vulg. διὰ τὸ τοῦτο ὑπεναντίον εἶναι πῶν κανόνων. Vat. cod. Græcus 1455. *incerum* & *integrum textum suggestit*.
- Col. 902. *lin.* 4. sit id canonibus contrarium, Cor. sit contraria canonibus secunda Synodus Ephesina.
- Col. 903. *not.* K. ἀρναγῆ. Cor. ἀπραγῆ.
- Col. 905. *lin.* 15. οἱ πνευ ὕβρεις Cor. \* ὧν εἰ πνευ ὕβρεις asterisco præfixa. Dein hæc *nota* *subjiciatur suo loco*, \* Ita codd. Græc. Vat. 1455. & Ottob. 29. Erat in vulgatis οἱ πνευ ὕβρεις.
- Col. 906. *lin.* 13. quidam qui. Cor. quorum si qui
- Col. 914. *lin.* 36. ἐπενέγκηται Cor. ἐπενέγκη. Dein in *fine notæ q* *addatur*. Post nonnulla ἐπενέγκη emendavimus cum MSS. Vat. Græc. 1455. & Ottob. 29. pro eo quod erat in vulgatis ἐπενέγκηται.
- Col. 916. *lin.* 23. ὁμολογία Cor. ἡ ὁμολογία.
- Ibid.* *lin.* 39. δηλαδὴ κατὰ τὴν ἀνατολὴν Cor. δηλαδὴ τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν
- Col. 930. *lin.* 8. Domini Jesu Cor. Domini 4 nostri, Jesu.
- Ibidem* *post not.* 3. *addatur hæc not.* 4. 4. Addidimus *nostri* ex cod. Grim. cujus exactum apographum adhibuit P. Cacciarus in Romana editione.
- Col. 1018. *lin.* 12. ἀγνωσύνη. Cor. ἀγνωσύννη. Et in *fine not.* a. col. 1017. *addatur*. Post nonnulla scripsimus ἀγνωσύννη pro ἀγνωσύνη ex codd. Græc. Vat. 1178. & Ottob. 29.
- Col. 1069. *not.* K. *lin.* 3. secundo loco πασχασίῳ Cor. πασχασίῳ
- Col. 1097. *lin. penult.* ὡσπερ Cor. καὶ ὡσπερ.
- Col. 1121. *lin.* 10. ὑπορυσσόμενην Cor. ὑπορυττομένην  
*lin.* 11. βδελυξάμενη Cor. βδελυξάμενη
- Col. 1125. *lin.* 31. ἤδροιδεν Cor. ἤδροισεν.
- Col. 1147. *lin.* 17. ἡμετέρα Cor. ἡ ὑμετέρα Et *nota* h sic. h. Primis curis ex MS. Vat. 1455. edidimus ἡμετέρα, & notavimus forte ὑμετέρα, ut cum latina voce concordet. Hanc autem lectionem textui inserimus auctoritate MS. Ottob. 29.
- Col. 1201. *not.* d. cui longe. Cor. vel longe.
- Col. 1202. *lin.* 3. ἀυξηνδαῖη. Cor. \* ἀυξηνδειν præfixo asterisco; & *addatur nota* asterisco signata. \* Primis curis cum MS. Vat. Græc. 1455. scripsimus ἀυξηνδαῖη. Prætulimus vero lectionem alterius codicis Vat. Ottob. 29. quam posterior accepimus.
- Col. 1250. *lin.* 15. gravavit. Cor. prægravavit. Et in *fine notæ* 3. *addatur*. Post nonnulla prægravavit pro gravavit correximus ex MS. Grim. cujus apographum P. Cacciarus adhibuit.
- Ibid.* *lin.* 20. & Andrea. Cor. 5 vel Andrea præfixo num. 5. *addatur vero post not.* 4. hæc *notatio*. 5. Quæfnellus & Andrea. Lectionem Grimanici codicis, ex quo hæc epistola edita fuit, a P. Cacciaro notatam prætulimus: ubi *vel* pro & usurpatur, ut aliis Leonis exemplis animadvertimus *not.* 5. in *epist.* 67.
- Col. 1286. *lin.* 4. ἡσθημεν Cor. \* ἡσθημεν μὲν Dein ponatur hæc *nota*. \* Cod. Vat. Græc. 1455. ἡσθημεν. Correximus ex aliis MSS. Vat. Gr. 720. & Ottob. 29. quos P. Cacciarus sequutus est.
- Ibid.* *lin.* 13. νομίζουσιν οὐκ ἐπὶ μετὰ παρρησίας πολυῶς ἐλέγχειν αὐτοὺς. Cor. a νομίζουσιν οὐκ ἐπὶ μετὰ παρρησίας πολυῶν ἐλέγχειν αὐτοὺς.  
Et pro *not.* a *vulgata*, quæ delenda est, hanc aliam appone, a Primis curis edideramus cum MS. Vat. Gr. 1455. νομίζουσιν οὐκ ἐπὶ μετὰ παρρησίας πολυῶς ἐλέγχειν αὐτοὺς. Nunc emendavimus ex aliis laudatis codd. Græcis Vat.
- Ibid.* in *fine notæ* 1. *addatur sic*. Hæc scripseramus, dum solum codicem Vat. Græc. 1455. adhibere licuit. At postquam duos alios codices Græcos Vat. 720. & Vat. Ottob. 29. suggestit Romana editio Patris Cacciarii, ex quibus nonnulla loca emendabimus, vide quæ in rem præsentem dicentur *not.* h. & o.

Col. 1290. lin. 12. καὶ γ ἡ διὰ τοῦ θανάτου τῶν πλείων βρεφῶν παρ' Ἡρώδου τοῦ σωτήρος ἡμῶν ἐπιζητούμενη νηπιότης Cor. καὶ γ διὰ τοῦ θανάτου τῶν πλείων βρεφῶν παρ' Ἡρώδου ἡ τοῦ σωτήρος ἡμῶν ἐπεζητήσεται νηπιότης

Ibidem porro not. γ sic fiet, deleta ante edita.

g Idem cod. Vat. Græc. 1455. habet: ἡ διὰ τοῦ θανάτου τῶν πλείων βρεφῶν παρ' Ἡρώδου τοῦ σωτήρος ἡμῶν ἐπιζητούμενη νηπιότης. Minus bene. Quam autem correctionem conjectando primis curis in notatione expressimus, hanc nunc inferimus in textum auctoritate aliorum codd. Vat. Græc. 720. & Ottob. 29. quos P. Cacciarus recoluit.

Ibid. lin. 17. ἡ κατὰ πρόφασιν σώματος εἰς ἄνδρα τέλειον ἢ ἀληθῶς αὐτοῦ φύσις. Cor. ἡ κατὰ σώματος πρέσβασιν εἰς ἄνδρα τέλειον ἢ ἀληθῶς ἀνθρώπου φύσις.

Dein nota h deleta, hæc substituetur.

h Cod. Vat. Græc. 1455. quem primis curis conferre licuit, sic. κατὰ πρόφασιν σώματος εἰς ἄνδρα τέλειον ἢ ἀληθῶς αὐτοῦ φύσις. Lectio corrupta, cujus causa iu notatione scripseramus: *Vehemens hic nobis suspicio suboritur, ab Eutychemo aliquo locum hunc fuisse interpolatum. Quid enim sibi volunt illa verba κατὰ πρόφασιν σώματος? Et item illa ἢ ἀληθῶς αὐτοῦ φύσις, que veritatem humanitatis reticent, e contra vero speciem corporis tantum Et fictionem eloquuntur.* Hoc forte amanuensis, non autem primi interpretis vitium est. Nam veram interpretationem, quam textui inferuimus, alii duo memorati Græci codd. suppeditarunt.

Col. eadem 1290. lin. 31. καὶ Κ ὅτι Cor. καὶ Κ ὅτε,

Dein nota K hæc erit.

K MS. Gr. Vat. 1455. ὅτι. Aliorum codicum auctoritate ὅτε scripsimus.

Col. 1292. lin. 12. κινήσει Cor. ἡ κινήσει

Nota l hæc erit.

l. Sic duo codd. Græc. Vat. 720. & Ottob. 29. Male in Vat. 1455. κινήσει.

Ibid. lin. 14. πράγμα. Cor. m πράγμα

Nota m hæc erit.

m Ita duo laudati codd. Male in alio Vat. 1455. πράγμα.

Ibid. lin. 23. dele vocem ἀνεδείχθη, & affige litteram ο ante ὀυδενί. Dein nota ο hæc erit.

o Primis curis cum MS. Græc. Vat. 1455. inferuimus vocem ἀνεδείχθη, quam Eutychemianum sapere notavimus, & legendum coniecimus ἀνεδείχθη. Utamque vero vocem alii duo codices ignorant, & idcirco illam e textu expunximus.

Col. 1295. lin. 1. per filium Gerontium Cor. per filium nostrum Gerontium.

In fine autem note 1. addatur. Mox nostrum adjecimus ante vocem Gerontium auctoritate ejusdem codicis, cujus apographum P. Cacciarus adhibuit.

Col. 1310. cap. 2. lin. 8. iudicium. Cor. 4 concilium

Et not. 4. hæc erit. 4 Sic non solum cod. Ratisp. sed etiam Grim. Cacciaro teste. Quesnellus ex arbitrio edidit iudicium. Novum Concilium &c. ut in eadem nota 4.

Col. 1312. lin. 9. Episcopale iudicium Cor. Episcopale \* Concilium præfixo asterisco.

Nota autem hæc subjicietur.

\* Ita cod. Grim. non autem iudicium, uti Quesnellus ex arbitrio edidit. Confer not. 4. in epist. præcedentem.

Col. 1329. lin. 13. regnare & vivere. Cor. regnare 4 vel vivere.

Nota autem 4. addatur sic.

4 Sic MS. Grim. ex quo uno hæc epistola edita est. Vide editionem P. Cacciarum. Quesnellus mutavit vel in & eo arbitrio, quo epist. 149. Concilium mutavit in iudicium, & epist. 128. similem particulam vel mutavit in &. Hoc autem exemplo confirmatur quod alibi animadvertimus, vel pro & identidem a Leone acceptum.

Col. 1335. lin. 17. ut in omnium observantia Cor. ut omnium observantia.

Ibid. not. 30. lin. 2. dele hæc. Vat. Reg. coll. I. Vat. Dionys. ac MSS. coll. XII. & XXIV. cum Sicardo ut omnium observantia. Hæc omnia delenda, & addatur in fine ejusdem note 30. sic. Prætulimus lectionem codd. Vat. Reg. coll. I. Vat. Dionys. & aliorum coll. XII. & XXIV. cum Sicardo.

Col. 1349. lin. 2. post verba usus fuit addatur. Quasdam vero emendationes secundis curis sumimus ex codice Græco Vat. 1341. quem P. Cacciarus in novissima Romana editione adhibuit.

Col. 1358. lin. 14. μητέρα Cor. a καὶ μητέρα

Et nota a sic. a Apud Vossium desideratur particula καὶ, quam ex MS. Vat. 1341. supplevimus.

Ibid. lin. 21. πλάγαις Cor. 6 πλαναίς

Et nota b sic. b Ita idem cod. Apud Vossium πλάγαις

Ibid. lin. 39. c μονογενῆς, d φύσις ἐστὶ καὶ τῷ πνεύματος Cor. c μονογενῆς, φύσις ἐστὶ τῷ πατρὶος, φύσις ἐστὶ καὶ τῷ πνεύματος

Unica not. c fiet, & erit ejusmodi, deleta nota d.

c. Mutilum hujus loci textum ex laudato cod. supplevimus.

Col. 1360. lin. 2. e ἐνότις Cor. ἐνότις ac dele lit. e & notam e. Hinc col. 1362. not. f erit signanda per litt. d

Col. 1364. lin. 6. g ἰλεος Cor. ἰλεος dele litt. g. & not. g.

Col. 1368. lin. 2. i ἐιληκρινῆς Cor. ἐιληκρινῆς, & dele lit. i ac notam i: ac col. 1370. dele in textu Græco lit. K. & post δῆλον dele virgulam, ac expunge Græcam notam K. col. 1369.

Col. 1371. dele tres notas l. m. & n. ac col. 1372. lin. 1. l τε dele litteram l. & Cor. τὸ pro τε.

Ibid. lin. 27. m ἐξομολογήσεται dele litt. m & corrige ἐξομολογήσεται

Ibidem lin. απίρηνυτ. n μονογενῆς dele litt. n & Cor. μονογενῆς



- Col. 1374. *lin. ult.* ο αἰς corrige scribendo e pro ο in textu & in nota.  
 Ibid. *lin. ult.* q. προπάντων dele litt. q & corrige πρὸ πάντων: ac dele etiam col. 1376. notam q  
 Col. 1376. *lin. 9.* dele litteram p, & scribe f in sequenti linea ante vocem πη: & idcirco col.  
 1375. nota p. corrige f. pro p. & scribe f πῆ πῆ δαλα pro καὶ πῆ δαλα.  
 Col. 1377. *lin. 19.* r πῆs dele r, & corrige πῆs, ac dele etiam not. r col. 1377. In reliquis no-  
 tis ad Græcum corrige litteras notarum indices f, t, u &c. in g. h. i &c.  
 Col. 1385. *lin. 11.* vagitu. Cor. vagitus.  
 Col. 1389. *not. 28. lin. 3.* quæstiones, Cor. quæstiones.  
 Col. 1396. *lin. 10.* præfigatur asteriscus ante voces \* S. Basilii & post notam 68. addatur hæc no-  
 tatio asterisco distincta. \* Codd. Vat. Hisp. 1341. originis Gallicanæ, & Vat. 630. Iſid.  
 cum Vat. 3791. coll. XI. & alii ejusmodi, qui hanc epistolam e MSS. Iſid. ac Hisp. Gal-  
 licanæ originis derivarunt, habent Sancti Sabini Episcopi pro S. Basilii Episcopi Cappado-  
 cis. In MS. Vat. 543. coll. XXI. utrumque legitur: S. Basilii Cappadoceni Sabini Episco-  
 pi. Id fuisse inductum ab eo studio amanuensi, qui collectionem Hispanicam originis  
 Gallicanæ scribens, aliquot loca ex arbitrio correxit (vide præfat. col. 523.) patet ex ve-  
 tuſtissimo exemplo Vindebonensi 41. ejusdem collectionis puræ Hispanicæ, in quo sicut & in  
 ceteris antiquis codicibus atque collectionibus non Sabini, sed S. Basilii nomen præfertur.  
 Col. 1421. *in margine*, Reg. 2. 25. Cor. Levit. 5. juxta LXX.  
 Col. 1470. *in Admonitione lin. 4.* post verbum manavit adde. Hanc quidem, ac si esset nostri  
 Leonis cum Synodo Romæ habita bis laudavit Hincmarus Remensis, primum in Quater-  
 nione ad Carolum Regem opusc. 1. tom. 10. Concil. Venetæ editionis col. 1253. ac dein  
 initio opusculi II. col. 868. Itaque vetus hæc hallucinatio cognoscitur. Suppositionem au-  
 tem detexerunt nonnulli &c. ut ibidem legitur.

## CORRIGENDA ET ADDENDA

### T O M O S E C U N D O .

- Pag. V. *lin. 25.* queat Cor. queant.  
 Col. 26. *not. 30. lin. 4.* adnot. 36. Cor. adnot. 35.  
 Col. 163. *lin. 22.* puravimus Cor. putavimus.  
 Col. 313. *lin. 15.* Vat. 551. & in prioribus. leg. Vat. 551. in alio antiquissimo 88. Capituli  
 Lucensis laudato a P. Mansio, & in prioribus.  
 Ibi *lin. 21.* Pomerii & Gennadii Massiliensis elogia Cor. Pomerii & aliorum elogia.  
 Col. 354. *not. 46. lin. 1.* Mesenæ in Peloponneso Cor. Messenæ in Peloponneso.  
 Col. 387. *not. 45. lin. 8.* Sorionides. Cor. Gorionides.  
 Col. 460. *not. 15. lin. 13.* Victore Turonensi. Cor. Victore Tunonensi.  
 Col. 468. *not. 26. lin. 4.* VII. explicatum Cor. VIII. explicatum.  
 Col. 472. *not. lin. 63.* S. Leo eadem die Cor. S. Leo respondeat eadem die.  
 Col. 597. *num. x. lin. 1.* ad verba \* tres omnino dies asterisco præfixo hæc postilla in margine  
 notetur \* Confer not. 1. sub finem.  
 677. *num. XIX. lin. 23.* consili ivocabula Cor. consilii vocabula.  
 Col. 826. *not. 3. n. 14.* & seqq. Cor. n. 6, & seqq.  
 Col. 949. *n. 11. lin. 13.* originarium --- originaria Cor. originale --- originalia.  
 Col. 959. *n. 22. lin. 6.* Patres a Synodo anni 418. deputatos, sub finem anni ejusdem convenerunt.  
 leg. Patres, qui citius congregari potuerunt anno 418. antequam cogeretur plenaria Syno-  
 dus anni 419. convenerunt.  
 Ibidem *lin. 15.* qui, & aliqua Cor. quia aliqua  
 Col. 1023. *lin. 3. part. 1. c. 3.* Cor. part. 1. c. 5.  
 Ibi *n. 3. lin. 11.* appellatione Cor. appellationem.  
 Col. 1043. *lin. 17.* epist. II. Cor. epist. 11.  
 Col. 1055. *num. 3. lin. 22.* successoris Hilari Cor. successoris Hilarii.  
 Col. 1062. *num. 5. lin. 12.* Veticæ Cor. Væticæ.  
 Col. 1111. *not. 15. lin. 1.* prodiit Cor. in lucem prodiit.  
 Col. 1146. *lin. 16.* præfigatur asteriscus verbis \* eodem tempore; & hæc adnotatio ad calcem pa-  
 gine subjiciatur.

\* Nonnulla hic notanda sunt quæ in Observationibus locum opportunum non habebunt. Sardicenses canones non uno eodemque tempore, sed diverso, atque actione quasi distincta fuisse constitutos, merum est commentum, quod nullo sive Græcorum sive Latinorum codicum aut editionum indicio probabitur. Omnes enim hi canones uno contextu diversis interloquutionibus proferuntur, quod unius ejusdemque actionis proprium est: ut in aliis canonibus Africanarum Synodorum similiter propositis accidit, quos eadem actione conditos nemo ambigit. Cum porro duo fuerint canonum Sardicensium originalia exempla, unum Latinum pro Latinis, Græcum alterum pro Græcis, ut palam fiet ex dicendis tom. III. in tractatu de Collectionibus part. 1. cap. 5. canon apud Latinos septimus in Græcis exemplis quintus est, canoni quarto Gaudemius immediate subiectus: qui sane ordo continuam seriem canonum ad eandem materiam pertinentium evidentius præferens, æquior videtur. Quod si quis canonem septimum a quarto disjunctum cum Latinis codicibus malit; hunc duobus aliis canonibus interjectis eadem actione additum fuisse ab Oſio dicere debebit, non vero alia posteriori actione constitutum. Neque verum est quod hic Quenellus obtrudit, tertio ac septimo canone unum idemque fuisse definitum, adeo ut, si eodem

dem tempore, seu eadem actione statutum fuisset quidquid in utroque continetur, *in unum eundemque canonem conjectum esset*. Nam canon septimus de appellatione proprie dicta ad Romanum Pontificem agit, de qua nihil canone tertio, ut in Observationibus ad Dissert. V. ipsius Quesnelli cap. 6. num. 7. 8. & 9. fufius ostendimus. De hac appellatione proprie dicta ad Sedem Apostolicam post secundum iudicium egerat Gaudentius can. 4. Osium autem can. 7. alias 5. agit de eadem appellatione post iudicium primum, ut ibidem vidimus num. 10. ex quibus patet, quantum canon septimus a quarto discrepet, & quam male alter ab altero temperatus venditetur. Negari quidem nequit, Osium in iudiciis appellationum ad Romanum Episcopum eos modos cognoscendi eiusmodi causas in provinciis proposuisse, qui expeditiores & faciliores sunt; non vero quicquam decrevisse, quo canon quartus retractaretur, aut facultas cognoscendarum causarum extra provinciam, ubi videatur expedire, Romanis Pontificibus negaretur: qua de re vide Observ. loco allegato num. 12.

1147. *lin. 15. præfigatur asteriscus verbis \* canonis tertii: & hæc notatio in calce appendatur.*  
\* Cum ex præcedenti adnotatione canones 3. 4. & 7. alias 5. diversas circumstantias respiciant, nec septimus ad alios duos temperandos propositus fuerit; nihil est, cur tertius ac quartus ex septimo explicandi sint.

*Ibidem lin. 30. ad verbum \*\* putaverit hæc notatio subjiciatur.*

\*\* Hæc conjectura, qua Orientales tertio & quarto canonibus commotos & reclamasse, & septimi canonis condendi causam dedisse Quesnellus suspicatur, nullo fundamento suffulta, inter somnia computanda est.

*Ibidem lin. 42. verbo \*\*\* Gaudentius \*\*\* Hic Gaudentius Naissi in Dacia Episcopus fuit, quemadmodum ostendimus tom. III. in tractatu de Collectionibus part. 1. c. 7. Neque refert, quod hic usus sit verbis si placet, nec legatur Synodum respondisse Placet. Nam alii quoque ejusdem Synodi canones carent verbo Placet, & Placuit, qui nihilominus legitimi canones habentur. Adde quod in Græco post tertium canonem deest approbatio Synodi, quæ legitur in Latino; post canonem vero 5. subjectum canoni 4. Gaudentius appendi generalem præcedentium approbationem his verbis: ἀπερίβαντο οἱ ἐπίσκοποι τὸ λέχθέντα ἤρρεσαν: Quæ dicta sunt placuerunt: quæ canonem tertium & quartum videntur comprehendere.*

1148. *lin. 28. ad voces \* Ad hunc hæc notatio subjiciatur.*

\* Non ad septimum, alias quintum canonem, sed ad quartum Gaudentius Leonem respexisse vidimus tom. 1. in Admonitione præmissa epistolæ 43. ubi hunc quartum canonem ei epistolæ subnexum ex MSS. ostendimus.

1155. *num. 6. lin. 16. Kalendas Cor. Kalendis.*

1156 *num. 7. lin. 14. fidem Cor. fidem.*

1211. *not. 34. lin. 2. Ephesinæ tempore Cor. Ephesinæ Synodi tempore.*

1258. *num. 2. lin. 17. dissertationem VII. Cor. dissertationem VIII.*

1265. *not. 1. lin. 6. collectionis XIII. Cor. collectionis XII.*

1345. *not. 20. lin. 1. Huic Cor. Hinc*

1413. *not. lin. 30. erat, directurus. Cor. erat diaconus,*

F I N I S.

